Brandeis University
Library

אמת

TRUTH · EVEN · UNTO · ITS · INNERMOST · PARTS

*This Book
Has Been Presented By
Maurice and Badona Spertus*



DUCA DI SANTA CANDIDA
Malvezzi

[illegible]

EPITOME
ANNALIVM
Eccleſiaſticorum
CÆSARIS BARONII

S. R. E. Cardin. Biblioth. Apoſtol.

AB JO: GABRIELE BISCIOLA MVTINEN.
Societatis IESV, *Confecta*,

EIVSDEM AVCTORIS CONCESSIONE,

Tomus Secundus.

CVM MVLTIS PRIVILEGIIS, ET SVPERIORVM LICENTIA.



DUCA DI SANTA CANDIDA
Malvezzi

VENETIIS, *Apud Georgium Variſcum.* MDCIII.

AD LECTOREM.

CVM accepiſſem optimum, & eruditiſsimum CARD. BARONIVM non progreſſurum in Annalibus, vltra Decimum Tomum; ego item eorum epitomen, quam faciebam, in duos partiri tomos ſtatueram, ac propterea vnum, Priorem inſcripſeram. Accidit poſtea, vt edito decimo Tomo, vir ad publicam vtilitatem, & Catholicæ Eccleſiæ dignitatem natus, ſiue ſponte ſua, quod magis arbitror, ſiue etiam forte multorum & magnorum virorum hortatu meliore conſilio, animum intenderet longius, ad Annales deducendas vſque ad noſtra, vel noſtris proxima tempora. Ea de cauſa nobis quoque, aſſectantibus eius veſtigia, longe quamuis interuallo, fuit cogitandum de pluribus Epitomes conficiendis Tomis, ſaltem tribus; ideoque alterum hunc ſecundum inſcripſimus.

Hoc volui te admonuiſſe lector, ne vnius trium Prioris inſcriptionem mirareris, & vt tibi ipſi, atque adeo omnibus rerum Eccleſiaſticorum ſtudioſis, gratulareris: denique vt pijs ad Deum votis, ingentes optimi & doctiſsimi viri conatus, aſsidue, in hac ſua, etiam extrema ætate, pro omnium commodis laborantis, proſequereris.

SANTA CANDIDA Malvezzi

Ego Bernardinus Roſignolius Præpoſitus Societatis I E S V in Prouincia Veneta facultatem concedo, vt Epitomes Annalium Eccleſiaſticorum Illuſtriſsimi Cardinalis Baronii Tomus II. opera P. Ioan. Gabr. Biſciolę Theologi Societatis noſtræ conflatus, imprimi poſſit, ita conſentiente, & committente admodum Reuerendo in Chriſto P. N. Claudio Aquauiua Præpoſito Generali eiuſdem Societatis. Dat. Forliuii 2. Iunii. 1603.

Bernardinus Roſignolius.

INDEX SECVNDI TOMI

EPITOMAE ANNALIVM Eccleſiaſticorum.

SANTA CANDIDA Malvezzi

A

AARON Rex Sarracenorum legationem mittit ad Carolum M. pag.320.b.327.b.eū præfert omnibus Principibus. 318.a
BEllū mouet Nicephoro Imp. qui eum auerrit, oblato tributo. 323.e
Ius in S.Sepulchrum Carolo tribuit. 318.a
Rhodum peſſundat. 327 d
Poenas dat violatę Arcæ S. Nicolai.d
Eo mortuo, filij de regno concertant. 331.b

AB

ABari, ſiue Abares, aut Auares, qui & Hunni. Vide Hunni.
ABbas primus ex clerico datus Caſſinenſibus. 573.b
ABbas quidam Caſſinenſis voluptuoſus miſerè moritur. 639.a
ABbates octoginta capita ſtatuunt à Regularibus obſeruāda, quæ apud Monachos eiuſdem habentur auctoritatis, ac Regula.S.Benedicti. 356.a
ABbatias permittit Papa dari à Lothario R.in ſū ptus Reginæ 473.e. Male etiam Otto Abbatiam dat Bertæ vxoris matri. 596.e
ABbo Mon. Floriacenſis, vir bonus, & doctus: 615.c. Abbas Floriacenſis factus, à Monachis occiditur.c
ABdicat ſe Imperio Theodoſius III. 205.b
Sede Conſtantinopolitana S. Germanum Iſauricus. 223.e
Imperio ſe Michael Curopalata. 342.c
Eccleſia Rhemenſi Archiepiſcopus, vt reus maieſtatis. 388.c
ABſimarus, vel Apſimarus, Leontio deiecto, acclamatur Imp.& Tiberius vocatur. 191.e. Vide Tiberius.
Perſequitur Papam, conſpirante pro eo Italia 195.a
Priuatur Imperio. 197.d

AC

ACcuſationes.S. Maximi,& S.Mart. Papę. 158.c
Anaſtaſij Patr. Antiocheni. 80.d
Sereni Epiſcopi veteris Aquileiæ ad Greg.II. Papam. 221.d
Theophanis Iſaacij apud Leonem Imp.
in ACta Apoſtolorum, Arator ſubdiaconus, carmen Vigilio P.offert,& publicè recitat. 16.b
ACta Conciliorum nullam vim habent abſque Sed Apoſt. auctoritate. 116.e
ACta Quintæ Synodi corrupta per detractionem,& additionem. 34.b
ACta ſextæ Synodi, fraude Hæreticorum apud Græcos,& Latinos habetur corrupta. 179.d

AD

ADadus Auximitarum R. ex voto in bello, Chriſtianus fit. 12.b
A Dalbertus ex Cœnobitis. S. Maximini Rugorum, ſeu Ruſſorum Epiſcopus. 601.c
ADelais Lotharij R.Italiæ vxor euocat Othonē Regem ad ſui liberationem. 595.d
ADelbertus fit Epiſcopus Pragenſis 622.c. Rebelles ſubditos dimittit,& Romam abit. 625.c
Diſuaſus à Ieroſolimitana peregrinatione excolendum ſe præbet Leoni Abbati c.
Repetitus à ſuis, ex Concilio conceditur, modo illi obſequantur. 628.e
A Boemis ſuis, rebellibus, abit ad Vngaros, à quibus benè accipitur. 629.a
Romam repetit. e.Rurſum iubetur ad ſuam redire Eccleſiam. 643.c
A Boleſlao R. prohibitus, in Pruſſios profectus, indeque ad Luiticos, ab illis martyrio afficitur ſeptem lanceis confoſſus. 648.e
Corpus a Pruſſis æquali auri pondere redemptum, Gneſnam transfertur, vbi innumeris claret miraculis. 641.a
Eorum fama commotus imperator Otto eo peregrinatur.a.Illique Romę ędificat eccleſiam, collocatis in ea, eius manibus; quæ poſt tranſijt in nomen.S.Bartholomei. 654.c
A Delbertus alter primus fuit Magdeburgenſis Epiſcopus. 617.a
A Delbertus Marchio Tuſciæ, ob mala illata ſedi Apoſt.excommunicatus a Ioan.P. abſoluitur. 540.b

276812

J N D E X.

ADelberti Marchiones Tuſciæ, non Comites. 561.b.potentiſſimi Italiæ Principum.b

ADelbertus cognomento diues.b. ad ſuum reuertitur Principatũ.569.e. Vxorem habuit Theodoram Marocię F. 571.d

ADelbertus Berengar. R. F. fugatur cum Patre ab Ottone R.596. a. Se illi ſubiicientes reſtituuntur. c. Fraxinetum in fidem Sarracenorũ ſe confert. 605.c. Romam euocatur a P.e. Capto Patre, ipſe fuga labitur. 609.c

S. ADeodatus Papa. 170. a. Moritur, cuius vix quidquam extat. 173.b

S. ADeodatus Epiſcopns Niuernenſis, & eremita. 175.b

ADo Epiſcopus Vienn. quouſque perduxerit ſuũ Chronicon. 530.d. Martyrologium eius ceteris plenius.d·

ADoptiuum filium Dei Chriſtum, impie primus dixit Theodiſcus Epiſcopus Hiſpal. 150.b. Poſt item Elipandus Epiſcopus Toletanus. 280.b

ADoptionis ſolemnitas quædam per exhibitionem tonſorum capillorum. 182.b

ADoratio Idolorum quando ceſſarit. 154.d

ADoratio Imaginum. 117.a. Probata per Concilia, variis temporibus. 214.e

ADrianus. Vide Hadrianus.

ADuentus Domini ieiunium, vnde originem habuerit. 73.d

ADultera famoſa excommunicatur. Eius maritus agit apud P. de ea reuocanda. 439.e

AE

AEgyptum Coſrhoes R Perſarum inuadit. 137.e Poſt Sarraceni. 149.a

AF

AFrica, ab Eccleſia Rom. accepit fidem. 114.c. Ea potitur Coſrhoes R. Perſarum. a39.a. Sarraceni tributariam faciunt. 155.d. Aquo rempore eam teneant. 191.e

AFricana Eccleſia conſpirat aduerſus Monothelitas. 154.c. Colapſa. 191.e

AG

AGapes in dedicationibus eccleſiarum. 92.a

AGapitus II. P. 592.d. Interminatur Principibus, niſi dimittant occupata monaſteria.d. Vicariũ mittit ad Othonem Imperatorem, & literas ad Epiſcopos Galliæ, & Germaniæ, vt in concilio generali conueniant. 594.b. Synodum habet apud. S. Petrum in confirmationem actorum in Germaniæ concilio. 595.a. Euocat Ottonem R. in Italiam. 595.d. Moritur. 598.b

AGatho P. 174.b. Rom. Concilio damnat Monothelitas, & legatos mittit Conſtantinopo- 175.d. Deplorat rude ſeculum, & traditiones Sed. Apoſt. commendat. 176.a. Prędicat Eccleſiam Rom. ſemper fuiſſe incorruptam. b. Moritur. 180.b

AGilulphus, ex Duce Taurinatum, à Theodolinda aſcitus in virum, Rex conſtituitur. 94. a, Captiuos e manibus Francorum redimit. 94.a Violatam, ab Exarcho pacem vlciſcitur. 106.e Moritur. 139.a

AGnellus Hiſtoricus, quando vixerit. 725.b

AGni Imagine ſtatuit Sexta Synodus non pingendum Chriſtum, Latini tamen ſic pingere perſeuerarunt. 189.c

AGnoitæ Hæretici vnde dicti. 46.d

AGreſtinus ex Mon. Luxouienſi ſchiſmaticus miſere perit. 139.b

S. AGricola Cabilonenſis Epiſcopus. 76.a

AI

AImoinus male ſentit de Octauo Concilio, & de cultu imaginum. 493.a

Aiſtulphus Rachi fratri ſuo, monacho facto, in Regnum Longobard. ſuccedit. 142. d. Pacem cum Rom. Eccleſia in annos 40. confirmat. 244.c. Mox violat, occupata Rauenna, & Exarchatu.c. Rom. ſibi tributarios facere ſatagit.c. Legationem P. ſuperbe reijcit. d. Sæpius rogatus à P. etiam à Rege Pipino, nihil æqui concedit. 247. b. profligatur à Pipino R. & Papiæ obſidetur, ac ſic pertinacia fracta, ablata ſe redditurum promittit. b. Periurus nihil præſtat promiſſorum, ſed maleficia addens, inſidiatur etiam vitæ Pontificis. 248.a. Vrbem obſidet.b. Euocatus rurſum Pipinus perfidum cogit, obſidione preſſum, ablata reſtituere c. Moritur. 250.b

AL

ALbericus Marociæ nobiliſſimi ſcorti filius, alienat Romanos ab Vgone R. 583.b. Princeps deligitur a Rom. c. Papam fratrem ſub cuſtodia detinet. 584.c. conciliatur Regi, Alda filia eius vxore accepta. 585.c. Ottoni regi aditum Romam abnegat. 596.c. Moritur. 597.c

ALbinus, qui & Alcuinus, flaccus, Anglus, Bedæ, Synchronos. 226. c. Eboraci florentiſſime docet. 274.d. Caroli magni magiſter in quibus ſcientiis. 275.a. Eum conſulit de quibuſdam quæſtionibus. a. Confutat confeſſionem improbantes. in prætermiſſis pag. 2. lit.c. ſcribit ad Leonem. cum ingenti ſui animi ſubmiſſione, & deuotione erga Rom Pont. lit e. Renuit proficiſci Romam cum Carolo, in prætermiſſis, pag. 3. lit. a. Paulino Aquileienſi fuit familiariſſimus. lit. a. Scribebat litteras pro Carolo. b. Vulgatam editionem veteris, & noui teſtamẽti emendat. Quod opus etiam nũc extat 275.c Moritur. 323.d

ALboinus, ex Scandinauia, Panonniam occupat, quam cedens Hunnis, Italiam inuadit. 57.e Cur tam formidabilis. 58.a. Benignum ſe præbet ad cõciliandos Italorum animos b. Fęlici, Taruiſano Epiſcopo, omnia bona ſuæ Eccleſiæ indulget.b. Venetiam, & Liguriam vaſtat, 60.d. 61.a. Ticino, per triennium obſeſſo, occupato inſidiis adulteræ vxoris interficitur. 62.b

ALchi-

ALchima, & Placidina, ſorores nobiliſſimæ viris indulgent, vt Epiſcopi fiant, & ipſæ quoque diuino ſe obſequio dicant. 52 d
ALdegiſus Deſiderii Longobardi R. filius, Italia profugus, Conſtantinopoli exceptus patriciatu ornatur. 267. e. 272. a. Miſſus cum exercitu in Longobardiam, à francis captus & occiſus eſt. 295. a
ALemani, & Franci inuadunt Italiam, & omnes male pereunt. 36. d. 37. a
ALexander Imp. abdicat Euthymium Patr. Cōſtātinopolitanum reſtituto Nicolao. 570. Eius nequitia & impietas. 571. a
ALexandria Egypti terræ motu cōtremuit, quod mirum admodum fuit. 34. d. Inde S. Marci corpus Venetias tranſlatum. 364. e
ALexandrina Eccleſia purgata hæreſibus, & ſimonia à Io: eleemoſynario. 132. a

Alexandrini Patriarchę.

PAulus qui incaute commiſſo homicidio deponitur. 2. b. ſub eo mirum quid contigit in muliere gentili per Angelos, humana ſpecie, ad Baptiſmum adducta. 1. c
ZOilus, ad quem miſit Iuſtinianus edictum pro fide catholica aduerſus Acephalos. 2. d. Depoſitus, Appollinare ſubſtituto. 27. a. 30. a. Quo artificio Appolinaris cōſuluerit pudori, & egeſtati cuiuſdam. 60. c. Mortuo Zoilo Appollinaris, vt legitimus admiſſus. 30. a. Moritur. 60. b
IO: 60. a. Eulogius. 73. a. Plurimi hic factus à Gregorio M. 113. a. Petenti Euſebium de Martyribus negat Gregorius inconueniri. 114. b. Librum ſuum contra Agnoitas. S. Gregorio Probandum mittit. 118. e. Moritur. 60. b. Inter ſanctos relatus. 130. e
THeodorus Scribon. 130. d
IO: Eleemoſinarius. 132. a. purgat eccleſiam Alexandrinam hæreſibus, & ſimonia. b. Immenſæ pietatis erga Pauperes. b. bis in hebdomada liberos ſingulis acceſſus ad ſe, in templi porticibus dabat. c. Moritur euocatus à Domino, in itinere, pergens ad Imperatorem. 141. a
GRegorius. 141. a
CYrus ex Epiſcopo Phaſidis ab Heraclio Imp. ſubrogatus Patr. Alexandrinus, 46. a. Coacto concilio ſub ſpecie pacis hæreſim Monothelitarum induxit. 147. e. Aduerſatur illi Sophronius Ieroſolymit. 148. a. Moritur. 152. b
PEtrus Monothelita. 152. b
COſmas qui abnegat hæreſim Monothelit. 234. b
ALfonſus Pelagii gener R. electus, bene pugnat cum Sarracenis. 229. e. Catholici cognomen, a Reccarcdo prius vſurpatū, aſciſcit. 229. e. quod Ferdinandus Arorgenius, longe poſt, repetiuit a Sede Apoſt. & hæreditarium Hiſpania Regib. fecit. e. moritur. 251. c. Aucto condito. d
ALfonſus Cognomento Caſtros R. a Mauregato patruo Regno pellitur. 280. a. A Veremundo Gallaciæ R. in collegam aſſumitur. 298. d. Bertam Car. M. ſororem vxorem ducit. d. Longe impar, 70. millia Sarracenorum concidit. 299. b Car. M. pręcipue colit, & munera de manubiis Maurorum ei miſſit. 313. e. Sedem epiſcopalem Iriēſem Compoſtellam transferri curat. 355. e Ouetenſem Eccleſiam Archiepiſcopalem fieri impetrat. e. ſub eo inuentum Corpus. S. Iacobi Apoſt. 354. a
ALfonſus Ordonii Gallæciæ in Hiſpania Regis. F. Magni cognomen tulit ex pietate, & belliea fortitudine. 437. d. Oueti munitionem extruit adu. Northmannos. 532. a. Legationem cum Epiſcopis mittit ad P. tria poſtulans. 541. e. Fœdus facit cum Sarracenis cordubenſibus, & excipit corpora. SS. M. M. Eulogii, atque Leocritiæ. 546. c
ALfonſus IIII. R. in Hiſpania, abdicans ſe Regno, fit Monachus. 581. b. Sed Regnum repetēs à Ramiro ſucceſſore excęcatur. b
ALlouinus Bauo nobilitate, & pietate inſignis, moritur, cuius exemplo multi nobiles ad pietatem. 147 a
ALpais pellex Pipini Herſtallo, altera Herodias, S. Labertum Tungrenſem Epiſcopum Pipinū corripientem, occidi curat. 192. b. Vltio ſacrilegos ſecuta. c
ALpes Cottiæ ab Ariperto R. Longobard. Eccleſiæ Rom. donatæ, an potius reſtitutæ? 198. b Eam donationem confirmat Luitprandus R. 202. e
ALtare Romanorum Conſtantinopoli ſubuertitur ab Hæreticis, Imperatore, & Patr. 156. c
ALtarria nudare, ad impetrandam vindictam, vetitum. 181. b
In ALtari corpus Domini ſub cruce ponendum. 61. a
ALthelmus Schireburgenſis Epiſcopus ſcriptor illuſtris. 193. b
ALtinenſis Synodi occaſio, facinus à Venetorum Duce patratum. 231. b

AM

AMalamius Treuirenſis Epiſcopus libros de Eccleſiaſticis officiis mittit ad Ludouicum Imp. 384. e. Sui temporis diſſertiſſimus, & apud Imp. primarius. e
S. AMandus Tungrenſis Epiſcopus, quod de ſacrilegis nuptiis Dagobertum R. corripuiſſet in exilium eiicitur. 147. b. Vaſconibus gentilibus prædicat, & mortuo ad vitam excitato, multos conuertit. c. Prædicat etiam Slauis, & aliis. c. A Dagoberto, poſt octo annos reſipiſcente, reuocatur. 151. e

DUCA DI SANTA C... Malvezzi

AMalaphus Tyrannus in Anglia, ex incendio Eccleſiæ repente moritur. 596.b

S. AMandus Leodienſis Epiſcopus, cum S. Landolino Cameracenſi Epiſcopo, & ſocijs: prædicatione à P. accipit ad Gentes. 558.b

AN

ANaſtaſius III. P. expoſcente Berengario, Ticinenſem Eccleſiam multis donis, & Priuilegijs ornat. 569.d. Moritur. 571.a

ANaſtaſius Sinaita Patr. Antioch. 42.e. Qui uir, & quantus. 46.e. 47.a. In exilium eijcitur. 63.b Accuſatus, prouocat ad concilium, & ad Imp. & abſoluitur. 80.d. Exercitum ſeditioſum reconciliat Duci. 81.e. Poſt viginti nouem annos reſtituitur. 109.d. Paſtorale S. Gregorij Græcè vertit. 123.b. 116.c.

ANaſtaſius II. ante à ſecretis, Artemius dictus, fit Imp. & fidei Catholicã profeſſionem apud P. per legatos edit. 203. Poſt paucos menſes à Theodoſio III. attonſus Monachus retruditur in monaſterium. 204.d

ANaſtaſius Perſa adoleſcens fidei Chriſtianæ afficitur. 137. b. Transfugit ad Rom. & Ieroſolymis baptizatur. 141.c. Captus à Præfecto Perſa, iterato torquetur. 143.a. In Perſia atrociſſime tortus cum alijs 70. obtruncatur. 144. b. Corpus Cęſaream, & caput lõge poſt Romam transfertur, ad aquas Saluias, cum imagine per multa miracula celebri. 144.b

ANaſtaſius. S. Germani diſcipulus, eiecto Magiſtro, in ſedem Conſtantinopolit. intruditur. 223.c. Reijcitur à Gregorio P. cum ſua Synodica. 223.e. Seruiens tempori ſe Catholicum cum Catholico Imp. prodit, Hæreticum cum Hæretico. 232.e. Throno deiectus, & ludibrio habitus, poſt tamen etiam reſtituitur. 236.b. Miſere moritur. 245.b

ANaſtaſius bibliothecarius in Vigilio omnia miſcet. 28.c. Theophanem Hiſtoricum quomodo latinitate donarit. 343.d

ANathema in certos Hæreſiarchas dicendum ab his, qui Epiſcopi ordinãdi ſunt. 4.d. In Monotelitas. 157.a. In Iconoclaſtas, & in edictum Imp. 215.e. In Prædones, & graſſatores ab Epiſcopo Rhemenſi. 630.c

ANdreas Calibytes ſub Copronymo Martyr. 253.c

ANgeli fiunt Patrini baptizatę fœminæ. 2.c

ANgelus viſus Romę in peſte, nudatum gladium recondere. 87.d. Viſi boni & mali in peſte, Vrbem obeuntes, malosque ad Imperium bonorum eam immittere. 177.a

ANgelorum ſeptem nomina, immo Dæmonum In Concilio Rom. damnata. 239.b

ANgelus Patriciacus, Dux Venetiarum, excipit corpus. S. Zaccariæ donatũ à Leone Imp. 369.b

ANgelbertus, ſiue Engilbertus Nithardi F. Caroli Magni gener, poſt Abbas in Centula. 378.b. 386.a

AMgli à S. Gregorio P. Angeli dicti. 110.a. Venales expoſitos adoleſcentes emi curat, S. Gregorius, & in monaſterijs inſtitui: a Expetentibus fidem, mittit prędicatores 111.e. Sub Edilberto R. Cantiæ plus quam decem millia baptizantur. 113.e. Cooperatores ad conuerſionem cum toto ſacro Apparatu Roma mittuntur. 120. e. Conuerſio Aquilonarium. 142.e. 144.c. Occidentalium. 143. b. 149. c. Mediterraneorum. 160.b. Orientalum 161.d. Auſtralium. 180.a. His baptizatis, reddita pluuia, qua biennio caruerant.a. Idola quando primum deſtrui ab Anglis cæpta. 152. d. Quadrageſima quando ab ijsdem recepta; violatoribus pœna appoſita.d. Inuadunt, ſuo damno, Hibernos. 182.d. Eorum frequentes peregrinationes ad limina Apoſtolorum. 207.a. 220.b. Multas Prouincias ſua prędicatione ad Deum conuertunt. 229.b. A Scotis ad Catholicos ritus traducuntur. 206.a. Viri inſignes 228.a. Viri ſancti. 271.c. Peregrinantes ad limina Apoſt. a Sarracen. inter Alpes occiduntur. 576.c

ANglia vectigalis facta S. Petro ab Ina Rege, 230.e. 408.e. Decima pars Angl. terræ Eccleſię data. 423. a. laborat tyrannide Danarum. 552.e. ex oppreſſione reſpirat. 600.e. perfectam pacem obtinet. 601.e. Reges Romam peregrinantur ad limina Apoſtolorum 200. d. 220. a. Dimiſſo Regno, monachum induunt. 198. c. 229.b. Regno pulſi Romam petunt 224. c. Reſtituuntur per P. & Imp. 331.c. Reges, qui ſacrilegam vſurpationem bonorum Eccleſiæ inuexerunt. 238. d. Rex vouet filiam virginitati; ſi victor in bello exiſtat; compos, votum ſoluit. 161. c. Rex poſt interdictam conſuetudinem excommunicati, prædicta nece ab Epiſcopo, nec cauens, occiditur. 162.a. Regis ſcitum reſponſum in S. Petro clauigero Regni cælorum. Reges impij Epiſcopos expellunt. 135.c. Reuocant. d. Regis animam ad Inferos damnatam ex reuelatione hominis a morte excitati habetur. 206.c. Rex nefarius a S. Bonifacio Epiſtola corripitur, & inuitatur ad reſipiſcendum. 238.a. Regis ep. ad P. digna quæ legatur. 498.d R. auream ſtatuam mittit magnitudinis Papæ 499.a. R. Eadmũdus a Danis interficitur. 505.a R. ingruentib. hoſtib. abſolutionem Miſſę præſtolatur. 511.c. R. pia donatio. 515.d. legatio cum donis in Indiam ad corpus. S. Thomæ & Romam ad. S. Petrum. 544.a. R. Alfredus profugus Danos profligat. 532. b. per eum litterę refloreſcunt.c R. Eduardi religio, dum ſacrilegum bello perſequitur. 565.d R. Collectam Romam miſit, & Ieroſolymam. 554.a. Eadmũdus, ex periculo, reſipiſcit. 588.b. Eduardus, occiſus a

ſus a

ſus a Nouerca, miraculis fulget. 621. e. Edgari incontinentia. 615. c. poſt reſipiſcentia. c.
ANglicanæ Eccleſiæ cunabula diuinis Chariſmatibus abundantia. 113. c. 143. b. Quando floruerit quaſi paradiſus Dei. 173. d. Quando floruerit Regibus, Paſtoribus, & doctis hominibus. 270. c. Collapſa reſurgit. 135. d. Excolitur per Furſeium Hibernum, virum admirabilem. 154. a. Qui ſtatus Eccleſiæ Anglicanæ deſcribatur a Beda. 225. e. Sub Edmundo bene diſpoſita. 593. a. Turbatur. 599. a. Perturbatio, ob electionem Regis. 619. d
ANglicana Synodus ſub Theodoro Archiepiſcopo. 171. d. Contra Monothelitas. 175. a. Legationem mittit ad Rom. Pont. b. In cauſa Vuilfridi Eboracenſis Epiſcopi. 199. a. Generalis de continentia Clericorum. 615. b
ANglicanæ Reginæ, Moniales effectæ. 231. a
ANglicanæ feminæ frequentes Romam peregrinantur, etiam Abbatiſſæ. 113. e. Quarum vna ſponte recluditur apud S. Petrum. 213. e
de ANima librum ſcripſit Caſſiodorus. 45. c
ANimas duas eſſe in vno corpore damnatur in octaua Sinodo. 489. a
ANna vidua nobilis, Monialis in crimen calumnioſè vocatur ſacrilegij cum beato Stephano Iuniore. 254. d. ſuam, & B. Stephani Innocentiam proteſtatur 255. a. Nuda coram populo ſiſtitur, & cęditur. b
ANnonariæ leges, penuriæ tempore. 364. b
ANnorum Chriſti ſupputatio Græcorum, & Latinorum diuerſa. 131. e
S. ANsbertus Rothomagenſis Epiſcopus, ex calumnia, à Pipino maiores domus Francorum in exilium mittitur, & moritur. 191. a
ANſegiſus Abbas Lobienſis, acta conciliorum, ſub Carolo M. in vnum congerit. 272. a
ANſelmus Dux Foroiulienſis, uxoris Aiſtulphi Regis Longobardi Frater, Nonantulam nobile monaſterium, in agro Mutinenſi extruit, & locupletat. 244. e. Monachus effectus, præeſt. 200 Monachis. e
ANsgarius Aquilonarium Apoſtolus, ex monacho Corbeię Galliæ, & primus Amaburgenſis Archiepiſcopus. 378. b
ANtharit primus poſt Duces creatus. 77. e. Vide Longobardi.
ANthuſa Copronymi filia, Sanctitate clara, eius elogium 271. b. Altera Anachoreta miraculis clara. c.
ANtiocheni populi religio, & zelus adu. impium Anatolium. 71. a
ANtiocheni accuſant Gregorium Patr. & Paulo poſt hominum 60. millia terræmotu proſternuntur. 80. d

Antiocheni Patriarchæ.

IOan. cui ſufficitur Anaſtaſius Sinaita. 42. e. Vide Anaſtaſius.
ANaſtaſius alter, qui in Iudeorum ſeditione, cũ plurimis trucidatus, inter Martyres colitur. 116. c. 131. b
AThanaſius Hæreticus perditiſſimus, Hæraclio decepto, Patriar. efficitur. 145. c
MAcedonius. 152. c. Nec deinceps mentio Antiochenorũ Eporum vſque ad ſextam Synodum.
Theophanes. 183. b. cum per annos 40. Eccleſia Antioch. ſub Sarracenis fuiſſet abſque paſtore, creari permiſſus Stephanus Monachus, & deinceps. 234. c
THeophylactus. 236. d
THeodorus, qui, prætextu, quod arcana reuelaſſet. Imp. Conſtantinopolitano relegatur ab Arabum Principe. 250. d
ANtiochia à Coſrhoe Perſarum R. internecioni traditam. 9. b. A Iuſtiniano Imp. reſtituitur. a. Terræmotu concutitur. 71. a. Sexaginta hominum millia ex terremotu proſternuntur. 80. d. Capitur a Sarracenis. 150. e. per annos. 40. caret Patr. 234. c
ANtiochus Anachoreta, cerenarius, poſt 60. annos vitæ auſterioris decedit. 113. d
ANtiochus Monachus 120. Homilijs deplorat cladem captæ S. Ciuitatis à Perſis. 136. e
ANtiphonarium, petitione Caroli M. ritè diſpoſitum. 275. c
ANtiſiodorenſe concilium dioceſanum. 89. d
APamea, circumlato. S. Crucis ligno ab excidio liberatur. 9. e
APhtardocitarum hæreſi addicitur Iuſtinianus. 46. c Ex ea Monothelitarum Hæreſis. c.
APollinaris Abbas Caſſinas miraculis clarus. 360. a
APoſtolorum Baſilica Romę à Pelagio P. inchoatur, a. Ioan. perficitur. 40. c
APoſtolatũ ad Gentes aſſignat Rom. Pont. 158. b
AD Apoſtolorum limina peregrinationes frequentes. 96. a. 171. c. 186. b. 280. b. 206. a. 207. a
INter Aporrypha cannones qui relati ab Eccleſia Romana. 188. d
APpellantes ad Rom. Pont. Epiſcopi, a Concilio depoſiti, Reſtituuntur. 61. e. Epiſcopus a ſuo Archiepiſcopo depoſitus à concilio ſuæ Prouinciæ, à P. reſtituit. 95. b. Alij duo reſtituuntur, iudicibus depoſitis. 125. b. Epiſcopus Cretenſis appellans Rom. Sedem, abſoluitur, & reſtituitur. 168. d. De iure ad Rom. Sedem appellandi. 392. d. Appellationes frequentes ad S. Greg. P. 95. e
Appellat Ignatius Patriarcha Conſtantinop. ad Sed. Appoſtolicam. 434. b
Appellationes ad maiores ſedes liberæ ſint. 489. e

AQua

AQ

AQua ſeptem diebus Romam occupat.ex inundatione Tiberis.206.e. Viua ebulliens, Caroli M. Exercitus ſitim ſedet. 266.c

Ad AQuas Saluias arreptitia liberata, ad reliquias S.Anaſtaſii. 263.b

Per AQuilam indicatur corpus S.Lupentii Abb. & Mart. 81.b

AQuileia diruta,& incenſa,à Longobardis:ſedes Gradum tranſlata. 122.b

AQuileienſes Epiſcopi, & alii aliquot damnant Concil.V. gener. quaſi cõtrarium Chalcedon. 38.a. Paulinus pſeudo Epiſcopus Aquil. 37.e. Primus appellatus Patriarcha a ſchiſmaticis, vt caput ſchiſmaticorum,60.d. Probinus,60.d. Seuerus per exarchum trahitur ad Communionem cath. 80. b. mox recedit cum duobus aliis,83.c.ſede priuatur.

AQuileia a Longobard.incenſa, 89. a. Fortunatus Patr. deiicitur. Primigenio ſuffecto, 146.b Gradenſ.& Aquileienſ.æmuli.ibidem.

AQuil.Synodus c.V.Synodum, 33.b

AQuileienſe Concil.ob impentiam V.vniuerſale ſuſcipere diffidit, 192.e. Ante Sergium Papam reconciliatur Rom. Eccleſiæ. 192.e. De Patriarch. Aquil. & Gradenſi obſeruatu digna, 128.b.Altercatio vtriuſque,222.d.Seuero ſuccedit Io: Schiſmaticus in Aquileia vetere, & Candidianus in noua.i.Gradu. 128.c

AQuileiens Eccleſia exſchiſmate reuocatur ab Agathone, poſt relapſa plene ſub Sergio ſanatur. 192.e

AQuil Patr. ſedem transfert apud Forum Iulii, & Cormone habitat,cum Foro Iulii habitaret proprius Epiſcopus. 164.e

AQuileia noua.i.Gradus,totius Venetię,& Iſtrię Metropolis,222.c. Vetus Aquileia finibus Longobard. continebatur. e. Concilium Foro Iulienſe ſub Paulino Patr.de Proceſſ. Spiritus S. & de Neſtorianiſmo reſtitui cæpto in Hiſpania. 297.c

Paulinus ex Grãmatico Patr.Aquil.321.c.Vide Paulinus.

AQuilienſ.Patriarcha impugnans Eccleſiam Latinam de proceſſ. Spiritus ſanctus ſchiſmaticus ſcribit ad Photium ſchiſmaticum, prouocans ad ſcribendum in latinos. 544.b

AQuilinus Ebroicenſis Epiſcopus Sanctitate clarus. 180.d

AQuilonatium Sedes Archiepiſcopalis Hamburgum. 378.b

AQuiſgran. Concil. de proceſſ. Spiritus ſancti etiam à Filio,335.d. Aliud, in quo Car.M. Ludou.F Coronat Imp & Bernardum Nepotem, Regem Ital. c.338.e.Aliud.355. Aliud Gener. quo ſtatutum ab Abbatibus cum Monachis ſeruari mandata, confirmata. Reſtitutio item & Donatio a Ludou.Imp.facta Rom.Eccl.356.d Aliud, quo multa de ſtatu Eccl. & Monaſteriium edita ex auctoritate Apoſt. 360.b. Aliud de vtilitatib. Eccleſia. 390. b. Aliud, quo Lotharius Regno priuatus.394.b. Aliud,pro Lothar.adu.vxorẽ,439.c. Aliud quo Otto herm. R.electus confirmatur. 586.c

AQuitaniam,cæſo Sarracenorum exercitu, liberat Carolus Martellus,213.c. Pipinus tota potitur,253.a.Hunaldus Dux, rebellis, capitur, 262.a.Romam dimiſſus, deficiens ad Longobar. ab illis lapidatur, a. Collapſam in ea Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituit R. Ludouicus. 328.b

AR

ARabes.Vide Sarraceni.

ARagonenſes vindicant ſe in libertatem à Sarracenis. 274.b

ARator Subdiaconus. R. E. carmen ſuum de actis Apoſtolorum ſollemniter recitat, coram P.& curia R. 16.b

ARbor ingens tranſlata oratione S. Lannomari, 57.d

ARiani ſuos Epiſcopos Patriarchas appellant. 60.d

ARmeni ſubdunt ſe Rom.Imperio. 63.c

ARmenia vaſtatur à Sarracenis,160.d.Inter Sarracenos,erroribns inficitur,182.e.Eam ex portis Caſpiis inuadunt Turcæ. 266.a

ARnulphus Epiſcopus Metenſis theſauros Eccleſiæ effundit in pauperes,130.b. Petit à R.ſeceſſionem in Eremo,c. Calumnias in aula patitur.b

ARnulphus R. Carolomani F. regnum Caroli Craſſi obtinet,553.a.Hunnos immittit in Gallias,& Germaniam,554.c.Romam capit aſſentientes P. & a Formoſo Imp.coronatur, 560.c Hæc coronatio,vt ſubreptitia,reicitur à Io:nono Papa, 560.c. Moritur ex morbo pediculari grauiſſimorum criminum reus. 563.b

ARnulphus Baioariæ, adu.Hugonem Italiæ R. 582. e. Deſtructor fuit monaſteriorum, 583.a Poſt Auguſtam deprædatam,occiditur, a

ARnulphus Comes Flandriæ, Eccleſiam Rhem. ample muneratur. 601.d

ARnulphus Rhem. Archiepiſcopus Hugoni R. 630.a. Anathema intorquet in Prædones, c.In crimen vocatus Proditions Papam appellat. 631.a

ARſenius Hortenſis Epiſcopus preclare fungitur legatione in Gallis. 452.b

ARtabaſdus rebellat à Copronymo, & Imperium inuadit, 232.b. Male cum eo pugnat, 234.Captus excęcatur cum filiis,236.b.Circũducitur Aſino auerſus impoſitus,b

ARtal.

ARtaldus Rhem. Epiſcopus ex Monacho, eiecto Hugone puero, 583.d. Per concilium Sueſſionenſe eiectus reſtituitur. 588.e

AT

S. AThanaſius Epiſcopus Neapol. creatus, a Papa conſecratur, 412. plura de eo referuntur, mors item. 512.e
AThanaſius alter Epiſcopus Neapolis a Sergio Pręfecto Fratre ſufficitur, 513.b. Sergium Fr. capit & excæcatum Romam ad P. mittit, de quo ab eo laudatur, 512.b. fœdus initi cũ Sarracenis, 538.a. ob id excommunicatur, 540.c abſoluitur certis conditionibus, e
S. AThanaſius Anachoreta, in monte latro, ſub Michaele Imp. 600.a
ATtiniacenſe Concil. 503.e. in eo Hincm. Laudun. male tractatur. 504.a
ATto ex Abb. Augienſi Moguntinus Archiep. diſcipl. Monaſt. reſtituit. 557.b

AV

AVares, Vide Hunni.
AVdoences Rhotomag. Epiſcopus, peregrinatur ad limina Apoſt. 171.e. moritur, miraculis clarus. 174.a
AVdomanas ex Abb. Morinenſis Epiſcopus. 181.d
AVguſta ciuitas Germ. direpta malo prędonum, 596.e
AVguſtanum Concil. 596.e
AVguſtini Corp. tranſlatio Ticinum a Luitprando. 213.a
AVguſtinus, & Mellitus Monachi cum aliis ad conuerſionem Anglis miſſi a S. Greg. P. III. e ordinatus Epiſcopus. S. Auguſtinus cum 40. ſociis tranſmittit in Angliam, 113.e. Coadiutores petit, 120.e. Gregorium de multis conſulit, 121.a. Concilia duo habet in Anglia, 127. d. Laurentium viuens ſibi ordinat ſucceſſorem. e. claret miraculis, 113.c. moritur, e
AVicenna, quando vixerit. 150.b
AVrelianenſe Concil. Tertium in quo de Clericorum immunitate, & de Iudæis, 8.a. Quartũ de Quadrageſima, & Paſchate, 17 d. Quintum quo damnatæ hæreſes Neſtorii, & Eutychatis. Sextum quo hæreticus quidam damnatus eſt. 29.d
AVrelianus Arelat. Epiſcopus. 25.a
AVrelius Caſſiodorus. Vide Caſſiodorus.
AVrelius, occiſo Troila patruo, Regnum inuadit Hiſp. & plura iniqua decernit, 263.c. miratur. 273.d
AVſtreberta virgo ſanctitate clara. 191.b
AVſtregildis Reg. Guntranni vxor moriens adiurat maritum de nece Medicorum. 74.e
AVſtregiſilus Bituricenſis Epiſcopus, 133.a. eius oblocutor punitur, b
S. Authbertus Cameracens. Epiſcopus per reuelationem monetur de erigenda Baſilica Archang. Michaeli. 200.e
AVthentici libri Dionyſii Areopag. In Franciam delati. 373.d
in AVxentianum Montem profugiunt Monachi a perſecutione Copronymi. 250.b
AVximitæ ad fidem conuertuntur. 12.b

B

BADda filia Chilperici Franc. R. nubit Reccaredo Hiſp. R. & Catholicæ fidei Profeſſio ſubſcribit. 84.a
BAioarii. Vide Bauari.
BAlnea poſt Euchariſtiæ ſumptionem nõ adeunda. 131.d
BAndoninia. S. Radegundis alumna, eius vitam ſcripſit. 86.c
BAptiſmus vnica an trina merſione celebrãdus, 93.c
in BAptiſmatis fonte quot annis ſolita renouari miracula in Hiſpania. 23.a
BArbaricini Pop. in Sardinia qui. 104.a. Dux eorum Chriſtianus factus, & Prædicatores miſſi ad reliquos conuertendos, b
BArcinona à D. Sarrac. Carolo reddita. 312.c
BArcinonenſe concil. contra Simoniacos &c. 117.c
BArdanes creatus Imp. cædes cauens, fit Monachus, 322. b. Poſt à perfido Nicephoro obcæcatur, b
BArdas Philippicus hæret. inuadit Imp. 201. d. obtruncat Iuſtinianum Iun. orthodoxum, ſed immanem. e. eius hæreticam profeſſ. reiicit Cõſtantinus P. 202. abradit ſex Synod. Conſtantinopoli, a. ſtabilito Imperio intendit firmandæ hæreſi Monothelit. c. Curat pſeudoSynodo per vim damnari VI. Sin. d. Imp. priuatur, 203.a
BArdas deiicit Ignatium throno Conſtantinopolis, 428.a. Scholas inſtituit Conſtantinopoli, 430.b. Per viſum oſtenditur illi nex propria, Paulo poſt ſecuta. 468.e
BArdas inuadit Imp. 620. b. coronatur Imp. 628.b
S. BArtholom. Apoſt. Corpus transfertur ab oriente Beneuentum, 625.e. inde Romam. 654.b
BAſilius Macedo a Michaele adoptatus, eo occiſo inuadit Imp. 469.c
Photium ſede deiicit, Ignatius reſtituit, 469.d. perri-

per ritus admonitus de nece Domini pœnitentiam agit:470 a.Conſtantinum F.collegam aſſumit. 474. e. Legatos mittit ad Adrianum P. recens creatum.478.c. Præclaram adhibet exhortationē ad Photianos Schiſmaticos. 485.e. Aliam ad Laicos 490.a. Eius.4. Filiæ Virginitatem colunt.505.d. Victoriam obtinet de Barbaris. 507.a. Legatos mittit cum muneribus ad Ludou.Germ.R.513.c.Petit legatos a Rom. Eccl.ad componendam Eccl. Conſtantinopolitanam ſchiſmate diſciſſam. 525.c. Per Theophanem Cler.decipitur a Photio.531.a. Conſtantinopolim reuocat b.curat reſtitui per P.c. Multa pollicitus Ioan.P. pauca præſtat.539.a. Ingenti potitur victoria adu. Sarracenos in oriente.539.c. Moritur.549.d. eius laudes, & præclara facta.e.inter ſummos Imp.munerandus niſi ſeductus a Phocio,preuaricator factus eſſet octauæ Synodi. 550. a. Librum curauit ſcribi de iure.b. reliquit F.Leoni præclara monita 66. capitibus comprehenſa.b. Menologiū ſcribendum & augendum curauit.e.Fortunatiſſimus a Curopalata cur appellatus. 651. e.

BAſina, & Chrodieldis Regię Moniales procaces, & profugæ, multa miſcent, vt opus fuerit Synodum Epiſcoporum conuenire. 101.c

Bathildis Francorum Regina admodū pia.168.a Ex apparitione. S. Eliſij, opibus piè profuſis monialis efficitur, inter ſanctos relata a.

BAuari, (qui & Baioarij) ad fidem conuerſi per S. Rupertum Vangionenſē Epiſcopum. 86. e. S.etiam Bonifacius illis prædicat 227.c.Comitantur S.Bonifacium Romam cum alijs.229.c Tres apud eos Epiſcopatus inſtituti. 230. b. Concilium habetur ad Danubium. d. Synodi habitæ in Bauaria, fragmenta extant. 267.b. Dux Taſſilo à Carolo M.in deditionem accipitur.294.b. Poſt maieſtatis conuictus cum filijs in monaſterio recluditur. 295.e

Bauo,qui & Albuinus,ſanctitate clarus. 147.a

BE

BEatus Presbyter Hiſpanus,Elipandi hęreſim de Chriſto adoptiuo impugnat. 280.b

BEdæ nomine editus commentarius in Epiſtolas Pauli ex Auguſtini verbis,a Caſſiodoro cenſetur nomine Petri Abbatis Tripolitani,in Africa. 45. a. In Compendium redigit librum de locis ſanctis.193.d. Modeſtia, quod Romam à P.euocatus, de ea nihil meminerit, 194.c. An iuerit,coniectura auctoris.c.Expetit ab Archiuo Rom. ſpectātia ad Anglicanam Hiſtoriam, quam ſcribebat.220.b. Cladem Gallijs à Sarracenis illatam, quam uidit, deſcripſit.223.a. Quando abſoluerit ſuam Hiſtoriam.225.c.Vitam ſuam breuiter deſcribit.d. De eius ætate. 225.e. De Venerabilis cognomine.226.b.Martyrologium eius breuius,vt & Hieronymi,Carolus M.dilatari voluit per Vſuardum. 275.c

BEgga Pipini maioris Neuſtriæ Ducis F.alterius Pipini,Patris,Caroli Martelli,mater.146.e. Fœmina ſanctiſſima moritur. 192.c

BEliſarius Neapolim in deditionem recipit. 1.c. Romam item.d. Siluerium P.mandato Theodoræ.A.prætextu, quod Vrbem Gothis prodere tentaret,mittit in exilium, & Vigilium P. creari curat 3.b.Nō pœnitet:Rauennam cum Vitige recipit.9.a.Eius præconium.10.a.Reuocatur ex Italia,nec triumphare permittitur.a. Infelix, poſt violatam Pōtificiam maieſtatem, cum Perſis malè pugnat.16.a. Petente Vigilio P. remittitur in Italiam. b.Multa, & præclara dona offert Eccleſiæ Rom.& pia loca ædificat, & dotat.17.a.Ex glorioſo, ingloriuſ, poſt manus iniectas,licet alieno Imperio in Rom.Pōt. 24.d.14.anno belli Gothici, reuocatus ab Italia ocioſus degit.d.In Hunnos emiſſus,eos repellit a Conſtantinopoli.40.a. In crimen coniurationis in Iuſtinianum adductus, in ordinem redigitur.42.e.Conſtantinopoli poſt biennium moritur.43.c. Dei in eo apparet iudiciū ob violatum Rom. Pontif.43. d. Varia de eo, quæ feruntur,Iambicis verſibus quidam Poeta complectitur. 43.a

S. Benedicti Abb. miracula aliquot recenſet. S. Gregorius.15.c.64.e.Prænunciat Totilæ ventura.15.a.Vaticinatur de clade Vrbis.15.c. Luget Monaſterij deſtructionem.65.d. Tranſlatio eius corporis an facta in Gallias. 167.b

S.Benedictum Iuniorem Monachum Gothi in clibanum incenſum iniiciūt,& exit illæſus.14.e

BEnedictus Rom. cognomento bonoſus P. 63.d Moritur.68.b.eius extat epiſtola de myſterio. Sanctiſſimæ Trinitatis.B

S.Benedicti.II. P. 181.e. Obtinet ab Imp.vt electus P.conſecretur, nulla alia expectata confirmatione. e. Epiſtolæ duæ eius nomine ſuppoſititiæ videntur.182.a. Exigit ab Epiſcopis Hiſpaniæ, vt ambigua quædam declarent in confirmatione Actorum ſextæ Synodi. 183.a. Moritur,reſtitutis multis Eccleſiis.b

S.Benedictus Abb.in Anglia vir ſanctiſſimus per quem propagatus eſt in Anglia mirificè Monachiſmus. 198.a

BEnedictus Leuita collector capitulorum Caroli,& Ludouici Impp. 161.d

BEnedictus III.P.Romanus in breui ſchiſmate,altero intruſo.423.c. Moritur. 426.b. Plurima contulit Eccleſiis.b

BEnedictus IIII.Rom. 567.c. Quintus Rom. ex diacono,P.Ioan.XII. ſubrogatur. 609. b. Male,auctoratus, Magdeburgum cuſtodiendus ab Imp.Ottone abducitur.610.d.Eius laudes. Expetitur a Rom. Moritur,& Romam reportatur, cum fama ſanctitatis. 610. e. 611.a

VI. A Cardinali nequiſſimo Strangulatur in carcere. 618.d
VII. 618.e. Expellit Tyrannum Bonifacium, qui Baſilica Vaticana direpta Conſtantinopolim abit 619.d. Moritur. 625.e
BEneuentum Totilas occupat, & muros diruit, 15. e. Illuc transfertur corpus S. Bartholomei Apoſtoli. 393.b
in BEneuentanos Rom. Ecc. infeſtos exercitum mittit Carol. M. 316.a
Benno, ex eremita Metenſis Epiſcopus, ab ipſis met excæcatur.
BErengarius Dux Foroiulienſis Regnum Italiæ inuadit, 553.b. Pugnat contra Ludouicũ Boſonis. F. 564.b. Profligatur ab Hunnis inuadentibus Italiam, 565.c. Munificus in Ciuit. & Eccl. vaſtatas, d. Romam profectus, coronam extorquet Imperii, 566.a. Lamberto extincto, ſumma rerũ potitur, 569.e. Coronatur a Io: X. Imperator, 573.e. Superatur a Rodulpho R. Italię. 577.e. Hunnos infert in Italiam adu. Rodulphum. 578.c. Occiditur a ſuis, d
BErengarius Princeps auertit Vngaros ingenti pecuniæ vi, 595.d. Vindicat ſibi Italiæ Regnũ, mortuo Lothario, 594.c.d. Fugatur ab Ottone R. ſeque illi ſubiiciens, ab eo recipit regendam Italiam. 596.a. d. Sub eius tyrannide, gemit Italia, 600.e. Superatus ab Ottone, exulatum mittitur in Baioariam, 609.d. Moritur, 611.b
BErnardum Hiſpanum Comitem, aſciſcit Ludou. in Præfectum cubiculi, ex quo alienãtur filii & Principes, b. ob id eum a ſe dimittit: 383. Carolus Aquit. R. Caluus eum interficit, 400.b. Filius Vilelmus, Patris cædem vlturus, iunctus Sarracenis multa patrat mala, c
BErnardus R. Italiæ inuadere tentans Regnum Franciæ, occupatus a Ludou. Imp. ſe dat & ueniam petit, ſed Maieſtatis damnatus cæcatur, 356.e. Eum poſt triduum mortuum Lud. deflet, e
BErno ex Monacho Gigniacenſi, fundator Monaſterii Cluniacenſis. 272.b
BErtaridus exul, diuinitus monetur redire, & capeſcere Regnũ Longobard. 172.a. Eius pręclarum elogium, a. Moritur relicto F. Cuniperto. 187.e
S. BErtinus Abb. Moritur. 192.d
BErtrada Pipini R. vxor, Caroli M. & Carolo Manni mater, Regina coronatur a Stephano Papa, 246.d. In Ital. venit expetens Deſiderii filiam vxorem Carolo filio, improbante Stephano Papa. Limina viſitat Apoſt. b.

BI

BIbliothecam ſuam deſcriptam reliquit, duobus libris, Caſſiod. 45.b. Conſtantinopolitanam numeroſiſſimam cum duodecim Bibliothecariis, incendit Iſauricus. 215.b
BIclarenſis Abb. hiſtoricus Hiſpanus. 85.c
BIrinus Epiſcopus in Angliam ab Honorio Papa miſſus, Occidentales Saxones conuertit ad fidem, 249. c. Super mare incedit ſecurus, d
BYzacenum Concil. in Afr. de cauſa Primatis, ad Papam delata, & prouinciæ remiſſa, 122.e Aliud adu. Monothelitas. 155.a

BL

BLidulphus Mon. Bobiens. annuente Lõgobard. R. male multatus, & pro mortuo derelictus incolumis exurgit; percuſſore a Dæmone correpto. 143.e

BO

BObienſe Monaſt. a B. Columbano ædificatur, Agilulpho Longobard. R. fauente, 135.a. Cleronen. Epiſcopus tentat illud ſibi ſubiicere, 144.a
BObium Papæ redditur ab Aiſtulpho. 248.d
BOgaris Prinnceps Bulgar. quomodo conuerſus ad fidem 401. Profligat in ſe conſpirantes, c
BOemi vincunt Francos. 412.c
BOioarii. Vide Bauari.
BOnifacius III. R. ex Diac. Papa, 129.a. Concil. Rom. ſancit c. Ambitum, c. Moritur, c
IV. Papa Pantheon a Phoca impetrat Imperatore, & Martyribus dedicat. 129.d. Concil. habet de allatis ex Anglia quæſtionibns, 132.c. Moritur. 135.d
V. Neapolit. Roſenſi Epiſcopo pallium mittit, 140. a. Litteras ad Ediuinnm Regem & ad Reginam munuſcula mittit, 142.d. Moritur, e
VI. Inuadit Sedem dies, quindecim 560.e
VII. Diac. Card. immaniter ſtrangulato Papa, Sedem inuadit, 718.b. A Benedicto. Rom. Card. expellitur, qui poſt fit Papa, VII. dictus. 619.b

At hic

At hic Bonifac. Baſilica Vaticana expilata Conſtantinopolim profugit, reuerſus, mortuo Benedict. Io: 15. Papam in carcerem coniectum fame mori cogit & ſedem occupat, 626.c. Numerandus potius inter latrones, quòd Pontifices, d. Repentino moritur, d

BOnifacius Anglus presbyter, Apoſtolus creatus ad Gentes, ſub Clemente Vuili, brordo etiam dicto, pro ſua humilitate, mauul prædicare Phriſiis, 208.c.d.e. Plurimos de Griſonibus baptizat, 200. Ordinatur Epiſcopus Phriſonum, ex Vuinfrido Bonifacius dictus, 210. d. Quod Sacramentum ediderit Papæ. d. Labores in conuertendis Gentilibus, 211.d. S. Petri epiſtolas aureis litteris deſcriptas, ex deuotione expetit, 212.a. Euocat in ſubſidium ex Anglia, viros, & fęminas, quæ fęminis præſint. b. Rom. Sedem conſulit, 210.c. Legatos cum litt. mittit ad Greg. III. 225.b. Baioarios prædicando viſitat, 226.c. Romam proficiſcitur. cum magno comitatu, 229.c. In reditu luſtrat Baioariam, tres fundans Eccleſias. 230.b

Exhorrens Simoniam, expoſtulat cum Rom. Pont. quaſi male de eo ſuſpicans, 253. e. Calumniis appetitur, e. Ex ſuſpicionibus quibuſdam petit miſſionem legationis Apoſt. a Papa. 241.a. Coronat Pipinum in R. Fr. 243. b. Profecturus ad Phriſios, ad Paganiſmum reuerſos; impetrat, vt ſibi ſubſtituat ſucceſſorem 247.b. Magnis conuerſionib. apud Phriſios factis, martyrio tandem coronatur cum ſocijs, e

BOnifacius Cognatus Ottonis Imp. Romualdum ſequutus, flagrat cupiditate martyrii, 649.b

S.BOnitus Epiſcopus Aluerneſ. abdicans epiſcopatu, peregrinatur ad limina Apoſt. miraculis clarus. 198.e

BOnorum Eccleſiaſticorum vſurpator D. Aquitan. bello petitus, vita priuatur, 253.a. Pipino quid acciderit bona Ecceleſiæ ſub annuo cenſu vindicante, a. Carol. M. Sancit in eorum occupatores. 279.a

BOnis Monach. & Cler. inuident homines militares, b. Obſtinate ea retinentes pro hæreticis habend. 301. a. Ea occupantes fiunt debiliores, ſua donantes, potentiores, 412.b. Vltio in occupatores, 397.a. b. 402. e. 403. b. 408.b 459.b. Vide Vltio.

BOructuarii pugnant adu. Saxones. 200.b

BR

BRaccharenſe Concil. primum, 47.b. Secundum, 63.a. Tertium. 173.a

BRaulio Cæſarauguſtarus Epiſcopus. 150.a

BReuiarium & Miſſale, ſub nomine Iſidori, extat, Mozarabe dictum. 148.d

BRitanniæ Ediſcopos, S. Auguſt. fruſtra tentat reconciliare Eccleſiæ, 127. d. Ex quo in pœnam in bello conteruntur. 127.d

BRitonum D. vouet decimam omnium bonorum Deo, & S. Petro Romam, ſi vincat Northmann. & Voti campos fit. 555.d

BRixiæ Engilberga Reg. fit Monacha. 517.b

BRunichildem Reg. Fr. & Childeb. matrem monet, S. Greg. de abuſibus, c. Contra canones, corrigendis, 108.e. Item de Simonia tollenda, 120. d. Cupiditate regnandi, quaſi altera Iezabel aduerſatur B. Columbano. 133.b

Per eius factionem, S. Deſiderius Viennenſis Epiſcopus damnatus, lapidatur, 134.c. Theodebertum Nepotem clericum factum perimit, 135. a. Delphinum Lugdun. Epiſcopum necari mandat, e Theodoricum Nepotem veneno tollit, e. Sceleſtiſſima fęmina tandem à Lothario immaniter diſcerpitur. 136.b

BRuno Ottonis Reg. frater, Epiſcopus Colon. doctr. & pietate clarus. 597.e

BV

BVgga Regia Abbatiſſa peregrinatur ad limina Apoſt. 213.b

BVlgari a Coſrhoe R. Perſ. in Rom. immiſſi, 142.b. Pacem cum eis facit Conſtantinus Pogonatus, 174.b. Eorum auxilio Iuſtinian. II. reeuperat Conſtantinopolim, 197.d. Iuſtinianus Rhitnometus Imp. profligatur, 199.c. Cædunt Sarracenos a Coſtantinopolitana obſidione abeuntes, 206. d. Eorum R. Telericus confugiens Conſtantinopolim baptizatur, 273.d. Bello a Nicephoro petiti, & abnuente pacem dare, ab eis profligatur & occiditur, 338.c. Michael adu. eos monens, dolo Leonis Armeni, profligatur, 342.d. Hadrianopolim expugnant, 343 b. Sub Bogari Principe ad fidem conuertuntur, 401.b. Is in bapt. Michael vocatur, c. Prædicatores expetunt, legatione honorificentiſſima ad Nicol. Papã miſſa, 455.a Solos Apoſtolicos. 1. Rom. diui expulſis aliis admittunt, 460 c. A Concil. ottauo expetunt cui Eccleſiæ ſubeſſe debeant Rom. an Conſtantinopolitanæ, 494. d. Regis deuotio erga Sedem Apoſt. 495. e. Papæ, & Sedi Apoſt. ſe ſubdit, e. Regnum quando extinctum, 617.c.

Aſtracti per Græcorum fraudem ab Eccl. Rom. 495. e. Bello petiti a Leone Imp. ſubdunt ſe rurſum diœceſi Rom. 658. d. Conſtantinopolim obſident, conciliantur, rurſus bella mouent, 573. b. Vincuntur a Rom. & poſt vincunt, 574. d. Conſtantinopolim obſident, 577. b. Thraciam vaſtant. 581. d. Pacem uendunt muneri b. d

BVrchard. Herbipol. Epiſcopus, 140. e. Moritur poſt ann. 40. ſedis. 198. b

C

CABILON. Concil. ſub Clodoueo, 165. b Aliud ſub Guntherarum, 73. e. Aliud ſub Car. M. 344. a

CAbilurſum vaſtatur a Lothario Ludou. Imp. filio. 387. c

S. CAeciliæ Corpus repertum ſub Paſchali Papa 365. b. Rurſum poſt 800. fere ann. ſub Clem. 8. c

CAeci illuminati: tres ſimul a, S. Martino, 42. d. Alius ab eodem, 70. b. Alium ab Auguſtino Anglorum Epiſcopo, 127. e. Alius B. Stephano Iun. 256. d

CAecus quidam Euſebius prodigioſæ memorię, & ſcientiæ. 45. b

CAelibatus Clericorum ſub ſancto Gregorio, 91. b. Abrogatus in Pſeudoſynodo Conſtantinopolitana, 189. d. Collapſus in Africana, 191. e

CAeſarauguſta obſeſſa a Fr. Obſidionem redimit tunica S. Vincentii Mart. & aliis reliquiis, 14. a

CAeſarauguſtanum Concil. ſecundum quo ſancitum, ut Reliquiæ inuentæ in Eccleſiis Arianorum, per ignem probarentur, 97. a. Tertium 187. d

CAlumniator conuictus calumniatori traditur, 421. c

CAlumniatrix ancilla diuinitus punitur, 255. c

CAmpana Senonenſis Pariſios deuecta, ſonum amittit, relata, recipit. 138. e

CAmpanæ a Venetis ad Græcos quando transmiſſæ. 454. c

CAndia quando, & vnde dicta, Creta. 370. b

cum CAnonum violatorib. Communicandum non eſt. 329. c

CAnones, Presbyterum epulari in bigami nuptiis, vetant, 329. d. 331. a. Excommunicatum poſt annum vetant abſolui, niſi interim procurarit abſolutionem, 329. e. Qui fidem rectam habere videtur, nec tamen Canonibus regitur, perfectus orthodoxus non eſt. 330. d

CAnones nomine ſextæ Synodi a Pſeudoſynodo facti, & a Sede Rom. ſemper improbati, 188. b. Aquo tempore Græci fere ſemper a tholica Eccleſia diuiſi. 189. d

CAnonizatio S. Suitberti a Pipino procurata, & cur dilata 246. e. A Leone III. poſt facta 322. e

CAnones, quibus ius Eccleſiaſticum conſtituitur, 422. b. Quanti faciendi, c

CAuonum liber ſiue Corpus, quod. 449. a

CAnonum collectio Iſidori Mercatoris, ceteris opulentior, ſed recentior. 449. b

CAnones Papæ opponere, eſt contra Canones ſe erigere. 509. d

CAnonizatio Sanctorum per quoddam tempus, qualis. 637. c

CAntus Pſalm. in tranſlatione Reliq. 89. b. Gallicanæ Eccl. per Steph. P. reſtituitur, 246. d. Eius diſciplinam Carolus Magnus emendat, 328. a

CApilliS. Ioan. Baptiſtæ miſſi a Greg. Papa, ad Recaredum Regem pro magno munere, 117. d. Capillorum Cirri mitti ſoliti in ſignum adoptionis. 182. b

CApitula Regum Franc. a. Rom. Pont. probata, 403. d. 407. a

CApitum trinm Chalced Concil. Controuerſia penetrauit in Hiberniam. 94. e

CApitum 27. reſponſiones Zachar. P. ad Gallæ. Eccl. 237 a. De eodem tentatur Theodolinda Reg. 99. c. Ob eamdem vexatur Epiſcopus Mediol. 102. e

CAptiui vincti, Dei virtute ſoluuntur. 89. d

A Greg. P. redempti, 94. d. 111. d. Item a Io: P. 197. b

Nec uili pretio a Mauritio Imp. magno eius malo, redempti, 118. d. Relaxantur oblato, pro eis ſacrificio. 137. c

CArcere detenti a S. Germano liberantur, 8. b. Item a S. Columbano. 134. b

CArcer Conſtantinopoli vnicus, & anguſtus vſque ad Phocam. 129. e

CArdinales omnes acti in exilium, 151. c. Eorum ſolum ex ordine promouendi ad Pontificatum. 261. c

de Cardinalib. Conſtitutio Ioan. VIII. Papa, 544. b

CAriſſiacenſis conuentus aduerſus graſſatores, 514. c

CArnium humanarum eſus in obſidione Vrbis a Gothis, b. c. Et in penuria Liguriæ.

CApuani duo Epiſcopi quando facti, Capuæ veteris, & nouæ. 538. b

CAro-

CArolus Martellus, Maior domus Lotharii, 205. b. Profligat Reginfredum Maiorem domus Chilperici, cum ipſo Rege, 207. a. Epiſcopum Rhem. deponit, & Epiſcopatum vſurpat. 6. Qualis vir eſſet, 209. b. Cædit ad internecionem Sarracenos a D. Aquit. in Franciam euocatos, 213. b. Reprehenſus ab Aurelianenſi Epiſcopo, ipſum relegat, d. Sarracenos Narbona expellit, 226. b. Alios ex Hiſpan. aduenientes cædit, 227. e. Euocatur in auxilium Eccl. Rom. a Greg. 3. aduerſus Longobard. eũ Chriſtianiſſimum filium appellans, 231. e. Moritur, 233. a. Quæ de eius damnatione feruntur, incerta, a

CArolomannus & Pipinus Martelli filii. 233. e

CArolomannus circa religionem accuratus, 234. a. Monet, S. Bonifac. de reuocando vſu Concil. a. Bonis Eccl. vtitur ad bella, certis conditionibus, reſtituendis, 235. d. Monaſt. Fuldenſi agrum circum circa per tria millia paſſuum donat, 240. b. Monachus efficitur, c. Mittitur ab Aiſtulpho ad Pipinum Fr. in Frãc. 246. d. Moritur, & refertur ad Caſſin. Monaſt. c

CArolus qui poſt Magnus, in Regem, vna cum Patre & fratre inungitur, 246. b. Hunaldum Aquitaniæ Ducem rebellantem capit, qui dimiſſus iungitur Longobardis, 262. a. Vxorem accipit Deſiderii Longobard. Regis filiam, 263. a. Repudiat eam poſt annum, 264. a. Saxones pacat, obſidibus acceptis, 266. e. Torrẽs ſitienti Exercitui diuinitus ebullit, 266. e. Cũ plurib. Legationib. non obtineret a Deſiderio, vt ablata S. Petro reſtitueret, veniens in Italiam, illum Papiæ obſidet, 267. e. Aldegiſum Deſiderii filiũ Verona deiicit, e. Romam pergens glorioſe excipitur, 268. b. Donationem Pipini Patris confirmat, & nouam addit, 268. d. In deditionem Papiam eum Deſiderii accipit, & in Franciam abducit, 269. a. Reuerſus in Franciam, Saxones, per Legatos, tribus præliis vincit, 269. b. Libertatem Eccleſiæ R. ſancit. 269. e. Saxones duobus præliis fugat. 272. Rurſum in Italiam venit aduerſus Roſgardum Foroiulienſem Ducem, regnum Longobard. occupare molientem, 272. b. Et victum occidit, 273. b. Rebellantes Saxones, diuino miraculo, conterritos vincit, d. b. Deditionem facta plurimi baptizantur, b. Pampilonem, & Cæſarauguſtam in Hiſpania capit & mænib. nudat, at in redditu proditus a Vaſconibus cladem accipit, duobus de ſuis primariis occiſis. 274. a

Ter Maximus bellica fortitudine, ſcientia, pietate. 275. a

Ex Hildegarde naſcitur illi filius Ludouicus. 275. e

Donationem Pipini Patris SS. Vincentio, atque Germano confirmat, & auget. 276. a

Bella aggreditur præmiſſis pietatis officiis, a

Quanti faceret Eccleſiam Rom. 278. a

Quater adit limina Apoſtolorum, a

Gallias vectigales facit B. Petro, itẽ Saxoniam, 279. a

Amittit matrem & vxorem, e

Britones occidentales imperata facere cogit, 285. a

Romam adit, & Ducem Beneuentanum Longobardum in gratiam recipit. 293. b

Grammaticæ, & artis computatoriæ magiſtros, & Cantores ducit in Franciam. 294. a

Sancit in vſurpantes bona Eccleſiaſtica. 296. b

Querentib. quod ipſi ciuiles, & militares homines egerent, & Monachi abundarent, pie reſpondet. 296. b

Hunnos, ieiunio triduano, Litaniis, & Miſſis profligat. 297. b

Aduerſus Sarracenos piraticam exercentes, mediterraneum litus & oſtia fluminum munit, & Arelatum recuperat. 299. b

Contradictiones aduerſus Synodum Nicænam II. de Sanctis Imaginibus refert ad Papam. 301. e

Legationem cum parte prędæ de Hunnis captæ, mittit ad Papam. 311. b

Collectam indicit, pro reſtauratione Sanctorum locorum Ieroſolymis. 315. d

Adit S. Martinum orationis cauſa. 711. e

Luitgardam coniugem ſepelit. 315. e

Venit in Italiam contra Beneuentanos infeſtos Rom. Eccleſiæ. 315. e

Coronatur Imperator Occidentis a Leone III. 316. c

Quo iuramento ſe obſtrinxerit Eccleſiæ Rom. 317. a

Legatos mittit cum eleemoſinis Ieroſolymam, 315. d

Munera factus Imp. Eccleſiæ Rom. quæ miſerit, 317. b

Accipit Legatos ab Aaron Rege Perſarum, cum iurib. S. Sepulchri. 317. e

Eius leges. 318. c

Eccleſiam Rom. quàm coluerit. d

Quam fauerit iudiciis Epiſcoporum, 319. b. Parciſſimus in legibus condendis 319. e

Conſulit immunitati Eccleſiæ, 320. b. Expetit coniugium Irenes, ipſa annuente. 320. d

Doctus, Doctorum, amator, & reſtitutor bonarum litterarum. 321. d

Scholas in ſingulis Monaſteriis, & Epiſcopiis inſtitui curat. 321. e

In conuentu publico, ex teſtamento partitur filiis regna. 226. e

Filiis commendat Ecleſ. Rom. c

Teſtamentum Romam mittit confirmandum a Papa, e

Colle-

Collectionem lectionum cuique feſtiuitati accommodatarum fieri curat, item alteram ad bonos mores regularium, 328.a. Memorabile Teſtamentum, 340.c. Ludouicum F. Imp coronat, & Bernardum Pipini filium Regem Italiæ, 343.e. Se inde totum precibus, eleemoſynis, & libris corrigendis impendit, 344.a. Concilia curat celebranda, a. Hoſpitalitatis ſtudioſus, d. Moritur, 348. Eius Elogium. c. Ab Eccleſia Gallicana colitur inter Sanctos d. Longe poſt relatus fuit in numerum Sanctorum à Paſchali, ſed illegitimo Papa, quod a legitimis non fuit improbatum. d

CArolomannus Magni Frater Rex inungitur Fr. 246. b. Vxorem accipit Deſiderii Longobard. R. filiam. 263. a. Transfert honorificentiſſime & piiſſime corpus B. Huberti Leodiens. Epiſcopi, 264. b. moritur, b. Vxor cum filiis ad Patrem redit, c

CArolus iunior Magni F. Vuesfalos profligat, 279. c

CArol. Ludouici F. Rex Neuſtriæ declaratur, 391. c

CArolus Rex dictus Caluus bona Rhem. Eccleſiæ inter ſuos diuidit. 397. a

CArolus Aquitan. Rex Barcinonenſē D. Bernardum occidit, 400. b cuius fil. in Patris vltionē, Sarracenis iūctus multa mala patrat, 400. c. Bona Eccl. In gratiā Hincmari Archiep. ſibi gratiſſimi, reſtituit, 403. e. Fratris filios in Monaſterium trudit, 415. a. Sub eo infelix ſtatus Franciæ, 424. d. Ob eius tyrannidem coguntur Frāci implorare Ludou. Imp. auxilium, 427. c. Ganelonem vt proditorem accuſat, apud Synodum, 429. b. Cogitat de inuaſione Regnorum alienorum 432. d. Amariſſime reſcribit Papæ, 510. b. Eius filia vidua, ab eius vaſſallo rapitur in matrimonium, 440. a. Raptor per Papā interpellat Regem pro venia, 440. d. R. in gratiam Papæ dat veniam, & filiam in Matrimonium, 446. b. Inuadit R. Lothar. defuncti Nepot. quod ad Ludouicum Fr. Imp. pertinebat, 498. b. Deterretur a Papa, 500. a. tertia monitione monetur, 502. a. Papæ deterrenti ab inuaſione R. alieni, nō obſequitur, 503. d. Mortuo Lud. Imp. inuadit Ital. 516. e. Romam excurrit & Imp. coronatur a Papa, 517. a. rurſum Ticini, d. Fautor litterarum, 521. b. Vercellis moritur, 523. c

CArolus Craſſus Ludouici Calui fratris filius Romam euocatur a Papa Imp. coronatur, 533 a. Regreſſus in Franc Northm. auro auertit, 543. c. Moritur, repudiatus a ſuis, qui vxorem repudiarat, 533. a. Ad mendicitatem redactus, b. Viſio illi oſtenſa de Inferorum pœnis, b

CArolus ignauus Carolomanni F. 549. a

CArolus ſimplex Lud. Balbi Imp. fil. 549. b. Quatuordecim annorum puer à Fulcone Rhemenſi R. Franciæ coronatur, in concilio Epiſcoporum, & Procerum adu. Odonem comitem Regis titulum vſurpantem, 557. c. Deterretur à Fulcone Rhemenſi, ne fœderetur Northm. & bene illi cedit, Odone aduerſario mortuo, 562. a. fœderatur illis aduerſus Robertum eius filium, & regno cadit. captus, & in carcerem detruſus, 578. b. Ab eo deſciſcunt Principes, & mox illi conciliantur, 576. b. Repudiatur, creato R. Roberto comite. 577. c. Educitur P. mandante, & rurſum includitur, 580. e. Moritur. 581. e

CArol. Lotharii frater repudiatur a Fratre aſcito Rege Hugone ex D. Pariſienſi, 627. e. Rhemos occupat, 930. a. in eo deficit. R. Frācorū à ſtirpe Carolina c. Quod eius ſectatores dicerent omnia illi licere etiam in Eccl. e. captus ab Hugone carceri incluſus tenetur.

CArolina ſtirps omnino nō deficit in Ludou. Lothar. F. 627. e

CArthago à Perſis capta. 139. b

CAſſinenſi Monaſterio deſtructo à Longobard. Monachi Romam migrant, 65. e. Reſtituitur, 205. d. Seminarium præſtantium Antiſtitum, e

CAſſinenſem Eccleſiā dedicat Zacharias Papa, 241. b. Priuilegium exemptionis, impoſturæ ſuſpectum, b. Donatio Ducis Beneuentani eidem facta, e. Floret eximijs viris. 159. e

CAſſinenſe Monaſterium a Principe Capuano ſpoliatur, ſub ſpecie mutui, 398. a. Reſtituitur, 591. e

CAſſiodorus nobiliſſimus doctiſſimus, & ſanctiſſimus Gothorum Regnum, à Theodorico R. vſque ad Vitigem adminiſtrat, 44. d. Poſtea, in Monaſterium à ſe extructum, ſe recipit, e. Bibliothecam inſtructiſſimam deſcriptam reliquit. 45. a. Eius librorum catalogus, 47. b. Eius Chonographia conſentit auctoris annalium chronographiæ. 44. c

CAſtius Epiſcopus Narnienſis migrat in cœlum, 40. b

CAſtitatem, quo aſtu, Virgines Longobardæ tutatæ ſint. 118. b

CAtena. S. Pauli Romæ cuſtodita, 106. a. Item S. Petri, de cuius limatura mittit Gregorius M. pro munere, 101. a. 124. d

CAtena S. Petri liberatur Demoniacus. 614. c

CAthecheſim ad Gentiles inſtruendos, Ventæ in Anglia Epiſcopus, mittit ad S. Bonifac. 211. e

CAthecheticæ Theodori Epiſtolæ. 347. d. 359. e

CAtholici de tribus capitulis confligunt inter ſe 34. e

CAtholici cognomen Reccaredo ab Epiſcopis in Concilio tributum, Alphonſus aſciuit. 229.e. Intermiſſum Ferdinandus impetrauit à Iulio P. II. vt eſſet hæreditarium Omnibus Hiſpaniæ Regibus e.

CAuſæ Clericorum. Vide. Clericus.

CE

CEaduallæ tres Reges Britãnorum celebrantur a Beda:ſed tertius Felix, qui dimiſſo regno, & Romam peregrinatus; Baptizatus, in Albis, quod expetierat, defunctus eſt. 186.b

S. CErbonius Populoniæ Epiſcopus in Iluam inſulam fugit à perſecutione Longobard. 74.d. Miraculum in eo ſepeliendo, e.

CH

CHalcedonenſi Concil. fraudulenter additur, 32.d

CHaribertus R. intruſum à Patre, & reiectum ab Epiſcopis, violenter reſtituit, 52.e. Presbyterum monentem de illius improbatione, plauſtro ſpinis ſuppleto impoſitum in exilium abſtrahi iubet.e. Ob inceſtas nuptias à Pariſienſi Epiſcopo excommunicatus moritur. 62.d

CHartularius, Iudex erat Eccleſiaſticus, pro Rom. Pont. qui Chartophylax in Oriente dicebantur. 93.d

CHildebertus Clodouei F. edicit In Iudeos 8.a. Conſulto Eremita, vt pius, Cęſarauguſtam obſidet in Hiſpania, vouens baſilicam B. Auito, ſi victor redeat, 14.a. Euocatur in auxilium a Vigilio P. 25.d. Per legatos explorat Pelagium Papam de fide Cathol. 40.d. Proficit ſub Germano Epiſcopo Pariſienſi. 41.b. Eius Eleemoſynæ commendantur. d. Baſilicam extruit B. Vincentio Pariſiis, 43.d. Moritur, cum extruxiſſet Hoſpitalem domum Lugduni, & Monaſteria, 43.a. 44.a.

CHildebertus II. Chilperici hæres in Regno Franc. 76.a. Solicitatur ad bellum contra Longobard. à Mauritio Imp. 82.d

CHilpericus R. Franc. Sueſſionenſis, Geleſuinthã, Athanagildi filiã, vxorẽ accipit, 56.e Ea, vexata à Phredegũde concubina, reditũ petens in patriã, extincta in ſtratu reperit. 56. Lychnus, ante eius ſepulchrum appenſus, cadens, nec rumpitur, nec ſpargitur, 57.a. Vindicta cadit ſuper domum regiam 74.e. Declinans ex ignorantia in Sabellianiſmum, mox monitus, reſipiſcit, 75.e. Eius elogium, 76.a. Iudæos adigit ad Baptiſmum, 78.b. Deſcribitur à Turonenſi, vt Nero ſui temporis, 81.e. A Sicario tranfoditur c. Guntheramnus R. videt horribilem viſionem de eius damnatione, & ex ea proficit, e.

CHramnus Lotharii Regis. F. rebellat à Patre, 38.b. Inimicum, qui ad Eccleſiam confugerat, obſidet, nec tamen audet inuadere. d. Receptus à Patre rurſum profugus latet in Britannia, 44.b. Confligens cum Patre capitur, ſtrangulatur, comburitur cum vxore, & filiabus, 48.a

CHriſmate vngere fronte baptizatos aliquando indultum presbyteris. 104.c

CHriſtiani non omnes in Eccleſiis olim ſepeliebantur. 47.d

CHriſtum eſſe non naturalem, ſed adoptiuum Dei F. dicere eſt impium. 150.b. 297.d. 299.d

CHriſtum pingere in Imagine Agni improbant Græci, probant Latini. 189.b

CHriſtiani iniqui capta cruce à Perſis deficiunt ad Iudæos. 137.a

CHriſtianorum nonaginta millia Ieroſolymis à Perſis capta, Iudæis vendita, & diſcruciata, 136.d

CHronicon Caſſiodori breue, 45.c. Victoris Tunnenſis Epiſcopi Africani, 55.c. Biclarẽſis Abb. 93.d. Vetus Galliæ à Pithoeo editum. 213.b

CHronologia auctoris reſpõdet Chronologiæ Iuliani Toletani contra Iudæos, 184.a. Item Caſſiod. 44.c

CHrotildis precibus impetrat vt Ciuile bellum ſedetur inter filios Reges, 8.e. Plena dierum moritur femina Sanctiſſima. 35.b

CL

CLaudius Dux Hiſpanus vincit Franc. ingentem exercitum, 93.e. Honorifica eius mẽtio apud S. Gregorium. 117.c

CLaudius Scotus cuius temporis ſcriptor. 350.d

CLaudius Taurinens. Epiſcopus, Iconomaclus, & Hagiomachus. 376.a

CLaues S. Petri cum limatura catenarum eius mittit S. Gregorius ad Childebertum R. 109.e

CLauis miraculo inſignis, 78.e. Mittitur ad viros Clariſſimos. 113.a

S. CLementis corpus Cherſona Romam transfertur. 472.a

CLemens Scotus Hæreticus damnatus. 237.c

CLericus nullum ad forum ſæculare trahat, nec Laicus Clericum. 8.b. Vxorati ne ordinentur Diaconi, nec Subdiaconi, niſi promiſſa ab vxoribus continentia. 10.e. Conueniatur apud proprium Epiſcopum, & Metropolitanum, 11.a. Mulieres ſubintroductas ne habeant, b. Ne ſæculari habitu incedant, 73.c. Arma ne ferant, 344.a Sacrilegi, & infames ſint, qui eorum bona vſurpant, 362.d. Interdictas mulieres à Clericis abſtrahendas per ſæcularem poteſtatem, ſtatutum in Concilio Hiſpalenſi. 86.d.

Comam

Comam ne relaxent ſub anathemate, ex concilio Rom. 209.d. Paulinus in concil. Foroiulienſi, ne cum feminis quidem permiſſis a Concilio Niceno, habitare permittit. 298.b
CLerici ob incontinentiā eiecti Eccleſijs in Anglia, Monachis inductis Sæpius contendentes reſtitūi, duobus miraculis compeſcuntur, 619.e 622. c
CLerus Rom. vacante Sede ſcribit ad Scotos, 151.d. Solitus conſuli à Rom. Pont. 184.b
CLodoueus Dagoberti F. Sacrilegus à Deo punitur. 164.c
CLotharius Vide Lotharius.
CLuniacenſe Monaſterium inſtituitur à Bernone Abb. Gigniacenſi. 572.b

CO

COadiutor Epiſcopo quando dandus. 125.a
COlonienſe concilium ſub Carolo M. in quo excepit legatos diuerſarum Gentium, 278. d. Aliud ſub Ludouico R. de Eccleſiaſtica diſciplina, 504.d. Aliud de raptoribus bonorum eccleſiaſticorum, & de inceſtis nuptiis. 552.e
COloſſus Rhodius ingens à Sarracenis confractus, & diuenditus. 160.d
COlumbanus Abb. de Hibernia veniens in Britanniam Monaſterium fundat, dictum Inſulanum, cuius Rector Abbas ſemper Presbyter, omnibus preeſt, etiam Epiſcopis, 51. b. Hic, quaſi alter Elias, veniens in Gallias, ibi floret, & ab altero Achab, & altera Iezabel perſecutionem patitur 133.e. Arguit Theodoricum Regem de comercio Concubinarum, d. ad vocem eius vaſa diſrupta. e. alia miracula ſecuta. 134.b. Monaſterio pellitur, & abductus in exilium, tranſit in Italiam, & Bobienſe Monaſterium ædificat, fauente Longobardo Rege. 135.b. Longobardos Arianos Catholicos facit a. animam cœlo reddit, 138.e. ſuccedit Attala. e
COmeta 3. menſibus apparet, triennali ſiccitate conſecuta, 174.c. Eo apparente Ludou. Imp. comparat ſe ad mortem. 391.b
COmpoſtellana Eccleſia dedicata. 564.b
COmpoſtella ab Arabibus capta & diruta, ſeruato diuinitus ſepulcro S. Iacobi. 627.a
COncilia abſque ſententia R. Pontificis non celebranda, 263. 333. Legitima preſente Rom. Pontifice per ſe vel per legatos, 283. e. a Concilio appellatur ad Rom. Pont. 61. d. Concil. omnia deferunt primæ Sedi, 636.a. Principes illis adeſſe non debent, niſi œcumenicis, ubi de fide agitur, 489.b. a Benedicto P. confirmatum, a Nicolao reprobatur. 458.d

Concilium:
AVrelianenſe tertium. 8.a
BYzacenum in Africa. 10.b
ARuernenſe. 22.d
AVrelianenſe quartum, 17.d. Quintum. 29.b
QVINTVM OECVMENICVM. 30.a
PAriſienſe. 40.e
LVcenſe in Gallæcia. 60.a
TVronenſe ſecundum. 61.a
LVgdunenſe primum. 61.d
BRacharenſe ſecundum. 63.a
LVcenſe ſecundum, a
PAriſienſe ſecundum. 71.e
CAbilonenſe. 73.e
MAtiſconenſe. 1.d
BRennacenſe in Gallia. 74.b
LVgdunenſe ſecundum. 87.a
MAtiſconenſe ſecundum. 82.b
VAlentinum in Gallia. 83.d
TOletanum tertium, e
NArbonenſe. 86.b
ANtiſiodorenſe diœceſanum. 89.d
CAeſarauguſt. ſecundum. 97.a
PIctauenſe. 101.e
MEtenſe. 106 b
ROmanum. 109.a
TOletanum quartum. 148.d
QVintum 150. a. Sextum generale. 150.e
AFricanum aduerſus Monothel. 155.b
ROmanum in cauſa Monothel. 116.e
AVrelianenſe ſextum. 159.e
TOletanum octauum. 160.
NOnum. 162.a
DEcimum. 162.d
CLipiacenſe in Gallia, 164.a. Cabilonenſe. 165.b
EMeritenſe in Luſitania. 168.c
ANglicanum omnium Epiſcoporum, 171.e
VNdecimum Toletanum. 172.e
TOletanum generale totius Hiſpaniæ. 173.a
BRacharenſe tertium. 173.a
COncilia Italiæ, & Prouinciarum damnant Monothelit. hæreſim. 174.e
ROmanū damnans Monothel. ſub Agatone. 175.d
SEXTVM CONCILIVM GENERALE IN TRVLLO. 176.d
ROthomagenſe. 180.d
TOletanum decimumtertium. 183.b
DEcimumquartum. 182.a
DEcimumquintum. 185.e
DEcimumſextum. 190.a
DEcimumoctauum. 195.b
CAeſarauguſt. tertium. 187.d

ROmanum, de Canonib. ſextæ Synodi improbatis. 199.a
ALiud, in vetita cõnubia ineuntes, 209.c
ALiud, ſub Gregorio II. 215.e
ALiud, ſub Greg. III. 226.a
ALiud ſub Zacharia, de octo quibuſdã nominibus Angelorum. 239.b
ALiud ſub Paulo I. 253.c
VErnenſe ſub Pipino. 250.c
GEntiliacẽſe ſub eo de cultu S. Imagin. & proceſſione Sp. S. 258.b
ROmanum, quo Conſtantinum Pſeudo Papæ, comitia, & acta omnia abrogata, & incenſa. 261.b
STatutum in eodem ne quis in poſterum Papa eligatur, niſi ſaltẽ Diaconus.
Vormatienſe Secundum, 263.a.266.c
IN Bauaria, cuius extant fragmenta, apud Velſerum.
IN Duria, ſub Carolo. 272.a
Vormatienſe ſub Carolo, 273.b. nec vero conuentus hi tantũ Laicales erãt.c
PAderburnenſe ad ſtabiliendam Saxonum eccleſiam. 273.e
IN eo excepti tres Sarrac. Duc. ab Hiſpania cũciuitatib. quib. præerant. 274.a
IN Duria aliud ſub Carolo. 276.a
LIpiæ in Saxonia ſub Carolo de erigendis ſedib. in Saxonia. 273.c
COlonienſe. 278.d
Conciliũ. PAderbornẽſe in quo ſtatus Eccleſiæ Saxonicæ diſpoſitus. 284.b
COnſtantinopolitanum pro S. Imaginibus ab Aduerſariis diſturbatum, ab Imperatorib. dilatum. 284.e
NICAENVM SECVNDVM PRO IMAGINIB. 285.b
FOroiulienſe ſub Paulino de Proceſſione Spiritus Sanctus, & Chriſto filio adoptiuo non dicendo. 297.c
RAtiſponenſe in Felicem Vrgelitanum aſſerentem Chriſtum Dei filium, adoptiuum dicendum. 298.e
FRancofordienſe Plenarium appellatũ, de adoptiuo filio Dei. 299.d
ALtinenſe ex occaſione ſacrilegii Ducis Veneti. 321.c
IN Theodonis villa, occaſione necis Ioãnis Epiſcopi, in quo cenſuræ renouatę, & auctæ in ſacrilegos. 323.a
Conſtantinopol. quo reſtitutus Ioſephus Oeconomus adulterinarum nuptiarũ conciliator, contra canones. 326.a
ALiud quo nefaria decreta ſancita de adulterino coniugio Imp. 331.e
QVod Moechoſynodũ vocat Theodor. 332.a
A Quiſgranenſe de Spiritum S. quod, ex filioque additum fuerit Symbolo ab Hiſpanis, & Gallis. 335.b
ALiud, in quo Carolus Ludouicum filium, Imper. coronat, & Bernardum Italiæ Regem. 343.e
MOguntinum, Rhemenſe, Turonenſe, Cabilonenſe, Arelatenſe. 344.a
IConomachicum Conſtãtinopoli. 347.c
A Quiſgranenſe. 355.d
ALiud generale, 356.a quo quæ ab Abbcum Monachis ſtatuta eſſent, pro monaſtica diſciplina octoginta capitib. obſeruari mandatum. 356.b
ALiud in quo multa de ſtatu Eccleſiæ, & Monaſteriorum addita ex auctoritate Apoſtolica. 360.b
PAriſienſe de veneratione Imaginum.
ACtiniacenſe. 387.d
IN Theodonis villa. 388.b
A Quiſgranenſe de vtilitatib. Eccleſiæ.
Lugdunenſe. 390.e
IN Cariſiaco, in quo Ludouicus Caroli F. Regem Neuſtriæ coronat. 391.c
A Quiſgranenſe, quo Lotarius Regno priuatus. 394.b
COnſtantinopolitanum in quo reſtitutus cultus Imaginum. 395.a
Conciliũ. BEllouacenſe, quo electus Hincmarus Epiſcopus Rhemenſis. 401.d
MEldenſe de cauſis calamitatum. 403.b
PAriſienſe, de eadem re. 405.e
MOguntinum, primum ſub Rabano de vſurpatis bonis Eccleſiaſticis. 408.
MOguntinum ſecundum ſub Rabano fere de eodem. 409.d
PSeudo Concil. Cordub. de interdicendo Martyrio. 414.b
SVeſſiõ. de ordinatis ab Ebbõ Rhẽ. 415.b
ROm. de Eccleſiaſt. diſciplina. 406.c
VAbetinũ in Gall. de errorib. quorũdã, qui dicti ſunt Prædeſtinatiani. 420.e
TIcinenſe pro Eccleſia libertate 421.b
BRitannicũ 422.b. de conſulendo Papa.
CAriſſiacenſe ex quo Rex miſit admonitionem ad ſuos, qui defecerant. 424.b
MOgũtinum de iure Eccleſiaſtico. 425.c
APud S. Quintinum. 426.a
AD Sablonarias. 439.e
TVllenſe Gener. ex 12. prouinciis de Venilonis proditione. 429.b
IN Neuſtria de querelis Regum. 524.c
COnfluentanum Concil. 572.b
POntigonenſe. 519.a
RAuẽnas totius Ital. Epiſcoporũ. 525.b
TRecenſe Generale de cõfirmatione excõicationis in Frãcorũ, & alios. 528.b
VAngion. de cauſa inter Colon. & Amburg. Epiſcopos. 549.a

COlo-

Conilium. Colonienſe de ſacrilegis inuaſoribus rerum Eccleſiæ. 552.e
Moguntinum de calamit. illatis a Northmannis,& a Graſſatorib. 553.c
Rom. Gener. de miſero ſtatu Eccleſiæ, 557.e
Triburienſe in Germ.de Eccleſiaſtica diſciplina. 559.e
Ouetenſe de ea Eccleſia Metropolit. effecta. 565.a
Rom.quo examinata Iura Lamberti, & Berengar.ad Imperium. 566.b
Sueſſion.de correctione morum. 569 a
Confluentarum in Gall.ne intra 7.gradũ nuptiæ conciliarentur. 572.b
Concil.apud Troſleium diœceſ. Rhem. de vſurpatione bon.Eccl. 578.e
Aliud ibidem,in quo acta publ. pœnitentia a Comite,qui vxori viuenti ſuperinduxerat aliam. 580.e
Duisburg. ob Metenſem Epiſcopum excæcatum. 581.a
Rhem.de prædonib.ad correctionem vocandis. 584.e
Aquiſgran. Gen. de confirmatione electionis Ottonis Reg. 586.c
Sueſſion.de cauſa duorum qui ſe Epiſcopos Rhem.profiterentur. 588.e
Conſtantinopolitanum quo doloſe depoſitus eſt Tryphon,ſuffectus Theophylact. 590.c
Virduri. in cauſa inueterata Epiſcoporũ Rhem. 593.c
Aſturicenſe de Chriſtiana diſcipl. e
Moſemenſe de cauſa Rhem. 592.e
Gener.in eadem cauſa. 594.b
Romanum quo confirmatur damnatio epiſcopi, & Rex excõmunicatur.595.a
Auguſtanum , quo Berengar. ſe ſubijcit Ottoni. 596.c
Nouiomenſe de Feriando die 5. Hunegundis. 597.e
Meldenſe de cauſa Rhem. 604.e
Romanum quo inique exautoratus Io: 12.Papa,& Leo intruſus. 606.a
Gener.Angliæ adu. Incontinentiam Clericorum. 615.b
Rom. Gener. de confirmatione priuileg. quorumdam Anglicario Monaſterio. 616.c
Gener. Ingelheim in cauſa. 5. Vdalrici petentis miſſionem ab epiſcopatu. 617.e
Concil.apud Mutinam,in quo compoſita quædam controuerſia. 618.c
Conſtantinopolitanum quo Baſil. Patr. depoſitus. 619.d
Vuinton.de cler.reſtitui petentib.e
Calnæ,reclamantib.Cler. 622.b
Rom.de quodam Epiſcopo. 625.b
Siluanect de anathem.inferendo prædonib. 630.d
Moſom.in cauſa Rhem. 638.b
Rhem.in eadem cauſa.c
Rom.de pacifica electione Imp. 643.c
Rom. de Epiſcopo tenente duas Parochias. 653.b
Rom. quę damnata Theopaſchit.hęreſis. 439.b
Aquiſgran.de falſo crimine probando in gratiam Lotharij R. 439.c
Ad Sablonarias,de cauſa nobilis adulteræ. 439.e
Rom.de legatis Præuaricatorib. 441.c
Metenſe , quo Regina innocens damnata. 443.e
Siluanectenſe, quo ex errore amare ſcribunt ad P. 444.e
Conciliũ. Sueſſion. de Cler. depoſitis ab Hincm. 458.d
Treveſe de ordinatione cler.Rhem.460.e
Rom.in cauſa Photii. 480.b
Octauum de reſtituenda Eccl. Conſtantinopolitana. 483.d
Prædatorium Concil.Metenſe. 498.b
Coloniens.de Eccleſiaſtica diſcipl.504 d
Duliacẽſe de appellatione Hincm. Laudun. 508.c
Rom.quo Aldegiſus hoſtis eſt Reip.iudicatus. 513.d
Cariſſiacum contra Prædones. 514.c
Franofund.d
Ticinenſe quo Imperium Carolo confirmatur. 517.d

COniuratio in Phocam Imp. 131.e. In Ludouicũ Imp.a filiis,& proceribus. 384.b
COnon P. Thrax 183. e. Carpitur ab Anaſtaſio, quod elegerit Epiſcopum Antiochenum inconſulto Clero Rom.præter morem,184.b.ordinatum Kilianum Epiſcopum emittit ad prędicandum Gentib. 184.b
COntentio inter S.Bonif.Mogunt.& Colon.Epiſcopum,de Friſonum eccleſia. 249.a
COnſtans Imp. Monothelita Maximum Monachum , & Maximum Apoſt. Sed apocriſarium ablegat in extremas terras,158.c.Martinum P. ui abſtrahendum curat Conſtantinopolim c. nauali prælio victus ab a Sarracenis, vix euadit,161.b.Dona Romam mittit,vt venditet ſe Catholicum,c.Fratre interfecto,ab eo, per vitum, abſterretur, 163. e. Bellum mouet Longobardis , 165. c. Romam veniens omni obſequio excipitur a Papa,& quo Conſilio. 166.Victor exiſtit de rebelle Præfecto,168.d. Syracuſis in balneo occiditur. 168.e

COnſtantinus filius capeſcit Imp.& Tyrannum interficit,169.a.Imperat.cum fratribus, Pogonatus dictus, 169.a. Vrgens reconciliationem Orientalis cum Occidentali Eccleſia, Theodorum I.Monothelitam Conſtantinopolitanũ Epiſcopum reijcit,Georgio Cath.ſubſtituto,& ſcribit ad Papam,174.b. Liberat Eccl. Rom. a penſione pecuniæ, pro confirmatione electi in Papam,179.c. Rauennatem Eccl.obſequẽtem reddit Ecel. Rom. 181.e. Tradit natos ſuos in filios Papæ,per quandam ſolemnitatem,quaſi adoptandos,182.b.Moritur,e

COnſtantinus, a.fædato fonte baptiſmatis, Copronymus, dictus, 209. a. Iconomachus impius,232.b.Suſcitat illi Deus aduerſarium Artabasdum, qui inuadit Imperium, b. recuperat,236.b. Intentus ſtabiliendo Imperio nulli, fidei cauſa,eſt moleſtus.c.Pſeudoſynodum celebrat contra S.imagines. 247.c

COnſtantinum Menochum Patriarcham, ipſe Laicus inſtituit,247.d.deletis Sanctorum imaginibus,arborum, & ferarum figuras reponit, & multa alia impia inſtituit, a. Ex edicto contra colentes ſacras imagines, carceres replet, 253.e.Infenſus maxime Monachis,Stephanum Iuniorem ſibi expugnandum deligit, 254. c. Neſtoriarũ ſe Patriarchę ſecreto prodit,256.a Per iuramẽtum explorat cultores imaginum, 257. a. Claſſem aduerſus Bulgaros amittit, 257.a.Monachos Ludibrio exponit.b. Primates plures,& alios plurimos exiliis, obcęcatione, morte multat. b. Idem Hogiomachus & oſor SS.Reliquiarũ,Sanctæ Euphemiæ in profundum abijcit.b.Tentat Frãcos legationibus, & muneribus allicere ad ſe aduerſus Papam, 158.b. Stephanum iuniorem interficit, 259. b. Pſeudo Patriarcham a ſe intruſum, contumelioſiſſime tractatum, obtrũcat, 259.c. Negat Chriſtum Deum,& Mariam,Deiparam, 259.c Eius Sæuitia, & Elogium impietatis.d. Perſecutio in cathol.260.a.In Monaſteria,& eorum bona,libros,Vata,reliquias,immanitas,263.e Moritur tandem impius,270.e. aliud impietatis elogium,271 a.Filiam reliquit Sanctam nomine Anthuſam. 271.b

CONſtantinus Leonis 4.fil.Copron.nepos, cum Irene matre Imp. 276.e. deſponſam ſibi Car. M.filiam repudiat, 294. d. acclamatur Salus Imp.ab exercitu, 296. d. Rurſum cum Matre Imp.297.a. Profligatur a Bulgaris, 297.a.Primarios excæcat,297.b.rurſum Solus Imp.legitima vx.dimiſſa & alia ducta.309.b.Platonem relegat cum Monachis,309.e.Theodorum ſtuditam tentat blanditijs, poſt cædit & relegat excæcatur a matre,& moritur. 312.b

COnſtantinus VIII. Leonis VI. F. Imp. 571. b. Romanum Patricium aſciſcit collegam poſt plures annos ſolus Imperat. 591. b. Veneno a fil.tollitur, 602.b. eius vitia, & virtutes, c.admonitio eius ad fil. de non iucundo coniugio cum exteris,niſi cum Francis.d

COnſtantinus Laicus per eum intruſus in Sedẽ Rom.per vim occupatam tenet anno 1.& m.1. 258. d. Ex Concilio Epiſcoporum deiicitur, 260.b.a factioſis excæcatur, d

COnſtantinopolitanam Sedem prefert alijs,poſt Romanam, Iuſtinianus II.d

Conſtantinopolitani ob Auarorum, ſeu Hunnorum incurſione meditantur tranſire Chalcedonem. 118.d

COnſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſtatus ſub Michaele, 430.e. Poſtulat legationem a Rom. Pont. ad vnionem ſarciendam, 470.c.Schiſmate inter ſe ſcinditur, 525.c.ex domeſtico ſchiſmate vnitur. 576.a

COnſtantinopoli Epiſcopi non niſi permiſſione Rom.Pont.pallio vtebantur:poſt,qua occaſione illud ſibi vſurparent, & omnes Orientis Epiſcopi. 584.b

COnſtantinopolitanum Concil. in quo Syracuſan.Epiſcopus depoſitus,aſſenſu R.P. 419.e

Conſtatinopolitani Patriarchæ.

EVtychius Monachs, ex viſione facta Iuſtiniano fit Epiſcopus Conſtantinopolis, 29.d. quo expulſo, intruditur Io. 48.e. Eomortuo, Eutychius reſtituitur. 60.a

IO. ieiunator,78.e. arroganter vſurpans ſibi nomen æcumenici,4.Vniuerſalis,aduerſarios experitur Pelagium P.80. & poſt.S. Gregorium, 107.108

Cyriacus III.a. obſiſtit Phocæ molienti extrahere ab Eccleſia vxorem, & filios Mauritij, 129. a. Summis precibus impetrat exitum a Vita. 130.c

SErgius Monothelita.c.moritur. 151.b

PYrrhus Monothelita.b. qui ſuſpectus Maieſtatis fugit in Africam,vbi diſputans cum Maximo Monacho, hæreſim Monothelit. Romam profectus,damnat. 153.b

PAulus Monothelita.b. damnatur & deponitur a Theodoro P. 156.a

PYrrhus item, cum rurſum ad hæreſim rediſſet, 159.c

PEtrus Monothelita. 160.a

THomas falſo dictus catholicus. 162.c

IOannes & ipſe falſo putatus catholicus. 163.c

COnſtantinus probabiliter catholicus. 166.b

THeodorus omniũ impudentiſſimus Monothelita.Depoſito Georgius ſubrogatur.174.b.quo mortuo, ficte facta fidei cath.profeſſione,Theodorus reſtituit,178.a. eius fraudes recenſent,a.

PAulus

PAulus ex Laico. 182.c
CAllicinus ex Vnſerum cuſtode. 188. a. primus omnem Generalem Synodum, abſque auctoritate Rom. Pont. conuocat, & canones condit. c. Depoſitus, in exilium Romam mittitur. 197. d
CYrus, 179. e. Io: Monothelita. 202. c. quo deiecto
GErmanus, 202. c. quo relegato, Iſaurus Iconomachus.
AMaſtaſium proditorem Germani, ex diſcipulo, ſubſtituit, 221. b. Qui deiectus, poſt, propter ſummam improbitatem, reſtituitur. 236. b
COnſtantinus ex Silei Epiſcopo, a Laico Imp. Patr. inſtituitur, 247. d. ob ſecretum proditum exauctoratur, relegatur, necatur. 259. c
NIceta Eunucho c. Canones a Copronymo intruſo. 260. a
PAulus intus Cathol. foris hæret. abdicat, Monaſterium ad pœnitentiam petens, proteſtans nō eſſe in hæreſi ſalutem. 280. d
TAraſius ex Laico inuitus, 281. a. Vide Taraſius.
NIcephor. qui ex Secret. ad ſolitudinem ſe receperat, inuitus & reclamans, 325. quo deiecto in exilium a Leone Armeno.
THeodotus intruditur iconoclaſta nequiſſimus, 348. a. Vide Nicephorus a ſecretis.
MEthodius, 395. b. Vide Methodius.
IGnatius exectus, ex Monacho, 409. b. Vide Ignatius.
PHotius ex Eunucho, & Laico, viuo Ignatio, intruditur, 428. b. Quo deiecto, & relegato, mortuo quoq; Ignatio, Stephanus Baſilij F. ſubrogatur, 551. a. relatus in Menologium. 553. e
ANtonius Cauleos, 553. e. Clarus Sanctitate, & miraculis. 555. d
NIcolaus Myſticos, erat id nomen dignitatis, 555. e. quem deiecit Leo Imp. Suffecto Euthymio Monacho ſpiritu prophetiæ claro. 564. d. quo deiecto reuocatur Nicolaus, 570. d. Cui ſuccedit Stephanus ex Epiſcopo Amaſaæ. 582. c
THeophylactus Rom. Imp. fil. cum ſexdecim eſſet annorum, & interim dum adoleſceret ad legitimam ætatem, ſubſtitutus eſt Tryphon Monachus, 584. a. quo poſt doloſe eiecto, iniuent Theophylactus. 590. c
POlyeutus ex Monacho, uir egregius, 599. d. Vide Polyeutus.
BAſilius Seamandrenos, 615. a. quo in Concilio depoſito, creatur Antonius Strodites, 619. d. ob Bandæ rebellionem ſponte abdicat, 620. b. Nicolaus Chryſoberges. 623. c. Siſimius, 639. e. Sergius ex ſtirpe Photii ſchiſmatis auctoris, quem & ſecutus eſt. 653. e
COnſules addi Faſtis, quando deſitum. 9. e
COrbeiam Gall. quis ædificarit, 168. a. quis Saxoniæ. 369. e
COrbinianus Friſing Epiſcopus, miſſionem petit ab epiſcopatu, nec impetrat, 212. c. Inceſtas arguit Ducis nuptias. d
COrdubenſis perſecutio & Martyres, 411. d. 413. a 414. b. 416
COrippus Africanus Poeta Iuſtinum carmine cecinit. 50. a
COnſultatio an pax admittenda ea conditione vt captiui reddantur. 341. d. e
COttias Alpes Aripertus reſtituit R. E. 198. b. Luitprandus confirmat. 205. a

CR

CReſcentius Numentanus nobilis Rom. ſub titulo Conſulatus ex arce infeſtat. Pont. 626. e variant auctores de eius miſero exitu. 640. e
CRux Sancta captis Ieroſym. in Perſidem tranſlata, 136. c. recepta & Conſtantinopolim delata, 144. d. Ieroſolymam relata, 145. b. Honeſtatur hymnis, 54. miracula per eam edita, 55. a. dat olium, 115. B. Conſtantinopolim trāſfertur ne veniat in poteſtatem Sarracen. 157. e
CRux cum limatura de catena B. Petri dono a Greg. M. miſſa, 101. a. 124. d. præferri ſolita equitanti Papæ. 421. e

CV

CVrripertus R. Longob. multis nominibus laudabilis. 187. e

CY

CYpria Synod. 153. d
S. CYpriani oſſa in Gall. delata, B. item Martyrū Scillitanorū. 327. c. indeque pars Venetias, data Legatis à Carolo M. cum forte ibi adeſſet, c
CYrus, ex Lazarum Antiſtite, fit Patr. Alexandrin. ab Heraclio, 146. a. ex Synodo Alexandrina viam parat hæreſi Monothelit. 147. e

D

DACIVS Epiſcopus Mediolanenſis inſtat Beliſario, vt ad ſe milites mittat ad liberandum Mediolanum, & Liguriam à Gothis, b. Ab excidio Mediolanenſi profugit Conſtantinopolim, 6. e. In itinere domum à dæmonib. infeſtam liberat. 7. a
DAlmatia deficit ab Imp. Orientis. 379. c
S. DAlmatius Ruthen. Epiſcopus moritur, 76. a. quem presbyter fatuum vocans concidit mortuus. 76. a
DAemoniaca mulier longe abſens prædicit mādatum Leonis diuerberandi Theodorum Studitam, 362. b. Altera item ruſtica latinè redarguit Francos ſuorum peccatorum. 381. e
DAgobertus Lotarij filius, ſterili vxore dimiſſa,

vxorem Monialem ſibi ſociat. 147. b. Reprehenſus ab Amando Traietenſi Epiſcopo, eum eiicit, c. Dimiſſis concubinis ex vxore gignit filium, quem baptizandum, & educandum S. Amando reuocato tradit, 151.e. Patrimonij ſui hæredes relinquit Eccleſias, 154. a Moritur, 155.e. Viſio de eius purgatoriis pœnis, e

DAnis prædicatur à S. Vuilebrordo 192.a. Multi cum R. Haraldo conuertuntur, 378. a. Ciuili bello concidunt, 419.d. Rurſum ad internecionem ſe cædunt, 426.e. Rex eorum fit Chriſtianus, 427.a. Inuadunt Scotiam, 504.e. Inuadunt Angliam profugiente R. 515.c. Eorum R. Gitro an. Anglis ſuperatus, fit Chriſtianus, 532.b. Eorum Apoſtolus. S. Anſgarius Succeſſor Rembertus. 553.

DAni Chriſtiani perſecutionem patiuntur, 574.d. Rex per Henricum Germaniæ R. conuertitur, 586.b. Debellantur ab Othone, 595.d. Haraldus R. primus Chriſtianitatem illis indixit, 623.a. Filius perſecutus eſt, b

DE

DEfenſores R. Eccleſiæ qui, & quot: Eos conſtituendi formula, 114.e. Quod eorum munus. 115.a

DEfinitio longiſſimæ controuerſiæ inter Dolenſem, & Turonenſem Epiſcopos. 429.d

DEſiderius Virdunenſis Epiſcopus pecuniam mutuam à R. acceptam diſtribuit ciuibus egétib ad negotiandum. 13.d

DEſiderius fit R. Longobard. fauente P. 250.b. Seditionem, & cædes mouet Romæ, 258.e. Primarios Rom. iura B. Petri repetentes excæcat. cat. 261.c. Fidem frangit Pontifici. e. Ab Adriano petit fœdus firmari, & interim inuadit Exarchatum & inter cætera Ducatum Ferrariæ occupat. 265.c

DEprædatur Ditionem Rom. & fraudulenter expetit conſpectum Papæ, 266. a. Tendens Romam, deterretur ſub anathemate, ne fines Romanos attingat. 267.a

DEus ad regendam Ecclaſiam eam diuiſit in Pontefices, & Reges. 243.e. 325.d

DEuſdedit ex Subdiacono, nouo exemplo, fit P. 137. d. Oſculatum ægrotum ſanum reddit, 138.a

DI

DIonyſii Areopag. opera, eius ante propè mille annos habita. 157. d Violato eius ſepulchro, Rex Clodoueus. II. in amentiam incidit, 164.c. Opera eius à Michaele Balbo miſſa ad Ludouicũ Imp. in cuius ſancti vigilia plura miracula edita, 373.d. Hilduinus Abb. iuſſu Ludouici latinè vertit. e. De eo qui ſcripſerint. 388.a. Vitam ſcriptam à Method. Latinè vertit Anaſtaſius. 525.a

De DIſpenſatione, & diſſipatione diſſerit Studita. 229.c. Diſpenſandi in Canon. non omnes Epiſcopi poteſtatem habent, 332.b. Adulterinum Coniugium ex Diſpenſatione legitimum appellari non poteſt. 333.c

DIſpẽſatio cum Diac. in Matrimonio, Regni cauſa, 409. a. Cum Subdiacono eadem de cauſa, 422. d

DIſputatio Pyrrhi, & Maximi, qua purgatur Honorius a calumnia, & Pyrrhus abnegat Hereſim Monothelit. 154

DIſputatio inter Scotos, & Anglos de paſchatis die. 166.c

DO

in DOmibus Eccl. Iudices, nec placitum teneãt, nec hoſpitentur ex Conc. Rom. 566.d

S. DOnati tranſlatio corporis Corcyram ab Epidauro. 118.c

DOnatio Pipini Eccleſiæ Rom. 248.d

DOnus P. 173.b. Moritur. 174.b

DOnus II. P. ſiue Domnus, ſiue Domnio Sedit M. 3. 617.d.

DV

DVcatum Ferrariæ reſtituit Eccleſiæ Romanæ Deſiderius Longobard. Rex. 250.c

DVella in Francia interdicta. 421.a

DVliacenſe Concil. in Gallia. 508.c

S. DVnſtanus aſcitus conſiliarius R. Angliæ, calumniantibus æmulis eicitur, 588.b. Reuocatur Ibidem. Edredus ſucceſſor Regnum illi gubernandum committit, 593.a. Ex Mon. presbyter ordinatu, 597.d. Eduinum Regem examplexibus procacium fœminarum abſtrahit, & in exiliũ eiicitur, 599.a. Reuocat, & Vuigorn. Epiſcopus efficitur, 600.e. Paulo poſt Cantuar. 601.b. Eduini animam impetrat ne damnatur 601. e. Romam venit ad pallium petendum, 602. Ex auctoritate Ioan. 13. celebrat Concil. de incontinentia cler. 615. b. Caſtigat Regem adulterum, 615.d. Confitenti flagitium ſeptennem pœnitentiam iniungit. Ibidem. Arcet Eccleſia ſacrilegum præpotentem, mandante Regem, vt reſtituat, amplius illum excommunicat, 616.a. Qui obtinuerat Roma abſolui, non niſi pœnitens abſolutionem impetrauit b. Prophetice interminatur Regi. 622. a. Miraculo ſeruatur b. Eius prædictio. d. Moritur, vir planè clariſſimus. 628.d

EBroinus

E

EBRoinus Magiſter Domus Regiæ Franc. ex leui ſuſpicione detinet legatū Romani Pontificis ne tranſmittat in Angliam. 169.c. Mortuo Lotario, præ timore Childerici filii fit Monachus Luxouienſis, 169. d. Regnante Theodorico, dimiſſo monachatu & Maior domus reſtitutus tyrannice vexat Epiſcopos, 183.c· triennio poſt trucidatur, & a quodam, quem ipſe excæcauerat, orante, videtur abſtrahi in infernum. 185.c

EC

ECcleſię libertas oppreſſa, & iura eccleſię lęſa, negligentia Regum franc. cauſa cladium, 383.c. 405.b

ECcleſiæ immunitas 2.b.71.c.82.c.84.b. 295.e

ECcleſia eos grauiorum criminum recipit ad pœnitentiam, non tamen ad honores. 443.e

EClesiæ diſpoſitio a Chriſto, 445.c. Eius præceptū eſt, quod ab vniuerſa eccleſia definitur. 487.d

ab ECleſiaſticis legibus declinare in gratiā Principum, perniciosiſſimum. 541 d

ECleſia Romana Sede vacante quomodo adminiſtratur, 76.e. Præconia eius, 362.e. Vide Romana.

ECcleſiæ fiſcus ex pœnis commodum ne ſentiat, ſed pauperes, ex ſtatuto Greg. P· 92.c

ECcleſiæ primarii non ſolum theoricam ſed & praxim rerum eccleſiaſticarum exercecebant, & canebant in eccleſia. 384.e

ED

EDitha Sanctiſſima Virgo. S. Eduard. ſoror miraculis clara. 626.b

EDitio ſcripturę vulgata emendata ab Albino, Carolo Magno debetur. 265.c

EDuardus R. Angl. à nouerca occiſus miraculis fulget. 621.e

EG

EGbertus Hibernus Scotos monachos reuocat a Schiſmate. 206.b

EGbertus Eboracēſis Epiſcopus, vir doctiſſimus, Albini Magiſter. 254. a. quantus vir fuerit, 264.d

EL

ELeemoſinæ nomine celebres, 78. b. Childebertus Rex Franc. 41.b

ELeutherius exarchus, occiſo Neapolis Præfecto, affectat Italiæ regnum. 139.c

S. ELigius Nouiomenſis Epiſcopus flandrorum Apoſtolus. 168.a

ELipandus Epiſcopus Toletanus Chriſtum ſecundum humanitatem aſſerit filium Dei dicendum adoptiuum, ex quo inferuntur duæ in eo perſonæ, 280.b. Tentat de hac hæreſi Reginam viduam, quærem defert ad Epiſcopos, 289.a. Aduerſarios experitur Beatum Presbyterum & Aetherium Epiſcopum, b

ELphegus vita, & prophetia clarus. 595.d

EM

EMeritenſe Concilium in Luſitania. 168.e

EP

EPiſcopi merito ſatagunt ne ſub principibus hæreticis degant. 5.b

EPiſcopus Apameæ non recuſat ſpectare equeſtre certamen cum Coſrhoe, ad eum molliendum. 3.c

EPiſcopi erga Vigilium Papam, in cauſa trium capitulorum, varie affecti. 22.c

EPiſcopi Regia, non Canonica auctoritate electi, non admittendi, ex cōcilio Pariſienſi, 52.c Regia auctoritate Lotarii datus, excluditur dicreto concilii, & male reſtituitur a Chariberto Clotarij filio. c

EPiſcopi merito depoſiti, ſed inconſulto Romano Pont. mandantur reſtitui. 61.e

EPiſcopi Hiſpaniæ plures clari exulant propter fidem. 76.c

EPiſcopi Gallię Sāctitate, & miraculis clari. 77.b

EPiſcopi inuigilent Iudicibus ex Reccaredi Regis præſcripto. 84.b. Romam euocati, nec conuicti ad ſui purgationem iurare compellūtur, ſupra corpus B. Petri. 96. a. Non eſt Epiſcopus qui alienam inopiam ſuam non putat. b. Ne litigent cum Præſidibus, & officiis eos demerere audeant, de quo ſunt aliquot Gregorii epiſtolæ. 112.a. Quomodo ſe gerant in peſte, 117.e. Duo in ſingulis fere ciuitatibus, ſub Longobardis Arianis. 157.a

EPiſcopus in Concilio Toletano decimo, ob carnis lapſum, ſponte ſe accuſans, abdicat. 172.d. Illis quantum tributum in Hiſpania. 179.d. Illis permiſſa concilio 13. Toletano, quæ Regis eſſe viderentur, 181.b. Siſbertus Toletanus Maieſtatis conuictus deponitur. 190.a

EPiſcoporum Sacramentū quod Romano Pont. exhibetur. 210.d

EPiſcopi A Principibus ne eligātur ex canone. 3. Septimæ Synodi. 292.a

Illorum Iudiciis fauet Carolus Magnus, 319.b

EOrum menſa qualis, 344.b. Scholas erigant in quibus præcipue doceatur theologia. 344.b.

Epiſcopis

EPiſcopis obediant comites, & Iudices ſæculares. 345.e
EPiſcopis exautoratis permiſſum communicare inter Laicos. 398.e
Dati a Regib. ne ſine examine recipiãtur, 421.a
GVm Regib. quomodo ſe gerant, 445.a. Quantum illis tribuerit Arnulphi R. 560.a
Iudicent de adulteriis & aliis Scolarib. ex Cõcil. Rauenn. 566.e

ER

ERror profitentium omnes ab inferis liberatos, deſcendente Chriſto, qui ipſum hic confeſſi ſunt. 111.b

EV

EVagrius primus ex Græcis, qui legantur, orthodoxus hiſtoricus. 106.d
EVchariſtia in Altari ſub Crucis titulo componatur, 61.b. Non ſumenda a mulieribus nuda manu, ſed Dominicali, ideſt linteamine mundo, 89.e. Iconoclaſtę vocabant eam Imaginẽ, confitentes tamen eſſe verum corpus, & ſanguinem Domini. 271.e
EVcherius Aurelianenſis exul a Carolo Martello, moritur. 226.c
EVdæmon Martyr ſub Sarracenis. 234.d
Eudo Dux Aqtaniæ euocat Sarracenos in Gallias ad vlciſcendos ſuos inimicos. 213.b
EVgenius. I. Papa viuenti ad huc Martino ſubrogatur, 159.c. Quo mortuo, confirmatur, ibid.a moritur. 161.c
EVgenius. II. per contentiouem Papa eligitur, 372.e. Legatos miſit qui doceant Ludouicum Imperatorem de perturbato ſtatu Rom. Eccl. qui mitit Lotharium filium, vt conſentiente Pontifice, conſtitntionem edat de libera electione, 372.e. Petitam a Ludouico Imp. facultatem collationem faciendi de imaginum cultu, ægre concedit. 374.a. Nihil deflectit a maiorum traditione in cultum imaginum, a
EVlogius Epiſcõpus Alexandrinus ſcribit ad S. Greg. Pap. qui illum plurimi facit, 113.a. Peten ti Euſebium de Martyribus, negat. S. Cregorius repetiti, 114.b. Librũ ſuum contra Agnoitas S. Gregorio probandum mitit, 118.e. Moritur & refertur inter ſanctos. 130.e
S. EVlogii peregrinatio, 400.c. eius ſcripta 413.a b. Coniectus in carcerem, a ſcribit Memoriale ſanctorum, 414.d. item Apologeticam d. Martyrio coronatur. 428.d
S. EVſtaſius Luxouienſe Monaſterium, ex laicorum manibus vindicat. 135.a
EVtychiani, Monophyſitę dicti, redeunt ad Eccleſiam. 121.e
EVtychius, ex Monacho, per viſum, monito Iuſtiniano, ab eo fit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, 29.e. Aduerſantem ſuæ ſententiæ de incorruptibili relegat Iuſtinianus in ſuum Monaſterium, & per eum Deus multa edit miracula ad confirmationem fidei Catholicæ. c. 47.e
Illi ſubrogatur Ioannes Scholaſticus, & Apocriſario Antiocheno, ſeruus gloriæ, 48.a. quo mortuo, reſtituitur, 69.a. Aegrotans ad mortẽ prædicit obitũ Tiberio Imp. 68.c. Sub eius ægritudinem altercantur ipſe & Gregorius Apocriſarius de qualitate corporum in reſurrectione: & moriens demun fatetur vericatem, d
EVthymius Mon. vir inſignis etiam ſpiritu prophætiæ. 595.d

Exarchi Rauenna.

SMaragdus Seuerum Aquileienſem cum aliis tribus Epiſcopis abſtractos Rauẽnam, communicare compellit Eccleſiæ Romanæ, 80. b. qui non recepti a populis in ſchiſma relabuntur, 83.c
EXarchi fauent Eccl. Gradenſi, 146. b. eorum uires infringuntur. 195.a
EXcommunicatio in vſurpantes, bona eccleſiaſtica, miraculis comprobatur, 61.e. Eius contemptores non eſſe Chriſtianos, ait S. Gregorius, 120. b. Idem Epiſcopum Feſtinum in excommunicando reprehendit. 125.e
EXcommunicatus, niſi infra annum abſolutionem procuret, amplius non audiendus, 329.e 331.a
EXcommunicatum Epiſcopum Rauenn. arcerſantur Ticinenſes. 436.a
EXcommenicatur, & deponuntur Colon. & Treuir. Archiep. 443. qui Schiſmaticis iungũtur, b. Abſolutio excommunicati. 445. d
EXcõicationem contemnentes coarceantur a Regib. tamquam rebbelles, 559.c. Quanti facta a Francis. 649.c
EXcommunicantur Reges, Vide Reges.

F

in FAME quomodo circa mendicos ſe gerant homines, ex Car. M. 364.b
FAne nobile Monaſterium Virginum in Burgũdia. 136.d
FAro nobilis aulicus ſua prudentia reuocat Lotharium a graui facinore, 236.c. a Fat ſorore adducitur ad clericalem ſtatum, fitque poſt Epiſcopus Meldenſis. 136.c
FAuſtus Mauri Abb. Vitam Bonifacio III. probandam offert. 129.c

FE

FElicis Nannetenſis Epiſcopi Elogium. 67.a

FErran-

FErrandus Carthagin. Diacon. Cõſulitur de graui quadam quæſtione. 19.a
FErrarienſibus primum dat Epiſcopum Vitallianus P. 169.e
FErrariæ Ducatum reſtituit Deſiderius Longob. Rex Rom. Eccleſiæ. 250.c

FI

FIdei veræ profeſſio ſtabilimentum Imperij, 57.e Eius veritas, non ex proſperis ſucceſſibus cenſenda. 370.b
FIlæcteria quæ dicantur. 126.a
FIſcus Eccleſiæ, ex delictis commodum ne ſentiat, ſed pauperes, ſtatuit. S. Greg. 92.c

FO

FOllianus Epiſcopus Martyr. 161.b
FOrmoſus Portuens. Epiſcopus & Paulus Populoniens. prædicatores ad Bulgar. miſſi, 455.d Romam reuerſus læta nunciat, 498.a. Legatur in Gall. ad Car. R. Fr. 517.d. Damnatur a Io: 8 ignota de cauſa, 519.d. Euocat Romam Lambertum Comitem, 525.a. Trahitur a Papa in Gall. & a Marino P. reſtituitur, 543.e. Eligitur Papa tumultuarie, 556.a. Quantus uir. b. Eius graues epiſtolæ in cauſa Photiana, c. Indicit Gen. Concil. 557.e. Deplorat miſerum ſtatum Eccleſiæ, 558. a. Parænetícas ſcrib. epiſt. ad Lamb. Imp. 558.e. Mandat ſub excommunicatione creari Epiſcopos per Angliã, 559.a. Coronat Arnolphum Imp. 560.c. moritur, 560.e. a Stephano VII. dicto ſexto immaniter tractatur, 561.a. mirando ſigno probatur eius religio, 561.a
FOrmula profeſſionis V. Syndi. 122.c
FOrtunatus natus in Venetis, Rauennæ nutritus, doctus, curatus per. S. Martinum, peregrinatus ad eum deſcribitur a Paulo Diacono, 58.c. auctor hymnorum de S. Cruce. 54.b

FR

FRancorum elogium ab Agathia. 9.a
FRanciſci vſurpans nomen Iuſtinianus Theodebertum Regem in ſe concitat. 8.e. Galliis potiũtur, cedente eas ipſis Iuſtiniano, 24.e. Nummum cudunt aureum ſua imagine, ſoli barbarorum, e. Plura occupant loca in Venetis, a Gothis, & Rom. quaſi dimiſſa, 25.a. Parthemium, ſub Theodeberto Tributorum exactorem populus arca extractum ex Eccleſia. lapidibus obruit. 29. d. Regnum periclitatur, ob ciuile bellum, 38.b. Gothi Galliæ, & Hiſpanię coniugiis fœderantur, 56.d. Ciuile bellum recrudeſcit, 67.e. Ex inſperato pax conciliatur, 68.c Conueniunt cum Mauritio Imp. de pellendis Longobard. ex Gallia Ciſalpina, 89.c. Irrumpentes in Gothiam Narbonenſem, a Gothis ingenti numero cæduntur, 93.e. Reges inter ſe depugnant, 122.a. Reliquias ſtudioſe expetunt, 256. c. Clades a Vaſconibus quando, 274. d. Eam male quidam referunt ad aliud tempus, 342. Regnum inuaditur à Bulgaris, 381.d. Ab Aizone rebelle, ope Sarracenorum, 381. d. RRR. Fratres confligunt, Lotharius Imp. profligatur, 393.e. crudelitas Romã cum Ludou. R. Romam pergentium. 399.a
FRanci vincuntur a Northmannis, 402.b. 411.e. a. Boemis, 412.c. ægre patiuntur exteris ſubdi 627.e. Regnum non electione ſed ſucceſſione tranſit in alios. 501.b. 503.a
FRanco Vnomat. Epiſcopus prænunciata ſua morte offert fratrem ſucceſſorem Burchardũ & obtinet. 653.b
FRancoford. Conuentus. 514.d
FRatres Quatuor Epiſcopi illuſtres ſcriptores Hiſpani. 22.d
FRatres duo Epiſcopi gemelli, eodem die ſacrati & eodem mortui Medardus Sueſſion. & Gidardus Rothomag. 48.c
FRedegunde Chilperici Concubina, 56.e. per Sicarium interficit Sigebertum Regem, 69.d. peſte abſumptis duobus filiis, agnoſcens diuinam vltionem, pœnitens hortatur & Regem ad pœnitentiam, 27.c. Clodoueum Chilperici filium interficit, magna fraude irrepens in Coniugiũ Chilperici, d. defuncto filiolo diriſſimam exercet quæſtionem de maleficis, 81.b. Prætextatũ Rothomagenſem Epiſcopum conſtanter redarguentem praua facta Principum, immiſſo Sicario, inter pſallendum in Eccleſia, interficit, 83.d
FRidericus Traiect. Epiſcopus martyrio afficitur. 392.a
FRiſiorum Eccleſia SS. Martyrum ſanguine irrigatur. 190.e
FRoila Rex Hiſpaniarum Eccleſiaſticæ diſciplina ſtudioſus, & in bello felix. 251.c

FV

FVlco Rhem. Archiep. Rachildem. A. grauiter manet, illique minatur, 524.b. Car. Simpl. patrocinium ſumit 549.a. Car. Craſſo eum commendat. a. petit ſibi confirmari priuilegia. Formoſo P. 557.a. l. Monet Papam de Epiſcopis ambientib. pallium in contemptum Metropolit. e. Nicolaitæ repullulant, 558 e. deterret Car. a fœdere cum Northm. 562.a
FVldenſe Monaſterium extructum a. S. Bonifacio, dotatur a Carolo manno, 240.b. priuilegio ornatur a Zacharia P. 243.a Donatio Carlo manni confirmatur a Pipino, 249.a. Templum incenſum & reſtauratur. 589.a

FVnus

FVnus cæleſti numine deductum per ducenta milliaria. 592.b

G

GALLIAE vaſtantur a Northon. 402.b. 411.a

GAllicanorum Sacerdotum vigor aduerſus inceſtuoſos, 37.b. collatores, ex male intellecto S. Gregorio damnant adorationem imaginũ, & ſeptimam Synodum, multa in hac materia peccantes. 374.d

S. GAllus Aruernenſis Epiſcopus 12.d. migrat in cœlum. 66.a

S. GArimbaldus præsbyter in Angl. 566.d

GE

GElaſiuntha Athanagildi Hiſpan. Reg. fil. Fr Regis vxor, ex Ariana Catholica reddita, vexata a mariti Concubinis, eius iuſſu ſtrangulatur. 56.e

GElu ingens per Orientem, & Septentrionem. 256.a

GEmblacenſe Monaſterium. 592.e

GEnuam Sarraceni ex Africa diripiunt. 585.d

S. GErardus nobilis Monach. 587.c.601

GEorgius Venetus presbyter hydraulicum Organũ Lud. Imp. mirifica arte componit. 379.e RЕctor Monaſterij S. Saluij, reliquias SS. MM. Petri, & Marcellini ab Eginardo petit & impetrat, quarum miracula ipſe deſcripſit. 379.e

GErbertus Mon. magiſter Rob. R. deiecto Arnulpho Rhem. fit Epiſcopus, 632.c. Qui vir, & quãtus. b. ex ipſius monumentis e Inſultat Eccl. Rom. 634. maligne deſcribit Synodum Rhem. 633. multa blaterat in Rom. Pont. 633.b. Præoccupat aures Imp. 635.c. Furit in Eccl. Rom. Depoſitus, abiecto Hugone ſe totum addicit Ottoni, 638.e. Fit Archiep. Rauenn. 640.c. Nõ multo poſt fit Papa, Silueſter dictus, 652.e. Calumniam paſſus eſt ex recondita ſcientia, quaſi magus, alias laudatus. 652.d

GErinus ab Ebroino lapidatur. 183.d

GErmanus, poſt Liberium Patricium, qui Beliſario ſucceſſerat, cum exercitu mittitur in Italiam a Iuſtiniano. 26.a

GErmanus ex Abb. Epiſcopus Pariſienſis, 41. a. peragrat Orientem, quærens reliquias, 43. a. Multum per eũ proficit pietate Childebertus Rex. 41. b. Excommunicat Charibertum Regem ob inceſtas nuptias. 62.d. moritur clarus miraculis, c.c. Tranſlatio eius. 247.a

GErmanus ex Epiſcopo Cylici. transfertur Conſtantinopolim, 204.c. Mire Stephano Iun. in vtero matris benedicit. c. grauiter monet Leonem Iſauricũ de abolitione imaginum, 214. c blande appellatus ab Imp. Conſtanter agit, 215.a. Certiorem facit Rom. Pont. d. non ſtatim Imp. eiicit in exilium, vtens eo ad cõtinendos Italos in fide, 221.b. tandem eiicit, 223.c. eius lucubrationes, 223. d. eius memoria in Menologio d.

GL

GLaſconia nobile in Angl. Monaſterium. 588.b

GO

GOthi pertæſi ignauiæ Theodati Regis Vitigem Regem acclamant. 1.d. Capi malunt, quam fugere, capta Vrbe e. Dedita Rauenna, & Vitige R. Beliſario, ex illis pauci deligunt ſibi Regem Theobaldum, 9.a. Sicilia expelluntur. e. Vrbẽ obſident per annum vnum, & dies, 9.2.e.b.c. Vitiges & Rauenna in poteſtatem redigitur a Beliſario, 10. a. Theobaldum Regem occidunt, & mox Araricum, Totila prouecto in Regem, 12.e. Eorum aſperitas in Sanctos Epiſcopos, 14.d. Varijs cladibus afficiũt Rom. 22.b Vrbem occupant, 25. e. Cogitans de excidio Totilas, cur deſtiterit. e Tibure occupato, Paſtorem cum ouibus trucidat, 16.e. Corſicam & Sardiniam occupant, Sicilia expelluntur, 28.d.e. Totilas, & mox Theias, profligatis Gothis, a Narſete occiduntur, ab eorum manib. Italia vindicatur. 30.a. Hiſpaniæ & Franci Galliæ connubijs federantur, 56.d. profligant Græcos ex Hiſpania. 58.c

GOthi Narbenenſes iam catholici facti, Gunthe ratarum Francorum Regem bellum inferentem profligant. 82.a

inter GOthos Hiſpanienſes, Patrem Leucigildũ Arianum, & Ermenegildum filium Catholicum diſcidium, & bellum exiſtit. 75.b. Ermenegildus, proditus a Græcis in ſubſidium euocatis, in poteſtatem parentis venit, & contra fidẽ iuramenti, obtruncatus, martyr efficitur. b.c. Ad fidem conuertuntur, Reccaredo Rege, qui Concilio Toletano III. Cath. fidem profeſſus eſt. 83. e. Regnum Gothorum in Hiſpan. cur collapſum. 203.c

GR

GRadum ſedes translata Aquileia diruta. 122.b. 128. b. tranſit ad iura Græcorum, 128.c. Priuilegia Eccl. Aquileieſ. Gradenſi communicata, 146.b. a Eccl. a Lupo Foroiulienſi diripitur, 164. e. Primus Patriarcha qui dictus. 146.b

GRadus affinitatis in matrimonio vetiti. 125.e

GRæci in auxilium Goth. Cath. in Hiſp. miſſi a Tiberio Imp. 75.a. prodito res. 76.b. quid addiderint ad Concil. Chalced. 32.d. Corrumpunt locum Gregor. Dialogorum, 100.a. reiecto clericorum

ſicorum cælibatu, in deterius ſemper prolapſi, 189.d. diſputatio de proceſſione Spiritus Sanctus, non à filio, ab Iconomachis inducta contra latinos, 258.c. Fraus eorum in epiſt. Synod. abraſo, Filioque. 176.b

GRæcorum odium, & inuidia in Latinos, 461.d. Calumniæ in eoſdem, 463. b. Garriunt cum Imp. etiam Primatum Eccl. tranſlatum Conſtantinopolim, 464.b. fere ſemper hæretici aut Schiſmatici, 464. d. Gloriam latinorum ferre non poſſunt, 494.b. Contentio cum Latinis de ſubdendis ſibi Bulgar. 494.e. Fraudulenter eos ad ſe illiciunt, 495.e. Peculiare illis falſare Synodos, 496. a. Græcorum Imp. præclara confeſſio de Rom. Eccl. 497. a. Origo Græcorum ruinæ, inuidentia Latinorum. 497. d. Vix vlla ſpes curationis Græcorum, & curæ. Corrumpunt Dialog. B. Greg. de proceſſione Spiritus Sancti a P. & F. 536. a. Deſcribuntur a Luitprando in relatione ſuæ legationis, 613.c. Græcorum Eccl. ob quartum Matrimonium, Sciſſa, & poſt adunata. 639.a

GRatianus male citat Canonem quaſi ex octaua legitima Synodo, cũ ſit ex Photiana, 536.e Item ex Pſeudoſyn. Pſeudopapæ. 621.a

S. GRegorius I. Papa

GRegorius Rom. Felicem III. Rom. Pont. atauũ habuit, parentes Gordianum, & Siluiã, 72.a. Optimis litteris fuit inſtitutus, & Senator Præfecturam Vrbanam geſſit, b. Vrbanis negotiis implicitus ſpectat ſolitudinem, c. Monaſteria erigit Romæ, & in Sicilia, c. Septimus Diaconus de aſſiſtentib. Papæ adlegitur, d. Abſtinentiæ adeo deditus, vt ſtomachus languefceret, d Abbatem expetit ex Monachis. S. Equitii. e. & ab eo habitum Monaſticæ conuerſionis accipit, e. 74. Apocriſarius Conſtantinopolim a Pelagio P. mittitur, cum eum creaſſet Diaconũ Card. 74. a. Monachos ſecum aliquot ducit. b. Tiberio mortuo, Romam reuocatur, donatus brachio S. Andreæ & capite. S. Lucæ Euangeliſtæ, 79.e. Inchoatos Moralium libros ſtudet perficere, 80.a. Scribit aduerſus Schiſmaticos, nomine Pelagii Papæ, a. Tres eius Epiſtolæ recens inuentæ, a. Ex Diacono Card. Papa eligitur, 85.b. Detrectat confirmari, diſſuadens id Mauritio Imp. 86.c. Cogitur ante conſecrationem agere Pontificalia, ſuadendo pœnitentiam, & inducẽdo ſeptiformem litaniam, 87.a. Perlatis confirmationis litteris, fuga ſibi cauens, diuino indicio capitur, & conſecratur, e. Mox verbo Dei, & pane, (procurato frumento) inſiſtit paſcere populum, 88.a. Tum ſcripſit Paſtoralem librum, occaſione reprehenſæ fugæ ſuæ, b. Gratulationes ægre accipit, d. Deplorat ſuum ſtatum variis epiſtolis c. Conſulit Eccleſiis, ob bella deſertis, d. Schiſmaticos adiungere laborat Eccleſiæ, e. Mandat Epiſcopis per Italiã baptizandos in fide Catholica Longobardos, in Ariana perfidia baptizatos, ob imminentem præuiſam mortalitatem, 89. a. Eius ſolicitudo pro pauperibus, 90. b. Per ſubdiaconos, quos emittebat, ad curanda Eccleſiæ patrimonia, pauperum curam gerebat, c. Ex Concil. Rom. Synodalem mittit de ſua fide ad Orientales, quæ a paribus inſcribitur, c. Claues mittebat à corpore B. Petri ad viros inſignes, per quas videbantur miracula, c. quorum vnum refertur, 77.e. Solicite curabat ne clerici a ſæcularibus iudicarentur, 90.d. & vt ſaluti animarum inuigilarent, e. Effuſus in dando, in accipiẽdo erat parciſſimus, e. Monachorum diſciplinæ inuigilat, 91. a. Clericis feminas cohabitare vetat. b. Statuit ne quis ordinetur ſubdiaconus, niſi continẽtiam promittat, d ex quo confutatur fabula ex conficta epiſtola S. Vdalrici Auguſt. Epiſcopi & c. d. Vacantibus Eccleſiis, prouidet Epiſcopos, e. Dedicationes plurium Eccleſiarum fieri mandat, quod abſque Rom. Pont. non licebat, 92. a. Pauperibus Eccleſijs ample ſubminiſtrabat ad Agapen pauperibus exhibendum, b. Fiſcum Eccleſiæ ex delictis nullum vult cõmodum ſentire, ſed pauperes, 92. d. Exarchum Africæ, pro curatis Eccleſiæ patrimonijs, victorias multas aſſecutum ait, c. Eundem excitat ad comprimendos Donatiſtas ibi inſoleſcentes, d. Scribit ad Gallias, Iudæos prædicatione non vi ad fidem compellendos, 93. b. Reſpondet conſultationi Leandri Epiſcopi Hiſpalens, de vna, ſeu de trina merſione in baptiſmo, c. Cum hæreticis, nem bonis quidem communicandum, e. Dedicat Eccleſias per Arianos pollutas, 94. a.

Pacem curat à Longobardis, alioqui periclitante Vrbe, & Neapoli. 94.e

Miſericordiam prius fidelibus Eccleſiæ, poſt hoſtibus exhibendam, c

Donatiſtas in Africa comprimit. d. Appellantem Epiſcopum abſoluit. 95.b

Arguit Epiſcopum, & illi comminatur, & poſt ſuauitate ſanat, c

Arguit Epiſcopum, ob propriam iniuriam, inferentem excommunicationem, d. Iniuriam paſſos protegit, e. Epiſcoporum mores explorat ad correctionem, 96.a. Vacantium Eccleſiarum curam gerit, b

A Monachis plus aliquid exigebat quam a Laicis, d. Curabat tamen & illos excitans ad meliora, d

Quadraginta homilias à ſe dictas, vel per notarios recitatas, quando compleuerit, e. Narrat aliquot miracula, e

Diſſuadere conatur Imperatori legem, ne milites tranſeant ad Monachatum, non completis ſtipendijs, 98.a. Docet Eccleſiam non ſubeſſe Imperatori, ſed præeſſe; & quod videtur aliter

ab eo

ab eo dictum, quomodo intelligendum B.Publicat quidem eam legem,ſed correctam.e.Per litteras, & per APocriſarium redarguit Ioannem Conſtantinopolitanum de Vniuerſalis titulo vſurpato. 99.a. Concilium Africanum irritat, quod quædam ſtatuiſſet contra canones, b. Cauet ne Theodolinda Regina abſtrahatur in ſchiſma c. Perſiſtit in propoſito, non ſe miſcendi in perſona ſuſcipiente curam Paſtoralem.d.Scripturus Acta Sanctorum Italię virorum,ſuæ ætatis;ſolitudinem repetit. 100.a Zaccharias Papa librum illum Dialogorum dictum,poſt græce vertit. a. Græci in eius dialogo corruperunt in Proceſſione Spiritus Sanctus,dempto,a Filio, b. Corripit Epiſcopũ Rauennatem pallio, vbi non decet, vtentem.b. Corripit alios Epiſcopos., e.Corripit omnes Dalmatiæ Epiſcopos de praua electione Epiſcopi Salonitani. d Monachorum, & Monialium curam gerit. e. Munuſcula tribuit laborantibus pro reb. Eccleſiæ, vt cruciculas cum reliquiis &c.101.Græce non nouit 101.c. Sancit priuilegium monaſterio S. Medardi, violantib.honore priuatis, 102.a. Satisfaciẽdum monet Schiſmaticis probando Chalcedonenſe concilium, 102.e. Tacendum aſſentitur de Quinto Concilio,cum de fide in eo nihil actum ſit,103.b.Pugnat contra Donatiſtas,& Manicheos,e.Solicitus eſt in conuertendis Iudæis,e Gentiles à Vandalis aliquando in Sardiniam tranſlatos,Barbaricinos dictos,ſtudet adducere ad fidem,104.a.Lapſos peccato carnis,nunquam amplius ad altaris miniſterium admitti vult.104.e.Chriſma committit Presbytero .e. Suſpendit à Comunione omnes Dalmatiæ, Epiſcopos,eos monens,& caſtigãs.d.Ne Clerici,quantumuis probati Monaſteriis Virginum præficiantur,e. Luſtrat omnes vrbis Eccleſias 105.b.De reliquiis, & Romanorum vſu circa illas,e.obſeſſa à Longobardis vrbe,finem facit concionandi in Ezechielem, 107.a. Horret ſanguinis effuſionem, 108.b.Vigilantia, precib.& largitionib.tuetur vrbem,b.Paeem curãs cum Longobardis illuditur vt ſimplex, ab Imp. & exarcho,c. Affligitur ambitione Epiſcopi Conſtantinopolitani Oecumenicum ſe obſtinate appellantis,d Se vero Oecumenicum Epiſcopum oſtendit,108.b.Dat ſchiſmaticis ſecuritatem Romam veniendi,109.b.Vincit contumaciam Epiſcopi Salonitani,ſua charitate,& ſuauitate, c. Claues S. Petri cum limaturam catenarum mittit ad Regem Franc.109.e.Mittit ad Leandrum Epiſcopum librum quem appellat Regulam Paſtoralem, & partem moralium,e. Neminem cogit ad curam Paſtoralem,100. b. Mandat de Anglis captiuis in Gallia emendis, & per Monaſteria inſtituendis, 110 a. Epiſcopum non admittit ignorantem Pſalmos. b.

Conſentit in Marinianum ad Epiſcopatum Rauennatem,rejectis aliis duob.b. Quadripartitam diuiſionem bonorum Eccleſiaſt. vult ſeruari, c. Excommnnicat, qui affixit quandam conteſtationem, aut conſilium dedit, 111. c. Captos à Longobardis redimit.e.Suppeditantur illi pecuniæ à varijs,c. Intendit conuerſioni Anglorum,e.Hortatur Epiſcopos, vt Præſides, officiis demereri ſtudeant,112.a. Laborat pro Africana Eccleſia contra Donatiſtas,item contra Samaritanos, & Iudæos, b.Cyriacum Conſtantinopolitanum Epiſcopum hortatur ad deponendum Vniuerſalis nomen, 113. a. Eulogium Alexandrinum Epiſcopum magni facit, 113.a. Hortatur ſolicitam de ſalutis certitudine,vt in timore perſeueret,113.b.Scribit aduerſus Monachos deſertores,& aduerſus Simoniacos,b.Eius humilitas,114.a. Monet ſuos vt caueant à Longobardis,pace nondum ſubſcriptione firmata, 114.b Violentius Eccleſiæ bona tuentem Epiſcopum arguit,115.b.Munera rependit,claue de catenis S. Petri.c.Cauſam quandam omittit iudicare, ob contrarietatem,inquit, hominum, 116.b. Monet Epiſcopos omnes Orientis,ne quid contra canones ſtatuant,id nullam vim habiturum,c.Schiſmaticos redeuntes benigne admittit.116.c.Laborans grauiter Podagra non intermittit negotia,e.Epiſcopum arguit, quod fregiſſet imagines Sanctorum, & Secundino Abb. mittit venerandas, 117.a. Laborat aduerſus oblatrantes,quaſi in Eccleſiam Conſtantinopolitanam inſurrexiſſet,117.b.Mandat Gallicis Epiſcopis celebrare Synodum, cui, qui vice ſua adſit, mittit Cyriacum Abb. b. Eundem Cyriacum vice ſua iubet adire Hiſpanias, c. Remuneratur Reccaredum R. claue à corpore S. Petri,d Vexatur diu podagra. e. Quomodo ſe gerat Epiſcopus in peſte,e.Italiæ calamitates deplorat, & peiora vaticinatur, 118. d. De Iuliano Scribone Miniſtro Imp hoſtib. peius, Italiam vexante, e. Miſſum ad ſe librum ab Eulogio contra Agnoitas probat.e. Hortatur Mediolanenſes vt, nulla Regis Longobard. ratione habita, Epiſcopum eligant, 119. a. Concedit Mediolanenſib. vt deficientib. Regib. Longobardis, eorum Epiſcopus cum Concilio aliorum Epiſcoporum illum eligat. a. Redarguit Præfectum, quod hominem liberum flagellis ſubdiderit, 119.b. Solatur re & verbis Præfectum quemdam rebus omnibus priuatum, b. Ducem Campaniæ epiſtola cohibet aduerſus Monaſterium inſurgentem, b. Petenti Epiſcopo reliquias mittit & miſerum ſuum ſtatum exponit.d.Ex pingui habitudine,ob morbos,redditus ſiccus,& aridus,d. Decretum facit in Concilio pro Monachis,120.a.Hortatur Sororem Imperatoris, de quibuſdam erroribus

bus inſimulatam, ad ſecretam eorum abiurationem, etiam cum iuramento, b. Contemptores excommunicationis Chriſtianos eſſe negat. b. De ſimonia tollenda Epiſcopum Ieroſolymit. monet. c. Quāta cum moderatione agat cum Principibus, d. Monet vt templa Idolorū in Britannia, potius ad Chriſtianiſmum transferantur, quam deſtruantur, 121. a. Decretalē ſcribit ad Conſultationes Auguſtini Anglorum Epiſcopi, b. Neſtoriani, quomodo ad Eccleſiam recipiendi, b. Monet Epiſcopos ad indicēdam Litaniam, ad auertendos barbaros, c ægrotantibus, vt benigne conſuluerit, c. Concilio damnat impoſtorem quemdam & falſarium, ſub Monachali habitu. d. Primatem Byzacenum delatum ad Sedem Apoſt. Concilio Prouinciæ, mandat iudicandum, 122. e. alios item quoſdam aliis iudicibus mandat iudicandos, e. Epiſcopum criminoſum retrudit in Monaſterium ad perpetuam pœnitentiam, 123. a. Inſtaurat tecta Baſilicarum Apoſtolorum. a. Recenſet ſuas lucubrationes. b. In earum iudicio magna eius humilitas oſtenditur, b. Phocæ gratulatur Imperatori, 124. b. Deplorat calamitates ſuas, d. Eulogio Alex. oculis laboranti mittit de cathenis S. Petri. d. Petentibus Frācorum Reg. indulget Priuilegium, quo ſumma Rom. Pont. auctoritas oſtēditur, e. Epiſcopum Toletanum ad ſe miſſum iudicandum, remittit abſolutū, e. Duces vrget ad officia militaria, 125. c. Reſpondet ad Conſultationes Epi Siculi. e. Implorat Abbatis preces & ſubſidia mittit vſque in Arabiam, 126. a. Dona Eccleſiis a ſe exhibita incidit in marmore, a. Migrat in cœlum, b. Eius ſcripta inſpirationi diuinæ magis tribuenda, quam humanæ induſtriæ, b. De exuſtione librorum eius quod fertur, falſum videtur, c. Paterius eius Notarius, ſcripturam ab eo varie explicatam in ordinem redegit, c. Tranſlatio eius corporis, 125. poſt annos, 126. d. Narratio de anima Traiani eius præcibus ab Inferno liberata, confutatur, e

GRegorius II. Papa Rom. 204. a. Incipit vrbis muros inſtaurare, e. recuperat ablata a Longobard. 205. a. Reſtituendis Monaſteriis, & Monachiſmo intendit, d. Domum propriam conſecrat Eccleſiam, titulo. S. Agathæ. 206. e. Reſtituit Eccleſias, 206. a. Romæ Concil. habet adu. ineuntes uetita connubia. 209. c. S. Bonifacium ordinat Epiſcopum Germanorum, ſacramento ab eo accepto, 210. c. Corbiniano miſſionem ab epiſcopatu petenti, negat, & in prædicationem emittit, 212. c. Ex Concil. damnat hæreſim Iconomachorum, 215. c. ſtudet retinere populos ſub obedientia Imp. 216. a. Incitat Venetos in Longobardos pro Imp. e. Binis litteris reſiſtit furenti Imp. 216. e. Minas eius contemnit, 217. d. Inuitatum ſe ait ad baptizandum Principem quemdam in Occidente, 218. b. Dialogus dictus a Græcis, quod eſt primi cognomentum, confuſis duobus in vnū, 218. c. Per Duces & Exarchos intentatur illi mors ab Imp. 218. e. 219. Legationem mittit ad Carolum Martellum, 219. d. In eius epiſtolis quædam duriora, interpretatione mollienda, 220. d. Exarchum in gratiam recipit, qui necem illi ſæpius molitus fuerat, c Leonem Imp. priuat tributis Italiæ, propter hæreſim, 223. e. Inſtituit ieiunium V. fer. in Quadrageſima, 224. d. Moritur, d. Reſponſionum librum ſcripſit. d

GRegorius III. Papa Syrus, 224. e. Legatum mittit cum litteris ad Imp. quem non auſum reddere litteras, male multatum, remittit, e. Concilio firmat Traditiones antiquas de Imaginibus, & commonitorias litteras ſcribit ad Leonem, 226. d. Colligit vndique Sanctorum reliquias, & in oratorio ad S. Petrum collocat. 227. a. Rurſū, & tertio hortatorias mittit litt. ad Leonem, b. Euocat Martellum adu. Longobard 231. c. moritur, 232. d. Fertur tenuiſſe memoria omnes Pſalmos, d. Eccleſ. ædificauit, reſtaurauit, oppida muniuit, d

GRegorius IIII. Magni corpus honeſtius condidit, 380. d. S. Marci Baſilicam a fundamentis reſtituit illato S. Hermetis corpore, 382. b. Ad auertendas Sarracenorum incurſiones oſtia Tiberina muniuit, nouam vrbem ædificare inſtituit, quam poſt Leo P. perfecit, & Leoninā nominauit, 382. c. In Gallias proficiſcitur, Ludouicum Imp. patrem, & filios pacificaturus, irrito conatu, 386. c. Reſcindit Decretū abrogationis a filiis factum, 386. c. Monaſterium extruit ad Baſil. B. M. Transtiberinam, 397. c. tranſfert corpp. SS. Cornel. & Calepodii, 397. c Plures Baſilicas extruxit, & illis dona tribuit, 387. b

GRegor. V. P. quando ſit creatus, controuerſum eſt. 640. c. e

S. GReg. Turonenſis Epiſcopus Moroueo inceſtuoſo communionem præbet, 70. d. falſo accuſatus purgat ſe iuramento apud Concil. Brennacenſe, 74. b. producit hiſtoriam ad an. Domini 595. p. 110. e

S. GReg. lingon. Epiſcopus. 12. e

S. GReg. Nazianz. Baſilio Leonis filio Armeno loquelam reddit. 372. a

GVntheramnus Aurelianis habuit Regni Sedē, 50. d. celebrari iuſſit Concil. Lugdun. 1. 61. d. Pariſiis item ad pacem componendam, 67. e. Cōſpirat cum Chilperico in Sigebertum, 69. d. curat celebr. Cōcil. Cabilon aduerſus quoſdā ſceleratos Epiſcopos, 73. d. Item Matiſcon. 1. d. Proficit ex horribili viſione de Chilperici damnatione, 81. c. Lugdun. ſecundum in quo de leproſis ſancitum, 81. a. Adu. Goth. Narbon-

iam

iam Cathol. male pugnat. 82.a. Concil.Lugdun. ſecund.Matiſcon.Concil. de leproſis ſancitum,81.a celebrat ad militum & pop.ſcelera corrigenda. 82. a. Manet Epos, & clericos de ſuo officio, 83.a. Rogatus pacem dare abnuit, 83.a.Valentinum in Gall.Concil. celebrat de cauſis pauperum,e. Accipit ingentem cladem a Goth.Cathol.93.e.Male præſtat,quod male iurauit de Medicorum nece,Vxori,74.d. A Sicario inuaſus,ſeruatur,& illi parcit,86.c. Moritur religione præſtans. 115.d

GVtlacus anachoreta in Anglia. 179.a

H

HADRIANI moles illuſtrata. S. Angeli memoria. 87.e

HAdrianus Monach.poſtulatus ad Epiſcopatũ, alios duos offert probatiſſimos, vt euadat, 169.b

HAdrianus Rom.ex Diacono, Papa, 264.c. Repetit iura S. Petri a Deſiderio R. Longobard. 265. c. Fruſtra fatigans Deſiderium ad reſtituenda ablata, implorat auxilium Fr. 266. b. Interdicit Deſiderio ne fines Rom. attingat, 267.a. Pipinum Caroli F baptizat, & Regem coronat Longobardiæ,& Ludouicum Aquitaniæ, 297.e. Reſponſoriale per annum ſcribit, quod non extat, 287.c. Gratulatur Impp. de ſtudio reſtituendæ Cath. fidei, 282.c. Repetit vſurpata patrimonia B. Petri. d. miratur promotionem Taraſii ex Laico,282.e.283.a. Canonum collectionem Græcorum & Latinorũ edit in lucem, 284. e.Bremenſi Eccleſiæ dat Epiſcopum S. Vuilleadum, 295. e. Ad Capitulare Car.M. reſpondet de imaginibus,301.c argumenta tantum extant eius epiſtolarum, 303. e. De aliis eius lucubrationibus, 307. e. Lamentatus à Car. M. eleemoſynis, & ſuffragiis adiutus,& Epitaphio ornatus,307.c.Quãta expenderit reſtaurandis ornandis dotandis Eccleſiis,& aliis publicis operibus. 308.b

S. HAraldus Rex Dan. a filio occiſus martyr habetur. 623.a

HE

S. HEimeramus Ratiſpon. Epiſcopus innocens, ex fraterna caritate patitur crimen, de quo appellans Rom.Pont.necatur. 197.b

S. HElenæ tranſlatio. 411.b

HEraclius ex Prætore Afr.inuadit Imp. 130. b. Phocam profligatum obtruncat, 131. a. Inceſtuoſas cum nepte contrahit nuptias, 134. e. Præualentibus aduerſus Imperium Perſis,prouehendis filiis inſiſtit,pacem tentat cum Perſis,nec impetrat, 139.b.140.a. Pacem facit cũ Auaris adu.Perſas.d. Exhauſto ærario mutuũ accipit ab Eccldſiis,Ioan.Patr.Alex.improbante,e Bello piè ſuſcepto, ſæpius ſuperat, 141.b. Ducibus profligatis,inuadit Perſiam, d. Interius penetrat,142.a. Profligat, c. Inter primos pugnans ducem proſternit, & Coſrhoem fugat,143.a.Fugientem perſequitur, 144. c. Regis filio dat pacem, ligno. S. Crucis recepto, 144.d.Frequentatur legationibus Indorum,& Occidentalium Regum. 145.a. Quomodo inductus in hæreſim Monothelitarũ, 145.c.146 c Dum Catholicus, inuincibilis, dum Hæreticus,imbellis, 149.b. Sub eius nomine à Sergio publicatur edictum de hęreſi, quod Imp.veritus nomen hæretici negat eſſe ſuum, 152.b. Niſi Hæreticus,maximus Imperator,moritur, 152.e

S. HErculanus Peruſii Epiſcopus obtruncatur a Totila. 18.b

HAereſis Gnoſimachorum,334.b.Iconomachorum profligata ex Eccleſia. 395

HAeretici duo ſub Ottone III. agnoſcuntur, 652.e

HAereſiarchæ damnandi, reliqui cum diſpenſatione recipiendi. 554.d

HErmenegildus Catholicus redditur per vxorem,& Leandrum Epiſcopum,75.a.Petit auxilium à Tiber.Imper.contra Patrem, 75.a.perfidè deſtitutus à Græcis,perfidè a Patre obtrũcatur, 76.b. Ex dolore eius necis pater mouet perſecutionem in Cathol.c

HErundo Hæremita. 593.a

HAeſitantes qui, 30.c. Non tamen ſunt conuerſi, quod in eorum gratiam damnata ſunt tria capita. 33.a

HI

HIberni Schiſmatici,ob falſam opinionem de tribus cap.52.e.Eccleſię reconciliantur. 94.e

HIlduinus Dionyſii Paris. Abb. ob indignationẽ Imp.Exul. 41.e

HIncmarus Mon.qui vir, & quantus, 401. d. Reformationem Monaſterii ſui impetrat d. Abbatem ſuum in exilium proſequitur,d. Illi reditum impetrat,402.a. Archiepiſcopus Rhem. eligitur,401.d.Impetr. palii uſum quotidianũ priuilegio ſingulari,410.c.Litteras Apoſtolicas corrumpit, additione, & detractione, 415. c. Surripit priuileg.à Nicol.P.445.a. Contumax adu.præcepta Apoſtolica, 446.a. Apolog. Ep. ad P de cauſa Rhotaldi, in qua multum defert Sedi Apoſtolicæ,451.c.Purgat ſe de litt.Apoſt. falſatis 461.a Furẽs ſcrib.in Hadr.501.d. Eius Epiſtola examinatur,& refellitur,502.a. Accuſat Nepotem Hincmarum Laudun.in Concil. Attiniacenſi,quaſi Caluum apud P.accuſaſſet 503.d. Apologet. adu. Laudun ſeribit, 50. d. Scribit ad Imper. Ludouic. Balbũ de ordinando Regno,523.d. 524.a. Comminatur ex concilio

cilio Hugoni Lotharii Notho R. infeſtanti, 524.c. Fallax, dũ profitetur ſe recipere decreta Pont. diffitetur, 529.a. Ad R. de bono regimine ſcripſit Epiſtolam, 533.a. Parænericam ad Car. Craſſum Imper. mittit. 541.b

HIncmarus Laudun. Apoſt. Sedis partes tuetur, 503.d. Negata illi Appellatio ad Sedem Ap. 504.a.b. 509.b. Excæcatur, 528.e. In Cõcil. Trecenſi à Papa præſente reſtituitur. 528.e

HIſpalenſe Concilium. 86.b

HIſpani ſeruitute preſſi benignè a Gallis excipiuntur. 350.

HIſpaniæ Reges Gothi, 56.d. Leuigildus Epiſcopos in exilium mittit, 76.c. Regnum Hiſpaniæ Sedi Apoſtolicæ obnoxium, 195.d. Occupatur a Sarracenis, 203.c. Aſtures Pelagium Principem aſciſcunt, 207.e. Bello Sarracenorum ciuili, & ſeruili premitur Hiſpania 263.c. Ramirus, pro ingenti victoria de Sarracenis, Hiſpaniam vectigalem. S. Iacobo facit. 400.b

in HIſtoria nodus inſolubilis, 263.a. Ex Hiſtoria qui fructus capiendus. 550.c

HO

HOnorius P. laudatiſſimus, 142.e. Satagit deiicere Regem Longob. Arianum, reſtituto Catholico, 143.d. Fortunatum Gradenſem Hæreticũ deiicit, Primogenium Catholicũ ſufficit, 146.b Moritur, magnificentiſſimus erga diuinũ cultum, 150.d. Purgatur a calumnia hæreſis Monothelitarum, diſputatione Maximi cum Pyrrho, 154.b. Monothelitæ retinentes eum in Diptychis, quaſi cum ipſis ſenſiſſet, magnam illi conflarunt inuidiam, 173.d. Eius in Sexta Synodo damnatio impoſturæ redarguitur. 176.c

HOſpitalem domum Sanſon reſtaurat Iuſtinianus. 11.c

HV

S. HVbertus Leodienſis Epiſcopns conſecratur a Sergio P. ex diuina reuelatione, 193. b. Moritur, 247.a. Traſlatio. 264.b

HVgo Arelat. Comes aſciſcitur Rex ab Italis, 580.d. Marotiam ſcortum nobile in vxorem accipit, vt Roma potiatur, 583.b. 585.c. Roma pellitur, 583.c. 589.c. Claſſe Conſtantinopolitana profligatis Sarracenis Fraxinatum capit. 590.d. Fœderat Sarrac. adu. 590.e. March. Epor regiæ, 590.e. Abdicatur, Lothario eius filio retento, & Berengario aſcito, 592.a. Monachus efficitur, 592. a. Obſeruandum eſt tum fuiſſe reiectum cum fœderatus eſt infidelibus, 592.a. & per Manaſſem proditum, cui plures Epiſcopatus tradiderat ad Regni ſtabilimẽtũ, 592.b

HVgo Dux Francorum prodit Ludouicum Regẽ Franc. Northmãnis, 592 c. Coronatur R. Frãc. donato illi regno à Ludou. vltimo Carolinorũ, 627.d. Poſt annos 3. bellorum ciuilium Carolum Lotharii Fratrem captiuum tenet dimiſſo filio eius in Ducatum Lotharingiæ, 628. a Callido conſilio Arnulphum Rhem. Archiep. appellantem Romanum Pontificem Concilio obiicit iudicandum. 631.b. Inuitat Papam in Gallias ad res componẽdas, 638. a. Papa mittit Leonem Abb. a. Quanti fecerit Rom. Pontificem, 638.d. Moritur. 649.d

HVnni, ſiue Auari vel Auares Iſtrnm transgreſſi Europam ſæpius populantur, 6.a. Rurſum omnia populantur Conſtantinopolim vſque, 39.d Turcarum Legatio.c. Hunnos ad Iuſtinũ Imp. 51.e. Debellantur à Tiberio Duce, 60.b. Profligant Roman. Tiberio D. 66.c. Progreſſi Conſtantinopolim vſque profligantur, 80.e. Thracias peruadunt, 102. Venetiam inuadunt, 118 a Romildam, quæ forum Iulium prodidit, ſagittis configunt, b. CAganus Dux ob violatam S. Alex. Baſilicam, morte filiorum punitur, d. Europam vaſtant, 124.d. Sub ſpecie pacis ſuburbia Cõſtantinopolis deprædãtur, 140.b. A Duce Foroiulienſi debellantur, 311.a. Se Carolo M. ſubiiciunt, & Fidem amplectuntur, 311.b. Infeſtati à Sclauis, ſedes a Carolo M. petunt, 314.a. Inuadunt Italiam, 565.c. Vaſtant Germaniam, 574. b. d. Gallias quoque, 574.d. Galliam Ciſalp. populantur, 578.d. Ad internecionem cæduntur ab Henrico Reg Germ. 583.d Campan. vaſtant, inde trucidãtur, 586.c. Inuadunt Italiam, & Ingenti pecunia abiguntur, 595.c

HY

HYpapanti feſtum. 16.d

I

S. IACOBI inuentio, 354.a. translatio b. Viſus pro Hiſpanis aduerſus Sarracenos dimicare, 400. b. Tributariam accipit Hiſpaniam, b

IB

IBæ epiſt. initio hæret. in fine Cath. 31.c.d. Epiſtola hæret. auctor Catholicus, ibidem

IC

IConomachi in octaua Synodo damnati, 487.d

EI

IEiunii aduentus Domini origo. 73.d

IEroſolyma capta a Perſis, 136. d. Magno puſillarum ſcandalo, 137.a. Reſtituta imperio, 144. d.a. Sarracenis obſeſſa; qui ſecundo anno ea potiuntur. 149.e

IEroſolymit. Eccleſia ereata in Patriarchatum in V. Concil. 34.c

IEroſolymit. Epiſcopi Macarius ſecundus, 19. e. Ob ſuſpicionem hæreſis eiectus, 20.b. damnato Origene, reſtituitur, 23.e. Euſtochium illi eiecto, ſubrogatnr, e. Ioãnes, 42.e. Amos, 109 c

Eutychius, an Eſichius, 120.c. Zacharias, 131.c. Hic abducitur captis Ieroſolymis, 136.c. Deinceps ſucceſſio obſcura, 152.d. Patriarcha mittit duos legatos Conſtantinopolim ad aſſerendum cultũ imaginũ, 358.a. cęſi, relegatur. ibi.

IG

S. IGnatii reliq. quando Romam veriſimile trãſlatas. 9.b
IGnatius Michaelis Imp. fil. exectus, ex Monacho, Patr. Conſtantinopolitanus, 409.d. Prædictum id illi fuit.c. Ex Cõcilio damnat Gregor. Syracuſanum Epiſcopũ expetito aſſenſu R. P. 419.e. A Barda throno deiicitur, 428.b. Conciliabulo latrocinali deponitur, Photio ſuffecto, 433.b. Cogitur ſubſcribere in ſui damnationem, e. Eripit ſe inſidiantium manibus, 434.a. appellat Sedem Apoſt.b. Deiecto Photio reſtituitur, 469.d. Redarguitur ab Hadr. P. de vſurpata iuriſdictione Bulgarica, 506.d. Eius depreſſio a Ioan. P extulit Photium, 526.a Moritur, 531 c. Semper fuit in Cõione Rom. Eccl.c.
IGnis ardens in aqua. 171.d

IL

ILdefonſus præcipuus cultor B. V. inſigni apparitione ab ea honoratur, 163. Moritur. 168.c

IM

IMago, nulla manu facta, tranſlata Conſtantinopolim, 66.c. Per exercitum circumlata, victoriam parit, 85.a. Rursũ Edeſſa Conſtant. tranſlata, 590.e. Inde longe poſt Romam. 591.a
IMago Deiparæ Anatoliũ impium auerſatur. 7.b
IMagine Deiparæ in Perſas prælata, victor euadit Heraclius, 141.c. Circumlata, a Greg. Papa ad propulſandam peſtem. 87.d
IMago Xp̃i telo transſixa ſanguinẽ manat. 42.a
IMaginibus ſacris Vigilius Papa ornat Baſilicam Lateran. 36.b
IMago Chriſti agnum repræſentans a Græcis vetita, a Latinis retenta. 189.b
IMago & caput S. Anaſtaſii Romã delata. 144.b
IMagines Synod. vniuerſ. a Philippico Cõſtãtinopoli abradũtur, a Papa Romæ pingũtur. 202.a
IMagines ſacrę a Greg. Papa miſſæ ad Secũdinũ, monente eum de ratione eas adorandi. 117.a
IMaginũ cultus a natiu. Dom. ĩ Eccleſia traditus, 214.e. Decreto sãcitus Conc. Rom. 215.e. 261.b
de IMaginum cultu, præclara Greg. Papa ſecundus. 217.a. & e.
IMagine Chriſti & matris adorata, morbus incurabilis curatur, 256.d. Ad imaginẽ. S. Greg. Nazianzeni amiſsã quidã uocẽ recipit. 372.a
ob IMagines ſacras Contemptas peſtis Conſtantinopoli graſſatur, 239. e. Chriſti qui colit, Chriſtum colit, 353. b. Colendæ homonyme an ſynonyme? 353.d
IMagines admittentes tantum ad docendum, in Gallia, non vero etiam ad venerandum licet errarent, aliquandiu tolerati in Eccleſia. 376.b
IMaginum cultus reſtitutus. 395.a
IMago V.M. ligno incarnata oleum manat. 506.a
IMmunitas Eccleſię ſeruanda, 82.c. Seruat Rex Longobardus Arianus. 144.a

Imperatores.		*Gothi Italiæ Reges*	
IVſtinianus.	pag. 1.c	VItiges Gothorum, & Italię Rex. V.	pag. 1.d
		THeodobaldus Goth. Rex VI.	9.b
		ARaricus Rex VII.	13.e
		TOtilas VIII. Rex.	13.e
		THeias IX. Goth. Rex.	30.b
NArſes pro Iuſtiniano Imp. Italiæ Dux.			
Iuſtinus Iun. Imp.	50.a	LOnginus, & alii deinceps Exarchorum nomine, pro Conſtantinopolitano Imp. quod reliquũ erat Italiæ, ab inuaſione Longobardorum adminiſtrant.	55.e
		ALboinus Longobardorum primus in Italia Rex.	57.e
TIberius.	73.b	CLephis Rex II.	62.b
		INterregnum annorum, 10. Gubernantibus interim, 36. Ducibus.	63.e
MAuritius Imp.	79.a	ANtharit ſeu Autharis Rex III.	77.d
		SMaragdus Exarchus II.	80.b
PHocas Imp.	123.c	AGilulphus Rex IIII.	93.e
		ROmanus Exarchus III.	106.e
		CAllinicus Exarchus IIII.	116.c
		SMaragdus iterum Exarchus V.	522.d
HEraclius Imp.	131.d	ADuluualdus Rex V.	139.a
		IOannes Exarchus V.	
		ELeutherius Exarchus VI.	138.b. 139
		ISaacius Exarchus VII.	143.d
		PLato Exarch. VIII.	153.d

Conſtan-

COnſtantinus Imp. 153.e
COnſtans Imp. 153.e
COnſtantinus Pogonatus Imp. 169.a
IVſtinianus II. Imp. 182.e
LEontius Imp. 190.c
TIberius Abſimanus. 191.e
IVſtinianus II. Imp. iterum. 197.d
PHilippicus Imp. 201
ANaſtaſius Imp. 203.a
Theodoſius Imp. 204.d
LEo Iſaurus Imp. 205.c
COnſtantinus VI. Copronymus. 232.b
LEo IIII. Imp. 271.c
COnſtantinus, & Irene. 276.d
COnſtantinus ſolus. 296.d
IRenes Sola iterum. 312.b
NIcephorus Imp. 320.d
MIchael Curopalates. 339.d
LEo Armenus Imp. 342.c
MIchael Balbus. 366.d
THeophilus. 383.a
MIchael III. 395.a
BAſilius Macedo. 469.c
LEo VI. Imp. 549.d
ALexander cum Conſtantino VII. 570.d
COnſtantinus Solus, 573.c. Cum Romano. 575.c
ROmanus Imp. 602.e
NIcephorus Phocas Imp. 608.e
IOan. Zemiſces. 614.b
BAſilius Iun. & Conſtantinus. 619.c
ARioualdus Rex VI. 145.c
OLympius Exarch. IX. 156.b
RHotaris Rex VII. 151.a
THeodorus Calliopa Exarchus X. 158.d
ROdoaldus Rex VIII. 161.b
ARipertus Rex IX. 164.a
GVndebertus, & Pertaritus RR. X.
GRimoaldus Rex XI. 165.c
GAribaldus Rex XII. 172.a
PErtharitus Rex iterum XII. 172.b
IOannes Platin Exarchus XI. 185.b
CHuripertus Rex XIV. 187.e
LVitbertus R. Ragumbertus R. XV. XVI.
ARipertus Rex XVII. 198.b
THeophylactus Exarchus XII. 195.a
IOannes Exarchus XIII. 200.c
SCholaſticus Exarchus XIV. 203.a
ANſdrandus Rex XIX. 202.d
LVitprandus Rex XX. 202.d
PAulus Exarchus XV. 218.e
EVtychius Exarchus XVI. 218.c
HIldebrandus R. XXI. 237.c
RAchis Rex XXII. 237.c
AIſtulphus Rex XXIII. 242.d
EXarchatus, a Longobard. occupata Rauenna, deficit.
DEſiderius Rex XXIV. 250.b
REſtitutum Occidentis Imp.
CArolus Magnus Occidentis Imp. 316.d
LVdouicus Imp. 343.e
LOtharius Imp. 393.a
LVdouicus II. 423.d
CArolus II. Caluus Imp. 516.e
LVdouicus III. Balbus. 523.c
CArolus III. Craſſus. 541.a
VVido Imp. 553.b. 557.b
LAmbertus Imp. 558.b.e
ARnulphus Imp. vitio factus. 560.c
LVdouicus IIII. 564.b
BErengarius vitio factus Imp. 566.a
LAmbertus. 566.a
BErengarius Imp. 573.e
OTto Imp. 603.d
OTto II. Imp. 618.c
OTto III. Imp. 625.b

IMperatores ſibi vſurparant confirmationem Papę, 85.c. Conſtantin. Pogonatus Benedicto P. remiſit id quodcunque vſurpati iuris. 181.e
IMp Conſtantinopolitani curant creari Pontifices, Orientales, 198.e. diſcant a Rom. Eccleſia. 367.d.e
IMper. Papa gladium præbet. 453.b
IMpp. & Sacerdotum munus. 547.b
Impp. non ſe ſoliti ſic inſcribere, niſi poſt Coronationem a Papa. 623.e
Impp. Sanctiones cedunt Pontificiis, 445.d. Electio Impp. quando, & a quo, 643.d. Electores per Papam, 644.b. Omnibus Germ. Principibus ius eligendi Imp. a Greg. V conceſſum, 645.a.7. Electores in Concil. Lugdunen. deſignati. 647.c. Stante. 7. numero perſonæ mutatæ, d. vnde error vt putati ſint electi. 7. a. Greg. V. Sub Ottone III. 648.b
IMperitia ſæculi Agathonis Papæ. 176.a
de IMperio nihil ſtatuit Carolus M. quaſi electiuo per Papam. 326.e
IMperii Sciſſio, 553.b. de Imperio in Ital. certatur. 564.b

IN

INdictionis numerandæ ratio, 44.c. Ab anno Domini, 562. numerat auctor ab eis deficientibus

bus conſulibus. Indulgentia trium annorum, & trium quadragenorum. 406.a
INdulgentiam tribuit cadentib. pro Santa D. Eccleſia. 530.b.c
INuentio S.Laurentii Mart.305.d.S. Euphemiæ, 311.d.S. Saluii Epiſcopi & Mart. & Superii. 320.b.S.Iacobi Apoſt.354.a.S. Cæciliæ, 365.b
INſtantia prima apud Epiſcopos fiat. 115.b
INterregnum Imperii per biennium,Balbo mortuo,ante creationem Craſſi. 533.b
IOan.Baptiſtæ capitis tranſlatio,252.e. Crux cũ ligno Crucis & de capillis, S. Ioan. Baptiſtæ à Greg. Papa mittitur ad Reccaredum Regem, 117.d. Baſilica Modoætiæ in eius honorem erecta ab Agilulpho,& Theodolinda Regib. Longobard.139.a.Aſcitus Patronus gentis Lōgob. a.Manus ex Antiochia Conſtantinopolim adfertur. 599.c
IOan.Biclarenſis Abbas in A D.589.ſuum Chronicon perduxit, 84.d. Vixit Reccaredo Rege, 78.b
IOan.Chriſoſtomi ſcripta in Scripturam conflagrant Conſtantinopoli incendio ſub Irene. 296.e
IOan. Curopalata ſuam auſpicatur hiſt. Michaele Imp. 339.d. Eam excipit vbi deſinit Theophanes. 384.a
IOan.Damaſcenus Cathol.fidem ab homine Italo doctus,pugnat pro ſacris imaginibus,221.c Conſiliarius Principis Sarracenorum, d. plures epiſt.euulgat.fraude Iſaurici a ſuo Principe manu truncatur,& eadem illi reſtituitur,e. Repudiata aula Monachus efficitur, 223. a. Pro imaginibus ſcribit, 224. a. Chryſoora cur dictus, 234. e. pulchræ eius ſententiæ aduerſus Reges, 224.a. Cuius fidei habenda eius aſſertio de liberata Traiani anima. 127.b
IOan.Diaconus ſcripſit Vitam. S. Greg. P. 330. fere poſt annis. 72.a
IOan.Eleemoſynarius Patr.Alex.132.a. Beneficentiſſimus in pauperes,b. Bis in hebdom. publice omnes audiebat, b. vnica conſolatio, & perfugium captis Ieroſolymis, 136.e. Repellit bigamum magnam auri vim offerentem in ingenti penuria,vt clericus fieret, 138.a.b. Negat pecunias Eccleſiæ ad bellum Perſicum, 140.e. Adducitur Conſtantinopolim benedicturus Imperatori,& in itinere ad cælum euocatur. 140.e
S.IOan.Euangeliſtæ tunica inuenta,Romã delata ad,S.Greg. Papam. 96.d
IOan. Monachus cognomento ieiunator, ambitioſus,vult appellari vniuerſalis,78.e.80.d. In eum inſurgit Pelagius Papa, grauiſſima epiſtola,d
IOan.III. Papa 41.d.omnia fere eius acta perierunt,52.Narſetem iratum Neapoli Romam reuocat,56.a.Moritur,62.c.Eius nomine Epiſtola ſpuria conuincitur. 62.c
IOan. IV. Papa damnat Monothelit. & Honorium a calumnia vindicat,152.a.Captiuos redimit, 153. a. Reliquias plurimas Romam ex Dalmatia transfert. 153.a
IOan. V. Papa.Syrus, 183.b. Moritur,e
IOan. VI. Papa Græcus Italiam aduerſus Exarchum tumultuantem comprimit, 195.a. Captos a Beneuentano Longobardorum Duce, redimit,197.b.Moritur 198.e
IOan.VII. Papa Græcus,198.e.Concilio habito, non probat canones VI.Synodi, 199. a. Poſt multas Eccleſias refectas & extructa, moritur, 199.d
IOan. VIII. P.512.a. Carolum caluum Imp. coronat,517.a. Carolo Ludouici Germaniæ Regis F. mandat ſub pœna excommunicationis, vt ablata reſtituat,b. Ticini Imperium illi confirmat,d. Relaxat neruos Eccleſiaſtici rigoris promouens pœna dignum, 518. e. Formoſum damnat, & Gregorium nomenclatorem, 519 Imploiat auxilium adu. Sarracenos, 520. e. 521. d. Redimit vexationem à Sarracenis annua penſitatione,524.e. Reſpondet ad conſultationes Eadredi Angl.R.525.b. Legationem mittit ad componendam Conſtantinopolitanam Eccleſiam,525.e.Acriter agit cum Ignatio ob vſurpatam Bulgar. iuriſdictionem, e Vrbs capitur,In cuſtodia detinetur, & emiſſus nauigat in Gall. 526. e. Hiſtoricam epiſt. ſcribit ad Io. Rauenn.526.d. Et ad Ludou. Balbũ, 527.d. Profectus in Gall.ſecum defert Reliquias, d. Secum abducit Formoſum Portuenſem,e. Ludou.Balbum Imp. creat Conſiliariũ Sed Apoſtolicæ, vt fuerat, & Caluus eius pater,d. Trecis Indicit Concilium, in eoque probari petit ſuam excommunicationem, in Formoſum, & Complices, 528. b. Bellicum Apparatum exigit ab Epiſcopis, 528.c. Audit appellationem Hincm.Landun. adu.Rhem.& illum Eccleſiæ ſuæ cæcum reſtituit, 528. e. In Trecenſi Concil. coronat Ludou. Imperatorem, 530.a. Adoptat Boſonem in filium,a. Ab eo deducitur Ticinum vſque Regis nomine, 6. Ingens illi priuileg.confert.b.Indulgentiam concedit cadentibus in defenſione Sanctæ Dei Eccleſiæ,b.Concil.indicit Romæ de noui Reg.electione,533.a. Mediolanẽſem Archiepiſcopum renuentem venire ad Synod.excommunicat,b Carolum Craſſum armatum venientem in Ital. cogitur creare Imperatorem,b.Cur Photio faueret,533. Io. male audit ob reſtitutum Photium,533.c.Fortaſſe Papiſſa dictus ob mollitiem animi.534.a.Romam euocat, S. Methodium Morauorum Epiſcopum, calumniam apud eum paſſum,536.e. Mandat ſub excommunicatione Ital. Principibus, ut fœdus cum Sarracenis diſſoluant,537.e.Scrib.Litt.ad Cãpan.Princip.de abrumpendo fœdere cum Sarracenis. 538.d

Cautio

Cautio in probanda reſtitutione Photii, 539.a Photium redarguit de ſeductis Legatis Apoſt. a. Photium damnat, b. Implorat auxiliũ Imp. adu. Sarracenos, & Marchionem Spoleti, 541.c. MAgnum Dei Iudicium experitur, d. In cogitatione adeundi Gall. ad conciliandos Reges moritur, 542.a. Eius Conſtitutio extat de iure Cardin.a

IOan Nonus, 554.c. Rauẽne Cõcil. indicit, 566.b Moritur, e. Extat eius reſcriptum ad Conſulta Rhem. Epiſcopi de Chriſtian. redeuntibus ad Paganiſmum, 566.e. Alterum ad Stylianum, 567.b

IOan. Decimus intruditur, 571.c. Poſt accedente Cler. & Pop. conſenſum legitimus habetur, 573.e. Agnoſcitur P. nemine ſibi tantum iudicium arrogante. 577.b

IOan. Vndecimus potentia Marchionis Tuſciæ, & Marotiæ intruditur Papa. 581.d. Ab Alberico Fratre in cuſtodia detinetur, 583.c. 584.c. Moritur. 585.c

IOan. Duodecimus Alberici fil. antea Octauianus, nequiſſimus, 599.d. Bellum mouet Principi Capuano irrito conatu, 600.c. Euocat Ottonem R. adu. tyrannidem Berengarii cum tamen prius Otto iuramento cauiſſet Eccleſiæ Romanæ, 602.a. Euocat Adelbertum Bereng. F. adu. Ottonem. c. Iuramentum, 605.c. Legationem ad Ottonem doloſè mittit, 605.d. Deponitur, & Leo eligitur. 606.e. Ioannes reducitur, Leo profugit ad Imp. 608. d. In Synodo Leonem deponit, & acta irrita reddit, d. Miſerè à Diabolo occiditur. 609.a

IOan. XIII. 611.a. Roma pellitur, 6. Primum Archiepiſcopum dat Capuanis. 611.b

IOan. XIV. ex Archicancell. Ottonis P. 627. e. Fame mori cogitur a Bonifacio inuaſore, 626.c

IOan. XV. P. infeſtationem paſſus à Creſcentio Numentano ſecedit in Tuſciam, & Imperatorem reuocat. 626.e. A Rom. reuocatur, e. Cõciliat Angl. Regem, & Northm. Marchionem, 629.d Interdicit ſacris omnibus Epiſcopis Arnulphi Rhem. damnatoribus, 632. d. Leonem Abb. Leg. mittit, e. qui deponit Gerbertum ex Rhem. Sede. 638.e

IOan. Polyboti Epiſcopus cognomento Thaumaturgus, confeſſor, ſub Iſauro. 225.a

IOan. Præfectus Prætorio Primarius apud Iuſtinianũ, ad magnam venit miſeriam. 24.b

IOan. Præfectus Neapolis in Italia inuadit Imperium. 138.b

IOan. Anachoreta moritur clarus miraculis, 405.d

IOan. Scotus tranſtulit Dionyſ. de diuin. nominibus, 532. d. Male audit in doctrina, d. Graphiis diſcipulorum confixus martyr prædicatur. 505.d

IOannicius. S. Pater inuiſitur a Theodoro Studita, 371.d. prædicit mortem Ioſepho Theodori Fratri, e. Magnus hic anachoreta, miro modo Captiuos liberat Romanos, 376.c. Ab Impp. timebatur vt alter Moyſes, & alter Ioan. Baptiſta, 384.a Imp. legatos reddit Catholicos a. Pacem Eccleſiarum prædixit, 395.b. Centũ quindecim annorum moritur. 405.d

IOan. Zemiſces interfeto Nicephoro arripit Imperium, 614. b. Plures domat barbaras nationes, B.V.M. aſſignato triumpho, de ingenti victoria, c. Magnis in Syria progreſſib. veneno tollitur. 619.c

IOnas Monachus Bobienſis, Scriptor. 143.e

IOnas ex Monacho Fontanellenſi Aurelian. Epiſcopus tres ſcripſit lib. aduerſus Claud. Taurin. aduerſus Iconoclaſtas: pro adoratione crucis: pro Sanctorum cultu. 376.a. Negauit is tamen adorationem earum, diſſentiens ab Eccleſia. 376.b

IOrdanus, ſiue Iornandes Gothorum Epiſcopus ad annum, 550. perducit commentarium ſuũ ad Vigilium, alium tamen a Rom. Pont. 26.e

IR

IRene Lazarorum R. Filia ex baptiſmo ſic vocata, Coſtantino dicto Copronymo Iſauri filio, nubit, cultrix SS. Imaginum. 226.d

IRene altera Leonis Copronymi filii occulte colens imagines a marito redarguitur, 276.d. Cũ fil. decenni Cõſtantino adminiſtrat Imp. 276.e coniuratos punit, e. Cæſares mariti Fr. Clericatum inire compellit, 277. a. Libertas Eccl. Conſtantinopolim reſtituitur repugnantib. Iconomachis, a. Caroli M. filiam impetrat vxorem filio, quæ tamen ducta non fuit, 278.b Orientali Imperio tentato a Sarracenis muneribus & annuo Tributo ablato pacem obtinet, 278.b. Inuitat Hadrianum Papam ad Concil. 282.a. In ſe Conſpirantes cum filio varie multat, 295.d. Eius conſilio F. captus, & excæcatus moritur, 312.b. Exules relaxantur e. Legatos mittit ad Car. M. 313.d. Relaxat multiplicia Tributa, 320.c. Deponitur a Niceph. inuadente Imp. & in Monaſterium relegatur, d. Moritur, 322.c

IS

ISidori locus corrigendus. 55.c

ISidorus Epiſcopus Hiſpal. officium Eccleſiaſticum ordinat, 148.c. Benedicens pop. moritur, 150.a

LEgionenſis primus R. 573.e

LEo Papa II. 180. e. Eius nomine quædam quæ feruntur epiſtolæ ſuppoſititiæ, 181. a. Sub eo Eccleſia Rauennas reddita Sedi Apoſt. 181.d. Tollit omnem abuſum perſoluendæ pecuniæ pro officiis Eccleſiaſticis, 181.d. Moritur, e

LEo III. Papa die obitus deceſſoris creatur, 309.a. Quod ſibi manum præciderit, fabuloſũ habendum, 309. a. Legatos cum muneribus mittit ad Car.M. 311.e. Oblationem a Car. M. de præda Hunnorum confert in ſtipendia clericorum, & ornamenta Eccleſiarum, 312. a. Ex inuidia, a Nepotib. Hadriani P. in litaniis obcæcatur, lingua præciſa, 314.b. Diuinitus viſũ recuperat & linguæ vſum, c. Deducitur in Frãciã, & reducitur, c. Carnificibus ſuis impetrat a Carolo vitam & membra, relegatione Contentus, e. Dedicat Altare Paderborne in Saxon. 314.e. Et Capellam in Eresburgh. 315.b. Accuſatus, purgat ſe Sacramento, 316.b. Coronat Imperatorem Carolum, 316.e. Et filium Pipinum R. Ital. 317.a. Adito Imp. in German. S. Suitbertũ Catalogo SS. adſcribit, 323. a. Mortuo Carolo M. Eccl. Rom. patrono aliquot Rom. Proceres conſpirant in eum, ſed detecti occiduntur, 349.b. Moritur, 353.c. Eius auctoritate tranſlata fuit Sedes Irienſis Compoſtellam, ob repertum Apoſt. Iacobi corpus, 353.c. Ouetenſem Eccl. Archiepiſcopalẽ fecit, 354.d. Sex vel 7. Miſſas in die celebrauit, d. Vim ingentem pecuniæ contulit in Eccl. ornamenta. 354.e. Vrbem nouam à Leone III. Inchoatam perficit, 400 d. Vrbem munit adu. Sarracenos, 410.a. Tyrãnum commonet, d. Centumcellenſe oppidum in Leopolim reſtituit, 419. d. Moritur relatus in SS. 421. Quam multa contulerit Eccleſiaſticis, e

LEo Quartus P. ipſo primo die vacantis Sedis, 406.b. Vindicat in libertatem electionẽ Rom. Pontificis obſiſtens Impp. ius vſurpantibus, b. Iura Imperatoris ſeruaturum promittit c. Mirum quanta & qualia ornamenta contulerit Eccleſiaſticis, 407.d. Letiferum Baſiliſcum precibus fugat. c. Signo crucis flammas compeſcit, 408.a. Leoninam vrbem dedicat, 414.a. Coloniam Corſorum, & Sardorum ducit, b. Legationes ad ipſum, 421.e. 422.b

LEo Quintus P. Ardeatinus, d. 40. rexit Eccl. 507.d.

LEo VI. P. 581.c. in carcere moritur. 582.a

LEo VII. euocat Odonem Clun. ad reformandũ Monaſt. S. Pauli Romæ. 586.a

LEo VIII. pſeudop. adu Io. 12. nequiſſimum quidem Papã, 606.e. Eius falſa conſtitutio, 609.c Moritur. 612.a

LEo Abbas inſignis, miraculis clarus. 629.e

LEo Iſaurus ex Præfecto Orientis inuadit Imperium, 206. Cathol. profeſſionem edit apud Rom. Pont. 205.e. Cogit Iudæos & Montanos baptizari, 210. a. Edicto prodit ſe Iconoclaſtam, 214.a. Monetur a Germano Patr. d. Blande cum eo agit Imperator, 215.a. Inuadit numeroſiſſimam bibliothecam cum 12. viris illi non conſentientib. 215. b. Statuam Saluatoris æneam deiici mandat, impedientes occidit, 215.c. Eius ſtatuæ & imagines a Cath. Principibus deiiciũtur, d. Illi deinceps Itali tributum pendere recuſant, 216.a. Conſpirant in eum, & Luitprandus inuadit Rauennam, 216. d. Correptioni Pontif. minaces reddit litteras, d. Minatur de molitionẽ imaginis S. Petri Romæ, 217.c. Papæ necem ſæpe molitur, 218.d. Profligat Rebelles, 221. c. Germanum Patr. licet aduerſantem tolerat, ad Italos reuocandos, 221.b. Per fraudem ſede deiicit, e. Inſimulat proditionis Ioan. Damaſcenum apud Sarracen. Principem, 221.e. Incumbit in ſtabiliẽdam hæreſim, 223.c. Inuidens Catholicis gloriam martyrii, eos exiliis afficit, 225.e. Bona Eccleſiæ vſurpat, 226. b. Claſſem in Papam immittit, quæ naufragio perit. 226. d. Legatos Rom. Pont. attinet, litteras aufert &c. 226.e. 227.b. Sæuit in Sanctos, 227. e. Perſecutio progreditur ad ſanguinem, 228.c. Moritur. 232.b

LEo Copronymi fil. Imp. viſus ad modicum tempus, pius & Monachorum amicum, 271. d. Hæreticus fingit ſe Cath. e. Conſtantinum filium coronat. 233.a. Nicephorum fratrem reũ Maieſtatis attonſum, cum ſociis conſpirationis relegat. 233.a. Primarios, ob imaginum cultum afficit ſuppliciis & Irenæ vxori vehementer interminatur, 276.d. Imponens capiti coronam magnę Eccleſiæ, ſibi aſciſcit interitum, 276.d.

LEo Armenus acclamatus Imp. coronatur a Niceph. qui in prodigium futurorum ſentit ſibi manus, vt ſpinis compungi, 347.e. Michaelem renunciantem ſibi Imperium relegat in Inſulam, exectis eius filiis, 343.a. Callide tentat inducere Cathol. recuſantes ad diſputationem cum hæreticis, 345. d. Epiſcopos negantes ad eum pertinere, Eccleſia abiicit, 345. a. Theodorum ſtuditam eiicit in exilium, a. Silent plerique, at non Theodorus, 346.d. Monachos excruciãdos curat, 349.c. Fraude ad Cõmunionem cum pſeudopatriarcha adducuntur, 349. d. Longius abductum Studitam flagris concidi iubet, 350. a. Occiditur a coniuratis incitatis in eum a Michaele Amorienſi, ob Maieſtatem vincto, ipſo facto Imperatore, 363.e. quomodo occiſus. 366.c

LEo Baſilii F. periclitatur fraude Santabareni, 537. c. Liberatur carcere Mortuo patre, Photium deponit ex præſcripto Papæ, & Stephanum Fr. ſubſtituit, Santabarenum relegat, 551. a. Turcas, & Hunnos incitat in Bulgaros

ſos, 558. c. Deponit Throno Nicolaum Myſticum, 564.d.c. Periclitatur a fatuo, 565.a. Pugnat aduerſus Sarracenos, 565. c. Moritur, 570.a. Extat eius paræenetica ad Regem Sarracenorum, 570 b. In ea diſerte profitetur proceſſionem Spiritus Sancti ab vtroque, b. Plura eius extant ſcripta, alia, inter cetera, paræenetica ad omnes ſubditos, c

S. LEodegarius Mart. ſub Theodor. Fr. R. maiore domus Ebroino. 83.d

LEontius acclamatus Imp. Iuſtinianum truncatum naribus, cherſonam relegat, 190. c. Et ipſe triennio poſt ab Abſimaro truncatis & ipſe naribus relegatur in monaſterium, 191.d

LEontii duo Epiſcopi Burdegatenſes, 52. e. Iunior vxoratus inuitus fit Epiſcopus, vxor Placidina eius eſt virtutis æmula, pariterque ſoror Archima, quæ marito Apollinari, vt Epiſcopus fieret, indulſit, d.e

LEuigildus R. Goth. in Hiſpan. & vxore Cath. ſorore SS. Leandri, & Fulgentii &c. nihil proficit, 60.a. Hermenegildum fil. catholicum redditum bello petit, 75.a. Contra fidem iuramenti dedit um filium in carcerem tradit, Euchariſtiam accipere ab Ariano recuſantem, obtruncat, 76.b. pœnitet, ſed non Catholicus moritur. 78.a

LI

LIberum dictum Epiſcopi ad R. Fr. 8. Epiſcopi Apameæ ad R. Perſarum. 9.c

LIbera epiſtola Epiſcopi Africani ad Iuſtinianũ Imp. 19.b. Ludgeri Epiſcopi Monaſter. ad Car. Magnum. 336.d

LIbertatem Eccleſiaſticam in electionib. conſtare voluit Car. M. 34. a. Violatio libert. Eccleſ. cauſa multarum cladium, 39. d. Pro eadem Ludouicus Rex. 421.b

LInguarum Gr. & lat. imperitia ſub Gregorio, M. 101. c. Lingua Slauonica celebrari Miſſam & officia diuina a Sede Apoſt. permiſſum. 539.e

LIoba a Bonifacio ex Anglia euocata ad curam Virg. 249.

LItaniæ Septiformes a S. Greg. indictæ ad auertendam peſtem, 87.d. Viſus Angelus in vaginam gladium recondere, e

LIuba R. Goth. in Hiſpan Fratri Leuigildo cedit Regnum Hiſpan. contentus R. Gall. Narbon. 60.a. Moritur. 62.a

LO

LOngobardi Iſtrum tranſgreſſi Pannoniam, Dalmatiã, Illiricumque populantur, 24.d. Militantes ſub Narſete, ob crudelitatem donati dimittuntur, 30. b. Quibus opibus inuadunt Italiã, Alborino R. 57.e. Ei Cleſis ſuccedit, quo occiſo, 30. Duces, diuiſa ſibi Italia, 63.e. Partim Ariani, partim Gentiles, 64. e. Eorum perſecutio, inter alios numeranda, 64. e. Pertæſi Ducum, Regem Antharit creant, Flaui cognomine addito, 77.e. Paulus Diaconus, vt Longobardus, ſuos prædicat. S. Gregor. nefandos appellat. e. Antharit, quem Turonenſ. Aptacharium nominat, moritur, 89.c. Theodolinda vxor Regina, Agilulphum Taurinatium Ducem, maritum acceptum prouehit in Regnum, 93. e. Rex mittit, qui captiuos a Fr. redimat, Agnellum Epiſcodum Trident. 94.a. ſtabilit ſibi regnum, 94.a. Violata pace ab Exarcho Rex Peruſium expugnat, & ad vrbem pergit, 106. e. Patronum aſciſcunt. S. Ioan. Baptiſtam, 139.a. Arioualdus Arianus R. eligitur, 143.c. Conſulens Conſtans Imp. Eremitam vaticinandi peritum, audit Longobardos inſuperabiles eſſe ex patrocinio. S. Ioan. Baptiſtæ, cui Regina Baſilicam ædificaſſet, 165.b. Grimoaldus ex Ariano Catholicus factus, 166. a. Græcos profligat. a. impellit Auares in Lupum Foroiul. D. 165. c Moritur, & in Baſil. S. Ambroſ. a ſe ædificata tumulatur, 172.a. Bertaridus diuinitus accitur in R. Garibaldo Grimoaldi deiecto, 172.a. Cunipertus, Luitpertus, Regembertus, 197.e. Aripertus Alpes Cottias Sedi Apoſt. reſtituit, 198.b. Aſprandus ad paucos menſes ſubſtituitur, poſt Luitprandus fil. qui Ariperti donationem confirmat, 202.d. Cumanum Caſtrum occupant, dolo pacis, 204.c. Luitprandus donationem Alp. Cottiarum, repetit, poſt confirmat, 205.a. Corpus S. Auguſtini a Sarracenis redemptum Ticini honorifice condit, 213. a. Rauennam aduerſus Iconom. Imp. inuadit, 216.b. Conſpirat cum Longobard. pro Papa, 219. c. Sutrium occupant, & ſpoliatum reſtituunt Papæ, 222. Luitpr. conſpirat cum exarcho in Papam, 122.b. coram Papa, totus immutatur, c. Ob receptum a Greg. III. P. Duce Spolecti; Romam obſidet, Baſilicam Vaticanã diripit, quatuor opida occupat, 230. c. Reſtituit, petente Pont. & alia addit, 235.b. Moritur 237. b. Succedit Hildebrandus, quo deiecto Rachis, 237. e. Rachis R. leges promulgat, 240.a. Aiſtulphus, 142.d. Vide Aiſtulphus. Deſiderius, 250.b. Vide Deſiderius.

LOtharius Clodouei F. tertiam partem fructuũ exigit ab Eccleſiis, 8.d. Inceſtas nuptias contrahit cum vxore Theobaldi, & a Sacerdotibus monitus diſſoluit, 37. b. Childeberti fratris filiabus excluſis Franc. Monarchia potitur, 44. b S. Maurum præcipue colit. b. Chramnum F rebellem prælio victum ſtrangulat, & cum vxore ac filiabus comburit, 49.a S. Medardũ ægrotantem inuiſit, & ſuis humeris defunctum effert, 48.a. moritur, 50. Quatuor Filii Regnum inter ſe partiuntur. 50.d

LOthario II. Fr. Monachia prædicitur a B. Colũbano,134.c. Nepotes bello captos, & Brunichildem auiam interficit,136. Monarchiam Fr. obtinet,136.b. Reuocat S. Columbanum a Fratre eiectum,b. ex eius monitis proficit,b. Sanctos viros ſibi adhibet Conſiliarios,138.b. Sanctos viros colit b. Bello petit Burgundiam & Senones, ſed non Campanæ pulſum milites dilabuntur, d. Ex Luxonienſi Monaſterio multos educit Epiſcopos, 146.e. Lupum Senonenſem ex falſis delationibus exulare iubet,146.e. Moritur, ſuccedit Dagebertus filius. Lupus Abb. Ferrarienſis in Francia variis Epiſt. queritur de bonis Eccleſiaſticis a Laicis vſurpatis,405.b Legatus ad Leonem quartum de eccleſiaſticis cauſis,421 e. Conſultorias litteras mittit ad Papam, 424.d. Deſcribit infelicia Franciæ tempora,e

LOtharius III. Clodouei fil.167.a. moritur relictis Theodorico,& Childerico ff. 169.c

LOtharius Ludouici F. a Paſchali P. Romæ Imp. Connatur, 370.c. Ex Francia remiſſus a Ludou. Patre Imp. Romam ſancit de libera electione Rom. Pont. 373.a. Conſpirantibus fratribus in Patrem, ipſe illi fauet, 384.d. Cum aliis Patri infert bellum,386.c. Iraſcitur Papæ fauenti Patri. d. Audita Principum conſpiratione ad liberandum Patrem, abſcedit, 387.b. Cabilunum ſibi obſiſtentem, vaſtat, 387.c. Redigitur ad obſequium, c. imperatur illi a P. vt finibus Italiæ ſe contineat, c. Inuidens ditioni Eccleſiæ, eam vexat, 389.e. Interminatur illi pater,390. ægrotat, accipit a Patre imperii inſignia,393.a. Profligatur a fratribus,e. Rurſum ab iiſdem,394.b. a Concilio Epiſcoporum Regno priuatur, eo fratribus tradito, c. Regnum ſibi reſtitui ſupplicat, 396. Dragonem Metenſem cum Ludou. filii, & magno exercitu Romam mittit, & cur, 398.e. Eius tempore cæpit abuſus res Eccleſiaſticas dandi Laicis, 405.a. Arroganti ſibi confirmationem electi Pontificis Leo Quartus, ſe opponit,406.b. Diuiſo Regno inter filios, & Imperio relicto fit Monacus Prumienſis, 423.d. Benemeritus de litteris,& de doctis. 430.b

LOtharius Rex Imperatoris F. cum Patruis cõuentum celebrat in Rheni Inſula, 429.a. Dimiſſa legitima Vxore Theutperga, Vualdradã pellicem inducit, adulantibus Epiſcopis, ſed non R. Pontifice,439.c. De pluribus accuſatur apud Nicolaum Papa,d. Mandat Papa Lotharium excommunicari niſi pareat, dimittendo adulteram, 440.e. Curat Lotharius Metenſi Concilio Theutpergam Vxorem damnari inceſtus,& indulgente eodem Metenſi Concilio ducit Vualdradam,444 c. De qua cauſa Nicolaus euocat Epiſcopos Romano,447.c. Profitenti Lothario Romam ſe venturum, interdicit Papa, niſi prius adulteram dimittat, 447.e. Excitatus Nicolai litteris purgat ſe cũ magna reuerentia,448.b. Per Arſenium Legatum ſub excommunicatione adigitur ad recipiendam vxorem,452.b. Interminati Papæ amiſſionem Regni ſubmiſſe reſcribit,458 a. Rurſum interminatur excõmunicationem, ni pareat, 471 b.

LOtharius impetrat ab Hadriano Papa Romam proficiſci,473.a.475.b. & Vualdrada abſoluitur pœnitentiam ſimulans, 475.b. Hadrianus cum magna conteſtatione excipit Lotharium ad communionem Euchariſtiæ, quem, & alios deluſores ſequitur vltio diuerſa, 481.a. Miſerè moritur. 481.d

LOtharius Hugonis Italiæ Regis F. retinetur ab Italicis, abdicato Patre, 592.a. Veneno Tollitur,c

LOtharius Ludou. F. Caroli Simplicis Nepos Rex Franc. 597.d. Bello petitur ab Ottone II. Imp.618.c Moritur. 627.c

LOtharingorum Dux & Prædo. ſic ſe ſubſcribit Diplomati. 573.a

LV

LVcas ſiculus clarus ſub Baſilio Hiſt. Manicheorum ſcripſit. 201.b

LVdouicus Car. M. fil. Imp. ſancit pro libera electione Rom. Põt. 270.b. Maxime pius, in Aquitan. plura monaſteria, & Scholas inſtituit, 306.b. Init poſſeſſionem omnium Caroli Regnorum,348.e. Excipit Hiſpanos in Gall. migrantes a perſecutione Sarracenorum, 350.d. Northmannis in deditionem accipit, 350.d. Conuentu Aquiſgran. Lotarium primogenitũ Imperatore, Carolum Aquitaniæ, Ludouicum Baicoaniæ Rotæ declarat,356 d. Aquiſgranenſibus conuentibus, ex auctoritate Apoſtolica, multa ſtatuit de ſtatu Eccleſiæ, & Monachorum,355.e.356. a. 360.b. Comittem mittit cũ Epiſcopo per ſingula loca, ut ſancita deſcribantur,& obſeruentur,360.b. Quam cordi illi fuerit obſeruatio Canonum, e. Publicam magna humilitate agit pœnitentiam, 369.d. Facultatem petit a Papa faciendi collationem de ſanctis imaginibus, 374.a. Indicit triduanum ieiunium,& præces ad auertendas clades,381.c. Edito deplorat imminentes clades,d. Quæ diuinitus monitus, non correxiſſe deplorat Eginardus,381.e. Quatuor mandat celebrari Cõcilia ad auertenda mala,383.b. Rogat Epiſcopos ſe vt moneant, de pertinẽtibus ad ſe, quod illi vix audent innuere,383.b. In illum conſpirant filii cum Principibus,& Epiſcopis,384.b. Lotharium maiorem natu ad obſequiam redigit, reliquis maieſtatis reis ignoſcit, 384.d. A filiis & Epiſcopis abdicare cogitur & publicam agere pœnitentiam,386.c. Libertati reſtitutus

cutus in æde S.Dionyſii,illi illuſtrandæ intendit, 387. e. Interminatur Lothario filio de vexata ditione Eccleſiſtica,390.a. Deus eũ remuneratur de pia ſolicitudine pro Eccl.Romana aduerſariis quibus pepercerat lue extinctis, Northmannis fugatis,390.b. Aquiſgran. Concilio actum de vtilitatibus Eccleſia, & ablatis, reſtituendis, 390. b. Cometa apparente, vt ſe parauit ad mortem, 392. Regnorum varia facta diuiſio, diſcordiæ fomitem miniſtrat inter fratres, 391.d. Regib. filiis commendat Eccleſiam,391. e. Aegrotans ſumma pietate parat ſe ad mortem. 392.e

LVdouicus Pii filius monet arma in patrem a quo profligatur. 392.d

LVdouicus Lætharii Imp.F. Rex Ital. 398.e. Coronatur Imp. à Sergio P. 398.e. 399.c. Impulſus ab Abbatibus, & Epiſcopis tentat vſurpare ditionem Pontificiam ſed reſiſtitur a Papa, 399.a. Euocatur in Ital. ab Abb Caſſinẽſi adu. Sarracenos quos fœliciter profligat, 412.e. Rurſum ſuperat, 457.a. S. Germanum transfert in Gall.b. Coronatur R.Franc. 508.b. Apologiam ſcribit ad Baſilium Imp. orientis, 508.b. Dolis ab eo tentatur, 512. b. A Duce Beneuentano proditur Sarracenis, & iuramento pręſtito dimittitur,c. Quæritur de Duce Beneuentano in Concil. Rom.d. Soluitur Iuramento, a Papa, 513.d Moritur, & Mediolani ſepelitur, pręclaro Elogio, 516. b. Sub eo Sclaui conuertuntur,c

LVdouicus R. Germ. aduocatur in auxilium a Populis adu. Caluum fratrem, 427.b. Indicit concilium, & detrectantibus conuenire Epiſcopis vertitur ad arma,d. Calui milites ad eũ deficiant,e. Papa, & Imperator a Caluo rogati Ludouicum R. deterrent ab inuaſione Regni alieni, e. Tractationem de pace probat. e. Actum de ea poſt in Concil. Tullenſi, 439. b. Calui Regnum inuadit, 517. Moritur. 519.d

LVdouicus Balbus Caluo Patri Imperatori ſuccedit, 523.c. Infeſtatur eius Regnum ab Hugone Notho Lotharii defuncti Regis. 524.c

LVdouicus Quartus Boſonis Comitis F.adu. Berengarium Romæ coronatur a Ioan. P. nono, 564.d.

LVdouicus Caroli Simplicis F. euocatus ex Anglia R. coronatur Francorum, 585.c. Moritur, 597.d

LVdouicus Lotharii F.R.Franc. Moritur vltimus Carolinorum, donato Regno Hugoni Duci, 627. d

LVdouicus R. Germaniæ in quo deſinit progenies Caroli M. Regnare in Germania. 572.d

LVgdunenſe Concil. primum, 61.d. Secundum, 81.a

LVitprandus Legatus Berengarii Conſtantinopolim, 593. b. Deſcribit eam legationem laborioſam, & ęrumnoſam propter improbitatem, & arrogantiam Græcorum, 613.b. Terminare in ea legatione ſe ſcribit Hiſtoriam ſuam reliqua alterius videntur, 1. quæ ſunt poſt ſextum librum.

M

MAGORVM Perſarum impoſtura, 252.a

MAgiſtratus interdum populos plus vexant, quam hoſtes, 105. a. Venales expoſiti in Oriente inolita conſuetudine. 127.e

MAnaſſes Arelat. Epiſcopus, plures Epiſcopatus inuadit. 585.d

MAnichei baptizari coacti ab Iſauro, 210.a. Cõbuſti a Iuſtiniano, & poſt quomodo propagati, b. Eorum Hiſt. ſcripſit Lucas Siculus, 337.b. 505.d. Eorum ad 100. Millia cæſa. 401.c

MAguntinum Concil. Primum de vindicandis bonis, & iuribus Eccleſiaſticis à Laicis proculcatis, 408.b. Secundum, 409.d Tertium, 415.a. 425. c. Sub Arnulpho R. aliud. 553.b

S.MArci Cathedra Venetis ab Heraclio donata, 364.c. Corpus Venetias delatum,d

S.MAriæ ad inuocationem victoriæ ingentes obtentæ, in Oriente, & Occidente. 208.b

MAria olim Auguſta poſt retruſa in Monaſteriũ a Conſtantino Irenes filio, Coniugie exul pro ſacris Imaginibus, 352.c. Conſulit Theodorũ ſtuditam an degat cum filia in Palatio d.

S.MAriæ aſſumptionis octauam coli mandat Leo P. Quartus. 421.d

MArianus Scotus Primus auctor fabulæ de Papa femina. 417.c

MArinus pluribus præclaris functas legationib. fit Papa, 542.d. Perperam facta à Ioan. reſcindens Formoſum & alios reſtitui, 543.e. moritur præclarum ſucceſſorib. relinquens exemplum Photium execrandi. 546.a

MArotia Scortum nobile Hugonis Reg. nuptias ambit dominata Vrbis oblato. 583.b

MArrano Vox execrationis. 272.c

S. MArtini miracula, 41.b. 42.b. 53.a. Collecta Quatuor libris a Turonenſe, c. 58.c. 62.a. 67.b. 68.b 70.b. 83 b

S.MArtini Baſilica incenditur, 44.c. Reſtituta diripitur: Raptores a Gregorio Epiſcopo morti eripiuntur. 77.a

S. MArtinus Papa, 156. e. Romæ habet Concil. gen in cauſa Monothelitarum, e. Modeſte agit cum Imp. 157.d. Egregias ſcribit epiſtolas ad diuerſos, 157.e. Abſtrahitur Conſtantinopolim 158.c. Quanta paſſus, 159.a.b. Moritur. 160.e

MArtinus alias Marinus Papa. 590.b

MArtinus Bracharenſis colligit & corrigit canones Orientales, 63. a. de eo Iſidorus, b. Moritur. 74.e

MArtyr Martyrem parit. 649. a

MArty-

MArtyrium vetatur à Pſeudo Epiſcopis Hiſpanis. 414.b
MArtyres ſub Longobardis,69.c.164.b. Sub Gothis Arianis in Hiſpania.75.c. Sub Tiberio ex graſſatione barbarorum,79 b Sub Regno Frãcorum,183.d.186.e. Sub Imperio Orientis, 160.e.163.a. Sub Barbaris Germaniæ,190 b. Sub Sarracenis,232.c.250.d. Sub eiſdem in Hiſpania,411.e.413.a.414.b.419.d.424.a. 455.b. e,579.d.586.e.619.b.Sub Perſis,70.144.b 136.d Sub Leone Iſauro pro cultu imaginum,228.c. Sub Copronymo.S. Michael cum 66. Monachis,Sub Bulgaris. 339.c
MArtyrologia ab Vſuardo iuſſu Caroli dilatata, 275.c.
In matrimonio ſolẽnia verba apud Græcos.328.e
S. MAuritius Epiſcopus Cadurcenſis. 76.a
MAuritius magiſter militiæ creatur,73.e. Generum eum ſibi aſciſcit Tiberius, 74.79. a. Illi prædicitur Imperium a Cæſar creatur, 79.a. Elogium eius,d. Vrget Childebertum Regem in Lõgob.fruſtra,82.a.Exhauſto exercitu multis præliis, ſancit ne quis ante expletam militiam monachus efficiatur,97.c. In quo aduerſatur illi S. Gregor. Papa, 98. a.S. Gregor.irridet ut ſimplicem,107.c.Mandat Gregorio vt contumacem Epiſcopum cum honore ſuſcipiat, 109.c. Cauet edicto ne ſchiſmatici inuiti ad vnitatem redigantur,114.c. Laudatur a S. Greg.de fide Catholica,116.d.Mittit Romam 30.auri libras pauperibus erogandas, d. Captiuos vili negligens redimere punitur a Deo, 118.d.a.Phoca inuaſo Imperio cũ filiis obtruncatur,123.c. Cathol.fuit, ſed minus reueritus Sedem Apoſt. & libertatem Eccleſiaſticam, d. Vxor & filiæ poſt necatæ,129.d.Ex eius familia plures pietate inſignes feminæ extitere, 129.d
MAumetis pſeudo prophetæ origo,145.e.ex ſingulis ſectis aliquid aſſumpſit. 146.a
MAuri profligant Rom.in Africa. 9.d
S. MAtilda Reg 618.a.
MAtiſconenſe Concil.I. 73.d.11:82.b
In MAtrimonio inter Impp.Orientales,& Occidentales aſſenſus Papæ quæritur,488.c.Matrimonia infra.7. generationem ne iungantur, 572.b. Quartum matrimonium interdictum in Concil.Conſtantinopolitano. 576.c
S. MAuri Abb. Tranſlatio.404.b.Vlciſcitur contemptorem Monachatus. 404.b
MAxelendis Virgo Mart. 170.e
S. MAximus,hiſtoricus Palatinus, fit Monachus, ut uitet hæreſim.152.b.Oppugnatur a Monothelit. 152. b. Pyrrhum in Africa publica diſputatione adducit ad publicam pœnitentiã, 154 c.Roma abſtractus Conſtantinopolim relegatur,158.c.aduerſariis fidem Cath. diſputãdo perſuadet 162.b.Reuocatur ad quæſtiones,& tormenta,& immaniter tractatur,162.e Lingua truncatus cum ſocio Anaſtaſio, diſerte loquitur,163.a.Migrat in cælum,a.Eius præclaræ lucubrationes ſuperſunt,a

ME

S.MEdardo mortuo cæli aperiuntur,48.a. Effertur a Lothario. Baſilica & Monaſterium illi extruit Lotharius,quod primum totius Galliæ ſancit.S.Greg.P.B.
MEdiolan. Archiepiſcopus Ticinenſem ſibi ſubdere conatur, cauſa cadit,202.b. Alius quidã excommunicatur a Papa quod renuerit accedere ad Concil. 533.b
MEdiolanenſe excidium a Gothis,300. millibus cæſis. 6.d
MEldenſe,402.b.in eo deplorantur mala ex vſurpatione bonorũ Eccleſiaſticorum,403.b.Aliud de cauſa Rhemenſi. 604.c
MEſco primus D.Polon.Chriſtianus. 631.c
MEndum in cod.Dialogorum.S.Greg. 18.b
MEnnas Epiſcopus Conſtantinopolitanus excõmunicatur a Papa,27.b.Libello veniam petit, 28.d.dedicat Apoſt.Eccl.inſtauratã, 29.a.Moritur, a
MEtaphraſtes quando vixerit. 438 d
MEtenſe Concil. quo Epiſcopus Maieſtatis conuictus, depoſitus, 106.b. Baſina Monialis Regia pœnitens ab excummunicatione abſoluitur,b.Alio,damnata coniuge, pellex introducitur Lothar.R.inſtante. Anathematizatur in Concil.R.442.e.443.a.Concil.Metenſi prædatorio R. alienum adiudicatur Caluo Regi. 498.b
S.MEthodius interceſſione B. Petri ſtimulis carnis per viſum liberatur, 358.d. a Theophilo Imp. cæſus, viuus pene defoditur, 388.a.Patr. Conſtantinopolitanus creatur, 39.a. Lapſos admittit & Clericos ad ſuum ordinẽ,b.Statuit varios canones pœnitẽtiales,c.moritur,409.a. eius tantum extat canon & vita. S. Dionyſii Areop.
S. MEthodius Epiſcopus Morauorum Romam a Papa euocatur calumniam paſſus probatus remittitur. 539.d
MEtrophanes Epiſcopus hiſtoriæ Photianæ ſcriptor. 505.b

MI

MIchael Imp. edita fidei profeſſione coronatur, 339.d. Expetit Caroli filiam filio ſuo vxorem, 340.a. Manichæos gladio addicit,341.b.aduerſus eum tumultuatur pop. tanto bono indignus,341.c. Suauis,ſed iners, & obnoxius quibuſdam Primariis miniſtris,342.a. Profligatur a Bulgaris,proditus a Leone Armeno,inſignibus

bus Imp. ad eum miſſis monachum induit, 342.d
MIchael R. Bulgarorum Prædicatores a Papa Nicolao expetit. 455.a
MIchael Amorienſis Maieſtatis reus, Compeditus, occiſo Leone Armeno, fit Imp. 363.e. Monſtrum Conflatum ex pluribus nefariis erroribus, e. Relaxat omnes ab exiliis, 366.d. Catholicus putatus prædicatur a Studita, cum eſſet hæreticus, e. Stultum eius reſponſum, 368.a. Thomam tyrannum auxilio Bulgarorum capit & interficit, 370.a. Miſſa cum munerib. legatione ad P.& R.Fr. vẽditat ſe Catholicũ, 375.c calumniat Catholicos de cultu Sãctarũ imaginũ, & iactat Cõcil. Iconoclaſtarũ, 273.c. Monialem vxorem ducit, 379.c Moritur, maledictis, propanegyri eum proſequentibus, 382.d. Quã nefarius & impius, d
MIchael III. Imp. annorum 14. flagitioſe & crudeliter agit, 422.a. Matrem & ſorores detrudit in Monaſt. 424. Illuſor Sacrorum, 438.a. Adoptat Baſilium, a quo obtruncatur. 469.c
MIrum quiddam de parte mœniorum Romæ ſciſſa & inclinata ab vſque tempore Beliſarii ad hoc. 2.e
MIranda in Gallia, 584. In Germania. 591.c
MIraculum vini non deficientis, 2. a. In Gotho preces Tudertini Epiſcopi negligente, 2. b. puella per Angelos ab baptiſmum adductæ, c Suppeditata farina Monaſterio, S. Benedicti in magna penuria, 6. d. In domo infeſta Dæmonib. 7. a. In excommunicato morte præuento ante abſolutionem, iuxta prædictionem, S. Albini Andegauens Epiſcopi, 8.c. Orante Matre, prodigio, deterrentur fratres a proximo Conflictu, 8.d. Circumlatum, S. Crucis lignũ, flamma excitatur, 9. c. In milite vouete Eremum, ſi periculo eriperetur, d. Ignis extincti, contra prolatis Euangeliis, 12.e. Energumeni liberati, 14.d. Vtriculani Epiſcopi intacti a pluuia circumquaque cadente, 14.d. Incluſi in ardenti Clibano, nec Combuſti, 14.4. S. Benedicti agnoſcentis Spatharium Totilæ habitu, 15.a. Ruſtici a vinculis, ſolo aſpectu B. Benedicti, ſoluti, d. Caballorum immobilium redditorum, ob alienum vſurpatum, 15.e. Sergiopolis diuinitus ſeruatur a Perſis, 16.c. Conſtantinopolis peſte ſeruatur, c. In capite, S. Herculani reciſo, & poſt corpori vnito, 18. c. In Vrſo lambente pedes, S. Cerbonii Epiſcopi, c. In fene e Monteſina momento tranſlato Ieruſalem & mox in montem, relato, 20. a. In fonte baptiſmatis ſponte exũdante, 23.b. In cella Barſanuphii anachoretæ ignem vomente, 23.e. In puerulo percepta Euchariſtiam, in Fornacem iniecto, nec læſo, 29.a. In Pappulo per viſum virga percuſſo cum increpatione, & tertio poſt die expirante, b
B. Martini, 41.b. 42.b. 58, c. 62.a. 67.b. 70.c. S. Eutychii Conſtantinopolitani Epiſcopi, 47. e. S. Medardi Sueſſion. Epiſcopi, 48.b. S. Remigii Rhemos a peſte tuendo, 50.e. S. Niceti: liberantis Treuiros a peſte, 51. a. S. Galli liberantis Arnernum, b. S. Iuliani, ſanato ægro per puluerem circum eius ſepulchrum, 61.c. S. Senoch presbyteri, 70. c. Per Salutare Sacrificium, 81.7. S. Aredii Lemouicenſis Epiſcopi, 110. e Per oleum e, S. Glyceriæ corpore manante, 102.c. Itẽ ex corp. S. Euphemiæ, 102 d. S. Theodori Siceotæ, 115.c. 130.d. 131.b. 5.a. S. Columbani, 133.e. 134.a. S. Theodori Mart. 134. S. Vulfrani Senonens. Epiſcopi, 194.a. Per Lignum, S. Crucis, 55. a. Oleo exundante ex exlychno ante lignum, S. Crucis, 55.b. Eorum frequentia ad confutandas hæreſes, 61. c. In mimo per contemptum vuas, S. Martini decerpente, brachio arefacto, 62.a. In Coſma Abb. defuncto, audito repellere a ſe hæreticum ibidem tumulatum, 63.c. In tumulando, S. Corbonio, 64.d Plura referuntur a S. Greg. per tempora Longobard. patrata, 64.e. 65.a. In Sacrilegos, 69.e 70.a. 81. a. 192. d. In milite cadente mortuo, dum intendit ictum in Monachum Sanctum, 75. b. In miſerabili exitu Ariani Catholico illudentis, 75. e. In naui aqua plena, per octo dies extante, & expoſitis hominibus, demerſa, 77.d In claue, S. Petri, 77.e. In ædem, S. Zenonis aqua per feneſtras circumfluente, nec influente, 85. b. In captiuis Dei nutu liberatis, 89.d. In Theodoro Siceota ſeruato, epoto veneno, 115. c. Sabinus Mart. viſus pugnare pro Longobard. c. Rom. 122.b. Omne mandibile verſum in lapides ad preces pauperis, 128. e In Laurentio Epiſcopo a B. Petro increpito, quod deſerta Anglia migrare vellet in Gallias, 135.d. Reſtituto igne oppoſitu Corp. Melliti Dorouernenſis Epiſcopi, 142.b. In victoriis Rom. aduerſus Perſas, 142. c. Monachus ad mortem contuſus exurgit ſanus, 143.e. Alterius Monachi demerſi, & libere emerſi, e. Birinus Epiſcopus ambulat ſuper aquas, 149. d Infantis reſpõdentis Amen in baptiſmo, 152.a In corpore, S. Eligii, quod ab aliis non potuit, ab aliis facile potuit, 168. a. Deteguntur Sanctorum interfectores, 168. c. In corporibus duorum Eualdorum aduerſo flumine recurrentium, 190.b. In ſacrilegis, S. Lamberti occiſoribus, 192.d. Et maxime in pellicibus ab eius Sepulchro ui abactis, 192. e. Per Conſtantinũ Papam ſanatur Theodorus Patricius eum venerabiliter ſalutans, 200.c. Retorquentur tela & Miſſilia in Sarracenos, 208. a. In furante equum, S. Corbiniani, 212.d. In calcante Virginis imaginem. 221.b
Sancti Suiberti impetrantis victoriam Pipino 242.a

In ae-

In accuſatores S. Othomari Abb. S. Galli, 252.c Plura in eius translatione poſt decennium, d. circa Pipinum bona Eccleſię ſub annuo cenſu vindicantis, cũ in ſomnis vere cæditur, 252.b. In ancilla calumniatrice dominæ, 255.c. Plurima edit S. Stephanus iunior, 256.d. Emergit torrens ſitiente exercitu Car. M 266.c. Erumpentis fontis ſitienti, 273.e. In ſaxonibus iactãtib. ſe de incendio Baſilicæ, 274.c. In Leone Imp. erumpentib. in capite puſtulis ex ſacrilega impoſitione capitis Corona magnæ Eccleſię, 276.d. In milite pectus trãsfixo, & pedibus proculcato, ad inuocationem S. Suithberti, liberato, 279.d. In Agareno effodiente oculum imagini, & ipſo Monoculo reddito, 254.a. oſtẽdit ſe Chriſtus Vindichindo Saxoni in Euchariſtia, 284.b. In imagine Crucifixa, & ſanguinẽ mittẽte, 257.c. in muto, & ſurdo ad Corpus. S. Benedicti ſanato, 293.e. In vrſo mãſuefacto ad reliquias S. Gudulæ, 324.b. Aqua a ſepulchro Theopanis Præpoſiti Sygriani aſperſæ pecudes, peſte liberantur, 351.b. Theodori Studitæ plura, 367.a. In tranſlatione. S. Nicetæ & S. Theophanis Confeſſorum, 368.d. S. Ioannicij, 368.e. Paſchalis Papæ, 370.d. ad ſtatuã Greg. Nazianz. vocem recipiẽte qui amiſerat, 372.a. In Translationibus plurium Sanctorum, plura miracula, 368.e. 377.c. 379.d. 381.b. Albricus Aquitanus cæcitate, & paralyſi liberatus diuinitus monetur de quibuſdam ab Imp. corrigendis, 381.c. In ſacrilegos vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum, 393.a. S. Germani, 402.e. 55[illegible]d. S. Martini, d 416.a. In Monaſterio S. Greg. 423.c. Eccl. S. D. Genitricis Rhẽ. 404.b Per pilos barbæ, S. Petri, 577.c Odonis Cluniacẽſis, 587.a. Pauli Anachoretę, 600.a. Per Imaginem non manu factam, 590.e. Per candens ferrum, 595.b. In tauro immiſſo Epiſcopo Cõpoſtellano mãſuefacto, 627.b. S. Gerardi, 601.d S. Niconis, 623. 627.d. 628.b. 651.d. S. Nili, 620.c.b

MIſſale Mozarabum correctum 575.a

MO

MOdeſtus Præfectus Monaſterii, captiuo Ieroſolymit. Patr. curat illam Eccl. 139.b

MOguntinum Concil ſub Car. M in quo Eccleſiaſticis arma interdicta, Laicis apud eos agentibus, permiſſa. 344.a

de MOnachis & Monaſteriis plura. 11.b

MOnachi 30. vnius Monaſt. verbera patiuntur ob cultum imaginum, 352.b. 200. In Hiſpan. interfecti a Sarraeen. 388. c. 342. a. Copronymo damnati, 257.d. Inſignes qui interfuere Nicæno Concil. ſecundo. 284.c

MOnachi 900. in Monaſterio, S. Vincentii ad Fõtes vulturni a Sarracen. obtruncati. 543.d

MOnaſterii bona vſurpans Epiſcopus miſere perit. 252.d

S. MOnialis Diſciola decedit cum admirandis ſignis Sanctitatis. 80.e

MOniales duæ Regiæ dyſcholæ omnia miſcent, 101.d. Excommunicantur, 102.a. Altera pœnitens abſoluitur.

MOniales tempore. S. Gregorij procedebant in litaniis publicis. 87 c

MOniales in Anglia conſulto ſe deformantes, Virginitatem trucidatæ tuentur. 504.e

MOnitionum Audoeni Regis Dagoberti a ſecretis, indiculus. 155.e

MOſomenſe Concil. 593.e. Aliud. 693.c

MOnothelitarum hæreſis origo, 145.c. Inducitur a Cyro Alex. ſub nomine conciliandi Eccleſias, 147.e. Sophronius Ieroſolymit. Patr. aduerſus eam pugnat, 148.a. Pluribus damnatur Conciliis, 174.d. De tota cauſa epiſtolæ variæ, & Honorii poſterior deſtruit hæreſim, 148.b

MOrauia uaſtata ab Arnulpho R. 555.c

MOrauorum Epiſcopus S. Methodius.

MOrtui etiam damnari poſſunt ab Eccleſia, 31.e

MV

MVlieres pietate inſignes ex Mauritii Imp. genere, 129.c. Regia Abbatiſſa peregrinatur ad limina Apoſtol. 213.e Alia nobiliſſima Angla, apud, S. Paulum recluſa, e. Piæ quædam deiiciunt ſcalam aſcendentis ad deiiciendam ſacram imaginem, & ob id necantur. 215.c

apud Mutinam Concilium. 618.c

MVtuæ captæ pecuniæ ab Eccleſiis ad bellum Perſicum, improbante Io: eleemoſynario Patr. 140.e. Reſtitutæ. 144.c

NA

NARBONENSE Concil. 84.e. Alterum. 111.d

NArſes Totilam profligat & occidit, Romam recipit, & Theiam item Gothorum Regem occidit, 30. b. Tanta illi proſperitas ex cultu B. Virg. & pietatis ac iuſtitiæ Studio, 30. b. Bucellinum cum Francis ad internecionm cædit, 37. a. Accuſatus a Rom. reuocatur ex Italia, 55.e. Contumelioſe compellatus ab Imperatrice minaciter reſpondet, 56.a. Quod de euocatis Longobard. vlciſcendi ſe cauſa, habet Diacon. & Anaſtaſius, alienum eſt ab eo quod habet Corippus eius tẽporis ſcriptor, 56.a. Quod ſcribit P. Diaeon. de Altinenſi Epiſcopo ab eo in Siciliam relegato id factum, hortate Papa, ob ſchiſma credibile eſt, b. De Narſetis fine variant auctores, 58.d. Eius elogia, e. Talis quidam

dam

dam alius Narſes celebratur ſub Mauritio Imp. 59.a
NArſes alius magnus Dux a Phoca comburitur, exultantib. Perſis. 128.e

NE

NEapolit. Eccl. pulchra facies, 513. prima ciuit. poſt Romanam, b
NEapolitani duo Epiſcopi Athanaſii, alter Sanctus, 412. d. Alter, ob fœdus cum Sarracenis a Papa fuit excommunicatus. 540.c
NEophytus quis. 456.e
NEophyti non promouendi, 429. b. Cur aliqui merito promoti. 438.c
in NEuſtria Concilium.

NI

NIcephorus logotheta, deiecta Irene, inuadit Imp. habit⁹ Cath. ſed ꝓbatus hæreticus, 320.d Violat fidem excæcans Bardanem, qui electus Imperat. receſſerat Monachus factus, 322.a. Aduerſus Sarracenos male pugnat, 322.c. Exquirit ſententia de Patr. Conſtantinopolitano eligendo, quaſi pius, 325.a. Eligit Nicephorum inuitum ac reluctantem, a. Ioſephum Oeconomum adulterinum inceſtarum nuptiarum Conciliatorem depoſitum curat per Patr. reſtituendum, 326.a. Boni improbantibus, qui Patr. non communicantes, multa patiuntur, 326.a. Eius nequitia & ſæuitia, 327. d. auget perſecutionem, 337.a. Bardanium aduerſus ſe inſurgentes ſubigit, 337.b. Manichæus probatur, b. Exigit tributum ab Eccleſ. 338.c. Fatetus ſe obduratum vt Pharaonem, d. Renuens pacis conditiones oblatas a Bulgaris, illis in deſperationem verſis profligatur & occiditur, e. improbitate & nequitia ſuperat omnes qui ante eum imperarant, 339.a. Prædictus illi fuit interitus, a
NIcephor. Phocas Imp. aduerſus Romani filios, 608.a. Cyprum & alia eripit Sarracenis, 909.e nimium indulgens militib. odium populi incurrit, 609.e Rapax & ſacrilegus, 610.a. Abutitur penuria ad ſua lucra, 613.b. Doloſam mittit legationem ad Ottonem Imp. vt imparatum eum opprimat, 614 a. occiditur, b
NIcephorus a ſecretis, cum receſſiſſet, inuitus trahitur ad Sedem Conſtantinopolitanã, 325.e. Impulſus ab Imp. Ioſephum œconomum adulterini coniugii Conciliatorem excommunicatum, & depoſitum, conuocato Concilio, reſtituit, improbantibus Theodoro Studita, & Platone, qui ob id illi nõ communicant, 326.a 328.c. 331.d. Imp. mortuo conciliantur, & cõmunicant. 339. e. Exigit fidei profeſſionem a Michaele Imp. 339.d. Synodicam mittit ad Papam, quod ante per impium Niceph. non licuerat, 340.b. Relegatur ob ſacras imagines ab Armeno Imp. 346.e. Relaxatur ab exilio cum aliis Catholicis, 366.d. 367.b. Moritur poſt 14. exilii annos, 382.a. Transfertur Conſtantinopolim. 400.e
NIceta Confeſſor carcere includitur & relegatur ob cultum imaginum, 347.a. Per fraudem inductus ad communicandum Pſeudopatr. dimittitur, ſed reſipiſcens in inſulã relegatur, 349.e
S NIcetius Treuerenſis Epiſcopus, cuius opera poſt, Theodebertus ad meliorem frugem conuerſus, 13.c. A Lothario in exilium eiectus, a Sigeberto filio reſtituitur. 50.d
NIcolaus ex Diaconus declinans fit Papa, 426.e Legationem mittit Cõſtantinopolim ad Photii cauſam cognoſcendam, non dirimendam, 431.d. Scribit ad Michaelẽ Imp. litteras Apoſt. throno dignas, e. mandat R. Fr. dimittere adulteram ſub excommunicatione, 440.e. Suſpendit Gall. Epiſcopos, ni pareant, 445.e. Pauperes adhibet in auxiliũ, illis benigne faciens, 446.b Purgat ſe de patrocinio raptoris Balduini, b. Profitetur ſeruari velle integra priuilegia ſed Apoſt. c. Priuil. confert Monaſterio Corbeiẽſi, d Rodoaldum legatum præuaricatorem excommunicat & deponit, 447.a. Euocat Romã RR. Fr. ob adulterium R. Lotharii. b. Arguit Epiſcopos quod cauſantur expeditionem aduerſus piratas, ne ſe ad Concil. conferant, b. interdicit Lothario ne Romam adeat, niſi prius pareat, c. In gratiam Regum non eſſe labefactanda ſed Apoſt priuilegia, Scrib. ad Reg. Fr. 447.d Conſulitur vndique Nicolaus, 448.d. Famoſiſſima eius eſt illa epiſt. ad Reg. Gall. de epiſtolis Rom. Pont. 449.a. 450. a. Grauis comminatio occupantib. bona Eccleſiaſtica, 450.d. Grauiter minatur Hincmaro Rhẽ. niſi pareat, e. Grauiſſima epiſt. reſpondet Michaeli Imp. 453. e Dat Bulgaris expetentibus Prædicatores Epiſcopos, 455.a. 460.c. Reſpondet ad eorum conſultationes, 456. b. Legatos mittit ad Michaelem Imp. a Hortatur contra infideles, & ſacrilegos Chriſtianos, 457.b. Pugnantibus c. Infidel. R. cæleſte promittit, b. Vualdradam adulteram excommunicat c. Interminatur Lothario iacturam Regni, 458.a. Hortatur ad bona Eccl. reſtituenda, 459. c. Scrib. ad Gall. Epiſcopos de cauſa Photii, 461.d. Graues litt. Scrib. in cauſa Theutpergæ Reg. & Lothar. R. 470. e Eius Elogiũ, 472.b. Irreprehenſibilis in iudiciis ab Hadr. prædicatur, 476 c. a Græcis cultus, ut Sanctus. 485.b
NIcolaitarum hæreſis pullulans confutatur a Fulcone Rhem. 558.e
NIcon in Creta pop. ad Chriſtianitatem excolit, 603.e. ægrotum ſanat, occulta reuelat, 623.d.

Futura

Futura prædicit, 651.d. Ceſſationé peſtis promittit, Lacędemoniis, Iudęos ſi expellat, 624.a prædicit interitũ contumelioſo, 6. Eius imago ſaxo imprimitur, 627.d. Prædicit futura, 628.b

NIlus Monachus q. vir, & quantus, 620.b. Gloria fugiété ſequitur, 622.d. Excipitur a Monachis, quaſi alter, S. Benedictus, e. Miſericors veniam PſeudoPapæ Io: 16. Petit a Papa, & Imp. 641.c. Nec impetrans duram reſponſionem remittit vtrique, 642.b. Pręuidet Spiritu martyrium, S. Adelb. 548. c. Excipit Imperatorem cũ turibulo, 654.d. recuſat Monaſteriũ cum redditibus, & grauiter monet Imp. d

NO

NOnantulanum Monaſt. in agro Mutinenſi, ab Hunnis incenſum per Petrũ Abb. reſtituitur tranſlatis illuc reliqis SS.MM. 565.d. Leo Abb. vir inſignis, abdicat e ſe eo Monaſterio. 629.e

NOrthmãni in Gallia omnia miſcẽt, 402.b. Recipiuntur in parté Regni a Carolo, quæ Northmãnia appellata, 411.e. profligantur a Ramiro Gallæciæ R. 412.b. Treuiros incendunt, 540. e. Peruadunt Gall. 543.a. Auro a Carolo Craſſo auertũtur, 543.c. Duces duo facti Chriſtiani, c. Germaniæ Eccleſiã vaſtant, 557.b. Vt Northm. venientes ad fidem tractandi, 567.a Conuertuntur, 572. d. Superati cõuertuntur, 577.a. Inuadunt Gallæciam & vaſtant, 613.d Poſt profligantur, e

NOuiomenſe Concil. 597.e

O

OBLationes cum litaniis ad S. Petrũ deferebantur, 119.e. Factas nouo Pontifici vendi non permittit Hadrianus Papa, ſed gratis vult dari. 472.d

OBſequia ab Epiſcopis Magiſtratibus quæ non præſtanda. 489.a

OL

OLeum, S. Crucis, quod & quale 115.b

OLibanus Comes audit a B. Romoaldo, non poſſe ſaluari ni Monachus fiat, paret & Caſſinum petit. 621.b

OC

OCtauum Concil. 484.b. Oecumenicũ, 490.e. Id profitebãtur cũ aliis, 7. electi Rom. Pont. 491.b Mẽdacia de eo Marci Epheſini, 492.b. reſelluntur, d. Florentinũ male Octauum dictũ, 492.b 493. male de octauo meritus Iulian: Card. i Cõcil. Flor. & falſum eſt abolitũ fuiſſe a Io: Papa, 493.e. Petit confirmationé a Papa, 493.c. De eo delirium Aimoini, 494. a. Triplices nactum eſt aduerſarios, 497.b. Legitimnm ignoratur a Græcis & ſpurium Photianum pro legitimo agnoſcitur. 497.d. 535.c. 536.

OCtauianus Alberici fil. Principatũ Vrbis obtinentis, mortuo Papa, cum eſſet 18. annorum Sedem Apoſt. inuadit, 597.c. 598.b. Poſt accedit Cleri conſenſus ad uitandum Schiſma, primus mutat nomen & Io: uocatur. 598.c

OD

ODo Cluniacenſis reſtitutor Monaſticæ diſciplinæ, 572.a. Conciliat Hugonem R. & Albericũ, 586.d

ODo ſeu Otto ex Comite Pariſ. Regnum Fr. occupat, viuente Carolo Simplice, 553.e. Papa deterret eum a bello, 557.d. Pax inter Reges, 591. e. Poſt rurſum bellum, 562. a. Moritur, 563.a

OR

ORigenes damnatur cum erroribus. 4.b

ORientalis Eccleſia quam deformata, 153.c. Sub iugo perſecutionis Leonis Iſauri grauiſſimo terræmotu laborat. 231

OS

OScenſe Concilium Hiſpan. 115.d

OSita Regina martyr a Danis. 160.c

OSualdus Rex Nondanumbrorum in Anglia, occidendus in prælio, orat pro animabus exercitus ſui. 153.c

S. OSualdus Vuigornienſis in Anglia Epiſcopus, ex Decreto Gen. Anglię Concilii eiectis Clericis incontinentibus, Monachos, & Abb. Subſtituit, 615.b. Quærentibus Clericis Concil. habetur Vuintoniæ, vbi Crucifixus diuinitus loquitur pro Decreto 619.e. Rurſum reclamantibus Cler. in Concil. Calnæ habito, miraculo confirmatur idem Decretum, 522.b. Moritur, inſigni maxime obitu. 636.c

OT

S. OThmarus Abb. S. Galli, ob tuenda bona Eccleſiaſtica, Confeſſor. 252.b

OTto R. German. 585. a. a ſacra eius unctione cæpti anni eius numerari, 586.c. Rebelles diuinitus profligat, 587.b. Alia ingenti potitur uictoria, 587.c. debellat Danos, & Slauos, 595. Euocatur in Italiam ab Adeilaide R. Ital. uxore, & a Papa aduerſus Berengar. Eum fugat cum filio, & Adelaidem in uxorem accipit, 596. a. Multa donat Eccleſiis, a. male dat Abbatias ſæcularibus magno ſuo damno, e. Delet

Vngaros

Vngaros in German. ſe infundentes, 598. d. Parat ſibi aditum ad victoriam, indicto ieiunio, 598. d. Euocatur rurſum in Ital. adu. Bereng. tyrannum, 602. In Ital. venit, 603. a. Transfert Magdeburgum corpus, S. Mauritii vnius ex Thebæis militib. b. Romæ coronatur a Io: 12. Papa. d. Excipit iuramentum a Papa, & viciſſim illi præbat, d. Diploma reſtitutionis factæ Rom. Eccl. e. Vxorem Bereng. capit, & dimittit, 603. d. Inſulam, S. Iulii Eccl. Nouarienſi reſtituit. Vrbem init profugiente Papa & Adelberto, cui promittunt Romani ciues, ſiue etiã Cardinales, quod non poterant, de electione R. P. 606. a. cædit Rom. inſidias ſibi ſtruentes, 608. c. Romam ad deditionem compellit: Benedictum V. legitimum Papam exauctorari curat a Leone PſeudoPapa, 609. b. Berengar. captum cum vxore exulatum in Baioariam mittit, d. Roma profectum peſtis comitatur, b Reuertens in Saxoniam multa corpora Sanctorum Magdeburgum infert; & Benedictum P. ſecum deductum Archiepiſcopo cuſtodiendũ tradit, 610. d. Redit in Ital. ad eiiciendum Adelbertum, & vlciſcendum Ioan. 13. a Rom. pulſum, 611. e. Ottonem fil. euocat ad Imperialia inſignia ſuſcipienda, 612. b. Quæ geſſerit adu. Græcos in Calabr. & Apulia, 613. a. Principes Capuæ, & Beneuenti in fidem recipit, ægre ferente Nicephoro, a. Magdeburg ciuitate a ſe conditæ primum dat Epiſcopum, 617. a. Moritur, eius præclara elogia. Falſa de eo quædam refelluntur. 618. b

OTto Iun. Imp. quando coronatus, 612. b. Vxorem accipit Theophaniam Conſtantinopolitanam, 614. b. Quando ſolus imperat, 618. c. Lotharium R. Fr. bello perſequitur, 621. d. Flumen miraculo tranſit, d. Diploma priuilegii dat Mon. S. Vincentii ad Fontes Vulturni, 623. e. Profligatur a Græcis Sarracenis iũctis, in Calabr. 624 e. Mærore confectus filio Ottone, ſucceſſore Verone delecto, Romæ moritur, 625. b. Habuit tres fil. moniales. 626. a

OTto III. Romam euocatur a Papa ad propulſandam Tyrannidem Creſcentii, 640. c. Romualdum rogat vt Claſſenſem Abb. corrigat, 640. d. Papam a Creſcentio intruſum ſuppliciis enecat, 641. c. Coronatur Imp. 642. d. De Creſcentio contra fidem obtruncato pœnitentiam agit, 643. a. Ter venit in Ital. c. Ad Mutina hoſpitio exceptus, cogitur vxorẽ igni addicere ex calumnia impudicitię pudico impoſita, 650. e. Peregrinatur Gneſnã ad S. Adelbertum, 653. b. Munificentiſſimus erga Vercellenſem Eccl. d. Reuerſus, S. Adelberto Romæ dicat Eccl. & caput S. Bartholomei Apoſt. & B. Paulini Nolani inſert, 654. b. Peregrinatur pedes ad S. Michaelem Archang. in M. Gargano, ex piaculo a B. Romualdo impoſito, c. Excipitur in reditu a B. Nilo cum Turibulo, 654. d. Multa illi offert, d

P

PALLIVM, indumentum Eccleſiaſticum, quid ſignificet, 29. e. Aliquid exactum pro pallio, horret, S. Bonifacius, P. ſe purgat, 235. e Datur Hincmaro Rhemenſi ad vſum quotidianum, priuilegio ſingulari, 410. c. Eius conceſſio quam limitata, 478. a. Dignitas quãta, 513. e Eius abuſus in Oriente. 584. c PAnis benedictus mittit a Papa ad R. Fr. pro pignore 558. e

PApam non expedit Roma diſcedere, 19. d. Arbiter eſt vltimarũ voluntatũ ad pias cauſas. 85. e Eius eſt prædicatores mittere ad Gentes. 158. a 186. b. Cõfirmatio vſurpata a R. Gothis, & oriẽtal. Impp. 86. e. Remiſſa a Pogonato, 181. e. Sępe vocat Vicarium Petri Anaſtaſius, 268. d. 410. d Superſtite Pontifice de ſucceſſore non agendum. Etiã inter Sarracenos & hæreticos exercet Primatum, 153. e. Clerus Rom. cogitur a Conſtante Imp. viuenti Martino alterum Papam ſubrogare, 159. c. Papæ per quoddam tempus fere exteri, & Orientales. 195. e. Eius tractare de dogmatibus, nõ Imperatorum, 217. b Mediator eſt inter Orientem & Occidentem, 217. c. Inermis quantum poſſit, 218. a. Eius eſt damnare hęreſes, Concilia Conuocare, & probare, 300. b. c. Iudicans omnes a nemine iudicatur, 316. a. Eius eſt transferre Imperium, 317. b. Eius eſt confirmare, & irritare Concilia 99. b. Eius eſt monere Imp. 177. b. Suprema auctoritas, 124. e. Immunis ab errore & hæreſi, ſemper fuit, 176. b. Ne quis eligatur, niſi ſaltem Diaconus, 261. c Papã qui offendit totam Chriſtianitatẽ offendit, 410. d. Et inobediẽti nec fides nec opera ꝓderunt, 411. a. Adiri ſolitus cũ muneribus, 422. a. Obſeqa illi pſtita ab Imp. 425. c. Præterquam quod eſt vniuerſi orbis Epiſcopus, ſpeciales prouincias per Vicarium regere conſueuit, 432. b. Mandat Patriarchis, 439. a. Nicolaus P. mandat Regib: Fr. cum Epiſcopis conuenire, e. Mandat Epiſcopis Gallis ſub pœna ſuſpenſionis, 446. a. Imperatori dat gladium, 453. b Præcipue honorandus, 489. c. Electi in Papam profeſſio, 491. b. Vocat in ea Cardinales filios, e. Deterret Car. Caluum ab vſurpatione alieni Regni, comminatione excõicationis, 500. a. Corripit Lodou. R. Germ. 501. e. Vlciſci poteſt inobedientiam Regum, 502. a. Non diſpenſat pro libito in paternis traditionib. 506. e. Præcipere Regi non eſt inſolẽs 510. d. Principem in fil. adoptat. 548. d. Mandat Principib. Fr. vt Ludou. recipiant, 589. c. Poteſt quidem eſſe nequã at nõ hæreticus, 607. e. Non ſubeſt ſed peſt Canonibus quib dat vim. 634. c Prauis morib. non tollitur auctoritas, b. Decretales dant vim Can. Concil. 635. e. ſunt perpetuæ auctoritatis. 636. b

PAriſienſe Concil. 40. e. In eo ſtatutum de vſurpantib. bona Eccleſiaſtica, e. Quod poſterius ponitur, prius habitum probatur, 41. a. Celebres

bret Epiſcopi illi interſuerunt, b. Aliud, quo Patres deplorant calamitates ob uitia, 71. c Aliud, quo per fraudem damnatur Prætextatus Rothomag. Epiſcopus, 405. a. Pariſienſis Collatio, potius, quam concilium, de imaginibus, cuius Acta erubuerunt poſteri. 374.c

PAſcha ex edicto Iuſtiniani non legitimo die celebratum, 17.c. Inquiratur per Metropolit. a Papa, 17.d. Diſſenſio de Paſchate inter Hiſpan. & Fr. 66.a. Inter Anglos, & Scotos. Pleriq; Scoti & Britones legitimum Paſcha ſuſcipiunt, 193.c Picti quoque ibidem.

PAſchalis Papa, 356. a. Ne ad aſpectum quidem admittit Legatos Patr. Conſtantinopolitani, 357.c. Scribit conſolatorias ad patientes perſecutionem, 359.a. Per eas eriguntur plurimi, & augetur perſecutio, 359.b. Græcis Mon. extruit monaſterium ad S. Praxedis, & oēs extorres excipit, a. b. Inuenit corpus, S. Cæciliæ, 365. b. Accuſatur apud Imp. de quorundam Primatum Eccl. Rom. cæde, de qua ſe iuramento purgat, 370.c. In tantum virum etiam miracula facientem non cadit hæc ſuſpicio, d Plura & egregia eius facta, 372.c. Moritur, d

Pontifices Romani.

Vigilius Roman. pag. 7. lit. b		Paſchalis Rom.	355.e
Pelagius Rom.	36.c	Eugenius 2. Rom.	372.d
Ioannes 3. Rom.	40.e	Valentinus Rom.	380.d
Benedictus Rom.	63.d	Gregorius 4. Rom.	380.c
Pelagius 2. Rom.	68.b	Sergius 2. Rom.	398.c
S. Gregorius Rom.	86.d	Leo 4. Rom.	406.b
Sabinianus Volaterr.	127.d	Benedictus 3.	423.c
Bonifacius 3. Rom.	129.a	Nicolaus Rom.	426.c
Bonifacius 4. Rom.	129.c	Hadrianus 2. Rom.	472.c
S. Deuſdedit Rom.	135.d	Ioannes 8.	512.a
Bonifacius V. Neapol.	140.a	Marinus Faliſcus.	542.d
Honorius Campanus.	142.e	Hadrianus 3. Rom.	546.a
Seuerinus Rom.	150.e	Stephanus 6. Rom.	546.e
Ioannes 4. Dalmata.	151.d	Formoſus Portuēſis.	556.a
Theodorus Syrus Ieroſolymitanus.	153.a	Stephanus 7.	560.e
		Romanus Rom.	563.d
S. Martinus Tudertinus Etruſcus, martyr.	156.e	Theodorus 2. Rom.	564.c
		Ioannes 9. Tiburtinus.	
S. Eugenius Rom. 161.a		Benedictus 4. Rom.	567.c
S. Vitalianus Signinus, Latinus.	161.c	Leo 5. Ardeatinus.	567.d
		Chriſtophorus Rom.	567.d
Adeodatus Romanus.	169.e	Sergius 3. Rom.	567.e
Domnus Rom.	173.b	Anaſtaſius 3. Rom.	d
Agatho Panorm. Sicul.	174.	Lando Sabinus.	571.a
Leo 2. Siculus.	180.e	Ioannes 10. Rom.	571.c
Benedictus 2. Rom.	181.e	Leo 6. Rom.	581.c
Ioan. 5. Syrus Antioch.	183.b	Stephanus 8. Rom.	582.a
Conon Thrax.	183.e	Ioannes 11. Rom.	582.d
S. Sergius Antioch.	185.b	Leo 7. Rom.	585.c
Ioannes 6. Græcus.	195.a	Stephanus 9. Germ.	587.e
Ioannes 7. Græcus.	198.e	Marinus 2. Rom.	590.b
Siſinnius Syrus.	199 e	Agapetus 2. Rom.	592.d
Conſtantinus Syrus.	199.e	Ioannes 12.	
S. Gregorius 2. Rom.	204.a	Ioañ Octauian. Rom.	598.b
Gregorius 3. Syrus.	224.e	Benedictus V. Rom.	609 b
Zacharias Græcus.	232.d	Ioannes 13.	611.a
Stephanus 2. Rom.	244.b	Donus Rom.	617.d
Stephanus 3. Rom.	244.b	Benedictus 6. Rom.	617.d
Paulus Rom.	251.a	Benedictus 7. Rom.	613.e
Stephanus 4. Rom.	260.c	Ioannes 14. Papiēſis.	625.e
Hadrianus Rom.	264.e	Ioannes 15. Rom.	626.e
Leo 3. Rom.	309.a	Gregorius 5. Germ.	640.c
S. Stephanus V. Rom.	355.b	Silueſt. 2. Aqt. Gallus.	652.c

PAter nec Spiritus, S. pingi aliquãdo ſoliti, 217.a

PAterius, S. Gregorii notarius ſcripturam ab eo explicatam in ordinem redegit. 126.c

PAtriarchæ nomen vſurpatum pro Archiepiſcopo, 60.d. Aquileienſi quomodo tributũ, 60. e. De vtroque, Aquileienſi & Gradenſi hiſtoria obſcurior. 128.b

PAtritius a Captiuitate Bulgarorũ miraculo eductus, Monachus efficit̃, ſanctitate clarus, 339.b

PAuliciani ſeu Manichæi hæretici. 250.a

PAulinus Patr. Aquileiēſis Altinenſe Concil. celebrat. 321.b. Grãmaticus ꝓfeſſione, antequã Patriarcha d. Vita clarus, & poſt mortem, c

PAulus Diaconus qñ ſcripſerit, 64.c. negotiũ de trib. Capit. non aſſecutus, aliis errandi occaſionem pbuit, 80. b. 95.a. A ſecretis Deſiderii Longob. R. fuit, 270.d. Accuſatus Maieſtatis a Carolo M. in Inſulã. Diomedis relegatus, poſt Monachus Caſſinenſis deceſſit. 270.d. 293.d

PAulus ex Diacono Stephani deceſſoris creatur Papa, 251.a. Pauperum ſtudioſiſſimus, a. Salua vult bona Eccleſiæ, ſed magis fidẽ, b. Monaſteriũ Græcis Monachis extruxit, in paternis ædibus ſacris reliquiis & redditibus opulentiſſimũ, diro interminato anathemate in Concilio a ſe facto, illud violantibus, 253. d. SSS. Corpora, Gregorii, Naboris, & Nazarij aſportari concedit in Gallias, 256.c. Moritur, 258.c Extant 31. epiſt. eius ad Pipinum necdum editę, c. Plura de eo Anaſtaſius, d

PAulus celebris anachoreta, 591.a. Moritur, comitantib. & ſequentib. miraculis. 599.e

PAuperes Eccleſiaſticis adhibendos ad mensã cũ ſacra lectione, Concilio Rhemẽſi sãcitũ, 344.a

PAx conuenit Rom. cũ Longobard. ad bienniũ, 116. a. Renouatur, 125. d. Perpetua ſancitur inter Fr. & Longobard. 128.a. Eam violat Imp. cũ Sarracenis leui de cauſa. 187.b

PAx inter quinque Reg. Fr. 432.e

PE

PElagius Apocriſarius, S. ſed. Apoſt. Conſtantinopoli inductus a Theodora aduerſatur Silueriо 3.d. Annuit Monachis Aegypti de damnatione Origen. 4.b

PElagius ex Archidiac poſt Vigilium Papa creatur, qui probat. V. Concil. 36. d. Purgat ſe de ſuſpicione mortis Vigilii, d. Sancit contra ſimoniã, d. Laborat pro V. Concilio, 38.d. Circularibus litteris ꝓbat ſuã Cath. fidẽ, 38.b. Moritur, 40 c. Prolixa eius epiſtola ad Vigilium quemdam ſuſpecta impoſturæ, d. Satisfacit Fr. Regi de ſua fide Cath. d

PElagius II. occaſione Schiſmatis librũ edit pro V. Concil. 68.c. Scribit ad Benignũ Archiep. de trãſlationibus Epiſcoporũ, 71.d. Ad Epos Fral. de Accuſationibus & iudiciis Epiſcoporũ, 73.c Petit auxiliũ a Tiber. Imp. adu. Longob. 77. c Laicam poteſtatem in Schiſmaticos concitat, 80.a. Ex peſte morit̃, 85.b. Quorundã eius geſtorum annus incertus, c. Moritur. 129.b

PEla-

PElagius puer martyr in Hiſpania a Sarracenis, 579.d.586.e

POenitentiam differentis horribile exẽplũ, 198.d

PEregrinatur Fr. Regina ad B. Martinum, & miracula eduntur. 42.d

PEregrinantur frequentes Angli Romam, 207.a Etiam periculo graſſantium Sarracenorum Alpes inſidentium. Otto Tertius peregrinatur ad S. Adelbertum in Poloniam, 654.b. Item pedes ad memoriã, S. Michaelis Archãgeli, 654.c

PEregrini immunes a telonio ex Synodo, ſub Pipino 250.a

PErſarnm R. Coſrhoes rumpit fedus quod erat perpetuum cum Rom. inſtigante Vitige R. Gothorũ, 6.b. Vaſtat Meſopotamiam & Syriam, capta Antiochia, 9.b. Pax redempta perſoluto tributo, c. Tertia expeditione Sergiopolim tentat, miraculo ſeruatam, 16.b. Baptizatum ferũt ſub extramam ætatem, c. Quarta expeditione Edeſſam fruſtra tentat, 17.b. Profligat Rom. exercitum apud Cholcos, 35.e. Perſæ matribus miſcebantur, fœdum, 35.a. Eorũ tria millia profligant quinquaginta millia Rom. 37.a Dux eorum ſuperbiſſimus ob rem male geſtã a Coſrhoe excæcatur, 39.a. Daras occupant, Apamea Syriæ capta & incẽſa, 66.c. Coſrhoes profligatus a Tiberio, legem ſcribit ne Perſarum Reges in poſterum pugnent cum Rom. 69.b. Magna rurſum cęde profligantur a Mauritio Duce, 73.e. Item poſt a Germano. 80.e

PErſarum Rex Hormiſda occiditur a ſuis, 79.b Coſrhoe filius profugus excipitur ab Imp. & in Regnum reſtituitur, b. Vouet, ſi victor exiſtat, plura dona Sergio Mart. & exhibet, d. Vulgat Chriſtianũ factum, ſed falſo, e. Coſrhoes Mauritii necem vlturus, plures Rom. prouincias occupat, 124.c. 130.b. Profligat Rom. Apamea, & Edeſſa captis, 132.a. Damaſcũ capiunt Perſæ, & Imperio Rom. ſperant ſe potituros, 134.d. Capiunt Ieroſolymam, 136.d. Aegyptũ inuadũt, 137.e. Carthaginem occupant, 139.a Sæpius profligantur ab Heraclio, 141.b. 142.a 134.a. 144.c. Coſrhoes profugus ab Heraclio, a filio interficitur, 144.d. Syroes filius Rex pacẽ facit cum Rom. & captiuos ac Sanctiſſimam crucem reſtituit, d

PErſecutio Iuſtiniani in orthodox. Epos, 47.b Longobardorum, 64.b. Leuuigildi in Hiſpan. Reg. Ariani, 75.a. 76.c. Sarracenorum in Oriẽte, 207.d. 232.c. 276.c. Leonis Iſauri Iconomachi, 215.b. 223.c. Copronymi Iconomachi, 250.b. 259.a. Conſtantini Irenes filii in Monachos, 309.b. Nicephori Imp hęretici, 334.e. Leonis Armeni Iconomachi, 345.d. 363.b. Michaelis Balbi, 364.a. 382.c. Theophili Iconomachi, 383.e. 385.d. Monothelitarum, 156.c. Sarracenorum in Hiſpania. 578.a. 579.b

PEſtis per annos 50. orbem depaſcitur, Conſtantinopolis poſt tres mẽſes liberat 16.c. infinitã pęne extinguit multitudinem Cõſtantinopoli 39.c. Inguinaria peruadit Italiam & regiones Boreales, 50.e. Vrbem depopulatur, 85.b. Italiam, Gallias, Hiſpan 89.b. Africanam vaſtat Eccleſiam, 117.e. Vrbem, & alias Ital. ciuit. & maxime Ticinum, 176.e. Per trienniũ Conſtãtinopolim depaſcitur, 239.e. Poſt alluuionem Tiberis, 424.b. Vexat partes Boreales, 599.c. Orientem. 624.a.

PEtronax Brixienus reſtituit Monaſt. Caſſinenſe 205.e

PEtrus Damaſcenus Epiſcopus Confeſſor ſub Sarracenis, 234. Mauimenus Mart. ſub Sarrac. 234.e. Epus Tolet. de Paſchate ſcripſit. 251.e

PEtrus Vrſeolus, ex Duce Veneto, Anachoreta, 621.a. Prædicit ventura, & Moritur, b

PH

PHilippicus Bardas Monothelita Imper. 201.d Profeſſione hæretica Romam miſſa totus repudiatur a P. & a Pop. Rom. 202. Pſeudo Synodo damnata ſexta Synodus c. Excæcatus Imperio deiicitur. 332.a

PHocæ occaſio noua tentandi, 118.e. A ſeditioſo exercitu acclamatur Imper. Mauritium cum filiis obtruncat, 123.c. Eius & Auguſtæ imagines Romæ accipiuntur, 124.a. Aſpectu, moribus deformis, & truculentus, cuius tempore omne genus malorum in Imperium exundauit, c. Inducias facit cũ Abaris, 128.a. In Oriẽte profligatur a Perſis, a. Narſetem egregium Ducem contra fidem viuum comburit, e. Sancit ſolum Romanum Pontificem dicendum Oecumenicum, vt verè eſt, 129.b. Detecta in eum coniuratione multi cæſi, 129.d. Precibus Theodori Siceotæ ſanatur, & monetur, vt ceſſet a fundendo ſanguine. e. Praſinorum, & cõiuratorum cædes facit, 131.c. Profligato exercitu ab Heraclio obtruncatur, d. Audita vox. Datum Conſtantinopolitanis Phocam ex merito, vt omnium deterrimum, e. Contendit aliquando, vt mortui in Bello contra fidei hoſtes martyres conſecrentur, quod reiectum eſt ab Epiſcopis ex auctoritate, B. Baſilii. 132.a

PHotius ex Eunucho, & Laico, Ignatio depoſito Patr. Conſtantinopolitanus ſubrogatur, 428.b Callide petit a P. legatos ad Eccleſiam Conſtantinopolitanam conſtituendam. 431.a. Cõciliabulum habet, quo deponit Ignatiũ, 433.b Nomocanonẽ conficit ideſt collectionem cannonũ, 433.d. Purgat ſe impudẽtiſſime apud P. 434.e. Eius nequitia quanta, 438.a. In eũ ſnĩa Conclii Rom. 441.c. Damnatus furit, 442.c. Molit̃ Synodum œcumeniã in P. 443.c. Primus hæreſim impingit latinis ob proceſſionẽ Spiritus ſancti à P. & F. aſſertã, 466.b. Primus auctor Schiſmatis, 368.c. Cõciliabulo P. dãnat, 469.b Solicitat Regẽ Frãc. ad deponẽdũ P. 468.c. Eius inuẽtũ diabolicũ detegit̃, 469.d. Throno deiicitur, reſtituto Ignatio, d. In Photii legatos Iudiciũ Dei, a. Octauo Concil. Cõfutat̃ conciliabulum

bulum Photii,485.a. Ad illud adductus, ſemper impœnitens, damnatur,487,c. Illi ipſe maledicit,505.c. c. Relegatur, c. Ab exilio plures ſcribit Epiſtolas, 507. e. Omnes ſuos aſſeclas continet in officio, ſingulari exemplo obſtinationis, e. Cõſuetudinem literarum habet cum Anaſtaſio Bibliothecario, 526.b. Qua fraude conciliet ſibi reditum, 531.a. Reuerſus inuadit Sedem Conſtantinopolitanã, b. Mortuo Ignatio occupat Sedem Conſtantinopolitanam vexans Ignatianos, e. Mentitur ad P. ſe inuitũ electum, e. Cur illi fauerit Ioan. P. 533.c. Infinita mala conſecuta eius reſtitutionem in hæc vſque tempora redundarunt, 534.b. Impudentiſſime omnes Io: Epiſtolas corrumpit, 534.c. Intendit oſtendere auctoritate P. Ioannis octauam legitimã œcumenicã Synodum damnatam, Photianã vero probatam, 534.d. Aliẹ eius Corruptelæ, 536. b. Synodus Photiana quando habita, d. In ea callidè intercipit Appellationes ad Sed. Ap. d. Hanc Photianam Pſeudo Synodum Græci venerantur, de qua tñ Græci Sciptores nihil meminerunt, 537.b. Redarguitur a Ioan. Papa, & damnatur, 539.b.c. Scribit in Latinos prouocatus ab Aquileienſi Patr. Schiſmatico de pceſſione Spiritus sãcti, 544.b Deponitur à Leone Imp. & relegatur in Monaſt. ubi incertum quando obierit. 552.a

PI

PIctauẽſia Concilia duo ob duas Regias Moniales omnia miſcentes. 101.c

PIctor, ſub Theophilo, pingens ſacras imagines excruciatur. 585.e

per PIlos Barbæ, S. Petri miracula facta. 577.e

PIpinorum genealogia. 146.e

PIpinus D. & Maiordomus ſub Dagoberto, e

PIpinus de Herſtallu Maior domus Franc. Moritur in Concubinatu, Martello filio ex pellice hærede relicto, alioqui Pius. 204.a

PIpinus Car. Martelli filius, qua ſolemnitate a Luitprando Longobardo Rege adoptatus, 182.c. hæres cum Carolo manno fratre, 233.e. Conſulit Zachar. Papam de multis ad Chriſtianam diſciplinam pertinentibus. 237.a. Victoriam incruentam de Saxonibus voto obtinet, 242 a. Ex auctoritate Papẹ Pipinus creatur R. Francorum, 243.b. Conceditur illi nominatio epiſcopatuum vacantium in regno ſuo d. Papa implorat auxiliũ Pipini, 245.c. Papã honorifice exicipit, e. Papa conſecreat Pipinũ, 246.b poſtulat canonizari Sanctum Suitbertũ. e. Redigit Aiſtuphũ Longob. Regẽ ad obſequium, 247.b. Item ſecundo, 148.c. Donatio ab eo facta Rom. Eccleſiæ, 248.d. Saxones ſub tributo redigit, 251.c. Aquitaniæ D. vi adigit ad reſtituenda ablata Eccleſiæ, 253.a. Vt ſe paret ad exitum à vita. 260.e

PIpinus Caroli M. filius, obuiam miſſus Leoni Papæ, 314.c. Italiæ Rex per. S. Adhelardum eam gubernat, 328.b. Venetiam ſubigit. 337.e

PIpinus Ludouici filius rebellat à patre, 384.c. ab eodem capitur. 385.a

PLacidus & ſocii martyres, eorum hiſtoria deprauata. 12.b

PLato declinat Monachis præeſſe, & bono dolo declinat onus in Theodorum, 303.c. Cur declinet Cõmunionem Taraſii Patr. 309.d. Clauditur carcere, Monachis cęſis & relegatis, 319.d a militibus pſentaẽ mœcho Synodo deſtinatẽ in exiliũ, 331.e. Moritur ſuo redditus monaſterio.

POlitici ſalubriter admonentur, 224.a. Omnia trahunt ad ſua commoda, 221.b. Eorum dogma leges diuinas aduerſus Reges nihil poſſe, 332.a Eorum admonitio, 407. b. 410. e. Arripiunt quęque aduerſus Rom. Pont. 501. d. Confutantur in eo quod minuunt auctoritatem Romani Pont. in creatione Imp. 518. b. Carpuntur, 560. a. Eorum conſilia pernicies Regnorum, 562. e. Eorum uox, Regibus omnia licere. 630.c

PO

POlyeuctus ex Mon. Patr. Conſtantinopolitanus 559.d. Duplici nomine arcet Imp. adytis templi, Io: Zemiſcem inuaſorem Imp. interfecto Niceph. arcet tẽplo, quo vſque ſatisfecerit, 614.e

POlonorum conuerſio, 611.b. Quomodo prærepta illi parata corona a Papa, per Ducem Vngariæ. 654.e

POntigonenſe Cõcilium de pace inter Reges Franc. 515. a. Aliud de primatu Senonenſi Collato. 519.b

PR

PRædeſtinatianorum hęreſis. 409.c

PRædicatores ad Gentes papæ eſt deſignare. 158.b. 161.b. In Friſiam miſſi. 190.e

PRæfatioues nouem tantum ſacro catalogo adſcriptę, 85.d.

PRæfectus Conſtantinopolis male multato quodam reliquos corrigit. 59.c

PRæſagium concuſſionis eccleſiæ præcedens ingens teræmotus, 34.d. vide prodigium.

PRætextatus Rhothomagenſis Epiſcopus ob liberas increpationes principũ interficitur & ut martyr colitur. 83.d

PRimatus Rom. Eccleſiæ. 332. a. 444. b. 450

PRimaſius Adrumetinus Vigilio affuit, forte ſolus ex Africanis, quem credibile eſt eum fuiſſe qui ſcripſit in Paulum & in cantica. 27.d

PRincipes accipere debent leges ab eccleſia, non dare, vllo prætextu, 25.b. Eos non decet dogmata tractare. 193.d

PRiſcus Phocæ gener Heraclium prouocat in Socerum. 130.b

PRiuilegiũ à Vigilio extorquet Iuſtinianus pro primæ Iuſtinianæ Eccleſia, 36.b. Childeb. Rex Francorũ ab eodem impetrat Arelatenſi Monaſterio, 36.c. Confert Iuſtinianus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ vt prima ſit poſt Romanã qđ eſt ſolius Rom. Pont. 11.d. Monaſterio. S. Medardi datum à S. Greg. petentib. Francorum Regibus, 102.b. Monaſterio, S. Dionyſ. 165.a. Monaſterio Sanctis Martini Pictaui. 173.b.

Mona-

Monaſterio Caſſinenſi,241.b.Monaſterio Fuldenſi a Zacharia P.243.a.Monaſterio Filię Deſid.R. Longobard.252.a.Rauenn. Eccleſia cõfirmata,362.a.Monaſt.SS. Vincenti atq; Germani à Car.Magno,276.a.Eccleſiæ Oſnaburg. ab eodem Car.Magno,323.c.Capellæ in Ereſburgh. 315. b. S. Hilario Galliatenſi ſub Rauenn.Eccleſia,252.b.Monaſterio, S. Vincentii ad Fontes Vulturni a Conſtantinopol. Impp. 590.a.a Marino Papa, 591.c. a Berengario & Adelberto, 596.b.ab Ottone primo,608.a. Ab Ottone II.623 e.Rom.Eccleſiæ præſcriptionis centũ annorũ reuocat Iuſtinianus ad 40. 12.a Priuilegia Rom.Eccleſia ſuper oĩa,444.b. Nicolaus ampliſſimum Monaſterio Corbeiæ, 446.d.c.A Ioãne VIII.Papiẽſi Eccleſiæ,530.b Ab Anaſtaſio III. eidem Eccleſiæ ampliſſimũ, 569.d.A Nicolao Rhemẽſi Eccleſiæ, quibusq; conditionibus firmẽtur,445.b. A Gregorio 4. Eccl Hamburg.à Nicolao cõfirmantur,426 d

PRobatio per ferrũ candens, & aquam feruentẽ à Stephano Papa improbata. 555.b

PRobus prius Abb. quam monachus, Gregorio, ob prudentiam. 114.b

PRocopius ſcripſit vituperationem Iuſtiniani & Theododoræ. 24.b. Beliſarii & coniugis eius quæ modo non extant, 24.b. Producit hiſt. Goth.ad annum eius,18.domini,553. 30.b

PRodigia Longobard. inuaſionem præcedentia, 56.b. Ingentia, ſub exortũ Iconomonachorũ hæreſis, 215.b. Præcedentia clades a Sarracenis,Galliis illatas, 223.a. 239.e. Cruciculæ in veſtibus apparentes, 240.a. Prodigia in Syria, 241.d.277.e.Sol obſcuratur ſub mortem Ludouici Imp.392. e. Futuræ cladis Orientalis Eccleſiæ,438. b. Aureliis in Gallia ab imagine Crucifixi manant lachrymæ,554.a. Ruina Eccleſiæ Lateran. cũ maxime perditiſſimis pontificibus,affictaretur Eccleſia Rom.561.e Fõs ſanguine fluxit Genuæ,ſub eius excidiũ,585.d Cruces in veſtibus apparent ſub ſæuã peſtilentiam. 598.b.599.c

PRoditores vnde dicti Ganelones. 429.c

PRofeſſio Eporũ Regi facta,114.b.Item laicorũ,b

PRoiectus Epiſcopus Aruern. martyr pro defenſione ſuæ Eccleſiæ. 170.e

PRomiſſa deo præſtanda Non præſtantis horrendum exemplum. 35.a

in PRoprietarium Monachum quid ſtatuerit, S. Gregorius. 85.e

PRophetiæ Spiritus.

S. EVphronius prædicit Chariberti Reg. mortẽ, 62.d.S.Reſpicius recluſus prædicit Lõgobard. aduentum rurſum in Gallias, 67.c. S. Saluius Epiſcopus Albigenſis prædicit diuinã vindictã ſuper domum Regiam, 74. c. Mulier prædicit incendium Pariſiacæ Vrbis, & irridetur,83.b S.Auguſtinus Anglorũ Epus prædicit rebelles bello conterendos,127.d.S.Gregor.M. prædicit deteriora tẽpora,118.b.S.Theodorus Siceota interpretatur crucium ſpontaneam colliſionem,130.a.S.Columbanus prædicit Regis fil. ſpurios non regnaturos,133.mortem Regum, 134.c S.Baodolinus, & S. Theodelapius ſpiritu prophetiæ illuſtres,237.b.S.Ioannitius prędicit interitũ Leonis Armeni, 368.d. Ioſephi, 371.e. pacem Eccleſiæ,Theophili iconomachi morte,393.c.pdicit mortẽ,S. Methodii,405.d

PS

PSellus philoſophus quando vixerit. 430.d

PSeudoprophetæ vagantur per Gallias. 110.c

PSeudoſynodus Cordubæ Epiſcoporum fideles auertentium a Martyrio. 414

PV

PVrgatio per ferrum ignitum & aquam feruentem,555.b.Per communionem. 589.a

PVrgatorias pœnas,poſt 30.annos ab obitu,pati ſe dicit anima Ludou.Imp. 515.a

PY

PYrrhus Epiſcopus Conſtantinopolitanus Monothelita,151.b.Suſpectus Maieſtatis fugit in Afr. 153.b.diſputatione cũ Maximo abnegat hæreſim, 154.b. Rurſum in eandem relabitur, & damnatur,156.b. Reſtituitur in throno Conſtantinopolitano,159.d.Moritur, d

Q

QVADRAGESIMA ęqualiter ab omnibus tenenda. 17.d

QVadrageſima,S.Martini. 73.d

QVæſtio de tribus Capitulis qualis,21.b.30.c. In ea qd ſpectãdũ,34.a.Apud,S.Quintinũ Cõcil. in quo ſancita pax inter fratres Reg.Fr. 246.a

QVintum Concil.ad quid indictum,30.c.d.Eius Acta corrupta & decurtata, plura inſerta indigna Concil.Oecumenico,e. Damnat tria capitula aduerſus Decretũ Papæ,non ergo legitimũ Concilium,33 a. Aſſenſit illi Vigilius, vel ſucceſſor Pelagius,ex quo legitimum redditũ, vt eſt apud,S. Greg.c.d. Non pari reuerentia habitum, vt alia quatuor,& cur, d.Plura illi addita, plura dempta, 34. b. Probatur a Vigilio ad cauendum Schiſma Orientalium & Occidentalium,35.c. Probatnr item a Pelagio ſucceſſore. 36.c.37.d

R

RABANVS abdicat ſe Præfectura Fuldẽſi quietis amore,392.b.opus de Cruce mittit ad Papam,397. e. Fit Epiſcopus Moguntinus, 408. b. Celebrat, tria Concil. 408. b. 409.d. 415.a. Moritur,425 a. Quantus uir, quantum ſcripſerit,b

RAchis ex D.Foroiul.Rex.Longobard.237.c.Pace violata cum Zachar.Pont. Peruſium vſque peruadit,242.c.Precib.Zachar.a propoſito dimouetur, & mox cum uxore, & filia monachus efficitur,c

RAdegundis Vidua Lotharii Reg. ab Epiſcopis accipit de inſtitutione Monaſtica, 41. c. Studio reliquiarũ legatos ſæpius mittit in Orientem, 53. d. Quàm religioſe exceperit lignum Sanctæ Crucis, 55.a. Periclitantes legati tempeſtate, ad inuocationem, S. Reginæ ſeruātur ceſſante tempeſtate, 55.c. Obſiſtit ne Baſina Regia Virgo Deo dicata a Chilperico patre nuptiis tradatur, 81.b. Commendat Epiſcopis ſuũ Monaſt. 86.c. Moritur, clara miraculis, c. Poſt eius mortem a duabus Regiis monialibus ingens ſeditio excitatur. 101.d

RAtbodus Friſonum Rex, perſecutor Chriſtianorum. 208.d

RAtherius ex Lobienſi Mon. Epiſcopus Veron. 581.d

RAuēna dedit Beliſario, 9.a. Aliquot Corpp. SS. inde transferuntur Moguntiã. 373.b. Occupatur a Longobar. 216. b. Veneti inſtante Papa, recuperant, c. Tradita a Pipino Rom. Eccleſię, 248.c. Liberatur a Longobard. per Zachar. Papam. 236.c

RAuennas Eccleſia denuo ſubdit ſe Romanæ, 174.b Subiecta Romanæ ex decreto Rom. Synodi, 176.c. In meliorem ſtatum redacta, capta Rauenna ab Imp. & Archiepiſcopo luminibus orbato, 200.a. Confirmantur eius priuilegia a Paſchale, P. 362.a

RAuennas militia Sergiũ Papam aduerſus Imp. protegit, 189.b. Concilium, 561.d. 566.e. 612.b

RAuennas Epiſcopus Maurus excommunicatus a Vitaliano Papa, 106. ob contumaciã excommunicationem in eum retorquet, 169.e. In cõtumacia moritur, 170. a. Mortuo Reparato Mauri ſucceſſore ea Eccleſia Romanę ſubiicitur, 174.b. Rebelles Papæ & Imp. puniuntur, Felix Epiſcopus excæcatur, relegatur, 200. a. Eccl. Romanæ reconciliatus reſtituitur, 202.b Sergius Epiſcopus Romã euocatur ad dicendã cauſam, 261.d. Michael fauentibus Lõgobard. intruditur, legitimo excluſo, 261.e. Illum tandem Rauenna Romã vinctum mittunt, 262.a Reum Paulum contra mandatum Papæ interficit & excommunicatur, 265.e. Accuſatur apud Papam, 435.c. Excommunicatum auerſantur Papiens. 436 b. pœnitet & obediẽtiam, iurat Papæ. 436.a.

RE

REbelliant Itali aduerſus Iſaurum Imp. ob eius hæreſim. 216.a

REbellis Prætor Siciliæ transfugit ad Sarracen. & ibi pro Imp. ſe gerit. 178.b

REccaredus cum Regno Goth. Hiſpan. & Gall. Narbon. fit Catholicus, 78.b. Vxorem accipit Badam Chilperici Reg. F. 81.b. Victor pacem petit a Gũtheramno, nec impetrat, & diuinitus a coniuratione liberatur, 83.a. In Concil. Tolet. 3. edit fid. Cath. profeſſionem cum vniuerſa gente Gothorum, 84. Pacem iam tertio petens, nec impetrans Francicam Narbon. ditionem inuadens prædas agit, e. De eximiis eius virtutibus, 85.a. De tempore quo regnare cœpit, 93.d. Francos per Claudium Ducem ingenti cæde profligat, e. Legationem ad Greg. P. mittit, & litteras ac pia munuſcula accipit, 117.d

REdditus Eccleſiæ in 4. partes a Greg. 1. P. diuiſi.

REformaturus Monaſt. Lerinenſe Aigulphus Abb. a pſeudomon. interficitur. 167.a

REformatio omnis vana, niſi incipiatur a Principibus, ex Meldenſi Concil. 403.c

REges diuinis legibus non teneri, dogma Politicorum, 332.a. Dum ſe ſacris immiſcent, in barathrum hæreſis prolabuntur, 145.d. Eorũ eſt ciuilis adminiſtratio non Eccleſiaſtica, 224.a. Nullum ius habent in Eccleſias, 243. d. 246.a Rebellibus Reg. Cõminatur, S. Gregor. Regni priuationem. 202.a

REges in Hiſpania præclari, 171.e. Iurant ſe præſtituros pop. iuſtitiam, 185.c. Pro illis quotidie Miſſam vnam celebrandam, ſtatutum Concil. Tolet. 16. 19 P.a. Vnde Catholici dicti. 151.a

REges Saxonum ad Vrbem peregrinãtur, 200.d

REG. Fr. ciuili bello conflictantur, 122.a. Quam reuerentes erga Sedem Apoſt. 432.d

Regibus quatenus ſubeſſe debeant Epiſcopi, 444.a

REgino fit Abb. Prumienſis, & deiicitur, 557.c. Hiſtoriam ſcribit ad A. D. 908. c

REIationib. falſis ſæpe Principes decipiuntur, 4.e

REligio Longobardorum quæ. 64.a

REliquias expetitas Childeb. R. mittendas iudicat Papa per virum bonum & reuerenter, 38.a Per eas efficiuntur ſanitates, 41.e. 42.c. Dæmones abiguntur, 203. b. Miracula ad Reliq. B. Martini, 42.b. Vide Miracula. Martinus. Palliũ Sericum, vel quid ſimile tacto Sepulchro Sanctorum Reliquiæ dicebatur, b. Earum cultus viget in Galliis, & ſtudioſe vndique conquirũtur. c.d

REliquiæ vel minimæ Sanctorum eam vim habens quam integra corpora. 86.c

REliq. Copronymus abiiciebat, 257.b. S. Euphemiæ ab ipſo proiectæ, poſt repertæ, c. Plures Metens. Epiſcopus transfert in Gall. ex Ital. 614.e Per eas ſedatur tempeſtas. 115.e

S. REmigii corpus eripitur ab inuaſione Northmannorum, 543.a. De eius ætate. 13.c

REuelationes de anima Traiani ab Inferis liberata, inanes conuincuntur. 126.e

REuelatio Albrico facta de multis quæ eſſent Lud. Imp. ſignificanda. 381.e

REuelationes de Baſilicis ædificandis. 200.c

RHemenſe Concil. 344. a. Conciliabulum, quo

deiectus

deiectus Epiſcopus Arnulphus, Gerbertus inductus, 633.c. Concil. quo ſacrilegi ad pœnitentiam vocantur, 584.e. Aliud, quo reſtitutus Arnulphus. 638.c

RHos, ſiue Ruſſi ad Chriſtum adducti per Baſil. Imp. 549.e. Eorum Claſſis profligata ab Imp. Conſtantinopolis, 189.b. Rugorum ſiue Ruſſorum Epiſcopus. 601.c

REx in Anglia piiſſimus Ina Regnum ſuum vectigale facit Eccl. Rom. 239.e. Item Offa Romã peregrinatus Regnum vectigale facit, 272.b Huu item dimiſſo Regno, peregrinatur ad limina Apoſt. 220.a. Anglorũ Rex Ricardus peregrinus cum filiis Lucę moritur, 242.d. Nordãhumbrorum in Anglia fit Monachus, regno dimiſſo filio, 252.a. Merciorum, fit Monachus, 198.c. Mercirum; vnus damnatur ad Inferos, ex reuelatione hominis a mortuis reuocati, 206.c. Ceaduallæ, 3. Celebres, 186.b. Tertius peregrinatus ad Vrbem, in albis moritur, b

REx Bulgarorum Telericus ad Imp. profugus, baptizatus fit Patricius, 273.d. Cum Concil. b Tolet. Statuit ne vllus non Catholicus toleretur in Regno. 151.a

REx Hiſpanię cum Concil. ſexto Tolet. ſtatuit ne vllus toleretur in Regno nõ Catholicus, 155.a. Roma expetit partem Scriptorum, S. Greg. in Iob. 157.e. Vuitiza R. nequiſſimus. 195.b

REx Longobard. Arianus præclare reſpõdet pro Eccleſiaſtico iure, 144. a. Qui leges Longob. ſcripſerit. 151. a. Rachis fit Monachus & vxor ac filia Moniales. 242.c

REx Sclauorum expetens amicitiam Francorum refert a Dagoberto reſponſum, Seruis Chriſti non eſſe iungenda fœdera cum canibus, 152.b

REgnum Anglię vectigale factum Rom. Eccleſiæ, 230, e 272.b. Item Hiſpaniæ, 195.d. Ob defectionem ab Eccleſia Rom. traditum Sarracenis, 196.d. Saxonię & Galliæ vectigalia, facta Eccl. Rom. 323.b

RO

RObertus R. Fr. permiſſus ab Epiſcopis ducere Cõmatrem, ab iiſdem reprehenſis a Papa intentabur illi excommunicatio niſi dimittat, dimittit & ſatisfacit. 649.d

REgnum Sueuorum in Hiſpan. poſt, 126. annos, tranſfertur in Gothos, 76.e. Francorum a quo tempore per Maiores domus adminiſtratum. 186.a

ROdulphus Caroli Manni F. Rex Fr. 553.a

ROdulphus Burgun. Principis. F. Rex fit a Francis proceribus. 578.b

ROma a Beliſario recepta, 60. anno quam ab Herulis capta, 1.e. Obſidetur a Gothis, 2.e. Muri pars ſciſſa, in protectione, S. Petri, e. Baſilicæ Apoſtolurum per obſidionem intactæ, 3. a. Beliſarius Romæ Eccleſiam erexit eius pœnitentię teſtem, c. Romani præcipue religioſi, b.c 202.a. Fame ingenti vrgentur, 20.d. Catholicos hæretici Romanos vocant, 23.d. Proditur Roma Gothis, 21.a. Totilas dirutis muris, cogitat eam deſertam reddere, 21 a. Deſiſtit a Conſilio, ſuaſu Beliſarii, 21.a. Ex facto Childeberti, 25.e. Munitur a Beliſario, 21.a. Rurſum proditur Gothis, 25.e. Nunquam capta a Longobard. 64. b. Quanta paſſa eſt a Longobardis, 64.a. 111.c. Romæ extruit Monaſt. S. Andreæ, S. Greg. 72.d. 77.c. Vaſtatur peſte, 85.b Status Vrbis cum creatus Gregor. Papa, 86.e Graſſantibus Longobardis Roma inacceſſa, ob vigilantiam Pont. Rom. 107.b. Inundatione Tiberis afflicta, 85.b. 206.c. 298.c. Obſidetur a Luitprando, ob receptum Ducem Spoletanum, 230.c. Ab Aiſtulpho, 248. b. A deſiderio infeſtatur, 262.b. Gubernari Solita per Duces, 202.a. Inde Ducatus Romanus, a. A Leone 4. adu. Sarracenos munitur, 700.a. Romam grauiora delicta expianda deferebantur, 471.e. Diripitur a D. Spoletano, dum Hadrianus Papa conſecratur, 472.e. Alias a Comite Spoletano capitur & diripitur, 524.b. Premitur a Sarracenis. 530.d

ROmana Eccleſia quodammodo captiua ſub Gothis, & Imp. 86.e. Eius Primatꝰ, 108.b. Diuino iure Sancitus, 129.b. Præconia, 176.b. Penſitatio impoſita a Goth. Reg. & ab Imperatoribus Orientis retenta, remiſſa a Pogonato, 179.c. Patrimonia in diuerſis prouinciis, 92.c. Regnum Hiſpan. illi traditum, 195. d. Alpes item Cottiæ, 198.b. Conſuetudo eius in tradendis SS. reliquiis, 105.d. Græcorum, e. Vires eius quando auctæ, 195.a. Vſus pingendi agni 189.c. Omnino immunis ab errore, 126.b. Facultatem adeundi Rom. Sedem Arianus Longob. R. indulget. 144.a. Eminens omnibus leges dat. 108.b. Eius Hoſpitalitas, 154.e. Quã culta a Carolo M. 318.b. Pura ſemper in fide, 464.d. 484.c. Inſtar Speculi aliis Eccleſiis, 552.a Eius perſecutio, quæ fuerit peſſima, 563.c. Diuina circa eam prouidentia Pontificibus perditiſſimis, 568. d. A nemine iudicatur, 607.b Iudicia eius nũquam intercepta, 634.c. Quod definit manet incorruptum, 552.a. Immaniter laceratur a Marchionib. Tuſciæ. 561.b

ROmanorum Pontificum ſeries, in qua hiſtorici nonnulli lapſi ſunt, 556.a. Peſſimi nonnulli, nullus hæreticus. 561.c

ROm. Clerus.

ROmani Cleri Conſilium in eligendo Vigilio alioqui ea Sede indigniſſimo, 7.c. Item in eligendo Eugenio, viuente adhuc Martino, 159.d

ROm. Concilium ſub Pelagio P. de Eccleſiaſticis ſtatutis, quod non extat, 85.d. Sub Greg. I. ex quo Synodalẽ mittit de ſua fide ad Patriarch.

Orientis, 90. c. Sub eodem de cauſa quorundam presbyterorum, 109. b. Sub eodem pro Monachis, 120.a. Sub eodem, damnato impoſtore Pſeudomonacho, 121.d. Sub Bonifacio 3. de ambitu, 129.b. Sub 4. de conſultationibus Anglorum, 132.c Sub Theodoro, damanato & depoſito Paulo Conſtantinopolitano, 156. b. Sub Martino Gener. aduerſ. Monothelitas, 156. e. Sub Agathone aduerſ. Monothelit. 175. d. Sub Ioan. P. 7. de Canon. VI. Synodi improbatis, 199.a. Sub Greg. II. deuetitis connubiis, 209.d. Pro cultu imaginum, 215. e. Sub Greg. III. pro iiſdem imaginibus, 226.e. Sub Zacharia P. damnatis quibuſdã hæreticis, & 9. nominib. Angelorum, 238.e. Sub Paulo de Monaſterio ab eo erecto, 253. d. Sub Stephano 4. dicto 3. aduerſus Conſtantinum intruſum, & eius Acta, 261.b. Rom. de Correctione morum, 416.c. Cardin. in eo cur depoſitus, c. duo ſub Nicolao. 439.b. Quo Coronatio Lamberti confirmata, Berengar. improbata, 566.b. Sub Io: 8. de imperio Caluo confirmato, 522.e. Generale ſub Formoſo, 557.e. 558.a. Apud, S. Petrum, quo damnatio Hugonis Epiſcopi confirmata, & excommunicatus Hugo Princeps, 595. a. Apud, S. Petrum in quo plura Crimina obiecta Ioan. 12. præſente Ottone, 606.a. Iniquitas eius, 607.a. Alia Romæ, 561.d. 566.c. 612.b Generale, quo audita Legatio Anglicana, 616.c. Aliud in cauſa Magdeburg. Epiſcopi, 625.b. Aliud de electione Imp. pacifice facienda, 643. b. Aliud quo accuſatus Magdeburg. Archiep. quod duas Parochias teneret. 653.b

ROm. Ducatus, quod a Ducibus gubernari ſolita ditio Rom. 202.a

ROm. Exercitus variis cladibus aſſicitur a Gothis, 14.a. 22.b. Ab Auaribus, 66. b. Superat Perſas Veneranda Chriſti imagine circumlata, 85.a. Profligatur a Perſis, 132.a. 133.a. Prælata Chriſti imagine non manu facta profligat ſæpius Perſas. 141.c

ROmanus Patricius aſcitus collega Imperii a Conſtantino, 575. c Præfert ſe Conſtantino, 576. e. Filios Coronat Impp, vnum attondet Clericum, 581.d. Vſurpato ſibi Primatu Imperii a filio relegatur. 591.b

ROmanus Conſtantini filius, Imp. patrem veneno tollit, vt imperet. 602.c

ROmilda Longobard. Regis vxor ex libidine Forum Iul. prodit & interficitur. 118.b

S. ROmualdus in tenebris Sanctitate emicat, 618.e. Eius progreſſus, a Cœnobitica vita ad anachoreticam, 620.e. Profectus in Gallias cũ ſociis Olibano Comiti denunciat non poſſe ſaluari, niſi Monachus fiat. Reuertitur in Italiam. Expetitur ab Ottone Imp. ad Claſſenſem Abbatiam ordinandam, 630.d. Deprecatur ab Imp. excidium Tiburtinis, 642.d. Periurum iubet deſerere ſæculum, ſi ſalutis eſſe velit. 642.c. Redit ad Eremum. 643.a

RV

RVdeſindus Compoſtellarus Epiſcopus moritur relatus in Sanctos. 621.c

RVmoldus Hibernus, vir Apoſtolicus, apud Mecliniã Martyr, ex adulteri correptione, 272.d

RVricii duo clari viri. 13.a

RVſticus Diac. Card. Rom. Eccl. ſcribit contra Vigilium P. & c. Acephalos, 22.b. Deficit a Vigilio, 22.e. Vigilius eum damat. c

S

SABERETVS R. Orientalium Saxonum Chriſtianus moritur. 137.b

SAbinianus Papa, 127.d. Moritur, 129.d. Ob tenacitatem populo inuiſus, d

SAbinus Canuſinus Epiſcopus cæcus occulta præuidet. 16.a

SAcrilegi diuinitus puniti, 38.b. 62.d. 68.a. 74.e. 75.d. 81.a. 133.e. 143.e

in SAmaritanos ſancit Iuſtinin. & poſt pœnas antiquat, 12. a. Irruunt in Chriſtianos Palæſtinæ, & a Iuſtiniano puniuntur, 37.c. Hæretici Catholicos vexant, & ſacra prophanant. 66.d

SAnctorum & Reliquiarum cultum oderat Copronymus, 257. b. Omnium, Feſtum, ex vſu Rom. celebrari incipit in Gallia atque Germ. 389.c

De Sanguine Chriſt. qui in paſſione fluxit eſſe illum, qui Mantuæ aſſeruatur, re examinata, comprobauit Leo III. 322.d

SAnſon nobile extruit Hoſpitale, quod poſt reſtauratur a Iuſtiniano II. e

SAnſon Abb. Cordubens moritur, vir doctus & ſanctus, cuius apologeticum extat. 555.c

SArracenorum Princeps Naamanes conuertitur ad Chriſtum, 98.a. Inuadunt Rom. Imp. & Syriam vaſtant, 133.b. Violato S. Theodori templo, diuinitus puniuntur, 134.d. Collapſo Perſarum Imperio, Rom. vaſtant, 146.c. Maumethes pſeudo propheta Dux, 145. Poſt Eububezer, 147. b. Haumarus D. Boſtrorum ciuit. capit, & Rom. profligat, 147.d. 149.a. Obſidet Ieruſalem & ſecundo anno capit, 149. c. Regnum Perſarum occupant, 151.e. Haumar Tẽplum Ieroſolym. extruit, quod modo extat, 153 d. Africam tributariã faciunt, 155.d. Conſtantiam in Cypro diruũt, 156. d. Mahuuias D. Rhodienſem Coloſſum deſtruit, & diſtrahit, 160.c. Vaſtant Armeniam, d. Ob ſeditionem ſuorum Mahuuias pacem ab Imp. petit, promiſſo tributo, 163.d. æmulo ſublato, Perſis, & mox Rom. bellum mouet, 564. a. Octoginta millia captiuorum abducunt ex Africa, 169.a. Inuadunt Lyciam, atque Ciliciam, 171.a. Per biennium obſident Conſtantinopolim, 171.d. Pacem faciunt cum Rom. 171.d. Eorum cæſa triginta millia, d. cum claſſe, 270. Nauium inuadentes

uadentes Hiſpaniam prof ligantur a Vuamba Rege, 173.a. Pacē a Rom. in 30. annos impetrant, & annuum perſoluunt tributum, 173.c Mahuuias moritur: Gizid. f. ſuccedit, 174. b. Abdimelech Templum Mechæ ædificat, 187.c Africa primū & ſecūdo potiuntur, 191.d. Eam retinent ad hoc vſque tempus, e. Occupant Legionem & Toletum prodentibus Iud. 206.b Per triennium obſident Conſtantinopolim multipliciter conflictati; terra mariq; pereunt 206.d. 207. d. Tanto portento deterriti populum expiant, interdicto vini potu, & indicta in Chriſtianos perſecutione, 207.d. Iulianum Comitem, & filios Vitizæ proditores interficiunt, 208.a. Euocati in Galliā a D. Aquitan. ad internecionem cæduntur a Car. Martello, 213.b. Occupant Cæſaream Cappad. 215. d. Nicetam & Cōſtantinopolim fruſtra tentant, 221.a. Ab occupata Narbon. Gall. pelluntur a Martello, 226. b. Bello ciuili conflictantur, 239.e. Perſecutionem mouent in Syria, 266.d Madi Sarracenorum Princeps in Africa bello tentatum Orientale imperium ſibi facit vectigale, ſub Irene, 278.b. Cui ſuccedit Moyſes, & huic Aaron, 281.c. Aaron Rex amicus Car. M. cedit illi ius Sepulchri, 281.d. 318.a. Infenſiſſimus alioqui Chriſtianis. 281.e. 283.b

THeophilum Imperatoriæ claſſis Præfectum captum & abnegare renuentem obtrūcat, 296.b ab eo liberat ſe Nicephorus Imp. ingenti tributo annuo promiſſo, 323.e. Eius claſſis male perit, 327.d. Male pugnant cum claſſe Caroli in Sardinia, & Corſica, 327.e. Moritur, 331.b. Filii de Primatu diſſidentes ſe inuicē cædūt, b Sipendium Rom. militibus miſſum diripiunt, 338.c. Inuadunt Siciliā & Panormum occupant, 364.c. Martyres ſub Habdarhagman Rege in Hiſpania, 369.b. Cretam, ab Hiſpania venientes occupant, vndeque Candiæ nomen, 370. b. Sicilia, Calabria, & aliis Ital. partibus potiuntur, 380.a. Vaſtant Hiſpan. 380.b. Oriētales Imp. Theophilum profligant, 393.d. Cohortem, 42. militum cum aliis ob fidem martyrio afficiunt, d. per annos 20. vaſtant Europam, 397.e. Atque adeo Ital. per 30. ann. 398.a Suburbia Vrbis, & Baſilicas Apoſtol. ſpoliant, 404. e. Redeuntes in Africam, naufragio pereunt e. Eorum Claſſis profligatur, 410.b. In Aſia, Afr. Europa domiuantur, 411.e. Infeſtāt Vrbem & adiacentes regiones, d. Illis iunguntur aliqui Campaiiæ nop. 521 e. 522.c. Fœdere icto Gariliannm ad habitandum accipiunt, vbi per annos 40. omnia circumquaque vexant, 538.d. Campan. vaſtant, Monaſt. Caſſinenſe ſuccendunt, Monachorum aliis interemptis, aliis diffugientib. 546.b. Chriſtiani illis fœderantur, 573. e. A fœderatis Chriſtianis ad Garilianum obſidentur, cæduntur, capiuntur, d. In Hiſpania prof ligantur, 586.d. Rurſū in Alpibus peregrinos trucidant, 590.e In Hiſpania rurſum prof ligantur, 595.d. Obſeſſis Alpibus tranſitum peregrinis vendunt, 596.a. Creta a Rom. expelluntur, 603. Vincendos a Francis, nō a Græcis, vaticiniū, 608.b. In Hiſpania Caſtellā & Gallęciā inuadunt, 627. a

SAxones debellantur à Carolo M. 266. c. Franciam inuadunt, 268.a. Baſilicam dū incendere moliuntur uiſi duo Iuuenes eam protegere, 268.a. Iactanter ſe de incenſa Baſilica. S. Suiberti, diuinitus puniuntur, 274.c. Saxonicę Eccleſiæ cunabula, 277.c. primus Epiſcopus datus Eccl. Paderbornenſi, 311.b. Rebellantes prof ligantur, 273.b. Baptizati iurant Chriſtianam fidem perpetuo ſe ſeruaturos, 273.e. Saxonia & Vueſphalia a Carolo debellat, 276.a Saxonicum bellum poſt 33. annos confectum, 278. e. Decem eorum millibus diſperſis & Romā Colonia ductā rebellionib. finis impoſitus, 323. b. prima Eccleſia Oſnaburg, b. Saxonia Rom. Eccleſię vectigalis a Carolo facta. 325.c

SC

SChiſma ob tria capitula durat in Eccleſia ad 100. fere annos, 38.a. Venetiæ, Iſtriæ, Liguriæ Epiſcopi Schiſmatici ob tria Capitula, 60. e. Ob id primi Longobardis traditi, 61. a. Schiſmaticis ſatisfaciendum monet, S. Greg. probādo Chalced. Concilium, & damnando illud damnantes, 102.e. Schiſmatū occaſio in creatione Rom. Pont. 184.a. Schiſma breue, 423.c

de SCholis litterarum, quid ſtatutum in Concil. Tullenſi, 430.a. Apertæ Conſtantinopoli, b

SClaui, ſeu Sclauini alias Slaui Illiricum occupant, 22. b. Illud & Thraciam vaſtant, 26. a. Rom. profligant exercitum, & a Conſtantinopoli vix repelluntur, d. nouas faciunt irruptiones, 28.c. a Rom. prof ligantur, 80.e. Irruptionem meditantes a Priſco Rom. D. cæduntur, & reprimuntur, 114. e. Per Iſtriam inuadunt Ital. ſub Mauritio Imp. 118.a. Prof ligantur ex Græcia & Peloponneſſo, 278.c. Hunnos regionibus ſuis pellunt, 324.a. Eorum regionē populatur Pipinus, b. Quando per Monachos Corbeiæ Conuerſi, 516.c. Ab Ottone Subacti, 595.b. Sclauonica lingua celebrari officia diuina & Miſſam permittit & mandat Ioan. 8. Papa, 539.e. Sclauonia quam late pateat, 617.a

SCripta Apoſt. Sedis cōtemnere, q̄tū nefas 410.d 411 a. Ea corrupit Hincmar. Rhemens. 415.c

SCythæ Thraciam & Græciam inuadunt, 433.a

SE

S. SEbaſtiani in peſte inuocatio, qn̄ inualuit. 177.a

SEcundinus Abb. quis, & quantus vir. 116.e

SEpeliebantur olim tantū Sancti in Eccleſia 47.d

SErgius Martyr fauet Regi Perſarum, 97.d. Vota Victor illi perſoluit, & dona offert d. eius nomine Monaſterium in Perſide. 144.b

SErgius Patr. Conſtantinopolis edictum de hæreſi Monothelit recipienda, nomine Imp. promulgat, 151.b. Moritur, d
SErgius Manichæus Sectam reſtituit, 337.c. Quis is fuerit, c
SErgius presbyter Antioché.creatur Papa, 185.a Exarchus ab eo exigit centum auri libras ab Archidiac. Competitore promiſſas, b. Bedam Romam euocat, 194.c. Plures Eccl. extruit, reficit, ornat, c. Agnus Dei in Miſſa dici inſtituit, c. Eccl. S. Marci in via lata dedicat, e. moritur, d
SErgius II. ex Archipresbyt. Papa, 398.d. Honorifice Ludou. R. excipit, 399.b. Imp. Coronat, c Abnuit Romanos fidelitatem illi iurare Regi Italiæ, Imperatori non negat, 349. d. Scalam Sanctam latentem apud Baſil. Conſtantinianam exponit. 400.b
SErgius 120. Papa inuadit Pontificatum, 567. e Gignit ex nobili ſcorto filium qui fuit Papa, 568. c. Scribit doctrinam Cath. ad Gallicanos, 569 b. Moritur, d
SEuerinus Papa, 150.e. Ex moerore morit. 151.c
SExta Synodus Conſtantinopoli celebrata adu. Monothelitas, 176.d. Corrupta, 178.a 179.d. Poſt x. annos canones a pſeudoSynodo facti, 188.b

SI

SIcilia vaſtat a Sarracenis, captis Syracuſis, 170.a
SIgebertus Rex Fr. deſpóſam ſibi Virginem, Spirituales nuptias ambientem, dimittit intactã, & donatam, 135. e. Bello a patruo captus interficitur cum fratribus, b. Alter Rex Fr. miraculis Clarus, 163.b. Alter dolo impię Fredegũdis occiditur. 69.e
SIgebertus Mon. Gemblac. de iure conferendi Epiſcopatus Carolo conceſſo ab Hadriano P. confutatur, 269.b. Mentitur de Lothario Regemiſſo ad confirmandam electionem Papæ, 399.a
SIlentiarius migrat in cælum. 40.b
SIluanectenſe Concil. de cauſa Arnulphi Rhem. 630.a
SIluerius Papa ad Imperium Theodoræ. A. prętextu, quod prodere voluiſſet Vrbem Gothis eiicitur in exilium, ſubſtituto Vigilio, 3.b.a Anathematizat Vigilium ex Concilio 4. Epiſcoporum, 5.c. Ab Amatore Epiſcopo litteras cum 30. auri libris accipit, 6.a. Multis cladibus vlciſcitur Deus mala in eum illata, 6.b. ærumnis confectus migrat in cœlum. 7.b
SImeon Salus. I. Stultus cognomento. 24.a
SImeon Stylita Iun. 68. annos vixit in columna, 166.e. Clarus miraculis. 67.a
SImonia viget in Regno Fr. 120.c
SIſebutus Rex Hiſpan. Iud. cogit ad fidem, 137.d Moritur, 140.c. Eius Elogium.
SIſinnius Syrus Papa, 199.c. Poſt d. 20. moritur, e
SIſinnius ex Epiſcopo Anachoreta. 76.b

SO

SOphia A. Iuſtini vxor æs alienum mariti diſſoluit. 59.b
SOphronius Ieroſolymit. Patr. 248.a. Primus impugnat Monothelit. a. Moritur, 149.e. duæ tantum eius extant lucubratiunculæ, e

SP

SPiritũ, S. procedere a P. & F. habet profeſſio fidei in Concil. Tolet. 84.a. Idem profitetur Cõcil. Anglicanum ſub Theodoro Græco, 175. a Item Nicænum ſecundum, 290.a. Procedere a P. & F. & per F. probatum eſt ab Eccl. Rom. 290.d. Neutrum tamen admiſit Eccl. Rom. in Symb. niſi ſub Nicolao primo alterum, 298.a quando primum additum Symb. eſt Filioque, 335.d

ST

STauratius Imp. 339.b
STephanus II. Papa, quod 4. vixerit tantum dies, a nonnulis prætermittitur. 244.b
STephanus III. P. 224.c. Legatos mittit ad Aiſtulphum R. Longob. de pace violata, 244.c. Obſecrat Copron. Imp. vt liberet Italiam a tyrannide Longobard. 245.a. Solemnes litanias inſtituit, 245.a. Auxilium Fr. inuocat, c. Euocatus in Franciã, ab Aiſtulpho ægre dimittitur, d Honorificentiſſime excipitur, e. Pariſiis diuinitus Sanatur, 246.b. Coronat Pipinum cum vxore & filiis RR. Fr. b. Romã reuerſus, S. Dioniſio, eius reliquiis relatis, Monaſt. exædificat, multis illuc reliquiis conuectis, 247. c. Implorat auxilium Pipini adu. periurum Aiſtulphũ, promiſſorum nihil præſtantem, 248.b. Moritur. 251.a
STephanus IIII. dictus III. Siculus, 260. c. Ad conſtituendam Eccleſiam Rom. perturbatam petit a Pipino ſibi mitti doctiſſimos Epiſcopos, 261. Monet Copronymum vt ab errore deſiſtat, 261.e. Deterret Reges Franc. a. Connubio Longobard. 262.d.e. Moritur, cuius extat quinque epiſtolæ. 264.d
STephanus V. dictus IIII. 355. b. Conuenit Ludou. Imp. Rhemis, & Romam reuertitur, c. Decretum eius nomine de Rom. Pont. electione impoſturæ eſt ſuſpectum, 355.d. Miraculis fulſit, c
STephanus VI. dictus V. creatus Papa in magna egeſtate Eccl. Rom. paternas opes large diſtribuit, 546.e. Optimos quoſque in familiam allegit, 547.a. Plura de eo feruntur laudabilia. a Locuſtis omnia vaſtantibus quomodo prouidit, 547.a. Baſilii epiſt. ad Hadrianum pro Photio redarguit, b. accurate differit de officio Imp. & Papæ, c. Fulconi Rhemenſi mandat executionem ſuæ ſententiæ, 548. d. Præclara de eo habet Anaſtaſ. 555.a. Moritur, e
STephanus. VII. dictus VI. intruſus Papa, litterarum

rarum imperitus,& impius,560.e. Ad eum tamen tam perditum hominem Fulco Rhemenſis Epiſcopus, ſcripſit reuerenter de ſua erga Sedem Rom. deuotione,d. Strangulatur a Romanis. 563.d

STephanus VIII. dictus VII. 582. a. Moritur, d IX. VIII. dictus Germanus agente Ottone fit Papa, 588. a. Deformatus facie à ſacrillegis, publico abſtinet, a

STephanus Iun.Mon.blanditiis tentatur ab Imp. 254.c. Pudefacit aduerſarios,d. Appetitur calumniis, 253.d. Pudefacit aduerſarios, 255.d Exilium patitur,d. Includit ſe in ædicula ſuper columnam,e.Miracula edit.256 d. In Prætorii carcere incluſus exhortatorium Sermonem habet ad,342.Monachos ibidem recluſos, 257.d

STephanus D. Vngariæ, inito Ducatu rebelles profligat, 646. c. Petit ſe Regem coronari à Pontifice,654.e. Ornatur eximiis priuilegiis a P.e.Quomodo præripuerit coronam Poloniæ Regi præparatam,e. Regnum ſuum Rom. Eccleſiæ donat. 656.a

STernutantibus bene precandi vſus antiquior, quam ætas D.Greg. 86.b

SV

SVbdiaconis permiſſum cum eſſet in Sicilia vxores ducere,poſt indictum vt Seruarét vſum Romanum. 85.d

SVen Otto Rex Danorum occiſor,S. Patris Haraldi,regno deiectus. multa patitur. 623.b

SVeuorum Regnum in Gallicia, ex miraculis, S.Martini, ab Arianiſmo conuertitur, 42. a. a Gothis occupatum redit ad Arianiſmũ,76.e

SVibertus Friſonum Apoſt.cum aliis,189.a.Mortuum ſuſcitat,191.c. Bruſuicenſes & Broctuarios comertit, 199.d. Vuerdenſe extruit Mon. 200.b.Moritur. 207.b

SVinthilla Hiſpan.Monarchia potitur. 140.d

SVlpicius de primis Senatoribus Galliarum datus Epiſcopus Biturigibus. 81.c

SY

SYnoditæ ab hæſitantibus, qui appellarentur, 30.c

T

TARASIVS ex laico Patr. Conſtantinopolitanus,281.a. Profeſſionem ſuæ fidei mittit Romam, 282.b. Expetit Syn. celebrari ad hæreſim extirpandam, 281.a. Celebrat, quæ dicta eſt ſexta Syn.& ſecunda Nicæna, 285.b Probat Rom.fidem,286.e. Simoniæ inſimulatur,292.d.Extat eius epiſt.ad Hadr.P. de ſimoniaca prauitate quam probabile eſt confictam a Balſamone,d. 292. d. Egregie tuetur Eccleſiaſticam immunitatem, 295.e. Imperatorem legitima exacta vxore, altera ſuper inducta, veretur excõmunicare ne hæreticus fiat,309.b 312.d.Moritur ſanctitate celebris, 324.e. Excommunicauit Ioſephum œconomum illegitimarum nuptiarum conciliatorem. 326.a

TE

TErremotu plures Ciuitates Græciæ exciſæ,28.d

TErribilis Conſtantinopoli.& Berytus ſolo æquata,3.d. Alexandria,præter ſoli naturam,quaſſata, d. Conſtantinopolis quoque immenſo pauore,& ſtrage,39.a. Ingens ſub Tiberio 71.Italia graui laborat,38.a. Lue item,a. Ingens per Orientem, 231. b. Ingens per Syriam, 241.d. Horribilis Conſtantinopoli, 295.e. Ingens per Italiam,318.b. Tantus,& ventus, vt laterculi plũbei Baſilicæ Aquẽſis detraherentur, 583.a Vrbs concuſſa,Iſernia proſtrata, Beneuẽt.reg. quaſſata,408.a.Omnium maximus,b.Conſtantinopolis quaſſata. 622.d

TEſtium falſorum Epitimium in octaua Synodo conſtitutum. 487.e

TH

THaddæus Theodori Studitæ Diſcipulus ad mortem cuditur,ob cultũ ſacrarũ Imaginũ, 347.e

THeias Rex Gothorũ profligatus occiditur,30.b

S. THeodardus Mon. & Epiſcopus a ſacrilegis occiditur. 163.d

THeodatus Gothorum R.ob inertiam, & proditionis ſuſpicionem reiicitur & profugus interficitur. 1.d

THeodegiſclus Theodati Gothi R.F.a Vitige in carcerem coniicitur. 1.d

THeodegiſclus Gothus in Hiſpania R.ob temerè exploratum diuinum miraculũ occiditur,23.a

THeodigildis Charib. R. concubina, reiecta a Gunthcrano, ablatis Theſauris in Monaſterium recluditur. 63.a

THeodiſcus Epiſcopus Hiſpalenſis hæreſim inducit de Chriſto filio D.adoptiuo, & Epiſcopatu abiectus tranſit ad Sectam Arabum. 150.b

THeodo Baioariæ Princeps ad fidẽ cõuerſus,86.c

THeobaldus Theodoberti Fr. R fil.29.c. Alemãnos & Fr.immittit in Italiam,qui omnes malè pereunt. 36.d

THeodobertus R.Franc. indignans quod Iuſtinianus ſe vocaret Frãcicum, quaſi eos viciſſet, inuadit Italiã,8.e.Pietas & Charitas eius,13.d

THeodolinda ex contracto matrimonio cũ Taurinatium D.eum prouehit in Regem,93.e. Maritum,& Gentem adducit ad fidem Cath.94.a V.Synodum authenticam ex Archiuo Romano mittit illi Sanctus Gregorius P. 35.d

THeodomirus Sueuorum in Gallicia Hiſpaniæ R.ex miraculis S.Martini fit Catholicus. 42.b

THeodora A. Hæretica, mandat Beliſario Siluerium P. eiici in exilium ob falſos proditionis prætextus, 3. b. Excommunicatur a Vigilio, 22.a.Moritur. 24.a

THeodora Imp.Magni animi feminæ. 401.a.c

THeodora, ſcortũ Impudens, Monarchiã Vrbis obtinet,568.c.Duas habet filias pariter famoſas,

ſas, c quæ pro arbitrio Pontifices dimouent & intrudunt,c.De illarum procacitate. 571.e

THeodoreti Epiſt. in Cyrillum defunctum, ſuppoſita & cõficta,31.c.Eius ſcripta in Cyrillum damnata in Concil.Chalced. 32.e

THeodoricus Bargurdiorum Rex inſtigatus ab auia Brunichilde in B.Columbanum tyrannicè agit. 134.a

THeodorus Cæſar. Epiſcopus origeniſta, & Acephalus facinus molitur deteſtabile in odium Pelagi apocriſarii Rom.Sed.4.e. Arroganter ſe gerit contra Rom.Pont. 26.e. Excommunicatur,& deponitur a Vigilio,27.a.Pœnitens, veniam petit & rectam fidem profitetur. 28.d

THeodorus Siceota ex Archimandrita Epiſcopus inuitus, deſpectus, & potatus veneno a ſuis vacationem obtinet,115.c. Phocam ſanat Imp.129.e. Prodigium interpretatur de Crucium Colliſione,130.a.Denunciat Sergio,non ex ſpiritu prophetico,quod non eſt conſecutũ, 130.c.Miraculis confirmat doctrinam,d. Ducẽ monet & ſanat & multa edit miracula, 131.b Moritur. 134.d

THeodorus Papa,153.a. Deponit inuaſorẽ Eccl. Ieroſolymit.e.agit adu.Monothelit. c. Pyrrhũ & Paulum Conſtantinopolitanos Patr. 156.a Moritur,d

THeodorus Græcus Archiepiſcopus mittitur in Angliam a Vitaliano P.169.b.Eccleſia illa ſub eo floret,170.b. Synodum celebrat Angl.Epiſcoporum,175.a.Legatiorum Romam mittit, d.pacem Componit inter Reges,b.Morit.187.a

THeodorus Mon.poſt dictus Studita, dolo bono deceptus,præficitur congregationi a.S. Platone,303.c. Imperatorem denunciat excommunicatum & ab omnibus vitandum,309.c.Cæditur,& relegatur,310.a.Exemplo eius,& Platon.Sacerdotes,& Monachi Imp.vt excommunicatum vitant,310.b.Reſpondet aſſerentibus ex violata tantum fide abrumpendam communionem,310.c.Relegatur,311.c.Relaxatus ab exilio Conſtantinopolim,& mox ad Monaſterium redit,312.d. Ob excurſionem Sarracenorum Monachos Conſtantinopolim traducit, accepto Studii, Monaſt. pene deſerto adhabitandum, 313. b. Numerus Monachorum ad mille, 313.b. Conſultus de ſucceſſore Patriarcha, quid reſponderit, 324.e. Ioſepho œconomo per Concil. reſtituto contra Canones non cõmunicat,monet de eo Patr. & proteſtatur Schiſma, 326.a. Abſtinet diſſimulanter a Communione Patr.per biennium, 328.c re patefacta, monet ſuos, tempeſtatem prouidens,d.An id recte factũ,examinatur a Theodoro, 329.b. Diſputat de diſpenſatione quam aduerſarii prætexebant, 329.c. Scribit duas epiſt.nomine,S.Platon.incluſi, d. Purgat ſe de Schiſmate illi imputato ad Patr. Baſiliũ Abb. & ad Papam.330.c. Exul profugit ad Sedem Apoſt.332.c.Primatum Eccl.Rom. profitetur, 332.d.Altera epiſt.ad Papam mœchianam hæreſim confutat,333.c. Probat mœchianorum errorem tranſiſſe in hæreſim, 334. b. Vocem vnam ait hæreſim parere,b.Docet quæ ſit hæreſis Gnoſimachorum, 334.b. Scripſit de vniverſali diſpenſatione, 334. d. Celebrat alios confeſſores in hac perſecutione,334.e. Libere arguit Leonem Armenum Imp. temere ingerentem ſe his quæ ſunt Sacerdotum,346.a.Impoſitum ab Imp.ſilentium de dogmatibus,negat ſe poſſe,aut debere ſeruare, 346.d.Relegatur, & plures ſcribit epiſtol. pro cultu imaginum, 347.d. Omnes erigens & confirmans, longius abſtrahitur flagris concidendus,450.a Verberatur, 351.e. Nihil ait ſe percipere, niſi Euchariſtiam, quæ ſibi animæ ſit & corporis alimentum, c. Sacrificabat quotieſcunque facultas aderat, 351. c. Alitur a uetula ſuperne demiſſo cibo,d.De lapſis recipiendis,352.a.Varii generis litteras ſcribit pluſquam,200.352.e Scribit quatuor Patr. ſed in primis Romano epiſtolam quæ legenda Græcis, 357.b. 358.c. Monet Monachos ſuos diſperſos conuictum feminarum vt caueant, 358.e. Iambicis verſibus ſcribit confeſſorum vt Mart. paſſiones, 359. d.Sæpius cæditur,362.a.c.Rogatus e graui morbo ſanat Præfectum,qui rediens ad hæreſim, recidit in morbum & moritur, 363. d. Inſultat occiſo Leoni,366.c.Relaxatus ab exilio, et tendens Conſtantinopolim miracula eũ comitantur 367.a.Nihil æqui obtinet ab Imp. 366.e.Secedit ab Vrbe ad Monaſt.368.a.mox, tyranno omnia miſcente, redit Conſtantinopolim,b.Conſtantinopoli fugatur, 369 b. Apologetica epiſt. probat cultũ imaginũ ex multis capitibus,371.c.Purgat ſe de calumniis,371.d Migrat in cælum.Eius Teſtamentum,d.Monachatum celebrat, 378.d. Quantus vir, 379.c. Transfertur Conſtantinopolim. 400.d

THeodorus,& THeophan. Fratres Mon. legati a Patr. Ieroſolymit. Conſtantinopolim, 358.a Relegãtur,358.b.Relaxati,libere prædicantes in carcerem coniiciuntur,369.a. Rurſum exilio multantur,386.b.Reſtitutis,& in fide conſtantibus, facies Iambis inſcribuntur, 389. a Reſtitutis imaginibus, redeunt Conſtantinopolim,& Theophan.Epiſcopus Nicænus creatur. 395.e

THeodorus Epiſcopus Rauenn. Rom. Eccleſiæ obſequentiſſimus. 170.a

THeodoſius 4. Imp. 204.d. picturam ſex Synod. vt Catholicus reſtituit,e. Abdicat, Leoni Iſauro cedens imperium. 205.b

THeodote cubicularia Auguſtę, à Conſtantino ducitur in vxorem, legitima Maria reiecta, 309. b. Erat Studitæ ſanguine iuncta, 310. a

Submittit

Submittit eam Imp. ad captandum, S. virum, a
THeodulphus Abb. Floriacens. reus Maieſtatis, ex cantato in carcere carmine in die Palmarum liberatur & Aurelian. Epiſcopus creatur, 388.d
S. THeoctiſta leſbia. 565.c
S. Theolapius miraculis clarus apud Veronam, 237.b
THeophanes Mon. Clarus miraculis, hiſtoriam ſuam quouſque perduxerit, 343.c. Vertit eam latine Anaſtaſius Bibliothec. 343.c
THeophanes alter Mon. Confeſſor. 343.d
THeophanes, qui & Iſaacius Præfectus Monaſterio Sigriani ad certamen vocatur, 350. e. Miraculis clarus. 351.a
Theophania Leonis Vxor, Sancta fem. in Menlogium relata. 564.e
THeophilus Imp. affectans iuſtitiæ laudem Armeni Leonis interfectores occidit, 383.a. Cultores imaginum inquirit, & conſtantes exilio & vita multat, e. Vxori & eius matri ob id iraſcitur, 385.a. Crudelis præ omnibus in cultores imaginum, d. Mon. vrbe exigit, d
In Iconomachos, non in Hagiomachos ſæuit, 386. b. Sæuit maxime in S. Methodium, 388. in fratres Mon. ſæuit, & eorum vultus inſcribit & relegat. 389.a
THeophylactus Patr. Conſtantinopolitanus omni ex parte turpiſſimus. 599.e

TI

TIberius Cæſar eligitur a Iuſtino, 68.d. eius Elogium, c. Coſrhoem Perſ. R. profligat, 69.b. Inſidias, quomodo vitarit, 73.b. Perſas debellat, c. Beneficentiſſimus in Pauperes, c. Iuſtiniano Iuſtini nepote in ordinum redacto, Mauritiũ Magiſtrum militiæ creat, e, moritur. 79.b
TIberius Abſimarus Imp. 191.d. Inſidiatur Rom. Pont. 195.a
TIberis portentoſa inundatio. 85.b. Alia, quæ per 7. dies occupat Vrbem, 206.e. Item alia ſub Hadriano, 298.c. Exundat. 424.b. 432.e. 654.b
TIcinenſe Concil. 431.b. Ticinum corpus, S. Auguſtini translatum ex Sardinia à Luitprando 213.a
TIcinum ab Alboino per triennium obſeſſum, 62.b

TO

TOletanum Concil. Tertium, 83.e. In quo profeſſio edita fidei, & diſerta proceſſio Spiritus Sancti a P. & Fr. 84.a. De immunitate Eccl. b De conburẽdis libris hæret. d. Inſcriptio eius, quo ad tempus in dubium reuocatur, 93. d. Aliud ſub eodem Reccaredo, 113.d. Aliud ſub Gundemaro in quo Epiſcopi profeſſi ſun Eccl. Tolet eſſe Metropolim Carthagin. prouinciæ, 152.d. Quando ea Eccleſia Primatum ſit conſecuta non conſtat. e. IV. Generale in quo profeſſio editur de proceſſione Spiritus ſancti a Patre, & Filio 148. d. V. 140.a. VI. 150.e. VII. 155.d. VIII. 160. IX. 162.a.b. X. Dictum, 162.d. XI. 172.e. Hiſpaniæ Gener. 173. XII. 179.d. XIII. 181.b. XIIII. 182.a. XV. 185.e XVI. 190.a. XVII. 192.d
TOtilas Goth. Rex. flagellũ Rom. 13.e. 14.b. Admiranda quæ illi contigerunt, d. Plures Vrbes, & prouincias occupat, 15. Tibure per proditionem capto, populum cum Præſule trucidat, 18, b. Spoletum in deditionem accipit, & Peruſio occupato Epiſcopum obtruncat, & pop. trucidat, 18.b. Valentinum Epiſcopum vrbis Vicarium interceptum manibus truncat, 9.e. Legatum obſeſſorum Rom. benigne excipit, & nihil concedit, 20.d. Proditam ab Iſauris recipit Romam, d. Maxime cordatam habet ad ſuos orationem, e. Victor mittit Legatos Conſtantinopolim de pace, 21.a. Abſtinet ab excidio Vrbis, ſuaſu Beliſarii, a. Profligatur a Narſete, & occiditur. 30.b

TR

TRanſamundus D. Spoletinus profugus a Longob. a Greg. III. P. recipitur; & repetitus, non redditur, 230.c. Ducatum recuperat, d
Translatio Reliquiarum ex oriente in Occid. per tempora, quibus captæ Ieroſol. Antiochia, Alexandria, 15x.b. Ex Dalmatia, 153.a. S. Benedicti in Gallias improbabilis, 167.b. S. Huberti Epiſcopi Leodiens. a. Carolo manno, 264. b. S. Nicetę Confeſſoris cum miraculis, 368.e. S. Huberti Conf. 367.c. Reliq. S. Sebaſtiani in Gallias, cum innumeris miraculis, 377.c. SS. MM. Marcellini, & Petri cum infinitis miraculis, 377. d. S. Viti Mart. in Corbeiam Saxoniæ, cum infinitis miraculis, 390.e. S. Liborii in Paderbon. Eccl. innumeris cum miraculis, 391.a. S. Bartholomæi ex Lipari Inſ. Beneuentũ, 393.d.a. SSS. MMM. Caliſti, Cornelii & Calepodii corpora tranſtulit Greg. IIII. in honeſtiorem locum, 397.c. Theodori Studitæ, 400.d Germani Patr. 400.e. Germani Pariſiens. 402.b
S. Mauri Abb. 404.b. S. Helenæ, 411.b. S. Hermetis, 413.a. Secunda, S. Remigii, 414.d. S. Martini, Antiſſiodorum ab inuaſione Northmann. 415.e S. Germani in Gall. 512.c. SS. Eulogii & Leocritiæ, Corduba, Ouetum, 546.c. SS. MM. Diodori Mariani, & aliorum plurimorum, e cæmeterio via Salaria in Vrbem, fulgentib. miraculis, 552.b. S. Remigii ab Orbacenſi Monaſterio, 564.a. S. Euthymii Patr. Conſtantinopolitani. 576.a

S.Hunegūdis,593.a.S.Matthæi Apoſt.Salernum 597.c.S.Bartolomæi Beneuentum,625.e. inde Romam, 654.b.S. Benedicti Papæ V.Amburgo,Romam. 653.c

TRecenſe Concil.de ordinatione Cler. Rhem. 460. d. Alterum de excommunicatione inuaſorum Rom.Eccl. 528.a

TRiburienſe Concil in Germania,de Eccl.diſciplina & immunitate,559.e.Concil.apud Troſleium.

TRudo presbyter,Hasbaniæ Apoſtolus, miraculis Clarus. 194.e

TV

TVnica D.N.inuenta & Conſtantinopolim tranſlata,98.e.De tunica inconſutili,99.a.S. Ioan. Euangeliſta,ſub S.Greg.Romam delata, 96.d

TVrcarum Legatio ad Iuſtinum Imp.adu. Auares. 51.e

TVrci capti cruce reperti inciſi,ad remedium peſtis; qua aliquando laborarunt, ſic a chriſtianis edocti. 97.b

Turcæ, qui & Gazari cum Heraclio adu. Perſas, 142.b.Heraclium deſerūt,142.d.e.E portis Caſpiis in Armeniam erumpunt. 256.a

TVrcæ & Hunni à Leone Imp. immittuntur in Bulg. 558.c

TVrcarum Rex ſeu Dux fidei Chriſtianæ deſertor,ab Ottone ſuſpenditur. 601.a

TVronenſe Concil. ſecundum,in quo præſcribitur de certo modo aſſeruandi Euchariſtiam in altari,61.a.Aliud ſub Carolo M. 344.a

TVrpini fabuloſa hiſtoria. 342.c

Tuſciæ Marchiones infeſtiſſimi Rom. Eccleſiæ, 561.b.Eorum potentia. 571.d

V

VACAT Sedes Rom. quando annū & amplius. 248.d

VAlentinum Concil.de prædeſtinatione,& præſcientia aduerſus Gotheſcalcum,420.e.Duella interdicta. 421.a

VAlentinus P. quadraginta dies tantum ſedet, 380.c

VAlericus B. Columbani diſcipulus propagat Monachatum in Gallia. 135.a

VAndalicum bellum inſtauratur difficillimum, 18.a

VAndalica Hiſtoria Procopii in annum Domini. 545.deſinit,a

VD

VDalricus Auguſtanus Epiſcopus,579.a. Plures eodem die Miſſas celebrat,588.c.Pacificat Ottonē Regem cum filio,597.d.Futura prædicit, 598.d.Procurationem Epiſcopatus ſui nepoti impetrat ab Imp.& poſt mortem,ſucceſſionē, improbante Deo multis ſignis, 616.d. Improbata eadem petitio à Concilio,617.Per viſum dſcit ſe ob ſtudium erga nepotem ad Purgatorium damnandum, 616.d.e. Relatus in ſanctos. 637.a

VE

VEnantium exmonachum reuocare ſtudet Gregorius P.91.a. Solicitus eſt de eius ſalute ægrotantis. 121.d

VEnantii Fortunati patria, & peregrinatio. 58.c

VEneta Prouincia a Longobard. Vaſtata,60. d. Ab Auaris,& Sclauis. 118.a

VEnetam Rep. vocat Chriſtianiſſimam Honorius P. 146.b

VEnetorum Duci mandat Gregorius II.vt iuuet exarchum contra Longobard. quod & feliciter præſtitit. 216.c

VEneti pro Pontifice adu.Imper. 219.a

VEneticos Mercatores vetat P.Chriſtiana mancipia diſtrahere inter Paganos. 243.c

Venetorum legatio querens de Aquileienſi Epiſcopo,& petens Epiſcopum a R.Pont. qui primus datus eſt,225.a.Eorum Dux Io:Gradenſem Patr.de turri præcipitat. 321.a

VEneti S.Zachar.Corpus cum aliis reliquiis accipiunt a Leone Armeno, 348. b. Gloriantur ſe Euangel. a.S. Marco accepiſſe: ſedemque eius ab Heraclio. 304.c

VEnetias Tranſlatio,S.Marci,304.e.Bellis ciuilibus conflictantur. 321.a

VEnetiam ſubactam à Carolo M.Scriptores eius temporis tradunt. 337.e

VEnetiarum Prouincia, & Iſtriæ a Pipino data R.Eccleſiæ, 248. e. Legatio ad Carolum M. a quo Venetias referūt reliquias Sancti Cypriani,& Eccleſiam condunt. 327.b

VErcelleuſi Eccleſiæ Priuilegia collata ab Regibus. 591.d

VI

S.VIctoris Corporis inuentio. 130.e

VIctor Epiſcopus Capuanus Paſchalem cyclum conficit. 17.e

VIctor Tumuenſis,ſeu Tunnenſis chronicon ſcribit aborbe condito ad primum Iuſtini Iunioris annum. 55.c

VIdo Tuſciæ Marchio Fratrem Pontificis obtruncat, Pontificem in carcerem trudit. 581.c

VIdua Regina in Hiſpania ſtatuitur ne nubat, & & monialis vt fiat. 187.d

Vigiliæ quæ priuatæ interdictæ:Publicæ & ſacræ frequenti vſu probatæ. 89.e

VIgilius,eiecto Siluerio creatur Pont.3.b. Reuocatum,in poteſtatem accipit,& inedia conficit ad mortē,e.Spurius Pont. viuo Siluerio epiſt. Scribit impoſturę ſuſpectam, e. Reſpondet ad

cuiuſdam

cuiuſdam conſulta Epiſcopi ex Hiſpan.4.a.Reſpondet Theodeberto Fr. Regi.b.Mortuo Silverio, quo conſilio, immeritus, creetur legitimus Pont. exacta ab eo Fidei profeſſione, 7.e Electus Pontifex ſtatim mutatur in alterum virum,e. Euocatus Conſtantinopolim a Iuſtiniano, præmittit, ne quid innouet, 19.d. Submiſſum ab eo frumentum obſeſſæ Vrbi a Gothis intercipitur,d.Excipitur a Iuſtiniano,21.b In cauſa trium capitulorum prudenter ſegerit c.Sed conſilium eius in deteriorem partē accipitur,e.Excommunicat Theodoram A. Acephalam,& Eurychianam,22. a. Domeſtici ab eo deficiunt, & ſchiſma ingens conflant, 22.b Contra eū qui ſcribant pro trib. Capit. c. infamatur a ſchiſmaticis,quaſi damnans Chalced. Concil.25.c. Implorat auxilium Frāc.d. Cum Concilio Latinorum, qui aderant Epiſcoporum, excommunicat Schiſmaticos, 26.a. Ab vtraque parte probantiū tria capit. impugnatur,b.Præſentiens vim, fugit in Eccleſiā vnde fert ſententiam in contumaces, e. Alapa percuſſus probro afficitur, 27.e. Chalced. migrat in ædem, S. Euphemiæ, e. Mandat Iuſtiniano vt abſtineat excommunicatis,28.b. Indicit V. Concil.& cur.30.a.Illi adeſſe cur recuſat,31.a ſententiam ſuam ſcripto offert Iuſtin. Imp & Concilio,d.Decretum facit,32.a.Exilio deportatur,33.b. An aliquando ſit aſſenſus damnationi,3.capitul. ex quo validatum ſit V. Concil.incertum,c.Petente Clero Rom. & Narſete reuocatur,& tunc credibile eſt eū abrogaſſe ſuum decretum de,3.Capit.& Concil.V.pro baſle,ad tollendum Schiſma,35.c.Sanctionem toti Ital. profuturam impetrat a Iuſtiniano,d Rediens Romam in Sicilia moritur, 36.a.Eius ambitionem Deus egregie vltus eſt,b.In eo ſedes Apoſt.quo magis contempta, eo magis illuſtrata, b. Primam Iuſtinianam in gratiam Iuſtiniani euehit in Metropolim,b.Arelat.Monaſterio priuilegia indulget,c

VIncentio Martyri Pariſiis Baſilica extruitur a Childeberto Rege & multis facultatibus & Reliquiis dotatur,43.d.Aliæ quoque plures illi Baſil.erectæ in Gall.& Hiſpan e

S. VIncentii Promontorium,ex eius reliquiis, ibi conditis appellatum. 254.a

S.VIncentius Abb.martyr ab Arianis in Hiſpan. 146.b

VIrdunenſe Concil.in cauſa duorum Epiſcoporum Rhem.altercantium. 593.a

VIrgo deſponſa Regi, ambiens Chriſti nuptias, ab eo intacta & donata dimittitur. 136.e

VIrgines perpetuæ quatuor fil.Baſilii Imp.505.d Tres Virg. Moniales Otton.R.Germ.filiæ.Virgin.Longob.quo aſtu caſtitatē ſeruarint.626.a

VIſio facta Ludou.R.Fr.de anima Ludou.Patris Imp.purgatoriis pœnis vexata. 515.a

VIſio admirabilis excitati a mortuis, de pœnis Inferni. 191.d

VItalianus Papa,161.c. Venientem Romā Conſtantem Imp.hæreticum, quo Conſilio, diſſimulans, honorifice exceperit,165.d.Excipit legationem ex Anglia cum Epiſcopo ordinando, 167.e. Primum dat Epiſcopum Ferrarienſibus,169.c.Maurum Rauennatem Epiſcopum rebellem excommunicat & deponit, e. Moritur, 169.c.Cur eius nomine litteræ, ad finem chronici Leonis Oſtienſis,falſę videatur,170.b

S.VItus Patronus Corbeiæ itemque Slauorum, qui poſt deficientes à fide, illum vt Deum coluerunt, 516.c.Tranſlatis eius Reliquiis in Saxoniam,pariter cū illis tranſiit gloria Fr.576.b

VL

VLtio in Sacrilegos,397.a.b.402.c. 403.b. 459.c 515.b.569.e. 614.b.724.c.639.d.653.e.In Deluſores,48.c.In Schiſmaticos,468.c.In Baſiliū reſtitutorem Photii, extincto primogenito, 531.e.In interfectorem Fulconis Rhem. 563.e

VN

VNgari Vide Hunni.

VNgariæ Regnum Eccl. Rom. proprium ex donatione,S.Stephani primi Regis. 1000.b

VNica an trina merſio in baptiſmo. 93.b

VNiuerſalis tituli vſurpationem ab Ioan. Patr. Conſtantinopolitano Pelagius Rom.Pont.irritam reddit, 80.d. Arrogans titulus a Greg. P. redarguitur, 107. d. Dupliciter intelligi poteſt, e. Quomodo Rom. Pont. Vniuerſalis, & quomodo non:e.Deteſtatur vniuerſalis appellationem Hadrianus P. 282.e

VO

VOrmatienſe Concil.ſub Carolo M. 163.a

VV

VVamba alias Bamba R.Hiſpan. expugnat & capit rebelles,172.d.Curat Cogi Concil. de finibus diœceſum,e.Alienatoa ſenſibus, imponitur pœnitentia:id quid ſit. 177.b

VVamdregiſilus Comes Palatinus cum vxore Virginitatem colit, & clericus ipſe, ipſa Monialis fit. 168.b

S.VVenceſlaus Boemiæ Princeps a Boleſlao fratre occiſus, martyr. 587.a

VVilelmus Ottonis R.fil. Archiepiſcopus Mogūtinus, ab Epiſcopali Conſtantia celebris. 597.c

VVillebrordus a Papa miſſus Friſiis prędicat Euang. 191.c.a. Archiepiſcopus Traiectenſis, Clementis nomine,e.Prædicando peruenit ad Danos,192.a.Traiecti Concil.celebrat.a.Prædicatores emittit.a

S.VVilfridus Eboracenſis, ſede a Rege deiectus, primus Friſiis prædicat Euangelium, 174. c.

Accu-

Accuſatus, appellata Sede Apoſtolica, reſtituitur, 199.a.45. Sedis anno moritur. 200.d
VVintonienſe Concil. in quo Clerici ob incontinentiam deiecti Eccleſiis, contendunt reſtitui, & miraculo reiiciuntur. 619.e
VVitiza R. Hiſpan. initio bonus, poſt nequiſſimus, & impius, 195.b. ab Eccleſia cur defecerit, c
S. VVlfranus Senonenſ. Epiſcopus intendit conuerſioni Friſorum, 194. Moritur. 209.e
S. VVlſtranus nepos duorum Regum Merciorũ occiditur, miraculis Sanctitati atteſtantibus. 411.b

Z

ZACHARIAS P. legatos mittit ad Luitprandum de reſtitutione 4. ciuitatum, 232.d Bonifacio annuit de Concilio celebrãdo, 234.e Concedit illi deſignare ſucceſſorem, ſed non niſi in fine vitæ, 235. a. Concilii eius decreta confirmat, b. Adit Luitprandum & 4. opida impetrat & alia plura, 235.b. Purgat ſe de Simonia obiecta a S. Bonifacio, e. Ticinum conueniens Regem impetrat vt deſiſtat impugnare exarchatum, 236.a. De quibuſdam monet, S. Bonifacium. Reſpondet per epiſtolam, 27. cap. ad Conſulta Pipini, & Primatum, 237.a. Purgat ſe humaniſsime de ſuſpicionibus apud S. Bonifacium, 241. a. Caſsinenſem Eccleſiam dedicat, b. Moguntinam Eccl. confirmat Metropolit. 243.a. Fuldenſe Monaſteriam ornat priuilegiis, a. Hilderico Rege inerti & ſtulto reiecto in Monaſt. Pipinum prouehit in Regnum Frãcorum, b. Coronante cũ S. Bonifacio, ibidem. Plures Baſilicas reſtituit & ornauit, c. Inuentum corpus, S. Georgii transfert, c. Venetos mercatores vetat vendere Chriſtiana mancipia. Nominationem Epiſcoporum concedit Pipino R. Fr. d. Moritur, inter ſanctos relatus, c
S. ZAchariæ Corpus a Leone Armeno Imp. cum plurib. aliis reliquiis Venetis dono datũ. 348.b

FINIS.

EPITOME ANNALIVM Eccleſiaſticorum CAESARIS BARONII S.R.E. CARDINALIS Confecta

AB IO: GABRIELE BISCIOLA MVTIN. SOCIETATIS IESV.

Tomus Secundus.

Chriſti Annus	Siluerij Pap.	Iuſtiniani Imp. 11. Vitigis Reg. 1.	Poſt Conſul. Beliſarii
537	1		

BELISARIVS Romam cogitans, Neapolim, dura 20. dierum obſidione in deditionem accipit, & humaniſſime tractat, vt Procopius habet: at vero, vt eſt in Miſcella, ob nimiam cędē ibi perpetratam, a Siluerio Rom. Pont. cum Roma potitus eſt, acriter reprehenditur & pęnitentiā agere compellitur. Gothi tanti pręſidij amiſſione cōſternati, & tantæ ignauiæ ſui Regis pertæſi; quem etiam proditionis ſuſpectum haberēt, Vitigem Ducem exercitus è Dalmatia antea euocatum, virum ſtrenuū, Regem acclamāt. Theodatus Roma profugus interficitur, filius Theodegiſclus a nouo Rege in carcerem conijcitur. Vitiges publicas de ſua creatione ad omnes Gothos dat litteras (apud Caſſiod.[a]) ad eos ſibi conciliandos. imparem ſe ſentiens, vt ſe opponeret Victori Beliſario, Roma cedens, relictis ibi quatuor millibus ſelectiſſimorum militum, ſub Duce Leudere; Pontifice & Senatu hortatis, vt Gothis de omnibus benemeritis fideles perſiſterent; cum ceteris, ad reparandas vires & res componendas Rauennam profectus eſt. Miſſis quoque Legatis ad ſuos Gothos qui in Gallia erant, & ad Francos vt eos ſibi ſocios iungeret, ceſſit illis, quod in Gallijs Gothorum erat, & pactam a Theodato pecuniam perſoluit. Interea veriti Romani ne paterentur, quæ paſſi erant Neapolitani, ſuadente (vt Procopius ait) Rom. Pont. Beliſarium euocant, qui ad v. Idus Decembr. anno ſexageſimo quā ab Herulis capta fuit (vt eſt apud Euagr.[b]) Vrbe potitus, claues vrbis, tanquam victoriæ inſigne, & Leuderem Ducē captiuum (qui capi potius quā fugam capeſcere cū alijs Gothis voluit) Conſtantinopolim miſit. Vitiges legatione & litteris tentat Iuſtinianum de pace,[c] in qua ſic de Amalaſunthæ filia ait,

Neapolis Beliſario deditur.

a Var. 10. ep 31.

b 4. c. 18.

Roma recepta ann. 60. quā ab Herulis capta.

c Ep. 37. li. 10. apud Caſſiod.

ſi commendatio diuæ memoriæ Amalaſunthe Reginæ præ oculis habetur, eius debet filia cogitari, quam iuſsio veſtrorum omnium perducere decuiſſet ad Regnum, vt cunctæ gentes potuiſſent cognoſcere vicißitudinem vos gratię tāto pignori reddidiſſe. A eam ſibi, inuitam licet, matrimonio copulaſſe, ait Procop. ita vt ſanguinis Regij, vel ex coniugis ſaltem parte regnum ipſum minime expers eſſet. Aliæ tres Epiſtolæ eiuſdem legationis occaſione datæ, ſunt apud Caſſiod. [a] Occaſione huius feſtinatæ

a 33. 34. 35. profectionis Gothorum è Latio Rauennam, referenda videntur admirāda quædam

b 1 dialo. c. 9. Miraculū. quæ S. Gregorius, probè ſibi cognita, in Dialogis narrat contigiſſe. S. Bonifacius [b] Ferentinæ ciuitatis Epiſcopus duobus Gothis ad ſe hoſpitalitatis gratia diuertentibus, Vaſculum ligneum vino plenum, manu ſua præbuit; de quo bibentes Rauennam vſque, & poſt, per aliquot dies, vſque ad reditum ad ſanctum virum, nunquam vinum

c li. 1. c. 9. Miraculū. defecit, quaſi in eo non augeretur, ſed naſceretur. Accidit item, vt dum duo Gothi [c] ad B Rauennam properantes, duos paruulos pueros de poſſeſſione Tudertinæ Eccleſiæ raperent, & Fortunatus Epiſcopus, re cognita, ſæpius, euocatos Gothos rogaſſet, oblato quouis pretio, vt dimitterent, nec illis vllo modo acquieſcentibus, & eo maxime qui prior eſſe videbatur: cum is iam abiret in equo, ante S. Petri Eccleſiam, equi lapſu, confracta coxa, in hoſpitium redire coactus ſit, qui virtute diuina agnita, pueros remiſit, & Epiſcopi opem implorauit, qui, per eius Diaconum, aſperſus aqua benedicta, ſtatim conualuit, & iter repetijt.

d breu. c. 23. Paulus Epiſcopus Alexandrinus Orthodoxus, incautè agens, homicidij reus conſtitutus, atque damnatus, in exilium eijcitur, ſubrogato in eius locum Zoilo, & ipſo Orthodoxo. rem fuſius narrat Liberatus. [d]

Cap. 207. Liberalitatis fructus. Sub hoc Paulo Patriarcha Alexandrino mirum quid recitatur in Prato ſpirit. de C puella Gentili, quæ cum vidiſſet quendam, ſibi laqueum innectentem, ob egeſtatem, & ingens æs alienum, habe potius, inquit illa, omnia bona mea (erat enim opulenta) & ne tibi vim afferas. Quod cum factum eſſet, & ipſa ad egeſtatem delapſa, fornicari cæpiſſet, vt ſe ſuſtentaret; aliquamdiu poſt ægrotauit, & compuncta, petijt baptizari, omnibus illam, vt meretricem contemnentibus: aſtitit illi Angelus in ſpecie hominis cum quo miſericordiam fecerat, & comperto, quod vere baptizari vellet, per alios quoque Angelos, aſſumpta forma perſonarum quarundam illuſtrium, re procurata, apud Clericos, pollicentes pro ea, ad Eccleſiam detulerunt, baptizari curarunt, albis induerunt, domum retulerunt, & penitus euanuerunt. Cum vicini inquirerent, cur ita albis induta, à quo, & quomodo baptizata, re tota per Epiſcopum diligenter peruestigata, inuentum eſt hoc totum fuiſse opus Dei; hæc ibi latius. Quod ad Zoilum attinet Epiſcopū Alexandrin. teſtatur Agatho Papa in epiſt. ad Imppp. Conſtantinum, D Tiberium, & Heraclium, ad eundem ſcriptum fuiſſe a Iuſtiniano Imperat. Edictum pro fide Catholica aduerſus Acephalos: quod ex ſcriptum idem Agatho Papa ad dictos Auguſtos miſit. non extat.

Plures hoc anno Conſtitutiones a Iuſtiniano editæ, vna Kalen. Sept. qua in cun-

e Nou. 47. ctis monumentis voluit apponi nomen Imperatoris, Conſulum & Indictionis. [e]

f Nou. 54. 55. Aliæ de permutandis Eccleſiaſticis rebus. [f]

Item alia, quæ vetuit in priuatis domibus ſacra fieri. [g]

g Nou. 58 Aliæ etiam ad funera defunctorum ſpectantes. [h]

h 49. 59. 60. & ſu. Nou. 13. c. 49. E

Chriſti Annus	*Silverij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 12. *Vitigis Reg.* 2.	*Ioanne atque Voluſiano* *Coſſ.*
538	2		

Obſidet vrbs a Gothis. VItiges Rex Gothorum, reuocatis in Italiā Gothis, qui apud Francos erant, comparato exercitu (vt auctor eſt Procop.) centum & quinquaginta millium militum, aduerſus Beliſarium veniens, Romam mēſe Martio obſidere cæpit. reliqua multa præclara facinora bellica, lege apud Procop. Sed hic prætermitti non debet, quod ait, de parte quadam muri a ſolo ad ſummum faſtigium ſciſsa, & ſic inclinata, vt cetero muro extrinſecus partim prominentior eſse appareat, partim retractior, quā cum

demo-

A demoliri Beliſarius niteretur, & iterato ædificare, obſtitere Romani, Petrum Apoſtolum, pro indubitato ſe comperiſſe, aſſeuerantes, eius loci tuendi curam eum ſuſcepturum. Quod vtique Romanis ex voto ſucceſſit, quandoquidem toto obſidionis tempore hoſtilis vis nulla ad hunc locum peruenit. Quæ res cum miraculi poſtea loco ſit habita, ne ſarcire quidem in poſterum quiſquã nec de integro reſtituere auſus eſt, ſed ad hunc diem ſeiunctus permanet murus. Ex Procop. cernitur etiam nunc ipſe paries ab alio diuiſus, & quaſi iam iam caſurus deorſum inclinatus, vt qui neſciat, timeat illac pertranſire. Extant & ibi proximæ venerandæ imagines, indices ueteris eiuſdem loci ſacri cultus. Sed illud maioris miraculi obtinet locum, quod cum per annum, & amplius, urbe obſeſſa, in ſuburbijs moram fecerint Barbari, ijque Ariani atque Romanæ Eccleſiæ hoſtes, nihil tamen contumeliæ damniue intulere ipſis Apoſtolorum Baſi- B licis extra urbem poſitis, ſinentes illic, Catholico ritu, libere ſacra peragi. Procop. Quanto recentes hęretici deteſtabiliores, ſacra Deo dicata ubique ſanctorum monumenta rapinis incendijſque uaſtantes. Sed in urbe ipſa, parcentibus foris barbaris, patratum eſt facinus longe maximum, & horrendum. Beliſarius Dux ille laudatiſſimus, ad imperium Theodoræ Auguſtæ, hæreticæ nequiſſimæ, ſub prætextu, quod Vrbem Gothis prodere uellet, Siluerium Papam correptum in Græciam tranſmittit; & Vigilium Diaconum, ex condicto creari curat Pontificem: hæc paucis cũ Procopio, quæ apud Anaſtaſium, & Liberatum, pluribus narrantur. Beliſarius poſt, pœnitentia tanti ſceleris ductus, ad expiandum immane facinus, ut offenſum diuinum Numen conciliaret, mox Romæ Eccleſiam erexit, cui præ foribus eiuſmodi inſcriptionem lapidi incidi uoluit, patrati facinoris pœnitentiæ, perpetuum monumentum.

Res mirauda, ad hunc uſque diem

Baſilicę Apoſtolorũ per obſidionem, extra muros, ſemper intactæ.

Deteſtabile Beliſarij facinus, Papa capto.

Beliſarius pœnitentia ducitur.

C

HANC VIR PATRICIVS BELISARIVS VRBIS AMICVS
OB CVLPÆ VENIAM CONDIDIT ECCLESIAM
HANC IDCIRCO PEDEM SACRAM QVI PONIS IN ÆDEM
VT MISERETVR EVM SÆPE PRECARE DEVM.

IANVA HÆC EST TEMPLI DOMINO DEFENSA POTENTI

Eccleſia quidem non extat, demolita forte a Gothis, in odium Beliſarij, cum urbẽ receperunt, ſed, extat inſcriptio in pariete Eccleſiæ Cruciferorum, inter Pincium mõtem, & Quirinalem. Sed infelix Beliſarius, qui tanto patrato ſcelere putauit ſibi deuincire, per Theodoram, Imperatorem, Deo ulciſcente, eundem expertus poſtea eſt D aduerſarium, ab eodemque ipſe, qui tot uictorijs glorioſus, toto conſpicuus orbi fuit, in ordinem redactus eſt, & ad extremam deuenit calamitatem, exemplum poſteris factus, quanto ſuo quis damno in Chriſtum Domini manus uiolentas inijciat. Siluerio veniente Pataram, venerabilis Epiſcopus ciuitatis ipſius, venit ad Imperatorẽ, & iudicium Dei conteſtatus eſt, de tantæ Sedis Epiſcopi expeditione; quem audiens Imperator, reuocari Romam Siluerium iuſſit, & de litteris illis confictis, nomine Siluerij, ad Gothos de prodenda vrbe iudicium fieri; vt ſi approbaretur ab ipſo fuiſſe ſcriptas in quacunque Ciuitate Epiſcopus degeret; ſi autem falſæ fuiſſent approbatæ, reſtitueretur ſuæ ſedi: agnouit enim Iuſtinianus Rom. Pont. etiam conuictum erraſſe, non habere iudicem, & Rom. epiſcopum omnino permanere; ſed ob periculum prodendæ urbis uelle eum alibi manere. Pelagius uero Diaconus relictus CP. [li] ab Agapeto Apocriſarius, & Legatus, inſtigante eum Auguſta, voluit impedire ne Siluerius E reuerteretur, ſed præualente Imperatoris iuſſione, ad Italiam reuerſus eſt, cuius aduẽtu territus Vigilius, ne Sede pelleretur, Beliſario mandauit; Trade mihi Siluerium: alioquin non poſſum facere quod à me exigis, (de duobus tradendis auri centenarijs promiſſis, vt eſt apud Liberatum cap. 22. & hæreticis reuocandis, quod cum Imperatrice cõuenerat) Ita Siluerius traditus eſt duobus Vigilij defenſoribus, & ſeruis eius. Qui in Palmariam Inſulam adductus (ſiue Pontianam illi proximam) ſub eorum cuſtodia defecit inedia. Ex Liberato.

Rom. Põt. non habet Iudicem in terra.

c. 22. Breu.

Hæc quidem paſſus Siluerius, non deſijt eſſe, quod erat, Rom. Pont. eoque viuente, Vigilius non niſi intruſus fuit, ſpurius, & illegitimus, cuius extat Epiſtola quædam,

quæ etiam ſi uerè ipſius eſſet, nullum tamen præiudicium afferret Apoſtolicæ Sedi, cu- A
ius ipſe eſſet inuaſor, ſed plura ſunt, quæ illam arguant de impoſtura, quæ tu vide apud Annales, vt & alia, ex Liberato, parum ſibi conſentanea; in ſexta quidem Synodo hæc habentur. Act. 15. *Anathema libellis, qui dicuntur facti fuiſſe a Vigilio ad Iuſtinianũ & Theodoram*, &c. Sed quantumuis veri eſſent, non eſſet mirum, ſi homo nequam, ſchiſmati, quo nullum hactenus turpius & deteſtabilius extitit, addidiſſet hæreſim. Agens igitur Pontificem, quantumuis ſpurius, & illegitimus, acceptis litteris conſultationum ad Siluerium, ipſe ſcripſiſſe reperitur ad conſultationem Eutherij, qui videtur fuiſſe Epiſcopus alicuius Ciuitatis extremæ Hiſpaniæ, Luſitaniæ, aut Gallicıæ, egregia eſt epiſtola, & habet aliqua de excellentia Rom. Eccleſiæ. Interrogatus itẽ per Legatũ à Theodeberto Rege Francorum quæ pœnitentia eſſet iniungenda, ob inceſtuoſas nuptias, ſcribens ad Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum, eius relinquit B
æſtimationi; extat epiſtola in Append. prætermiſſorũ. Pelagius Apocriſarius Rom. Sedis, profectus ſuperiori anno (vt ex Liberato conſtat) cum Patriarchis Ieroſolymitano, & Antiocheno, & cum Epiſcopo Epheſino in Palæſtinam ad depoſitionem Pauli Alexandrini, & creationem Zoili, interpellatus ab Orthodoxis Palæſtinæ Monachis, aduerſus Origeniſtas, eoſdem CP.lim ſecũ duxit, & vna cum Mẽna Epiſcopo CP.no egit cum Imperatore vt iuberet fieri quod illi Monachi ſupplicabant, vt Origenes damnaretur, cum excerptis erroribus, idque etiam in odium Theodori Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopi Origeniſtæ & Acephali. Quo annuente dictata eſt in Origenem, & eius errores anathematis damnatio, conuenientibus, pro Occidentalibus, Pelagio Apoſtolicæ Sedis Apocriſario, & pro Orientalibus Menna, & ipſo uices agente Romani Pontif. unà cum alijs Orthodoxis Epiſcopis: qui tum CP.li reperti ſunt: quę C
tamen Imperatoris nomine edita damnatio eſt, quaſi ad Mennam Conſtitutio 1. ut aliàs plerumque eſt factum, quo petulantes hęretici, Eccleſię Catholicę iudicium & Anathema contemnentes, coercerentur, ea ſubſcripta ab Epiſcopis, Romam ad Vigilium miſſa eſt, & per Orientem ad Patriarchas, ut per eos Metropolitanis innoteſceret. Ex Liberato. [a] Quę Cõſtitutio cum diutiſſimè latuiſſet, ab auctore Annalium, ex antiquo ſcripto codice, Antonij Auguſtini nunc primum in lucem profertur, Legenda in annalibus, cum longior ſit, quam ut huic compendio inſerenda uideatur. Ad eius finem monet Mennam Imperator, ut Synodum habeat Epiſcoporum & præfectorum Monaſteriorum, curetque ut omnes ſubſcribant in damnationem tùm Origenis, tum errorum eius. *In poſterum autem, ne aliter* (pergit ibi) *ordinentur Epiſcopi, aut Monaſteriorum Hegumeni, niſi prius, cum alijs omnibus hæreticis, qui de more, in libellis anathematizantur, ideſt Sabellio, Ario, Apollinario, Neſtorio, Eutychete, Dioſcero, Timotheo Aeluro, Petro Mogo, Anthimio Trapezuntio, Theodoſio antea Alexandriæ, & Petro, qui Apameæ præfuit, & Seuero, qui Antiochiæ, prædictum etiam Origenem, qui Paganorum Arianorumque inſania laborauit, una cum execrabilibus, impiyſque eius dogmatibus anathematizent.* &c. *Hæc porro eadem*, inquit, *ſcripſimus non ſolum ad ſanctitatem tuam, ſed etiam ad Sanctiſſimum, & Beatiſſimum Papam ſenioris Romæ, & Patriarcham Vigilium, & ad ceteros.* &c. ſubduntur horrendę Origenis blaſphemię, & earum Anathematiſmi. D

Ex his porro quę ſcribit de Anthimo anathematizando cum alijs hęreticis, ſatis colligitur, ea omnia, quę molita ſit Theodora cum Vigilio de eo reuocando, ipſo Imperatore inſcio facta fuiſſe. Ex eo etiam, quod uocat Vigilium Rom. Pont. obſerua eum putaſſe Siluerium Papam, quem audiſſet relegatum in Inſulam, iuſta ſententia damnatum, & Vigilium ei legitima ordinatione ſuffectum. Cum tamen longe contra ſe res habéret, ſic plane, in rebus grauiſſimis contingit Principes falſa relatione ſępiſſime falli. E

Ex occaſione huius damnationis Origenis, Theodorus Cęſareę Cappadocię Epiſcopus, dilectus & familiaris Principum, ſecta Acephalus, Origenis defenſor acerrimus, & Pelagio ęmulus, dolorem eius damnationis ut ulciſceretur, facinus molitus eſt deteſtabile, quo uniuerſa penè Eccleſia peſſundata eſt. Et publicè ipſe Theodorus aliquando clamitauit, ſe, & Pelagium viuos incendendos, per quos hoc ſcandalum in-

troiuit

pag. 693.

Damnatur Origenes cum erroribus ipſius.

a c. 23. Bre.

Principes falſis relationib. in rebus grauiſſimis interdũ decipiuntur

Iuſtinianus quidem in Siluerio uix dignus excuſatione.

A troiuit in mundum, hęc pluribus Liberatus (quę ſuis locis & temporibus, diſtinctè recenſebuntur) finem imponens Breuiario ſuo, de cauſa Neſtoriana & Eutychiana, collecto.

Imperator totus in condendis ſanctionibus, quaſi in ſummo otio, cum Roma obſideretur a Gothis, & Africa, in maximo diſcrimine, rebellantibus Arianis, uerſaretur Kalen. Maij, Sanctionem promulgat, ne quis, præter voluntatem Epiſcopi domos oratorias fabricaret: inſuper de Epiſcopis qui in ſuis Eccleſijs non reſiderent: ac de alienatione rerum Eccleſiarum immobilium.[a]

Aliam rurſum de clericis ſubrogatis, & emolumentis eiſdem præſtandis, necnon de iure præſentandi, quod ijs competat, qui in ædificandis eccleſijs ius ſibi patronatus retinere voluerunt.[b]

B Item aliam de bonis eorum, qui ingrediuntur Monaſterium.[c]

Hoc eodem pariter anno duodecimo Imperatoris, & Belli Gothici 3. Dacius epiſcopus Mediolanenſis vitæ ſanctitate inſignis, cum aliquot primarijs ciuibus, legatione functus, ad Beliſariũ, ſuppliciter petijt modicum ad ſe vt prȩſidiũ mitteret quo ſatis ſe poſſe aſſeuerarent, non modo Mediolanum, ſed Liguriam omnem a Gothis Imp. recuperare, ex Procop. ex quo intelligas epiſcopos non mereri calumniam, neque inuidiam, qui ne ſub hæretico Principe degant, laborant, & ſatagunt.

a Nou. 67. & Auth. col. 5. ti. 17. b Nou. 57. & Auth. co. 5. tit. 16. c Nou. 76. Epiſcoporũ eſt curare ne ſub hæreticis Principibus agat.

Chriſti Annus	*Siluerij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 13.	*Apione aliàs Apio & Ario, Aegyptio Conſ. abſq; collega.*
539.	3.	*Vitigis Reg.* 3.	

C

SIluerius Papa in Palmaria Inſula relegatus, ex conuentu quatuor epiſcoporum, qui eum conuenerant, Terracinenſi, Fundani, Firmani, & Minturnenſis, fert ſententiam Anathematis in Vigilium inuaſorem Romanæ Cathedræ, eamque illi mittit.

Siluerius epiſcopus Vigilio.

MVltis te tranſgreſſionibus irretitum, Sacerdotalis iam dudum nouit generalitas. Et quia cruentis, humano ſanguine, manibus, deceſſoribus noſtris peruicacia tua
D *ſubripiens, Leuiticis præſumpſeris excubare miniſterijs, plerique nouerunt fidelium. Nã quia contra Iura Canonica, temporibus ſanctæ mem. Bonifacij Papæ ipſo viuente, ſucceſſor eius deſignari conabaris, niſi tibi ampliſſimi Senatus obuiaſſet iuſtitia: tunc prouidentia Paſtorali, ac Pontificali auctoritate, tua execranda iam debuerant auſpicia detruncari. Sed dum paruum vulnus in te neglectum eſt, inſanabile accreuit apoſtema, quod niſi ferro altius abſcindatur, fomentorũ ſentire non poteſt medicinã. Quippe qui nequiſſimi ſpiritus audacia, ambitionis phreneſim concipiens, in illius Apoſtolici medici, cui animas ligandi ſoluendique collata, conceſſaque poteſtas eſt, verſaris contumeliam, nouumq; ſcelus erroris in Apoſtolica Sede rurſus niteris inducere; & in morem Simonis, cuius diſcipulum, te oſtendis operibus, data pecunia, meque repulſo, qui fauente Domino tribus iam emenſis temporibus ei præſideo, tempora mea niteris inuadere. Habeto ergo cum his, qui tibi conſentiunt pœnæ damnationis ſententiam, ſublatumque tibi nomen, &*
E *munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce ſancti ſpiritus iudicio, & Apoſtolica a nobis auctoritate damnatus, ſic enim decet fidem Sanctorum Patrum in eccleſia ſeruari Catholica, vt, quod habuit, amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, aſſumpſerit. Data* 8. *Kal. Iul.*

Sententia dãnationis Vigilij ĩtruſi a Siluerio Papa ab exilio.

COELIVS SILVERIVS PAPA VRBIS ROMÆ, HVIC DECRETO ANATHEMATIS IN VIGILIO PERVASORE FACTO AD OMNIA STATVTA CONSENSVM PRÆBENS, SVBSCRIPSI.

Pariter, & quatuor epiſcopi ſubſcripſerunt. Interea verò congemuit vniuerſus Catholicus orbis ad vniuerſalis eccleſiæ Præſulis ignominias, communicans ipſius vin-

A culis (vt licuit) ſcriptis epiſtolis, quarum vnicum, quod ſupereſt hic tibi reddimus monumentum, breuem epiſtolam Amatoris epiſcopi, (forte Auguſtodunenſis, qui hoc tempore, ſanctitate claruit) cum triginta argenti libris, *ad veſtram*, inquit, *veſtro rumque ſuſtentationem*. Extat ad eundem Amatorem reddita Siluerij nomine Epiſtola ab aliquo ocioſo, ex Anaſtaſij ſcriptis conſarcinata, planè conficta.

Conditio temporum, duriorem Siluerij ſtatum effecit, cum Roma foris obſideretur a Gothis, intus ab exercitu Beliſarij, qui pro Vigilio contra Siluerium ſtabat, vt nemo auderet ei ferre auxilium. Mouerunt etiam aduerſariorum inuidiam, obſequia illa a diuerſis epiſcopis impenſa, & auxit in eum odium Anathema in Vigilium recens illatum, vt arctiori cuſtodiæ traderetur. Sed quantis hęc Deus illata in ſummum Pont. mala, immiſſis cœlitus cladibus, vindicarit, vix credi poteſt quæ a Procopio, tum ſcribente Hiſtoriã, referuntur, Hunnis, ingenti cum exercitu Iſtrum tranſeuntibus, & omnem ferè Europam peruadentibus, & deuaſtantibus, idq; non ſemel, ſed bis, & ter, cũ dicat ſemel in patriam reuerſos, cum multa Gaza, & centum viginti millibus captiuorum, quibus tradit annuam pollicitum eſſe Imperatorem pecuniam, ſicut & Sarracenis, eum Imperatorem, qui haud pridem, cum Dei amicus eſſet; Vuandalos, Gothoſq; inuictos ſuperaſſet. B

Deus vlciſcitur indignam Vicarij ſui relegatione.

Coſrhoes Perſarum Rex rumpit fœdus, quod perpetuum fuerat cum Romanis ſancitum, ſolicitante eum etiam per legatos, Vitige Rege. His quidem malis Orientale Imperium hoc anno exagitatum conſtat. In Occidente verò poſt fatigatam Italiam, diuturno Gothico bello, poſtque longam Vrbis obſidionem, ingenti penuria laboratum eſt, exinde lues graſſata.

C Durauit obſidio annum vnum, & dies nouem, vt ait Procopius, quæ menſe Martio obſideri cœpta erat, qui de quibuſdam ait, *ex veteri ſuperſtitione Iani templum aperire tentarunt, cum* omnino de Romanis dicat. Sed Chriſtianæ fidei *diſciplinam ſi vſpiã alij vnquam, Romani, præcipuè ſunt venerati*. De fame narrat mirum quiddam: fuere qui fame cogente alterni ſe eſitarent, feminas enim duas fuiſſe tunc tradunt, quæ viros ſeptemdecim ad ſe diuertentes, dormientes interficerẽt, & in cibum abſumerent, quas decimus octauus ſubito experrectus, correptas, re cognita, ipſas obtruncarit.

Eſus humanarum carnium.

Sed & de eadem fame, hiſtoria Miſcella, ſed male ſub 19. Iuſtiniani anno, vt Cedrenus ſub nono; Tanta ſiquidem per vniuerſum mundum eo anno, maximeque apud Liguriam fames excreuerat, vt (ſicut vir beatiſſimus Dacius Mediolanenſis Antiſtes retulit) pleręque matres, infelicium natorum commederent membra.

D Huius occaſione penuriæ veriſimile eſt contigiſſe quod B. Greg. narrat, a quod in magna Campanię indigentia, cum triticum in Monaſterio S. Benedicti non eſſet, & non plus quam quinque panes ad refectionem fratrum, extarent: Venerabilis Pater cõtriſtatos modeſta increpatione, correxerit, & rurſum promiſſione ſubleuarit, ſequenti autem die ducentos farinę modios ante fores cellæ in ſaccis inuentos eſſe, quos omnipotens Deus, quibus deferentibus tranſmiſiſſet, nunc vſque inquit, manet incognitum, &c.

a 2. Dialog. c. 21.

Sub eodem quoque anno quarto belli Gothici, recenſet idem, qui ſupra, Procop. cladem Mediolanenſem, & poſt eam fuſius narratam, breui epilogo, ſubiungit, Mediolanum vero ampliſſimam vrbem ſolo æquatam delent (Gothi) in eaque virorum trecenta millia, ſine vllo ætatis reſpectu, trucidant, feminas vero ſeruitiorum in morem abductas, Burgundionibus dono dant, vt promeritas his gratias redderent, pro inita ſecum belli ſocietate. Reparatum verò, qui ad Romanos defectionis cauſa fuerat, inuẽtum, compręhenſumque, & minutatim conciſum vorandum canibus obiecere; Birgẽtius tamen non eiuſdem expers noxæ (nam & is Mediolani tunc aderat) fugiens, in Venetos abijt, indeque, ſequentibus ſuis in Dalmatiam venit, & ex ea prouincia ad Imperatorem ſe Byzantium contulit. hæc Procop. quæ quidem facta ſunt a Mundila Gothorum Duce fœdifrago. E

Mediolani excidium a Gothis.

Dacius quoque epiſcopus Mediolanenſis, fuga lapſus, euaſit manus cruentorum Gothorum, de quo S. Gregor. b Eiuſdem quoque inquit Principis tempore (nempe Iuſtiniani) cũ Dacius Mediolan. vrbis epiſcopus cauſa fidei exactus (id quidem ille puta-

b 3. Dialo. c. 4.

A uit quod Gothi Ariani eſſent) ad CP.nam vrbem pergeret Corinthum deuenit, vbi hoſpitatus in domo, quam dicerent homines illi infeſtam eſſe Dæmonibus, & nocte audiri immenſis perſtrepere vocibus, & variorum animalium voces imitari, exurgens ille fideliter, & exprobrans illis eorum ſuperbiam, & caſum miſerabilem, ad eius increpationes, & exprobrationes ſic immundi ſpiritus erubuerunt, & confuſi ſunt, vt nunquam amplius eam domum infeſtarint.

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 14. *Vitigis Reg.* 4.	*Iuſtino & Paulino Iun.* Coſſ.
540.	1.		Ex Actis 3. Conſ. Aurelian.

B HOc anno quinto belli Gothici, Silueriꝰ Papa in Inſula Palmaria relegatus, ęrumnis confectus, conſumptuſque inedia, 12. kal. Iul. martyr migrat in cœlum. Liberatus, Anaſt. in Pontia dicit, quæ Palmariæ eſt vicina. *Sepultus eſt*, inquit, *in eodem loco 12. Kal. Iulij ibique occurrit multitudo languentium, & ſaluantur*, ſed. ann. tres, & 4. inchoauit, ceſſauit epiſcopatus dies ſex. ex quibus colligitur verbis, Vigiliũ, Sede male occupata, deſcendiſſe, forte confiſum, fore vt per ſtudia Beliſarij, legitime eligeretur. Tum Clerus, & Senatus in magnis anguſtijs poſitus, aſſiduis conſultationibus, quid agendum ſibi eſſet diſquirebant, primumque abhorrentes ab eligendo homine tot criminibus publicè contaminatiſſimo, contra ſacros Canones, qui periculum eſſet, ne Sedem Apoſtolicam (quod nunquam antea acciderat) ſi non hæreſi, ſaltem C communicatione cum hæreticis inita, macularet, ab eius electione ſe magis, magiſq; exhibuit alienum. Contra vero, rem accuratius expendentes, manifeſte cernebant, ſi quemcunque alium eligerent ſummum Pontificem, ſcindendam mox fore eccleſiam, intruſo rurſum, per Theodoræ Imperatricis, & Beliſarij potentiam, Vigilio, qui ad ſe tuendum in Sede, ad eorum gratiam obtinendam, ſimul cum Schiſmate hæreſim induceret. Cumque præterea cognoſcerent Vigilium re vera Catholicum, ſed ambitione flagrantem, cuius cauſa ſe Theodoræ turpiſſime vndidiſſet, ſalubre conſilium inierũt, vt ipſum quoquo modo poſſent, ab Imperatrice redimerent, impẽſoque illi honore, quem cuperet; ſibiq; ita hominem vindicarent, duplicem ſe inde conſecuturos eſſe vtilitatem videntes, nempè & ab imminente Schiſmate, & ab irrepente hæreſi, eccleſiã D Rom. reddendam fore ſecuram. Sic igitur diuinitus inſpirato conſilio (vt exitus declarauit) communi ſententiæ inhærentes, more maiorum, ſolemnibus ritibus rem agentes, accipienteſque ab ipſo Vigilio Catholicæ fidei profeſſionem, una cum hæreſum, hæreticorumque omnium execratione, euehunt ipſum in Pontificium thronum, creãtque Pont. 4. Kal. Iul.

Perdiffilis conſultatio in eligendo Pontifice.

Salubri cõſilio eligit Vigilius alioqui ea Sede indigniſſimus.

Profeſſio Catholica exigitur ab eligendo in Põtificem.

Electio hæc Vigilij, improbi hominis, diuino conſilio videtur fuiſſe permiſſa, ne quis contemnendum putet, ſi quem uiderit, non meritis, ſed nomine tantum referentem Petrum, ſedere ſuper Apoſtolicam Sedem, Pontificem, memor, & vmbrę Petri, immenſam a Deo præſtitam eſſe virtutem: nam & ſi quid inane eſſe vmbra prorſus appareat, corpus tamen ipſum ſole illuſtratum oſtendit; ſicque ex diuina facta Petro promiſſione, qui vmbra tantum eius corporis, ſua imbecillitate uideri poſſent creati Pontifices, eoſdem tum non eſſe Apoſtolicæ virtutis expertes; vt euentus ſtatim, quod magis E mirandum eſt, in Vigilio declarauit, nam planè mutatus eſt in alterum virum.

Vigilius electus Pont. Ro. ſtatim mutatur in alterũ virũ.

Hoc igitur anno, ſimulac de legitima electione Vigilij Conſtantinop. nuncius perlatus eſt, Imperator Legatum Romam ad Vigilium Papam mittit, Dominicum Patricium V. C. eique ad eundem litteras dat, fideique Catholicæ confeſſionem adijcit, præſtitit idipſum obſequium & Mennas. non extant illæ quidem litteræ, ſed ex redditis a Vigilio, ſatis conſtant. in quibus, prædeceſſoribus ſuis inhærens, pronunciauit anathema in hæreticos, & nominatim in Anthimum & ſocios, quos omnes æque damnat. De priuilegijs Eccl. Rom. non minuendis monet Iuſtinianum, & ſecreta quædam Legato committit. Hæc omnia Vigilius diſſertiſſime contra hæreticos, omnem

A ſpem adimẽs Theodoræ Auguſtę, nihil veritus eius inſidias, & Beliſarium, ad eius nutum armatum. Sed fidei Catholicæ cauſa, vitam ipſam, ſi opus eſſet, prodigendam: ex Petra, velut grandi miraculo, petræ ſoliditate percepta, iam firmiter conceperat.

TERTIVM CONCILIVM AVRELIANENSE anno 26. Childeberti Reg. Francorum, Cõſulatu Paulini Iunioris, celebratum, (cui addendus Iuſtinus ex Faſtis) viginti quinque Epiſcoporum, ſanctitate inſignium. triginta duo canones in eo ſanciti; in quibus 29. de Iudæis. *Quia Deo propitio ſub Catholicorum Regum dominatione viuimus, Iudæi a die cœnæ Domini, vſq; ad ſecundã Sabbati in Paſcha, hoc eſt ipſo quatriduo, procedere inter Chriſtianos, neque Catholicis populis ſe vllo modo, vel quacunque occaſione miſcere præſumant.* cui acceſſit edictum ipſius Regis, quod citatur in Concilio Matiſconenſi primo cap. 14. *Secundum edictum bonæ recordaturus Domini Childeberti Regis per plateas aut forum* (illo quatriduo ſcilicet) *quaſi inſultationis cauſa deambulandi licentia denegetur. Et vt reuerentiam cunctis Sacerdotibus Domini, uel Clericis impendant, nec ante Sacerdotes, conſeſſum, niſi ordinati, habere præſumant. Qui hoc facere fortaſſe præſumpſerit a Iudicibus locorum* (*prout perſona fuerit*) *diſtringatur.* Sed & memoria dignum illud in hoc eodem Concilio ſtatutum eſſe conſtat can. 31. *vt Clericus, cuiuslibet gradus, ſine Pontificis ſui permiſſu, nullum ad ſeculare Iudicium præſumat attrahere, neque Laico, inconſulto Sacerdote, Clericum in ſæculari iudicio liceat exhibere.* B

Can. de Iudæis, vt quatriduo a publico abſtineant.

Clericorũ immunitas.

Atque hęc quidem illi PP. haud dubie annuentibus ipſis Francorum Regibus, quibus cum fide Catholica immunitas Eccleſiaſtica cordi erat.

S. Albinus Andegauẽſ.

Quod autem, vna cum alijs, huic Synodo S. Albinus Epiſcopus Andegauenſis interfuiſſe reperiatur, vir, ob egregiam ſanctitatem vbique ſpectatus: quid ipſi acciderit, cum noluit excommunicato benedictionem impertiri, eius uitæ Acta declarant. in quibus, inter alia, hæc leguntur. C

Apud Sur. 1. Mart.

Præter labores reliquos, etiam per Synodos, pro ipſa cauſa (inceſtarum ſcilicet nuptiarum, quarum auctores damnauerat) ſæpius excitatus, excurrens, ad poſtremũ complurium Epiſcoporum iniunctione, vt excommunicatas a ſe perſonas abſolueret, ui fratrum coactus eſt. Et cum rogaretur, vt Eulogias, quas reliqui Antiſtites ad perſonam, communione ſuſpenſam, dirigentes, benedicerent, & ipſe ſignaret; ait ad Sacerdotale Concilium: etſi ad imperium veſtrum ego ſignare compellor, dum vos cauſam Dei recuſatis defendere, ipſe potens eſt vindicare. Quo facto, antequam Eulogias, excommunicata perſona, ſuſciperet, expirauit, & priuſquam portitor perueniſſet, ſermo Sacerdotis obtinuit. Qui ad B. Cæſarium Arelatenſem Præſulem, pro eadem cauſa conſulturus occurrit. hæc Acta. Eſt enim ad hæc ſpectans, eiuſdem Concilij Aurelian. can. 10. de inceſtis coniunctionibus. D

Iniurioſus eps Turon. a lib. 4. c. 2.

Libere & vere dictũ epi ad Regẽ Eccleſiaſtica appetẽtem.

Interfuit & Iniurioſus Turonenſis Epiſcopus, magni nominis, de cuius, in redarguendis Regibus, conſtantia & libertate, hęc habet memoria digna S. Gregorius eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, de Geſt. Franc.[a] Clotharius Rex indixerat, ut omnes Eccleſię Regni ſui tertiam partem fructuum fiſco ſoluerent. Quod cum, licet inuiti ſancti Epiſcopi conſenſiſſent, atq. ſubſcripſiſſent, viriliter hoc B. Iniurioſus reſpuẽs, ſubſcribere dedignatus eſt, dicens *ſi uolueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet: quia iniquum eſt vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum ſtipe tua horrea repleantur. Et iratus contra Regem, nec vale dicens, abſceſſit.* Tunc commotus Rex, timens etiam virtutem S. Martini, miſit poſt eum, muneribus ueniam petens, & hoc quod fecerat, damnans, ſimulque rogans vt per virtutem B. Martini Antiſtitis, exoraret. hæc Gregor. qui, & de alijs ab eodem pie ſancteque factis, inferius meminit.[b] E

b cap. 31.

c lib. 3. c. 28. Diſſidentes fratres p matris pces, ex miraculo cõciliãtur.

Childebertus Rex, cum Patruele Theodoberto, in fratrẽ Clotharium inſurgit, ſed Chrotilde matre ſatagente apud Deum, pernoctãs ad Sepulcrum B. Martini, (inquit Gregorius[c] de Geſt. Franc.) ne inter fratres fieret ciuile bellum, horrenda tempeſtate coerciti, cum ſuper Lotharium ne ſignum quidem apparuerit horroris huiuſcemodi, reddunt ſe fraternæ paci. Sigebertus.

Theodobertus Rex Francorum, cum ferre non poſſet Iuſtinianum uſurpare nomen

A FRANCICI, quaſi eorum debellator, quos ne attigiſſet quidem, magno animo inuadens Italiam, magnum in Picenum vſque duxit exercitum, qui lue exagitatus, admodumque debilitatus, re infecta, redire ad propria cogitur. Agath. hiſt. 1. qui vindicat eos à Procopij calumnia, dum de illis ſic ſcribit.

Sūt quippe hi omnes Chriſtiani et rectiſſimæ, inter cæteros, opinionis, habēt præterea per ciuitates Antiſtites, Sacerdoteſque: feſtos inſuper, haud ſecus, ac ipſi nos, peragūt dies. Et ſane hi mihi, & ſi cetera barbari, moribus tamen uidentur, quam optimis præditi, et maximum in modum ſimiles, nec quidque habere, quod a nobis hos faciat alienos, præter ueſtitus barbariem, & uocis innatæ ſonumque linguæ. Quos quidem cum ob eorum uirtutes, tū ob in cæteros æquitatē, interque ſe concordiam, mirum in modū admiratione ac laudibus proſequor. hæc Agath. Hoc 14. Iuſtiniani & belli Gothici quinto anno, diuino fauore, nulla ducum virtute, Rauenna ciuitas ipſeque Vitiges Rex Beliſario deditur. Pro-
B cop. latius. Pauci Gothi Regem ſibi deligunt Theodobaldum.

Rauēna, & Vitiges Rex Goth. ſe dedunt Beliſario.

Res Orientales magnam inclinationem accipiunt, & in Syria funditus pereunt. Coſrhoes enim Rex Perſarum, rupto fœdere, Romanum, nullo aduerſante, inuadit Imperium, & per Meſopotamiam deſcendens in Syriam omnia vaſtat, pluribus vrbibus captis, etiam Antiochia internecioni tradita; cum Antiochenæ duæ, ex clarioribus feminis, ne quid indecens paterentur a Perſis, ſeſe ſponte in Orontem fluuium demerſere. qua vrbe incenſa, vix parcitum eſt Eccleſiæ, pretio redemptæ, ad preces Legatorum, quam tamen prius expilauerat. Huius autem Antiochenæ horrendæ cladis tempore, accidiſſe credi poteſt, ut inde Romam translatum fuerit corpus S. Ignatij eiuſdem ciuitatis Epiſcopi. hæc pęna diuinitus inflicta, ob tot monſtra hæreſum quæ aluit Oriens, Neſtorianorum, Eutychianorum, & aliorum. At quis tandem belli finis? Ma-
C gna ignominia, cum Coſrhoe hoc tranſactum per Legatos eſt, perſolutis quinquaginta millibus nummum, & pactis, tributi nomine, alijs totidem, in ſingulos annos, ſicque pax conſtituta. Procop. itemque Euagrius, (qui puer præſens affuit.)[a] refert de Apamenſibus, exercitum Perſarum aduenientem pertimeſcentibus, rogantibuſque Epiſcopum ſuum Thomam, ut lignum Crucis, cubitali magnitudine, quod apud ſe habebant, illis ad venerandum oſtentaret, cum ille ſublatum in altum circumferret, ingentem flammam ignis ſplendentis, non ardentis, de loco ad locum conſecutam, quæ res ſalutem, quæ poſtea Apamenſibus contigit, ſignificauit. De quo Thoma refert idem Euagr. eum non recuſaſſe ſpectare certamen equorum in Circo una cū Rege Coſrhoe, (licet hoc eccleſiæ Canon vetaret) quo omnibus modis Regis furorē molliret. Cui & percontanti an ſe libenter in ſua ciuitate viſurus eſſet, libere negauit, cu-
D ius admiratus Rex liberam uocem, in honore habuit.

a l. 4. c. 25.

Prodigiūm.

Vides vt omnia proſpera Iuſtiniano, antequam in Siluerium violentæ manus inijcerentur, ceſſerint, poſt vero violato Chriſto Domini, vt omnia retro prolapſa ſint, maxime in Oriente, vbi ipſe degebat.

In Africa hoc anno male pugnatū cū Mauris, pcipuo Romano Duce interfecto. Procop. In quo prælio, miles quidam, cum barbarum in ſe haſtam vibrantem intueretur, & ſe Deo commendans, uitam in Eremo ſolitariam promitteret, ſi ſaluaretur, repente barbaro illo euaneſcente, & ille, inquit quidam Patrum, uenit in hanc Lauram Lepatham, manſitquè in ſpelunca, Dei protegente gratia, annis triginta quinque[b].

b Pr. ſpirit. c. 20.

E *Chriſti Ann.* 541. | *Vigilij Pap.* 2. | *Iuſtiniani Imp.* 15. *Theodobaldi Reg.* 1. | *Baſilio Iun. ſine collega Conſ.*

Nec poſt amplius Conſules additi Faſtis, licèt non omnino deſierint, ſed Chronologia ad annos Imperatorum redacta, quibus adnexus ſemper ſit Conſulatus, Inuidioſe quidem hoc conſtituit Iuſtinianus,[a] an quod maluerit proprio, quam alieno nomine tempora notari: an quod immoderatos ſumptus in ingreſſu Conſulatus fieri ſolitos, tollere uoluit: an Triboniano adſcribendum, quod ampliſſimam dignitatem, quam ipſe Ethnicus conſequi non poterat, alijs inuidit?

a Nou. 105. de Coſſ. & Auth. de Coſſ. col. 4. tit. 3.

A HOc anno ſexto belli Gothici, ſuſpenſis adhuc & dubijs rebus, Beliſarius ob ingentem ſibi partam gloriam, Rauenna & Vitige Rege in poteſtatem redacto, ab æmulis paſſus inuidiam, in ſuſpicionemque adductus affectatæ tyrannidis CP.im re uocatur, quo, cũ Vitige Gothorumq; optimatibus cũ Theobaldi tũc regnantis liberis, pecuniaque omni, & regia pretioſaque cætera ſupellectile deuectis, venit, Ildigere, Valeriano, Martino, & Herodiano Pręfectis ſequẽtibus ingẽti cũ gloria & nominis celebritate, nec tamẽ triũphare permiſſus. ex Procopio, qui ei⁹ laudes ſanè egregias, li. 3. belli Gothici perſequitur, ſanè cuiuis Duci exercitus maxime æmulandas, vigilantiã, ſobrietatem, continentiã, magnificentiam in milites, indulgentiam, & prouidẽtiam in agricultores & agreſtes homines, & alios planè inter feliciſſimos Duces numerãdus, niſi impiæ Theodorę A. nimis obſequens, eius cauſa impia in Pont. max. attentaſſet.

Beliſarius Tyrannidis ſuſpectus re uocatur.

B In Prouincia Byzacena Africę celebratum eſt hoc anno Concilium, ex quo Legatio miſſa eſt ad Iuſtinianum Imperatorem. Conſtat ex eius Reſcripto ad Dacianum Metropolitanum. Datum prid. Non. Octob. CP.li Imperij D.N. Iuſtin. 15. Alterum extat ad eundem, datum anno ſequenti; in quo de antiquitate ſeruanda, nec nouis priuilegijs vſurpandis, multa b. *Nos tutores tantum ſumus uetuſtatis & uindices. Nec deerit Eccleſiaſtica vindicta uel noſtra in eos, qui aut ambitioſa ſuperbia, aut ſubreptitijs poſtulationibus antiquitatem temeraſſe docebũtur. Quoniam ad diuinitatis tendit iniuriam qui SS. Patrum conſtituta contemnere, aut uiolare non metuit*, &c.

b In collect. Iul. prope finem.

Aliam hoc anno, edidit Conſtitutionem menſe Februarij c hoc tit. De ſanctiſſimis Epiſcopis ac Deo amabilibus, & Romanis Clericis & Monachis: qua Imperator agit ſe vindicem Canonum, quos cum videret aliquando conculcari ab illis, qui minus deberent, Epiſcopis ſcilicet, in illos commotus, tranſiens ſuos terminos, Præfectos iubet accurrere Prouinciarum, qui eiuſmodi Epiſcopos coercerent; eius generis fuit Cõſtitutio, quam hoc anno ipſis kalen. Febr. edidit de Appellationibus. d Vt ſcilicet Epiſcoporum iudicia per Pręfectos uoluerit exerceri, & ab ipſis ad maiores appellare Pręfectos: & ſi opus eſſet ab ipſis ad Imperatorem prouocare. Itaq; dum ſe Canonum vindicem præfert, Canones ipſe conculcat. non enim ſęcularium eſt iudicare cauſas Eccleſiaſticorum, ſed Epiſcoporum & Synodorum, & ſi ſit ab his appellãdum, non ad Imp. ſed ad maiores Sedes, ac denique ad ipſum Romanum Pontificem, recurrendum, docent Sanctorum PP. regulæ, Traditio oſtendit, vſuſque probauit. Porrò hæc ipſa uidentur eſſe ab eodem Imperatore correcta, ſiquidem nulla eius Sanctio reperitur, qua Epiſcoporum cauſas a Præfectis cognoſci voluerit, & ab ijs ad alios item ſeculares iudices appellari. C

c Nou. 137. edit. Godofr. apud Oleand. vero 123.
d Nou. 115.

Dũ Iuſtin. vindicare vult canones, conculcat canones

Aliam ipſis Kal. Maij 44. diſtinctam capitibus. D

De ordinatione Epiſcoporum, cap. 1.

De accuſationibus Epiſcoporum, cap. 2.

De Epiſcopis qui ante ordinationem, Eccleſiæ res ſuas obtulerint. Et quid pro Cathedratico dari conueniat, cap. 3.

Vt Epiſcopatus a ſeruili, & aſcriptitia fortuna hominem liberet, cap. 4.

De Presbyt. & Diaconis, & Subdiac. cognationis iure ad tutelam, uel curam uocatis, cap. 5.

Vt Clericis a muneribus perſonalibus & negotijs ſæcularibus abſtineant, capitulum 6.

Ne Epiſcopus dicendi teſtimonij cauſa euocetur, cap. 7.

Ne propter quamlibet cauſam Epiſcopus ad ſæcularem iudicem trahatur, cap. 8. E

Ne Epiſcopi proprias Eccleſias relinquant, cap. 9.

Vt Archiepiſcopi & Patriarchæ ſæpius in annis ſingulis Concilia, & Synodos celebrent, cap. 10.

Ne quis ante cauſæ exitum excommunicetur, cap. 11.

Quales eſſe debeant, qui in Clericos ordinantur, cap. 12.

De ætate Presbyterorum, & cęterorum Clericorum, cap. 13.

De vxoribus Clericorum, ne videlicet Diaconus, vel Subdiaconus quis ordinetur, niſi antea pollicitus ſit, abſque vxore, continentem vitam ducere, c. 14.

Quibus

A Quibus cauſis Curiales Clerici ordinari poſſint c.15.
Vt ordinationes gratis fiant c.16.
Quomodo ſeruus ordinari poſſit, aut aſcriptitius c.17.
De ædificationibus Eccleſiarum c.18.
Vt omnes Clerici res ſuas in ſua poteſtate habeant c.19.
Quibus pœnis ſubijciantur Clerici, qui falſum tulerint teſtimonium c. 20.
Vt Clerici apud proprium conueniantur Epiſcopum c.21.
Vt Epiſcopi apud proprium conueniantur Metropolitanum c.22.
Vt Oeconomi & ſimiles apud proprium Epiſcopum conueniantur c.23.
Vt Epiſcopi, illic, vbi deliquerint, conueniantur c.24.
De Apocriſarijs c.25.
B Ne Epiſcopi, legationis nomine conueniantur c.26.
Vt Monachi, per Procuratorem ſe defendant, & de quantitate ſportularum c.27.
De modo ſportularum in perſona Clericorum c.28.
Ne Clerici mulieres ſuper inductas in proprijs domibus habeant c.29.
De Diaconiſſis c.30.
De his qui in Eccleſia Epiſcopo, vel alijs Clericis iniuriam inferunt c.31.
Ne Laici faciant Litanias, ſine Epiſcopo & Clericis & Crucibus c.32.
De Monaſterijs & Monachis c.33.
Vt Abbas non tam antiquitate, quam bona æſtimatione cenſendus ſit, & eligendus c.34.
De Monachis non ſtatim veſtiendis c.35.
C Vt Monachi in uno Conclaui habitent c.36.
Conditionem nuptiarum vel liberorum non extare, ſi quis Monaſterium ingrediatur c.37.
Vt qui Monaſteria ingrediuntur ſe, ſuaque dedicent Monaſterio. c.38.
Vt ſolutis ſponſalibus per Monaſterij ingreſſum, ſimplæ tantum Arrhæ reddanrur c.39.
Si Vir aut Vxor ingrediatur Monaſterium c.40.
Non licere parentibus exhęredare filios, qui ingrediuntur Monaſteria, velut ingratos c.41.
De Monacho Monaſterium deſerente c.42.
De raptoribus Sanctimonialium c.43.
Ne liceat Laicis, & Scenicis vti Monachi Schemate c.44.

D Eodem menſe aliam, cuius hoc eſt exordium. De regulis Eccleſiaſticis, & priuilegijs, alijſque capitulis ad Sacroſanctas Eccleſias & reliquias, venerabiles domos, præſentem proferimus legem [a] Moxque de quatuor Synodis ſancit. Prædictarum, inquit, quatuor Synodorum dogmata ſicut ſanctas ſcripturas accipimus, & Regulas, ſicut leges obſeruamus. Et de Sede CP.na vt primum locum teneret, poſt Romanam ita conſtituit. *Ideoque ſancimus, ſecundum earum definitiones, Sanctiſſimum Senioris Romæ Papam primum eſſe omnium Sacerdotum, Beatiſſimum autem Archiepiſcopum CP.li nouæ Romæ ſecundum habere locum poſt Sanctam Apoſtolicam Senioris Romæ ſedem, alijs autem omnibus ſedibus præponatur.* [a] Nou.131

E Atque hoc quidem contra definitiones Patrum, nam cum ex CP.no & Chalcedon. vendicare id ſibi conatus eſſet Epiſcopus CP.nus aduerſatus eſt S. Leo Papa, volens rata, & firma eſſe, quæ Concilio Nicæno, de ſedibus Metropolitanis & Patriarchalibus, ſtatuta eſſent. Subijcit his de alijs plurimis ad Eccleſias & pia loca pertinentibus. Vbi notandum obiter fieri mentionem ab Imperatore celeberrimi hoſpitalis marię ſanſo, ſeu potius (vt Contius legendum magis putat) celeberrimæ memoriæ Sanſonis, de quo Procop. lib. 1. de ædif. Iuſtin. Erat hoſpitale, inquit in quo recipiebantur languidi & infirmi, ſuperioribus annis, a religioſo quodam viro, cui Sanſon nomen erat, extructum; reſtabant quædam veſtigia, neque gregarijs militibus ſatis commoda: cetera perierant, vna cum templo exuſta & collapſa. Inſtaurauit illud nobile Hoſpitale Iuſtinianus, ſtructura ſplendidiore magnificentius, & manſiorum multitudi- Hoſpitale Sanſonis reſtauratur a Iuſtiniano.

ne

ne multo amplius hæc Procop. ex quibus corrigendus auctor Vitæ Sanſonis ſcribens erectum, non reſtitutum, cuius, & tempore eundem Sanſonem vixiſſe putauit & Cedrenus, qui penultimo anno Iuſtiniani ponit idem xenodochium conflagraſſe. Celebris eſt Sanſonis huius memoria 21. Iunij apud Græcos, & Latinos. A

Noua Cõſtitutione antiquauit priuilegium conceſſum Eccleſiæ Romanæ, centum annorum præſcriptionis, quod videlicet eſſet litium Seminarium, ſatis fore exiſtimãs 40. annorum periodum, vt Eccleſia, ſua ſibi valeat vindicare.

Item, qui aduerſus Samaritanos Chriſtianorum hoſtes, leges ſcripſerat, monitus a Sergio Epiſcopo Cæſarienſi, qui eos ad meliorem frugem reſtitutos, fidem fecit; noua edita Sanctione, pœnas in eos ſancitas antiquat.

Nou. 129. col. 321.

Aduerſus hæreticos quoque, hoc anno, edidit ſanctiones. a Ne priuilegijs datis fruerentur hæreticæ fęminæ. b Vt hæretici omnes velut ingrati à parentibus eſſent exhæredandi, Catholicis tantum filijs ab eis hæredibus inſtitutis. B

a Nou. 132 Auth. col. 9 ti. 12. Nou. 109. b 115.

Anno 15. Iuſtiniani Imperatoris, Adadus Auximitarum Rex bellum illaturus Damiano Hæbreo Regi, quod negotiatores Chriſtianos interfeciſſet, vouit ſe Chriſtianum fore, ſi Homeritas (quibus ille imperabat) uiciſſet. Et quidem commiſſo prælio vicit eos, auxiliante Deo, uictumque Regem eorum Damianum in poteſtatem redegit potituſque eſt Regno, & Regia. Itaque Deo gratias agens miſit ad Iuſtinianum, ab eo ſibi Epiſcopos mitti petẽs, Ita tota regio Chriſti fidem amplexata eſt, Cedrenus. Miſcella refert in ſequentem annum, paulo fuſius explicata.

Auximitæ Chriſtiani fiunt.

Hoc eodem anno a Gordiano ponitur conſumatum Martyrium Sanctorum Placidi & ſociorum in Sicilia a Pyratis illatum, & quidem antiquiores Eccleſiæ tabulæ titulo martyrij eos adſcriptos habent, die 5. Octobr. quo eorum anniuerſaria memoria celebratur; tamen ab auctore, qui ſub nomine Gordiani eam conſcripſit hiſtoriam; multis ipſa reperitur erroribus deprauata ut quod habet, hos affectos martyrio a Mamuca Duce, eodemque Agareno Pyrata miſſo ab Abdala Agarenorum Rege, in Hiſpania regnante; cum tum non Abdala, ſed Theudis regnaret in Hiſpan. non Agarenus, ſed Gothus. C

SS. MM. Placidus, & Socij. Eorũ hiſt. deprauata.

Eiuſdem quoque ſunt generis Epiſtolæ apud Leonem Oſtienſem, in Appendice Chronici Caſſinenſis, extant ibi ſuppoſitæ Epiſtolæ nomine Iuſtiniani & Theodorę ad Placidum Nepotem ſuum; & falſum eiuſdem Iuſtiniani priuilegium, quod multipliciter probari poteſt. Non indigent ſancti his mendacijs, & ementitis nobilitatis titulis.

D

Aruernenſe Concilium.

ARuernis in Gallia celebratur Concilium anno 27. Theodoberti Regis, cui etſi pauci numero, meritis tamen excelſi quindecim interfuerunt Epiſcopi, quorũ nonnulli egregia claruerunt ſanctitate.

Preerat Aruernenſi Eccleſię ille, magni nominis, Gallus, ſanctitate conſpicuus, tenuitque in ſeſſione ſecundum locum, idemque haud imparis meriti S. Auiti ſucceſſor quem eundem Gallum patruum ſuum fuiſſe Gregor. Turonenſ. gloriatur c de quo etiã complura admiratione quidem digna conſcripſit, ex quibus unum breuiter accipe.

S. Gallus Aruer. Epiſcopus: c 2. de Glo. mart. c. 23.

Cum Aruernenſis ciuitas maximo incendio cremaretur, & hoc ſanctus comperiſſet, ingreſſus Eccleſiam diutiſſime Dominum ante Sanctum Altare cum lacrymis exorauit: ſurgenſque Euangelijs compręhenſis, apertiſque obuiam ſe igni obtulit; quo obtemperante, protinus ad aſpectum eius ita omne incendium eſt extinctum, ut nec fauillę quidem in eo, ignis remanſiſſent. E

Miraculum

Tertius ponitur ordine Gregorius Lingonenſis Epiſcopus ęque ſanctitate clarus, qui cum interfuerit Concilio Epaunenſi, dicendum eſt creatum fuiſſe Epiſcopum anno Domini 509. & cum 32. annos ſederit, ex epitaphio eius ſcripto a Fortunato d dicendum eſt pariter hoc anno viuere deſijſſe, cui ſuffectus eſt S. Tetricus.

S. Gregor. Lingo. Epiſcopus. d li. 4. Car.

Quar-

A Quarto loco ſubſcribitur Hilarius Epiſcopus Gabalitanus, qui & ipſe ſanctitate inſignis 25. Octob. in Eccleſia colitur, quo a terrenis ad ſuperna fuit euocatus. Hunc ſequitur ordine Ruricius Epiſcopus Lemouicenſis, quem præter egregiam morum præſtantiam, auita etiam nobilitas, qua Anicianæ familiæ iunctus erat, reddidit clariorem, de quo Fortunatus, inter cætera carmina Epitaphij, hæc habet. S. Hilarius Gabal. Eps. S. Ruricius Lemouicen. Epiſcopus.

Hic ſacra Pontificum toto radiantia mundo
Membra ſepulchra tegunt, Spiritus aſtra colit.
Ruricij, gemini flores, quibus Aniciorum
Iuncta parentali culmine Roma fuit.
B *Accumulante gradus prænomine ſanguine nexi,*
Exultant pariter hinc auus inde nepos

Quem Seniorem Ruricium virum doctrina inſignem non alium puta quæ eum, ad quem plures extant Sidonij Epiſtolæ [a] ſubdit Fortunatus. a 16. lib. 4. 15. lib. 5. ep. 10. lib. 8.

Tempore quiſque ſuo fundans pia templa patrono,
Hic Auguſtini condidit, ille Petri &c.

C Sed & qui hunc in ſubſcriptione, ſubſequitur Nicetius Epiſcopus Treuerenſis, & ipſe his temporibus Gallias ſanctitate & miraculis illuſtrauit, relatuſque inter ſanctos iugi memoria in Eccleſia perſeuerat. Scripſit autem præclaras ab eo res geſtas Greg. Turon. cuius opera factum, vt Theodebertus Rex ad meliorem frugem conuerteretur. Qui verò nonus ordine recenſetur, Flauius eſt, Remenſis Epiſcopus. Non igitur S. Remigius eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus peruenit ad A. D. 545. cum & hunc Flauium præceſſiſſe ponatur Romanus, eiuſdem S. Remigij primus ſucceſſor, inualuit ea opinio, quod Greg. Turon. de glor. conf. [b] ait, exceſſiſſe annos 70. & amplius; & Hincmarus 74. cum creatus habeatur Epiſcopus Ann. Dom. 471. Sed Acta Synodalia maiorem ſibi vindicant fidem, ex quibus liquet ne ad annum quidem 70. perueniſſe. S. Nicetius Treuerenſ. Epiſcopus. Flauius Remenſ. Eps. b c. 79.

Qui vero penultimo loco ſcriptus ponitur. Deſideratus Epiſcopus Virdunenſis, ipſe eſt de quo plura Greg. Turon. habet de Geſt. Fr. [c] & inter alia, quod cum a Theo-
D dorico Rege omnibus ſuis bonis ſpoliatus eſſet, ac poſt multa exitia (an exilia) damna & ærumnas, ad libertatem propriam & Epiſcopatum ſuum Virdunenſem redijſſet, videns habitatores eius vrbis valde pauperes, & deſtitutos, commotus fama beneficentiæ Theodeberti Regis, rogauit eum, vt pecuniam ad negotiandum ſuis ciuibus præſtaret, reddendam, cum vſuris legitimis. Tunc illum pietate commotum, ſeptem millia aureorum præſtitiſſe, quibus inter ciues diſtributis, illi diuites effecti ſunt, & cum debitam pecuniam Theodeberto reſtitueret, eum recuſaſſe ſatis ſibi eſſe dicentem ſi eius ciues per ſuam largitatem eſſent releuati. Cum autem eiuſdem Theodorici Regis tempore illud iniquum germen cœpiſſet pullulare, inquit Gregorius in vita S. Galli, vt ſacerdotium aut venderetur a Regibus, aut compararetur a Clericis, aduerſus hunc, & huiuſmodi abuſus, aliquot canones hi Patres, conſentiente Theodeberto
E ſtatuerunt; & alios, pro Eccleſiaſtica diſciplina conſeruanda. Deſiderat⁹ Virdunenſ. Epiſcopus. c lib. 3. c. 34

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtin. Imp. 16.*	*Poſt Conſul.*
542.	3.	*Totilæ Reg. 1.*	*Baſilij.*

SEptimus hic annus belli Gothici, quo, occiſo Theodebaldo Rege, & paucos poſt menſes etiam Ararico; Totilas, Theodebaldi nepos, in flagellum Græcorum in Occidente dominatium, euehitur in regnum, qui hoc ipſo anno non amplius, quam quin

que

A

que millium Græcorum collecto exercitu, bis, collatis ſignis, ad Fauentiam in Æmilia primum, inde apud Florentiam, in Tuſcia, Romanorum exercitum ſuperauit. Procop. Antiochia ab Imperatore Iuſtiniano reſtituitur. Vbi etiam, Dei genetrici ingens templum dedicauit, cuius ſplendorem, & magnificentiam oratione æquare impoſſibile eſt, ait Procopius. Præterea Michaeli Archangelo magnam admodum ædem conſecrauit, addit de Noſocomijs, Xenodochijs, &c. Procop. de ædif. 2.

Childebertus, & Clotharius Francorum Reges, in Hiſpaniam, ducto exercitu, victores Cæſarauguſtam vſque perueniunt, eamque obſident, de tempore fidem facit Sigebertus: Childebertus quidem maxime pius, conſulto S. Euſichio Eremita, reſponſum de victoria lætus accepit, & nihilominus Baſilicam vouit. (ex Greg.) & aliam, ſi interceſſione B. Auiti, in ſuum regnum rediret. ex ſcript. Vitæ apud Sur. 17. Iun. ciues ad pœnitentiam, & preces conuerſi, circumlata etiam per muros B. Vincentij Martyris tunica, cum pſalmodia, diuinam opem implorant, quo, hoſtes cognito, obſidione ſoluta, cum magnis ſpolijs in Gallias redeunt. Ex Greg. 3. de Geſt. Fr. c. 29. qui videtur hęc referre ad tempora Amalarici, cum tamen regnaret tum in Hiſpania Theudis. Addit Aimoinus[a] in Fr. hiſt. eoſdem Reges accito epiſcopo, in redemptionem obſidionis, tunicam B. Vincentij petijſſe, & obtinuiſſe, qui & ipſe in eo fallitur, dum ait hæc facta ſub Germano Pariſienſi epiſcopo, qui longe poſt ſedit. Porro non tunicam tantum S. Martyris, ſed & alias ſacras ſanctorum reliquias conſtat acceptas, de quibus poſt, cum eas honorificè, erecto templo, condidit. Apud tamen Chron. Iſidori, hæc leguntur. Iſte (Theudes) Francorum Reges quinque Cæſarauguſtam obſidentes, omnemque Tarraconenſem prouinciam bello depopulantes, miſſo Duce Theudiſco, fortiter debellauit, atque a regno ſuo) non pace, ſed armis exire coegit quæ cum aduerſentur veteribus hiſtoricis, nec probabilia ſint, qui ſunt enim hi quinque Reges? ab alio potius appoſita ad Iſidorum, quam eum mentitum eſſe, affirmandum eſt.

B

a lib. 2. c. 19

C

Chriſti Annus	*Vigilij Pap.*	*Iuſtin. Imp.* 17. / *Totilæ Reg.* 2.	*Poſt Baſilij Conſ.* 2.[s]
543.	4.		

TOtilas, hoc ſuo ſecundo anno, Campania potitur. Quid autem ei acciderit, cum Romam verſus proficiſceretur, vbi Narniam venit, narrat S. Greg.[b] quod ſcilicet Caſſiũ Narnienſẽ epiſcopũ occurrentẽ, cui ex cõſperſione ſemper facies rubere cõſueuerat, putans quod ebrius, ex potatione, eſſet, deſpexit; *at Deus, vt oſtenderet, quẽ deſpexiſſet, permiſit ſpatharium eius, coram omni exercitu, occupari, & crudeliter a maligno ſpiritu vexari. Qui cum, ante Regis oculos, ad venerandum virum Caſſium fuiſſet adductus: hunc ab eo vir Domini, oratione facta, ſigno crucis, expulit, Qui in eum ingredi vlterius non præſumpſit, ſicque factum eſt, vt Rex barbarus ſeruum Dei ab illo iam die veneraretur ex corde, quem deſpectum valde iudicauit ex facie.*

D

b 3. Dialo. cap. 6.

S. Caſſius Narnienſ. epiſcopus, a Rege deſpectus, a Deo honoratur, cum Dęmoniacum liberaſſet.

Narnia, progredienti Totilæ ad Vtriculanam vrbem, Fulgentius epiſcopus, Regi, quem ſibi, ſciebat in fenſum, per Clericos, Xenia miſit, vt eum mitigare tentaret: *quẽ, vt ille vidit, ſpreuit & militibus mandauit vt eum ſub omni aſperitate conſtringerent, eiuſque examini ſeruarent, quem feroces Gothi corripientes, circulo in terra deſignato incluſum ſtare præceperunt, cumque vir Dei in ſole nimio æſtuaret repente coruſcationes tonitrua, & tanta vis pluuiæ erupit, vt qui eum cuſtodiendum acceperant, immenſitatẽ pluuiæ ferre non poſſent, cum tamen intra circulum in quo ille circumcluſus eſſet, ne una quidem gutta deſcenderet, quod cum Regi crudeliſſimo nunciatum eſſet, ad magnam eius reuerentiam verſus eſt.* ex Greg.[c] & ibidem[d] aliud quod mirabile narrat, *fuit*, inquit, *quidam in Campaniæ partibus, intra* 40. *Romanæ vrbis milliarium, nomine Benedictus, equidem ætate iuuenis, ſed morib. grandæuus, & in ſanctæ conuerſationis regula ſe fortiter ſtringens. Quem Totilæ Regis tempore, cum Gothi reperiſſent, hunc incendere cũ ſua cella moliti ſunt, ignem namque poſuerunt, ſed in circuitu arſerunt omnia, cella vero eius, igne comburi non potuit. Quod videntes Gothi magiſque ſæuientes, atque hunc ex ſuo habitaculo trahentes, non longe aſpexerunt ſuccenſum Clibanum, qui coquendis*

E

c Dialo. 3. c. 12.

d cap. 18.

Virum de Monacho Benedicto. Iun.

pani-

panibus parabatur, eumque in illo proiecerunt, clibanumque clauſerunt, ſed die altero
ita illęſus inuentus eſt, vt nō ſolum eius caro ab ignibus, ſed neque extrema vllo modo
A *veſtimenta cremarentur.*

Ingens fama ſanctitatis, & miraculorum Benedicti ſenioris etiam trucem barba-
rum Totilam in ſummum verticem Caſſini Montis attraxit, & ad explorandum, an,
quod audierat, haberet prophetiæ ſpiritum, cùm præmiſiſſet, qui nunciaret ſe ventu-
rum, ornatu, & comitatu ſuo ſubmiſit ſpatharium ſuum Quem venientem conſpiciēs
ſanctus vir, cum iam ab eo audiri potuiſſet, clamauit dicens. PONE FILI, PONE
HOC QVOD PORTAS, NON EST TVVM. Qui protinus in terrā cecidit,
& quia tanto viro, illudere præſumpſiſſet, expauit, omneſque pariter, qui cū eo vene
rant, terræ conſternati ſunt. Surgentes autem ad eum appropinquare minimè præ-
B ſumpſerunt, ſed ad ſuū Regem reuerſi nunciauerunt trepidi, in quanta velocitate fue-
rint deprehenſi. *Tunc per ſe idem Totila ad Dei hominem acceſsit, quem cum longe*
ſedentem cerneret, non auſus accedere, ſeſe in terram dedit, cui cum vir Dei bis, terue
diceret, ſurge: ſed ipſe ante eū de terra erigere ſe non auderet, Benedictus Ieſu Chriſti
famulus perſemet ipsū dignatus eſt accedere ad Regem, proſtratumque de terra leua
uit, & de ſuis actibus increpauit, atque in paucis ſermonibus, cūcta quæ illi erant uen
tura prænūciauit, dicens, Multa mala facis, multa mala feciſti: iā aliquando ab iniqui
tate cōquieſce. Equidē Romām ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouē annis regnans,
decimo morieris. Quibus auditis Rex vehemēter territus, oratione petita receſſit, atq;
ex illo iam tempore minus crudelis fuit, & non multo poſt Romā adijt, ad Siciliam
perrexit, anno aūt Regni ſui decimo, omnipotentis Dei Iudicio, regnum cū vita per-
C didit, hæc ex S. Greg. a. & ſubdit idem S. Greg de epiſcopo Canuſino ventitante ad
Dei famulum, & aliquando dicente, *Per hunc Regem* (Totilam) *ciuitas iſta (Roma) de*
ſtruetur, ut iam amplius nō inhabitetur. Vir Domini, inquit, *reſpōdit, Roma a Gentib.*
non exterminabitur, ſed tempeſtatibus coruſcis, turbinibus, ac terremotu fatigata in ſe
metipſam marceſcet. Cuius prophetiæ myſteria nobis iam facta ſunt luce clariora; qui
in hac vrbe diſſoluta mœnia, euerſas domus, deſtructas eccleſias turbine cernimus,
eiuſq; ædificia longo ſenio laxata, quia ruinis crebreſcentibus proſternuntur, uidemus.
Et cap. 31. de Galla, vno ex Totilę ducib. Ariano, eoque immaniſſimo, narrat, quod cū
quēdam ruſticum torqueret, vt ſua ſibi proderet, & ille præ timore & dolore ea ſe Be
nedicto Dei famulo commendaſse dixiſset; ille ruſticum vinculis conſtrictum, ante ſe
agens, ad eum ſe duci imperauit, quem ante ingreſsum cellæ ſolum, ſedentē reperit &
D legentem. *Ad quem Barbarus ſurge, ſurge inquit, inclamat, & res iſtius ruſtici redde,*
quas accepiſti. Ad cuius uocem uir Dei protinus oculos leuauit a Lectione, eumq; in
tuitus, mox etiam ruſticum, qui ligatus tenebatur attendit ad cuius brachia, dum ocu
los deflexiſset, miro modo tanta celeritate cęperunt illigata brachiis lora deuoluere, ut
diſsolui tam concite nulla hominū feſtinatione potuiſsent. Cumque is, qui ligatus uene
rat, cępiſset ſubito aſtare ſolutus, ad tantę poteſtatis uim tremefactus Galla, ad terram
corruit, & ceruicem crudelitatis rigidę ad eius ueſtigia inclinans, ſe orationib illius cō
mendauit. Vir autem ſanctus a lectione minime ſurrexit: ſed uocatis fratrib. eum in
trorſus tolli, ut benedictionem acciperet, pręcepit. Quem ad ſe reductum, ut a tantę cru
delitatis inſania quieſcere deberet, admonuit, qui fractus recedens nil ulterius petere a
ruſtico pręſumpsit, quem uir Domini, non tangendo ſed reſpiciendo ſoluerat. Et cap. 2.
lib. 1. Dial de Libertino narrat, viro Dei, qui pro vtilitate Monaſterij carpebat iter:
E *Cuius Caballum Gothi Ducis milites, eo deiecto, abducebant, quibus ille & flagellū ob*
tulit, ſeque in orationem dedit. at illi rapido curſu ad Vulturnum cum ueniſsēt, nulla
ui equos adigere potuerunt ut tranſmearent; donec agnita culpa, retrogreſsi, Libertino
quem orantem offenderunt, caballum ſuum reddunt, accipere renuenti, sed eo in cabal
lum impoſito, ad Vulturnum recurrunt, quem nullo negotio tranſeunt, ſicque factum
eſt; ait B. Greg. ut cum ſeruo Dei unus caballus ſuus redditur, omnes a ſingulis recipe-
rentur.

Mira de S. Benedicto.

a 2. Dialo c. 14. & 15.

S. Libertinus Monachus.

Totilas Beneuentum occaupat & muros diruit: Neapolim obſidet, & in deditio-
nem accipit, Brutios & Lucanos ſubijcit; Apulia & Calabria potitur. Ex Procop

De ſancto Sabino Epiſcopo Canuſino, qui pluribus Legationib. perfunctus, iam ſenio confectus, & cęcus, prophetię ſpiritu pollebat, narrat S. Gregor. [a] *quod experiri uoluerit, ut de B. Benedicto fecerat, an ita eßet. A ſe igitur inuitato ad prandium, loco pueri, ipſemet Rex poculum prębuit. Quo, per ſpiritum agnito, dixit, uiuat ipſa manus.* de quo verbo, Rex lætatus, erubuit. A

a Dial. 3. c. 5.

Secundo iam rupto fędere, Rex Perſarum in Rom. Imperium immiſit exercitum, aduerſus quem miſſus Beliſarius, nihil ferè dignum memoria geſſit; quaſi Deo pro Perſis aduerſus Romanos pugnãte, ęgritudine penè conſumpto exercitu. Ex Procop. res latius proſequente. [b]

b 2. lib. de bel. Perſ.

Chriſti Annus.	*Vigilii Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 18. *Totile Reg.* 3.	*Poſt Conſul. Baſilii* 3.
544	5		

B

Beliſari⁹ remittit ĩ Italiam.

c 3. de bello Goth.

TOtilas hoc anno, nono Gothici belli, mouens exercitum ad Vrbis obſidionem, in cauſa eſt, vt, petente Vigilio, Iuſtinianus Beliſarium in Italiã remittat, adhuc fortiſſimè inſiſtentibus Perſis: quo anno Arianiſmi ſuſpecti, Vrbe pelluntur, ne eam Gothis item Arianis, proderent. Procop. [c]

Arator Subdiac. R.E. Acta Ap. carmine ſcribit, & publicè recitat cũ plauſu.

Arator Romanæ ſubdiaconus Eccleſiæ nobile carmen de Actis Apoſtolorũ Vigilio Papæ ſolemniter offert, & literatis petentibus, vt iuberet recitari, in Eccleſia Sancti Petri ad Vincula, ipſo Aratore recitante, ambo libri in ſeptem vicibus ſunt auditi, cum vnius medietas libri tantummodo legeretur, propter repetitiones aſſiduas, quas cum fauore multiplici poſtulabant. Vaticanus Cod. eiuſdem carminis.

Sergiopolis a Sergio Martyre ſeruatur.

d li. 4. c. 27

Tertia expeditio Coſrhois Perſarum Reg. in Romanos, cũ Sergiopolim tentauit, quæ præſidio Sancti Sergij munita eiuſq; patrocinio defenſa (apparentibus miraculo armatis, magno numero ſuper muros, qui nulli erant) illæſa permanſit, Coſrhoe ad oſtentum obſtupeſcente. Procop. *quem Coſrhoem ferunt*, inquit Euagrius [d], *ſub extremum ętatis tempus, diuino regenerationis lauacro tinctum fuiſſe.* C

Peſtis orbẽ peruagatur per annos 50.

e 4. c. 28.

Hoc eodẽ anno peſtis grauiſſima ab Aegypto inchoans per Angelos malos immiſſa, vniuerſum orbem, per quinquaginta annos depaſta eſt. Procop. [e] in eo corrigẽdus, quod biennio eam ipſe ponat poſt Antiochiam a Perſis captam. Euagr. quidem de annis 50. teſtatur.

Quod vero non amplius quam tribus menſibus ciuitatem CP.lim ea peſtis occupauit, miraculo tribuitur, quod licèt neq; a Procop. vel Euagrio referatur, tantum tamen beneficium ſolemni die feſto in honorem Dei genetricis Mariæ inſtituto, anniuerſaria die in eccleſia repetendo, remanſit poſteris perpetua memoria conſignatum, cum videlicet idem Hypapanti eſt nominatus, nempe humilis occurſus Simeonis, cũ Deipara ſuum filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in templum intulit; cuius feſti diei in Occidente Gelaſius Papa fundamenta iecit, cum Lupercalia abſtulit. De qua feſtiuitate præter ſacras tabulas, alij tùm Græci, tùm Latini auctores meminere. Niceph. [f] Cedren. Miſcellan. an. 15. Iiuſtiniani Sigeb. in Chron. an 542. D

f li. 17. c. 18

Hoc anno defuncto S. Cæſario Epiſcopo Arelat. in locũ eius Auxanius ſubſtituitur, cuius audita promotione Vigilius Papa per Legatos ipſius, Romam miſſos ad petendum pallium, litteras dedit, quæ extant in editione Veneta Conciliorum.

E

Chriſti Annus	*Vigilii Papæ.*	*Iuſtiniani Imp.* 19. *Totile Reg.* 4.	*Poſt Baſilii Conſ.* 4
545.	6.		

De bello Goth. li. 3

TOtilas Tibur obſidens, & per proditionem eo potitus, ciues omnes cum ciuitatis Præſule, immaniſſimè trucidat; anno belli decimo. Procop.

Beliſarius reuerſus in Italiam, nec tamen ita copijs inſtructus vt poſſet cum Totila congredi, mittit, qui Romam tueantur. Procop.

Idem, (vt habet Anaſtaſius) obtulit B. Petro Apoſtolo, per manus Vigilij Papæ,

crucem

A crucem auream cum gemmis, penſantem libras centum, in qua ſcripſit victorias ſuas: ceroſtrata argentea deaurata maxima duo, quæ ſunt vſque hodie ante corpus B. Petri Apoſtoli, ſed & multa alia dona, & eleemoſynas pauperum. Quod vero de Xenodochijs in uia lata, & Flaminia, & iuxta ciuitatē Ortas, Monaſterio S. Iuuenalis, cui poſſeſſiones, & multa alia largitus eſt, conſtat ex Procop. hæc referenda ad primum eius aduentum in Italiam. Quod Miſcella ait ipſum Romam ueniſſe, & per Vigilium Crucem obtuliſſe; Vandalis deuictis ſibi non conſtant, nam modo, ex Procopio, Romam non uenit, deuictis vero Vuandalis; Vigilius nō erat Papa. Eodem anno petente etiam Childeberto Francorum Rege, Vigilius pallium dedit Auxanio epiſcopo Arelat. eidemque cum ſuas vices delegauiſſet, cōmonitorias litteras ſcripſit, quæ ſunt in Append. p. *694*. vt & aliæ, de cognoſcenda cauſa Prætextati epiſcopi.

B Quartam hoc anno expeditionem parat Rex Perſarum non iam in Romanos, ſed in Deum Romanorum, obſeſſa Edeſſa ciuitate, iactans ſe falſa eſſe conuicturum, quæ de ea ciuitate omnium fidelium ore, ac ſermone celebrarentur, nempè Edeſſam nunquam ab hoſtibus ſubiugandam fore, Dei ſcilicet præſidio munitam. Ingenti igitur ad mœnia comportato aggere, ex quo in vrbem ingredi poſſet, oppidani alijs fruſtra remedijs adhibitis, ſanctiſſimam imaginem diuinitus fabricatam, quam non hominum manus effinxerant, ſed Chriſtus Deus Abagaro (quando quidem eum uidere cupiebat, miſerat, proferunt, eaque aqua conſperſa, ex ea aqua ſtruē lignorum ab hoſtibus extructam inſpergunt, qua, contra naturam, concipiente ignem, tota conflagrat, & in cinerem redigitur. Coſrhoes igitur re deſperata, confuſus recedit. Hæc ex Euagr.[a] qui, ea quæ de imagine habet, a Procopio ſe dicit accepiſſe, ſed modo apud eum non extant, ut neceſſe ſit locum illum eſſe interciſum & mutilum, cum reliqua, & plura ea de obſidione apud eum legantur. a lib. 4. c. 26

C Hoc eodem anno, cum Græci, tum Latini Hiſtorici tradunt, de Paſchatis tempore, ex Iuſtiniani Imperatoris edicto in Oriente erratum eſſe. Ita plane permiſit Deus, vt cum ſacris ſe immiſcent Principes, &, quę ſunt Sacerdotum, ſibi uſurpāt, in errorem labantur.

In Miſcella, hæc ita narrantur. *Anno Imperij Iuſtiniani* 19. *facta eſt inopia frumenti, vini, & olei, ac pluuia magna, & factus eſt terræmotus magnus CP.*[li] *& euerſo die ſancto Paſchæ, cæpit vulgus abſtinere a carnibus menſe Febr. die* 4. *Imperator autem præcepit alia hebdomada carnem apponi, & omnes carnium uenditores, occiderunt, & appoſuerunt, & nemo emebat, aut edebat. Porro Paſcha factum eſt ut Imperator iuſſit & inuentus eſt ieiunans Hebdomada ſuperflua*, eadem habet Cedrenus.

D In Occidente etiam, de Paſchatis die, anni huius, exortam controuerſiam intelligi poteſt ex Concilio quarto Aurelianenſi his temporibus celebrato, in quo Primus Canon eſt huiuſmodi. Placuit igitur vt ſanctum Paſcha, ſecundum Laterculum Victoris, ab omnibus Sacerdotibus, vno tempore celebretur: *quæ feſtiuitas annis ſingulis ab Epiſcopo, Epiphaniorum die in Eccleſijs denuncietur. De qua ſolemnitate, quoties aliquid dubitatur, inquiſita uel agnita per Metropolitanos a Sede Apoſtolica ſacra Conſtitutio teneatur.* hæc Canon, aduerſus Iuſtiniani Imperatoris edictum, ſibi, quod ſuum non eſſet, arrogantis, inq; eius edictum, quo una hebdomada augebatur Quadrageſimæ ieiunium. Sequētes enim quæ a Patribus ſtatuta eſſe uidentur, iſta mox addiderunt. *Hoc etiam decernimus obſeruandum, ut Quadrageſima ab omnibus Eccleſijs æqualiter teneatur. neque Quinquageſimā, aut*

E *ſexageſimam ante Paſcha quilibet Sacerdos præſumat indicere. Sed neque per Sabbata, abſque infirmitate, quiſquam ſoluat quadrageſimale ieiunium, niſi tantum die Dominico prandeat: quod fieri ſpecialiter Patrum ſtatuta ſanxerunt. Si quis autem hanc ſacram regulam irruperit, tanquam tranſgreſſor diſciplinæ à ſacerdotibus cenſeatur.* Hæc ſanctiſſimi Epiſcopi Gallicani aduerſus temeritatem, vt apparet, Iuſtiniani Imperatoris pro arbitrio ſacra miſcentis.

Victor hic, qui cōmemoratur, Epiſcopus fuit Capuanus, qui his ipſis tēporibus, ut Beda teſtatur, vixit, doctrina, & ſanctitate celebris, cuius Natalis in Eccleſia agitur 16. kal. Nou. ſcripſiſſeque dicit Beda (de ſex ætat. ſub Iuſtiniano) Cyclum ſuum ad

confutandum Cyclum Victorini Aquitani, qui ſcripſit tempore Hilari Papæ, ut ex Gennadio liquet. Porrò non hoc anno; ſed poſt Conſulatum Baſilij nouies, ex Victoris ſeu Victorini Cyclo, obortam eſſe controuerſiam, idem ipſe Beda teſtatur [a]. A

[a] de temp. ratione ca. 49.

De anno QVARTI CONCILII HVIVS AVRELIANENSIS, non conſtat, ſed omnino his temporibus celebratum fuiſſe, Epiſcopi ijdem qui in tertio quoque affuerunt indicant.

Areobindus maritus filię ſororis Imperatoris miſſus in Africam, a Gontharide ſibi ſubiecto Duce, ſub quo aduerſus Mauros Vuandali militabant, iam effecto tyranno, necatur, ſub fide præſtita Reparato epiſcopo Carthaginenſi. Qui tyrannus poſt 36. dies & ipſe dolo necatur ab Artabane Duce, quem conuiuio exceperat. Atque hic finem Procopius Hiſtoriæ de bello Vuandalico, in hunc vſque diem conſcriptæ, quod fęliciſſimè inchoatum, ac pene abſolutum, denuo reſtauratum, difficillimumq; in dies redditum eſt, crebris defectionibus populorum, emergentibus nouis tyrannis, poſtquam Imperator, ſiue eius miniſtri in Inſula Roman. Pont. mori impiè coegerunt. B

Vuandal. hiſ. Procop. hic deſinit.

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 20.	*Poſt Conſ.*
546.	7.	*Totilę Reg.* 5.	*Baſil.* 5.

ANno vndecimo belli Totilas Spoleto in deditionē accepto, & Peruſio ſeptimo obſidionis menſe (non anno, vt mendoſe eſt in Codice Dial. S. Greg.) [b] dolo occupato, ſanctiſſimum Herculanum epiſcopum obtruncari mandat, & populum trucidari. Poſt dies 40. epiſcopi corpus planè integrum repertū eſt, &, quod eſt adhuc magna admiratione venerandum, ita caput vnitum fuerat corpori, ut nulla veſtigia ſectionis apparerent. C

[b] li. 3. c. 35.

S. Herculanus eps ob truncatur.

Inde ad Vrbem obſidendam profectus, cum octo tantum milliaribus procul abeſſet, de ſancto Cerbonio Populonij epo, ſpectaculum truculentum populo exhibuit.

Hic vir Sanctiſſimus Cerbonius cum hoſpilitatis ſtudio ualde eſſet intentus, & quadam die tranſeuntes milites hoſpitio acceptos a ſuperuenientibus Gothis abſcondēdo ſeruaſſet, re cognita & ad Totilam delata, deductum ad locum ubi ipſe cum exercitu ſedebat, Merulis dictum, eum in ſpectaculo populi urſis ad deuorandum proijci iuſſit. emiſſus igitur ex cauea immaniſſimus Vrſus, ut ad Epiſcopum peruenit ſubito ſua ferocitatis oblitus, de flexa ceruice, ſummiſſoq; humiliter capite, lambere Epiſcopi pedes cœpit. Ex quo populus magno clamore in admirationem eſt uerſus, & ipſe quoque Rex, qui præſens aderat, permotus, a fera humanitatem didicit. Extāt *adhuc*, inquit Greg. [c] *qui ſe præſentes uidiſſe teſtantur.* D

S. Cerboni⁹ eps Vrſis expoſitus liberatur.

[c] 3. Dialog. ca. 11.

Pelagius S.R.E. Diacon⁹ functus munere Apocriſarij apud Iuſtinianū Imp. CP.li accepto ſucceſſore Stephano, Romā redit. Ex Procop. Huius abſētiæ nact⁹ occaſionē Iuſtinian. Imperator promulgat edictū, aduerſus tria Capitula Sacroſancti Concilij Chalcedon. ex ſētētia Theodori Archiepiſcopi Ceſareæ Cappadociæ, qui in odiū Pelagij, cuius opera, vt dictū, eſt damnatus fuerat Origenes, cum ſuis erroribus, Imperatori ſuggeſſit de damnando Theodoro Mopſueſteno, cum epiſtola Ibæ, & ſcriptis Theodoreti, aduerſus 12. Cyrilli Capitula; ex hoc fore pollicitus vt omnes Acephali, aduerſarij Concilij Chalcedon. illud mox ſuſcepturi eſſent. Cum enim reſiſtente Pelagio id facere haud integrum fuerit Imperatori, eo CP.li recedente, illud a Theodoro conſcriptum edictum, ſuo nomine, promulgauit per vniuerſum ſibi ſubiectum Imperium. Ex Liberato & Facundo Hermianenſi in Africa Epiſcopo, res ſui temporis ſcribente, & ex ſententia Vigilij Papę aduerſus ipſum Theodorum ſecūdo Tomo Concil. in Vigilio. Hoc eſt edictum illud, quod falſo tit. extat non ſuo loco, in Ioanne Papa in T. 1. Concil. Vet. edit. quaſi Catechiſmus & plena inſtructio de Sanctiſſima Trinit. & Domini Incarnatione. Quod autem ſciret Imperator huiuſmodi de fide conſtitutiones nullarū eſſe uirium, niſi ab Epiſcoporū ſubſcriptione auctoritatē acciperēt, tentatū Stephanū Apocriſarium maxime ſibi ſenſit aduerſantē, vt & Dacium E

Iuſtinianus deceptus ab Archiepiſcopo Cæſar. dānat 3. Cap. Cōcil. Chalced. q̄ ingētiū malorum cauſa fuit.

De Fide ſācita ab Imp. vim nō habēt niſi ſub ſcripta ab epiſcopis.

Epiſcopum

A Epiſcopum Mediolanenſem,qui tunc item erat CP.[li] qui Vigilium monuerunt Roman.Pontif.abſentem. Orientales verò Epiſcopi; alij blanditijs, alij terroribus compulſi, magna ex parte Imperatori ceſſerunt, quantumuis agnoſcerent & faterentur hæc fuiſse ad deſtructionem Concilij Chalcedonenſis machinata,& ſubſcribentes, vim proteſtarentur,& libellos de ea vi & proteſtatione ſua ad Vigilium mittendos Apocriſario darent.

Oriẽt. Epiſcopi adiguntur repugnantes ad ſubſcribendum.

Pelagius,& Anatolius R.E.Diaconi rem, vt erat grauiſſima, æſtimantes, litteris Ferrandum Carthagin.Diaconum excitarunt, vt eam diligentius examinaret; qui, omnes eius ſententiæ inuenit Africanos Epiſcopos,ne Imperatoris Decretum in aliquam acciperetur auctoritatem,nec quidquam penitus de ipſo Chalcedonenſi Concilio pertingendum.Ex Facundo.Pontianus vnus ex Africanis Epiſcopis ad Imperatorem ſcribens,hæc habet. *In extremo Epiſtolæ veſtræ cognouimus, quod nos non*
B *mediocriter remordet,debere nos Theodorum,& ſcripta Theodoreti, & epiſtolam Ibæ damnare. Eorum dicta ad nos uſque nunc minime peruenerunt. Quod ſi & peruenerunt,& aliqua ibi apocrypha,quæ contra fidei regulam ſint legerimus dicta, poſſumus reſpuere,non auctores iam mortuos præcipiti condemnatione damnare. Quod ſi adhuc viuerent,& correcti errorem ſuum non condemnarent,iuſtiſſime damnarentur. Nunc autem quibus recitabitur ſententia damnationis noſtræ? quod in eis corrigatur, non eſt. Sed timeo,pijſſimè Imperator,ne ſub obtentu damnationis iſtorum, Eutychiana hæreſis erigatur,&,dum minima indicia non ſpernimus, ad maiorem hæreſim colliſionemque ueniamus. Et quid nobis cum mortuis inire bellum,ubi nulla inuenitur in congreſſione uictoria? Apud Iudicem uerum iam tenentur, à quo nullus appellat. Per ipſum, in quo nos honoratis, & diligitis,ſupplicamus clementiam tuam,vt pax permaneat tem*
C *poribus tuis;ne dum quæris damnare iam mortuos,multos inobedientes interficias uiuos,& exinde compellaris reddere rationem ei,qui venturus eſt iudicare uiuos & mortuos.* hactenus Pontianus. Et veriſimile eſt omnes Catholicę fidei profeſſores, ſimul vndique aduerſus huiuſmodi nouitatem inſurrexiſse,vindiceſque ſe Concil. Chalcedon.exhibuiſse.

Afric. Epiſcopi Imp. Decretum negligunt.

Libera epiſtola Africani Epiſcopi ad Imp.

At Imperator cernens primarum ſedium Orientalium Epiſcoporum,pręcipuè uero Mennę CP.[ni] Epiſcopi ſuſpenſam eſse ſententiam,ad Vigilij Papæ arbitrium,exiſtimauit ſibi neceſſarium ipſum Romanum Pontificem CP.[lim] auocare; quod fecit hoc anno,ipſum ſumma celeritate venire rogans. Qui hoc item anno profectus ab vrbe in Sicilia hyemauit.hinc mendacij redarguitur Anaſtaſius cauſas alias afferẽs, quam quę conſtant ex Facundo & Procop.huius temporis ſcriptoribus. Interim Vi-
D gilius,conteſtantibus multis prouincijs pręmiſit CP.[lim] ne quid innouaretur, & in nouata retractarentur.Ceterum Vigilij Papę CP.[lim] profectionem magnum intuliſſe Catholicę Eccleſię damnum,declararunt euenta,quę & ſignificarunt, quam prudentiſſimè egerint Prędeceſſores Rom.Pont.vt S.Leo, & alij,qui uocati ſępè ab Orthodoxis licet Imperatoribus in Orientem, nunquam paſſi ſunt ab ipſa fixa Romę Sede diuelli. Obfuiſse haud modicum,uſu rerum reperitur,Pontificum ab Vrbe profectio ad Comitatum; cum Imperatorum ſiue blanditijs,ſiue minis, contrarijs hiſce ex aduerſo pugnantibus uentis,expoſita ſępè noſcatur magno periculo Petri nauicula fuiſſe,cuius clauum immobilis ſedens,Rom.Pont.tutius teneat.

Primarum Sediũ Epi Orientales ad Papã reſpiciunt.

Imp.Papã CP. euocat

Non expedire Papam Roma recedere, experientia docuit.

Ex Sicilia Vigilius frumentum obſeſſę, & laboranti inopia Vrbi nauibus ſubmi-
E ſit,quod ab hoſtibus, in portu Romano interceptum eſt, Valentinum Epiſcopum,quẽ fuiſſe ſyluę Candidę Anaſtaſius tradit,& Vicarium in Vrbem miſsum, in illis nauibus comprehenſum,& mendacij conuictum Totilas utraque manu mutilat, cœteros obtruncat.Procop.Hoc eodem anno cum Auxanus Arelaten. Epiſcopus ex hac vita migraſſet,in locum eius ſubrogatus eſt Aurelianus,quem Vigilius ſuum decreuit eſſe Vicarium, extat Epiſtola ad eum & alios Epiſcopos Galliæ quos illi parere monet.

Hoc ipſo anno Petrus Ieroſolymorum Epiſcopus vita functus eſt,& Macarius ſecundus in eius locum ſuffectus Euagr.& Niceph.cui Petro ante ſex menſes prædicta mors à ſancto Monacho fuit,de quo mirabile quiddam legitur in Prat.Spirit. Erat,

Cap. 117.

Res admiranda. inquit, quidam Abbas in Sancto Monte Sina, nomine Georgius, miræ virtutis, & abſtinentiæ vir, cui magno ſabbathi die in cellula ſua venit deſiderium faciendi ſacrum diem Reſurrectionis in Sancta Ciuitate, & ſumere veneranda myſteria in Sancta Chriſti Dei noſtri Reſurrectione. Per totum ergo diem ſenior huiuſmodi cogitatione ſolicitabatur, & orabat. Cum autem aduenifſet tempus Sanctæ Communionis in Sancta Reſurrectione, inuentus eſt ſenex propè Archiepiſcopum B. Petrum, qui præbuit tum illi, tùm presbyteris Sanctam communionem, cui, admiratus quod eum viderat ibi, per Aſſeſſorem ſuum mandauit ne recederet, velle enim ſecum vt ſumat cibum, qui ſenex reſpondit, voluntas Dei fiat, & adorato Sancto monumento, inuentus eſt in cellula ſua. Ecce autem diſcipulus vocauit eum dicens, Veni Pater vt communices. qui cum eo profectus in Eccleſiam, iterum ſumpſit veneranda myſteria. Archiepiſcopus verò contriſtatus quod illi inobediens fuiſſet, poſt ſolemnitatem miſit, vt Abbatem ad ſe mitterent, & Abbas purgauit ei ſe per litteras, dicens Abſit a me, mi Domine Sanctiſſime, vt Sanctum Angelum veſtrum contempſerim. Vt ſciat autem beatitudo veſtra, poſt ſex menſes Chriſto Domino, & Deo noſtro ſimul occurſuri ſumus, & illic adorabo vos. Dicebant autem & ad Archiepiſcopum B. Petrum, quod 70. ferme annos habebat ſenex ex quo de monte ſancto Sina non exierat: ille autem afferebat teſtes, qui tunc affuerant, Epiſcopos & Clericos dicentes. Verè nos ſenem vidimus, & omnes oſculo ſancto illum ſalutauimus. Poſtquam igitur impleti ſunt ſex menſes requieuerunt in pace ſenex & Patriarcha, iuxta ſcilicet ipſius ſenis prophetiam huc vſque ibi, ſed paulo latius. quibus videas his innouata antiqua ſigna Habacuc, & Philippi Diaconi, qui in momento tranſlati ſunt de loco adlocum. voluntatem enim timentium ſe facit Dominus, & deſiderium pauperum exaudit. Macarius hic ſecundus in ſedem Ieroſolymit. ſuffectus, in ſuſpicionem adductus eſt hæreſis, adeo vt multi ab eius ſe communione ſepararint, vt patet ex eodem Sophron. Pr. ſpir. c. 19. verum id potius ex leuitate, quam ex veritate factum oſtendunt, quæ ab eodem auctore narrantur inferius cap. 96. de quo Macario prolixa & honeſta pariter mentio fit in vita S. Gregorij Epiſcopi Agrigentini, apud Sur. 23. Nou. eidemque ſpiritus prophetiæ tribuitur ab eoque ipſum Gregorium fuiſſe Diaconum ordinatum, auctor affirmat.

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 21.	*Poſt Conſul.*
547.	8.	*Totilæ Reg.* 6.	*Baſilij* 6s.

Pelagius S.R.E. Diaconus (is qui diu CP.li cum fuiſſet Apocriſarius, maxima vi pecuniæ ſecum relata, in obſidione (magnam beneficentiæ, & Chriſtianæ largitatis gloriam retulit) Legatus ad Totilam miſſus, ab eoque perbenignè ſuſceptus, nihil tamen impetrauit. Dira fame preſſis Romanis, ita vt iam ſordidiſſima quæque deficerent, & multi mortui conciderent: Iſauri milites Vrbem Totilæ produnt, anno belli 12. Romani qui perpauci in vrbe remanſerant; alij cum militibus diffugiunt, alij in templa perfugium habent, alij Gothis obuiam facti, procedente Totila oratum ad Templum S. Petri, obtruncãtur. Totilas Gothis ſuis, ad ſe conuocatis, ita diſſeruit, vt reuocaret illis in memoriam centum olim millia ipſorum a ſeptem millibus Græcorũ deuicta, & imperio ſpoliata: nũc uerò ultra viginti millia Græcorũ, à nobis nudis, calamitoſis, & ignauiſſimis omnium deuicta. *Atque hoc quidem*, inquit, *quia maiores noſtri æquitate poſthabita & inter ſe ipſos, & in Romanos ſubditos indigna quidè patrabant quibus, uti par erat, permotus & ira ſuccenſus Deus, pro hoſtibus, & contra nos depugnabat, ac propterea ſuadet, ut de cetero æquitatem tueantur. Non enim Deus ſine ullo delectu, inquit, uel temere humano generi, uel priuatæ cuique rationi ferre præſidium conſueuit; Sed his quam maxime fauet, apud quos æquitatis ratio habeatur, & illi quidem haud quaquam difficile eſt ad alios bona transferre, vt qui rerum omnium habeat poteſtatem. Illud itaque uobis perneceſſarium fore aſſeuerauerim, iuſtitiam ut*

Vrbs Totilæ proditur.

Totilæ oratio ad milites, ut maxime cordati hominis.

inui-

A *inuicẽ,& in ſubditos quoq; ſeruetis, hoc eſt, ut perpetuã uobis adipiſcamini felicitatẽ.*

Pelagium Diaconum,& vnum de Rectoribus vrbis præcipuum,Theodorum, legat CP.lim Totilas,cũ litteris de pace, iureiurando adactos,ſuas vt partes amice, ac beneuole tuerentur, & in Italiam reditum accelerarent ne cogeretur patricijs interfectis, Romam diruere. Totila pacem expetit ab Imp. nec ĩpetrat.

Auditos Oratores Imperator ſtatim reſponſo dato dimiſit,& Totilæ reſcripſit; Beliſariũ ſe rebus bellicis præfeciſſe,& liberã habere hãc poteſtatẽ,quæ ad Totilam pertinent,pertractandi. Quibus exaſperatus Totilas tertia murorum parte diruta, vrbẽ prorſus delere, & in ouium paſcua redigere in animo habuit,ſed Beliſarij litteris ſapienter id diſſuadentibus,ſæpius lectis,a conſilio deſtitit. Ab vrbe profectus cum Romanis in Lucania,& Calabria pugnauit.

B Beliſarius Vrbem ingreſſus,tumultuario opere mœnia extruxit, & ita muniuit,vt venientem Totilam ſæpius repulerit, qui Tibur ſe contulit. Ex Procopio.

Vigilius Papa hoc ipſo anno exacta hyeme è Sicilia ſoluens, venit CP.lim cui obuius fuit Imperator,& oſculantes ſe cœperunt flere; & plebs illa pſallebat ante eum vſque ad eccleſiam S. Sophiæ,dicens, ECCE ADVENIT DOMINATOR DOMINVS, &c. ex Procopio,& Anaſtaſio. Vigilius P. CP.lim adit

Circa tria Capitula,de quibus tanta fuit contentio, & ob quæ vocatus eſt Papa ab Imperatore CP.lim notandum eſt, primum illa tria fuiſſe: De damnatione Theodori Mopſueſteni. De damnatione epiſtolæ Ibæ. De damnatione ſcriptorum Theodoreti epiſcopi Cyrenſis, contra Cyrillum. Deinde certamen de his non fuiſſe inter hæreticos, & Catholicos, ſed inter Catholicos tantum ipſos, qui omnes ſaluum vellent C Chalcedonenſe Concilium,neque ex diuerſa cauſa conflatum certamen,ſed plane eadem: ſiquidem tam qui iſta tria volebant damnari capitula,quam qui defendi, id ſe facere dictitabant, vt in omnibus conſultum eſſet Concilio Chalcedonen. ne illorum occaſione ipſum labefactari ab hæreticis poſſet: ſic igitur eorum negatio vel aſſertio pro tuendo Chalcedon. Concilio facta vel prætenſa,niſi aliud quidpiam erroris admiſcuiſſet,nõ conſtituebat quemquam hæreticum, ſed eſſe ſchiſmatici conuicti ſunt; qui diuerſam a Rom. Pont. in his decernendis ſententiam ſectati eſſent; nam de perſonis,& non de fide quęſtionem fuiſſe Greg. Magnus affirmat [a] magna fuit iſta in eccleſia tentatio cum miſerando modo inter ſe Catholici ita conflixerunt: Quid igitur ſingulis annis de hac quæſtione factum ſit,deinceps obſeruandum eſt. Cum diu expectatus Vigilius, hoc anno CP.lim veniſſet. primum Zoilum Alexandrinum epiſcopũ de ſubſcriptione in damnationem trium capitulorum redarguit, atque etiam alios; D Deinde cum videret epiſcopos inter ſe diſſidentes, & periculum imminere grauiſſimi Schiſmatis, medium ſe interponit arbitrium contentionum, & ſecum Synodum adhibet triginta epiſcoporum,in qua,cum acrius vtrinque contenderetur,mandauit, vt quiſque ſcripto ſuam proferret ſententiam cum rationibus, quibus moueretur. Tum facundus Hermianenſis in Africa epiſcopus, ex opere quod conſcripſerat pro tribus Capitulis ad Imperatorem, duodecim libris, ſeptem diebus excerpſiſſe ſe ait reſponſionem ſuam quæ excederet tria millia verſuum,ipſe in pręfatione. His igitur ab unoquoque exactis, eas, poſt aliquot dies, tradidit parti damnanti tria Capitula, reſeruandas,quare in ſuſpicionem venit defendentibus 3. capitula quod illis adhæreret,in præiudicium Concilij Chalcedon. eoque magis quod de quæſtione, etiam cum altera illa parte conuenit,tacendum eſſe vſque ad proximè cogendam Synodum gene E ralẽ,patientia agendum putans,ne eccleſia ſcinderetur, quod plerique non aduertentes,in Vigilium,vt deſertorem, & pręuaricatorem inſurrexere,quod eum cum aduerſarijs communicare viderent. Sed excuſandus videtur omnino Vigilius, & prudenter egiſſe iudicandus; quod cum Sſchiſma impendere videret totius Orientis ab Occidente,nec contentio eſſet de fide,ſed de perſonis,nec poſſe ſilentio ſopiri, vel ſepeliri,quod magis opportuiſſet, tacendum indixit,vſque ad generale Concilium; vt interim contentionis ille ardor deferueſceret, & pax maiori cum tranquillitate tractaretur; ad quam conciliandam, ſicut tempore fœderis, ſunt conceſſa commercia, ita Vigilio placuit omnibus concedendam eſſe communionem. Quod autem hoc conſi-

Qualis contentio de trib. Capitulis.

a li. 3. ep. 37

Vigilius in ſuſpicionẽ venit defendentibus 3 capit.

Prudẽs Vigilij conſilium in deteriorẽ partẽ acceptũ.

lium in deteriorem partem fuerit acceptum, & ab aduerſarijs aduerſus eum conclamatum, quod ob timorem Imperatoris ad eius gratiam promerendam a cœptis continuo reſilierit, ad hæc omnia excuſanda ſatis illud ſuperque eſſe poteſt, quod ſummę conſtātiæ ſpecimen edidit, cū aduerſus hæreticos ſibi agendū fuit, cū quib. ſciret non eſſe diſſimulandū, mox auctoritate Pontificia, nullo habito reſpectu. Imperatorię poteſtatis in ipſam Theodoram Auguſtam, diutiſſime, magno eccleſiæ detrimento, toleratam, excommunicationis ſententiam inflixit, & in hæreticos omnes Acephalos, & Eutychianos: vt locuples teſtis eſt S. Gregorius 2. ep. ad Hibernos epiſcopos Schiſmaticos. A

Chriſti Ann. 548. *Vigilij Papæ* 9. *Iuſtiniani Imp.* 22. *Totilæ Reg.* 7. *Poſt Conſul. Baſilij* 7. B

DEcimo hoc tertio anno belli, nouis cladibus, in Italia, diuerſis in locis Romanus exercitus afficitur, Procop.

Sclauini, tranſmiſſo Iſtro, Illyricum occupant. Procop. Romanæ eccleſiæ Diaconi, Ruſticus, atque Sebaſtianus CP.[li] apud Vigilium agentes, cum vidiſſent ipſum ſummum Pontificem minimè condemnaſſe, vt in uotis erat, qui damnauerant tria illa capitula; imò, & ipſum cum illis communicaſſe; ab Africanis maxime epiſcopis impulſi, tractis etiam in eandem ſocietatem Vigilij Subdiaconis, Defenſoribus atque Notarijs, aduerſus Romanum Pontificem; ad diuerſos epiſcopos, in diuerſas Prouincias, litteras dedere, quibus, ſub prætextu defendendi Concilij Chalcedonen. maximum fuit in eccleſia Dei Schiſma conflatum; Et Vigilius Papa magnis calumnijs exagitatus, quaſi fautor acceſſerit impugnantibus ipſam ſacram Synodum, epiſcoporum alij, ob hæc ſe a communione Rom. Pont. ſepararunt, alij ad tempus, dum res ſibi magis explorata fieret, ab eius ſe conſuetudine temperauerunt; alij prudentiores in tanta re, ad eam cognoſcendam nuncios CP.[lim] miſere, & ad ipſum Vigilium ſcripſere. Hæc ex libello damnationis Ruſtici Diaconi, qui ad confirmandam ſuam, pro trium capitulorum defenſione, ſententiam, commentarium, per Dialogiſmum, ſcripſit aduerſus Acephalos; ad cuius finem poſita fuit de tribus capitulis diſputatio, quę deeſt, cum liber extet, & ſane viro docto dignus. Liberatus quoque eccl. Carthagin. Diacon. Facundus epiſcopus Hermianenſis, in libris, pro tribus capitibus, cum iam aduerſaretur Vigilio, & ad Schiſmaticos tranſiſſet, & in libello præſertim contra Mocianum edito, & Victor epiſcopus Tumuenſis contra Vigilium ſtylum exacuerunt, de quibus Iſidorus; ſed corruptè Secundum, pro Facundo habet. C D

Domeſtici deficiunt a Vigilio Papa.

Epiſcoporū ſenſus varij erga Vigilium.

Ruſtici Diaconi diſputatio de 3. capitulis.

Liberatus & Facund⁹ contra Vigilium.

Theudis Rex Gothorum in Hiſpania occiditur, cum regnaſſet annos 17. & m. 5. Iſid. ſed corrupti ſunt apud eum numeri.

Quatuor epiſcopi fratres florēt.

Florent his temporibus in Hiſpania quatuor fratres, ex eadem matre geniti, omnes epiſcopi, omnes ſcriptorum monumentis illuſtres, Iuſtinianus Valentinus epiſcopus, qui ſcripſit libros reſponſionum ad Ruſticum quendam; Iuſtus Orgelitanus, Nebridius, & Helpidius, ſed omnia eorum monumenta perierunt. Iſid. de vir. ill. c. 20.

S. Laurian⁹ Martyr.

Laurianus Pannonius genere, eccleſiæ Mediolanenſis presbyter, inuectus zelo fidei in perfidum Totilam Arianum Principem, ab eo quæſitus ad necem, fuga lapſus, Hiſpaniam ad latebras delegit; vbi cum, virtutum præſtantia, qualis eſſet, cito innotuiſſet, delectus eſt Hiſpalenſis epiſcopus, poſt Maximum, quod cum Totilas cognouiſſet, barbarica obſtinatione, per Gentilem ſuum, Theudem Regem, illum necandum curauit. Qui diuino monitu fugam rurſus captans, Romam ſe contulit, cum nondum Vigilius eſſet profectus in Orientem, a quo honorifice exceptus eſt. Sed cum reuerſurus in Hiſpaniam, perueniſſet in Gallias, mira ſagacitate ab exploratoribus Totilæ, ſingula eius veſtigia affectantibus, repertus apud Maſſiliam, capite, gladio Ariano, trūcatus eſt, cuius corpus Euſebius epiſcopus Arelatenſis, qui præceſſit Aurelianum, ſepeliendum curauit, caput vero in ſuam delatum eccleſiam, populum fame, peſteque laborantem, vt prædixerat, liberauit; & paulo poſt occiſus eſt Theudis. Scriptores re-

A rum Hiſpanicarum. Eius memoria quotannis renouatur 4. Non. Iul. Martyr. Ro. Theodegiſclus aſſumitur in Regnum, qui poſt annum, & menſes ſex, inter epulas, a coniuratis confoditur; ob pœnam, vt Greg. Turon. [a] exiſtimauit offenſi numinis, dum curioſius diuina diſquirere, & illi detrahere laborauit. Rem miram verbis ipſius Greg. licet paulo longius, quam pro ratione compendij, ob eius admirabilitatem, hic inſerere non piguit. *Eſt & illud illuſtre*, inquit, *miraculum de fontibus Hiſpaniæ; quos Luſitania prouincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſen campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum crucis miro compoſita opere: ſed & ædes magnæ claritatis, ac celſitudinis deſuper a Chriſtianis conſtructa eſt. Igitur cum dies ſacer, poſt curriculum anni antecedentis, aduenerit, quo Dominus, confuſo proditore myſticam diſcipulis præbuit cœnam: conueniunt in locum illum cum Pontifice ciues, iam odorem ſacri præſentientes aromatis. Tunc data oratione ſacerdos, oſtia templi ſimul iubet muniri*
B *ſignaculis, aduentum virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autem tertia (quod eſt Sabbati) conuenientibus ad baptizandũ populis, adueniens epiſcopus cum ciuibus ſuis, inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa, ac mirũ dictu, piſcinã quàm reliquerant vacuã, reperiunt plenam, ſed ita cumulo altiore refertam, vt ſolet ſuper ora modiorum triticũ aggregari videaſq; huc illucq; latices fluctuare, nec partẽ in diuerſam defluere. Tũc cũ exorciſmo ſanctificatum, conſperſum deſuper Chriſma, omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domum, pro ſaluatione deportat, agros vineaſque aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum, ſine collecto numero, hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit: licet vbi infans primo tinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, limphis in ſe reuerſis, vt initio produntur neſcio,*
C *ita, & fine clauduntur ignaro. Cuidã verò ex hæreticis Deum non metuenti, neque venerationem præſtanti huic loco ſancto, neque credenti corde miraculum, quod in eo Dominus ad corroborandam ſuorum fidem præſtare dignatus eſt, quid euenerit, non ſilebo. Venit cum turba equorum, ſolutiſque impedimentis, iuſſit in Baſilica poni, equiſque in ea præſepia præparari, irridens miſer, quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte prætereunte a febre corripitur, ac penè exanimis, & tardius, quam debuerat, pœnitens, exclamat equites ab æde expelli, erat enim ſub Rege, licet, magna eius in ea regione poteſtas. Expulſiſque a Baſilica ſancta equitibus, ad ſe conuerſus cœpit dentibus proprium lacerare corpuſculum, nec prorſus retineri a ſuis, ob nimiam poterat debacchationem tandemque oppreſſus inter ſuorum, manus, ſpiritum exhalauit. Denique Theodegiſclus huius Rex regionis cum iam vidiſſet hoc miraculum, quod in his ſacratis Deo fontibus gerebatur, cogitauit intra ſe, dicens. Quia ingenium eſt Romanorum*
D *(Romanos enim homines vocitant noſtræ religionis) vt ita accidat, & non eſt Dei virtus. Veniens verò ad annum ſequentem, oſtiũ cum ſigillis ſuis, cum epiſcopi ſigillo muniuit poſuitq; cuſtodes in circuitu templi, ſi fortè aliquem deprehendere poſſet fraudis alicuius conſcium per cuius ingenium in fontibus aqua ſuccreſceret, ſimiliter & alio fecit anno. Tertio verò conuocata hominum multitudine, foſſas in circuitu baſilicæ fieri iuſſit, ne forte locis occultis Lymphæ deducerentur in fontem, fueruntque foſſe in profundum vicenium quinum pedum, in latitudine verò quindecim, ſed nihil abditum potuit reperiri. Tamen finem vitæ faciens, & credo, pro huius inquiſitionis temeritate, anni ſequentis diem, quo hoc miſterium celebrabatur, videre non meruit, eo quod arcanum virtutis diuinæ veſtigare præſumpſit, habentur autem in ea reliquiæ ſancti Stephani Leuitæ.* hae-
E ctenus de his Gregor. quibus haud vulgarem conciliant fidem quæ eiuſdem generis in vnum congeſta miracula, ſuperioribus annis ſunt enarrata.

Macarius Ieroſolymorum Epiſcopus cum ſediſſet annos duos, ex ſuſpicione dogmatum Origenis, pellitur, & ſuccedit Euſtochius; ſed, poſtquam damnauit Origenẽ, reſtituitur, & ſedet annos quatuor. Ex Euagr. [b] & Nicephoro. [c]

Vixere per hoc tempus viri planè diuini, qui multis in locis magna edebant miracula; & quorum gloria vbique peruagata fuit. Barſanuphius propè Gazam; qui a quinquaginta annis quo ingreſſus eſt ædiculam neque a quoque viſus, neque quidquam alimenti, vel aliarum rerum in terra cepiſſe. Quibus rebus cum Euſtochius Epiſcopus Ieroſolym. minimè fidem adhiberet, & ædiculam perfodere conſtituiſſet,

a de glor. mart. c. 24. & 25.

Ingens miraculum.

Miraculũ.

Catholicos hęretici Romanos vocaret.

b 4. c. 36.
c 17. c. 26.

Barſanuphius celebris Anachoreta.

a li.4. c.32. — Mirogenes — Simeon Sal[9] ideſt ſtultus cognomento. — b li.4.c.33. — Acta extãt apud Sur.1. Iul. — Theodora. A. impia femina moritur a Vigilio Papa excom.

parum abfuit, quin ignis ex ea erumpens, omnes qui cum eo illuc venerant, combuſſiſſet. Ex Euagr. [a] A

Viuebat tunc, & in Palæſtina miræ ſanctitatis vir Mirogenes, qui cum hydropiſi laboraret, & Ieroſolymit. Epiſcopus Euſtochius vellet ad eum mittere quæcunque erant neceſſaria, ille nunquam ab eo quidquam conſenſit accipere, hoc ſolum illi ſignificans, Ora pro me Pater, vt liberer ab æterno cruciatu. Ex Prato Spirit., c. 8.

Fuit Emeſæ vir quidam nomine Simeones, qui ab omni inanis gloriæ cupiditate adeò fuit alienus, vt licet ſapientia cuiuſque generis & diuina gratia plenus eſſet, tamen ſic ſe gerebat, quaſi qui delirus & ſtultus haberi vellet, atque in eo gloriaretur, unde etiam cognomen tulit, vt ſalus, ideſt ſtultus diceretur, de eo Euagr. [b] Res porrò ab eo præclare geſtas fuſius ſcripſit Leontius Neapolis Cypri Epiſcopus, ut Acta Nicænæ poſterioris Syn. fidem faciunt, Act. 4.

Theodora Auguſta hæretica Seueriana, ad euerſionem fidei Orthodoxæ ſolum intenta, moritur, cum imperaſſet annum vnum, & viginti, & tres menſes. Nota eam Anathemate à Vigilio percuſſam, haud diu, ulciſcente numine, ſuperuixiſſe. Ex Procop. de bello Goth. Cum nõ extent libri Vituperationis Iuſtiniani, & Theodorę, nec non Beliſarij, & eius coniugis, quos Procopium ſcripſiſſe, auctor eſt Suidas, non habemus, quid aliud de Theodora impia femina dicamus. B

Ioannes Cappadox Patriciorum potentiſſimus, & Præfectus Prætorio, ſemperq; primarius apud Iuſtinianum, ob ſuſpicionem, magiſtratu deiectus & Clericus fieri cõpulſus, publicatis bonis, ſic tamen ut ditiſſimus remaneret, in Cyzici ſuburbanum relegatus, uana adhuc aliquando imperãdi opinione deceptus, uitã cũ licentia & luxu degebat, accidit autem ut Epiſcopus, cum quo erant Ioanni diſſenſiones, interficeretur, ex quo in ſuſpicionem uocatus, nudus ut latro conſtitutus, auctores cędis dicere cogitur, & bonis eius direptis, breui eum linea tantum contectum ueſte in nauim imponunt & circumductum, per totum Ægypti iter, ad Antinoi Vrbem, neceſſitate coactus ab obuijs ſtipem petere, tres ibi annos in cuſtodia ſeruatus eſt, nec tamen unquam imperandi ſpem dimiſit. Poſt decem itaque annos a Ioanne malæ adminiſtratæ Reipub. pœna exacta. Ex Procopio in fine de bello Perſ. Præclarum exẽplum inſtabilitatis humanæ. C

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.* 23. *Totilæ Reg.* 8.	*Poſt Conſul. Baſilij* 8.
549.	10.		

D

Beliſarius ex glorioſiſſimo, inglorius. — Franci Gallia potiũtur cædente eã illis Imper. — Franci cudunt pecuniam aureã ſua imagine. — Perſarum Reges cuream pecuniã cũ ſua imagine nõ cudunt.

BEliſarius, ob uiolentas impie manus iniectas, licèt alieno imperio, in Siluerium Chriſti Vicarium, non amplius ille prudens, fortis, felix Beliſarius, qui fuerat, cum Africam uno anno debellat; poſt Siciliam occupat, Rauenna & Roma atq; adeo penè tota Italia potitur, euerſo Gothorum regno, cum poſt, per quinquennium in Italia nihil gerit non modo memorabile, ſed multa amittit, & hoc demum anno 14. belli, coniugis precibus reuocatus, inglorius redit, & ocioſam degit uitam. ex Procop.

Longobardi a proprijs ſedibus ſuper Iſtrum poſitis excitati, Pãnoniam, & finitimas regiones inuadunt, graſſanteſque in Dalmatiam & Illyricum, Epidaurum vſq; cuncta depopulantur. ex Procop. qui hæc latius, 3. de Bel. Goth. E

Interim totius Occidentis Imperio barbari potiuntur. Franci (quos Procopius Germanos appellat) Galliarum partem eam, quam illis Gothi initio huius belli ceſſerant non ſe tuto poſſeſſuros arbitrati, niſi & Imperator eam ſuæ ditionis futuram perpetuo confirmaſſet, vltro id illis eam permittente, ſibi habẽt, Maſſiliam, & cætera circa mare loca, tenent, & totius eius oræ maritimæ imperio potiuntur ex Procop. qui ad Francorum gloriam addit Aureum nummum natiuo, & Galliarum metallo cudunt non Rom. Imperatoris, ut ceteri ſolent, imagine, ſed ſua impreſſa. Perſarum ſi quidem Imperator, etſi ad arbitrium argenteum numiſma facit, auro tamen non

illi

A illi fas eſt ſuam vt imponat imaginem, nec barbarorum Princeps alius quiſque id facere auſit.

Franci interea pleraque ſibi,& nullo iure,in Venetijs occupant loca,cum nec Romani ea tueri iam poſſint,nec Gothis tantum virium ſit,vt his vtriſque bellum inferant,Procop.

Artabanes,qui Guntharidem tyrannum occiderat in Africa, vna cum Arſace cognato ſuo atque alijs nonnullis proceribus, conſpirat in Iuſtinianum Imperatorem quod fortè in quæſtionibus de religione nimis occupatus, negligeret Imperium cũ & Arſaces dixiſſe referatur. *Ad multam noctem hic ſedet circumſtantibus ſacratis quibuſdam,& effœtæ ætatis uiris,Chriſtianorum ſcriptis miro ſtudio reuoluendis intentus*; ſed detectæ molitiones ſunt,Ex Procopio,qui addit,poſt multa, Vigilium Rom. B Pont.& alios Italicos & primores viros,& Gothicum, præ ceteris maxime, virum patricium,qui ea de cauſa venerat, ſuppliciter & enixius poſtulaſſe,ut Italiæ, omnibus uiribus in poteſtatem redigendæ uacaret. Qui Italiam ſibi curæ fore reſpondit,& nihilominus,dum curioſius,quam Imperatorem decet, dogmata ſcrutatur, vniuerſum peſſundedit Imperium. Videant ergo Politici Nouatores quãta cum iactura, quæ ſunt Pontificum arrogent ſibi Principes,quamuis,ſicut Iuſtinianus, ex ſacrarum legum pręſcripto cuncta ſe facere profiteantur:Regum namque eſt,ex Eccleſiaſtica diſciplina accipere ab Epiſcopis leges,non quouis colore præſcribere, ſed ſancitas ab ipſis ipſorumque maioribus illibatas ſeruare, & pro illis aduerſus hæreticos decertare.Intelligant illud inſuper vel ex ipſo rerum vſu,quanto cum Imperij detrimento,regnandi iuris inani prætextu peccent Principes in Sacerdotes: recolant Silueriũ C Papam abductum ab Vrbe,eo colore ne proderet ipſam Gothis,& ab ijſdem Gothis vrbem iterum captam,& Italiam amiſſam & uniuerſos demum Barbaros, uelut impellente numine,ad cladem Romani conſpiraſſe Imperij.

Principum eſt accipere leges ab Eccleſia non dare nullo prætextu.

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtin.Imp.* 24.	*Poſt Conſulatum.*
550.	11.	*Totilæ Reg.* 9.	*Baſilij* 9.

CVm Schiſmatici,ſcriptis litteris, vbiq; vulgaſſent, Vigilium Papam,tria damnando capitula, impugnare Calcedon. Concilium, & cõplures ab ipſius communione reſilirent, prudentiores ad ipſummet Vigilium ſcripſerunt;in quibus fuit Valẽtinianus Tomitanus in Scithia Epiſcopus Metropolitanus,ad quem Vigilius reD ſcripſit [a] ſe veſtigijs maiorum inhęrentem ſacras quatuor Synodos probare & venerari,& vt caueat à communione Schiſmaſticorum monet.

Aurelianus quoque Arelatenſis ad eundẽ Vigilium Romanum Pont.ſcripſit, quęrens,an verum eſſet, aduerſus Calcedon. Concil.aliqua ab ipſo eſſe tentata,cui reſcribit Vigilius [b] de ſua veneratione erga quatuor Synodos &c.monẽs,vt vniuerſis Epiſcopis, vt Sedis Apoſtolicæ in Gallia Vicarius, ſignificet,vt nullis,aut falſis ſcriptis, aut mendacibus verbis, aut nuncijs, qualibet ratione turbentur.&c. *Et glorioſo filio noſtro*, inquit, *Childeberto Regi, quem Chriſtianitatis ſtudio venerationem integram Sedi Apoſtolicæ cognouimus exhibere,ſupplicare non deſinas,quatenus in tanta rerum neceſſitate circa Eccleſiam Dei ſolicitudinem (ſicut & confidimus) Chriſtiana deuotione perſoluat, ut quia Gothi, cum Rege ſuo, Ciuitatem Romanam perhibentur in-* E *greſſi, hoc ei dignetur ſcribere, ne ſe in Eccleſiæ noſtræ præiudicio (quippe uelut alienæ legis) immiſceat,& aliquid faciat,aut fieri, qualibet ratione permittat,unde Catholica poſſit Eccleſia perturbari.*&c.Porrò hic Aurelianus claruit ſanctitate agiturque eius celebritas annua die 16.Iunij.Martyrol.Ro.Hoc eodẽ anno 15. Belli Gothici,rurſus Iſaurorũ proditione vrbs Gothis ceſſit, Romanis cęſis,his exceptis, qui in Eccleſias ſe recepiſſent; quibus cum, cæteris abire iuſſis, etiam habitatoribus deſtitutam vrbẽ deſolatam relinquendi cum Totilas conſilium inijſſet, quo minus id faceret, requiſitus per Aurelianum à Vigilio, opportuna oblata occaſione deſtitit, nempè cum Totilas à Childeberto filiam in matrimonium petijſſet, & eo prætextu recuſaret ille,

a Vigil. ep. 6. Tomo 1. Epiſ. Rom. Põt.& Act. 7.5. Syn.
b Ep.4.

Vigil. implorat auxilium Reg. Franc.

Vrbs proditur Gothis.

A le, quod vrbē caput Imperij, deſtitutam, hoſtibus relinquēs, ſe humana gloria pariter ſpoliaret; factum eſt vt ciues alio migrare iuſſos; reuocarit in vrbem, quam & nouis ædificijs muniuit & illuſtrauit. Procop.

Poſt Liberium Patricium, magno cum exercitu miſſus eſt Germanus in Italiam à Iuſtiniano, cum iam Totilas Siciliam inuaſiſſet.

Sclauini iterum Iſtro tranſmiſſo, Illyricum, & Thraciā deuaſtant, & exaturati ſanguine, & præda onuſti, ad propria remeant. Procop.

Vigilij ſententia damnationis in Schiſmaticos.

Vigilius Rom. Pontifex a ſuis Clericis compluribus Schiſmaticis exagitatus, collectis qui ibi tunc erant Italiæ Epiſcopis ſententiam depoſitionis ab omni gradu & ordine, & excommunicationis fert in eos, maxime verò in Ruſticum & Sebaſtianū Diaconos. extat ſententia, (epiſt. eius 5. num.) in qua longa narratione multa habet ad totius eius cauſæ cognitionem pertinentia.

B Nec tamen propterea conflatum Schiſma eſt ſedatum, ſed magis excitatum, vtraq; parte aduerſus Vigilium commota, nimirum & capitulorum defenſoribus, ob damnata tria illa capitula, atque etiam ob non damnatos aduerſarios, & impugnatoribus Trium capitulorum, eo quod ſilentium ab ipſo Vigilio de illis eſſet indictum, ex ſententia in Theodorum, ſequenti anno ponenda.

Ad tanta ſedanda diſſidia, cum vnicum illud eſſet excogitatum remedium, vt vniuerſalis Synodus haberetur, quæ ſibi ad ſuam ſententiam probandam conducere poſſent, Iuſtinianus parare ſolicitus, Mopſueſtenam Synodum agi curat, vt aliqua inde Patribus de dānatione Theodori Mopſueſteni olim facta afferret. extat Act. 2. Quintæ Syn. cum Synodali ad Vigilium, Conſilio & opera Iuſtiniani miſſa, ne in futura generali Synodo Theodorum ipſe damnare aliquo modo detrectaret, quem ſciret fuiſſe iam antea damnatum. C

Iornandis commentarius ad hūc vſque annū producitur. a 1. Io. 2.

Ad hunc vſque annum produxit Iordanus, ſiue Iornandes, Gothorum Epiſcopus, Commentarium de Regnorum, ac temporum ſucceſſione, ad Vigilium quendā alium à Romano Pontifice, iungens ei aliud volumē de origine & actu Geticæ gentis, *legēs ergo*, ait in præfatione, *utroſq; libellos, ſcito quod diligenti mundum ſemper neceſſitas imminet. Tu uero auſculta Ioannem Apoſtolū* [a] *qui ait, chariſſimi nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt: quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius: qui autem fecerit uoluntatem Dei manet in æternum.*

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtin. Imp.* 25.	*Poſt Baſilij*
551.	12.	*Totilæ Reg.* 10.	*Conſul.* 10.

D

Hic annus 16. belli fuit Eccleſię & Imperio funeſtiſſimus.

Germanus inſignis Ductor exercitus, in quo omnis ſpes recuperandæ Italiæ ſita erat, improuiſa morte ſubtrahitur. Claſſis Imperatoria naufragium patitur in oſtijs Hadriatici maris, contra Calabriam. Sclauini Barbari iterum graſſantes, apud Hadrianopolim Romanum profligant exercitum, victoreſq; progreſſi vſque ad Murum Longum, qui vnius diei ſpatio diſtat Conſtantinopoli, vix repulſi ad propria remeant. Pluribus iſta Procop. [b] pro hoſtibus pugnante Deo, cum à Principibus in Religione peccatur. Pergit Iuſtinianus, labens ſemper in deterius. Inſtigante namq; rurſum Theodoro Cæſarienſi, omnium malorum auctore, contra præcedentis Synodi decretum, & emiſſam ſponſionem de ſeruando, vſque ad Concilium vniuerſale, ſilentio, Iuſtinianus Imperator contra tria illa capitula, publice appendi iuſſit edictū: quod, nec rogante, per ſuos Vigilio, reuocare voluit, imo & præter minas, vim quoq; adhibuit, ſuis mādans ſatellitibus, nimium ſui oblitus, & a Sathana exagitatus, vt in ipſum Vigilium, Apoſtolicę Sedis Epiſcopum, manus inijciant. quod cum audiſſet Vigilius, fuga ſibi conſuluit ex domo Placidiana, vbi degebat cōfugiens ad proximè iunctam Eccleſiam S. Petri, vbi & Eccleſiaſtica tractans, ad aliquod temporis ſpatium manſit, in aduerſarios ſententiam ferens. [c] E

b Lib. 3. de Bello Gothico.

Iuſtinian. vim mādat adhiberi Vigilio Pont.

c ep. 7. Vigilij T. 1. Ep. Rom. Pōt Theodo-

Theodorus Cæſarienſis Epiſcupus, intolerabili audacia, & impudentia, Imperatoris

A ratoris gratia & potentia frectus, Zoilum Alexandrinum Epiſcopum, quod damnare tria capitula renuiſſet, deponit, & Apollinarem ſubrogat; Vigilium Rom. Pont. contradicentem, ne edicto Imperatoris conſentiret, contemnit, & eodem interdicente, Miſſas celebrare audet, & alia intolerabilia patrat. ob quæ Vigilius infracto animi vigore, & uere Apoſtolico ſpiritu, quantumuis profugus & in terra aliena, conuocatis quos potuit, Latinis Epiſcopis, accerrimam Excommunicationis, & depoſitionis ſententiam in eum intorquet. Poſt igitur enumeratos Theodori exceſſus, *Ideoque*, inquit, *Vigilius Epiſcopus Eccleſiæ Vrbis Romæ, ex perſona, & auctoritate B. Petri Apoſtoli, cuius, licet exigui, nos locum gerimus, cum Dacio Mediolan. & alijs* 12. *Latinis Epiſcopis, hac Theodorum Cæſareæ Cappadociæ ciuitatis quondam Epiſcopum, ſententiæ promulgatione, tam ſacerdotali honore, & communione Catholica, quam omni* B *officio epiſcopali ſeu poteſtate ſpoliatum eſſe decernimus: nullis te vacare vlterius rebus, niſi pœnitentia lacrymis cenſentes, quib. percepta remiſſione culparũ locum cõmunionẽque tuã, aut à me, aut, poſt obitũ meũ a ſucceſſore meo (ſi merueris) indulgentiæ recipias. Teq; Mennã. CP.*[næ] *ciuitatis Epiſcopum*, addit, *qui non diſſimili culpa conſtringeris, cum omnibus Metropolitanis, & Micropolitanis Epiſcopis ad tuam Diœceſim pertinentibus, ſed & tuos Oriẽtales, uel diuerſarum prouinciarum, maiorum minorumque ciuitatum Epiſcopos, qui his exceſſibus, pro quibus Theodorum, Cæſareæ Cappadociæ quondam Epiſcopum, condẽnauimus præbuiſtis aſſenſum, humaniore ſentẽtia, pro Dei conſideratione, tamdiu à ſacra communione ſuſpendimus, donec vnuſquiſque veſtrum errorem ſuæ præuaricationis agnoſcens, culpam apud nos propriam competenti ſatisfactione diluerit.* Digna ſententia quæ legatur: continet enim narrationem certam eo- C rum quæ arrogantiſſimè a Theodoro facta erant. Nec tamẽ eam ſtatim promulgauit, vt ipſe indicat circulari Epiſtola ſequenti anno data, num. 7. *Paginam ipſius damnationis proferre noluimus; quoniam & Clementiſſimum Principem pro tali ac tanto ſcandalo ea quæ facta ſunt, diuini conſideratione iudicij; reuocare confidimus, omnibus oportebat nos ſpatium pœnitentiæ reſeruare, imitantes B. Petrum cuius ſedem tenemus immeriti. Chartam vero ipſam excommunicationis atque damnationis cuidam Chriſtianæ perſonæ tradidimus conſeruandam, vt, ſi forſitan, hi, qui exceſſerant, nullo modo corrigere voluiſſent, aut ſi nobis vis aliqua irrogaretur, ſiue qualibet inquietudo fieret, vel certe humana sorte tranſitus de hac luce contingeret, mox eam in celeberimis locis proponeret; quatenus eius notitia Chriſtianis omnibus patefacta ſeruetur in poſterum.*

rus Cæſar. impotenter agit contra Bonif. Ro.

Sententia depoſitionis & ex cõmunicationis in eum, & Mẽnam CP.num Epiſcopum.

Inter Epiſcopos qui Vigilio affuerunt; vnus nominatus Primaſius Adrumetinus, D forte ſolus ex Africanis, hunc illũ eſſe, credibile eſt, qui ſcripſit in Paulum & in Cantica, & floruit tempore Caſſiod. (diuin. lect. cap. 9.) quem Trithemius falſo putauit fuiſſe Epiſcopum Vticenſem, & Scholiaſtes floruiſſe temporibus Theodoſij, & ipſe deceptus, cum tempore Iuſtiniani vixerit.

Primatius Africanus Epiſcopus.

Chriſti Annus	*Vigilij Pap.*	*Iuſtin. Imp.* 26.	*Poſt Conſul.*
552.	13.	*Totilæ Reg.* 10.	*Baſilij* 11.

MEnſe Februario (25. Iuſtiniani Imperij, qui finiebatur menſe Martio)[a] ſancit aduerſus Iudæos, qui ſuos prohiberent ſacræ legis libros alia tradi docerique lingua, quam Hæbraica, quo fiebat, vt ſimplicioribus, quos vellent Magiſtri, magno E illorum damno propinarent errores; vult igitur & præcipit vt quacunque lingua ſiue Græca, ſiue alia vulgari lex Iudæis tradi poſſit.

a Nou. 146 Vigil. ſecedit Chalcedonen.

Vigilius Papa non ſibi uiſus tutus a violentia ſacrilegi Imperatoris, ante oculos eius poſitus, trãs mare quæſiuit effugium, & in Baſilica S. Euphemię, apud Chalcedonem cum ſuis habitare diſpoſuit. Tunc (inquit Anaſtaſius, omnia confundens, antequam ſcilicet ab Eccleſia S. Petri recederet) dedit alapam in faciem eius quidam, dicens, Homicida, neſcis quid loqueris: quia Siluerium Papam occidiſti, & filium mulieris viduę ad calces, & fuſtes interfeciſti. Tunc fugiens in Baſilicam S. Euphemię, tenuit columnam altaris; cętera ſuo loco dicentur.

Quæ ſecuta ſint, ex epiſtola Excyclica Vigilij, certa habentur. A

Dum, inquit, in Sanctæ Euphemiæ Baſilica graui laborantes ægritudine, teneremur, pijſſimus, atque Clementiſſimus Imperator, Dominico, ideſt Kalen. Febr. glorioſos Iudices ſuos ad nos deſtinare dignatus eſt, (quos plures nominat Patritios, Excõſules, & Palatinos Magiſtratus) qui nobis dicerent, ut ſacramenta percipere deberemus, & de S. Euphemiæ Eccleſia ad ciuitatem Regiam remeare. Quibus tale dedimus, Deo adiuuante, reſponſum, dicentes, Nos quidem in hanc Baſilicam pro nulla pecuniaria, vel priuata cauſa confugimus, ſed pro Eccleſiæ tanto ſcandalo, quod iam toti mundo, pro peccatis innotuit. Et ideo ſi cauſa Eccleſiæ ordinatur, ut pacem eius, quam ab auunculi ſui, pijſſimus Princeps, fecit temporibus, & modo reſtituat: ego Sacramentis opus non habeo, ſed ſtatim egredior; ſi cauſa finita non fuerit ijſdem Sacramẽtis opus non habeo, quia nunquam de Sanctæ Euphemiæ Eccleſia exire diſpono, niſi ſcandalum B *ab Eccleſia Dei fuerit amputatum. Nam poſteaquam edicta ſua,* &c. (pergit narrare quæ geſta ſunt anno ſuperiori, quæ ſuo loco poſuimus, quibus recenſitis, iſta ad poſtremum addit.)

Dum hæc autem præfatis Iudicibus diceremus, rogauimus eos, inuocato omnipotentis Dei Iudicio, & Clementiſſimo Imperatori hoc quoque, ex nomine noſtro ſuggererẽt. Quia illis, qui a nobis excommunicati ſunt, in quibus, & is, quem prædiximus, eſt damnatus, communicare non debet, ne graue, quod abſit peccatum incurrat. His ita ſe habentibus, per Magnificum uirum Petrum Referẽdarium pridie (an poſtridie) *Kalen. Febr. quædam charta nobis allata fuit, quam a Clementiſſimo Principe nullo modo credimus deſtinatã, quia nec fuerat pietatis eius manuſcripta; & dũ memorato Referendario diceremus, ut in ea ſcriberet diẽ, et quomodo ab ipſo fuerat oblata pariter ſignaret,* C Huc vſque in Codice, reliqua deſunt, magno præiudicio hiſtoricæ veritatis. Cæterum ex his quæ dicentur, conſtat ceſſiſſe tandem Vigilio Papę Imperatorem atq; appenſa amoueri iuſſiſſe a ſe prolata, de tribus capitulis, edicta, & ex ſententia ipſius Vigilij nihil de illis tractari voluiſſe ante Synodum generalem, quam ex eiuſdẽ Põtificis deſiderio & voluntate conuocari fecit. Ex his igitur complura conuincenda ſunt ſcriptorum mendacia, vt Anaſtaſij in Vigilio omnia confundentis, & permiſcentis: & Nicephor.[a] nihil enim certius his, quæ ex circularibus litteris uniuerſo populo Chriſtiano ſcriptis, habentur.

Iuſtinian. tãdẽ cedit Vigilio, de appẽſis edictis tollendis.

a li. 17. c. 26

Libr. 3. de Bell. Goth.

Porrò turbata in hũc modum Eccleſia, quid mirum rerum etiam naturam eſſe turbatam? hoc ipſo anno Græciæ ciuitates plures terræmotu exciſæ, hiatu terræ multa loca abſorpta, portentoſę maris æſtuationes factæ, a Sclauinis & Hunnis nouæ irruptiones in Imperium Romanum conſecutæ, a Gothis Corſica & Sardinia captæ, vtq; D CP.[lis] ita alię Orientis Eccleſię, ob diſſidia dogmatum, tumultibus agitatæ, & in ſe inuicem ſeditionibus colliſæ. Ex Procop. Sed magna plane uis Cathedræ Petri, & ingens mutatio dexteræ excelſi, Theodorus malorum omnium auctor pœnitens, & humilis, libellum ſupplicem Vigilio Papę offert, quo & rectam fidem profitetur, & quattuor ſacra Concilia comprobat, non in his tantum quæ ſpectant ad fidem, ſed & cuncta, quæ in eis eſſent acta, rata, firmaque habenda eſſe pariter comprobat, quæſtione etiam a ſe primum excitata, de tribus capitulis, ſilentio obruta; & denique, de irrogatis in ipſum Summum Pontificem probris, & cõtumelijs eodem libello veniam petit. Id ipſum præſtat & Mennas CP.[nus] Epiſcopus, libello ſupplici oblato, pariter profeſſus libellum quendam in Vigilium ſcriptum, non eſſe ſuum.

Theodor. Cæſarienſ. reſipiſcit.

Sic igitur, præmiſſa tali ſatisfactione, Vigilius eoſdem in communionẽ accepit, E redditaque eſt Eccleſiæ pax: quæ ex optato, ſed ex inſperato cunctis innoteſcens, eo iucũdior atque gratior facta eſt, quo magna ſecum bona vexit quæ dicentur. Porrò hæc omnia habentur in Vigilij Papæ conſtituto. de quo ſuo loco.

Bona hæc pacem Eccleſiæ conſecuta: Gothi e Sicilia, pręter omnem ſpem, expulſi, belloque nauali victi, miſſoque in Italiam Narſete, res Gothorum in deterius labi cęptæ. Vt plane perſpicuè fuerit demonſtratum, pro ſtatu rerum Eccleſiaſticarũ, res Imperij a Diuinitate diſponi.

Pacẽ Eccleſię plura bona cõſecuta

Reſpirante iam populo, & optata pace lætante, Mennas CP.[nus] Epiſcopus Baſili-

cam

A cam Apoſtolorum dedicat, magna celebritate, à Iuſtiniano inſtauratam, repertis cor poribus Apoſtolorum, Andreæ, Lucæ, & Timothei. Procop. lib. 1. de ædif. Iuſtin. & Niceph.[a] a 17. ca. 26.

Hoc eodem anno moritur Mennas, fœliciter reconciliatus Eccleſię, cum ſediſſet annos ſexdecim. ſub Menna narrat Euagr.[b] grande miraculum contigiſſe CP.li de puero Iudęo, qui cum alijs pueris Chriſtianis participarat de particulis puri, & immaculati corporis Chriſti Dei, (nam quot ſuperfuiſſent, dabantur huiuſmodi pueru lis abſumendæ) & a patre vitriario, in rei odium, in fornacem coniecto, & poſt tres dies a matre uiuo reperto, quem cum matre Iuſtinianus baptizandum curauit, patrẽ vero obſtinatum in perfidia cruci ſuffigendum. b 4. c. 35.

QVINTA SYNODVS AVRELIANENSIS celebratur anno Childeberti Re-
B gis Francorum 38. occaſione trium capitulorum, cuius Canone primo (de tribus, & viginti in ea ſtatutis) damnantur hæreſes Neſtorij & Eutychetis. Prȩfuit, & primo loco ſubſcriptus habetur S. Sacerdos Epiſcopus Lugdunenſis, cuius anniuerſaria cõmemoratio celebratur prid. Idus Sept. Interfuit eidem Aurelianus Arelatẽſis, de quo ſupra. Item Agricola Epiſcopus Cabilonenſis, cuius natalis dies eſt 16. kalen. Apr. Interfuit inter alios, ſanctitate celebres, etiã Tetricus Lingonenſis, de quo mira hæc narrat Greg. Tur.[c] dũ mortẽ Pappuli ſucceſſoris ſcribit. *Anno octauo*, inquit, *Epiſcopatus ſui, dum diœceſes & villas Eccleſiæ circumiret, quadam nocte dormienti illi apparuit B. Tetricus vultu minaci. Cui ita: Quid tu,* inquit, *hic, Pappule? ut quid ſedem meam polluis? Vt quid Eccleſiam peruadis? Vt quid oues mihi creditas diſpergis? cede loco, relinque ſedem, abſcede longius a regione. Et hæc dicẽs, Virgam quam habebat in*
C *manu, pectori eius, cum ictu valido, impulit. In quo ille euigilans, dũ cogitat quid hoc eſſet, fixe in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur, abhorret cibum potumque, & mortem iam ſibi proximam præſtolatur. Quid plura? tertia die cum ſanguinem ore proijceret, expirauit.*

Inſignes sã ctitate epi eius ætatis.

c hiſt. Fr. li. 5. c. 5.

Grãde mira culum.

Ornauit etiam tantam Patrum Coronam S. Eleutherius Antiſiodori epiſcopus, & ipſe inter ſanctos adnumeratus 16. Auguſti. item S. Firminus Viennenſis, S. Gallus Aruernenſis, Iſichius Viennenſ. Lauto Conſtantienſis: Nicetius Treuerenſis: Prætextatus Rhotomagenſ. atque Quintianus Rutenenſis, quos omnes colit Eccleſia, ſacris tabulis aſcriptos, omnes uero fuere num. 50.

Theodebertus Rex inuadens Italiam, moritur, filio Theodebaldo Regni ſucceſſore relicto, & paterni inſtituti proſecutore. Procopius.

D Franci Parthenium, cui regni a Theodoberto cura commiſſa erat, ob tributa impoſita, odio habentes, perſequuntur, & Arca, in Eccleſia incluſum, extrahunt, & omni contumelia affectum lapidibus obruunt. Ex Greg. Turon.[d] d 3. hiſt. ca. 36.

Chriſti Annus	*Vigilij Pap.*	*Iuſtin. Imp.* 27. *Theias Rex*	*Poſt Conſ. Baſilij* 12.
553.	14.		

EVtychius Monachus, ab Amaſeno Epiſcopo, morbo detento CP.lim ad Synodum, ſuo nomine, miſſus, cum Imperatori ex diſputationibus aduerſus tria capitula innotuiſſet, & probatus eſſet, ex viſione quadam ipſi oſtenſa Principis Apoſtolorum indicantis Eutychium, dicentiſque, Fac vt hic ſit Epiſcopus, omnibus appro-
E bantibus, ordinatur Epiſcopus CP.nus cuius diuinam quandam viſionem, qua deſignabatur futurus Epiſcopus, Euſtachius, qui res ab eo geſtas proſecutus eſt, narrat. In cuius conſecrationis deſcriptione, quod ait, Ouis errantis typum, ſuper humeros tollit, quid ſignificet, Iſidorus Peluſiota[e] de hac re interrogatus, reſpõdit. Pallium illud, quod decoris gratia ſuper omnia indumenta ſuperinducitur Sacerdoti, ſignificare deperditam ouem illam, quam paſtor ille Euangelicus ſuper humeros imponit ſuos.

Apud Sur. 8. Apr.

Palliũ epo-rum qd ſignificet.

e ep. 136. lib. 1.

Eutychius ſimulac eſt initiatus, fidei ſuę profeſſionem, more maiorum, Vigilio Roman. Pont. obtulit, extat in Quinta Synodo coll. 1. & inter epiſt. Vigil. Tom. 1.

epiſt.

A

epiſt. Roman. Pont. ut & reſponſio Vigilij quæ eſt epiſt. 8.

Oecume. Conc. a Papa indicit.

Apollinaris item Alexandrinus epiſcopus, qui eiecto Zoilo, illegitime intruſus fuerat, poſt eodem mortuo, legitime electus, fidei Catholicæ profeſſionem edidit Vigilio,atque ab eo in communionem eſt receptus: ſic itaque animis iunctis, reſtitutoque in priſtinam dignitatem atque honorem ipſo Romano Pont. indicta eſt Oecumenica Synodus, diu a Vigilio expetita, ad menſem Maium.

Sancita in eccleſia pace Imp. effloreſcit. Totilas cæditur cum exercitu a Narſete,

Hactenus ſuam hiſt. proſequit Procop. de bello Goth. a L.4. c.23.

Agnoſce iam ſancita in eccleſia pace, quanta mox Imp. Rom. bona prouenerint. Gothorum claſſis Orientem infeſtans redire cogitur, cum ignominia. Tarentum a Gothis captum,recuperatur. Narſes cum exercitu ,præter opinionem obſtructis,& obſeruatis itineribus a Francis,& Gothis, Rauennam peruenit incolumis;ac tandem Rubiconem fluuium, ab hoſtibus cuſtoditum, occiſo Gothorum Duce, tranſiens, in Tuſcia occurrentem cum ingenti exercitu Totilam, collatis ſignis, profligat,& occidit;ac cum alijs nobiliſſimis Italiæ ciuitatibus, tum Roma breui tempore potitus, cuius claues mittit CP.lim, factumque eſt, vt diuini compenſata lance Iudicij, poſteaquã Imperator cum ſuis Orientalibus obſequentem ſe prębuit Rom. Pont. ipſe vrbe potiretur,eiuſque claues acciperet, cum Petri claues in Vigilio recognouit. Adde vero, & Theiam Gothorum fortiſſimum electum in Regem, & res Gothorum reparare ſatagentem, cum impreſſionem Romanorum militum diu fortiter ſuſtinuiſſet,& ipſum occidi. hęc latius Procop. hactenus ſuam hiſtoriam Gothicam proſecutus, qui belli fuit 18.

B

Sed vnde tantæ vires Narſeti ſemiuiro? ex patrocinio in primis B. Virginis, cuius erat,vt eſt apud Euagr. a ſtudioſiſſimus cultor,porrò & ipſum fuiſſe æqui amatiſſimũ Procopius oſtendit, cum de dimiſſis Longobardis agit,quòd ædificia cremarent,ſtuprumq; feminis, & vim inferrēt,in ſacras ædes refugiētibus,quibus magna pecunia donatis, & deductis vſque ad fines Rom. Imper. iniunxit, vt ſine iniuria pertranſirent, qui delegit potius robore fortiſſimorum carere militum, quam Deum, eorum perperam factis,offendi. Procop.3.de bello Goth.

C

b 4.cap.37.

Hęſitantes. Synoditæ, qui.

Eccleſia his diſſenſionum fluctibus agitabatur, ad quos ſedandos cogenda Synodus videbatur.Oriens,& maxime Palæſtina, ob damnatum Origenem,tumultuabatur,vt eſt apud Euagr.[b] Eutychiani (vt eſt apud Leontium de ſectis Act.6.qui tunc viuebat) non communicabant eccleſiæ Catholicæ,non ob defenſionem erroris,ſed nolle dicebant amplecti Synodum Chalcedon. eam ob cauſam, quod quædam in eius Actis eſſent corrigenda, tribus illis capitulis comprehenſa. Atque hi, hæſitantes, non Eutychiani nominabantur, quos adduci ad recipiendam Synodum Theodorus Iuſtiniano doloſe perſuaſerat, ſi tria illa Capitula damnarentur atque hi,hæſitantes, aduerſarios qui negabant damnanda capitula,quod derogabat Concilio Chalcedon. Synoditas appellabant: è conuerſo Catholici, hęſitantes huiuſmodi occultos Eutychianos,& Seuerianos.Ad hos vniendos Iuſtinianus publicauit edictum de damnatione trium capitulorum, ſed nec propterea illi ſunt vniti Catholicæ eccleſiæ,ſed potius,ex Catholicis,defenſoribus Concilij,exiſtimantibus, ex tribus capitulis damnatis,maximam irrogatam eſſe eidem Concilio contumeliam,multi ſeſe ab alijs Catholicis ſepararant,vt inter alios,complures Africani epiſcopi,ſed & cum inter hęc,pars alia,nec illis,nec iſtis inhærens,Synodum expectandam eſſe diceret,quæ ambages omnes iſtas ſolueret, & quid de his agendum eſſet, ſumma auctoritate decerneret, bene conſultum fuit,vt ex Vigilij Papæ ſententia Synodus Oecumenica ageretur.

D E

Acquieuit igitur ſententiæ Vigilij tandem Imp. illud interim moliens,vt omnino in Concilio tria capitula damnarentur,conatus fautores huius ſententiæ conuocare ad Synodum omiſſis ceteris:nam cum hoc præuidens Vigilius,inſtaret,ut Concilium haberetur in Occidente, in Sicilia, vel aliquo alio opportuno omnibus loco,non obtinuit,cum vero ſuaderet de conuocandis ex Italia, & Africa epiſcopis, ne ſe præteritos querentes nouum Schiſma ſuſcitarent, aſſenſus eſt,ſed ea conditione,vt exæquato numero epiſcoporum qui ſiue ex Italia, ſiue ex Africa conueniant, non plures eſſent,quam qui ab ipſo Imp.ex diuerſis Orientis eccleſijs CP.lim conuocarentur.

Quintæ Synodi acta corrupta, & decurtata haberi ex pluribus probatur; & plura

A nſerta, prorſus indigna Oecumenica Synodo quęque Oecumenica dici non meruit, ſum Romanus Pont. per ſe vel ſuos, noluit intereſſe.

Quod ad actiones, (ſiue collationes, dixeris, ſeu ſeſſiones) pertinet, duas dumtaxat Nicephorus numerat, alteram aduerſus tria capitula congregatam; alteram aduerſus Origenis errores. Verum, quæ extāt, Quintæ Synodi Acta, octo continent Collationes, de quibus ſingulis breuiter agetur.

Prima collatione, qua conuenerunt, ſine capite membra, nec tamen omnia membra ſimul, prima die Maij, cum vocatus Vigilius ad Synodum non ueniſſet, lectus eſt libellus Iuſtiniani Imperatoris de ſtudio ſuo erga pacem eccleſiarum, pro qua tria Capitula damnanda procurarit, &c. Lectæ item litteræ profeſſionis fidei Eutychis ad Vigilium Papam, & Vigilij ad eum: Vigilium ſolemni accerſendum eſſe vocatione, quem B cum vocaſſent viginti Metropolitani, præter tres Patriarchas, retulerunt illum cauſatum eſſe corporis ægritudinem, ſcriptis tamen ſe Synodo ſatisfacturum, & quid de tribus capitulis ſentiret palam facturum. Coll. 1.

Secunda collatione ad 8. Id. Maias, cum ijdem rurſum epiſcopi uocaſſent Vigiliū, retulerunt eum prætexuiſſe, quod non adeſſent Occidentales epiſcopi, niſi perpauci, admodum, quod cum ad Imperatorem retuliſſent, & ipſum ſuos cum epiſcopis, Patricios miſiſſe, qui retulerunt Vigilium iterum inducias poſtulaſſe, quo ſuam ſententiā ſcriptis depromeret. Coll. 2.

Tertia collatione ad 7. Id. Maias Synodus publice fidem Catholicam profitetur. Coll. 3.

Collatione quarta lectæ ſunt horrendæ blaſphemiæ Theodori Mopſueſteni, aduerſus quas, magna fuit deteſtatione exclamatum in Synodo. Coll. 4.

Collatione quinta recitata ſunt quæ ſancti Patres aduerſus Theodorum ſcripſe- C rant, ſancita item Imperatorum aduerſus eum, & quæ Heſychius presbyter Ieroſolymitanus, nobilis Hiſtoricus, de eo ſcripſerat; Sextilianus item epiſcopus legatus miſſus a Primoſo Carthaginenſi epiſcopo atque a Concilio Carthag. ex S. Auguſtino nonnulla attulit loca, quibus ille ſæpe profitetur aliquem poſſe damnari poſt mortem: quod etiam roboratum fuit exemplis aliorum, ac præſertim Rom. Pont. qui Dioſcorum Schiſmaticum, poſt mortem damnauit, atque adeo ipſius Vigilij, qui damnarat Origenem, ſed hæc acta ab ipſis epiſcopis cum deſiderentur in Synodo vtique eam haud haberi integram, ſed decurtatam, atque deprauatam ab aliquo Origeniſta, nemo iure negarit. Vigilium ſeorſum, Pontificio decreto damnaſſe Origenem, etiam Caſſiodor. teſtatur, Inſtitutionum diuinarum lect. lib. 1. c. 1. Recitata item Acta Synodi Mopſueſtenæ. Tranſitum inde ad cauſam Theodoreti, cuius inter alia, recitata D eſt epiſtola in Cyrillum Alexandrinum iam defunctum, quæ quidem multis modis conuincitur eſſe ſuppoſita, & conficta, vt inde ſatis colligatur Acta huius Synodi nō eſſe germana, ſed deprauata. Deſideratur autem in ijſdem publicis actis Synodalibus Vigilij Papæ libellus oblatus Synodo, quem ipſe conſtitutum appellat, quod idem eſt, ac Decretum, quia ipſe eſt, quem de ſua ſententia, ab Imperatore interpellatus; idem Vigilius pollicitus fuit ſe miſſurum, ſuo tempore, ad ipſum Imperarorem, atq; ad Synodum, vt & ingenue præſtitit, quem elaborauit, vt vniuerſo orbi Catholico notum fieret, & vt omnia quæ a ſanctis Patribus in Chalcedon. Synodo definita eſſent firma conſiſterent, nec vlla, quouis prætextu, poſſent calumnia labefactari. Reſtituit hic illud conſtitutum in ſuum locum, Annalium Auctor, ex Vaticana bibliotheca depromptum, nunquam ante hac impreſſum. Coll. 5. Aliquē poſſe damnari poſt mortē. Vigilij Decretū Imp. & Synodo oblatum.

E In qua quidem ſcriptione, in primis videtur fuiſſe conſilium Vigilij Papæ, ne ſcilicet tria illa, pro Chalcedon. Concilio defendens capitula, in ſuſpicionem vel leuem ab aduerſarijs adduci poſſet, defenſionis errorum Neſtorij, ob indemnatum Theodorum Mopſueſtenum, primum omnium incubuit in damnationem omnium illorum errorum, qui in eius ſcriptis dicebantur inuenti, ne redargui poſſet ab aduerſarijs, fauiſſe Theodoro, ſi eum anathemate damnare detrectaret, ita vt promptus fuerit in damnandis erroribus, in damnandis autem auctoribus, quos ſciſſet in Catholica communione defunctos, minime præpropere agendum putarit. Eſt autem in hoc conſtituto certa narratio multorum, quæ in ea cauſa contigerunt. Præmiſſis igitur in eo fi-

dei Catholicæ profeſſionibus: & ſexaginta capitibus errorum Theodori Mopſueſteni damnatis, accedit ad tria capitula eaque uariè & multipliciter oſtendit, & definit non eſſe damnanda, & poſtquam ex B. Leonis Epiſtolis & Simplicij, oſtendit quam firma, & ſtabilia, & immutabilia haberi debeant quatuor Synodorum decreta, & definitiones, ſic concludit. *His igitur a nobis, cum omni undique cautela atque diligentia, propter ſeruandam inuiolabilem reuerentiam prædictarum Synodorum, & earundem venerabilia conſtituta, diſpoſitis, memores ſcriptum eſſe, terminos Patrum noſtrorum nos tranſcendere non debere: ſtatuimus & decernimus nulli ad ordines & dignitates Eccleſiaſticas pertinenti licere quidquam contrarium his quæ præſenti aſſeruimus, vel ſtatuimus conſtituto, de ſæpe dictis tribus Capitulis, aut conſcribere, uel proferre, aut componere, vel docere, aut aliquam, poſt præſentem definitionem, mouere vlterius quæſtionem. Si quid uero de iiſdem Trib. cap. contra hæc, quæ hic aſſeruimus uel* B *ſtatuimus, nomine cuiuſcunque ad ordines, & dignitates Eccleſiaſticas pertinentis factum atque conſcriptum eſt, vel fuerit, & a quolibet, ubicunque repertum; hoc modis omnibus ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ, cui, per gratiam Dei, præſidemus, refutamus, ſubſcriptiones, ipſius Vigilij, decem & ſeptem Epiſcoporum, ferè Italicorum, & duorum Diaconorum Romanæ Eccleſiæ. Datum prid. Id. Maij imperante D. N. Iuſtiniano perpetuo A. ann. 27. poſt Coſ. Baſilij V.C. anno 12. in CP.na Ciuitate.* Porrò eiuſmodi Vigilij decretum ante conſcriptum, ad Imp. primum datum, ab eodem ad Synodum miſſum eſſe, ex ſequenti collatione ſexta Synodi Quintæ, poſſumus intelligere, in qua, allata ab ipſo Vigilio, pro defenſione Ibæ Epiſtolæ, nempè interlocutiones Epiſcoporum in Concilio Chalcedon. confutantur.

Coll. 6. Collatio Sexta ponitur celebrata 14. Kal. Iun. in qua de Epiſtola Ibæ, vno de tribus capitulis, diſputatum eſt, quæ collata fidei profeſſioni petitæ ex Concilio Chalcedon. in multis comprobata eſt hæretica, ob idque ab omnibus condemnata, nec tamen hæc contradicunt Actis Synodi Chalcedon. in quibus interlocutione Apoſtolicæ Sedis Legatorum & aliorum diſertis verbis dictum eſt, ea lecta epiſtola, Ibam auctorem eius probari eſſe Catholicum; nimirum quia in fine eius habetur Epiſtolæ eius auctorem Ibam pacem in Eccleſia initam eſſe teſtari, ſeque oſtendere ex eo lętari, pacique conſentire, dum de reſtituta concordia gratias agit: cumque ea conditione tranſactio illa facta fuerit, vt Neſtorius atque eius pariter condemnarentur errores, Synoduſque Epheſina prior, & in ea decreta reciperentur: plane ex neceſſaria proueniebat aſſumptione, vt & (quod Catholici eſſet hominis) Ibas Neſtorium condemnarit, Synodumque Epheſinam profeſſus ſit. Et hoc plane fuit, quod interlocutus eſt Eunomius Epiſcopus, ipſam Epiſtolam in principio apparere hæreticam, in D fine vero inuentam eſſe Catholicam. Non prætermittenda hic fraus illorum Græcorum, qui addiderunt verba illa, (de quibus ſub Hormiſda ſæpius fuit altercatum) Concilio Chalcedon. Vnum de Sancta Trinitate, qui, dum confertur Epiſtola Ibæ cum Concilij Chalced. profeſſione, hæc recitant Synodi verba; Chalced. Sancta Synodus in definitione quam de fide fecit, Prædicat Deum verbum incarnatum hominem factum eſſe, addideruntque Synodi verbis, hæc. QVI EST DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS, VNVS DE SANCTA TRINITATE, quod ſub Hormiſda non obtinuerant; quod abſque additamento Synodus recte conſiſteret de qua controuerſia ſuo loco dictum eſt.

Synodo Chalced. fraudulenter additũ.

Coll. 7. Collatio Septima, ad 7. Kal. Iun. vbi ſuggeſtione Imperatoris lecta ſunt ſingula quæ Vigilius ad diuerſos ſcripſiſſet de tribus capitulis, vt poſſet ipſum arguere præuaricationis, quaſi antea 3. cap. damnaſſet, quæ poſtea defendiſset. Ad poſtremum recitantur Acta Antiochena, de Neſtorianis vindicantibus ſibi Theodoretũ, vt ſuũ, eiuſque imaginem ſuper currum, cum triumpho, ducentibus.

Coll. vlt. Vltima demum collatio habita legitur 4. Non. Iunij in qua recitata eſt ſententia contra Theodorum Mopſueſtenum, Ibæ Epiſtolam, & Theodoreti ſcripta, aduerſus Cyrillum & ad finem poſiti 12. Anathematiſmi contra Neſtorij, & Eutychetis hæreſes & aduerſus 3. capit. quæ omnia, ſecuta eſt ſubſcriptio Epiſcoporum 165. De Vigilio Papa aliqua proloquuntur in ſententia, quod licet tam ſolemniter inter voca-

tus

A tus ad Synodum venire recuſauerit, propterea ſe permotos ad ea definienda de tribus capitulis. Quod vero ſcirent nullam tàm numeroſam Synodum eſſe, quæ infringere poſſet Rom.Pont. decreta, ſilentio potius voluerunt omittere eius conſtitutum & Decretum, quam contrarijs niti viribus. Vt igitur exhibent Acta, tantum abeſt vt Oecumenica Synodus in Spiritu Sancto legitimè congregata dici poſſit, ut nec priuatæ Synodi mereatur nomen, ut quæ reſiſtente Romano Pontifice fuerit congregata, & contra ipſius Decreta, ſententiam tulerit. At quomodo eadem poſt Oecumenicæ obtinuerit nomen, poſt dicetur.

V.Syno.abſente Pont. illegitima.

An uero propterea Eutychiani, qui hæſitantes dicebantur, propter quos indictũ fuit Concilium & damnata tria illa capitula; Synodum Chalcedon.receperunt? nequaquam, ut hinc poſteris relictum ſit exemplum, nihil contra fas hæreticis concedendum, ſub ſpe uel ſpecie conuerſionis illorum. Legatur Leontius de Sectis Act. 6. B & 7. qui citatur a Damaſceno lib. 3. de fide Orthodoxa cap. 11. At non hæretici tantum non ſunt conuerſi, ſed & Catholici Schiſmate ſunt diuiſi: & Iuſtinianus qui ſemper Chriſtianiſſimus videri voluit perſecutionem non leuem in eos, qui damnationem capitulorum non reciperent, excitauit, exilijs eos afficiens. Liberat. Breu. cap. vltimo Iſidor. de vir. Ill. c. 18. & 25. Immunes a perſecutione illi tantum fuere qui ſub eius Imperio non eſſent, vt Venetæ, eique adiacentium regionum Epiſcopi, qui ſub Francis agentes, contra Quintam Synodum Aquileiæ Concilium congregauerunt, cuius meminit Beda. Vigilium ipſum quoque Papam cum his, qui cum ipſo erant, exilio deportatum, habet Anaſtaſius. demum vero rogatum Narſetis ab exilio omnes pariter reuocatos.

Nihil contra fas hereticis indulgẽdum, ob ſpem conuerſionis illorum.

C Porrò ſi in exilium actus eſt Vigilius, quomodo conſenſit damnationi de tribus capitulis affirmant illud quidẽ nonnulli de Græcis, quod ſcirent abſque eius aſſenſu cuncta irrita caſſaque ipſo iure eſſe. Euagrius [a] Niceph. [b] Euſtathius in uita Euthychij, Cedrenus, Zonaras atque Photius, de ſeptem Synod. apud Euthymium, in Panoplia, [c] ſed non eſt ueriſimile nec pendente Synodo, nec ſtatim vt abſoluta eſt, aſſenſiſſe, tum ex his quæ habentur de exilio, tùm quia litteræ illæ ipſius, quibus præbuiſſe aſſenſum affirmant, fuiſſent ſummo ſtudio & induſtria Actis intextæ, & per omnes Orientis & Occidentis Eccleſias euulgatæ, non ſecus ac epiſtola Leonis Papæ, quod ex illis ualidarentur quæ a Synodo ſancita, ipſo contradicente, eſſent inualida quæ tamen nuſquam apparent. Vnde ergo illi nomen, & auctoritas Oecumenicę Synodi? ab aſſenſu procul dubio, & approbatione ipſius Vigilij, uel Pelagij eius ſucceſſoris, & aliorum Romanorum Pontif. De approbatione uero ipſius Quintę Synodi S. Gregor. [d] ad Io. CP.num Epiſcopum hæc habet. QVINTVM QVOQVE CONCILIVM PARITER VENEROR. &c. Non uerò in pari ueneratione habita eſt hæc Synodus, ut aliæ quatuor, quia in illis præcipua fidei Chriſtianæ ſtabilita ſunt dogmata; in hac uero non de fide actum eſt, ſed de perſonis. Hinc S. Gregorius ad Conſtantium Epiſcopum Mediolanenſem. [e] *Nunc ita facimus,* inquit, *ſicut nobis placuit, vt quatuor Synodos ſolummodo laudaremus. De illa autem Synodo, quæ in CP.*[h] *poſt modum facta eſt, quæ a multis Quinta nominatur: ſcire uos volo, quia nihil contra quatuor ſanctiſſimas Synodos conſtituerit, vel ſenſerit; quippe quia in ea de perſonis tantummodo, non autem de fide aliquid geſtum eſt, & de his perſonis, de quibus in Chalced. Concilio nihil continetur, ſed poſt expreſſas Synodos ſeu Canones facta contentio, & extrema actio de perſonis uentilata eſt.* Quæ appendix potius uideretur ad ipE ſam Synodum. Idem S. Gregorius ſæpius illud repetit, per Quintam Synodum, nihil derogatum, Synodo Chalced. nihil infirmatum nihil imminutum, ad Theodolindam [f] ab Sabinum [g] ad Secundinum.[h] Idem ſcribens ad Hibernos Epiſcopos, mittit ad illos librum Pelagij deceſſoris ſui, pro Quinta Synodo [i] quem librum, nomine Epiſtolæ, Paulus Diac. 3. de geſt. Longob. cap. 10. dicit fuiſſe conſcriptũ ab ipſo Gregorio, cum eſſet Diaconus. Nec Gregor. tantum cum prædeceſsoribus, ſed & ſucceſſores omnes Quintam Synodum recepiſſe & confirmaſſe noſcuntur, ut Leo ſecundus ad Coſtantium Imperatorem, cuius Epiſtola in 6. Synodo recitatur: & Hadrianus in epiſt. ad Nectarium. Itemque in alijs Oecumenicis Synodis poſtea celebratis

a 4. c. 37.
b 17. c. 27. & 28.
c p. 2. tit. 24
d lib. 1. ep. 24.
e lib. 3. ep. 37.
f 3. lib. ep. 4
g 2. ep. 10. ind. 11.
h lib. 7. ep. 53. ind. 10.
i lib. 3. ep. 36.

eadem quinta Synod. Oecumenica cognita eſt atque probata. Quo ad hæc autem tempora pertinet, occaſione Vigilij Conſtituti, complures Catholici Epiſcopi Quintam Synodum minimè receperunt, ut Africani, Itali, Prouinciæ Venetę, atque Ligurię, Epirotici, Illyrici & illis finitimi, & ſe ab alijs diuiſerunt, quod malum progreſſum fuit uſque ad Hibernos. A

In hac tàm graui conflictatione de tribus Capitulis, illud ſemper habendum prę oculis, utramque partem pugnaſſe pro Concilio Chalcedon. illique proſpectum maxime uoluiſſe, & quę fidei eſſent ſalua, & intacta permanere, quo poſito fundamēto, ſi nouis emergentibus cauſis, & periculis Schiſmatis, nunc ex una parte nunc ex alia, Vigilius ſententiam ſępè mutarit, haud eſt arguendus leuitatis, &, ſi quę, per conſtitutum damnarat, ad uniendum Eccleſię Romanę Orientem, Schiſmatę diuiſum, rurſum probaret, atque ita reciperet Quintam Synodum: atque eadem ratione Pelagius ſucceſſor eandem Synodum probandam putauit. Sed longe pręſtitiſſet controuerſiā nunquam motam fuiſſe, quę tantum diſcidiorum induxit in Eccleſiam, quod totum, ac tantum malum debetur Iuſtiniano, dum ſibi, quę Epiſcoporum ſunt, arrogantius arrogat, & ab adulatoribus ſinit ſe decipi, proponentibus, ea trium capitulorum damnatione, adunari totam Eccleſiam in vnum, quod nullus antea, cum multi tentaſſent, perfeciſſet. B

Plura deſunt V. Synodo. a 17. c. 27. Plura deeſſe Quintæ Synodo perſpicuum eſt. Conſtat enim plurium teſtificatione in eadem Synodo damnatos eſſe origenem Didymum, & Euagrium, vna cum ipſorum erroribus, ſcriptoſque aduerſus eos decem Anathematiſmos, quos Nicephor.[a] recitat, Cedrenus quoque affert ex epiſtola Iuſtiniani ad Synodum data, de erroribus Origenis, & alia plura, quæ deſiderantur, vt & longum illud Edictum ad Mennam, in quo plures Origenis errores confutantur, de quo ſuperius; quod inſertum ipſum quoque in ea fuiſſe credibile eſt. Nec vero mirum aut voluiſſe aut potuiſſe hæc ad libitum præſtare, qui Synodo præſidebant, aut magna eius pars erant, Origeniſtæ, & Theodorus in primis Cęſarienſis, ob hanc ipſam eius damnationem, omnium harum turbarum auctor. Deſunt & acta illa quibus Eccleſia Ieroſolymitana erecta eſt in Patriarchatum, de quibus habetur in bello ſacro a Gulielmo Tyrio.[b] Et tunc primum Cæſarienſis Eccleſia, hactenus Metropolis totius Palęſtinæ, ſubiecta eſt Ieroſolymit. Eccleſiæ obtinuerat id quidem & Iuuenalis Ieroſolymit. Epiſcopus in Concilio Chalced. Sed Leo Papa ſe oppoſuit, nec ratum vllo modo habere voluit. quam quidem Cæſarienſem Ciuitatem Iuſtinianus voluit ex altera parte nobilitare, conſtituens eam Proconſularem, vt iam antea fuerat. C

b lib. 14. c. 12.

Conſt. 103 de Procōſ Palęſt. D

Aliena addita v. Syn. Rurſum aliena addita quintæ Synodo a Monothelitis, detectum eſt a Legatis Apoſtolicis in 14. Act. Sextæ Synodi, in qua dictum eſt anathema in eos, qui quoquomodo Quintam Synodum corruperunt.

Terræmotus ingens CP. p dies 40. Anno 27. Imper. Iuſtiniani factus eſt terribilis tęrremotus CP.[h] & per alias vrbes, qui tenuit dies 40. & paulatim homines compuncti ſunt, Litaniam agentes, & frequentantes, atque in Eccleſias commeantes. Cumque multa miſericordia Dei facta fuiſſet, homines ad peiora delapſi ſunt. Fit autem memoria huius terræmotus per ſingulos annos in campo Litaniam populo agente. Inter alias ciuitates ſolo æquatas, ponitur Beytus in Phœnicia, contremuiſſeque etiam Alexandriam Aegypti (quod magno miraculo factum eſt) terręmotibus minimè ſoli natura ſubiectam. Præſagium hoc fuit horrendæ illius Eccleſiarum concuſſionis, quæ per tot annos durauit, Catholicis ipſis inter ſe collidentibus, & qui adhærebant Synodo de trium capitulorum damnatione præualuerunt in Oriente; qui vero, Conſtituto Vigilij, pro eorūdem defenſione in Occidente. hi autem, congregatis diuerſis Concilijs, quę CP.[i] acta ſunt damnauere, memores ea tantum de Synodis in Eccleſia eſſe recepta, quæ Apoſtolicæ Sedis Antiſtites ſuo calculo comprobaſſent, & hactenus quidem dū quæ caput Eccleſiæ Vigilius improbabat, & ipſi improbauere, digni laude fuerunt; poſt vero Vigilio probante Synodum, & ſuccedentibus deinceps Rom. Pont. item probantibus, ob bonum pacis, ſalua fide & Concilij Chalcedon. integritate ipſi perſiſtē E

Miſcella hiſt. itē Agath. lib. 2.

A tes durius,improbando,& damnando,improbe egere,& turpi Schiſmate ſe a viſibili Eccleſiæ capite ſeiunxere.

Eo tempore CP.li diues quidam cum ęgrotaret, mortemque timeret, triginta libras argenti in pauperes erogauit:reſtitutus autem, pręter ſpem ſuam, bonę ualetudini,fraude Diaboli eo inductus eſt,vt facti ipſum pęniteret, hoc que fideli cuidam ſuo amico aperiret.Monet ille hominem ne huic malę aſſentiatur cogitationi, Deúque irritet,qui propter iſtam largitatem miſeratus,ſanitatem donarit, alioqui fore, vt ſubita morte,non dum mutato facto,pereat. Cum non moueretur ille, ſed magis magiſque irritaretur,amicus: Quando,inquit,ſalutare conſilium non admittis aliud tibi ſubijciam,poſcenti: uere miſericors ille, agedum ait, ad templum vade, & non te ſed me in pauperes elargitum pecuniã iſtam dicito:ipſe ſtatim triginta libras reddam. Conſentiens infelix ille,ad templum abijt,ita vt alter pręceperat, locutus eſt, & aurum recepit.Vnde egrediens,ad ipſam templi portam mortuus concidit.Clericis de rei nouitate ſtupendibus,omnibuſque alijs, qui forte aderant, iubentibus alterum pecuniam recipere ſuam: ille non obtemperauit,ſed inter ęgenos omnem diuiſit,quod diceret Deum non pati ſannas.Promiſſa enim Deo, non tantum pecuniã, ſed verba voluntatemque obligant.Et quidquid homo Deo pollicitus fuerit, id pręſtare opus habet,Virgo Virginitatem, continens continentiam &c. Cedrenus ſub huius anni periodo. Deus promiſſa exigit

Chrotildis Regina plena dierum boniſque operibus prędita, apud Vrbem Turonicam obijt,tempore Iniurioſi Epiſcopi quę Pariſios magno cum pſallentium pręconio deportata,in ſacrario Baſilicę S.Petri,ad Latus Clodouei Regis ſepulta eſt, à filijs ſuis Childeberto atque Clothario Regibus, nam Baſilicam ipſa conſtruxerat, in qua & Genouefa beatiſſima eſt ſepulta. Greg. Turon.[a] Sigeb. in Chron. & alij, eius memoriam celebrat quotannis Eccleſia 3.Iulij Martyrol. Crotildis Reg.obit⁹.

a hiſt.4.c.1. & 10.c.31.

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.*	*Poſt Conſ. Baſilij*
554.	15.	28.	13.

Clerus Romanus,vna cum Narſete Duce,rogat Imperatorem vt Vigilium,& qui de Clero cum eo in exilium deportati erant,reſtituantur,& impetrat,vt ait Anaſtaſius; & tunc accidiſſe putandum eſt,vt Vigilius Papa ad tollendum ſchiſma obortum,occaſione trium capitulorum,abrogato,quod pro illis ediderat, conſtituto, Quintam Synodum Apoſtolica auctoritate receperit,& probarit, œcumenicamque dixerit:cuius poſtremam ſententiam,cum poſteri omnes Romani Pontifices ſint ſecuti,vniuerſa Dei eccleſia,paucis exceptis ſchiſmaticis (in quibus liberatus Diaconus Diaconus Carthagin.in Breuiario,vt colligitur ex fine,c.22.& Facundus,& alij) eãdem Synodum,vt œcumenicam ſemper nouit,& prædicauit,cuius exemplaria in Roman.Eccleſiæ Archiuis authentica collocata, miſiſſe ad Theodelindam & filium eius Aduloualdum,extremo tempore ſui Pontificatus,ſcribit S. Gregor. Epiſtola 2.lib.12.quæ tamen incorrupta non eſſe conſeruata, quæ modo extant ſatis probant. Vigilius liber dimiſſus ad ſuam redire Eccleſiam,impetrat ab Imperatore promulgari ſanctionem toti Italiæ profuturam, quæ extat capitibus 27. diſtincta [b]. *Pro petitione Vigilij Venerabilis antiquioris Romæ epiſcopi quædam diſponenda cauſimus ad utilitatem omnium pertinentia qui per occidẽtis partes habitare naſcuntur.*

b Nouell. Iulian.edit. in fine.

Coſrhoes Rex Perſarum in Colchorum regione,Iuſtiniano moues bellum,eius exercitum turpiter profligat.[c] Agathias.

c Agath. lib.2.

Pertæſi celebres quidam Gentiles Philoſophi Chriſtianam Religionem, & eam colentium mores,ad Perſas,quos acceperant eſſe modeſtiores,proficiſcuntur, apud eos habitaturi:uerum falſa decepti fama; vbi Perſarum fędiſſimos inuenerunt mores,mox redire ad priſtinos lares,& cum Chriſtianis reliquum uitæ tempus degere cenſuerunt.Inter redeundum inhumatum cadauer recens mortui hominis inuentũ, ex humanitate ſepeliunt.quorum uni in ſomnis apparet quidam iubendo monendo- Chriſti Religio omnibus ſãctior.

que huiuſmodi inclamans. *Noli inhumatum humare, permitte canibus lacerandum. Terra uniuerſorum mater matris corruptorem hominem non ſuſcipit.* (hæc idcirco, qđ Perſis in more eſſet, filios cum matribus commiſceri) qui experrecti, cadauer refoſſum inueniunt. hæc idem Agath. ibidem. A

Chriſti Ann.	*Vigilij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.*	*Poſt Conſul.*
555.	16.	29.	*Baſilij* 14.

Vigilius Papa in Italiam veniens, Syracuſis in Sicilia, ex calculo, moritur, corpus delatum Romam ad S. Marcellum ſepelitur, uia ſalaria. ex Anaſtaſio.

In eius Pontificatu permiſit Deus Apoſtolicam ſedem adeo fluctuare, & in tantum diſcrimen adduci, ut ab omnibus intelligeretur non humanis, ſed diuinis illam fulciri præſidijs. eiuſdem quoque Vigilij ſummam ambitionem, & Principibus placendi ſtudium Deus egregie vltus eſt, per eos ipſos, quibus gratificari ſtuduit, miſere exagitatus & vexatus, ſic ut nullus alius magis a Chriſtiano Imperatore; & nihilominus Apoſtolicæ Sedis auctoritas, quo magis in eo fuit contempta, eo amplius in eodem fuit illuſtrata. B

Iuſtiniana prima Iuſtiniani patria in Metropolitanam ſedē erigitur.

Quod Iuſtinianus ab Agapeto, & Siluerio impetrare non potuit, ut prima Iuſtiniana, natale ſolum, a ſe mirifice illuſtrata, non epiſcopatus ſolum, ſed Metropolitanæ Sedis augeretur dignitate, id a Vigilio extorſit. Id quidem a Vigilio Papa decretum, vt eius Epiſcopus pallio ornaretur, vicemque gereret Apoſtolicę Sedis, idem Iuſtinianus in Conſtitutione Nouella 131. c. 3. profitetur.

Sanctiſſimus Vigilius Papa, inquit Hadrianus Papa ep. ad Carolum M. in Lateranenſi Patriachio baſilicam faciens pulcherrimis eam decorauit picturis, tàm in hiſtorijs, quam in ſacris imaginibus. C

Reges petunt a Papa immunitates Monaſterijs. a lib. 7. ep. 115.

Idem Arelatenſi Monaſterio, quod Childebertus Rex Francorum erexit, & petijt ab eo Sedis Apoſtolica immunitatibus communiri per litteras Apoſtolicas ad Aurelianum Epiſcopum datas, piuilegia conceſſit, vt aſſerit B. Greg.[a] ad Vigil. Epiſcopū Arelat. Hęc, quod non haberent certum locum, ad finem eius ſunt relata. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem presbyt. 46. Diac. 16. Epiſcopos per diuerſa loca 81. ceſſauit epiſcopatus eius menſes tres, & dies quinque.

Sancit c. Simoniam.

Subrogatus eſt in locum Vigilij, Pelagius Archidiaconus, fauente illi Iuſtiniano, qui quantumuis Vigilij conſtituto ſubſcripſiſſet, pro tribus capit. tamen poſtremam eius ſententiam, probantem, Quintam Synodum ſecutus eſt, cum probe noſſet nullum præiudicium per id generari Catholicæ fidei, & alioqui pacem ſanciri. De eo mirum, quod narrat Anaſtaſius, *cum non eſſent, inquit, Epiſcopi, qui eum ordinarent, inuentos duos, Ioannem de Peruſio, & Bonum de Ferentino, & Andream Presbyterum de Oſtia, & ordinauerunt eum Pontificem.* Cum autem ſuſpectus eſſet de morte Vigilij, ob idque plerique ſe ab eius communione ſubtraherent, per Euangelium & crucem ſe purgauit, & ſatisfactio accepta eſt a populo; ſtatuit ſtatim ut ab Oſtiario ad vltimum ordinem nullus per aurum neque per alias promiſſiones proficeret, quod eſt Simoniacum. Ex Anaſtaſ. D

Alemāni, & Frāci vaſtātes Italiā, ꝓfligantur, & uarie intereunt. Dialog. lib. 1. cap. 2.

Alemanni & Franci, militantes ſub Theodibaldo, inuadunt Italiam, ſeptuaginta duo millia electorum militum, ducibus Germanis duobus Alemannis Leuthare, & Bucellino, (quem Bultinum Agathias uocat) qui progreſſi in Campaniam, Lucanos, & Brutios, omneſque interiacentes regiones populantur. Franci, Duce Bucellino, ut uerę fidei cultores, & non ſecus ac Romani ſacrificantes (inquit Agathias,) erga ſacra, pietate & reuerentia utebantur de quibus tamen Sanctus Gregorius ſcribit, *Eodem verò tempore in Campania partibus Buccellinus cum Francis uenit, qui ad famam, quod S. Libertinus multas pecunias poſſideret, inuaſerint Monaſterium eius, Libertinum inclamantes, in quem impingentes, uidere non poterant, ſique ſua cæcitate fruſtati a Monaſterio ſunt uacui egreſſi.* E

Alemanni uerò ſine delectu ſacra, & profana miſcentes omnia diripiebant, & con

tamina-

A taminabant,qui onuſti ſpolijs domum repetentes circa Venetiæ loca ad Cenedam vrbem,omnes,alij alijs morbis interiere,Duce ipſo in furorem verſo,ſuaſque ipſius carnes lacerante.

Bucellinus verò cum Narſete confligens ad internecionem cum ſuis cæſus eſt, ſic ut quinque tantum,de tanto numero ſuperfuerint, quod tribuit Agathias iniuſtitiæ quod alienas terras inuaderent, & pro Arianis contra Catholicos pugnarent. hæc latius Agathias. a a lib.2.

Interim male pugnatum cum Perſis,fugatis a tribus eorum millibus quinquaginta millibus Romanorum,vlciſcente Deo(vt ab omnibus iactabatur)innocentem ſanguinem Regis Colchorũ,Chriſtiani maxime pij a Romani exercitus Ducibus, fraude necati,Agathias. Rom. male pugnant cũ Perſis.

B Theodibaldus,dum a ſuis pugnatur in Italia,moritur adoleſcens ac penè puer(inquit Agath.)Greg.tamen Turon.b vxorem ait duxiſſe,annoque regni ſeptimo deceſſiſſe.Hæreditas ad conſanguineos deuoluta,Childebertum , & Clotharium , & cum hæreditate oborta eſt diſcordia. *Regnum*(inquit Gregorius)*Clotharius accepit,copulans Vuldotradam uxorem eius ſtrato ſuo,ſed increpitus a Sacerdotibus, reliquit eam dans ei Garivaldum Ducem,&c.* b 4.cap.9.

Vigebat quidem Gallicanorum Epiſcoporum Sacerdotalis vigor his temporibus in inceſtuoſos,contra quos plures extant Canones Conciliorum, per hæc tempora habitorum . Sane quidem & aliud id genus crimen eiuſdem Clotharij idem Greg. c refert,nimirum duas ſibi in matrimonium coniunxiſſe ſorores,ex quibus ſeptem ſuſcepit filios. c lib.4.c.3.

C *Anno 29.Imperij Iuſtiniani ſeditionem concitauerunt Iudæi & Samaritæ Cæſareæ Palæſtinæ,& facti quaſi in ordine Praſino,& Veneto,irruerunt in Chriſtianos eiuſdem ciuitatis,& multos interfecerunt.& Eccleſias conbuſſerunt, & Stephanum ipſius ciuitatis Præfectum,in Prætorio peremerunt,& ſubſtantiam eius diripuerunt. Vxor uerò illius fugiens in Vrbem,adijt Imperatorem . Qui iuſſit Adamantio magiſtro militum deſcendere in Palæſtinam,& occiſionem exquirere Stephani.Qui ueniens,eorum,quos reperit,alios ſuſpendit,alios decollauit,alios uero debilitauit,& publicauit, & factus eſt timor magnus in omnibus partibus Orientis.* Auctor Miſcellæ. Iudæi,& Samarita Cæſareæ trucidãtes Chriſtianos , ab Imp. uarie puniuntur.

Chriſti Ann.	*Pelagij Pap.*	*Iuſtiniani Imp.*	*Poſt Conſul. Baſilij*
556.	2.	30.	15.

D

DEbellatis Francis, Alemannis ſic conſumptis , & Gothis in deditionem acceptis,a bellis tandem Italia quieuit:cum tamen viguerit bellum Eccleſiaſticum ex comprobatione V.Synodi factæ a Vigilio,& poſt a Pelagio,ad retinẽdam Orientalem Eccleſiam vnitam cum Occidentali,pleriſque Occidentalibus Epiſcopis reſilientibus a communione Romani Pont.& Catholicis ipſis,qui nunquam defecerũt, nec Synodum V.damnarunt,eam ſilẽtio prętereũtibus,& ſufficere putãtibus quatuor profiteri Oecumenicas Synodos,in his quæ ſpectãt ad Catholicam fidem, cum in quinta conſtet actum eſſe de perſonis.ſic Caſſiodorus feciſſe cognoſcitur d & aliquando etiã S.Gregorius Papa. e d li.1. Inſt. diu.lect. ca. 11.& 17.

E Pelagius impigre laborat pro Quinta Synodo,& pro tollendo ſchiſmate,reuocandis ad Eccleſiæ vnitatem Italiæ Epiſcopis,maximè Venetiæ,Iſtriæ,atq; Liguriæ,quæ hactenus Francis ſubditę fuerunt, impellens Narſetem pluribus litteris ad eos vi & poteſtate comprimendos,quod fieri legitime poſſe & debere,varie probat. At Epiſcopi quidem fere in ſchiſmate perdurabant, populi vero communionem cum Romano Pontifice retinebant,Epiſcopos auerſantes.Pelagij Epiſtolæ ad Narſetem plures extant f de duobus tamen præcipuis, Paulino Pſeudeepiſcopo Aquileienſi & alio Mediolanenſi Epiſcopo laborat,quos inſtat ab eo,ad Principem, ſub diligenti cuſtodia, mitti . e 3.ep. ep. 33.& 37. Pelagi9 Papa impellit Narſetẽ ad cogendos epõs ad vnitatẽ cum eccleſia Rom. f 2.3.4.5.

Quæ verò geſta ſint per Narſetem Pelagij impulſionibus,ex ſcriptorum inopia la

A tent; & profectum tamen aliquid per eum, vt videlicet nonnulli Italię Epiſcopi, veluti membra capiti ſubderentur, Aquileienſe tamen Epiſcopo, & aliquot ipſi inhęrentibus obſtinatiſſimis permanentibus, adeo vt Eccleſia illa vſque ad Sergij tempora in ſchiſmate diuiſa permanſerit, ad centum fermè annorum ſpatium, licèt omnes ſucceſſores Pelagij in eo nauiter laborauerint, ut eam cum alijs, ad Catholicam vnitatem reducerent. Hoc eodem anno idem Pelagius ſuſceptis Legatis a Childeberto Francorum Rege, & Sapaudo, ſiue Sabaudio Epiſcopo Arelat. ad eoſdem reſcripſit. in primis ad eundem Epiſcopum litteras dedit, quibus eidem ſuas delegauit uices, & impertitus eſt pallium. Scripſit alias ad eundem poſt illas, 19. kalen. Iun. mittens reliquias a Rege poſtulatas, non per Legatos, *ſed neceſſe habuimus*, inquit *hominem bonũ Subdiaconum de Clero noſtro dirigere, qui eas, vſque ad fraternitatem veſtram cum reuerentia deportaret.* aliæ litteræ eiuſdem ad eoſdem extant, omnino legendæ, ad cognitionem illorum temporum. B

Extant etiam eiuſdem Pelagij litterę ad epiſcopos Tuſciæ Annonariæ, qua eos arguit de ſeparatione a Sede Apoſtolica, & ſuam integram fidem profitetur, & circularibus litteris eam palam omnibus manifeſtat.

Regnum Francorum in maximum diſcrimen adductum eſt; ex bello ciuili conflato inter fratres, Reges Childebertum, & Clotharium, ob diuiſionem bonorum Theodibaldi Regis defuncti: cui, & domeſticum bellum acceſſit, cum Cramnus, Clotarij filius, contra patrem arma mouit, quo tempore idem Clotarius aduerſus Saxones rebellantes in expeditione eſſet. Agath. lib. 2.

Diuina vltio aduerſus ſacrilegos his temporibus non ſemel progreſſa narratur. Leo Pictauienſis vnus de incentoribus Chramni, fertur (inquit) Greg.[a] aliquando dixiſſe, quod Martinus, & Martialis confeſſores nihil fiſci iuribus vtile reliquiſſent, & ſtatim percuſſus a virtute Confeſſorum, ſurdus, & mutus effectus, amens eſt mortuus. Venit enim miſer ad Baſilicam ſancti Martini Turonos celebrauitque Vigilias, & dedit munera; ſed non eum reſpexit virtus conſueta, cum ipſa enim, qua venerat, infirmitate regreſſus eſt. C

a lib. 4. c. 10

Complures alios, his ciuilium diſcordiarum temporibus, inieciſſe manus in bona eccleſiaſtica, nonnulla alia exempla diuinæ vltionis in eos immiſſa, demonſtrant, quod teſtatur primus Canon Concilij Pariſienſis, poſt annum ſequentem habiti: ſed & præter hos bonorum eccleſiaſticorum inuaſores, regij quoque miniſtri, eadem fiſco addicere conſueuerunt: cuius rei gratia ſanxerunt Canonem ſecundum. *Perpetuo anathemate feriatur, qui res eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut peruadere periculoſa infeſtatione præſumpſerit.* D

Auſtrapius Dux Chramnum metuens, in Baſilicam S. Martini confugit, eum ibi ita Chramnus obſeruari iuſſit, vt nihil illi, ne aqua quidem præberetur, vt neceſſitate compulſus egrederetur de Baſilica; & cum tamen quidam ei ſemiuiuo vaſculum aquę præbuiſſet, cuſtos accurrens de manu eius in terram effudit, ſed is ea ipſa die correptus a febre nocte media expirauit, poſt quod miraculum omnes ei opulétiſſime, quæ erant neceſſaria detulerunt. Greg. Turon.[b] Vide reuerentiam perditiſſimi hominis Chramni, erga ſancta loca, vt obſidione potius, quam inuaſione capere uoluerit inimicum.

b 4. c. 18. Quanta ci[l]im reuerétia eſſet ſanctorum locorum.

In ipſo territorio, quinque eius milites oratorium Iciacenſe expilarunt, & partiti inter ſe ſpolia, cum mox quatuor in ſeditione interfecti ſunt, quartus tota præda domum relata excæcatus, uouit, ſe omnia reſtituturum, ſi uiſum reciperet, recepit, retulit. Greg. de glor. Mart. c. 66. E

Romanus exercitus ingentem inſperatamque uictoriam de Perſarum exercitu refert, dum qui, ſacrificij cauſa, Iuſtinus Dux, cum equitatu abeſſet, reuerſurus in munitionem, hoſtes, quibus occurrit, fugauit. Agath. lib. 3.

A

Chriſti Annus 557. *Pelagij Pap.* 3. *Iuſtiniani Imp.* 31. *Poſt Conſul. Baſilij* 16.

RVſticus, & Ioannes Duces exercitus, ob necem illatam Cholcorum Regi Chriſtiano, Romani Imperij ſocio, capite damnati. Agath. Lib.3.

Proſpere pugnatum aduerſus Meſianos qui defecerant a Rom. ad Perſas. Superbiſſimus Perſarum Dux exercitus, ob rem male geſtam, a Coſrhoe excæcatur.

CP.lis nouis ingentibuſque terræmotibus quatitur, immenſo cum pauore, & horrore hominum, & ædificiorum ſtrage, populus per aliquod tempus ad meliorem frugẽ conuertitur. De illis latè Agathias. Ingens terræmotus CP.li Lib.3.

B

Iuſtinianus inſtaurandis ædificijs intentus: cum multas ſacras ædes pulcherrimo artificio elaboratas, Deo & ſanctis erexit, tum inſigne illud, & præ ceteris eximiũ ampliſſimũ dico Sophiæ templum extruxit; quod quidem tale fuit, quale non aliquãdo ante viſum fuiſſet, quodque ornatu, & ſplendore adeo excelluit, vti nulla dicendi vi facile explanari poſſet. Euagr. [a] qui pergit illud deſcribere. Procop. quoque lib. 1. ædif. Iuſtin. In orbem hanc habuit inſcriptionem TVA DE TVIS TIBI OFFERIMVS SERVI TVI CHRISTE IVSTINIANVS, ET THEODORA. EA TV PROPITIVS ACCIPE FILI DEI VERBVM. QVI NOSTRI CAVSA CARNEM ASSVMPSISTI, ET CRVCI AFFIXVS FVISTI, AC NOS IN TVA RECTA FIDE CONSERVA, ET QVAM NOBIS COMMISISTI REMP. EAM AD TVAM GLORIAM AVGE, ET TVERE, INTERCEDENTE SANCTA DEIPARA VIRGINE MARIA. Sumptuoſiſſimũ Sophiæ Templum CP.li a lib.4.c.30

C

Chriſti Ann. 558. *Pelagij Pap.* 4. *Iuſtin. Imp.* 32. *Poſt Conſulatum. Baſilij* 17.

ANnus peſte & bello CP.li miſerimus. *Eodem anno* (inquit Agath. lib. 5.) *vere iam ineunte de repente, & iterato vrbem peſtilens morbus inuaſit, & infinitam ſuſtulit multitudinem, haud tamen prorſus ceſſauit, ex quo tunc primum anno, Iuſtiniani Imperij quinto, irrepere hanc noſtram regionem occæpit*, & inferius. *Interibant autẽ repentina morte quam multi, tanquam apoplexiæ morbo correpti; qui plurimum reſiſtebant, ad quintum vix diem vita defungebantur.* Peſtis CP.lim inuadit.

D

Ad hęc auertenda mala peſtis, & Terræmotus, Iuſtinianus ſanctionem [b] edidit ad populum CP.num inuitans ad rectam vitam, deterrens a Luxurijs, blaſphemijs, iuramentis PROPTER TALIA ENIM, inqnit, DELICTA, ET FAMES, ET TERRÆMOTVS, ET PESTILENTIÆ FIVNT, (& quia de barbarica graſſatione nihil, credibile eſt hoc anno latam ante Hunnorum aduentum) & pœnas proponit in delinquentes irrogandas. Glicas & Cedrenus ſcribunt inuentos illicitis vtentes amplexibus, ciues, magnates, Senatores, Pontifices, eoſdẽq; nudos, veretris amputatis, & calamis acutis in meatus genitalium infixis, per vrbem, quaſi in triumpho circunductos miſere perijſſe. b Nou. 77. Flagitia acerbiſſime vindicata.

E

Superuenit Hunnorum peruaſio, & incurſio, omnia populantiũ ferè vſque CP.lim nullo, qui reſiſteret obuiam procedente; vt iam etiam in Vrbe omnia pauore complerentur, dum timent calamitates obſeſſarum vel iam captarum vrbium. Quem miſerum rerum ſtatum deplorat Agathias, cum nec exercitus, vt ſolebat, alerentur, & militaria ſtipendia in aurigas, & huiuſmodi homines effeminatos, & ſeditioſos effunderentur, cui conſentanee, & Euagrius horum ipſorum temporum ſcriptor, quod vix credibile ſit, narrat, Iuſtinianum in alteram factionem Aurigarum, qui Praſini dicuntur, ita inſane animo propendiſſe, vt impune poſſent ipſo meridie in ciuitate aduerſarios trucidare; & non modo non pœnas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus; & ſi qui magiſtratus illos cohibere molirentur, ſuo periculo & magno malo id Hunnorũ inuaſio. Iuſtinianus deſipit ſtudio aurigarum.

facerent; ſi quidem eorum vnus per mediam vrbem circumductus, fuit loris grauiter cęſus, alter etiam in crucem actus, ad tantam inſaniam, & immanitatem magnus ille Legiſlator deuenerat. Sed præſtat legere Agathiam;[a] & Euagr.[b] A

a lib. 5.
b li. 4. c. 31.

Excitatus tamen aliquando Imperator, Beliſarium olim clariſſimum Ducem, iam prę ſenio incuruum, in hoſtes emittit, quod illi vltimum certamen fuit. quomodo verò non ſine labore, atque periculo eiuſmodi tandem ab vrbe propulſauerit infeſtos Barbaros; ac demum quo pacto reliquos Hunnos per Thraciam, Gręciamque graſſantes, non armis, ſed auro penſo, annuoque pollicito, vt ad propria redirent, tributo, perſuaſerit, atque alios Hunnos quibus antea idem Imperator tributum pendebat, aſtuto conſilio in hos concitauerit, idem Agath. hoc fuſius proſequitur.

Hoc eodem anno magnus ille eccleſiæ Narnienſis Antiſtes S. Caſſius, ex coniugio vocatus ad epiſcopatum, migrat in cęlum. vetus Epitaphium ad eius ſepulchrum de quo S. Greg.[c] *Vir vitæ venerabilis Caſſius Narnien. Epiſcopus, qui quotidianum offerre conſueuerat Deo ſacrificium, ſeque in lacrymis inter ipſa ſacrificiorum arcana mactabat; mandatum Domini, per cuiuſdam ſui viſionem presbyteri, ſuſcepit, dicens, Age quod agis; operare quod operaris, non ceſſet pes ſuus, non ceſſet manus tua, Natali Apoſtolorum venies ad me & retribuam tibi mercedem tuam. Qui, poſt annos ſeptem, ipſo Natalitio Apoſtolorum die, cum Miſſarum ſolemnia peregiſſet, & myſteria ſacra communionis accepiſſet è corpore exiluit.* B

c 4. dialog. c. 56.
S. Caſſij Narn. epiſcopi e vita migratio.

Hoc eodem anno magnus ille Ioannes Silentiarius cognomento, ex epiſcopo, Anachoreta facto, ex hac vita migrauit annos natus 104. ex aſſertione Cyrilli eius diſcipuli; qui præclara eius pro fide certamina, alios dicit ſcripturos, quæ tamen non extant, magno detrimento eius temporis hiſtoricæ veritatis. celebris eius anniuerſaria memoria in eccleſia tum Orientali, tum Orientali recolitur. C

S. Io. Florétianus migrat ad Dominum.

Chriſti Annus	*Pelagij Pap.*	*Iuſtin. Imp.*	*Poſt Conſul.*
559.	5.	33.	*Baſilij* 18.

Pelagius Papa, vbi ſediſſet annos 4. m. 10. d. 18. ex hac vita migrauit 2. Martij, ex Anaſtaſio M.S. in Biblioth. Vaticana. De quo Hadrianus Papa in ep. ad Carolum M. de imaginibus. *Multo amplius verò eius ſanctiſſimi ſucceſſores Domnus Pelagius, & Domnus Io. miræ magnitudinis eccleſiam Apoſtolorum, a ſolo ædificantes, hiſtorias diuerſas tam in muſirco, quam in varijs coloribus cum ſacris pingentes imaginibus, & nunc vſque hactenus a nobis venerantur.* Eandem Baſilicam a Pelagio cæptam a Ioanne perfectam, eamque titulo Philippi atque Iacobi Sanctorum Apoſt. conſecratam, affirmat Anaſtaſius. D

Baſilica Apoſt. Romę a quo ædificata.

Extat, præter ſupradictas, eiuſdem nomine, epiſtola prolixa ad Vigilium quendam epiſcopum, quam impoſturæ ſuſpectam facit Conſulatus Narſetis atque Ioannis adſcriptus, cum numeratum ſit, poſt Conſulatum Baſilij uicies ſemel repetitum, vt eſt apud Caſſiod. de computo Paſchali, nec alij Conſules creati.

Pelagius Papa ſatisfacit Franc. Regi, percontanti de ſua fide.
Papyr. Ann. Fr. lib. 1.

Suſpectum Pelagium Catholicæ fidei violatę, quod probaret Quintam Synodum, Childebertus Rex Francorum miſſo Rufino Legato rogauit, an Catholicæ Leonis Tomum aduerſus Eutychetem ſequeretur. Pelagius reſpondit librum illum eccleſiæ probari, ipſeque, vt Rex poſtularat, nouam fidei formulam ſcripſit, extat epiſtola ad Childebertum, qua ſe Catholicum probat: Profeſſio item fidei. Obſerua quod cum in dubium venit Pont. Rom. fides Catholica, exploratur a fide tradita a prædeceſſoribus, quibus ſi conſentiat, nihil dubitandum; ſecus, ſi contra. E

Vacat epiſcopatus menſes tres, & dies 25. ex Anaſt. ſicque 27. Iunij ſubrogatus eſt in locum eius Ioannes cognomento Catellinus ex patre Anaſtaſio, viro illuſtri.

Pariſienſe Concilium in eo ſancitam pro immunitate eccleſiæ.

S. Euphronius creatur Turonẽſis epiſcopus ex Greg. l. 2. miracul. S. Martini c. 32. PARISIENSE igitur CONCILIVM, cui ipſe Euphronius ſubſcripſit, non antea potuit haberi. In eo ſancitum de vſurpantibus bona eccleſiaſtica; vel per Reges dignitates inuadentibus eccleſiaſticas; de inceſtuoſis coniugijs; ne Reges eccleſijs epi-

ſcopos

A ſcopos dare præſumant: ne quid Regibus liceat, præter ius.

Cum autem huic Concilio Pariſienſi minimè ſubſcriptus reperiatur Saphoratus, eius ciuitatis epiſcopus, qui Aurelian. V. habito A.D. 552. interfuit, dicendum videtur poſterius quod habetur Conc. Pariſ. in quo idem Saphoratus depoſitus legitur, ante pręſentem. Synodum celebratum eſſe, inuerſumque fuiſſe ordinem, vt & quia huic habetur Germanus ſubſcriptus, ipſe ſit ſanctiſſimus ille Dei Sacerdos Germanus Pariſienſis, quem Euſebio ſucceſſiſſe, poſt depoſitum Saphoratum, Aimoinus tradit.

S. Germanus ex Abbate Monaſterij S. Simphoriani ſanctitate vitæ, dignis moribus, & miraculorum editione præſtans, præcedentibus prophetijs uocatur ad regimen Pariſienſis Eccleſiæ. Fortunatus Pictauienſis epiſcopus, qui res pręclare, atque mirifice ab eo geſtas ſcripſit, apud Sur. 28. Maij. S. German. eps Pariſiẽſ.

B Quantum ſub hoc Sancto Antiſtite Childibertus Rex pietate profecerit, multa ſunt quæ probant. Inter cætera. *Quæ, inquit, Fortunatus, eleemoſynæ tam de rebus Eccleſiæ quam pop. oblatione, uel regio munere, per manus eius ſanctificatæ ſint, ſolus ille, qui omnia ſcit, nouit, & numerat.*

Euphronij Epiſcopi Turonenſis tempore grandia a S. Martino edita ſunt miracula. Chramnus ſępius catenatus ad inuocationem S. Martini, cathenis diſruptis ſępius ſolutus eſt. Greg. de Mir. S. Martin. Ingẽtia miracula a S. Martino edita. Lib. 1. c. 23.

Interfuere eidem Cõcilio ſanctitate celebres S. Prætextatus Rothomagẽſis: Chalactericus Carnotenſis; Leontius Burdegalenſis, & Paternus Abrigenſis, qui annua memoria celebratur 16. April. Acta extant apud Sur. Samſon, in Minori Britãnia, 28. Iulij, omnes num. 15. Canones ſunt numero nouem, ſed virtute pollentes.

C Recitata habetur apud Greg. [a] in hiſtoria Franc. epiſt. ſubſcripta a nonnullis denominatis Epiſcopis, & alijs præterea duobus Victorio, & Domnolo, altero Redonenſi, Cænomanenſi altero, ſanctitate clariſſimis ad S. Radegundem Reginam, de ſeruanda inſtitutione Monaſtica, quam miro animi ardore ſuſceperat, & cum Regijs alijſque nobiliſſimis Virginibus, Pictaui excolebat. ne qua ex illis, quæ ex horum diœceſibus ad dictum Monaſterium Deo dicandæ Virgines conuolaſſent, poſt promiſſionem Deo factam ad propria redire poſſit uel nubere, ſub diri anathematis pœna. a li. 9. c. 39.

Chriſti Ann.	*Ioannis Papæ*	*Iuſtiniani Imp.*	*Poſt Conſul.*
560.	1.	34.	*Baſilij* 19.

D IVſtiniano ægrotante, cum vulgo mortuus iactaretur, quaſi in interregno, C P.lis ea paſſa eſt quæ in vrbis direptione ab hoſtibus fieri conſueuerunt. Sed quomodo ex inſperato ope ſanctorum Martyrum conualuerit, cum alij, tum Procopius narrat. Lib. 1. de ędif.

Hinc morbus ſuccreſcens medicorum operam euicit. Interim audiens inuentas eſſe reliquias, 4. Sanctorum militum legionis 12. quæ apud Melitenam Vrbem Armeniæ olim erat collocata (de qua inuentione idẽ antea) relicta ope humana, ad has fidem cõuertit, & uera opinione in his, quæ maxime neceſſaria erant uſus eſt. Poſtquam enim lancem reliquiarum ſacerdotes genibus Regis (ijs enim letaliter laborabat) impoſuerũt, euanuit dolor, corporibus, quæ Deo ſeruierunt, cedens. Quod profecto Deus nolens eſſe dubium, Iuſtinianus miraculo ſanatur.

E *magnum ſignum oſtendit eorum quæ acta erant. Nam ex Sanctis illis reliquijs ſubito oleum manauit, & arculam perfundens pedes & totam purpuream ueſtem Regis imbuit & humectauit. Quam ob rem ueſtis hoc modo humectata aſſeruatur in regijs receptaculis, in eorum quæ tunc ſunt facta teſtimonium.* Aliàs etiam idem Iuſtinianus ope ſanctorum MM. Coſmę, & Damiani a mortis faucibus eſt ereptus. Eum enim iam a Medicis deſperatum & inter cadauera pene iacentem, iſti ſancti per ſomnium & viſum, apparentes, curauerunt, cuius beneficij memor, templum quoddam eorum, elegantia, magnitudine, & ſplendore illuſtrius reſtituit. Per Sãctos collatę ſanitates.

Sed innumera ſunt per omnem ętatem, Dei ope, per ſanctorum reliquias, edita mi

racula,

racula, quę earum cultum comprobant; vt & vſum ſanctarum imaginum ſemper in Eccleſia uiguiſſe, innumera exépla atteſtãtur. Et hoc anno nõ vulgare extat apud Sigebertum. *Hoc tempore,* inquit, *Iudæus quidam imaginem Saluatoris de Eccleſia furtim deponens, cum telo transfixit, & eam clam in domum ſuam deferens, cum vellet flammis exurere, ſe ſanguine imaginis cruentatum videns, præ ſtupore eam abſcondit. Quam Chriſtiani requirentes & per veſtigia ſanguinis inuenientes, eam ſanguinolentam receperunt, Iudæum uero lapidauerunt.*

li. 1. de mir. S. Mart. c. 11. — Sueui Reges Ariani hactenus Galliciam tenuerant, vſque ad Theodomirum, (qui a Gregorio Turon. Chararicus dicitur, idemque Miro, ut etiam filius, quorum prępomina Theodo, & Aria uideri poſſunt, & in Concil. Bracharenſi Ariamirus, per errorem fuit appellatus, quod filij nomẽ fuit,) hic igitur ex huiuſmodi occaſione ad rectam fidem eſt conuerſus, filio eius ad mortem ægrotante, audita fama miraculorum S. Martini, *ſi uera ſunt hæc,* inquit, *diſcurrant vſque ad eius templum fideles amici mei; multa munera deportantes & ſi obtinent filij mei medicinam, inquiſita fide Catholica, quam ille credidit, credam, penſato ergo auro argentoque ad filij pondus, tranſmiſit ad uenerabilem locum ſepulchri.* Profecti cum muneribus orant pro ægroto. Et reuerſi nunciant, ſe multas uidiſſe fieri ad Beati tumulum uirtutes, cur autem eius filius ſanatus non fuerit, ſe ignorare. At ille intelligens non antea ſanari filium poſſe, niſi ęqualem cum Patre crederet Chriſtum, in honorem Beati Martini fabricauit Eccleſiam, miroque opere expedita proclamat, *ſi ſuſcipere mereor uiri iuſti reliquias, quodcunque ſacerdotes prædicauerint, credam.* Miſſis itaque alijs Legatis cum pluribus muneribus, partem pallij ſerici penſatam ſuper beatum ſepulcrum poſuerunt & vigilata vna nocte, retulerunt grauius penſantem, multoquã ante, quod ſignum erat impetrationis, atque hæ reliquiæ dicebantur, quibus leuatis cum triumpho & pſalmodia, carcere incluſi audientes Reliquias B. Martini tranſmitti in Galliciam, inuocato eius auxilio, cuſtodibus diffugientibus, repagulis diffractis, omnes ad ſacra pignora inſpectante populo, accurrunt, oſculantur, gratias agunt. Tunc, obtentis per ſacerdotem a Iudice culpis, incolumes dimiſſi ſunt. Geſtatores læti ad propria redeunt, Rex & populi ſacra pignora cum veneratione excipiunt, fidem miraculis firmant, filius Regis ſanus properat in occurſum, Martinus quidam Sacerdos Dei monitu de regione longinqua aduenit, Sacerdotalis gratiæ accipit principatum, Rex cũ omni domo ſua, verã confeſſus fidem, baptizatur & chriſmatur, ſqualor lepræ quo regio illa infecta erat a populo pellitur, ſic vt non amplius quenquam contigerit, totque ibi tum factæ ſunt virtutes per Beatum Martinum vt enarrare perlongum ſit, & populus in Dei amorem mirifice eſt incenſus. Ex Greg. Turon.

lib. 4. c. 7. Sueui Reges Ariani in Hiſpan. p miracula S. Martini Catholici fiunt.

Ingentia miracula ad reliquias S. Mart.

Porrò hæc omnia contigiſſe ipſius Theodomini Regis exordio, ſatis ex eo colligitur, quod tertio anno Regni, totius ſuæ ditionis conuocari fecit Epiſcopos, & Concilium Brachari celebrari. Iſid. in Chron. breuiter attingit hanc conuerſionem.

Per hoc ferè tempus Vltrogotha Francorum Regina, magna pietate peregrinationem ſuſcepit ad S. Martinum, ieiunijs vigilijs & largiſſimis eleemoſynis præmiſſis, ac poſt vigilatam noctem in orationibus, & lacrymis, dum Miſſas audit, ſubito tres cæci, longo tempore lumine priuati, illuminantur, accurritur vndique, accurrit Regina, omnes ſtupent, Deum laudant & Beatum Martinum. Ex Greg.

li. 1. Mirac. S. Mart. c. 12.

Chriſti Ann.	Ioannis Pap.	Iuſtiniani Imp.	Poſt Conſul Baſilij
561.	3.	35.	20.

DOmnus Ioannes Epiſcopus Antiochenus moritur cum ſediſſet ann. 14. ſubrogatur in eius locum Anaſtaſius, ex Monacho Montis Sinai, ex eo cognominatus Sinaita.

Poſt Euſtochium Ieroſolymorum Epiſcopum, ſubſtituitur Ioannes cuius ſedis tẽpus, & res geſtæ obſcuræ manſere. Licet alij Macarium iterum reſtitui dicant.

Belisarius i crimen co-

Detectis inſidijs in Iuſtinianum A. Beliſarius in crimen adductus, bonis & digni-

tate

A ate exutus eſt, Miſcellæ auctor, Zonar. Glicas, Cedrenus, Conſtantinus Manaſſes. Excæcatum quoque mendicare ſtipem fuiſſe coactum, Latini non nulli recentiores habent, Crinitus, Volaterranus, Pontanus, alij, reſtitutum tamen ſuis dignitatibus fuiſſe idem Miſcellæ auctor affirmat. Hoc certum eſt apud omnes in coniurationis ſuſpicionem adductum a Iuſtiniano Imperatore redactum fuiſſe in ordinem, de reliquis variant auctores. Græci de reſtitutione nihil. Ioannes Græcus, his Iambis omnia complectitur. iurationis vocatus redigitur in ordinem.

Iſte Beliſarius Imperator Magnus,
Iuſtinianeis exiſtens temporibus, Imperator,
B *Ad omnem quadrantem terræ, cum explicuiſſet victorias,*
Poſtea inuidia excæcatus (ò fortunam miſerabilem.)
Poculum ligneum detinens clamabat plebi in ſtadio
Beliſario obolum date Imperatori.
Quem fortuna quidem clarum fecit, excæcauit inuidia,
Alij dicunt Chronici, non excæcatum fuiſſe hunc,
Ex honoratis autem infamem profecto factum eſſe
Et iterum ad reuocationem æſtimationis veniſſe prioris

C Cedrenus adeo ait eum aliquando fuiſſe acceptum Iuſtiniano, vt is, percuſſo nummo in altera parte ſe, in altera Beliſarium armatum effinxerit, cum inſcriptione hac, BELISARIVS ROMANORVM DECVS; poſt calamitatem vero ſuperuixiſſe biennium ait, & CP.[li] defunctum.

Conſtantinus Manaſſes in annalibus declamat pro Beliſario, inuectus in inuidiã. Alciatus in Parergis [a] pro ſuo Iuſtiniano pugnãs, & his quæ in Beliſarium dicuntur repugnans, nullum præterea argumentum affert, quam de re tanta Procopij, & Agathiæ ſilentium. Sed Procop. ad hæc tempora non perduxit hiſtoriam ſuam, & liber Vituperationis Iuſtiniani & Theodoræ, Beliſarij & ipſius Coniugis, ut teſtatur Suidas, in quo ratio argumenti, ea fuiſſe tractata, cogit exiſtimare, non extat. Hiſtoria quoque Agathiæ annum 32. Iuſtiniani non excedit, cum hæc 35. contigerint. Sed D nos in his nihil fortunæ, nihil inuidię tribuentes, agnoſcamus diuinam prouidentiã, & iuſtum iudicium Dei in perſequendo temporalibus pœnis impium illud facinus, cum ad nutum Theodorę A. iniecit manum in Sanctum Domini, S. Siluerium Põt. a li.4.c.24.

Childebertus Francorum Rex anno Regni ſui quadrageſimo octauo extructa a ſe Eccleſia S. Vincentij Martyris, Pariſijs pragmaticam ſanctionem edit de bonis a ſe illi donatis, pro requie animæ ſuæ, cuius Beati Vincentij reliquias ex Hiſpania ſe dicit aſportaſſe, ceu & S. Crucis, & S. Stephani, & S. Ferreoli, & S. Iuliani, & Beatiſſimi S. Georgij, Protaſij, Nazarij & Celſi pueri, quorum, inquit, reliquiæ ſunt ibi conſecratæ. Extat apud Aimoinum. [b] Ad hanc eandem ſpiritualibus muneribus locupletandam Baſilicam, ipſe S. Germanus ad loca ſancta inuiſenda in Orientem profectus, expetitas a Iuſtiniano Imperatore reliquias de D. N. Ieſu Chriſti Corona ſpi- b 2.c.20.
E nea, reliquias Sanctorum Innocentum, brachium S. Georgij Martyris, reuerſus, in Eccleſia S. Crucis & S. Vincentij condidit. Aimoinus. [c] c lib.3. c.9.

Viguit magnopere, non in Hiſpanijs tantum, vbi paſſus eſt, ſed & in Gallijs cultus reliquiarum S. Vincentij, & plures eius nomine erectæ Baſilicæ, miraculis celebres. Fortunatus in ſuis Epigram. & Turonenſ. de glor. Mart. Reliquiarũ cultus.

A

Chriſti Ann. 562. *Ioannis Papæ.* 3. *Iuſtiniani Imp.* 36. *Poſt Conſul. Baſilij* 21.

a lib. 2. c. 9.

Childeberti R. obit⁹.

b 7. ep. 111.

Religioſiſſimus Francorum Rex Childebertus ſanctis operibus clarus, moritur, anno Regni 49. Aimoin.[a] & Papyrius.

Præter nobiliſſimam Baſilicam S. Vincentij, Pariſijs, Hoſpitalem domum pauperibus extruxit Lugduni, cuius eſt mentio in Concilio Aurelian. 5. cap. 15. celeberrimum Monaſterium Arelate, de quo B. Greg.[b] Modoalenſe in quo S. Carilephus vna cum ſuis Monaſticã vitam ſumma excoluit diligentia, vt eius acta ſignificant, apud Surium 1. Iul. & alia plura, quæ ignorantur. B

Clotharius, Childeberti filiabus eiectis, ſolus totius Francorum Regni Monarchia potitur. Ægrotans ſanatur a S. Germano Epiſcopo Pariſienſi. Fortun. in Vita, 28. Maij apud Sur.

Clotarius S. Maurum colit.

Clotharius Monarchiam Galliarum adeptus, cum alios ſanctos viros, tum præcipuè S. Maurum a S. Benedicto miſſum in Gallias ad vitam Monaſticam propagandam coluit, & multa erga eius Monachos exhibuit pietatis officia. Acta S. Mauri.

Chramnus a Clotario patre receptus in gratiam, & rurſum deficiens, profugus latet, cum vxore, in Britannia. c

c Greg. lib. 4. c. 20.

Ciuitate Turonica ante annum igne conſumpta, & Eccleſijs deſertis, hoc anno Baſilica S. Martini per Vuilicarium & coniugem, ſoceros Chramni, qui ad eam confugerant, incenſa, ſtatim mandante Clotario reſtaurata, & ſtanno cooperta eſt. Greg.[d] C

d 4. c. 20.

Ratio inueniendæ Indict. currentis.

Scribebat hoc anno Paſchalem computum Caſſiodorus, & de Indictione adinuenienda currente, ac de Epacta, alijſque ad Paſchalis temporis computum ſpectantibus. In quibus ſingulis diſponendis quam adamuſſim in omnibus idem ipſe noſtræ conſentiat Annalium Chronographię, ipſum audi iſta dicentem. Si noſſe vis quotus annus eſt ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti; computa 36. per 15. ſunt 540. his ſemper adde 12. & fiunt 52. adde & Indictiones anni cuius volueris, vt puta, decimam, Vicies ſemel poſt Conſulatum Baſilij, Iun. ſunt 562. &c. ac paulo poſt, ſi vis ſcire, quota eſt Indictio, vt puta vicies ſemel poſt Conſulatum Baſilij Iun. ſume ab Incarnatione D. N. I. Chriſti ideſt 562. his ſemper adijce tria, fuit 565. Hæc partire per 15. remanent 10. decima eſt Indictio. hæc ipſe. D

Tempora cæpta numerari per Indictiones.

Nos igitur ab eodem Caſſiodoro, hæc accurate tractantes, accepto hoc anno tradito, Indictionis inueniendæ, numerandæque modo, ſingulos poſt hæc annos Indictionis nota ſignaturi ſumus, deficientibus enim iam nos Conſulibus, opus eſt per Indictionum periodos deducere temporum ſupputationem. In quo illud monendũ, quod & ſi numeret Caſſiodorus ab Incarnatione, nos vero a Natali Domini, vnus idemq; annus Domini eſt, cum nouem tantum menſes intercedant ab Incarnationis tempore, vſque ad Natalem ipſius diem idemque annus ſit ſub Conſulatu Baſilij vicies ſemel ſignatus, vt etiam eum numeratum vide, a Caſſiodoro, de quo quidem Caſſiodoro pauca dicenda videntur, de multis, quæ de tanto homine dici poſſent.

De Aurelio Caſſiodoro.

Aurelius Caſſiodorus, decus Romanæ nobilitatis, vir doctiſſimus æque ac ſanctiſſimus, a tempore Theodorici Amali Regis Italiæ, uſque ad Vitigem, florentiſſime, maioribus ſemper auctus honoribus, eorum regna, adminiſtrauit. Is, poſt eorum caſum, ad optatæ tranquillitatis portum, in Monaſterium a ſe extructum, quod ipſe appellat Viuarienſe ſiue Caſtellenſe, ſe recepit, qui locus putatur fuiſſe apud Ciuitatem Scyllitanam, in extrema Calabriæ parte, ubi famoſus Scyllæ contra Caribdim, ſcopulus imminet, quod colligi poſſe uidetur ex S. Greg.[e] de quo ipſe de diuin. Lect. c. 29. ſic loquitur, quaſi Viuarienſe aptum eſſet Cœnobitis, Caſtellenſe Anachoretis, ut unius Monaſterij duo eſſent nomina, & quaſi membra diſtincta, cuius deſcribenda ſibi putauit eſſe utenſilia, & in primis artificioſas lucernas quaſdam, & Horologia. E

e lib. 7. Ind. 1. ep. 31. & 33.

Præ-

A Præclaram ibi inſtituit bibliothecam,quam duobus libris Inſtitutionum diuinarum lectionum deſcripſit.Præter autem Sanctorum Patrum varia ſcriptorum monumenta,recentiorum etiam lucubrationes recenſet,auctorũ,ut Dionyſij Exigui, Epiphanij,Bellatoris,Eugipij,Primaſij.meminit & Mutiani viri diſertiſſimi,cuius ſe opera vſum tradit vt 34.homil.S.Io.Chriſoſtomi in ep.Pauli ad Hebr.Latinitate donaret.Agit & de quodã Petro Abbate Tripolitanæ in Africa prouinciȩ;cuius ſcripta dum recenſet, S.Pauli Epiſtolas inquit, exemplis opuſculorum S. Auguſtini ſubnotaſſe narratur, vt, per os alienum, ſui cordis declaret arcanum, quæ ita locis ſingulis competenter aptauit,ut hoc magis ſtudio Beati Auguſtini credas eſſe profectum,(an perfectum.) Mirum eſt enim ſic alterum ex altero dilucidaſſe,ut nulla verborũ ſuorum adiectione permixta deſiderium cordis proprij compleſſe uideatur. B Extat opus, ſed Bedæ nomine. De Euſebio quodam ſic meminit. De Didymo quod ferebatur(inquit Inſtit.lect.cap.5.)mihi impoſſibile videbatur eſſe,cum legerem,niſi de partibus Aſiæ quemdam ad nos uenire Euſebium nomine contigiſſet, qui ſe infantem quinque annorum excæcatum eſſe narrabat, &c. *Hic tantos auctores,tantos libros in memoria ſua bibliotheca condiderat,ut legentes probabiliter admoneret, in qua parte codicis, quod prædixerant,inuenirent. Diſciplinas omnes & animo retinebat, & expoſitione planiſſima lucidabat,)*& *poſt,alia,*de eius lucubrationibus,*Quem tamen adhuc Nouatianæ prauitatis errore detentum miſericordia Domini ſuffragante, rectæ fidei credimus illuminatione ne complendum,vt quem ſcripturas ſuas animo fecit diſcere,iubeat Catholicæ fidei integritate pollere.*

Cõmẽt. ex Aug. in ep. Pauli,nomine Bedȩ,alterius eſſe videtur.

Sed iam ipſius recenſeamus Caſſiodori lucubrationes, quas in eadem collocauit C bibliotheca,& quo ordine ſcriptæ fuerint,pernoſcamus.

Panegyricos Regibus atque Reginis dixit,in præf.Variarum.

Chronicum per breue, vſque ad Ann. Domi. 519. id Theodorico. Rege petente.

De rebus Gothicis lib.12.Var.præfatione. idipſum,& Iordanus, qui eos in compendium redegit,

Variarum epiſtolarum,lib.12.collegit.

De Anima,præfatione eiuſdem libri.

Pſalmos,hortatu ſummi Pont.interpretatus eſt in prȩfatione.

Item prouerb.Salomonis,in fine pſalm.& cap.5.diuin.lect.

Inſtitutiones, quemadmodum diuinæ & humanæ deberent intelligi lectiones, libros 2.

D Expoſitionem in ep.ad Rom.

Artem Donati cum commentis & librum de Etymologijs & alium librum ſacerdotis de ſchematibus collegit

Memoriale diuinæ ſcripturæ.

Breues explanationes in epiſt.Apoſt.Act.Apoſt.& Apocal.

De Orthographia anno ætatis 93.

De Grammatica: De Rhetorica,breue compendium.

De Dialectica,copioſius volumen.

De Arithmetica.De Muſica,De Geometria,& Aſtronomia.

De Paſchali ad extremum computo, hoc anno.An autem poſt hæc aliquid ſcripſerit qantunque ſuperuixerit incompertum, ſed propè centenarium ex hac vita migraſ E ſe, ex dictis poſſumus opinari. Præterea autem hiſtoriam eccleſiaſticam ex Socrate Sozomeno, Theodoreto tripartitam contexuiſſe, ijſdem auctoribus,vt ipſe affirmat, ab Epiphanio in latinum verſis;ante 12. Variarum libros,teſtatur. Addidit de ſchematibus, & Tropis libros duos, quos habes ante libros de orthographia poſitos, ſic qui vegetiorem ætatem in optima regni gubernatione vtiliter honorificeque conſumpſit, nec in decrepita ſenectute, labores, ad res diuinas conuerſos,vel minimum intermittens,in ſuo Monaſterio tandem ſancto fine quieuit,ad Monaſterij curam duobus Præfectis Abbatibus viris ſanctiſſimis Chalcedonio ſcilicet atq; Gerontio;quorum alter Viuarienſibus Cœnobitis,Caſtellenſibus alter præeſſet ibidem iunctis ana

cheretis. Atque hæc de Caſſiodoro, paulo latius quam per more, quod minus cognita, & minus obuia ſint. A

Chriſti Ann.	*Ioann. Pap.*	*Iuſtiniani Imp.*	*Poſt Conſ. Baſil.*
563.	4.	37.	22. *Ind.* 11.

Cōſuetudo cum hæreticis quam periculoſa.

NOui de fide tumultus eccleſiam Conſtantinopolit. perturbant, & Iuſtinianus, quæ ſunt Pōtificū arroganter ſibi ſumens, in hæreſim miſerè præcipitatur. Quo modo id contigerit deinceps exponetur. Vbi ſemel pacis, & concordiæ eccleſiæ ineundæ velaméto cæpit Iuſtinianus Imperator cum hæreticis habere conſuetudinem, quos procul pellere, & more Catholicorum Imperatorum in exilium mittere debuiſſet, plane accidit, vt eorum venena minus cautè vitarit: dumque aduerſantes ſibi, Romanos Pontifices (vt vidimus) auerſari cæpit, & perſequi, factum eſt, vt tum maiorē fiduciam conciliaret hæreticis, tum etiam aduerſus eos clamantium ora Orthodoxorum obſtruxerit, ex quibus partes hæreticorum redditæ fuerint firmiores. Sed & quod ijdem eſſent inter ſe conflictantes hæretici, ab inuicem ſeparati, æque factum eſt, vt (quod conſueuit in ludis Circenſibus) alteri ipſorum parti aduerſus alteram, fautorem ſe Imperator addixerit, ſicut magnis animis, ſummoque conatu aduerſus Venetos, Praſinis ſtulte ſtuduiſſe meminimus. Vtraque pars ex Eutychianorum ſecta progrediebatur, quarum altera corrupticolarum, ſeu Seuerianorum & Theodoſianorum, dicebatur, quæ affirmabat Chriſtum habuiſſe carnem corruptibilem, & paſſionibus, ex neceſſitate, obnoxiam: altera aphthardocitarum, ſiue incorruptibilium, vel Phantaſiaſtarum, aut Gaianitarum dicebatur, quæ ſic incorruptibilem, & paſſionum expertem penitus Chriſto carnem dicebat, vt tamen ſi voluiſſet eandem ſubijcere paſſionibus valuiſſet. Catholica autem eccleſia aſſerit; ita aſſumptam a Deo carnem paſſionibus, abſque peccato, fuiſſe obnoxiam, ut tamen ſi voluiſſet, vel quando voluiſſet ab eiſdem ſe liberum reddere potuiſſet, ac propterea huiuſmodi naturales in Chriſto affectus non paſſiones ſed pro paſſiones Theologi nominauerunt, nempè, vt cum vellet ipſe, tantum inſurgerent, & ſi nollet, ne quaquam ipſi dominarentur. B C

Alternę factioni praue ſentientium addictus Iuſtin. labitur in hæreſim. Duplex hæretica opinatio. Catholica ſententia.

Monothelitarum hęreſis unde exorta.

Ex opinantibus Chriſti corpus incorruptibile deducebatur illud abſurdum, vt vna tantum eſſet in Chriſto voluntas, ex qua ſententia exorta fuit hęreſis Monothelitarum, quæ poſt eccleſiam diu multumque vexauit. Ex ſentientibus eſſe corruptibilem, Catholica aſſertio ſequebatur, vt ſicut prędicantur in Chriſto duæ eſſe naturæ, ita pariter, & duæ voluntates affirmarentur. Quod autem hi ex neceſſitate Chriſtum ſubiectum paſſionibus ſentiebant, & ignorātię paſſionem ita illi inhęſiſſe putabant, vt quod neſciret ſui natura, eadem noſſe minime poſſet: (in quo a Catholica ſententia diſcrepabant) hinc Agnoitæ, dicti ab ignorantia, qua ęque, ac nos, Iudicij diem, Chriſtum ignoraſſe ſtultè affirmarent. D

Iuſtinianus ſibi arrogās quę ſunt epiſcoporū fit hæretic⁹. a 4. cap. 38.

Iuſtinianus igitur, vt ſemel imbibit de incorruptione ſententiam, ita ebrius factus eſt, vt mente motus, non more maiorum Orthodoxorum Imperatorum conſulendam ſibi putarit Apoſtolicam Sedem, aut ſaltem Concilio aliquo Prouinciali explorandam epiſcoporum ſententiam; ſed quid de ea vellet ſententia, vt vniuerſa Catholica ſentiret eccleſia, ſcripſerit edictum de quo iſta Euagr. [a] *Iuſtinianus edictum ſcripſit, quo aſſeruit Corpus Domini non fuiſſe obnoxium interneciomi, neque affectionum illarum, quæ naturaliter inſitæ ſunt, in que nullam incurrunt reprehenſionem, particeps eſſe, & Dominum eodem modo ante paſſionem comediſſe, quo poſt reſurrectionem comedit, & corpus eius ſanctiſſimum nullam conuerſionem mutationemue, vel ex formatione quæ in matrice facta eſt, vel ex voluntarijs naturalibusue affectionibus accepiſſe, imò ne poſt reſurrectionem quidem*. Hæc ex eius promulgato edicto ſummatim eſt complexus Euagrius. *Quibus* (pergit Euagr.) *opinionibus vt ſacerdotes, & epiſcopi vbique aſſentirentur, compellere inſtituit. At omnes ſe Anaſtaſij epiſcopi Antiochiæ ſententiam expectare reſpondendo, primum illius conatum* depulerunt. Deſcribit autem ibi Anaſtaſium Euagr. magnum planè quendam, & admirabilem virum ſanctitate, & do- E

cap. 39. Anaſtaſius

A ctrina ſpectatiſſimum; qui Iuſtiniano per litteras libere, & apertè contradixit, & tũ perſpicue, tum diſerte oſtendit Apoſtolos, & Sanctos Patres confeſſos eſſe, atque adeo tradidiſſe corpus Domini internecioni obnoxium eſſe, & affectionum, quæ ſunt natura in animis impreſſę, quęque reprehenſione carent, participem. eodem modo etiam Monachis maioris, & minoris Syriæ de hac re ſciſcitantibus ſententiam, reſpondit: omnes confirmauit mentes, ad certamen ineundum præparauit: In eccleſia denique lectitauit quotidie illam Pauli, vaſis electionis, ſententiam, *Si quis vobis euãgelizauerit, præter id quod accepiſtis, etiam ſi Angelus de cœlo ſit, anathema eſto.* Quibus omnes, paucis exceptis, aſſenſi, ſimile ſtudium erga fidei defenſionem declararũt. At Iuſtinianus exilium omnibus epiſcopis contradicentibus comminatur. *Idem verò Anaſtaſius* (pergit Euagr.) *cum accepiſſet Iuſtinianum velle ipſum in exilium mitte*

episcopus Antioch. qualis, & quantus vir.

B *re, ſcripſit ad Antiochenes orationem, qua eorum animos in fide confirmaret; quæ certè, cum ob ſermonis elegantiam, tum ob crebritatem ſententiarum, tum ob teſtimonium a ſacris litteris petitorum, frequentiam, tum denique ob hiſtoriam, quæ tam commode in ea narrata eſt, optimo iure ſane per magnifacienda eſt,* hactenus Euagr. At egregiũ tãti viri opus hactenus latere dolendũ eſt. At Deus Imperatorẽ de tanto lapſu nõ prętermiſit aliquo admonere flagello, ſi quidẽ CP. lis hoc ipſo anno conflagrauit, eodẽq; incendio, præcipuè domus Hoſpitalis Sanſonis, & cõplura alia ædificia ac monaſteria, & eccleſiæ conflagrarunt, iamq; tertio trium annorũ ſpatio, hoc paſſa. Cedrenus.

Dum Imperator in Oriente a fide deficiens Catholica Orthodoxos perſequitur, in Occidente, qui erat hæreticus, ad fidem conuerſus, Rex colligit Catholicos epiſcopos, per quos Concilium celebrat, quo damnentur hæreſes cum hæreticis, ſi quidem

C hoc anno, tertio Theodomiri BRACHARENSE CONCILIVM PRIMVM in Gallicia celebratur, cui epiſcopi octo ſubſcripſere. Canones 40. ſtatuti.

Prefuit Synodo Lucretius Bracharenſis epiſcopus, qui ſucceſſit Profuturo, pręceſſit aũt Martinũ: in ea omnia acta, & definita, ex præſcripto, & inſtructione Sedis Apoſtolicæ, epiſtola data a Romano Pontifice ad Profuturum, quæ ibi extat. Primum omni um damnata eſt hęreſis Priſcillianiſtarum, & aliarum hæreſum errores capitibus decem, & ſeptem: & 22. cap. quæ ad eccleſiaſticam ſpectant diſciplinam ſtatuta. Inter cetera cap. 22. Item placuit vt eodem ordine Miſſę celebrarentur ab omnibus quo Profecturus quondam huius Metropolitanæ eccleſiæ epiſcopus ab ipſa Apoſtolicæ Sedis auctoritate accepit ſcriptum, & cap. 32. Item placuit, vt quicunque in Clero cibo carnium non vtuntur, pro amputanda ſuſpicione Priſcillianæ hęreſis, vel olera

D cocta cum carnibus tamen prægustare cogantur, Quod ſi contempſerint, ſecundum quod de talibus ſancti Patres antiquitus ſtatuerunt, neceſſe eſt pro ſuſpicione huius excommunicatos ab officio omnimode remoueri.

Et ex cap. 36. obſerua hactenus perſeueraſſe veterem vſum ne in eccleſijs corpora defunctorum ſepelirentur, ſanctorum tantummodo Martyrum, vel Confeſſorum ſepulturæ eccleſiæ tum temporis ſeruabantur.

Chriſti Ann.	Joann. Pap.	Iuſtiniani Imp.	Poſt Baſil. Conſul.
564.	5.	38.	23. Indict. 12.

E IVſtinianus a Theodoro illo nequiſſimo Ceſareæ in Cappadocia Archiepiſcopo Origeniſta, & Eutychiano, & Orthodoxum mentiente, eo inquam, qui Tragediã de tribus capit. in Eccleſiam inuexit, in errorem inductus, & ſpecioſo & per honorifico incorrupribilis nomine deceptus, quaſi dignius eſſet Chriſti corpus aſſerere incorruptibile, quam corruptibile, execrabilem & deteſtabilem hæreſim in eccleſiam inducere omni conatu, & molimine nitens, cum uideret omnes ſibi Patriarchas & multos Epiſcopos reſiſtentes, minis, exilijs, & proſcriptionibus eos aggreditur in ſuam trahere ſententiam. Eutychium igitur in primis Epiſcopum Conſtantinopolitanum ab eccleſia ſua abſtractum in alia ac alia loca, ac demum Amaſeam in ſuum Monaſterium relegat, per quem Deus, & in itinere, & ibi plurima & ingentia edit

Iuſtinianus trahitur in hæreſim.

In eãdẽ trahere molit Patriarchas & epos, per exilia, & proſcriptiones.

miracula, non tam ad eius comprobandam ſanctitatem, quam ad fidei Catholicæ veritatem quam tuebatur, & pro qua patiebatur, teſtificandam, quæ rerum eius geſtarū ſcriptor, eius Miniſter Euſtathius luculenter deſcribit. A

Eutychio ſubrogatur Ioannes cognomento ſcholaſticus, ex Apocriſario Eccleſiæ Antiochenæ, homo plane ſeruus gloriæ & nundinator rerum ſacrarum, quique prætio adulationis eam mercatus eſt dignitatem.

Configūt Pater & Filius.

In Occidente Chramnus cum Clotario patre, Rege Francorum, configēs, captus, ſtrangulatur, & in caſula cum vxore, & filiabus incenditur, digna illas quoque pœna proſequente, quæ eum ad rebellandum impulerant, & quarum occaſione incēſa fuit Turoni Baſilia S. Martini, ex Turon.[a]

a de geſt. fr. c. 20.

In reditu ex Britannia Clotarius S. Medardum Nouiomēſem Antiſtitem celebermum ægrotantem inuiſit, cui defuncto, mox eorum certiſſimo qui aderant teſtimonio cęli aperti ſunt, & diuina luminaria ferè per duarum horarum ſpatium ante ſancti apparuere præſentiam, de tenebris eum tranſitorijs ad lucem deſignantia, pro certo tranſiſſe perpetuam. Extulit eū Rex Clotarius feretro humeros ſubijciens, & ſucceſſionem transferendum curauit, nobilem illi ædificaturus Baſilicam, & Monaſteriū, quod, eo mortuo, filius eius Sigebertus perfecit, quod caput & primum totius Galliæ Sanctus Gregorius eſſe voluit, & priuilegia a Ioanne Papa collata confirmauit, & alia addidit.[b] B

Clotharius pie S. Medardum humeris effert tumulandū

b ep. 32. li. 12.

De egregia ſanctitate S. Medardi, atque miraculis, Fortunatus, qui res eius geſtas perſecutus eſt, apud Sur. 8. Iun. & in Carm. elegiaco de eodem.

Eodem die exceſſit ex hac vita S. Gildardus epiſcopus Rothomagenſis, eius frater: quos eodem die natos, ſacratos, & ſepultos, teſtatur Martyrol. 6. Ian. & Audonus hoc carmine. C

HI SVNT GILDARDVS, FRATRES GEMINI, ATQVE MEDARDVS VNA DIES NATOS VTERO, VIDITQVE SACRATOS; ALBIS INDVTOS, ET AB ISTA CARNE SOLVTOS.

Chriſti Annus 565. *Ioannis Pap.* 6. *Iuſtiniani Imp.* 39. *Ind.* 13.

IVſtinianus Imperator antequam edictum illud promulgaret, cum Anaſtaſio Epiſcopo Antiocheno, & eius ſacerdotibus exilium indixiſſet, ex improuiſo perculſus, cum 38. annos, & menſes octo regnaſſet, ex hac luce migrauit: & cum omnia turba, & tumultu compleuiſſet, mercedem his debitam, in extremo uitæ ſuæ tempore reportaſſet, ad ſupplicia, iuſto Dei Iudicio, apud Inferos luenda, profectus eſt. Ex Euagr.[c] Nicephorus *autem, qui longe poſt uixit Iuſtin.* inquit, *cum Anaſtaſij Sacerdotumque eius, qui eodem cum illo ardore flagrabant, exilij libellum dictaret, inuiſibili ictus plaga, ex hac uita exceſſit*; illum tamen extremo illo ſpiritu facti pœnituiſſe, iuſſiſſeque Eutychium ab exilio reuocari tradit. quod ex eo forte argumento deduxit, quod, non, ſicut aliorum hæreticorum, eius nomen abraſum fuit e ſacris tabulis, ſiue quod Patres ſextæ Synodi, & alij elogio Catholico homine digno, & pietatis titulo reperiuntur eius memoriam proſecuti, nam S. Gregor. Papa cum eundem nominat, Imperatorem piæ memoriæ Iuſtinianum appellat:[d] Sed accipe de eodem Imperatore in Synodo Romana ab Agathone Papa pronunciatum præconium: in epiſtola enim ad Heraclium & Tiberium Imperatores, poſt recitatos ſanctos Orthodoxos epiſcopos, qui aduerſus hæreticos pro fide Catholica certamen inierunt, mox de Iuſtiniano hæc ſubdit. *Et præ omnibus æmulator veræ & Apoſtolicæ fidei, piæ memoriæ, Iuſtinianus Auguſtus, cuius fidei rectitudo quantum pro ſincera cōfeſſione Deo placuit, tantum Rempublicam Chriſtianam exaltauit. Et utique ab omnibus gentibus eius religioſa memoria ueneratione digna cenſetur, cuius fidei rectitudo per auguſtiſſima eius edicta in toto orbe diffuſa laudatur: quorum unum, quod ad Zoilum Ale* D E

c 4. c. 40. & 5. c. 1. lib. 17. c. 31.

d li. 2. ep. 10. li. 3. ep. 4. li. 7. ep. 126.

Elogiū Iuſtiniani.

A *xandrinum Præſulem aduerſus Acephalorũ hæreſim miſſum eſt, pro Catholicæ fidei rectitudine ſatisfacere ſufficiens, cum hac noſtræ humilitatis ſuggeſtione, veſtræ tranquilliſſimæ Chriſtianitati dirigentes offerimus*, &c. extat recitata in Synod. 6. Act. 4. Et in alia rurſus Epiſtola ad eoſdem Auguſtos, Roma, ex Syn. 125. epiſcoporum miſſa, ubi Theodoſij Magni atque Marciani, fidei Catholicæ præſtantiam prædicauit, hæc de Iuſtiniano mox infert, cum præfert ijſdem. *Sicut extremi, præſtantiſſimi tamen omnium Magni illius Iuſtiniani, cuius ut uirtus, ita & pietas omnia in meliorem ordinem reſtaurauit: cuius inſtar fortiſſimæ veſtræ clementiæ principatus, virtutis quidem conatibus Rempublicam Chriſtianam tuetur, & reſtaurat in melius pietatiſq; ſtudijs Catholicæ ſuccurrit Eccleſiæ.* Hæc ex Agathone.

Quod enim quæ de eius hæreſi iactarentur, nullis conſtarent edictorum ipſius publicis monumentis (nam etſi ſcripſit, non tamen, vt vidimus ex Euagrio, promulgauit
B de hereſi Imperator edictum) & contra, eiuſdem Imperatoris fides Catholica plurimis promulgatis ſanctionibus probaretur, nil præterea de eo ſentiendum, quã ſuis ipſius ſcriptis reperiretur expreſſum, idem Romanus Pontifex exiſtimauit. Cuius ſententia, non ex populari clamore, ſed potius ex certa ſcriptorum teſtificatione proferri debet, ſed nec irrogata in Orthodoxos exiliorum ſupplicia, eum omnino conuincebant hæreticum, etſi iniuſtum arguebãt, atque ſacrilegum: ſicut nec cum Vigilium Papam eadem pena multauit. præſertim vero cum de exilio Eutychij Epiſcopi culpam viſus fuerit deleuiſſe, dum eum ex teſtamento, (vt Niceph. ait) reuocãdum conſtituiſſet, propterea igitur eius memoria haud adeò infamis poſteris ſed honorifica manſit, Nam audi eundem de his Nicephorum.

C *Ioannes Chalcedonij filius Epiſcopus C P.*nus *Alexij Comneni ætate, in ipſo Sophiæ templo quotannis magnificè memoriam eius celebrauit, pop. vniuerſo ad rem diuinam coacto. Memoria eius Epheſi quoque in Eccleſia S. Ioan. culta, quam Eccleſiam Iuſtinianus ipſe conſtruxerat.* [a] *In magnifico monumento ab ipſo lapide ſardio in Apoſtolorum templo conſtructo, ſepultus eſt ad dexteram in ædem ingredienti partem.* a lib. 17. c. 31. & 33.

Veruntamen ſecundum irreuocabilem illam Dei ſententiam, quæ de omnibus reperitur pronũciata defunctis, OPERA ENIM ILLORVM SEQVVNTVR ILLOS, eadem ipſa quæ hinc ſecuta ſunt Iuſtinianum, perpetuum fere bellum Eccleſiaſticũ, quod nutriuit, & accenſum reliquit, ſacrilegiorum immenſitas, in Vigilium pręcipuè Romanum Pontificem, & Eutychium CP.num Epiſcopum; crudelitas in ciues innoxios, & immenſa quædam & inexplebilis auaritia, vehementer clamant in eum. Et de innumeris Eccleſijs & alijs locis pijs quibus orbem fere repleuit. ſic Euagr.[b] *ea ſanè*
D *inquit, pia Deoque accepta eſſent, ſi modo vel ille, vel alij, qui talia moliuntur de ſuis ipſorum bonis efficienda curarent, ſuaque vitæ actiones uacuas a ſceleris labe, tamquã hoſtiam Deo offerrent.* De turpi, & abſurda eius auaritia legendus eſt ipſe Euagr. eius ipſius temporis ſcriptor: cui conſenſiſſe videtur & Procop. qui quem ſæpe ante laudarat, poſtea ſcripto volumine, tam ipſum quam Theodoram coniugem magnopere vituperauit, vt apud Suidam notatum habetur.

Quæ opera damnãt Iuſtinianum. b 4. ca. 29. Ad finẽ ca. 29. lib. 4. Procopij vituperatio Iuſtiniani & Theodoræ AA.

Cæterum, quæ ab eo iuſte pieque reſtituta vel ſancita reperiuntur, vt Dei munus, Chriſtianitas non refugit; ſicut nec Ethnicorum, eorundem Chriſtianorum perſecutorum leges iuſte decretas. Hinc S. Gregorius Roman. Pontifex, in moderandis etiã rebus Eccleſiaſticis, vtitur eiuſdem Imperatoris Conſtitutionibus eaſque citat, ſicut & aliorum Chriſtianorum, atque etiam Gentilium Imperatorum & Iureconſulto-
E rum. Quæ vero præter ius faſque idem Iuſtinianus ſuis ſanctionibus obſeruãda præcepit, Catholica Eccleſia reſpuit, vt quæ ſibi ſuper Eccleſias perſonaſque Eccleſiaſticas arrogare pręſumpſit, queue de vſuris conſtituit. Sed in his conſulendus Alciatus Parergon 6. cap. 20. cui tamen non in omnibus videtur aſſentiendum.

Quod verò ſpectat ad ipſius Imperatoris ſcripta, ſeu potius aliorum lucubrationes, ſuo ipſius nomine promulgatas; præter illa, quæ ſunt recenſita de fide edicta, Iſidorus de eodem iſta habet. *Iuſtinianus Imperator quoſdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diuerſas prouincias miſit. Condidit quoque Reſcriptum contra Illyricanam Synodum, & aduerſus Africanos Epiſcopos, in quo tria capitula dam*

nare contendit,&c.cap.18. Sed ne quis ex ijs redarguat Suidam, qui illum imperitū literarum,ac plane analphabetum fuiſſe(quod ſane permirum eſt,affirmarit)tot ſcriptorum auctorem; Nam ſicut Triboniani fuerunt ciuiles leges, ita & Theodori Cæſarienſis ſcripta,quæ ſuo nomine vulgari voluit. A

Iuſtiniano defuncto,Iuſtinus ex ſorore,Vigilātia nomine, & patre Dulciſſimo,nepos,cuius vxor Sophia,Theodoræ neptis erat,ex Curopalata & Cæſare iam ante dicto,capeſſit Imperium.Ex Victoris Tunnenſis Chronico,& Corippo Africano Grāmatico,qui Iuſtini laudes carmine cecinit. Illi Eutychius Epiſcopus ante ferè triennium imperaturum eum prædixerat (vt ait Euſtathius in vita S.Eutychij, cuius tamen tardius,quam par erat,eſt recordatus, non ante duodecim annos, reuocans illū ab exilio,cum iam intruſus Ioan.Scholaſticus mortuus eſſet.

Apud Sur. 6. Apr.

Iuſtinus tarde recordatus Eutychij, qui illi prædixerat Imper.

Iuſtiniani auaritia cōfirmatur.

Iuſtinus, non prius inſignia accipit Imperij, quam ad templum progreſſus, pias fudiſſet preces; poſt benedictus à Patriarcha Ioāne & Coronatus,& in ſolio collocatus,acclamationibus abſolutis,orationem habiturus ad populū frōtem cruce ſignat. conqueſto populo de iniuſtis exactionibus,& debitis non ſolutis,Iuſtinus ſua cuiq; reddenda præcipit,& æs alienum Iuſtiniani diſſolui iubet.quę omnia confirmant ab Euagrio dicta de eius auaritia.Præter hęc etiam de cauendis delictis Iuſtinum populum admonuiſſe tradit, vt alia, Corippus in poemate; ſed nec prætermiſiſſe quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinere videbantur,teſtatur Euagrius; qui,vbi plura præcedentibus conſentientia narrauit,hęc addit: At primum dat mandatum, ut omnes Epiſcopi & Sacerdotes,qui ex omnibus locis in vnum CP.[lim] conuocati erant, ad ſuas ipſorum dimitterentur Sedes,vti conſuetos cultus Deo ſancte religioſeque adhiberēt, monens ne quiſquam,quod ad fidem pertineret,nouare moliretur, atque iſtud quidē eius factum in laude ponendum eſt. hæc Euagr. B C

Iuſtiniani funus.

Deſcribit deinceps idem Corippus Iuſtiniani funus curatum ſolemni in primis & celebri pompa luminarium,præcedentibus Leuitis,cum pſalmodia,quæ inſinuāt ueterem Eccleſiæ Catholicæ conſuetudinem,in celebritate funerum fidelium defunctorum,per ſingula tempora, vſque in præſens,religioſiſſime propagatam.Sed de funere Imperatoris,ad aliud Regis funus tranſeamus.

Clotharius moritur.

a 4.cap.21

Clotarius Rex Francorum,viſitato S.Martini ſepulcro,cum multis muneribus & cum grandi gemitu implorata per S.Cōfeſſoris interceſſionem, de replicatis ſuis culpis,diuina miſericordia,regreſſus,anno quinquageſimoprimo Regni ſui, poſt vnum decurrentis anni diem,quo Chramnus eius filius fuerat interfectus, Compendij, ex febre moritur,& a quatuor filijs,Sueſſionis ſepelitur,ad Baſilicam S. Medardi,quam poſt Sigibertus filius eius extruxit. Ex Greg. Tur. [a] qui ait eū dixiſſe,cum grauiter vexaretur a febre. Vah quid putatis? qualis eſt ille Rex cęleſtis, qui ſic tam magnos Reges interficit? D

Quatuor fratres, Regnum inter ſe partiunt.

Defuncto Clotario quatuor eius filij inter ſe partiti ſunt regnum, Charibertus regni Sedem tenuit Pariſijs: Chilpericus Sueſſionis: Guntherammus Aurelianis: Sigebertus Rhemis. Porrò horum omnium religioſiſſimus habitus eſt Sigebertus,qui ſtatim ab exilio reuocauit S. Nicetium a Clotario in exiliū amandatum, quod ille vni Diacono ſe ſequēti,& profeſſo ſe eum nunquā deſerturum, cum ab omnibus alijs Epiſcopis & Clericis deſtitutus eſſet,reuelauit. *Quia*,inquit,*hæc dixiſti,dicam tibi,quæ Domino reuelante cognoui. Cras enim in hac hora, & honorem recipiam & Eccleſia mea reſtituar. Hi autem qui me dereliquerunt cum magno pudore ad me confugient.* quod & ita euenit. Ex Greg.de Vita S.Nicetij. E

b 1.cap. 4.

c 4. ca. 26.

d De glor. Conf. c.79.

Hoc eodem anno(quo nimirum Iuſtinianus Imperator eſt mortuus)peſtis illa vehemens,inguinaria dicta,vniuerſam inuaſit Italiam, peruaſitque etiā regiones Boreales,de qua magna, & horribilia habet Paulus Diaconus de Geſt. Lōgobardorum,[b] hæc plane peſtis illa fuit, cuius S.Gregorius Papa meminit in Dialogis. [c] De eadem graſſante in Gallijs meminit & Greg. Turon.[d] qui in primis, quomodo Rhemenſis ciuitas fuerit liberata,deſcribit,cum lues inguinaria populos primæ Germaniæ deuaſtaret,& omnes in terrore eſſent. Rhemenſes cum cereis & pſalmis ad Sepulchrum S.Remigij per totam excubant noctem,remedium flagitantes,mane hoc addunt amplius,

A plius, Deo reuelante, aſſumpta palla de Beati Sepulchro, compoſitam in modũ feretri, accenſiſque ſuper cruces cereis cantantes circum eunt Vrbem cum vicis nec prętereunt vllum hoſpitium, quod non hac circuitione concludant. Quid plura? non poſt multos dies fines eius ciuitatis lues aggreditur memorata, nec tamen intra terminos, quo eius beati pignus acceſſit, ingreditur, imò etiam, quæ in principio peruaſerat huius virtutis repulſu, reliquit.

Et de Treuerenſi ciuitate per S. Nicetium item liberata, idem Greg. in eius vita. *Cum autem lues inguinaria Treuericum populum in circuitu ciuitatis valde vaſtaret, & ſacerdos Dei, pro omnibus commiſſis Domini miſericordiam imploraret aſſidue; factus eſt ſonus de nocte magnus, tanquam tonitruum validum ſuper pontem amnis, ita vt putaretur Vrbs ipſa abſorberi. Cumque omnis populus exterritus in lectulis reſe-* B *diſſet, letiferum ſibi interitum operiens: audita eſt in medio vox vna ceteris clarior, dicens. Et quid hic, o ſocij faciemus? Ad vnam enim portam Eucharius ſacerdos obſeruat, ad aliam Maximinus excubat, in medio verſatur Nicetius: nihil hic vltra praualere poſſumus, niſi ſinamus hanc vrbem eorum tuitioni. Hac audita voce ſtatim morbus quieuit, nulluſque ab eo vltra defunctus eſt. Vnde non ambiguitur virtute memorati Antiſtitis fuiſſe defenſam.*

Quomodo etiam precibus S. Galli epiſcopi pop. Aruernenſis ſit liberatus, ea peſte circumquaque ſæuiente, proſequitur Greg. in hiſt. Francorum,[a] & in vita S. Galli. a 4. cap. 5.

Columbanus presbyter, & Abbas de Hibernia veniens in Britãniam, Pictones ſeptentrionales verbo, & exemplo ad Chriſti fidem conuertit, vnde & præfatam Inſulam ab eis in poſſeſſionem Monaſterij faciendi accepit, vbi & ipſe poſt 30. annos, quã C in Britanniam venerat, ſepultus eſt. Ex eo Monaſterio, quod Inſulanum dictum fuit & alio, quod reliquerat fundatum in Hibernia, plurima alia propagata ſunt, in quibus omnibus Inſulanum, in quo ipſe requieſcit, principatum tenet. Habere autem ſolet ipſa Inſula Rectorem ſemper Abbatem presbyterum, cuius iuri & omnis prouincia, & ipſi etiam epiſcopi, ordine inuſitato, debeant eſſe ſubiecti, iuxta exemplum primi Doctoris illius, qui non epiſcopus ſed presbyter extitit, & Monachus, de cuius vita, & verbis nonnulla a diſcipulis eius feruntur ſcripta haberi. Ex Beda in Hiſt. Angl.[b] b lib. 3. c. 4.

Chriſti Annus	*Ioannis Pap.*	*Iuſtini Iun. Imp.*	*Iuſtino Conſul. Ind.*
566.	7.	1.	14.

D

INtermiſſum iam diu Conſulatum in ſe renouans, populum exhilarauit, donatiuo dato, Kal. Ian. more maiorum, Templo adito, preces & uota perſoluit: ingentia donaria obtulit, & fidei profeſſionem, pro more, edidit. Ex Corippo 2. de laud. Iuſtini.

Ad ſtabiliendum Imperium Edictum de fide Catholica edidit, in cuius fine, *hortamur vos omnes* inquit, *imo vero etiam obſecramus, vt in vnam eandem Catholicam, & Apoſtolicam eccleſiam coaleſcatis*, (& paulo poſt) *& nemo de reliquo vllas de cauſa vel de perſonis Trinitatis, vel de vlla ſyllaba in ea comprehenſa digladietur*, &c. Ex Euagr.[c] qui pergit. Huic edicto quamquã conſenſere omnes, illudque, ſicut vera fides poſcit, editum dixere, membra tamẽ eccleſię, quę opinionum varietate diſtracta erant, E minimè fuerunt ad concordiam reducta; propterea quod edictum plane, & apertis verbis ſignificarit vnam conſuetudinem in eccleſijs firmam, & minime nouatum hactenus manſiſſe, & in poſterum temporis manſuram.

Stabilimentum Imperij Catholicæ fidei profeſſio.

c lib. 5. c. 4.

Veræ fidei profeſſio magnos animos addit.

Facto tam præclaro Imperij fundamento, edicto fidei Orthodoxæ, ingenti concepto animo, barbaros ingruentes non extimuit, & Gagani Auarum Regis legatos miſſos ad exigendum annuum tributum a Iuſtiniano pendi ſolitum, ne Romanos vexarent, non modo dare renuit, ſed bello etiam eos ſe perſecuturum minatus eſt, ſi quid contra Imperium tentarent.

Photius in ſua Bibliotheca, dum agit de Theophanis Byzantij hiſtoria, inter alia, mentionem habet de legatione Turcarum miſſa vna cum donis ad Iuſtinum ipſum,

Turcarum mentio qui

& Maſſagetæ. qua peterent, ne ſuſciperet Auaros barbaros ipſis infeſtiſſimos. aitque de Turcis, fuiſſe populum habitãtem apud Tanaim, verſus Euri partem, eoſdemque antiquitus appellatos Maſſagetas a Perſis ipſorum lingua Chermichiconas. Hæc Photius ex Thophane. A

Idem ad ſedandos obortos Alexandriæ tumultus, occaſione diuerſarum ſectarum inter ſe altercantium, Photinum Beliſarij priuignum miſit, ſimulque munera eccleſijs offerenda dedit ſumptuoſa. Miſcellæ auctor.

a 5. cap. 1. Praui Iuſtini mores. Preclara hæc, & magna laude digna, ſed tanto indigniora, quæ de eo habet Euag.[a] Verũ quo ad vitæ eius ratioñe attinet delicijs reuera defluxit, & mollicie in voluptatibus obſcęnis volutatus, alienæ pecuniæ adeo ardenter appetens, vti omnia iniqui quęſtus gratia diuenderet: imò vero etiam ipſa ſacerdotia, diuinum numen minime reuerens, plebeijs hominibus venalia palam exponeret. hęc Euagr. B

Improbę Iuſtini ſanctiones. Porrò incontinentis animi primum illud, publica lege ſancita, hoc anno Kal. Ian. dedit indicium, dum pœnas Iuſtiniani legibus aduerſus illicita coniugia contrahentes, ſancitas, ſilere voluit, atq; ita coniunctos ab inuicem minimè ſeparauit. b Sed his etiam deterior, Conſtitutio, hoc eodem anno, menſe Septembris lata, qua communi coniugum conſenſu diſſolui matrimonium poſſe ſanciuit. Extat ipſa Cõſtitutio male inter Iuſtiniani Nouellas relata 140. Apud editionem quidem Anteceſſoris ſuo auctori Iuſtino tribuitur.

b Iuſtini Nou. Cõſt. 3. apud Iul.

Mirum quidem eſt, quomodo epiſcopi non reſtiterint tam indignę legi, Chriſtiano homine. Quid porro Ioannes Romanus Pontifex egerit, non conſtat, cum omnia ferè eius rerum geſtarum monumenta perierint, niſi quod a ſuis maioribus minimè degeneraſſe credibile eſt. C

Cum in Concilio Pariſienſi ſtatutum eſſet neminem admittendum ad epiſcopatum, quem Regis auctoritas, abſque Canonica electione, intruderet; ſed quem Clerus eligeret, & epiſcopi prouinciales vna cum Metropolitano probarent: Leontius Burdegalenſis epiſcopus, collecto collegarum Concilio Santonis, inter alia decreta, Emerium epiſcopum Santonenſem a Clotario Rege eo modo in epiſcopatum, regia auctoritate intruſum, Sede priuauit; quod cum Chariberto Regi nunciatum eſſet, ira fremens, nunciũ presbyterũ a ſuis conſpectib. extrahi iuſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exiliũ pro trudi præcepit; dicens. *Putas ne, quod non eſt deſuper quiſquam de filijs Clotarij Regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi epiſcopum quem voluntas Regis elegit, abſque noſtro iudicio proiecerunt?* & ſtatim electis viris religioſis epiſcopum loco reſtituit; dirigens etiam quoſdam de Camerarijs ſuis, qui exactis a Leontio mille aureis, reliquos iuxta poſſibilitatem damnent epiſcopos, & ſic patris vltus eſt iniuriam. Ex Gregor.[c] Atque hæc quidem Tyrannicè Rex. Permanſiſſe quidem Emerium in Santonenſi epiſcopatu eundemque reconciliatum fuiſſe Leontio colligi videtur ex carmine Fortunati de Baſilica S. Bibiani Santonenſis lib. 1. Carm. D

c lib. 4. c. 26

Leõtius ex coniugato eps Burdeg. Hic Leontius 13. numeratur a Fortunato lib. 1. Carm. Burdegalenſis epiſcopus, qui nobiliſſimo ortus genere, diuitijſque pollens, & egregijs animi virtutibus exornatus, coniugatus licèt, inuitus, ad eius eccleſię epiſcopatum aſſumptus eſt, nomen coniugis Placidina, ex Imperatorio ſtemmate procreata, quæ optimis compoſita moribus, etſi diuiſa corpore a Sancto Viro, inhæſit tamen ipſi in bonis operibus comes indiuidua. Extitit vero, & Placidinæ virtutis æmula, ſoror ipſius, nomine Archiuna, quæ & ipſa iuncta coniugio, Apollinari viro ſuo, vt epiſcopus crearetur indulſit, pariterque ad conſtruenda ſanctis Martyribus templa ſe contulit, vt ex Greg. habetur, vbi agit de S. Martyre Antoliano. In actis quoque ſancti Maclouij epiſcopi in Brittannia, frequens eſt mentio de eodem Leontio. Apud Sur. 15. Nou. cap. 21. ad 25. Quæ ſuperius dicta ſunt de ipſo, & Placidina, habentur ex Fortunati carminibus; qui & pręclarum eius ſepulchro Epitaphium affixit. Hic Iunior Leontius dicendus eſt, reſpectu alterius item Burdegalenſis epiſcopi ęque nobilitate, & vitę ſanctitate conſpicui, cuius epitaphium extat apud Fortunat. lib. 4. nouæ editionis a Theodoſio ſcriptum, eo forte de quo apud Sidonium mentio.[d] E

De glor. Mar. c. 65.

d lib. 6. ep. 3 & li. 7. ep. 6.

Dolo Schiſmaticorum, falſo ad Hibernos rumore perlato a Quinta Synodo peccatum

A tum eſſe in ſacroſanctum Chalcedon. Concilium, quaſi, Trium damnatione Capitulorum damnaſſet pariter quæ in eadem Synodo ſtatuta eſſent, ardentiſſimo zelo, ſed non ſecundum ſcientiam, inſurgunt omnes epiſcopi, & recedentes a Romana eccleſia, quam etiam V. Synodum comprobaſſe acceperant, ſchiſmaticis ſe iungũt, & pro defenſione trium capitulorum acerrime pugnant; &, vt in remotiſſimis degentes partibus, ad quas lux veritatis non facile perueniret, vſque ad ſancti Gregorij M. Pontificatum in ſchiſmate perſeuerant. Ex epiſt. S. Greg. 36. lib. 2.

Anno 163. (inquit Greg. Turon. de miraculis S. Martini) poſt aſſumptionem ſancti, & prædicabilis viri Beati Martini Antiſtitis, regente eccleſiam Turonenſem ſancto Euphronio epiſcopo, anno ſeptimo, ſecundo anno Sigiberti glorioſiſſimi Regis (concordat his optimè poſita Chronographia ab obitu ſancti Martini, quem deceſſiſſe diximus A. D. 402. quibus ſi addas ann. 163. exactos, efficies 565. exactos, B inchoato ſexageſimo ſexto) pergit narrare ipſe Gregorius, cum grauiter ægrotans, inuocato Beato Martino, aliquantum conualuit, & ſuſcepta peregrinatione ad eius ſepulcrum, cum in via recidiſſet in morbum, & ad reditum comites hortarentur, ægrè tamen, ad illud bona ſpe confirmatus animo, peruenit, & tertia nocte, quàm illuc peruenerant, vigilata, ſanus & incolumis, non ipſe ſolum, ſed & Armentarius vnus e clericis ipſius, qui omnem ſenſum perdiderat, ſic ut nihil penitus aut intelligere, aut agere poſſet, euaſerit. Pergit cap. 34. referre, quod cum tres cereolos pro benedictione beati Sepulcri portaſſent, multas per illos uirtutes Deum ſuper phreneticos, & alios infirmos effeciſſe; & unum è multis miraculum profert, quod cum de ſancta illa cera poſuiſſet ſuper arborem in agro, quem quotannis grando vaſtare conſueuerat nunquam amplius illum attigerit, & cap. 35. *fide commouente*, inquit, *quidam ex noſtris li-* C *gnum venerabile de cancello lectuli a Monaſterio ſancti, me neſciente, detulerat, quod in Hoſpitiolo ſuo, pro ſaluatione, retinebat. Sed cum cepiſſet familia eius ægrotare, in dieſque labi in deterius, nec penitus ſciretur quid eſſet, homini per viſum dictum eſt, lignum, quod de lectulo Domini Martini tuliſti, negligenter hic retines, ideo hæc incurriſti; ſed vade, mone, & defer illud Gregorio Diacono* (*ipſemet qui ſcripſit hæc*) *& ipſe ſecum retineat. quod ego ſumma veneratione collectum, loco digno repoſui, & ſic omnes in domo eius ſanati ſunt.*

Lib. 1. c. 32. & 33. Miracula S. Martini.

Vigebat maxime per hoc tempus in Gallia ſacrarum reliquiarum cultus, præcipue vero Sancti Martini cuius miracula collegit Gregor. & quatuor libris diſtinxit. Venantius vero lib. 10. Carminum ad Childebertum & Brunechildem Reginam ſcribit, famam eius miraculorum totum occupaſſe orbem. Et cum huiuſmodi Theſauris D Gallia abundaret, aliunde tamen ſtudioſe perquirebant. Hinc eſt quod diximus Sanctum Germanum Epiſcopum Pariſienſem in Orientem profectum, his diuitijs locupletatum domum redijſſe: ſed & S. Regina Clotarij Regis quondam coniux clariſſima, Radegundis, his ipſis temporibus ſæpius legatos miſiſſe reperitur in Orientem, ad perquirendas ſanctorum reliquias, vt eſt in eius vita a Bandoninia virgine fideliſſime ſcripta, quæ cum ea in Monaſterio coaluit, apud Surium 13. Aug. Ea igitur incenſa deſiderio Sanctarum reliquiarum, cum audiſſet Ieroſolymis S. Mamantis, ſeu Memetis Martyris ſacros artus quieſcere, legatum ad Patriarcham miſit, qui peteret. *Eius preces*, inquit Brandoninia, *vir Dei benigne admittens, orationes populo indixit, cupiens noſſe Dei voluntatem. Tertio die miſſa celebrata ad Beati Marty-* E *ris ſepulcrum, cum omni populo acceſſit, altaque voce, & plena fide dixit, obſecro te, confeſſor, & martyr Chriſti, ſi vera eſt ancilla Dei, Beata Radegundis, innoteſcat gentibus potentia tua, permittasq; de pignoribus tuis mentem fidelem accipere, quod poſcit. Oratione completa cum populus omnis reſpondiſſet Amen, venit ad S. Sepulcrum ſemper beatæ fidem pronuncians, contrectat ſacra membra, ſcire cupiens quænam ipſe Martyr beatiſſimus Dominæ Radegundi donari velit. Tangit manus dexteræ ſingulos digitos vbi ad minimum ventum eſt, leni attactu manu amotus eſt, vt beatæ Reginæ deſiderio ſatisfaceret. Eum verò digitum, vir Apoſtolicus, eo, quo par erat honore, Beatæ Radegundi miſit. Ab Ieroſolymis vero Pictauos vſque in eius honorem ſemper diuinæ laudes promebantur. Quis vero pro dignitate explicet quam ardenti animo, quam*

Reliquiarũ cultus in Gallijs.

fida deuotione tantũ illa munus expectans, ſe ſe abſtinentiæ manciparit? Poſtquam autem hoc cœleſte donum cum multa animi alacritate accepit, tota hebdomada cum vniuerſa congregatione pſallentium, vigilijs & ieiunijs ſe accomodauit, Deum benedicens quod tale munus conſequi meruiſſet. A

Rurſum de alia miſſa legatione in Orientem ad Imperatorem, pro ligno Sanctæ Crucis accipiendo, eadem Bandoninia refert pluribus; Imperatoremque, & Beatum lignum crucis domini auro, & argento ornatum, multaſq; Sanctorum reliquias, quas Oriens obtinebat, ei, per legatos tranſmiſiſſe, vna cum Euangelijs, auro gemmiſque decoratis; eas vero reliquias Sanctorum Apoſtolorum & Martyrum eſſe aſſeruit Gregorius. Accidit autem neſcio qua inſtigatione Diaboli, vt nec Epiſcopus, nec ipſa Ciuitas ſacrum crucis lignum vellent in ciuitatem inferri, vt oportuerit Regem pro ſua auctoritate agere, vt per Turonenſem Euphronium Epiſcopum in ciuitatẽ Pictauos, & in Radegundis Monaſterium inferretur. Tunc temporis vero à Venantio Fortunato eiuſdẽ S. Radegundis ſtudioſiſſimo (vt ex plurimis ad eam ſcriptis carminibus conſtat) nobilis ille conſcriptus eſt ſacer hymnus, qui ab vniuerſa Occidentali Eccleſia, vt in honorem Sanctiſſimæ Crucis ſæpe caneretur vſu receptus eſt, ſicq; incipit. B

Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis myſterium,
Quo carne, carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo &c.

C

Et ille alter.

Pange lingua glorioſi prælium certaminis
Et ſuper Crucis trophæum dic triumphum nobilem
Qualiter redemptor orbis immolatus vicerit, &c.

Sed & preclarum de Cruce Epigramma, quod videtur integrum deſcribendum, vt minus notum.

Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit, D
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lauat
Mitis, amore pio, pro nobis victima factus
Traxit ab ore lupi, qua ſacer agnus oues
Tranfixus palmis, vbi mundum a clade redemit
Atque ſuo clauſit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit, clauis confixa cruentis,
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, o dulce ò nobile lignum,
Quando tuis ramis tàm noua poma geris E
Cuius odore nouo defuncta cadauera ſurgunt:
Et redeunt vitæ, qui caruere die
Nullum vret æſtus, ſub frondibus arboris huius,
Luna nec in nocte, ſol neque meridie
Tu plantata micas, ſecus eſt vbi curſus aquarum,
Spargis & ornata flore recente comas.

A *Apenſa eſt vitis inter tua brachia, de qua*
Dulcia ſanguineo vina rubore fluunt.

Exultauit autem Sancta Dei Virgo cum omni congregatione de tali ſibi cœlitus dono collato, ligno, ſcilicet venerandæ Crucis; quod ſtatim ſuam diuinam virtutem prodidit. Ibi inquit, diuina agente virtute, cæcis redditur lux, aures ſurdorum pateſcunt, mutorum linguis ſuum reſtituntur officium, claudi ambulãt, Dæmones profligantur. Quid multa? Quiſquis morbo laborans, (quicunque tandem ille ſit morbus) ex fide eo accedit, per Sanctæ Crucis virtutem, recedit incolumis, &c. Narrat Greg. de glor. Martyr. c. 5. *ſexta feria ante Sanctum Paſcha cum in Vigilijs ſine lumine pernoctarent, apparuiſſe ante altare lumen paruulum in modum ſcintillæ; deinde ampliatum huc illucque comas fulgoris ſpargens cœpiſſe gradatim in altum conſcendere, effectumque Pharũ magnam, obſcuræ nocti, vigilantique plebeculæ lumen præbuiſſe ſupplicanti Illuceſcente quoque cœlo paulatim deficientem, data terris luce ab oculis mirantium euanuiſſe.* Addit idem durum ſe fuiſſe ad credendum quod ſæpius audiebat, *de oleo ſic exundante in Lychnis, ante ſacra pignora vt ſuppoſitum vas impleretur, quod poſt aliquando ſuis ipſis oculis vidit, Lychnum in modum ollæ feruentis magnis fluctibus exundare, ac per orã ipſam vndis intumeſcentibus ſuperfluere, & vt credo, ad incredulitatem meam arguendam, magis ac magis augeri, ita ut in vnius horæ ſpatium plus quã vnũ ſextariũ redderet vaſculum, quod quartarium non tenebat admiratuſque ſilui, ac virtutẽ adorandæ crucis deinceps prædicaui.* Miracula per ſignum Crucis, illatum in Monaſteriũ S. Radegũdis. B

C Legatos miſit S. Radegundis ad gratias Imperatori agendas, de tanto munere, qui, cum in reditu, per dies 40. iactati horrenda tempeſtate, nihil aliud expectarent, quam vndis abſorberi, S. Radegundis opem implorantes, conſecuta tranquillitate, mirabiliter euaſerunt.

Victor Tumuenſis, ſiue Tunnenſis Eccleſiæ Africanæ Epiſcopus, a principio mundi vſque ad primum Iuſtini Iunioris Imperatoris annum, perbreuem, per Conſules annos, bellicarum Eccleſiaſticarumque rerum nobiliſſimam promulgauit hiſtoriam, laude & notatione illuſtrem ac memoria dignam &c. Iſidor. de vir. ill. cap. 25. Hic a Iuſtiniano in exilium deportatus, ac demum CP.^{im} reuocatus, detruſuſque in Monaſterium in defenſione trium capitulorum perſtans, diem clauſit extremum. Quod verò apud ipſum Iſidor. in lib. Originum, dicitur Victor Turonenſis Epiſcopus, locus eſt corrigendus. Hiſtor. ab Orig. Mundi ad Iuſtinum Imp.

D

Chriſti Annus	Ioannis Pap.	Iuſtini Imp.	Ipſo Conſul. ſine collega Ind. 15.
567.	8.	2.	

IVſtinus Imperator, Iuſtinum cognatum ſuum, rebus præclarè geſtis, in bello Perſico clariſſimum, ad limites Danubij tum excubantem cum exercitu, ne Abari in fines Romanorum irrumperent, euocatum, & tranſportatum Alexandriam, necari mandat. Ex Euagr. qui rem plenius perſequitur, cui Miſcella, & Euſtathius in vita S. Eutych. conſentiunt, ut minus ſit probabile, quod Cedrenus ſcribit, referens ad annum ſextum Iuſtini. Lib. 5. ca. 1. & 2. E

Ætherius & Addæus Senatores Clariſſimi, qui principem locum diu tenuerant apud Iuſtinianum, ſeu veris ſeu confictis criminibus, ut eſt apud Euagr. obtruncantur. Sed quod uidetur ignoraſſe Euagr. non ignorauit Euſtathius in uita S. Eutychij, quod & ipſi confeſſi ſunt, ob ſacrilegium ab utroque perpetratum in ipſum Eutychium Epiſcopum CP.^{num} cum eum trudentes in exilium, peſſime habuere, indignationem Dei in ipſos recidiſſe. Sacrilegi Senatores ĩ Epiſcopum CP. diuinã ſentiunt ultionem.

Paulus Diaconus de Geſtis Longobardorum [a] refert querelas delatas a Romanis contra Narſetem ad Iuſtinum Imperatorem; quem, contra eum indignatum, reuocaſſe ait de Italia, ſucceſſoreq; ei Longinum miſiſſe: atque adeò Sophiam Auguſtam

a lib. 1. c. 5.

contumelioſis illis eum uerbis irritaſse, cum dixiſſet, *reuocari, ut cum puellis in Gynecæo lanarum penſa diuideret.* Narſem uero reſpondiſſe. *Talem ſe ei telam orditurũ, qualem ipſa, dum viueret, detexere non poſſet;* & indignatum Romanis, Neapolim ſeceſſiſſe, vnde, per Legatos, Longobardos ad occupandam & poſſidendam Italiam inuitarit, quibus conſentanea ſcribit Anaſtaſius: Io. Romanum Pontificem Neapolim ſequeſtrem pacis inter eos acceſſiſſe, eumque Romam reduxiſſe, qui, non multo poſt ſit mortuus. Hæc quidem illi qui longius a Narſetis ætate vixerunt, At Corippus Grammaticus Africanus, qui Iuſtini laudes ſcripſit, Narſetem iam ante præſentem annum reuocatum CP.lim magnumque honorem apud Iuſtinum Imperatorem conſecutum docet, dum ait ipſum præſentem fuiſſe anno ſuperiori, quo Iuſtinus adijt Cõſulatũ, inhæſiſſeque præ cæteris, lateri ipſius Imperatoris, cum audiuit Legatos miſsos ab Auaribus barbaris, nec vero dici poteſt reuerſum fuiſse in Italiam, cum Longinum ſuffectum omnes conſentiant, ſuperiora igitur illa Pauli ſponte cernunt de vocatis ab eo, ex dicta cauſa, Longobardis.

Narſetem cõtumelioſe reuocatũ ex Italia, euocaſſe Lõgobardos, falſum.

A

B

Prodigia inuaſionẽ Lõgobard. pręmonſtrãtia.

a 3. cap. 38.

Prodigia quidem illa quæ Longobardorum inuaſionem anteceſserunt, quorum meminit Paulus, ſic recenſet D. Greg. hom. 1. in Euangelia. *Priuſquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipſumque, qui poſtea humani generis fuſus eſt, ſanguinem coruſcantem.* Sed quæ ante hæc, oſtenſa de his ſint S. Redempto Ferentinæ Ciuitatis Epiſcopo, idem S. Greg. narrat in Dialogis [a] cum recũbenti in æde S. Martyris Eutychij & ſomno grauato S. Martyr aſtitit, *ter* dicens, FINIS VENIT VNIVERSAE CARNIS. *Et mox terribilia illa ſigna,* inquit, *ſecuta ſunt, ut haſtæ atque acies igneæ ab Aquilonis parte uiderentur. Mox effera Longobardorum gens de uagina ſuæ habitationis educta, in noſtram ceruicem graſſata eſt, atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine, quaſi ſpiſſæ ſegetis more ſucceſſerat, ſucciſum aruit: nam depopulatæ urbes, euerſa Caſtra, concrematæ Eccleſiæ, deſtructa Monaſteria uirorum, & feminarum, deſolata ab omnibus prædia, atque ab omni cultore deſtituta, in ſolitudine uacat terra, nullus hanc poſſeſſor inhabitat, occuparunt beſtiæ loca, quæ prius multitudo hominum tenebat. Et quid in alijs mundi partibus agatur, ignoro; nam in hac terra, in qua nos uiuimus, finem ſuum iam non nunciat ſed oſtendit.* &c.

C

Clades Italiæ per Lõgobatd.

At ne quis putet mendax fuiſſe oraculũ, de fine vniuerſæ carnis prædictum; ſciat hiſce verbis non ſeculi conſumationem, ſignificatam, ſed gentis Italicæ cladem, quæ quidem tanta & tam immanis fuit, vt Sanctus Gregorius, vir tantus, iam nouiſſimum diem inſtare exiſtimarit.

D

Defuncto Athanagildo Rege Gothorum in Hiſpania, cum ceſſaſſet regnum menſes quinque, Liuba ei præficitur, 2. qui ſui Regni anno ſibi collegam aſciuit Leouuigildum fratrem. Iſid. Chron. Fuerunt Athanagildo duæ filiæ, quarum maior natu Geleſuintha, Chilperico Frãcorum Regi, Sueſſionis; minor Brunichildis, Sigiberto Frãcorum Regi, Rhemis ſedem habenti, vxores datæ. Quibus nuptijs ſancita pax inter Gothos, & Francos. Vtraque ſoror breui ex Ariana reddita Catholica. De Brunichilde Fortunatus lib. 6. inter alia carmina.

Gothi Hiſpanię & Franci Galliæ per coniugia fœderantur.

Rex pie, Reginæ tanto de lumine gaude
Acquiſita bis eſt, quæ tibi nupta ſemel.
Pulchra, modeſta, decens, ſollers, pia, grata, benigna,
Ingenio, vultu, nobilitate potens.
Sed quamuis tantum meruiſſet ſola decorem
Ante tamen homini, nunc placet ecce Deo.

E

Geleſuintha per Chilperici concubinas, quas plures habebat, & maxime per Fredegundem (quas tamen ſe dimiſſurum omnes pollicitus erat) vexata, ſæpiuſque cum viro conqueſta, cum verbis ab eo deliniretur, petijt tandem, vt relictis theſauris,

A quos ingentes ſecũ detulerat, libere redire permitteretur ad patriam; quod ille diſſimulans; ad extremum eam ſugillari iuſſit a puero, mortuamque reperit inſtra tu. Ex Greg. Turon. [a] repentina morte abreptam deplorauit Fortunatus, ſic enim vulgatum fuit. Hoc tamen lucrata fuit Hiſpana Virgo, vt ex Ariana in Gallia Catholica redderetur, ac plane ſancta moribus efficeretur. quod autem accidit ad eius ſepulcrum eius Sanctitatis indicium, refert Gregor. & canit elegantius Fortunatus. a c.28.

Ducitur, ornatur, deponitur, vndique fletur
Conditur & tumulo ſic peregrina ſuo.
B *Naſcitur & ſubito rerum mirabile ſignum,*
Dum pendens Lychnus lucet in obſequium.
Decidit in lapidem, nec vergit, & integer arſit
Nec vitrum ſaxis, nec perit ignis aquis.

Et paulo poſt, ex eodem arguit auctor miraculo quod anima eius lucidas cum ſanctis ſedes acceperit.

Vitæ ſigna tenet, vitreo cum vaſe cadente
Nec aqua reſtinxit, ne c petra fregit humi.

C In Hiſpanijs etſi non amplius aduerſus Francos, coniugij fœdere ſociatos, Gothis certandum eſſet; aduerſus tamen Græcos, aſcitos ſocios, ſed conuerſos in hoſtes, iugiter pugnandum fuit *aduerſus quos* (ait Iſidor.) *poſt obitum Athanagildi, huc uſq; confligitur, nam frequentibus ante prælijs cæſi, nunc autem multis caſibus fracti & diminuti ſunt.* Ad hæc ſpectant quæ S. Greg. ſcribit ad Recharedum Regem [b] requirentem capitula ac pacta illa conuenta cum Iuſtiniano Imperatore, quem hortatur ad pacem, verum non pace, ſed gladio, finem bello impoſitum, Græcis profligatis idem Iſidorus affirmat. b lib. 7. ep. 126.

Sub hoc anno 2. Chilperici, Clotarij filij, Regis Francorum conſignatæ leguntur præclaræ res geſtæ S. Launomari Abbatis, qui his temporibus in Gallia, egregia ſanctitate, atque miraculis refulſit; extant ipſæ omni fide conſcriptæ ab æquali ipſius, D apud Sur. 19. Ian. qui de eo refert, quod cum hoc ipſo anno cæpiſſet ædificare Monaſterium, vaſtiſſimam quercum reciſam, quam 40. homines vix portaſſent vi precum, quo illi collibitum fuit, tranſportauit. Addit de quodam nobili Ermoaldo, qui, ad extrema perductus, 40. ſolidos viro Dei miſit, obnixe rogans, vt ſuis precibus ſibi obtineret ſanitatem, quam ille pecuniam renuerit accipere, ſed inſtante latore, receperit tamen, & ingreſſus oratorium, imponenſque altari, & multo ſtudio ſingulos appendens & manu reuerſans nummos, crebroque flectens genua & orans Dominum, ad extremum, non niſi unum, ex omnibus retinuit ſibi ſolidum, quem per ſpiritum cognouit non rapina, ſed iure partum eſſe, reliquos autem reſtituens, mandauit vt diceret Domino, pecuniam illam de iniquitate conflatam eſſe, proinde ut eſſet pro anima ſua ſolicitus, iniuſteque ablata reſtitueret, noueritque hoc morbo ſe uitam amiſſurũ E temporariam, reliqua uide apud Auctorem. S. Launomar⁹ Abb. Iniquæ oblationes reſpuendæ.

Chriſti Ann.	*Ioannis Pap.*	*Iuſtini Imp.*	*Iuſtino A.* 2m
568.	9.	3.	*Conſ. Ind. primæ.*

ALboinus Rex Longobardorum e Pannonia, quam ex Scandauiæ (an Scandinauia) Inſula progreſſus cum ſuis, occupatam, per 42. annorum ſpatium tenuerat, in Italiam magnis potens uiribus ingreditur. Paul. Diac. [c] cuius ſententia de tépore, c lib. 2. c. 6.

pore, confirmatur à S. Gregorio lib. 4. ep. 34. & lib. 11. ep. 43. A

Hic Alboinus Chlotoſindam Clotarij filiam in uxorem duxerat (Greg. Turon. 4. cap. 35.) ut eſſet quatuor Regum Francorum cognatus. Hunnis erat etiam fœdere cõiunctus, quibus Pannoniam libere poſſidendam precario conceſſerat. Accedebat ad tanta hæc, quod & alios complures barbaros nactus eſſet auxiliares, Saxones, Gipedas, Bulgaros, Sarmatas, Pannonios, Sueuos, & alios. Paul. Diac. [a] Atque his amicitijs, & affinitate, & copijs reddebatur Romanis formidabilis. Sed & ſolum nomen Longobardorum exterrebat hominum animos, quos ſuperioribus bellis, cum pro Romanis, aduerſus Gothos, pugnarent, experti erant truces, & immanes; cũ, ut eſt apud Procopium, ad ceteram uitæ factorumque impietatem, & ſcelus, uel ædificia ipſa, in quæ fortè diuerterant, iniuſtè cremarent, ſtuprumque feminis, & vim inferrent, ſacras in ædes refugientibus, ut neceſſe fuerit magna pecunia donatos ad propria remittere. B

a 2. c. 12.

Alboinus Rex ad conciliandos ſibi Italorum animos, benignum ſe præbuit, vt teſtatur Paulus Diac. Igitur Alboinus (inquit) [b] cum ad Fluuium Plauem perueniſſet, ibi ei Felix Epiſcopus Taruiſanæ Eccleſiæ occurrit; eique, vt erat largiſſimus, omnes Eccleſiæ ſuæ facultates poſtulanti, conceſſit, & per ſuum pragmaticum poſtulata firmauit. Hunc illum, tradit Paulus, eſſe Felicem perneceſſarium Venantij Fortunati, cuius meminit in fine vitæ Sancti Martini his verſibus.

b 2. c. 9.

Illuſtrem ſocium Felicem, quæſo, require,
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim C

Cum ſcilicet laborans oculis, oleo lampadis, ad imaginem S. Martini incenſę, ſanatus eſt, cuius beneficij memor, pro gratiarum actiones, res eius geſtas 4. libris carmine heroico concinuiſſe voluit.

Hic itaque Fortunatus uir uenerabilis & ſapientiſſimus) ait idem Paulus, occaſione huius Felicis) *ortus quidem in loco, qui Duplabilis dicitur, fuit, qui locus haud longe a Cenetenſi Caſtro, vel Taruiſana diſtat ciuitate: ſed tamen Rauennæ nutritus & doctus in Grammatica Rhetorica, & Geometria, clariſſimus extitit. Is cum oculorum dolorem vehementiſſimum pateretur, ſimiliter & Felix præfatus ſocius eius, eorumdem dolore laboraret*, &c. curationem eorum recenſet, de quo & iſta ſubdit. *Fortunatus in tantum B. Martinum ueneratus eſt, vt relicta patria, paulo ante quam Longobardi Italiã inuaderent, ipſius Sanctiſſimas reliquias in Gallia ſitas uiſitare decreuerit, quod iter ſuum per flumina, montes, ualles, oppida, pagos ipſe in carminibus ſuis dilucide deſcribit in præfatione ad Gregorium. Qui poſtquam Turonos, iuxta Votum proprium peruenit, Pictauos tranſiens, illic habitauit, & multorum ibi ſanctorum geſta partim proſa, partim metrica oratione conſcripſit: nouiſſimeque in eadem ciuitate primum preſbyter deinde Epiſcopus ordinatus eſt, atq; in eodem loco digno tumulatus honore quieſcit.* hactenus Paulus de Fortunato. D

De Narſetis fine, cum admodũ varient ſcriptores; Latinis quidem Paulo, & Anaſtaſio referentibus, præter ſupra dicta, de prodita barbaris Italia, Longobardis, eos euocando; eoque cum Ioan. Papa Romam reuerſo, & facti pęnitente, vita functo; corpus eius loculo plumbeo collocatum, vna cum ipſius theſauro CP.lim eſſe tranſlatum: Græcis vero prodentibus eum CP.lim eſſe reuerſum & poſt reditum 6. anno Iuſtini ſumptuoſa ædificia conſtruxiſſe, quod aſtruit Cedrenus. Miſcella quoque conſentiente Græcis de reuerſione eius CP.lim & Corippo ipſo poeta, de quo ſupra; uidetur potius Græcis aſſentiendum, & quæ de proditione, & euocatione barbarorum feruntur, vana, & fabuloſa eſſe, ſed nec illud quod habet Miſcella & Græci, par eſt credere, de Narſete, cuius pietas plurimum laudatur, quod in Ciſternam defoderit Theſaurum, conſcijs interfectis, ne proderent. Porro laudatur eximie Narſes a Procopio, Agathia, ipſo Paulo Diac. Euagr. [c] & Nicephoro [d] qui vterque hæc de eo, repetitis verbis, *De Narſete, qui familiariter cum eo uixere, illud perhiberent, ita ipſum* E

De Narſete certiora Græci, quã Latini prodidere.

c 4. c. 23.
d lib. 17. c. 13. in fine.

Narſetis Elogia.

A *ex diuino munere pependiſſe, atque id omnis generis pietate coluiſſe, & Virginem, eandemque Dei genitricem ita veneratum eſſe, vt illa manifeſto ei apparens, quando prælium committendum eſſet præciperet: neque illum facile prius in aciem deſcendiſſe quam tempus opportunum ab ea cognouiſſet.* Et Paulus *erat*, inquit, *vir pijſſimus, in religione Catholicus, in pauperes munificus, in reparandis baſilicis multum ſtudioſus, vigilijs & orationibus in tantum ſtudens, vt plus ſupplicationibus quam armis bellicis victoriam obtineret.*

Talis quidem vir celebratur ſub Mauritio Imperatore, Narſes nomine, Patricius, Romani exercitus Præfectus, ſumma pietate præditus, domi foriſque ſpectatus, vt niſi idem ſit cum hoc noſtro, qui adhuc ad annos triginta vitam propagarit, permirum ſit duos, eodem fermè tempore, eiuſdem nominis, ordinis, dignitatis, probitatis,
B & victorijs inſignitos, belloque ſpectatos Duces exercitus vixiſſe Narſetes. Sed & alias coniecturas ſubtiliter expendit auctor Annalium aduerſus ea quæ a Paulo & Anaſtaſio feruntur, vt nec ſibi ipſi conſtare videantur. Quod vero idem Paulus refert de Narſete, *cuius*, inquit, *ſtudium ad omnia vigilabat, Vitalem epiſcopum Altinæ ciuitatis, qui ante annos plurimos ad Maguntiam*, ad Regnum Francorum profugerat, comprehenſum, apud Siciliam exilio damnaſſe, id hortante Pelagio Io. huius anteceſſore factum, eſt credibile, propter ſchiſma, quo non modo Aquileienſis, ſed & Altinenſis eccleſia laborabat.

Sophia Auguſta, tertio anno, accitis omnibus, qui ære alieno obſtricti erant, debita eorum creditoribus diſſoluit & pignora ſuis auctoribus reddidit. Cedrenus, & Miſcella.

C Cum pauperes a potentibus opprimerentur, nec Imperator monitis, & Reſcriptis, proficeret, & querelis vndique premeretur, conuocatis aliquando in Curiam potentibus, orationem ad eos habuit, cuius ea concluſio fuit. Quod ſi præceptis ſuis parere nollent, ſed ſuis obſequi cupiditatibus, alium ſibi, ſuo arbitrio, deligerent Imperatorem. *Ego enim*, inquit, *contumacibus, iniuſtis, & aliena violantibus, imperare nolo.* Libera vox Impetatoris.

Ibi quidam procerum libertate dicendi ſumpta, ita Imperatorem alloquitur. Conſtitue me coram omnibus, Præfectum Vrbis, mandaque ne cuiuſquam rationem potiorem iuſtitia habeam, vtque mihi te de rebus neceſſarijs monituro ſemper aditus pateat; recipio me effecturum intra menſem, ne vlla ſit vel illata in vrbe, vel accepta iniuria, quod ſi quis proferat culpam, quam mihi indicatam, non punierim, capite me plecti iubeto. Pergratum id Imperatori fuit, eumque Pręfectum Vrbis conſtituit.
D Is ergo cum mane pro Tribunali ſederet, & quædam Vidua quæreretur ſe a Magiſtratu quodam omnibus ſuis facultatibus ſpoliatam, mittit eam cum ſigillo ad Magiſtrum illum, iubetque eum ad dicendam cauſam venire, cum eandem Viduam male multatam remiſiſſet, mittit Pręfectus ad eum de curſoribus vnum; ſed hunc quoque verbis deluſum dimittit. Interim dum Præfectus in circo ſederet, Magiſtrumque operiretur: hic ab Imperatore ad cõuiuium vocatur, eodem ſe Præfectus quoque confert, aitque Imperatori ſi in eo Imperator perſiſtis, quod mihi mãdaſti, ne cui eorum, qui pauperes concutiunt, parcam; ſcito me promiſſis ſatisfacturum; ſin eos tu, pœnitentia ductus, amicos potius habes, & conuiuijs adhibes; ſcias me quoque detrectare ea, quę in me recepi. Imperatore reſpondente vti ſe ipſum potius ſolio detraheret ſi ſontem talis criminis ſciret. Pręfectus illico Magiſtrum vi abripuit, & in Curiam, quæ area dicitur, cum eo abijt. Ibi diligenter vtriuſque ſermone conſiderato: cum haud leui-
E bus iniurijs ab eo affectam mulierem comperiſſet, verberibus impoſitis, homini caput raſit, aſinoque nudum impoſitum, per mediam vrbem velut in triumpho duxit, & omnes eius opes mulieri addixit. Hoc exemplum reliquos ita in viam redegit, vt vbique ſumma in pace viueretur, atque intra trigeſimum diem neque actor vllus eſſet neque reus iniuriarum. Tunc Præfectus Imperatori ſignificat ſe promiſſa impleuiſſe, & Imperator in publicum progreſſus, cum nulla querela audiretur, Patricia dignitate eum ornat, & per omnem vitam Pręfectum vrbis eſſe iubet. Cedrenus.

Iuſtinus ſpeſindeo Primati Byzaceno interpellanti pro priuilegijs ſuæ eccleſiæ, Reſcripto, ea ſalua eſſe mandat. Extat in Nouell. Iul. Anteceſſoris.

A

Chriſti Ann.	*Ioannis Pap.*	*Iuſtini Imp.*	*Secundæ Indict.*
569.	10.	4.	

LIuba Rex Gothorum in Hiſpania, allecto fratre Leuuigildo in Regni conſortium, illi cedit Hiſpanias, ipſe contentus Regno Galliæ Narbonenſis. Iſidorus. Erat Leuuigildo vxor Theodoſia, Catholica fœmina, eademque ſoror ſanctorum Leandri, Fulgentij, Iſidori, ac Florentiæ, filia vero Seueriani Carthaginenſem prouinciam moderantis, ſed nihil ex ſancto conſortio profecit.

CONCILIVM LVCENSE IN GALLICIA in eo actum, rogante Rege Theodemiro de inſtituenda noua Metropolitana in Gallicia, ſub Bracharenſi; Lucenſis eccleſiæ limites circumſcripti, ad lites de finibus euitandas. B

Tiberius comes excubitorum, qui poſtea Auguſtus creatus eſt, Auares debellatos ad pacem ſubmiſſe ab Imperatore petēdam adigit. Victor Tunnenſ. in Chron. Corippus quoque poeta.

Chriſti Ann.	*Ioannis Papæ*	*Iuſtini Imp.*	*Poſt eiuſdem Conſul.*
570.	11.	5.	25. *Ind.* 3.æ

APollinaris Alexandrinæ eccleſię epiſcopus, cum ſed. ann. decem, & nouem (ſecundum Niceph. Chron.) ex hac uita migrauit, de quo eſt apud Sophron. a quod eum contigit ſanctiſſimos uiros ordinare in Ægypto, quorum unus e mortuis reſurrexerat, res ſane admiranda ibidem ab eodem refertur, quæ ipſius epiſcopi ſanctitatem commendat, de miro artificio excogitato ad conſulendum egeſtati eius, qui aliquando ditiſſimus fuerat, ex bonis eccleſiæ, citra eius pudorem. hæc eo libentius afferuntur, quod eius ingreſſus probroſus fuit. ſed poſt, purgata labe intruſionis, in V. Synodo, ut legitimus, receptus eſt. De frequentia autem miraculorum, dicebat ſenex quidam (Prato ſpir. c. 213.) ſigna, & prodigia uſque hodie diuinitus in eccleſia fiunt, propter eas, quæ pullulauerunt, & pullulant quotidie impias hęreſes, & maximè propter Acephali Seueri, & ceterarum pernicioſa ſchiſmata, ad munimen, ac firmitatem infirmarum animarum, atque ad illorum ipſorum, ſi ita voluerint, conuerſionē. Propterea igitur a ſanctis Patribus, & a beatiſſimis martyribus, ab initio fidei vſque hodie fiunt miracula in ſancta eccleſia, hæc eſt enim peculiaris dos eccleſiæ, nec vlli extra eccleſiam poſito conceſſum vt vera miracula faciat. C D

> a Prat. ſpir. c. 124.
> Prat. ſpirit. c. 193.
> In ſola Cathol. eccl. vera miracula.

Albornius vaſtata Veneta Prouincia, vniuerſas Liguriæ ciuitates, præter eas quæ in littore maris poſitæ ſunt, capit. Honoratus Archiepiſcopus Mediolanenſis Genuam confugit.

Paulinus Patriarcha Aquileienſis, vndecim annis ſacerdotio functus, ex hac luce ſubtractus, regendam eccleſiam Probino reliquit. Ex Paulo Diac. b Nunc primum auditur nomen Patriarchæ Aquileienſis. Patriarchæ nomen vſurpatum frequenter occurrit his temporibus, pro Archiepiſcopo, ſic Greg. Turon. in hiſt. Fr. c Patriarcham appellat S. Nicetium Archiepiſcopum Lugdun. in Concilio item Matiſconenſi, Priſcus item Lugdun. epiſcopus, Patriarcha pariter appellatur. Ariani præterea ſuos primarios epiſcopos conſueuere appellare Patriarchas, quod cum apud Victorem, tum apud Gregor. vſurpatum inuenitur, factumque eſt, vt & alij hæretici a Catholica cōmunione diſciſſi, quem ſequerētur erroris Principem, eundem quoque dicerent Patriarcham, ad hoc male vſurpato Patriarchæ nomine, quod olim Apoſtolicam tantū ſedium conſueuit eſſe nomen ampliſſimę dignitatis. Ceterum quod ad Aquileienſem epiſcopum ſpectat cum Venetiarum, Iſtriæ & Liguriæ epiſcopi (vt conſtat ex epiſtolis tertia, & quinta Pelagij Papæ) eſſent in ſchiſmate, Paulinuſque Aquileienſis his omnibus prężemineret, placuit iiſdem ſchiſmaticis qui ab eccleſia Romana deſciuiſſent, illum ſibi loco Pontificis conſtituere ſupremum Antiſtitem, quem & Patriar- E

> Paulinus epiſcopus primus nominatur extat Patriarcha Aquileien.
> b 2. c. 10. & 12.
> c 3. cap. 20.
> De Patriarchæ nominis vſu, & abuſu.

A cham nuncupauere. Hæc igitur origo Aquileienſis Patriarchatus ex Schiſmate deriuata, quod quidem nomen eidem retinere, bono pacis, permiſſum fuiſſe videtur, quo & ad præſens vtitur, Sedis Apoſtolicæ indulgentia.

Ad certum autem indicium diuinæ in ſchiſmaticos vindictæ, ipſi primum barbaris traditi ſunt ad deuorādū Longobardis, Aquileia, Mediolanum, & aliæ earum prouinciarum eccleſiæ, cum tamen Romam, licet ſæpius inuaſerint Longobardi, nunquā tamen occupare potuerint. Ticinenſis ciuitas vltra quadriennium fortiter ſuſtinet obſidionem, & Alboinus interim inuadit omnia vſque ad Tuſciam, præter Romam, & Rauennam, & quædam caſtella in littore maris conſtituta. Paul. Diac.[a] a li.2. c.10. & 12.

TVRONENSIS SYNODVS SECVNDA, anno ſexto Chariberti Regis epiſcoporum octo, quorum quatuor ſanctitate celebres in ſacris habentur aſcripti tabulis; Prætextatus Rothomagenſ. Germanus Pariſienſ. Domitianus Catalaun. Domnolus Cœnomanenſis, quod vero non habeatur ſubſcriptus S. Euphronius epiſcopus Turonenſis, ſuſpicionem facit ſeriem epiſcoporum minimè eſſe integram. Duo de triginta in ea Canones ſtatuti de eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda. Can.3. Vt corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, ſed ſub crucis titulo componatur. Non eſt igitur nouum vt corpus Chriſti, ſuper altare ſeruetur. De felice Bituricenſe, qui tertio loco in hoc Concilio ſubſcripſit, legimus perelegans aureum vas ad ſanctiſſimam Euchariſtiam conſeruandam, turris inſtar fabrefieri curaſſe, quod Fortunatus epigrammate celebrauit.

Vetus vſus aſſeruandi Euchariſtiã

Can.5. vt vnaqueque ciuitas, pauperes, & egenos incolas, alimentis congruentibus paſcat, ſecundum uires. Vt tam vicini presbyteri, quam ciues, omnes ſuum pauperem paſcant. Quo fiet, vt ipſi pauperes per ciuitates alienas non vagentur. Item de ieiunijs, & pſalmodia.

Can. 20. aduerſus Nicolaitarum Hæreſim, qua ſacri miniſtri iam relictas reſumebant vxores.

Can.22. aduerſus inceſtuoſos, eoque magis crimine quo Rex Charibertus laborabat, qui ſororem coniugis ſibi copularat.

Can.24. vt præter S. Ambroſij hymnos, alij etiam in eccleſia canerentur, forte ob hymnos Venantij Fortunati: qui celebrari cęperant.

Can.25. contra inuadentes bona eccleſiaſtica, & eccleſiaſticorum, anathema indictum; quod quidem effectum habere, & a Deo probari, pluribus exemplis fuit declaratum. De quodam quidem Diacono, qui relicta eccleſia, fiſco ſe publicè iunxit, narrat Gregor.[b] quod cum aliquando vſurpaſſet de gregibus, ſub nomine S. Martyris Iuliani; & iuclamantibus Paſtoribus eos eſſe S. Mart. Iuliani, & ille, irridens, reſpondiſſet, putas ne quia Iulianus comedit Arietes? poſt multos dies, cum non religione, ſed caſu tranſiens ante ſepulcrum Beati Martyris, ibi obdormiſſet, tanta, tanque ardenti febre corriperetur, vt clamaret ſe incendi per Martyrem, & crimen cõfiteretur; cumque deprecaretur, quanta maxima poſſet voce, iactari ſuper ſe aquam, tanquam de fornace, ita fumus egrediebatur e corpore. Interea miſeri artus combuſti in nigredinem conuertuntur, vnde tantus procedebat fœtor, vt tolerari vix poſſet, atque ita ſpiritum exhalauit.

b 2. de glor. mart. c.17. Ingens miraculum in ſacrilegum.

LVGDVNENSIS SYNODVS PRIMA earum quæ inueniuntur; epiſcoporum 14. in ea Can. ſex ſtatuti. Salonius Ebredunenſis, Sagittarius Vapingēſis epiſcopi cõuicti de contumelia, & vi illata Victori Trecaſſino epiſcopo, depoſiti, iuſta quidem de cauſa, ſed inconſulto Rom. Pont. non debuerunt. Annuente ſibi Rege Gunthramno adeunt Ioannem Papam, qui datis ad Regem epiſtolis, eos reſtitui iubet, quod Rex ſine mora, caſtigatis prius illis verbis multis, impleuit. Agnoſce Lector ius appellationis a Concilio, ad Rom. epiſcopum, & obedientiam Regis & epiſcoporum ſententiæ Rom. Pont. Pacem quidem illi petiere ab offenſo epiſcopõ, & homines quos in eum immiſerant tradiderunt, at ille venia data liberos dimiſit, vnde (inquit Greg.)[c] qui rem totam narrat in poſterum a communione ſuſpenſus eſt, propterea quod publice accuſans, clam inimicis pepercíſſet, abſque conſilio, quibus accuſauerat, fratrum. De quibus duobus epiſcopis refert idem Gregor. 4. cap. 37. quod in bello Longobardo-

Appellantes epiſcopi a Concilio depoſiti ad Papam, reſtituuntur.

c lib.5.c.20

rum

rum aduerſus Burgundiones galeati, & loricati, quod monſtrum antea non fuerat viſum, pugnarint. Liuba Rex Gothorum in Hiſpania, tertio anno Regni ſui, moritur, Leuuigildus ſolus regnat. Greg. Turon. lib. 4. c. 35. A

Theodomirus item Sueuorum Rex Catholicus, maximeq; pius, Ariamiro filio, regnum moriens, cum pietate dimittit. Idem ibidem. Sub quo tale miraculum refert Gregor. lib. de miraculis S. Martini 4. cap. 7. auditum ab eo qui ab ipſo Rege Ariamito, quem ipſe Mironem vocat, audierat. de Mimo ipſius Regis, qui de Sacratis ſancto vuis, audiens vſurpare non licere, quaſi per contemptum botrum apprehendit, protinuſque dextera eius inquit Gregor. adhærens camerę (ideſt viti in modum cameræ extenſæ) arente lacerto, diriguit, nec prius liberatus eſt, quam ipſum facti pœnitentia, & Rex ipſe preces cum lachrymis large effudit.

B

Chriſti Ann. 571. *Ioannis Pap.* 12. *Iuſtini iun. Imp.* 6. *Quartæ Indictionis.*

Alboinus Lõgobardorum Rex cum regnaſſet in Italia tres annos & ſex menſes, Ticino, per triennium obſeſſo, dedito, inſidijs Roſimundæ vxoris indignatæ quod de poculo, ex eius Patris cranio confecto, bibere cum patre, eam inuitaſſet, interficitur. Illa cum interfectore Rauennam cum Theſauro profugiens, affectans Exarchi nuptias, poculo letali mariti interfectori oblato, & ab eo coacta partem reliquam ebibere, vterque moritur. Succedit Clephis ex Paulo.[a]

a li. 2. c. 14.

Chriſti Annus 572. *Ioannis Pap.* 13. *Iuſtini iun. Imp.* 7. *Quintæ Indictionis.* C

IO. Papa vbi ſediſſet annos tredecim minus diebus 14. moritur tertio Id. Iul. vacat Sedes, menſes decem, dies tres. Ex Anaſtaſio.

Conſtantius Aquitanæ ciuitatis Epiſcopus, vir vitæ uenerabilis, & prophetiæ ſpiritu præditus, nuper, inquit B. Greg.[b] *prædeceſſoris mei tempore, B. memoriæ Ioan. Papæ, defunctus eſt.*

b 3. Dial. cap. 8.

Io. Pap. ep. ſpuria.

Legitur nomine Ioannis Pontificis Epiſtola ad uniuerſos Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ aduerſus Corepiſcopos, qui ſibi quæ eſſent Epiſcoporum uſurparent, ſed multis indicijs ſpuria conuicta, repudiatur.

Charibert⁹ Rex excõmunicatus moritur.

Charibertus Rex qui regnabat Pariſijs, ob inceſtas nuptias, a S. Germano Epiſcopo Pariſienſi excommunicatus, non multo poſt moritur; anno regni octauo Greg.[c] cuius obitum præſenſit prophetico ſpiritu S. Euphronius Turonenſ. Epiſcopus, qui inſtructus ad iter, deſtitit, dicens, Rex obijt, nec ſi venimus, uiuentẽ inueniemus. atq; eadem hora mortuum eſſe compertum eſt. D

c 4. c. 29.

d li. 1. c. 29.

Ante eius obitum, quod præceſſit, narrat Gregor. de mir. S. Martini[d] obſeruandum, in teſtimonium iudicij magni Dei.

Pęna ſacrilegi Regis.

Charibertus Rex cum exoſis Clericis, Eccleſias Dei negligeret, deſpectiſque Sacerdotibus magis in luxuriam declinaſſet, ingeſtum eſt eius auribus, locum quendã, quem Baſilica S. Martini diuturno tẽpore retinebat, ſiſci ſuo iuri reddique debere: qui ſtatim miſſis qui vindicarent, illuc equos introduci iuſſit, qui in rabiem verſi, diffugientes, alij palis transfiguntur, alij excæcantur, alij præcipitantur, paucos quos extra terminum loci ſtabularij, iram Dei intelligentes expulerant, ſani recipiunt, Regi nunciantes rem illam iniuſtiſſime detineri. Dimitte illam, inquiunt & erit pax tibi. Qui furore repletus, ſic dixiſſe fertur, ſiue iuſte ſiue iniuſtè reddi debeat, regnante me, baſilica non habebit. quam poſtea adueniente Sigeberto Rege, ad ſuggeſtionem S. Euphronij Epiſcopi reſtituit, Audite hæc omnes (inquit Gregorius) *poteſtatem habentes, damna non inferatis Eccleſijs, Vindex eſt enim Deus velociter ſeruorũ ſuorum Fortunatus laudauit Charibertum Regem, nõ poſt mortem, ſed in primordijs regni. De Theodigilde, ſeu Theodi-* E

A *childe Chariberti uxore narrat idem Greg.*[a] *quod Vidua ultro ſe offerēs in matrimoniū Guntheramno fratri mariti defuncti, ab eo deluſa, & Theſauris ſpoliata, retruſa eſt in Monaſterium, e quo moliens fugam, deprehenſa, arctiori uſque ad mortem, cuſtodiæ eſt tradita; aliam Theodigildam, longe diſſimilem moribus, regali ex ſtirpe, laudat Fortunatus.* a 4. hiſt. Fr. cap. 26.

CONCILIVM BRACHARENSE SECVNDVM. Duodecim Epiſcoporum Can. decem ſancit, ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantes. Metropolitanus Nitigius Lucenſis a Bracharenſi Concilio reuerſus cum ſuis Epiſcopis Luci habet Synodum, ſecundam, in qua de ſecunda Bracharenſi mentio eſt, & in conſtitutione Regis de ipſa Lucenſi. Ad hoc lucenſe Concilium Martinus Bracharenſis Epiſcopus collectionem & emendationem Orientalium Canonum direxit, cum perbreui præfatione. Extat ipſa collectio, Canonibus 85. locupletata. Lucēſe Cōcil. in Hiſpania 2. Collectio Orient. Canonū Martini Bracharenſis.

B De eodem, Iſidorus de ſcript. Eccleſ. cap. 22. *Martinus Dumienſis Monaſterij ſanctiſſimus Pont. ex Orientis partibus nauigans in Galliciam uenit, ibique conuerſis ab Ariana impietate ad fidem Sueuorum populis, regulam fidei & ſanctæ religionis cōſtituit, Eccleſias confirmauit, Monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit. cuius quidem ego legi librum de differentijs quatuor uirtutum* (*ad Mironē Regem ait Sigib. de ſcript. c. 19.*) *& aliud uolumen Epiſtolarū, floruit regnante Theodomiro Rege Sueuorum*, &c.

S. Anaſtaſium Sinaitam, Epiſcopum Antiochenum, ex ſententia Synodi, ut credibile eſt, obiectis illi quibuſdam criminibus, depoſitum, Iuſtinus in exilium eijcit, illi ſubſtituitur Gregorius ex Montis Sinai Monachorum Præfecto, de quo magna prædicat Euagr.[b] qui rem hanc totam exequitur. b lib. 5. c. 6.

C In Prat. Spirit. c. 40. narratur, quod cum Sanctiſſimus Abbas Coſmas ad Epiſcopum Gregorium ueniſſet, & apud eum defunctus eſſet, curaſſe deponēdum in ſepulcro, ubi erat poſitus quidam Epiſcopus, quem quidem Abbatem, referebat quidam mendicus, qui ad illud Sepulchrum dormiebat, & ab eo Coſma Abb. ante duodecim annos a paralyſi ſanatus fuerat, ſe audire ſingulis noctibus eum clamantem ac dicentem ad Epiſcopum. Noli me tangere hæretice, & ne appropinques mihi, inimice Sāctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ. quod quidem factum, dicebat Epiſcopus Gregorius, ut Abbatis virtus, & zelus fidei innoteſceret, & Epiſcopi proderetur opinio; ne putaretur Orthodoxus. alia ibidem de eo referuntur Coſma Abbate. Miraculū.

Armeniæ Maioris populi Chriſtiani, ſed Perſis ſubditi, & miſere, maxime ob religionem, ab illis vexati, occultis nuncijs ad Iuſtinum miſſis, Romano ſe ſubiungūt
D Imperio: & ad Coſrhoen de hoc eum inſimulante, reſpondet Iuſtinus. Præfinitum paci tempus eſſe; nec fas eſſe, ut Chriſtiani, Chriſtianos, in tempore belli ad ſe confugientes deſertos eſſe patiantur, nec tamen propterea ad bellum ſe parat, ſuis delicijs irretitus. Ex Euagr.[c] c lib. 5. c. 7.

Chriſti Ann.	*Benedicti Pap.*	*Iuſtini Iun. Imp.*	*Indictionis*
573.	1.	8.	*Sextæ.*

BEnedictus Romanus, cognomento Bonoſus, ab eo ab Euagrio denominatus,[d] cū Romana Sedes, ob tumultus bellicos uacaſſet menſes decem & dies tres, creatus
E eſt Pont. 16. Maij. d li. 5. c. 16.

Clephis in Alboini locum ſubrogatus, cum regnaſſet annum vnum & menſes quinque, a ſeruo occiſus eſt, interregnumque fuit annis decem, cum interim triginta ſex militum Duces, partiti ſunt ſibi, quas capiſſent in Italia ciuitates, Quibus diebus multi nobilium Romanorum, ob cupiditatem Ducum, interfecti ſunt, reliqui uero per partes diuiſi, tertiam partem frugum Longobardis perſoluerunt, & tributarij effecti ſunt. atque ita ſeptimo anno ab aduentu gentis, expoliatis Eccleſijs, ſacerdotibus interfectis, ciuitatibus ſubrutis, populiſque, qui more ſegetum excreuerant, extinctis, Italia maxima ex parte capta a Longobardis ſubiugata eſt. Ex Paulo.[e] e li. 2. c. 17.

De perſecutione Longobardorum acturis, exploranda prius eſt Religio eorũ qualis fuerit, Procopius eos Chriſtianos fuiſſe teſtatur, lib. 1. de bello Gothico, quã plurimos tamen adhuc Idolorum cultores inter eos extitiſſe S. Greg. in Dialogis oſtendit [a]. & homilia prima in Euangelia; vnde hac ex parte ſæuior illis inerat aduerſus Chriſtianos immanitas, & maior in loca ſancta deſpectus, ut plane quæ ante hac a barbaris paſſa eſſet Italia, tolerabilia uideri potuiſſent. Cæterum & qui Chriſtiani eſſent, ſecta fuiſſe Arianos Gregor. teſtatur dum in Dial. agit de Longobardorum Epiſcopo quodam Ariano. A

a lib. 3. cap. 26. & 28.

b cap. 29.

Longobardorum Perſecutio.

POrro graſſationem Longobardorum numerat idem S. Gregorius inter alias ſæuas Eccleſiæ Perſecutiones, dum ait; *Sunt etiam portæ Inferi quædam poteſtates huius mundi. Quid enim Nero, quid Diocletianus, quid denique iſte, qui hoc tempore Eccleſiam perſequitur.* (nempe Longobardorum populus,) *numquid non omnes iſtæ portæ inferi?* &c. ſed eiuſmodi portæ inferi non præualuerunt aduerſus Romanam Eccleſiam neque ipſam quidem vrbem, qua potiri minime datum eſt Longobardis, veluti magno miraculo, ut Gregor. teſtatur ad Ruſticianam patriciam. *Si uero gladios Italiæ & bella formidatis, ſolicite debetis aſpicere, quanta Beati Petri Apoſtolorum Principis in hac vrbe protectio eſt, in qua ſine magnitudine populi, ſine adiutorio militum, tot annos inter gladios illæſi, Deo auctore, ſeruamur.* B

lib. 7. ep. 23

Cæterum, ut ingruentes eiuſmodi poſſent abigere beſtias, muneribus interdum Romani Pont. eos auertebant ab vrbe. nam ad Conſtantinam c A. ſic *Viginti iam & ſeptem annos ducimus, quod in hac urbe inter Longobardorum gladios uiuimus: quibus quam multa hac ab Eccleſia, quotidianis diebus erogantur, ut inter eos uiuere poſſimus ſuggerenda non ſunt.*) Verum in Vrbem licèt non ſint ingreſſi, in ſuburbia tamẽ, omnia, quæ potuerunt, damna intulerunt: demoliti ſunt ædificia, quæ in cœmeterijs frequentia erant, effoderunt Martyrum ſepulchra, loca ſacra profanarunt. C

c li. 4. ep. 34

Quoniã uero nõ ſicut res Gothicas Procopius, ita Paulus per ſingulos annos graſſationes Longobardorum proſecutus eſt, ſed multa prętermiſiſſe conſtat, utpote, qui poſt ducentos & amplius annos, tempore uidelicet Caroli Magni, de Longobardis hiſtoriam ſcripſit, neque antiquorum aliquis in eo argumento verſatus ſit, opere pretium exiſtimauimus, quæ diuerſis in locis S. Gregorius Papa de eorundem Longobardorum perſecutione ſuis ſcriptis mandauit, uiſa aut audita, ad certos annos, quãtum fieri poſſit, redigere. D

Paulus Diacon. quãdo ſcripſerit hiſtor. Lõgobard.

Sparſa igitur fama horum Ducum crudelitatis, oppreſſionum, & rapinarum, per diuerſas Italiæ regiones, vndique fuga, & latebræ ſe ſuaque ſeruare ſatagentium, ita vt vrbes deſererentur, & deſerta loca ciuibus replerentur, magis autem Inſulæ appetebantur, ab ijs quibus nauigij alicuius poterat eſſe facultas.

Inter alios autem, unà cum ſuis Clericis magnus ille Confeſſor Cerbonius Epiſcopus Populonij in Iluam Tyrrheni maris inſulam ſe contulit, qui primordijs illis Ducum Longobardorum incurſionis, ad mortem veniens, ſuis mandat, ſe vt in ſepulchro, quod ſibi Populonij pręparauerat ſepeliant, quibus obijcientibus difficultatẽ, ob occupata loca a Longobardis vbique diſcurrentibus: reducite me inquit ille ſecuri, & cum me ſepelieritis feſtinate recedere. Quibus obſequentibus. dum naui corpus deferunt, immenſa vis pluuiæ eos comitatur, ſic tamen, vt ne gutta quidem in nauim caderet, cum igitur ad locum perueniſſent, eumque ſepeliſſent, vix in nauim regreſſi ſunt, cum Longobardorum Dux crudeliſſimus, Gummar aduenit. ex Sancto Gregor. in Dialogis [d] eius Cerbonij memoria celebratur in Eccleſia 10. Octobr. E

S. Cerbonius Populonij epiſcopus.

d li. 3. c. 11.

Refert idem S. Gregor. de Mena ſolitario, rem toti Samnio notiſſimam, quod cum aliquoties Longobardum increpaſſet, qui pauca apum vaſcula, quæ ſola habebat, rapere tentaret, nec ceſſaret, arreptum a maligno ſpiritu ante eius pedes vexatum; ex

Lib. 3. Dial. ca. 26. Miracula.

quo,

A quo, vt apud incolas, ſic apud ipſos barbaros celebris factus, nullus vltra prǽſumeret
eius cellam niſi humilis intrare & cap. 29. Cum ad Spoletanam Vrbem Longobar-
dorum Epiſcopus, ſcilicet Arianus, veniſſet, & certam Eccleſiam ad ſuum cultum, no
lente epiſcopo deſtinaſſet, cuſtos eam diligenter clauſam & luminibus extinctis
ſe intus abdidit. mane aduenit Arianus Epus collecta multitudine, ianuas Eccleſiæ
effringere paratus, ſed repente cūctæ ſimul portę diuinitus concuſſæ abiectis lōgius
ſeris, apertæ ſunt, atque cum magno ſonitu omnia Eccleſiæ clauſtra patuerunt, effu-
ſo deſuper lumine, omnes extinctæ lampades accenſæ ſunt, Arianus vero Epiſcopus,
qui vim facturus aduenerat, ſubita cæcitate percuſſus eſt, atque alienis manibus ad
ſuum habitaculum reductus. Quod dum Longobardi eius regionis cognouerunt, ne
quaquam vlterius prǽſumpſerunt Catholica loca temerare, ibidem ſcilicet poſita.

B Capite vero 37. de Sanctulo Eccleſiæ Nurſinę presbytero, qui cum aliquando ad
quoſdam Longobardos Gentiles in pręlo oliuam prementes, vtrem, vt ſibi impleret,
attuliſſet, & illis indignantibus, & eum contumelia afficientibus, quod cum nihil
olei ex pręlo deflueret, ipſe ſibi vtrem impleri poſtularet, ille autem aquæ coràm om-
nibus benedixit, atque in pręlum ſuis manibus iactauit, ex qua protinus benedictio-
ne tanta vbertas olei erupit, vt Longobardi, qui incaſſum laborauerant, non ſolum
ſua vaſcula omnia, ſed vtrem quoque, quem vir Dei detulerat, implentes, gratias age-
rent. Pergit S. Greg. etiam maiora de eo narrare, Vt cum de vno pane, per miraculum,
in Clibano obuio inuento, ſatiauit, per dies decem, plures operas, quas ad reparandā
Eccleſiam a Longobardis incenſam, adhibebat: Et ibidem alia admiranda, cum pro
nimia caritate, & conſtanti in Deum fide oblatus pro alio liberando ad necem, bra-
C chium percuſſoris diriguit, nec prius illud ſanare voluit, quam iuraſſet, ſe Chriſtia-
num hominem nunquam occidere: & vt, præ ſtupore miraculi, omnes quos habebant
captiuos, illi Longobardi donauerint. Si quando vero permiſit Deus in Dei ſeruos,
eos libere ſæuire, & in hoc declarata eſt diuina potentia, cum ijdem occiſi licet, tamē
vt uictores triumphale carmen occinere auditi ſunt. quod narrat ipſe S. Greg. [a] con- a lib. 4. c. 21
tigiſſe duobus Monachis in Valeria prouincia, qui a Longobardis ſuſpendio necati,
claris, & apertis uocibus pſallere, ab ipſiſmet interfectoribus, & alijs pluribus, audi-
ti ſunt. Ibidem cap. 22. habet de Sorano Abbate a Longobardo in ſylua occiſo, cu-
ius corpore in terram cadente, mons protinus, & ſylua concuſſa eſt, ibi captiuo quo-
dam, qui in caua arbore latebat, ſpectante. & cap. 23. de Diacono refert in prouincia
Marſorum a Longobardo obtruncato, qui ſtatim a Demone correptus, ad pedes eius
D corruit, &, quod amicum Dei occiderit inimico Dei traditus oſtendit. Vt in utriſque
& necatis, & ſeruatis, admiranda Dei prouidentia ſpectanda ſit. Et lib. 1. cap. 4. nar-
rat, quod cum Longobardi prouinciam Valeriæ intraſſent, Monachi ad ſepulcrum B.
Equitij confugerunt, quos inde ad necem abſtrahentes, uno inclamante auxilium S.
Equitij, omnes illi Barbari, immundo ſpiritu correpti, tamdiu ad terram corruentes,
uexati ſunt, quouſque qui foris erant Longobardi cognoſcerent quatenus locum ſa-
crum temerare ulterius non auderent: ſicque uir Sanctus dum diſcipulos defendit, e-
tiam multis poſtea remedium illuc fugientibus præſtitit. Et lib. 2. cap. 17. refert de
Theoprobo nobili uiro a Beato Benedicto conuerſo, & illi admodum familiari, qui
aliquando illum amariſſime flentem reperit, &, cauſam interrogans, audiuit, omne S. Benedicti
hoc Monaſterium quod conſtruxi, & cuncta quæ fratribus præparaui omnipotentis prædictio
Dei iudicio Gentibus tradita ſunt. Vix autem obtinere potui ut mihi ex hoc loco ani de clade ſui
E mæ concederentur. *Cuius uocem*, ait S. Gregor. *tunc Theoprobus audiuit, nos autem* Monaſterij.
*cernimis, qui deſtructum modo à Longobardorum gente eius Monaſterium ſcimus, no
cturno enim tempore quieſcentibus fratribus, nuper illuc Longobardi ingreſſi ſunt, qui
diripientes omnia, ne vnum quidem hominem tenere potuerunt. Sed impleuit omnipo-
tens Deus, quod fideli famulo Benedicto promiſerat, ut ſi res gentibus traderet, animas
cuſtodiret.* porrò eoſdem Monachos inde pulſos Romā commigraſſe idem alibi tra-
dit, Abbateſque numerat, qui ad ea uſque tempora eidem Monaſterio præfuerunt 2.
Dial. in principio; traditumque his fuiſſe Lateranenſe Cœnobium incolendum af-
firmat. Hos etiam accipere conſueuiſſe alimoniam, una cum alijs Monachis, ab ipſa

a li.4.ep.34 Apoſtolica Sede, idem Greg. in ep. ad Conſtantinum Aug. docet. [a] Ac de Longobardorum, ſub Benedicto Papa, cœpta graſſatione per Duces, in reliquas Italiæ partes, ſatis. A

Diſſenſio de Paſchatis die.

Hiſpani & Franci de Paſchate celebrando diſſentiunt: Hiſpanis 12. Kal. April. Francis uero 14. kal. Maij celebrantibus. Sed Francos recte celebraſſe per hoc diuinitus claruit, quod fontes in Hiſpania, qui in Sabbato Sancto Paſchæ ad baptizandum ſponte diuinitus repleri ſolent, non in Hiſpanorum, ſed in Francorum Paſch. repleti ſunt. Sigebertus in Chron.

S. Gallus Aruernenſis Epiſcopus 27. Epiſcopatus anno ætatis uero 65. migrat ad Dominum, Vitam breuiter Fortunatus in Epitaphio, longius uero Gregor. nepos in Vitis SS. Patrum deſcripſit: quem & poſt mortem ait claruiſſe miraculis.

Eo mortuo, iuxta reuelationem illi factam, peſtis inguinaria, quæ octo ab hinc annis ſancto Epiſcopo intercedente Aruernos non attigerat, inuaſit, in qua peſte narrat Greg. de glor. Mart. [b] quod inſipientes corrigat & roboret ſapientes. Ad puerum tactum peſte, hariolum ibidem refert aduocatum, ad cuius aduentum inualeſcente febre ſpiritum exhalarit; alio ſimiliter puero laborante, cum de puluere circa ſepulcrũ S. Iuliani Martyris hauriendum cum aqua datum eſſet, ſtatim conualuiſſe. B

b 2. c. 45.

Chriſti Ann.	Benedicti Pap.	Iuſtini iun. Imp.	Indictionis
574.	2.	9.	7.

Romanus exercitus, Duce Tiberio, cum Abaris, ſeu Auaris confligens, magnam cladem accipit. Euagr. Cedren. Artabanus etiam Perſa facta incurſione in Romanorum fines multos captiuos abducit, capto etiam Daras caſtro munitiſſimo. Iuſtinus nuncio de tanta clade accepto inducias in annum petit, & impetrat. Tunc Imago, nulla manu facta, Camulianis pago Cappadociæ (illuc olim Edeſſa, ne in Perſarum manum ueniret translata) & ueneranda ligna (Crucis ſanctiſſimæ ſcilicet) ab Apamea Syriæ 2. CP[lim] translata ſunt, quibus exuta ciuitas illa, quæ (ut dictum eſt ſuperius) ab iiſdem in alia Perſarum incurſione miraculo magno diuinitus defenſa fuit, capta ſtatim atque in fauillam redacta eſt. hæc Euagr. & alia [c] omnia mala tribuens uoluptuoſę & diffluenti delicijs Iuſtini uitę, ſed uerius ſacrilegio tribuiſſet, cum auſus eſt Epiſcopum Antiochenum Anaſtaſium relegare, ex quo tempore omnia in peius ruere cęperunt. C

c 5. c. 9. & 10.

Samaritani Hęretici (contra quos ediderat Iuſtinus Imperator Conſtitutionem 144. inter Nouell. Iuſtiniani, inſurgentes in Catholicos, templum inuadentes, & ſacras imagines probro afficientes, deferuntur ad Imperatorem. Epiſtola extat Simeonis iunioris Stylitæ ad ipsũ Imperatorẽ quæ legi iubetur in Syn. Nicæna ſecũda Act. 1. qua facinus deplorat. *Quis dabit*, inquit, *oculis meis fontem lacrymarum*, &c. *omnem enim blaſphemiam excellit improbum hoc factum, quod in Deum verbum, pro nobis incarnatum, eiuſque glorioſam matrem, & venerandam ſanctamque Crucem deſignarunt*, &c. *Nam cum videamus pias leges veſtras, eos, qui imaginem aut ſtatuam Imperatoris ignominia afficiunt, extremo, & iuſto mortis ſupplicio plectere: qua tandẽ pœna puniendi ſunt, qui in imaginem Domini noſtri, eiuſque matris, nefando facinore, graſſati ſunt? profecto non video quid mihi dicendum ſit. Tantum enim ſcelus commiſſum eſt, vt nec vlla humanitatis mica amplius ſupereſſe creditur. Quamobrẽ obſecramus, vt ne vlla poſt hac eis miſericordia oſtendatur*, &c. Videant recentiores Iconoclaſtæ quibus ſe coniunxerint hæreticis omnium nefandiſſimis Samaritis, audiant a ſancto homine quibus digni ſint ſupplicijs. De hoc Simeone Stylita iuniore, Euagrius, [d] qui fuit illi amiciſſimus, narrat, quod a puero cum ſuo Magiſtro, qui pariter agebat in columna, cæperit hoc vitæ genus. In qua columna ſimul & in altera ſummo in montis vertice ſita, ſexaginta, & octo annos vixit, omnibus gratiæ donis repletus. qui admirabilibus quibuſdam narratis de eo, poſt infert: multa alia præterea geſſit admirabilia, quæ linguam diſertam, & vacuum tempus, & ſeparatam tractationem deſiderant; E

d li.6. c.22.

quæ

A quæ certe crebro hominum ore ſunt atque ſermone decantata. Nam cuiuſque nationis homines, non Romani ſolum, ſed etiam barbari ad eum aduentarunt, rerúmque poſtulatarum compotes facti ſunt.

Hoc eodem anno S. Euphronius epiſcopus Turonenſis migrat è vita cum ſed. ann. 14. anniuerſaria commemoratione in eccleſia celebris, eius celebrat laudes Fortunat. lib. Carm. 3. cuius etiam extant ad eum duæ epiſtolæ, in quarum altera nominat Felicem epiſcopum, quem, ex ſequenti epiſtola ad ipſum data, colligitur fuiſſe Nannetenſis eccleſiæ Præſulem, quem idem Fortunatus antiquæ nobilitatis Romanę decus, & ornamentum, clarum doctrina, Pontificia dignitate decorum, auctum ſummis cum ſæculari potentia, atque diuitijs, animi dotibus, nempe virtutibus omnibus plurimum celebrat, ſcriptis de eo epigrammatibus atque elogijs. Sanctus Euphronio B ſuccedit S. Gregorius 19. die vacationis Sedis, cuius, cum egregia ſanctitate nobilitatem verſibus celebrauit idem Fortunatus, cui matrem fuiſſe Armentariam piam maxime feminam, patruum vero S. Gallum epiſcopum Aruernenſem, idem affirmat Fortunatus. Is menſe ſecundo ordinationis ſuę, narrat incurriſſe morbum diſenterię, in quo conſumptis omnibus artis remedijs, nec proficientibus, etiam ſine ſpe uitæ rogat Archiatrum, vt quod vnum ſupereſſet, potionem illi miſceret de puluere ſacratiſſimi Domini Martini ſepulcri, quo hauſto, mox omni dolore ſedato, ſanitatem ſic receperit, prope de mortuo, vt cum datus fuerit, hora tertia, incolumis procederet ad conuiuium ipſa die hora ſexta. de mirac. ſancti Martini [a] qui & de eodem puluere, inferius alios curatos tradit, & alibi [b] duo refert miracula quæ ipſemet in ſe expertus eſſe teſtatur, de velo, lignoque cancelli ſepulchri eiuſdem ſancti, lingua, & labro, ad C remedium contactis, quibus laborabat.

Miraculū.

a 2. cap. 1.
b lib. 4. c. 1. & 2.

Chriſti Annus 575. *Benedicti Pap.* 3. *Iuſtini iun. Imp.* 10. *Ind.* 8.

Longobardi, qui diuerſis iam ante temporibus. Gallias inuaſerant, vt eſt apud Greg. [c] prædicuntur rurſum venturi a S. Hoſpitio recluſo. Qui, *Venient*, inquit, *Longobardi in Gallias, & deuaſtabunt ciuitates ſeptem, eo quod increuerit malitia earum in conſpectu Domini, quia nullus eſt intelligens, nullus qui faciat bonum*, &c. Gregor. qui & de eo mirabilia narrat. [d]

D Iuſtinus ob nimium mœrorem de graſſatione Perſarum, vaſtatione Syriæ, & expugnatione Daræ propugnaculi, mente abalienatus eſt, dilucidis interdum interuallis, ad modicum temporis ſpatium, reſipiſcens. Cum interea Sophia Auguſta, vt corruenti omni ex parte Reipublicæ conſuleret, Traiano Senatore Legato miſſo, precibus inducias a Perſis in triennium impetrat: cum ad eum ſcripſiſſet non decere eum impetum facere in Imperatorem iacentem, & afflictum, in Remp. deſertam, in Viduam mœrore confectam: recoleret ei olim morbo diuexato non modo parem benignitatem declaratam, ſed miſſos etiam ad eum curandum optimos quoſque medicos. Euagr. [e] ex quo corrigendus Cedren. quo ad tempus, & Miſcella, qui referunt in annum 9. Iuſtini. Greg. de Glor. Mart. [f] narrat, vt Iuſtinus Imperator a Dęmonum laruis liberatus ſit per Conſtantini fręnum, in quo vnus de clauis crucis Domini connexus fuit.

c hiſt. 4. ca. 36. & 37.
d lib. 6. c. 6.
e 5. cap. 12.
f lib. 1. c. 6.

E *Chriſti Annus* 576. *Benedicti Pap.* 4. *Iuſtini iun. Imp.* 11. *Ind.* 9.

Recrudeſcente ciuili in Gallia bello, procurante Gunthramno Rege, Concilium Pariſijs celebratur, ſi forte per ſanctiſſimos epiſcopos, res abſque bello componi poſſent: ſed vbi res ſemel armis cæpta eſt agi, ſiluerunt eccleſiaſticæ leges. Accidiſſe namque ait Gregorius, [g] vt Chilpericus, per filium ſuum Theodebertum, magnam intulerit cladem, ſuperato Gundebalo Duce, Turonenſibus, Pictauienſibus, atque alia

g 4. c. 47. & 48.

rum ciuitatum eccleſijs: quam paucis his Greg. ipſe Turon. Antiſtes ita perſtringit, vaſtat, euertit, eccleſias incendit, miniſteria detrahit, Clericos interficit, monaſteria virorum deijcit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat; fuitque illo in tempore peior in eccleſijs gemitus, quam tempore Diocletiani; & ſic pergit deplorare, quam degenerarint præſentes Franci, a ſuis maioribus. & mox de 20. militibus refert, qui cum Monaſterium quoddam in quo reliquiæ B. Martini eſſent, diripuiſſent, in tranſitu fluminis omnes ſubmerſos eſſe transfixos ſuis ipſorum haſtilibus, vno excepto, qui eos increparat. Iis quoque militibus, qui S. Vincentij Martyris baſilicam, in eadem regione poſitam, vbi plebs ſe, ſuaque omnia conſeruanda putarant, ob martyris reuerentiam, inuaſerant, & cędibus, & direptionibus omnia fœdarant, diuina vltione, narrat contigiſſe, vt alij a dęmone correpti, alij flumine, alij varijs morbis miſere cruciarentur, & perirent, de Glor. Mart.[a] A

> Diuina vltio in ſacrilegos.
>
> a li. 1. c. 105

B

Chriſti Ann.	*Benedicti Pap.*	*Iuſtini iun. Imp.*	*Ind.*
577.	5.	12.	10.

BEnedictus Papa, cum ſediſſet annos quatuor, menſem vnum, & dies 28. moritur, prid. kal. Aug. ex Anaſtaſio. eius extat nomine notata epiſtola ad Dauid epiſcopum in Hiſpania Bętica, de myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis ex diuinis ſcripturis depromptо. Poſt menſium trium vacationem, & dierum decem 11. Nouembris ſublegitur Pelagius iunior, eiuſque nominis ſecundus Romanus Pontifex, patre Vuinigildo, vt ſuſpicari poſſimus, ex genere Gothico, *Hic*, inquit, Anaſtaſius, *ordinatur abſq; iuſſione Principis, eo quod Longobardi obſiderent ciuitatem Romanam, & multa vaſtatio ab eis in Italia fieret.* In calamitoſa tempora incidit, Italiam vaſtantibus Longobardis, & diu ſchiſmate Occidentali eccleſia, vſque ad Hibernos, diuiſa, cuius occaſione, adhibito in conſilium, & auxilium S. Gregorio, qui ipſi in Sede ſucceſſit, librum edidit pro Quinta Synodo, quam defendit, probeque factam oſtendit. C

Eodem tempore pax inter Reges Francorum, ex inſperato compoſita eſt, virtute inquit Gregor.[b] B. Martini, ad cuius tumulum tres eodem ipſo die paralytici ſanati ſunt.[c]

> Miracula.
>
> b lib. 4. hiſt. c. 49.
>
> c cap. 5. 6. 7

Iuſtinus ad conciliandum ſibi diuinum numen Templum extruit Dei Genetrici Mariæ, quæ tantum ei præſtit ſanitatis, vt dilucido interuallo potitus, cunctis recte diſpoſitis, ſtatum Reip. in tuto collocaret, aſcito ſibi Tiberio in collegam: ex Miſcella.

D

Chriſti Ann.	*Pelagij II. Papæ*	*Iuſtini iun. Imp.*	*Ind.*
578	1.	13.	11.

IVſtinus, de cõſilio Sophiæ, Tiberiũ Cęſarẽ declarat, taliaque verba in eo declarando locutus eſt, qualia nulla hiſtoria vel vetere vel recentiore ſunt omnino cõmemorata, Deo videlicet propitio ei tempus largiente, tum ad ſua peccata confitenda, tum ad explenda ea quæ ex vſu Reip. forent. Nam coram epiſcopo, Senatu, & Prætorianis militibus ſic clara voce allocutus eſt Tiberium, tunica induens Imperatoria, & læna circumueſtiens. *Ne te in errorem inducat veſtis ſplendor, neque illuſtris ornatus iſtarum rerum, quæ ſub aſpectũ cadunt, decipiat, quibus ipſe in fraudem impulſus, imprudens me ipſum grauiſſimis ſupplicijs obnoxium reddidi. Itaque tu in Republica ſumma cum manſuetudine, & animi lenitate regenda mea vitia præſtato. Atque digito magiſtratus demonſtrans, Non oportet*; inquit, *horum conſilijs morem gerere: nam hi me, ad iſtas, quas cernis, miſerias, deduxerunt*, aliaque eius generis protulit verba, quæ omnes in maximam adduxere admirationem, tum, ad immenſam lacrymarum vim profundendam impulere. hæc Euagr.[d] qui pergit excellentiam Tiberij pulchritudinis, tum corporis, tum multo magis animi deſcribere, eiuſque humanitatem, manſuetudinem, munificentiam, prædicare, vt ſtatim releuarit tributa, & iniquas largitiones E

> Præclara adhortatio Imper. ad eum quem deſignabat Cæſarem.
>
> d 5. cap. 13.
>
> Optimi Principis conditiones.

ſuſtu-

A ſuſtulerit, &c. eundem quoque Suidas deſcribit alienum ab auaritia, qui felicitatem in eo vno reponat, vt floreat populus, & omnibus rebus abundet; comunem hominũ felicitatem, præclarum, & inuiolatum Theſaurum exiſtimans, qui tyrannicam inſolentiam perorſus, & humanitatem amplectens, & regi a ſuis quã illos a ſe crudelius tractari, paterq; a ſui dici maluerit, quam Dominus. hæc Suidas.

Mortuo interim Ioanne epiſcopo CP.no intruſo, & populo ſummis votis ſuum Paſtorem Eutychium expetente, Imperatores, cui vtrique ille Imperium prædixerat, ſtatim illum libentiſſimis animis reuocant; cuius reditum, vt & abitum, comitantibus miraculis, fauſtaſque acclamationes deſcribit luculenter Euſtachius in eius vita, ad cuius aduentum, peſtis, quæ diu graſſata fuerat, ſupplicatione per eum habita, repreſſa eſt, & extincta.

B

Chriſti Ann.	*Pelagij II. Pap.*	*Iuſtini iun. Imp.*	*Indict.* 12.
579.	2.	14.	

Tiberius ingenti conflato exercitu, adeo vt propè centum quinquaginta turmas equitum haberet, Duce Iuſtiniano, cum in Coſrhoem Perſarum Regem, qui Armeniam inuaſerat, indeque tendebat in Cappadociam, immittit, quem victum, cæſum, profligatum, & in regnum ſuum ſe recipere compulit tanto magno ſuo mœrore, & indignatione, vinci inſuetum, quique per 58. annos, quibus regnarat, tot victorias obtinuerat, quot alius nullus, vt ex eo ſit mortuus, & legem ſcripſerit (inquit Euagr. [a]) ne Rex Perſarum in poſterum contra Romanos arma ferat, velut ſempiter- a cap. 14. &
C næ ſuæ fugæ monumentum. Legendus Agathias lib. 4. & idem Euagr. 15. lib. 5.

Ad hunc eundem annum referendum eſt, quod narrat S. Greg. in Dialogis, 3. ſui Martyres Pontificatus anno, dum ante annos quindecim eadem contigiſſe affirmat, de 40. illis ſub Longo ruſticis, qui immolatitias carnes comedere compulſi, ſub comminatione mortis, & bardis. omnino recuſantes a Longobardis occiſi ſunt; & de alijs 40. captiuis, qui caput Capræ adorare cum illis abnuentes, & ipſi interfecti ſunt [b] hæc quidem tunc facta. Po- b cap. 27. & ſtea vero, licet Longobardi eſſe hoſtes perſeuerauerint, nullum tamen fidei cauſa ne- 28. gotium faceſſere conſueuere; quod quidem, inquit S. Gregorius, Petro reſpondens, facere plerumque conati ſunt, ſed eorum ſæuitiæ miracula ſuperna reſtitere.

Simile quiddam in ſubditis quibuſdam Brunechildis Reginæ Francorum, ad eam ſcribens S. Greg. [c] reprehendit, & vt caueat, ne fiant, monet; *Quia peruenit ad nos* c 7. ep. 7.
D inquit, *quod multi Chriſtianorum & ad Eccleſias occurrant, &, quod dici nefas eſt, a culturis Demonum non diſcedant,* & nominatim ante dixerat *animalium capitibus ſacrificia ſacrilega non exhibeant.*

Hoc ipſo anno, pace inter Francorum Reges turbata, conſpirantibus in Sigebertum, Chilperico, & Guntheramno, prælio, Theodebertus filius Chilperici, victus, occiditur; in pœnam ſacrilegiorum, quæ eius milites commiſerant, de quibus ſupra. Vltio in ſacrilegos. Victor vero Sigebertus Rex Francorum, hoc eodem anno, cum in regno decimum quartum annum ageret, dolo impiæ Fredegundis, dum aduerſus Chilpericum germanum Regem iterũ certamen purat, per ſicarios necatur, annos ætatis agens 40. ex Greg. [d] d 4. c. 50. quòd illi ait còntigiſſe quia monentẽ S. Germanum Epiſcopum Pariſienſem audire
E contempſit, alioqui inter maxime pios Principes collocandus, cuius pietas in colendis Dei ſeruis, Monaſterijſque conſtruendis commendatur a Iona in uita S. Columbani Hiberni, apud Bedam, & apud Surium. To. 3. 22. Nou.

Rem plane memoria dignam, tempore huius Sigeberti Regis, contigiſſe narrat Greg. de Glor. conf. cap. 71. Quod cum Childericus quidam ſummæ apud Sigebertũ Miraculum auctoritatis, villam per iniquum iudicium Eccleſiæ Aquenſi extorſiſſet, Francone in ſacrilegũ Epiſcopo nec quidquam reclamante, & vltionem a S. Metria (loci patrono, conditione olim ſeruo, ſed magnæ ſanctitatis viro) comminante, eum correptum a Febri, per integrum annum acerbe vexatum fuiſſe, & cum culpam non agnoſceret, depilatum plane & nudum remanſiſſe, ac tandem ſero recogitantem peccatum & iniuriam Ec-

cleſiæ illatam, iuſſiſſe villam reſtitui; & inſuper ſexcentos aureos (cum trecentos ab Epiſcopo exegiſſet) ſuper ſepulchrum poni, & interim, ſpiritum exhalaſſe. A

Vltio in ſacrilegum. a 2.c. 27. b lib.5. c.1. & 4.

Aliud exemplum violatoris Eccleſiæ immunitatis, idem Gregorius refert de Mir. S.Mart. [a] & hiſt. Fr. [b] Rucculeni Tunnenſes opprimentis & Eccleſiaſticas alimonias diripientis, & mandantis Clericis, vt a Baſilica S. Martini abſtraherent, qui illuc confugerant, quod ſi differrent, vniuerſa incendio concrematurum, qui ſtatim regio morbo correptus, & ſicut cera à facie ignis guttatim defluẽs, quinquageſima die ab hydrope conflatus, interijt. Quo etiam tempore, inquit, Alueus fluuij, nutu Dei, vel virtute B. viri, abſque pluuiarum inundationibus repletus, hoſtem, ne ciuitatem læderet, tranſire prohibuit, atque horum ipſe auctor oculatus eſt teſtis.

c lib.5.c. 6. Miracula ad ſepulcrũ B. Martini.

Hoc ipſo anno, quo mortuus eſt Sigebertus, & eius filius Childebertus regnare cæpit, multas virtutes ad ſepulcrum B. Martini apparuiſſe teſtatur Greg. in hiſt. Fr. [c] B *quas*, inquit, *in illis libellis ſcripſi, quos de eius miraculis componere tentaui, quæ aut ipſe vidi, aut a fidelibus relata cognoui. Hic tantum exoluam, quid euenerit ijs qui poſt virtutem cœleſtem, terrena medicamenta quæſierunt, quia ſicut per gratiam ſanitatũ, ita & per correctionem ſtultorum, virtus eius oſtenditur.* narrat autem de Archidiacono Bituricenſi, qui decidentibus cataractis obcæcatus, poſtquam per duos aut tres menſes ad Baſilicam B. Martini aſſidue ieiunans, & oculorum lumen efflagitans, permanſiſſet, adueniente feſtiuitate, clarificatis oculis cernere cæpit; regreſſus vero domum, vocato quodam Iudæo, ventoſas, quo earum beneficio oculis lumen augeret, humeris ſuperponit; decidente vero ſanguine, rurſus in recidiuam cæcitatem redigitur, & ad Baſilicam regreſſus, ibique non niſi ad longum ſpatium commoratus, lumen recipere commeruit.

S.Germ. Pariſ. obitus. Miracula.

Subdit cap. 7. De B. Senoch, genere Theiphalo, qui collectis Monachis apud Turonos, & diruto oratorio reparato, presbyter virtutibus clarus, migrauit a ſæculo. C *Cuius*, inquit, *virtutes, quas multas fecit, ſuper infirmos, in libro vitæ eius ſcripſimus*, & cap. 8. de tranſitu B. Germani Pariſienſis Epiſcopi, in cuius exequijs, in confirmationem earum virtutum, quas in corpore geſſerat, carceratis acclamantibus, corpus eius in platea aggrauatum eſt, ſolutiſque ijſdem, rurſum ſine labore leuatur. Ad cuius ſepulcrum multæ virtutes fiunt. Vitam eius ſcripſit presbyter Fortunatus: epitaphiũ, Chilpericus Rex, poeticis facultatibus excultus. Aimoinus. [d] eius Natalis dies anniuerſaria memoria celebratur. Succeſſit S. Germano Ragnemodus, ſiue Regnamundus: de quo, cum eſſet Diaconus, Gregor. narrat, [e] liberatum a morbo, hauſto diluto puluere collecto è ſepulchro S. Martini.

d li.3.c. 16. e de Mirac. S. Mart. c. 12.

Subdit & de migratione è vita, Caluppæ, & Patrocli recluſorum, egregiæ ſanctitatis virorum, quos annua commemoratione colit Eccleſia. D

f lib.5.c.11.

Hoc anno magna conuerſio facta eſt Aruerni, Iudæorum per B. Auitum Epiſcopũ, de qua Greg. in hiſt. Fr. [f] & Fortunatus lib. 5. carminum.

Chilpericus Rex, ob repentinam Sigiberti necem, periculo ereptus, eſt, & regnum recuperauit, quod eius pietati, & virtutibus Fortunatus tribuit, lib. 9. carm. prædicatur certè a Gregorio liberalitas eius in S. Lupicinum, & eius Monachos, quibus aſſignauit quotannis 300. modios tritici, totidem vini menſuras & centum aureos ad fratrum indumenta.

Merouæus Chilperici maior natu, ex alia coniuge, inceſtuoſis nuptijs copulatur Brunechildi Sigeberti patrui defuncti vxori, quam Chilpericus Rothomagi exulare iuſſerat, cuius rei gratia indignans pater, prælio filium victum & captum, tonſurari, & presbyterum ordinari curauit. at is profugit ad Baſilicam S. Martini, & minis extorſit à Gregorio Epiſcopo communionem; in quo ille parum conſtans & cautus videri poteſt fuiſſe. E

A

Chriſti Ann. 580. *Pelagij* II. *Pap.* 3. *Iuſtini iun. Imp.* 15. *Indict.* 13.

AD annum Tiberij Cæſaris tertium, tam ingens terræmotus, in ipſo meridie extitit, vt Daphne tota, eius vi, impetu concideret, & Antiochia ipſa cõquaſſaretur. Euagr. a

Antiochiæ item accidit, vt Anatolius quidam plebeius quidem, ſed impiger & induſtrius, & propterea ad magiſtratus prouectus, & in familiaritatem etiam Gregorij Epiſcopi inſinuatus, deprehenderetur hoſtias ſimulacris immolaſſe; qui, quæſtione habita, homo impius, præſtigiator, & infinitis inuolutus ſceleribus repertus fuit. Et tamen parum aberat, quin ipſe, & ſui omnes (habuit namque alios ſui ſimiles, qui Idolis item ſacrificaſſe manifeſto tenebantur) liberi dimiſſi fuiſſent, niſi populus excitato tumultu vltionem expetijſſet; Gregorius quoque Epiſcopus in ſuſpicionem adductus magnum periculum adijt. Porro cum Anatolius in carcere fingeret ſe ad imaginem Deiparæ ſupplicare, illa eum, velut ſacrilegum deteſtata, auerſata eſt, ſpectaculum plane horribile, & ſempiternæ memorię prodendum; quod quidē à præſidiarijs militibus & alijs viſum eſt, & alijs, diuulgatũ. Adductus CP.lim acerrime cæſus, nihil contra Epiſcopum dicere potuit. Cum autem de conſortibus quidam exilio tantũ damnarentur, populus diuino quodam zelo ſuccenſus, raptos, viuos incendit. Contra Imperatorem quoque, & Eutychium Epiſcopum, tanquam fidei proditores, grauiter vociferans, periculum fuit ne populari illo furore atrox aliquod in eos facinus ederet. Anatolius denique in Amphiteatro beſtijs diſcerpendus expoſitus, poſt cruci affixus eſt. Hæc ex Euagr. qui pluribus.

a 5.c.17. & 18.

B

C

Chilpericus Rex nuncios miſit ad Epiſcopum Turonenſem, vt eijceret Apoſtatam illum Morouæum ſcilicet filium, de Baſilica, ſin autem, totam regionem illam igne ſuccenſurum, cui reſcriptum, inquit Greg. impoſſibile eſſe, vt quod tempore hæreticorũ factum non fuerat, Chriſtianorum tunc temporibus fieri, vt ſcilicet, confugientes ad Eccleſiam ui expellerentur, ipſe exercitum commouet & illuc dirigit.

Quanti facta Eccleſię immunitas.

CONCILIVM PARISIENSE habetur agente Chilperico Rege aduerſus Prætextatum Rothomagenſem Epiſcopum, quem inſtante Regina Fredegunde, multis criminibus falſo accuſabant, illo ſe purgante, & de obiectis rationem reddente. At dolo perſuaſus ut ſe reum confiteretur, & ueniam peteret, quam Rex pro ſua clementia daturus eſſet, ſua confeſſione damnatus, in exilium actus eſt. Greg. Turon. hiſt. Fr. 5. cap. 18.

D

Chriſti Ann. 581. *Pelagij Pap.* II. *an.* 4. *Iuſtini iun. Imp.* 16. *Indictionis* 14.

EXtat Pelagij nomine Epiſtola ad Benignum Archiepiſcopum, de tranſlatione Epiſcoporum, an & quando Epiſcopum e ſede in ſedem tranſire deceat T. 2. Concil.

E

Laurentius iunior, poſt Frontonem, creatus Epiſcopus Mediolanenſis Eccleſiæ, mox ad Pelagium Papam, ut in communionem Catholicam reciperetur, ſcripſit libellum (quem cautionem Gregor. Papa appellat) quo ſe auerſari Schiſmaticos, & in cauſa trium capitulorum Romanę inhęrere Eccleſię profitebatur, cui quidem libello ſubſcripſere complures Senatores, ipſe Prętectus Vrbis, & Gregorius, qui poſtea, fuit Romanus Pontifex, dum hoc tempore Vrbanam gereret Præfecturam (ut ipſe teſtatur in Epiſtola b ad Lanrentij ſucceſſorem Conſtantium) tanquam fideiuſſores Laurentij. Hinc uideas, quam clare refellantur, quę Ioan. Diaconus in uita S. Grego. c ſcribit de eodem a Benedicto Papa ex Monacho, creatum fuiſſe Diaconum Cardinalem S.R.E. & quod prius eum Monachum miſerit in Britanniam ad conuerſio-

b lib. 3. ep. 11.

c lib. 1. c. 22 23. 24. apud Sur. To. 2.

nem Anglorum:ſed tumultuantibus ciuibus,reuocarit & inter Diaconos cooptarit. A
Aggreſſuri itaque iam nos ordine temporum res mirifice geſtas eiuſdem Sancti Gregorij recenſere,quoniam continget interdum a Ioanne Diacono, qui uitam eius ſcripſit,ſententia diſcrepare,ne quis miretur,ſciendum eſt eum ſcripſiſse poſt annũ 872. ideſt trecentis ferme annis ab hoc tempore,cum in ea ſcriptione meminerit Leonis 4. Nicolai, atque Hadriani Roman. Pontif. a & opus illud inſcripſerit ad Ioannem octauum(non ſeptimum,ut opinatus eſt Sigebertus,de ſcript.Eccl.cap. 117. cũ poſt eum ſederint illi alij ab eo nominati Pont.)qui ſedere cœpit Ann.Domini 872. Sed quamtumuis ſcripſiſſet eadem ætate,manifeſtæ veritati cedendum erit.

Io.Diacon. quando ſcripſerit V. S. Greg. Pap. a lib.4.c.86 93.94.97.

De S.Greg. P. primordijs.

Scimus ipſius Gregorij teſtificatione 4.Dial.cap. 16. Felicem tertium Romanum Pontificem(non quartum vt vult Ioan.Diacon. qui fuit non Romanus ſed Samnita) fuiſſe illi Atauum.Patrem vero Gordianum,& matrem Siluiam,ob egregiam ſanctitatem inter Sanctos relatam,vt tabulæ Eccleſiaſticæ indicant; & eius amitas Tarſillam,atque eius ſororem Aemilianam, Deo dicatas Virgines, quas ſui Patris affirmat fuiſſe ſorores(hom.38.)ſicut & Gordianam, ſed a Sanctis ſororibus ualdé degenerem,Nutricis meminit ad Ruſticianam Patriciam(lib.4.ep.34.)quæ & eius tempore Pontificatus erat ſuperſtes. B

S. Gregorij atauus. Parentes. Amitæ. Nutrix.

Inſtitutus bonis literis. Iuris cõſultus. b li. 11. ep. 54.

Inſtitutum vero fuiſſe optimis moribus, & bonis literis, quantum ſeculum illud ferebat, excultu,certum eſt.Iuris quoque conſultiſſimum fuiſſe ſuis poſtea litteris declarauit. b

c lib.10.c.1 In foro uerſatur. Præfecturã Vrbanam gerit. Sex Monaſteria inſtituit in Sicilia, adhuc ſæculari habitu Romę unum. d hiſt.10.c.1.

Gregor.Turon.eius æqualis in hiſt. Francor. de eo ſic c literis Grammaticis,Dialecticis,atque Rhetoricis ita erat inſtitutus,vt nulli in vrbe ipſa videretur eſſe ſecũdus.Porrò inter Senatores militaſſe,in eaque Forenſi militia primos ordines duxiſſe,Præfecturamque Vrbanam adminiſtraſſe, ex ſuis ipſius ſcriptis, poſtea litteris,ſatis conſtat,atque hoc ipſo anno eam geſſiſſe accurate probat Auctor Annalium. Cum autem negotijs ſæcularibus foris inſeruiret, intus anhelaſſe ad ſolitudinem, ipſemet teſtatur,ſcribens poſtea ad S.Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem in præfat. Moralium, atque hæc illa putamus fuiſſe tempora, quibus ipſe Gregorius in erigendis in Sicilia Monaſterijs totus erat,poſt quæ,& aliud erexit Romæ,in cliuo Scauri. De his autem vſque ad munus Diaconatus ſuſceptum,Gregor.Turon.huius temporis inſpector,& ſcriptor;ita habet, d Hic de Senatoribus primis,ab adoleſcentia deuotus Deo ex rebus proprijs ſex in Sicilia Monaſteria congregauit, ſeptimum uero intra Vrbis muros inſtituit,quibus delegans tantam terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum ſufficeret,reliqua venundedit cum omni præſidio domus,ac pauperibus erogauit. C D

Et qui ante ſerico contextu ac gemmis micantibus ſolitus erat per vrbem procedere,trabeatus,nunc vili contectus veſtitu,ad altaris Dominici miniſterium conſecratur, ſeptimuſque Leuita in adiutorium Papæ adſciſcitur. Tantaque ei abſtinentia in cibis,vigilantia in orationibus,ſtrenuitas in ieiunijs erat, vt infirmato ſtomacho,vix conſiſtere poſſet. hæc Greg.Turon.de Gregor.Rom.primordijs.

Porrò inſtituto ab ipſo in Vrbe S.Andreæ Monaſterio, non ex proxime poſitis Caſſinatibus Monachis (vt multi putant) quibus, Longobardos fugientibus, apud Lateranenſem Baſilicam datum fuerat Monaſterium,ſed ex prouincia Valeria,Monaſterio S.Equitij,in quo vigebant Monaſtica inſtituta, etiam tum cum S. Benedictus petijt eremum, Abbatem expetijt, de quo Dial.4.c.21. Vitæ venerabilis Valentius (ſeu Valentio,aut Valentinus)qui poſt in hac Romana vrbe mihi,ſicut noſti,meoque Monaſterio præfuit,prius in Valeria prouincia ſuum Monaſterium rexit & 1.cap.4. ſilere non debeo quod de hoc viro Abbate quondam meo reuerendiſſimo Valẽtio cognoui,&c. A quo Abbate ipſe Gregorius & habitum Monaſticæ conuerſionis accepit,& ab eo Monachorum inſtitutus eſt regulis;non igitur S.Gregorius inſtitutionis S.Benedicti profeſſor fuit, quod vulgo putatur. nam quod aliqui S. Equitij Monachos ſub eodem Patriarcha S.Benedicto redigere laborant,quaſi Monaſteriũ S.Equitij vnũ ex eis fuerit duodecim Monaſterijs, quę S. Benedictum erexiſſe ipſe Sanctus,Gregorius tradit Dialog.2.cap.3.4.5. planè vanum eſt,ſiquidem illa 12. S.Be- E

A nedicti Monaſteria aſſerit Gregor. in eadem fuiſſe prouincia in eodem loco circumquaque conſtructa; S. vero Equitij Monaſteria erant in alia prouincia, Valeria, & S. Equitius, non vnius modo, ſed multarum Monaſteriorum pater extitit, ut idem ibidem aſſerit S. Greg. 2. Dial. c. 3.

Hoc eodem anno, defuncto Ioanne Epiſcopo Alexandrino cum Sed. ann. 11. in locum eius ſuffectus eſt Sãctus Eulogius qui Sed. ann. 27. Niceph. Chron. & Euagr. 5. cap. 16.

Chriſti Annus 582. *Pelagij* 11. *Pap.* 5. *Tiberij Imp.* 1. *Indictionis* 15.

B IVſtinus Imperator poſt annos in Imperio ſexdecim, menſeſque nouem, cum dimidio exactos, ex hac vita recedit menſe Auguſto. Euagr.

Pręclaram cohortationem & admonitionem Iuſtini proxime morituri ad Tiberium, coram Patriarcha & Senatu, omnibus collachrymantibus, habent, Miſcella, lib. 16. & Cedrenus, quam omnino legant Principes & obſeruent. *Iuſtini morituri admonitio ad ſucceſſorem.*

Tiberius ante quam procederet coronandus, (inſidijs, ex parte Iuſtiniani, Iuſtini nepotis paratis in Circo,) loca ſãcta obiẽs, oratione completa, tum prodijt, cum inſidiatores confuſi, regreſſi ſunt, nihil homini, qui ſpem in Deo poſuerat, aduerſari valentes. Ex Greg. Turon. [a] Sophia quoque, Iuſtini vxor, illi rurſum parauit inſidias, clam Iuſtiniano fauens: quas feliciter euaſit, eamque theſauris ſpoliatam & in ordi-C nem redegit. Iuſtinianum uero obiurgatum, magno poſt in honore habuit. *a hiſt. 5. ca. 30.*

Tiberij exercitus Perſas debellauit, ingenti relata præda. Legati miſſi ad Tiberiũ ex diuerſis regionibus & a Chilperico Francorum Rege tradit Gregor. lib. 6. c. 2.

De ingenti beneficientia Tiberij erga pauperes & captiuos, narrant Greg. Paul. Diac. & Miſcella, vt de inuentis magnis Theſauris, Deo probante eius largiſſimas eleemoſynas, & abunde ſuppeditãte. de Theſaurus tamẽ inuẽtis apud Græcos ſilentiũ.

Pelagius Papa Kal. Decembr. Decretalem dat Epiſtolam ad Epiſcopos Campaniæ, & totius Italiæ: de accuſationibus & iudicijs Epiſcoporum.

CONCILIVM CABILONENSE, iuſſu Regis Guntheramni aduerſus Saloniũ & Sagittarium epiſcopos, quibus obiecta ſunt adulteria, & homicidia, ſed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes epiſcopi, illud eſt additum, vt cõſtituerentur rei Ma-D ieſtatis, & patriæ proditores, qua de cauſa ab epiſcopatu depoſiti, & in cuſtodiam traditi (vnde effugerunt per diuerſa vagantes) & alij ſubrogati. Greg. [b] *b li. 5. c. 27.*

CONCILIVM PRIMVM MATISCONENSE, eiuſdem Regis anno 18. (non 12. vt perperam legitur) in eo 20. capitula ſancita ut ait Ado Vienneſis, ſed 19. tantum extant, omnes ad morum emendationem, & eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia, complures ad Iudæorum petulantiam coercendam.

Ne ad ſæculare forum epiſcoporum cauſæ traherentur. Ne clerici ſeculari habitu incederent. Actum ibidem de Quadrageſima dicta Sancti Martini, ante Natale Domini, trium dierum 2. 4. & 6. feria, in hebdomada, ieiunijs obſeruanda, ex inſtitutione S. Perpetui Turonẽſis epiſcopi, vnde fluxit, vt nonnulli fidelium ipſum integrum tempus aduentus, quod Natalem Domini diem præcedit, ieiunio continuato tranſi-E gerent; quo tempore canones publicè recitari mandarunt. *Quadrageſima S. Martini. Ieiunium per Domini aduentum.*

Chriſti Ann. 583. *Pelagij* 11. *Pap.* 6. *Tiberij Imp.* 2. *Indictionis primæ.*

TIberius, Iuſtiniano, Iuſtini cognato, Duce exercitus, ob conſpirationem cũ Sophia initã, in ordinem redacto, Mauritium, in bello Perſico ſatis ſpectatum, Magiſtrum militiæ creat; qui bello proſpere geſto aduerſus Perſas, non ſolum ciuitates & arces illis accomodatiſſimas cępit, ſed tantam prędam auexit & tot captiuos, ut il-

a lib. 5. ca. 19. & 20. b lib. 17.

lis omnia compleret. Euagr. [a] qui plura de eius virtutibus. [b] item Miſcella. Cum igitur Tiberius illum expertus eſſet pium & prudentem tradidit illi uxorē filiam Conſtantinam. A

Plures prædictiones extant de eius Imperio, in Actis S. Theodori Siceotæ 22. April. apud Sur. in Actis S. Eutychij 6. Apr. & apud Euagr. [c]

c 5. cap. 21. Gregor. fit Monachus. Mox Diacon⁹ Card. & Apocriſarius.

Gregorius, qui An. Domini 581. Pręfecturam Vrbanam gerebat, ſed animo ad Monaſterium anhelabat, nuncium remittens ſæculo, paulo poſt factus eſt Monachus. At Pelagius Papa, qui bene cognitam eius uirtutem habebat, doctrinam, pietatem, & in rebus agendis induſtriam & dexteritatem, ſtatim fere, auulſum a Monaſterio deſtinat Apocriſarium Sedis Apoſtolicę C P.[lim] ad Tiberium. quod munus cum non niſi S.R.E. Cardinalibus committi moris eſſet, eum, licet inuitum, & renitentē, creat Diaconum Cardinalem. Ipſemet in præfat. Moralium ad S. Leandrum Hiſpal. Epiſcopum. At qui non permiſſus eſt in ſuo Monaſterio Romæ degere, proficiſcens CP.[lim] ſecum quodammodo illud duxit. *Me ſcilicet multi*, inquit, *ex Monaſterio fratres mei germana charitate ſecuti ſunt*, &c. Inter cæteros vero ſecutus eſt eum Maximianus, qui ſecundus fuit ſui Abbas Monaſterij poſt Valentium. B

CONCILIVM BRENNACENSE in Gallia, anno. v. Childeberti iun. Reg. filij Sigeberti, aduerſus Gregorium Turonenſem, falſo accuſatum a Leudaſte (ob multa iniuſtè patrata, & damna Eccleſiæ illata, Gregorij opera a Turoni prçfectura amoto) quod nefarium crimen in Reginam Fredegundem & Bertheramnum epiſcopum Burdegalenſem, compoſuiſſet; & euulgaſſet, qui purgatus iuramēto, Regi Chilperico, reconciliatus eſt. Leudaſtes accuſator ab audientia ſe ſubtraxit, & ab omnibus Eccleſijs eſt excommunicatus. Riculphus Gregorij Presbyter idemque eius accuſator morti addictus, ſed a Gregorio ab ea ereptus, non tamen a tormentis excuſari potuit in quibus confictum crimen confeſſus eſt. hæc Greg. pluribus [d]. C

d li. 5. c. 47. 48. 49.

Sed accidit, ut, cum quidam, zelo iuſtitiæ, redarguiſſet Riculſum, is eius opera fuerit retruſus in carcerem, & tormentis ſubditus, qui nocte quadam inuocatis SS. Mariano & Medardo, mox diruptis vinculis, & diffracto cippo S. Medardi Baſilicam nocte, nobis vigilantibus, introierit, inquit Greg.

e li. 5. c. 50. De vindicta ſuper domū Regiā.

Saluius [e] Epiſcopus Albigenſis dixit Gregorio, ſe videre euaginatum gladium iræ Dei ſuper domum Regis Chilperici & Fredegundæ; atque ita peſte, quæ hoc anno depaſta eſt Gallias, poſt 20. dies, duo filij eius obierunt; quod agnoſcens Regina in pœnam ſcelerum, & rapinarum, ab vtroque commiſſorum, hortatur eum ad pœnitentiam, ut pœnam perpetuam euadat. Conſilio Rex accepto, iniquarum exactionum Codices cremauit, & multa Baſilicis, & pauperibus largitus eſt. D

Fredegūdis amiſſis filijs, nouercali odio in priuignum Clodoueum, adductum in ſuſpicionem, quod in eam aliquid moliretur, in carcerem coniectum, obtruncari præcipit, vulgato, quod ſeipſum, obnoxium culpę, necaſſet. Greg. [f]

f 5. c. 39. Ingēs fraus

Audouera, Cloudouei mater, fraude decipitur a Fredegunde; ſiquidem hortata eā vt filiam, quam ex Chilperico habebat, ipſa per ſe, non per aliam, ex ſacro fonte ſuſciperet; ob id, à marito dimiſſa & velata eſt; Radegundis uero in eius connubium tranſijt. Epiſcopus qui filiam baptizauit, & matri eam tenere non prohibuit, exilio damnatus eſt. Ex Adone.

Atrox facinus.

Auſtregildis Regina Guntheramni uxor, peſte tacta, cum ſe non poſſe viuere agnoſceret, virum iuramento adegit, vt medicos, a quibus ſe necatum dicebat, poſt ſuum obitum, interficeret, quod & præſtitit, duobus obtruncatis. Ex Greg. [g] E

g li. 5. c. 39. Vindicta in ſacrilegum Comitem.

Hantinus quoque Comes Eugoliſmenſis eadem lue tactus rapitur è uita, cum clamaret id ſe pati propter iniurias illatas Heraclio Epiſcopo Burdegalenſi, a quo ob immenſa ſcelera perpetrata, fuerat excommunicatus, exanimum eius corpus ita nigredinem duxit, vt putares, prunis ſuperpoſitum, combuſtum fuiſſe. ex Greg. [h]

h 5. c. 36. i 5. c. 37.

Hoc eodem anno B. Martinus Gallicienſis Epiſcopus obijt, ex Pannonia ortus, in Orientē peregrinatus, doctrina nulli ſuis temporibus, ſecūdus, in Gallicia epiſcopus ordinatus. Ex Greg. [i] cuius memoria celebratur in Eccleſia 13. Kal. Apr. Fortunat. de [illegible] lib. 5. Carminum.

A Magna hoc anno in Hiſpania Chriſtianis perſecutio fuit, multique exilijs damnati, facultatibus priuati, facie decocti, carceribus mancipati, verberibus affecti, ac diuerſis ſupplicijs trucidati ſunt. Auctor Leuuigildus Rex Arianus, inſtigante maxime Goſuinda, quam viduam Athanagildi vxorem duxerat. Ex Greg. [a] & Iſidoro, in Chron. Leuigildi filij ex alia vxore, Hermenegildus, & Reccaredus fuere, hic Chilperici filiam deſponſauit: ille Ingundem Sigeberti, quæ a Goſuinda, cum ad Arianiſmum pertrahi non ſe ſineret, multa paſſa eſt mala. Hermenegildus, tradita ſibi Hiſpalenſi ciuitate, ubi regnaret, opera vxoris, & Leonardi epiſcopi ad fidem Catholicam traductus, offenſionem patris incurrit, ita ut ſe inuicem bello peterét, ſed cum ſe filius imparem viribus ſentiret, etſi iuſtiorem cauſam foueret, Leandrum epiſcopũ CP.lim ad Tiberium Imp. miſit, ut laborantibus ſub gladio Ariano Catholicis ſuppetias ferret; ibi S. Gregor. Apocriſarium Sed. Apoſt. agẽs, S. Leandrum agnouit, eoque B impellente expoſitionem B. Iob aggreſſus eſt, hoc ipſo anno, ipſe D. Greg. in præfatione.

Perſecutio Ariani Regis in Hiſpania.
a 5. c. 38.

Dum Leuuigildus exercitum contra filium duceret, & milites Monaſterium quoddam S. Martini, inter Seguntum, & Carthaginem ſpartariã inuaderent & diriperét, Monachis dilapſis, Abbate ſolo ſenio incuruato relicto, extracto vnus gladio, quaſi amputaturus ceruicem eius, reſupinus ruit, ac ſpiritum exhalauit, reliqui vero, timore perterriti, fugerunt. Quod cum Regi nunciatum fuiſſet, mandauit omnia Monaſterio reſtitui. Ex Greg. de glor. Confeſſ. b

b c. 12. 13.

Quæſiuit Rex ſecretius a quodam ſuorum epiſcoporum, cur, & ipſi, ſicut Catholici, ſigna non oſtenderent in populis ſecundum fidem ſuam, illo affirmante, ſæpius ſe cæcis lumen reſtituiſſe, ſurdis auditum, & nunc inquit, poſſum hæc facere, quæ dicis, C Et conuenit cum quodam, datis 40. aureis, ut cæcum ſe fingens, ad eum tranſeuntem cum Rege exclamaret, ut fide epiſcopi reciperet lumen. At epiſcopus cum non minima arrogantia imponens manus ſuper oculos eius, ait, ſecundũm fidem meam fiat tibi. Hæc eo dicente, ita obſerati ſunt oculi hominis cum dolore, ut non ſolum uiſum perderet, uerum etiam dolum, quem auaritia impellẽte finxerat, publicaret. Ex Greg. Eiuſmodi namq; hæreticorum ſunt miracula, nam uera edere proprium & ſolum eſt Eccleſiæ Catholicæ.

Hæretici fingunt miracula.
Soli⁹ eccleſiæ Cath. habere miracula.

Egregiam confeſſionem Sanctiſſimæ Trinitatis narrat idem Greg. de Glor. martyr. cap. 82. cuiuſdam Clerici, quem Rex Arianus blanditijs & muneribus tentatum ad confitendum filium Patre minorem, & blaſphemiam exhorrẽtem, acerbiſſime torqueri mandauit, firmiſſimum in fide perſiſtentem & æqualem Trinitatem prædicantẽ, qui poſtea dimiſſus, confeſſus eſt cum cæderetur, ſe tres tantum primos ictus D ſenſiſſe, alios uero nequaquam.

Martyriũ egregiũ ꝓ fide Trinitatis.

Alibi idem Gregorius de glor. confeſſ. c. 14. narrat annulum ignitum à Catholico de igne acceptum & in palma diu retentum, abſque ulla offenſione in fidei Catholicæ teſtimonium, aduerſus hæreticum.

In hiſt. uero Fr. [c] refert idem Gregorius diſputationem habitã inter ſe & Legatũ quendam Leuuigildi Arianum, ad Chilpericum Regem. Idem de glor. [d] Mart. refert de Gomachario Comite Ariano, qui Agathenſis eccleſię, agrum vſurparat, & cum in febrem incidiſſet, ad orationem Leonis Epiſcopi, quem, vt pro ſe oraret, rogauerat, cum reſtituiſſet agrum, liberatus fuerat, rurſum agrum auferens, valde interminante epiſcopo, ne faceret, & diuinam illi vltionem experiri contingeret, contemnens & inſuper contumelioſe epiſcopo minitans, rurſum correptus a febri cum fruſtra pro ſe orari precaretur, & duplum reſtitueret, animam exhalauit.

c 5. cap. 43.
d li. 1. c. 79.
Vltio in ſacrilegum.

E Item de glor. Mart. presbyteri Ariani Catholico presbytero illudentis, miſerabilem exitum narrat, quo perterritus hæreticus, item Arianus, ad fidem Catholicam eſt conuerſus. Et cap. ſequenti oſtendit, ut per ignem Catholica fides ſit probata.

Lib. 1. c. 80.
Miracula.

Chilpericus Rex auerſans Arianiſmum, declinat in Sabellianiſmum, perſonarum diſtinctionem, ex quadam ignorantia, tollens; & Gregorio repugnanti iraſcitur, ſed poſt Saluio Albigenſi acquieſcit, rei ueritatem edocenti. Ex Greg. 5. hiſt. cap. 44. Ce-

Chilpericus declinat in Sabellianiſmum.
Reſipiſcit.

lebrat

lebrat eum Fortunatus, vt omnium Regum Francorum anteceſſorum & æqualium doctiſſimum, poeticam facultatem linguaſque in primis uarias callentem. Carm.lib.9. Humanum fuit deliquiſſe Regem, & excuſatione dignum: at Chriſtianiſſimi Regis præclarum reliquit exemplum, cũ contraria aſtruẽtibus ſacerdotibus, illis acquieuit. S. Maurilius epiſcopus Cadurcenſis, miræ ſanctitatis vir migrat è vita. Greg.[a] qui eius virtutes recenſet, & celebrat. Item S. Agricola Cabilonenſis epiſcopus, ſenioris, æquè ſancti, filius,[b] a quo vtroque Venantius Fortunatus[c] ſacris literis fuit inſtructus. Epigrammate ad Agricolam. A

a Hiſt. Fr. lib. 5. c.42.
b lib.5.c.45
c For.lib.6. carm.
d li.5 .c.46.

Dalmatius item Ruthenæ ciuitatis epiſcopus ad cœleſtia gaudia euocatur, quem cum presbyter quidam in conuiuio probroſe fatuum, & delirum appellaſſet, concidit mortuus. Greg.[d]

Moritur, & his Tiberij Imperatoris temporibus in Palæſtina Siſinnius, ex epiſcopo factus Anachoreta, itemque eius diſcipulus, magiſtro ſanctitate non impar, vt exitus declarauit, apud Sophron. Prato ſpir. c.93. B

Chriſti Annus	Pelagij 11. Pap.	Tiberij Imp.	Indictionis
584.	7.	3.	ſecundæ.

Hermenegildus deſtitutus a Græcis (quos Tiberius Imper. in eius auxilium miſerat) a patre pecunia corruptis, imparem patri ad pugnam ſe videns, illi ſe ſub ſacramento tradidit; quo ille violato, eum in carcerem trudit, & nocte Paſchatis miſſo epiſcopo Ariano qui illi cõmunionẽ impartiret, cum eum conſtanter Hermenegildus reieciſſet a ſe, a crudeli patre obtruncari mandatur, atque ita pro Catholica fide glorioſus martyr efficitur. Ex Greg. Turon.[e] & Greg. Papa in Dialogis;[f] & Adone Vienn. qui duo aſſerunt patrem pœnitentia ductum, de illata filio nece indoluiſſe, & hoc amplius Ado, iracundia ex dolore concepta exæſtuantem, perſecutionem in Catholicos mouiſſe, relegatis in diuerſa loca epiſcopis Orthodoxis, & eccleſijs ſpoliatis. Exulaſſe tunc quidem conſtat S. Leandrum atque Fulgentium fratres, epiſcopos, Mauſonam Archiepiſcopum Emeritenſem, Licinianum Carthaginenſem, Io. quoque Gerundenſem, & alios. De S. Leandro ait Iſid. deſcript. eccleſiaſtic. cap. 28. eum in exilij ſui peregrinatione compoſuiſſe duos aduerſus hæreticorum dogmata libros, eruditione SS. ſcripturarum ditiſſimos *in quibus*, inquit, *vehementi ſtylo Arianæ hæreſis confodit, & detegit impietatem*, &c. Extat, & aliud, inquit, laudabile eius opuſculum aduerſus inſtituta Arianorum, in quo propoſitis eorum dictis, ſuas reſponſiones apponit. Et cap.31. Seuerus Malacitanæ Sedis Antiſtes, collega, & ſocius Liciniani epiſcopi, edidit librum vnum aduerſus Vincentium Cæſarauguſtanæ Vrbis epiſcopum, qui ex Catholica fide in Arianam prauitatem fuerat deuolutus, &c. recenſet alia eiuſdem celebris viri monumenta. Porrò Licinianum eius collegam Carthaginenſem epiſcopum exulaſſe, pariterque perueniſſe CP.[lim] tradit Iſid. ibique ab æmulis veneno extinctum. Et de Ioan. Gerũdẽſi epiſcopo, natione Gotho, prouinciæ Luſitaniæ, Scallabalitano. CP.li Græca, & Latina eruditione nutrito, ſcribit, quod cum Leuigildus Arianus, in nefandam Arianam hæreſim eum trahere tentaret, iſque reſiſteret Barchinonem relegatum per decem annos, multas inſidias, & perſecutiones ab Arianis perpeſſum, quem, & chronicon ſcripſiſſe ait, a primo Iuſtini anno ad octauũ Mauritij, & de Maximo epiſcopo Cæſarauguſtano cap.33. ſcripſit, inquit, & breui ſtylo hiſtoriolam, de his quæ a temporibus Gothorum in Hiſpanijs acta ſunt, hiſtorico, & compoſito ſermone recenſet. & lucubrationes Eutropij epiſcopi Valentini cap.32. Eburicum Mironis Sueuorum Regis filium Audicas, aſſumpta Tyrannide, regno priuatum, & Monachum factum in Monaſterio damnat, at Leuigildus Audica deiecto, & in clericum attõſo Sueuorum Regnum occupat, & ad Arianiſmum traducit, atque ita Regnum quod 126. annis manſerat, deletum eſt, & in Gothos tranſlatum. Iſid.

e hiſ.5.c.38
f 3.c.31.

C D E

Litteræ per hoc tempus florent in Hiſpania Clari Hiſpaniæ epiſcopi.

Regnũ Sueuorũ transfertur i Gothos.

Vincentius Abbas dolens irrogatam eſſe iniuriam Chriſtiano Catholico nomini per Vincentium Cæſarauguſtanum epiſcopum Arianum factum, è ſolitudine proſi-

liens,

A liens, aduerſus Arianam blaſphemiam vbique pugnare non deſinens, ab Arianis cō-
prehenſus, affectus verberibus, eſt detruſus in carcerem; dimiſſus vero tandem ab illis
martyris coronam eidem inuidentibus vbi maiori ſpiritus ardore in Arianos inue-
ctus, eoſdem vna cum Ariana hæreſi exagitaſſet, ante fores Monaſterij ab eiſdem ir-
ruentibus crudeliſſime peremptus eſt. Legione 11. m. Sept. qua die in eccleſia Occidē
tali anniuerſaria memoria celebratur.

Eodem anno per Igidium Rhemenſem epiſcopum, & alios Collegas, Legatos, com
poſitæ ſunt Res Francorum, pace ſtabilita, ea conditione, vt poſt obitum Chilperici,
Childebertus ei hæres in vniuerſo regno ſuccederet. Ex Greg.[a] quem Igidium For- a li.3.& 31.
tunatus egregie laudat Carm.3. lib. Effracta S. Martini Baſilica fures ſacrilegi mul- & 7.c. 10.
tum auri, argenti, & palliorum holoſericorum abſtulerunt, & Burdegalam profecti,
B vno eorum alium interficiente, furto patefacto, fures ſibi Rex Chilpericus præſenta
ri præcepit *Tunc ego metuens* (inquit Greg.[b]) *ne ob illius cauſam homines mereren-* b hiſt.lib.6
tur, qui viuens in corpore, pro perditorum uita ſæpius deprecatus eſt, Epiſtolam Regi de c.10.
precationis miſi, ne nobis non accuſantibus, ad quos proſecutio pertinebat, hi interfice-
rentur, quod ille benigne ſuſcipiens, uitæ reſtituit, Species uero quæ diſſipatæ fuerant, ſtu
dioſiſſime componens, loco ſancto reddi præcepit.

Deceſſerunt ex humanis viri ſanctitate celebres perpetua anniuerſaria memoria Viri ſancti
conſecrati; Ferreolus Epiſcopus Vcecenſis qui & ſcriptorum ſuorum reliquit monu tate & mi-
menta, libros videlicet Epiſtolarum, Sidonium Apollinarem ſecutus. Greg. Turon.[c] raculis, cla-
Eparchius Engoliſmenſis, cuius enitebat virtus in oſtenſione ſignorum, quem idē ri.
Gregorius, reſque ab eo geſtas libello conſcripſit in vita SS. Patrum, apud Sur. 1. Iul. c 6.c.7.8.& 9.
Domnolus quoque Cenomanenſis, miraculis æque conſpicuus.

C S. item Maurus Abbas anno 41. ab eius in Galliam aduentu, anno, ad cœleſtem vi-
tam migrauit, cuius res geſtas ſcripſit Paulus Monachus eius diſcipulus, ad Bonifa-
cium tertium Papam.

Hoc eodem anno, incipiente indictione tertia 4. Non. Octob. Pelagius Papa fati-
gatus admodum Longobardorum aſſiduis bellis, ad Imperatorem Tiberium, petitu-
rus auxilium, Legatum mittens, has litteras ad Gregorium Apocriſarium ſuum ſcri-
bit. eius eſt epiſtola 5. qua deſcribit miſerum ſtatum Romanæ Prouinciæ, & Italiæ, &
presbyterum, vt mittere feſtinet, admonet, *quia*, inquit, *& in Monaſterio tuo, & in*
opere cui eum præpoſuimus, neceſſarius eſſe omnino cognoſcitur, hic autem erat Maxi-
mianus, qui Gregorium CP.lim comitatus erat, & mortuo, vt credibile eſt, Valentio,
Monaſterij Gregorij primo Abbati, ſecundus ſucceſſit, in cuius reditu rem planè ad-
D mirandam contigiſſe narrat S. Greg.[d] Cum grauiſſima tempeſtate iactati, accepto iā d Dial.3. c.
corpore, & ſanguine Domini, imminentem mortem expectarent, octo diebus nauis 36.
vſque ad ſuperiores tabulas aqua plena, iter proprium peragens, nono die in Cotro- Miraculū.
nenſem portum eſt inuecta, ex qua cum omnes exiſſent, mox demerſa eſt.

Chriſti Annus	*Pelagij Pap.* 11.	*Tiberij Imp.*	*Indict.* 3.
585.	8.	4.	

LOngobardi Ducum adminiſtratione decennali iam pertæſi, communi conſilio
Regem creant Antharit, Clephonis Principis filium, quem & nomine Flauij
E honeſtant, quo deinceps omnes feliciter vſi ſunt, & ſinguli Duces dimidium ſuæ ſub
ſtantiæ illi tribuunt, ad ſuſtentandam dignitatem Regiam. Ex Paulo Diac.[e] qui, vt e lib.3.c. 8.
Longobardus, ſuis fauens, eos prædicat, quos alij, & maxime S. Gregorius, vt crude-
les, raptores, & nefandos appellat.

Res Romana ſtat, diuinitus defenſa, &, ex miraculo huiuſmodi, ipſe Barbarus Rex f lib. 6. ep.
adducitur ad donum Apoſtolis offerendum. *Benedictionem*, inquit S. Greg.[f] *S. Petri* 23.
Apoſtoli clauem, a ſacratiſſimo eius corpore tranſmiſſi, de quo hoc eſt geſtum, quod nar Miraculum
ro miraculum. Dum eam quidam Longobardus in Tranſpadanis partibus inueniſſet, de claue S.
& quia S. Petri clauis eſſet deſpiciens: ſed quia aurea, facere ſibi ex illa aliquid volens, Petri.

eduxit

duxit cultellum ut eam incideret, qui mox eum, arreptus per ſpiritum, ſibi in gutture defixit, eademque hora defunctus cecidit, præſente Rege, & alijs qui vehementer perterriti, eorum nullus clauem de terra leuare præſumebat. Tunc quidam Longobardus Catholicus, qui sciebatur orationibus, & eleemoſynis deditus, Minulphus nomine uocatus eſt, qui ipſe hanc leuauit de terra. Antharit uero pro eodem miraculo aliam auream clauem fecit, atque cum ea pariter ad Sanctæ memoriæ prædeceſſorem meum transmiſit, indicans quale per eam miraculum contigiſſet. A

Leuuigildus pœnitentia quidem ductus, filij Catholici necis, & propenſus in Catholicam Religionem, quam perſecutus erat, nec tamen omnino Catholicus, exit e vita. Ex S. Greg. [a] & Turon. [b]

a 3. Dial. c. 31.
b 8. hiſt. c. vlt.

Reccaredus filius, interpellante pro eo fratris Martyris ſanguine Catholicus efficitur, & vniuerſum Regnum in Hiſpania & Gallia Narbonenſi ad fidem orthodoxã perducit. Ex iiſdem Gregorijs ibidem & Iſidoro, atque Io. Abb. Biclarenſi qui his temporibus vixit & ſcripſit, & Reccaredum Regem egiſſe cum Arianis Epiſcopis, nõ terrore, vel imperio, ſed blande & leniter, tradit. B

Ariani Hiſpaniæ fiũt Catholici.

Chilpericus ad Iudæorum conuerſionem adijciens animum, complures eorum in baptiſmo ſuſcepit, ſed dum alios adigere vult, multarum cędium occaſionem prębuit. Hæc Greg. Tur. [c] pluribus.

c 6. cap. 17.

Chrodinus Dux obit, ſeptuagenarius, vir magnæ bonitatis & pietatis, eleemoſynarius valde, pauperumque refector, profluus ditator Eccleſiarum Clericorumque nutritor &c. Gregorius [d] eum celebrat, & Fortunatus lib. 9. carm. in fine. Celebrat & alium idem Fortunatus eleemoſynarum nomine, Iulianum qui ex mercatura perdiues, profudit opes in pauperes, nobili Epitaphio. Eiuſdem huius ſæculi eſt & Epitaphium illud Atoli diſcipuli S. Remigij Rhemis in Eccleſia Sancti Iuliani, quod piæ largitatis occaſione illum prædicat. C

Viri ob pias largitiones celebres.
d lib. 6. c. 20

Chriſti Annus 586. *Pelagij* 11. *Pap.* 9. *Mauritij Imp.* 1. *Indict.* 4.

AEgrotantem Eutychium Epiſcopum CP.li Tiberius Imperator adit, benedictionem ab eo percepturus, à quo audit celerem ſuum ex hac vita diſceſſum, qui quattuor poſt menſibus contigit, Auguſto menſe, cum Eutychius menſe Aprilis deceſſerit. Euſtath. in V. S. Eutych. ſub mortem autem & morbum, qui ſeptem dierũ tantum fuit, contigit altercatio illa inter Eutychium & Gregorium, de qualitate carnis in reſurrectione delapſus enim Eutychius incaute in errorem Origenis, ſcripto libro probabat corpus noſtrum in reſurrectionis gloria fore impalpabile, ventis & aere ſubtilius, at S. Gregor. aſtruebat fore ſubtile quidem per effectum ſpiritualis potentiæ, ſed palpabile, per veritatem naturæ, variè illud ex ſcriptura probans, *Cum piæ memoriæ Tiberius Conſtantinus Imperator* (inquit Gregor. [e]) *secreto me & illum ſuſcipiens, quid inter nos diſcordia uerteretur, agnouit, & utriuſque partis allegationes pẽſans, eundem librum, quem de reſurrectione ſcripſerat, ſuis quoque allegationibus deſtruens, deliberauit ut flammis cremari debuiſſet. A quo, vt egreſſi ſumus, me ægritudo ualida eundem uero Eutychium ægritudo & mors protinus eſt ſecuta. Quo mortuo, quia pene nullus erat, qui eius dicta ſequeretur, diſſimulaui cæpta perſequi, ne in fauillas uiderer uerba iaculari, dum tamen adhuc uiueret, & ego ualidiſſimis febribus ægrotarem, quicunque noti mei, ad eum ſalutationis gratia pergebant (ut eorum relatione cognoui) ante eorum oculos pellem manus ſuæ tenebat, dicens Confiteor quia omnes in hac carne reſurgemus, quod, (ut ipſe fatebatur) omnino prius negare conſueuerat.* Hactenus S. Gregorius. Euſtathius qui res geſtas Eutychij ſcripſit, controuerſiam hanc attingit tantum, & culpam reijcit in aduerſarium, quaſi Eutychij verborum ſenſum haud aſſecutus fuiſſet, ſed plane ipſe fallitur. Non immerito autem a Græcis colitur, vt ſanctus, qui depoſito errore veritatem certa confeſſione profeſſus eſt. D E

e 14. Mor. c. 29.
Quali carne reſurgẽdum diſſident Greg. & Eutychi⁹

Eutychius ueritatem reſurrectionis fatetur

Ioannes, cognomento ieiunator, Eutychio ſufficitur in Epiſcopatur CP.no qui viſus

A ſus eſt velle fugere, ne eligeretur Epiſcopus, & poſt tumide affectauit appellari Oecumenicus, vt ſcripſit B. Greg.

Tiberius, poſt quattuor menſes, morbo cum decubuiſſet, prouidens Imperio Mauritium ciuili & caſtrenſi militia clarum, Catholica quoque in primis religione, & virtutibus illuſtrem, Cæſarem creat, & ad eum pręclaram habet adhortationem, quam refert Nicephorus [a] & filiam Auguſtam illi collocat in matrimonium, imperio pro dote attributo; illum quidem vocans, Tiberium; Auguſtam vero Conſtantinam. ſic Euagr. [b]

Mauritius Cæſar creatur.
a 18. cap. 6.
b 5. cap. 22.

Poſt Tiberio in ſomnis viſa eſt uiri ſpecies ſupra humanam formam, in veſte fulgentiſſima, qui protenſa manu, talia verba ad eum præfatus eſt. Hæc tibi, Tiberi terſanctum numen renunciat, Tyranni impij, Imperij tui tempore, non extabunt. Poſtquam autem euigilauit ſomnum illud amicis expoſuit, ex Nicephoro. Quibus verbis B ſignificatum videtur, eum poſt obitum conſecuturum Imperium pacificum & perenne, videlicet cœleſte cum Chriſto quod nullus auferat, nec perturbet Tyrannus. Paulo poſt moritur Imperator menſe Auguſto, poſt tertium Idus, ſi quidem tertio Id. reperitur data ab eo Pragmatica ſanctio, &c. In edit. Iuliani Anteceſſoris.

Sub Imperio Tiberij contigit ex graſſatione barbarorum plures martyres fieri in extremis partibus Aegypti, de quibus Pratũ ſpir. cap. 112. De quodam Leone Monacho Cappadociæ præclara ibidem narratio eſt, quod cum identidem repeteret, fore vt regnaret, & alij de regno temporali interpretarentur, nec poſſent eum ab ea cogitatione remouere, ipſe vero de regno cœleſti intelligeret: accidit autem vt irrumpentibus in Oaſim Barbaris, plures quidem Monachos occiderent, plurimos vero captiuos ducerẽt, inter quos tres præclaros Abbates, omnes infirmo corpore, quorum C vnus permiſſus ingredi ciuitatem redemptionis precium allaturus, cum non inueniret, niſi octo numiſmata, & ille vellet viginti quatuor, redemptio tranſigi nõ potuit. Abbas Leo qui in ea ciuitate periculum euaſerat; cum octo illis numiſmatis proceſſit ad barbaros, orans ſe vt acciperent ſanum, & valentem, cum octo numiſmnatibus & tres patres illos infirmos & debiles liberos dimitterent, quod & obtinuit. Abijt ergo Abbas Leo vſque ad quendam locum, & cum præ debilitate pergere vltra non poſſet, barbari eum decollauerunt, impleuitque Abbas Leo ſcripturam dicentem, vt ponat animam ſuam quis pro amicis ſuis, maiorem hac dilectionem nemo habet. Tunc nos quoque cognouimus, quod nam eſſet, quod dixerat, Quia regnare habeo, Veraciter enim regnauit, quia poſuit animam ſuã pro amicis ſuis. Sed opportune hic D adijciendum, quod ſub Mauritio paulo poſt contigit in alia quadam barbarorum incurſione, Cum Abbas quidam Nicolaus videns tres Sarracenos habentes ſecum vnum adoleſcentem valdè formoſum, annorum ferme viginti, cum multũ rogaſſet eos, illum ut dimitterent ſe pretium pro illo curaturum, vel ſe in eius locum reciperent, nec omnino impetraret, humi ſe proſternit, Dominumque orat & Sarraceni illi Dęmone arrepti, ſe inuicem gladijs concidunt, & ſenex adoleſcẽtem apud ſe refouet, qui nolens ab eo diſcedere, ſęculo renunciauit, & poſt ſeptem annos exactos in habitu Monaſtico, requieuit. Ex Pr. Spir. c. 155.

Martyres a Barbaris.

De eximio cultu Catholicę fidei & alijs Mauritij uirtutibus habetur apud Euag. [c] & apud S. Greg. [d] in epiſt. ad Anaſtaſium Antiochenum.

c 6. cap. 1.
d 7. ep. 47.

Mauritius creatus Imperator, litteras dedit ad Theodorum Archimandritam (eũ, E qui ſibi a bello Perſico reuertenti, prædixerat Imperium) rogans vt Deum pro ſe deprecaretur, ut Imperium in pace tueri poſſet, & ab hoſtibus defendere; addiditque ut peteret ſi quid a ſe vellet S. autem Theodorus reſcripſit, vt in vſus pauperum aliquid frumenti Monaſterio tribueret, addixit igitur Imperator Monaſterio ſingulis annis tritici modios ſexcentos, & poculum illi, pro munere miſit. Acta eius apud Sur. 22. April.

Gregorius Apocriſarij munere perfunctus apud Tiberium Imp. eo defuncto, Romam reuertitur, magnis donatus muneribus, nempè brachio S. Andreæ, cum capite S. Lucæ Euangeliſtæ. Quorum illud extat adhuc in eius Monaſterio, in Cœlio Monte, ad Cliuum Scauri, ſub titulo S. Andreæ; hoc uero in Baſilica Vaticana. Laurẽtius

A

Archidiaconos Cardinalis nouus Apocriſarius ad Mauritium a Pelagio miſſus. Gregor. ep. ad Eulogium: & ad Io. CP[num]. [a] Io. Epiſcopum.

Reuerſus Romam S. Gregorius CP.[li] inchoatos Moralium libros perficere laborat. in fine Præf. Moralium.

Scribit aduerſus Schiſmaticos & Eliam maxime Epiſcopum Aquileienſem, nolentem acquieſcere damnationi Trium capitulorum, epiſtolam, inſtar libri, nomine Pelagij Papæ. de qua Diac.[b] & ipſe Greg. ad Hiberniæ Epiſcopos.[c] quæ Epiſtola, cum alijs duabus, recens inuentis, ab Auctore Annalium edita eſt Tom. 9. p. 883.

Eliæ defuncto, hoc ipſo anno ſuccedit Seuerus. Pelagius, cum epiſtola, male affectis, nō profuiſſet, exemplo Senioris Pelagij, qui per Narſetem Schiſmaticos coercere tentauit, ſæcularem poteſtatem in eos concitauit. Rem vero geſtam ſic narrat Paul. Diac.[d]

B

Smaragdus Patricius ueniens de Rauenna in Gradum per ſemetipſum è Baſilica extrahens Seuerum, Rauennam cum iniuria duxit, cum alijs tribus ex Iſtria Epiſcopis, quibus comminans exilia, atque uiolentiam inferens, communicare compulit Ioanni Rauennati Epiſcopo Trium capitulorum damnatori, qui a tempore Vigilij Papæ & Pelagij, a Romanæ Eccleſiæ deciderat ſocietate. Exacto uero anno e Rauenna ad Gradū reuerſi ſunt. Quibus nec plebs communicare uoluit, nec cæteri Epiſcopi eos receperunt.

Paulus negotium de tribus capitulis non aſſecutus, errauit ipſe & alijs errandi occaſionem præbuit, dum putauit damnatores trium capitulorum a Romanæ Eccleſiæ decidiſſe ſocietate, cum potius contrarium dicendum ſit, ut ex ſuperius dictis, ſatis conſtat ex quo errore, in quem & recentiores lapſi ſunt, multi ſunt alij conſecuti.

C

In Gallijs hoc anno ex hac uita deceſſit Sancta Diſciola Virgo, S. Salurij Epiſcopi Albigenſis, Neptis, Monialis in Monaſterio S. Radegundis Reginæ, Pictauis, in cuius tranſitu, quæ admiranda effulſerint ſanctitudinis ſigna, narrat pluribus Gregor. Turon.[e]

a lib. 4. ep. 38. Ind. 13.
b 3. cap. 10.
c lib. 2. ep. 36. Ind. 10.
d 3. c. 12.
e 6. c. 29.

Chriſti Ann. 587. *Pelagij* 11. 10. *Mauritij Imp.* 2. *Indict.* 5. *Mauritio. A. Conſ ſine collega*

D

Gregor. eps Antiochen. accuſatur.

GRegorius Epiſcopus Antiochenus abalienata ab eo ciuitate, multis criminibus accuſatus: ad Imperatorem & Concilium prouocat. Qua occaſione, Ioannes Epiſcopus CP.[nus] Concilium cōuocat, in quo, accuſatore in exilium eiecto, Gregorius Epiſcopus abſoluitur: Et Ioannes Epiſcopus Oecumenici arroganter ſibi nomen vſurpat. Quo auditu Pelagius continuo aduerſus eum, datis litteris, ad ſingulos Epiſcopos, qui Synodo interfuerunt, quæ in dicta Synodo facta ſunt, ad eam rē ſpectantia irrita reddit. Extat Epiſtola omni memoria digniſſima, cuius exemplar poſtea S. Greg. Pelagij ſucceſſor, miſit ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, ut vniuerſo orbi innoteſceret. Abſolutionem tamen Gregorij Epiſcopi Antiocheni Pelagium ratam eſſe uoluiſſe, indicat S. Greg.[f] ad Euſebium Theſſalon. Epiſcopum. Egregie vero confutat auctor Annalium ex Epiſtola Pelagij vanum quendam I. C. ex eadem impugnantem Primatum Eccleſiæ Romanæ, qui ex ea maxime aſſeritur.

Prouocat ad Concil. Abſoluitur. Io. CP nus vniuerſalē ſe epm uocat. f Epiſt. 69. lib. 7.

E

Ab Antiochena ciuitate ſeueras Deus exigit pœnas de perſecutione in ſuum Epiſcopum, quattuor menſibus ab eius reditu, graui terræmotu quaſſata, & proſtrata ſexaginta hominum millibus, cum ipſo Aſterio Orientis Præfecto, præcipuo Epiſcopi perſecutore, interemptis, ſaluo epiſcopo, & qui circa eum erant; toto domicilio, in quo ſedebat, ruinam paſſo. Ex Euag.[g]

Antiochia terræmotu concutitur. g li. 8. c. 8. 9.

Germanus Præfectus exercitui Romano, Perſas irrumpentes in fines Imperij ita profligat, vt ne vnus quidem reliquus fuerit, qui cladem cęteris Perſis renunciaret. Euag. Caganus Dux Auarum, pace violata, in longum murum apud CP.[lim] cū prędando excurriſſet, à Commentiolo Duce Romano, magna facta cæde, profligatur. Ab eodem cæſi Sclauini apud Hadrianopolim, & recepta præda. Cedrenus an. 7. Mau-

Auari profligantur. Sclauini cęduntur.

A ritij, qui & addit de quibuſdam in cuiuſdam domo prandentibus, qui cum conuitia & execrationes in Deiparam virginem iecilſent, illi quidem illico a malis correpti ſpiritibus, pœnas dederunt, Dominus vero in ſomnis ſibi viderit aſtare Deiparam, quæ alloqui ipſum non dignata, pedes eius virgula, velut notis impreſſis circumſcripſit, ille autem præ dolore ſtatim euigilans, pedes ſuos inciſos inuenit, geſtatus in publicum ibique expoſitus iuſtum Dei Iudicium, & inculpatæ Virginis Deiparæ contra ſe indignationem profeſſus eſt. Miraculum i ſacrilegos.

SYNODVS LVGDVNENSIS SECVNDA Guntheramni Regis ann. 22. ſex in ea Canones editi, in quibus, hoc de leproſis ſancitum. Placuit etiam uniuerſo Cõcilio, vt vniuſcuiuſque ciuitatis leproſi, qui intra territorium ciuitatis ipſius, aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab epiſcopo eccleſiæ ipſius ſufficientia alimenta &
B neceſſaria ueſtimenta accipiant, vt illis, per alias ciuitates, vagandi licentia denegetur. Inter octo epiſcopos qui ſubſcripſerunt, eminebat Syagrius epiſcopus Auguſtodunenſis ſanctis adnumeratus. Duodecim per Vicarios ſubſcripti leguntur. Reccaredus Hiſpaniæ Rex, Chilperici Franciæ Regis filiam in vxorem, miſſa honorifica legatione, expetit. Chilpericus Baſinam nomine, ex Adouera vxore deſpondet, quę alebatur in Monaſterio B. Radegundæ; qua reſiſtente, ac dicente: Non eſt dignum vt puella Chriſto dicata, iterum ad ſæculi voluptates reuertatur; poſt vero tradit Baddam. Ex Gregor. [a] a lib. 6. cap. 34. 39. 45.

Defuncto paruulo filio, Fredegundis Regina diriſſimam exercet de maleficis quæſtionem, & Mummolum Ducem exercitus in crimen vocatum, ſub tormentis miſerè mori cogit. Greg. [b] b 6. c. 35.

C Chilpericus, Nero, noſtri temporis, & Herodes, inquit Gregor. [c] de equo deſiliẽs, reuerſus de venatione, gladio a ſicario confoſſus extinguitur, auarum, inuidentem, & inhiantem bonis Eccleſiarum, ſummæ libidinis, & crudelitatis deſcribit eum Gregorius. c 6. c. 46. Chilpericus occiditur.

Ex horribili quadam viſione de Chilperici damnatione, Guntheramnus Rex profecit, inquit Greg. cuius hoc anno clementia refulſit in ſuſcipiendo Ætherio Epiſcopo calumnijs diu multumque circumuento, eumque muneribus exornando, & ſuis Epiſtolis ad Epiſcopos comitando. [d] Lib. 6. c. 36

Idem Rex, reiectis ambientibus, Epiſcopatum Bituricenſem, Sulpicium dedit, de primis Senatoribus Galliarum, virum eruditum, & in metricis artibus nulli ſecundum; qui, quod amplius eſt, egregia enituit ſanctitate. Ex Greg. [e] d cap. 38. & 39.

D Lupentius Abbas Baſilicæ S. Priuati Martyris vrbis Gabalitanæ, a Brunechilde euocatus, quod ab Innocentio Comite eius vrbis accuſatus fuerat, profanum aliquid profatum fuiſſe de Regina, re examinata, innocens dimiſſus, ab eodẽ Comite captus, multis ſupplicijs affectus, & demùm obtruncatus, in Axonam fluuium corpus demerſum, caput vero culleo inſutum onerato lapidibus, in flumen item abiectum fuit. e 6. c. 39.

Corpore ad littus eiecto, dum funus paratur, Aquila culleum ex aquis extractũ, ad terram proiecit, quo aperto caput cum corpore eſt ſepultum, ad cuius ſepulcrum lumen ferunt apparere, & infirmos recipere ſanitatem. Ex Greg. [f] S. Saluius Epiſcopus Albigenſis, mirificæ ſanctitatis vir migrat è vita, de quo plura præclare geſta Greg. f 6. c. 37. Lib. 7. c. I.

Quod ſumma admiratione dignum narrat S. Gregorius in fine Dialogorum de quodam in mari mirandum in modum ſeruato, oblato pro eo ſalutari ſacrificio, ſubducta ratione hoc anno contigit.
E

Chriſti Ann.	*Pelagij* II. *Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indictionis*
588.	II.	3.	6.

ROmano Romani exercitus Duce, qui irruentes in Rom. ſolum Barbaros profligarat, in ordinem redacto, & Philippico Imperatoris genero in eius locum ſubſtituto, & Orientalibus rebus Præfecto, exercitus qui iuraſſet ei non obedire, diſceſ-

ſionem facit, ſed per Gregorium Epiſcopum Antiochenum humillima oratione, & genibus flexis eos obſecrante, & religione ſacramenti eos ſoluente, victus cedit, & obedit Imperatori. Ex Euagr.[a] A

[a] 6. cap. 11. 12.

Eodem anno Mauritius augetur filio, quem Theodoſium vocat. Cedren. Idem, Legatis, cum pecunijs miſſis, Childebertum Francorum Regem ſolicitat ad bellum contra Longobardos ſuſcipiendum, & remorantem, iterata legatione, cum vrgeret, Childebertus Legatos illiberaliter tractatos, inanes dimittit.

Verum permotus tandem, cum ad Italiam inuadendam paraſſet exercitum diſcordia Ducum, re infecta, reuertitur. Ex Greg.[b]

[b] Lib. 8. c. 30. & 38.

Guntheramnus aduerſos Gothos Narbonenſes iam Catholicos factos, ſub Reccaredo Rege Hiſpaniarum infeliciter pugnat, capto & cæſo exercitu. Iſid. Chron. Gregor.[c] clade, magna ex parte ſilentio obuoluta, orationem Regis Guntheramni, qua rē male geſtam ob militum ſcelera perpetrata, deplorat, exponit. Verum Rex ipſe rem B altius meditatus, fontem malorum detexit, negligentiam Epiſcoporum in inſtituendo populo, ex quo fieret, vt corruptis morib. nefandiſſima ſcelera perpetrarēt. Quamobrē in eoſdē Epiſcopos nonnihil cōmotus, MATISCONE CONCILIVM indicit, quod ſecundum eſt dictum & Generale, ad quod conuenerunt Metropolitani ex Prouincijs Guntheramni, ipſius anno 24. Cui intereſſe voluit Theodorum Maſſiliēſem Epiſcopum, a ſæculari Iudice nonnihil exagitatum, quaſi ab Epiſcopis damnandum, ſexaginta duo Epiſcopi affuere, præter eos, qui per Legatos ſubſcripſerunt. Inter alios ſanctitate conſpicuos, fuere, Priſcus, Lugdunenſis Patriarcha dictus, primū obtinens locum, Euentius Viennenſ. Prætextatus Rothomagenſ. Theodorus Maſſilienſ. Sulpitius Bituricenſis: Veranus Cauallicenſ. Syragrius Eduenſis, & alij nu. 62. Canones in eo 20. ſtatuti. C

[c] li. 8. c. 30.

1 De intermiſſo Dominicæ diei cultu reſtituendo.
2 De Paſchate per ſex dies feſto agendo.
3 De Baptiſmo in Paſchate celebrando.
4 De oblationibus omnibus Dominicis diebus à populo faciendis.
5 De Decimis a populo Clericis ex antiquo more perſoluendis.
6 De Miſſis a ieiunis celebrandis.
7 De perſonis Eccleſiæ ab Epiſcopis iudicandis.
8 De reis ab Eccleſijs non extrahendis.
9 De Epiſcopis ad ſæcularia Tribunalia non trahendis, ſed per Eccleſiaſticos ſuperiores iudicandis. D
10 De Clericis coram Epiſcopo tantum conueniendis.
11 De Hoſpitalitate ſectanda.
12 De Viduis & pupillis non niſi coram Epiſcopo iudicandis.
13 De canibus, & accipitribus ab Epiſcopis non alendis.
14 De violentia potentum in miſeros compeſcenda.
15 De honore Clericis honoratioribus a ſæcularibus exhibendo, adeo vt Clerico pedeſtri, eques obuians ſæcularis, ad terram deſiliat.
16 De Vxoribus Clericorum, poſt eorum mortem, ne ineant ſecunda matrimonia.
17 De alieno ſepulturæ iure non vſurpando.
18 De inceſtuoſis copulationibus vitandis.
19 De Clericis ne forum criminale frequentent, nec reorum neci interſint.
20 De Concilio tertio quoque anno celebrando. E

Greg. de Act. huius Concilij.

Quod autem can. 8. ſanxerunt de non extrahendis ad Eccleſiam confugientibus; ad id PP. inducti fuiſſe uidentur, ob diuerſos caſus quos diuerſis in locis contigiſſe ſupra diximus, & maxime ob ea quæ hoc anno contigerunt, de violato atrio S. Martini, in eo occiſo Eberulfo reo Maieſtatis, ob necē illatam Chilperico Regi, de quib. Greg. 7. hiſt. Fr. cap. 22. quæ tamen teſtatur inuito Rege Guntheramno facta, qui ad hæc miſſis mandatū dederat, ut cūcta fierēt ſalua Eccleſiaſtica immunitate & his au-

ditis

A ditis magnopere ſuccenſuiſſe. Contigit etiam hoc anno per milites violari Eccleſiã S. Vincentij apud Agennenſem Ciuitatem, ſacrilegos vltione diuina ſequente, vt eſt apud Greg. 7. cap. 21.

Guntheramnus Rex edictum dat ad Epiſcopos & Iudices de prædicatione Verbi Dei, de munere Epiſcopali per ſe ipſos, non per Vicarios exercendo, de corrigendis populorum, & maxime Clericorum exceſſibus, de iuſtitia ſeruanda. extat Tom. 2. Conc. poſt Acta Conc. Matiſcon.

Reccaredus Rex Hiſpaniæ quantumuis victor, pacem, miſſa legatione, ſemel & iterum a Guntheramno petit, nec obtinet. Liberatur diuinitus a magno diſcrimine coniurationis à nouerca initæ cum Vdila Epiſcopo Ariano. Ex Greg. [a]

Vaſto & Fœdo incendio Vrbs Pariſiaca eſt deformata, prędicente illud muliere a 8. c. 35. & 39.
B quadam, & populo eam irridente. Ingruente igne ſuper uinctos carceris, apparens B. Germanus, comminutis repagulis, & reſerato oſtio, omnes liberos abire permiſit. Incendio, vento flante, huc illucque per totam vrbem euagante, & appropinquante ad aliam portam, ubi erat oratorium B. Martini, quod ibi aliquando lepram maculoſi hominis oſculo depuliſſet; uir, qui illud intextis uirgultis in ſublime conſtruxerat, confiſus in Domino, & uirtute B. Martini ſe reſque ſuas in illo, ab incendio fore ſaluas, obtinuit quod credidit, & magna ui flammarum in oratorij parietes incumbente, non modo oratorium incolume, ſed & domus, quæ in circuitu erant, ſeruatę ſunt: ibique ceſſit incendium, quod ab una parte pontis cęperat deſęuire: ab alia uero parte tàm valide cuncta cōflagrauit, ut amnis finem imponeret, eccleſijs, tamen cum domibus ſaluis. Greg. hiſt. Fr. 8. c. 33.

C Childeberto Regi hoc anno eius 10. naſcitur filius, quem Theodebertum appellat. Greg. [b]

Smaragdus, triennio ſui Exarchatus anno euoluto, ſucceſſorem accipit Romanum b 8. c. 37.
Patricium, & CP.lim reuertitur. Seuerus Epiſcopus Aquileienſ. cum tribus collegis Epiſcopis, qui metu uique coacti communicauerant cum Eccleſia Catholica, per Io. Epiſcopum Rauennatem; ad propria reuerſi, ab Epiſcopis Iſtriæ non recepti, nec a pop. honore habiti, in priſtinum Schiſma dilabuntur. Paul. Diac. lib. 3. c. 12.

Chriſti Ann.	*Pelagij* 11. *Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indict.*
589.	12.	4.	7.

D

VALENTIÆ, IN GALLIA, HABITA SYNODVS EST 17. Epiſcoporum anno 24. eiuſdem Guntheramni Regis nondum abſoluto indict. 7. non 2. vt ibi perperam legitur de cauſis pauperum: ſed & donationes factæ ab eodem Rege ſiue Regina, atque filiabus eius diuerſis Eccleſijs, confirmatæ auctoritate Apoſtolica, ſubſcriptionibus eorundem munitæ ſunt, extat Decretum, nec aliud amplius de hoc Concilio habetur.

Prætextatus Epiſcopus Rothomagenſis diu multumque odio perfidæ Fredegundis fatigatus & afflictatus, nihil remittens ſacerdotalis conſtantiæ, in redarguendo perperam facta Principum, ab eadem tandem in Eccleſia, inter pſallendum, ſicario im- Greg. lib. 8.
E miſſo, confoſſus, & in cubiculum relatus, reddit ſpiritum, quem Eccleſia anniuerſaria c. 42.
memoria, vt martyrem colit. Quod facinus obijcientem ſeniorem quendam Rothomagenſem, eadem occidi fecit.

Reccaredus Rex in ipſis Regni ſui exordijs Catholicam fidem adeptus, totius Gothicæ gentis, pop. inoliti erroris labe deterſa ad cultum rectæ fidei reuocauit: Synodum etiam ad condemnationem Arianæ hæreſis congregauit, cui Concilio idē glorioſiſſimus Princeps interfuit, ſuaque eum præſentia & ſubſcriptione firmauit. Iſid. in Chron. Ea Synodus III. Toletana dicta, ſeptuaginta circiter Epiſcoporum, ex omnibus Hiſpaniæ & Galliæ Gothicæ, ideſt Narbonenſis, prouincijs, Præſide, Pelagij Romani Pontificis nomine, S. Leandro Epiſcopo Hiſpal. (vt Lucas Tudenſis ſcriptū reliquit & Iſid. in Chron.) eiuſdem Regis anno 4. Aera 627. qui eſt ann. 589. Initio

Synodi S. Leander ſermonem habuit de conuerſione Gothorum. Rex item allocutus eſt Synodum: & præclaram fidei profeſſionem edidit, in qua poſt confeſſionem conſubſtantialitatis filij cum patre, ſubdit, Spiritus Sanctus a nobis confitendus eſt, & prædicandus A PATRE, ET FILIO PROCEDERE, & cum patre & filio vnius eſſe ſubſtantiæ, &c. Cui ſic ſubſcripſit. *Ego Reccaredus Rex fidem ſanctam & veram confeſſionem, quam vnam per totum orbem Catholica confitetur Eccleſia, corde retinens, ore affirmans, mea dextera, Deo protegēte ſubſcripſi.* Deinde Regina. *Ego Badda, glorioſa Regina, hanc fidem quam credidi & ſuſcepi, manu mea de toto corde ſubſcripſi*, & deinceps Epiſcopi, Clerici, & primores Gothorum, Catholicam & ipſi fidem proteſtati ſunt, cum damnatione hæreſum. Rurſum Rex religioſiſſimus Sanctā allocutus Synodum, petijt ſanciendum, vt iuxta Orientalium partium morem, ſymbolum, ante Euchariſtiæ ſumptionem quiſque profiteretur. Hortatus item eſt Patres ad morum diſciplinam ſeuerioribus ſententijs aſtringendam. Viginti igitur tres Canones ſanciti. A B

Notent Principes & Magiſtrat⁹ ſæculares.

Epiſcopi inuigilent Iudicibus, ex Regis præſcripto.

In primis ſtatuerunt, vt Conciliorum omnium conſtituta & Synodicę Sanctorum Præſulum Romanorum Epiſtolæ in ſuo vigore permanerent. Inde abuſum illum ſuſtulerunt quo Clerici ſe inuicem ad forum ſæculare trahebant: antiquum legitimum vſum reuocantes, vt Clerici, non agnoſcerent aliud Tribunal, niſi Eccleſiaſticum nec ipſis laicis eſſet licitum Clericos ad ſæculare forum trahere, & cap. 18. ex Decreto pijſſimi Regis præceperunt, *vt Iudices & Actores fiſcalium patrimoniorum ſemel in anno ad Prouinciale Concilium conueniant, vt diſcant, quam pie, & iuſte cum populis agere debeant, nec in angarijs aut in operationibus ſuperfluis ſiue priuatum onerent, ſiue fiſcalem grauent, fiat*, inquiunt, *proſpectores Epiſcopi ſecundum Regiam admonitionem, qualiter Iudices, cum populis agant, ut ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentiā eorum Principum auribus innoteſcant. Quod ſi correptos emendare nequiuerint: & ab Eccleſia et a communione ſuſpendant. A ſacerdote uero, & Senioribus deliberetur, quid per prouincias, ſine detrimento, præſtare debeant Iudices ſi ad Concilium non uenerint.* Habent quod diſcant a nouitio Chriſtiano veterani Chriſtiani Principes. Vetus autem eſt de his ſanctio Eccleſiaſtica Concilij Arelatenſ. c. 7.) qua iubentur Epiſcopi inuigilare ſuper Præſides prouinciarum, nequid contra diſciplinam committant, quod ſi præſumant, anathemate percelluntur. Sed & antiqua eſt Cōſtitutio Imperatorum Chriſtianorum (vt ſuo loco dictum eſt) qua Præfectorum Tribunalibus pręeſſe debere monētur Epiſcopi. At de Syn. Can. ſatis. Videtur autem aliquid deſiderari in Actis Concilij, cum alia ab eodem Rege ſtatuta eſſe tradātur, quę in eiſdem Actis minime reperiuntur expreſſa, nam & regio ſancitum dicitur Edicto, vt libri omnes hæreticorum igni comburendi darentur, teſtatur id quidem Aimoinus de rebus Franc. [a] C D

Hereticorū libri comburendi.

a lib. 3 cap. 77.

Statutis igitur a S. Synodo 23. cap. Rex Reccaredus edidit ſanctionem de firmitate Concilij, pœnam, ea non ſeruantibus appoſita. Sequitur inde ſubſcriptio ipſius Regis, & omnium Epiſcoporum, ſed in Tom. Concil. per errorem omiſſus eſt Leander Legatus Sedis Apoſtolicæ, & Epiſcopus Hiſpalenſis & Euprepius, quem collaboraſſe cum Leandro, teſtatur Ioan. Abb. Biclarenſis, idemque Epiſcopus Gerundēſis, qui in hunc vſque annum, quod ſcripſit, temporis Chronicon. perduxit. Qui autem primo loco ſubſcriptus inuenitur Mauſona Emeritæ Archiepiſcopus, egregia claruit ſanctitate, cuius res præclarè geſtæ ſcriptæ ſunt a Paulo Diacono Emeritenſi, qui & Nuncti Abb. miræ ſanctitatis viri, qui his temporibus floruit, Acta conſcripſit, & aliorum. E

Pro tanto pietatis munere Deus Reccardum Regem hoc anno eripuit a coniuratione Argimundi Ducis exercitus, coniuratis captis & punitis. Ioann. Biclar. in Chron.

NARBONENSE CONCILIVM anno 4. Reccaredi atque Aera 627. celebratum, canonib. aliquot ſancitis, nuper ex Hiſpania aduectum eſt ex peruetuſto Gothico codice exſcriptum.

Hoc eodem anno idem Reccaredus rurſum miſſa legatione pacem a Gunthceramno

A petens nec impetrans, ipſe met in Francorum Narbonenſem ditionem inuadens, prędaſque agens, regreſſus eſt. Ex Greg. lib. 8. c. 38.

De eximijs Reccaredi virtutibus, Iſid. in Chro.

Hoc anno in Sicilia, cum Subdiaconis permiſſum antea eſſet vxores ducere, prohibiti ſunt cum illis permanere, & iuſſi Romanæ Eccleſiæ more continentiam ſeruare. Greg. lib. 1. ep. 42. ſed & ex Can. 5. Concilij Tolet. hoc anno habiti, videri poteſt continentiam in Hiſpania Subdiaconis minime adhuc imperatam fuiſſe.

Perſæ a Romano exercitu Duce Philippico victi fugatique ſunt, veneranda imagine non manu facta, per exercitum, pietatis cauſa, circumlata. Miſcella lib. 17. Cedrenus.

Portentoſa inundatio Tiberis Vrbem vaſtat. eodem anno Atheſi ad Veronam excreſcente, magno miraculo Eccleſia Sancti Zenonis Martyris & Pontificis, apertis B ianuis cum eam circundaſſet, ferè vſque ad tectum, aqua non eſt ingreſſa, S. Grego. Rom. a Turon. b Paul. Diac. c Ioannes Diac. in vita S. Greg. d

Inundatio Tiberis.

a 3. Dial. c. 19.
b 10. c. 1.
c De geſt. Long. 3. c. 1
d 1. c. 34. 36

Chriſti Ann.	*Pelagij* II.*Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indict.* 8.
590.	13.	5.	

LVes inguinaria, menſe Ianuario, Vrbem inuadens, clade vehementiſſima eam depopulatur, ex ira diuina (vt ſigna docuerunt immiſſa) ſi quidem viſæ ſagittæ cœlitus delapſæ in homines, quos mox peſtis improuiſa percuteret; qua Pelagius Papa e vita tollitur, 6. Id. Febr. cum ſediſſet annos 12. menſes 2. dies 27. (in quo alij aucto- C res variant) & vacat ſedes menſes 6. dies 25. quo ad ordinationem & conſecrationē quidem in Pontificem; nam non multo poſt magno cleri populique conſenſu Gregorius ex Diacono Card. S. R. E. electus eſt Romanus Pont. dilata interim ordinatione, vſque ad reſponſum & confirmationem Imp. Ex S. Greg. e Turon. f Anaſtaſio in Pelagio, Ioanne Biclarenſi, in eius hiſtoria.

Lues atrociſsima.

e 4. Dia. 36
f 10. c. 1.

Horum, a Pelagio vel ſub eo, geſtorum certus annus non habetur. Tantę pluuiæ fuerunt, vt Diluuium timeretur: & talis clades, qualem a ſæculo nullus meminit fuiſſe. Corpus B. Petri (ideſt) confeſſionem Pelagius tabulis argéteis deauratis ornauit. Domum ſuam Xenodochium fecit pauperum ſenum, fecit & cœmeterium B. Hermetis Martyris, & Baſilicam ſupra corpus B. Laurentij Martyris a fundamentis extruxit, & tabulis argenteis exornauit Sepulcrum eius. ex Anaſtaſio. Quiddam mirandū D atque pauendum tunc accidiſſe narrat S. Greg. g dum effoditur, inquit, exquirendo venerabile S. Laurentij corpus, ſepulchrum eius ignoranter apertum fuiſſe, & omnes præſentes Monachos, & manſionarios, qui corpus eius viderunt, nec tamen tangere præſumpſerunt, intra decem dies mortuos eſſe.

Pluuiæ ingentes. Peſtilentia.

g li. 3. ep. 30

Pelagius Concilium Romæ habuit de eccleſiaſticis ſtatutis; de quo non alia mentio, quam in litteris ipſius ad Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, petentes per legatos Præfationes quibus vteretur Romana eccleſia, quas nouem ſacro Catalogo tantummodo ait recipiendas, eaſque ad eos mittit. ſub eodem Romano Pont. Ioannes presbyter S. R. E. oratorium erexit apud Thermas Agrippinas, quod vſui eſſet Monachis, & redditibus locupletauit, ſcripto de his omnibus teſtamento; quo defuncto, & Pela- E gio, cui teſtamentum commendarat, S. Gregorius ſucceſſor, mutata voluntate teſtatoris in eodem ſacras Virgines collocauit, vt ipſemet Greg. teſtatur h eſt enim arbiter Romanus Pontifex vltimarum voluntatum ad pias cauſas.

Nouē Pręfationes Ro Eccl.

Rom. Pon. arbiter vltimarū volūt

h ep. 48. li. 7

Accidit hoc anno, quod Gregor. narrat in Dialogis i de Monacho (in Monaſterio S. Andreæ in quo Gregorius agebat) apud quem grauiter ex morbo decumbentem, tres aurei abſconſi in medicamine inuenti ſunt, contra inſtituta Monaſterij, quibus proprij nihil habere licebat, quod ægre ferens Gregorius, accerſito Monaſterij Præpoſito, mandauit, in eius pœnam, & aliorum exemplum, ne quemquam ex fratribus eum viſitare, nec in extremis ad eum adire permitteret, cauſa ægroto indicata, vt ſaltem in morte de culpa ſua, mentem ipſius amaritudo tranſuerberaret, atque a pecca-

i L. 4. c. 55.

Monachi proprietarij pœna.

A to, quod perpetraſſet, purgaretur: & mortuum proijci curaret, in ſterquilinium, proclamantibus ſimul omnibus fratribus, proijciendo tres aureos, pecunia tua tecum ſit in perditionem, quod ita plane factum eſt. ex qua ſententia alij fratres conteriti vilia quoque, & quæ ſemper illis habere licuerat, in medium protulere formidantes ne quid apud eos eſſet, de quo reprehendi poſſent, & poſt 30. dies eius pœnarum miſertus Greg. per 30. continuos dies, offerri pro eo ſacrificium curauit, qui Copioſo fratri ſuo apparens; interrogatus, quomodo ſe haberet; reſpondit hactenus male ſecum actum; ſed modo bene, quia hodie, inquit, communionem accepi, quod cum fratribus retuliſſet, cognitum eſt, per ſalutare ſacrificium eum ſupplicia euaſiſſe.

Ad eundem hunc annum referenda ſunt, quæ admiranda refert S. Gregor. eodem Dialogorum [a] quarto.

a ca. 26. 36. & 37.

B Opinio vulgo inualuit, nulla veterum teſtificatione firmata, ex hoc tempore, cum peſtis ingrueret, & homines morbo tacti ſternutando mortui caderent, pie introductum, vt ſternutantem quemlibet, ſalutemus, inoleuiſſe enim huiuſmodi vſum apud Gentiles, longe ante, Plinius Nat. hiſt. lib. 28. teſtatur accidiſſe tamen certum eſt, vt aliter illi, quam nos, eiuſmodi ſalutationem impertirent, Deos inuocãdo, nos Deum.

Vſus bene precãdi ſternutantibus fuit etiam apud Ethn.

HISPALENSE CONCILIVM hoc anno celebratum eſt Præſide S. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo, cui interfuerunt octo epiſcopi, qui tria in Synodo decreta firmata ad Pelagium, quem viuere putarent, direxerunt: inter quæ, illud memorabile, quo ſtatuerunt, ſeculares Iudices, permiſſione tamen epiſcopi, ſeparare debere ancillas, aliaſque extraneas mulieres a clericis. Præter autem tres dictos Canones, collecti habentur, ex diuerſi locis, Hiſpalenſis Concilij, Canones vndecim, in editione Hiſpanorum Conciliorum. Guntheramnus Rex Francorum, in eccleſia, accedens ad altare, communicaturus, a ſicario appetitus, Dei ope illæſus ſeruatus, ipſum captum, ac tantum verberatum, viuum dimiſit, quia nefas putauit occidi, qui ab eccleſia eductus fuerat. Ex Greg. Turon. [b] C

Feminæ abſtrahendę a clericis.

Pietas Reg. Guntherãni, & reuer. erga Eccleſiam.

b lib. 9. c. 3.

B. Radegundis Regina, iam ante, omnibus Epiſcopis, per litteras, quæ extant, commendato ſuo, graui cum obteſtatione, Monaſterio, hoc anno, 13. Auguſti migrat è vita, miraculis pluribus, in funere illuſtrata. Abſente Pictauienſi epiſcopo, Gregorius Turonenſis epiſcopus funus obiuit, & tumulo condidit. Vitam ſcripſere Fortunatus epiſcopus, & Bandoninia eius alumna apud Sur. 13. Auguſti.

S. Radegundæ obitus.

Ad hæc tempora referri poſſe videtur Baioariorum ad fidem conuerſio, Theodone, eius gentis Principe, eius nominis tertio, ad fidem Chriſti perducto, per virum ſanctiſſimum Rupertum Vangionenſem, in Gallia, epiſcopum: qui a Berchario loci Comite dira paſſus, ſolumque vertere coactus, aſſumptis ſecum duodecim ſacerdotibus, prædicato Borealibus Gentibus Euangelio, plures nobiles eccleſias fundauit, quibus ſocios ſuos epiſcopos ordinandos curauit; & ipſe dimiſſa Vangionenſi, vnde expulſus fuerat, eccleſia, non ſine cœleſtibus præuijs ſignis, Sede Saleburgenſi electa, extructaque ibi Baſilica S. Petri, eiuſdem eſt nominatus primus Epiſcopus. Apud Sur. 27. Martij. Sanctæ quoque ſorori Erentrudæ Monaſterium, Ducis munificentia ædificauit, ſub nomine ſanctiſſimæ Virginis Mariæ Deiparæ. Demum, perfectis, Dei ope, ex ſententia, quæ fuiſſet aggreſſus, 6. Aprilis, migrans e vita, ab eccleſia inter ſanctos relatus colitur 16. Octobr. D

Baioariorũ conuerſio. Saleburg. eccleſia fundata.

Redeundo ad res Romanas; Gregorius, pro ſumma ſua animi demiſſione, & pro infelicitate temporum, cum vrbs foris aſſidue infeſtaretur a Longobardis, & intus militum ſeditionibus vrgeretur, & eccleſia Romana a Chriſtianis Imper. captiua quodã modo haberetur ſub Tributo, dum quod a Tyrannis Gothis fuerat inductum, vt permiſſa quidem Rom. Pont. electione Clero, & populo, ius ſibi eum confirmandi; & pro confirmatione pecuniam exigendi, reſeruaſſent, ipſi quoque Imp. Iuſtinianus, & ſequentes retinerent (quod deplorat in pſ. 4. Pœnit.) tantum onus detrectans ad Mauritium Imp. grauiſſime ſcripſit, ei diſſuadens confirmationem electionis ſuæ; quas litteras intercepit Germanus nomine, Præfectus Vrbis (vt Ioa. Diacon.) vel Præfectus Vrbis Gregorij germanus (vt Greg. Turon.) & ſuas, pro confirmatione, ſubſtituit. Interim, dum confirmatio expectatur, quomodo adminiſtrari ſoleret Roma E

S. Greg. declinat Pontificatum.

na

A na eccleſia, conſtat ex epiſtola Rom. Cleri ad Scotos, cum Sedes vacaret, morte Seueri ni Pontificis, electuſq; in locum eius eſſet, Ioannes huius nominis quartus: ſed non dum conſecratus: extant apud Bedam in Hiſt. Anglorum, [a] his verbis. *Dilectiſſimis, & ſanctiſſimis Thomiano, &c. Hilarius Archipreſbyter, & ſeruans locum ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, Ioan. Diaconus; & in Dei nomine electus, item Io. Primicerius, & ſeruãs locum Sedis Apoſtolicæ, & Ioann. ſeruus Dei conſiliarius eiuſdem Sedis Apoſtolicæ.*

[a] lib.2.c.19 Vacante Sede quomodo guberna retur Rom. eccleſia.

Interim igitur, cum in tanta Vrbis calamitate, vaſtante eam peſtilentia, oculi omnium in Gregorium eſſent intenti, cogitur intendere animum, ante conſecrationem, ad officia Pontificalia, & ad remedia auertendæ peſtis, exhortando populum ad pœnitentiam indicta ſeptiformi Litania.

Extat ſermo ab eo dictus ad populum in eccleſia S. Sabinæ (male relatus in eiuſdẽ B epiſtolarum lib. 11. cap. 2. ſub Indict. 6.) & ſcriptus affixus eccleſiæ albo, cui litaniarum ordo iſtius modi ſubſcriptus habetur.

Litania Clericorum exeat ab eccleſia B. Io. Baptiſtæ.
Litania virorum ab eccleſia B. Mart. Marcelli.
Litania Monachorum ab eccleſia Martyrum Io. & Pauli.
Litania ancillarum Dei ab eccleſia Beatorum Mart. Coſmæ, & Damiani.
Litania feminarum coniugatarum ab eccleſia B. primi Mart. Stephani.
Litania Viduarum ab eccleſia Mart. Vitalis.
Litania pauperum, & infantium ab eccleſia B. Mart. Cæciliæ.

Porro ſeptiformis hæc litania per diuerſarum perſonarum, & locorum ordinem diſtincta, apud Greg. Turon. [b] aliter diſpoſita legitur in hunc modum.

[b] li.10.c.1.

C *Clerus igitur egrediatur ab eccleſia SS. MM. Coſmæ, & Damiani, cum presbyteris Regionis 6.*
Omnes vero Abbates cum Monachis ſuis ab eccleſia SS. MM. Geruaſij, & Protaſij, cum presbyteris Regionis 4.
Omnes Abbatiſſæ cum congregationibus ſuis egrediantur ab eccleſia SS. MM. Marcellini, & Petri cum presbyteris Reg. 1.
Omnes infantes ab eccleſia SS. MM. Io. & Pauli, cum presbyt. Reg. 2.
Omnes vero Laici ab eccleſia S. Protom. Stephani, cum presbyt. Reg. 7.
Omnes mulieres Viduæ, ab eccl. S. Euphemiæ, cum presbyt. Reg. 5.
Omnes autem mulieres coniugatæ egrediantur ab eccleſia S. M. Clementis cum presbyt. Reg. 3.

D *Vt de ſingulis eccleſijs exeuntes cum precibus, & lacrymis ad B. Mariæ ſemper Virg. genitricis Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti baſilicam congregemur: vt ibi diutius cum fletu, ac gemitu Domino ſupplicantes peccatorum noſtrorum veniam promereri mereamur:* Diuerſitatis cauſa potuit eſſe, quod cum diuerſis diebus litanię celebrarentur, diuerſę inſcriptiones, eccleſijs appoſitę haberentur, quarum Gregorij Turon. Diaconus tum Romæ præſens, vnam, aliam alius deſcripſerit. Tum contigit, quod idem Gregorij Turon. Diaconus Romæ præſens retulit, inter ſupplicandum, vnius horæ ſpatio 80. homines mortuos concidiſſe. Vt primis litanijs proceſſum eſt ad S. Mariæ ad Prę ſepe, ita vltimis ad Baſilicam Apoſtolorum Principis Petri, deferente B. Papa Gregorio imaginem B. Deiparæ, vt habet ordo Romanus, in Vaticano M.S. quæ traditur illa fuiſſe, quæ hactenus magna veneratione in Baſilica ad Præſepe aſſeruatur, & colitur. Tunc, & illud admirãdum accidiſſe tradunt, vt, cum perueniſſet procedendo cum E litania, Gregorius, ad molem Hadriani, Tiberi adiacentem, in ſignum reconciliati numinis, viſus fuerit Angelus nudatum gladium in vaginam reponere, eoque Symbolo morbũ ceſſaſſe, ſignificare voluiſſe, qui quidem niſi omnino, certe ex maxima parte ceſſauit. Romam autem per eos ferme dies, perlatis Imperatoris litteris de ſuæ electionis confirmatione, Gregorius ſibi cauens, & latibula quærens fugæ, diuino indicio capitur, trahitur, & ad B. Apoſtoli Petri Baſilicam deductus, conſecratur, & Papa Vrbi datur: quæ narrata a Greg. Turon. ex Diaconi ſui relatione, & à Ioan. Diacono in eius vita [c] magna ex parte confirmantur ex eius ipſius ſcriptis, in præfat. Paſtoralis, & in epiſtolis. incidit hæc eius conſecratio in diem tertium Non. Sept. anniuer-

B. Gregor. Rom. declinat Pont.
[c] lib.1. c.44
lib.1. ep.20
lib.6. ep. 4.

Vet edit. Cõſecratio B. Greg. Papæ celebris in Gręca, & Rom. eccl. B. Greg. primum Verbo Dei. Mox pane paſcit populum.

ſaria memoria apud Græcos, non modo apud Latinos celebrem. Ordinatus igitur S. Gregorius ſummus Pontifex mox creditum ſibi pop. vt optimus Paſtor, Dei verbo A alere aggreſſus, in eadem S. Petri Baſilica primam ordine poſitam habuit homiliam, qua pluribus pręſentis temporis deplorauit ærumnas; ac poſt ibidem menſe Nouembri, alia homilia, alia plura mala perſecutus eſt, igneas in cœlo acies, prodigia poſt effuſi ſanguinis, improuiſas clades; ſubitis turbinibus non modo annoſas arbores erutas, ſed & domos atque eccleſias a fundamentis ſubuerſas; quorum partem malorum pręnunciaſſe S. Benedictum idem Greg. 2. Dialogorum c. 15. retulit. Imminenti diræ fami ſubſidium, ſimulac ordinatus eſt Pontifex, è Sicilia frumentum aduehendum curauit, vt patet ex ſecunda ordine epiſtola ad Prætorem Sicilię, ipſo menſe Septẽbri. a His tot ac tantis circũdatus malis non demiſit animum, ſed quaſi Monaſtica, vt olim quiete fueretur, tum, (vt ipſe teſtatur epiſtola ad Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopũ) b præclariſſimum, illum, de Paſtorali cura, Commentarium elaborauit, ea occaſione, B quod Ioan. Rauennas Epiſcopus, ipſum litteris arguiſſet, quod ſpiritualem curam deliteſcendo fugere voluiſſet: quo, oſtendens quales eſſe debeant, qui in Epiſcopos aſſumuntur, & quomodo, qui aſſumpti ſunt, ſe gerere in regimine ipſo, atque quomodo alios docere debeant, ſuæ parat fugæ defenſionem, & omnes, omnium temporum, inſtituit Paſtores.

a lib. 1. ep. 2
b li. 4. ep. 26
Qua occaſione ſcripſerit Paſtorale.

Gratulationes ęgre accipit.
Lib. 1. ep. 3.

Cum meditaretur iſta Gregorius, ipſo ſuæ Sedis exordio, pati coactus eſt ingruentia vndique gratulantium agmina; ſed maxime illius exulcerabãt animum, qui cum ſpirituales eſſent, & vt conſcij animi eius, & inſtituti, aliter iudicare deberent, æque vt cęteri geſtire gaudio viderentur, vt ſcribit ipſe ad Paulum Scholaſticum, Siciliæ Præfectum. quo tempore ad curandum Eccleſiæ Romanæ patrimonium, in Sicilia, miſit Petrum Subdiaconum cui & in mandatis dedit, ut intereſſet Concilijs ſingulis annis in ea conuocandis. & eidem vindicare volenti Eccleſiæ Romanæ fundum C quendam, paulo poſt mandauit, ut ſi 40. annis abſque intermiſſione poſſeſſio illius cõtinuata eſſet, nulla fieret poſſeſſori moleſtia: nolens vti priuilegio a Iuſtiniano Eccleſiæ Romanę conceſſo, centum annorum, ne exordia Pontificatus ſui, aliorum lachrymis auſpicaretur. Cum aſſidue hoc mœrore premeretur, grauiter conqueſtus eſt, cum amicis expoſtulans, quod apud Imp. non interceſſiſſent, ut de ſua electione Decretum irritum redderetur. quo argumento ſcripſit ad Ioan. Epiſcopum CP.[num] & alios: c Sunt complures eius epiſtolæ quibus deplorat ſuum, ut ipſe putabat, miſerum ſtatum, dignæ plane, quæ legantur, & maxime quas ad Theoctiſtam Imperatoris ſororem, pietate & generis claritate præſtantem: ad Narſetem Patricium, & ad D Anaſtaſium Epiſcopum Antiochenum, & in hac meminit de litteris ſcriptis ad Imperatorem, quæ non extant.

Lib. 1. ep. 1.
Lib. 1. ep. 9.
c li. 1. ep. 4.
Lib. 1. ep. 5. 6. 7.

Cõſulit Eccleſijs.

Aduertens autem S. Gregorius plures Italiæ Eccleſias, per bella Gothorum, & poſt, Longobardorum, penitus vaſtatas, earum vicinis epiſcopis curam mandauit; vt neceſſitatis cauſa in illis conſtituerent presbyteros, ad baptiſmum, & pœnitentiam: & alias alijs adiungebat, ut Minturnenſem, Formianæ illi proximæ coniunxit: ac Formiana poſt & ipſa deſolata, in proximum locum, ad mare ſitum, natura munitum, Caietam dictum, tam Sedes quam Sãcti Eraſmi pignora ſunt translata. quo ipſo anno mandauit Roſellano epiſcopo Populonenſem Eccleſiam in Tuſcia ut curaret. d

d lib. 1. ep. 8. & 15.
Schiſmaticos laborat adiungere Eccleſiæ.
e l. 1. ep. 14.

Hoc ipſo anno intendit animum ad eos, Eccleſiæ Romanæ adiungendos, qui ob tria capitula damnata in Quinta Synodo, quaſi per illa derogaretur Sanctæ Chalcedonenſi Synodo, illam non recipiebant; nec vt eam probarent induci poterant. Eorum vnus, Stephanus nomine, qui Neapoli degebat, ad Gregorium creatum Pontificem accurrit, eoque in ſe animæ periculum ſuſcipiente, & ſpõſore ac fideiuſſore intercedente apud Deum vt ratum haberetur in cœlo, quod ipſe rediens ad communionem Romanæ Eccleſiæ in terris ageret, tria capitula damnauit, & quintã Synodum cum eccleſia Roman. probauit, & ut idem præſtaretur ab eius ſocijs, Neapoli degentibus, litteris Gregorius admonuit Demetrium Neapolitanum Epiſcopum. e Inuitauit Gregorius & Seuerum Aquileienſem cum ſuis epiſcopis, ad Synodum, ex iuſſio-

ne

A ne Imperatoris, [a] ut uniuerſalis pax, ſublato Schiſmate, ſanciretur. quod illi renuerunt, miſſo libello ad Mauritium A. ne ad Synodum Romam ire cogerentur, quod illi ipſis indulſit, occaſione turbarum Italicarum, mandans imperioſius Gregorio, ne eos cogeret. extat libellus epiſcoporum, & litteræ Mauritij, nunc primum in lucem editæ. At Seuerus, non multo poſt, diuina eum ultione perſequente, Sede ab hoſtibus eſt priuatus, Aquileia ipſa incenſa, & ipſe profugus ad tantam egeſtatem eſt redactus, ut ſtipem quæreret.

Gregorius inſuper & eos, quos impietas Ariana, per Regiam poteſtatem ſegregauerat ab Eccleſia, quanto citius eidem Catholicæ Eccleſiæ reſtituendos curauit, ſic Epiſcopis per Italiam mandans, *Quoniam nefandiſſimus Antharit, in hac, quæ nuper expleta eſt, Paſchali ſolemnitate Longobardorum filios in fide Catholica baptizari pro* B *hibuit, pro qua culpa eum diuina maieſtas extinxit, vt ſolemnitatem Paſchalem vlterius non uideret, fraternitatem ueſtram decet cunctos per loca ueſtra Longobardos admonere, ut quia ubique grauis mortalitas imminet, eoſdem filios ſuos in Ariana hæreſi baptizatos ad Catholicam fidem concilient* &c. [b] Ex quibus Gregorij verbis indicatur peſtem illam, inguinariam dictam, in vrbe cęptam, alia Italiæ loca inuaſiſſe, atque adeo alias etiam prouincias eſſe depaſtam. de Hiſpania quidem & Gallia Turonenſis affirmat. in hiſt. Franc. lib. 9. cap. 22. & cap. 21. commemorat, quę Rex Guntheramnus, pietate inſignis, præſtiterit, ad eam auertendam, & iram Dei placandam per quem etiam & miracula Deum patraſſe refert. Huius Gregorij Turonenſ. Diaconus acceptis a Pelagio Papa ſanctorum reliquijs atque a Beato etiam Gregorio, cum magno obſequio comitatus, & pſalmodia ad Portum uſque deductus, in Gal- C liam ſoluit, quo & incolumis, preſenti periculo liberatus, per interceſſionem Sanctorum, quorum reliquias deferebat, peruenit. [c]

Hoc eodem anno cum Franci conueniſſent cum Mauritio Imp. de Longobardis ex Gallia Ciſalpina expellendis in Italiam deſcendentes, Longobardis ad loca munita ſe recipientibus per tres menſes palantes magnas prædas egerunt; ſed demum morbis afflicti, atque conſumpti, pauci cum præda; & captiuis in Gallias redire compulſi ſunt. Greg. [d] ad quos captiuos redimendos Agilulphus, ſequenti anno creatus Rex Longobardorum, miſit Agnellum epiſcopum Tridentinum. ex Paulo Diac. [e] Porro quem Antharit. Greg. Papa & alij Regem Longobardorum uocant; Turoneſ. Aptacharium appellat, quem & hoc anno obijſſe refert: & Paulum eius ſucceſſorem uocat, quem Agilulphum dictum fuiſſe omnes affirmant.

De captiuis & uinctis tum temporis Aruernis in Gallia, Greg. [f] refert maxima ad D mirati one dignum, eos noctu, Dei nutu, diſruptis uinculis, reſeratiſque cuſtodijs eccleſiam ingreſſos, & rurſum cathenatos diffractis & comminutis cathenis ſolutos, & intercedente S. Auito eius ciuitatis Pontifice, libertati reſtitutos.

Ad hoc ipſum tempus pertinet CONCILIVM ANTISIODORENSE dioeceſanum. Præſide Aunachario, eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, ſolo, cum Abbatibus & presbyteris eiuſdem dioeceſis, in quo plura, ſtatuta in Matiſconenſi Concilio ſecundo (cui idem Anacharius interfuit), pariter repetita eſſe reperiuntur. habentur in eo Sanciti Can. 45. ad eccleſiaſticam diſciplinã & Monaſticam obſeruantiam retinẽdam ſpectantes. Quorum nonnullorum etſi vſus exoleuerit, antiquitatis tamen indices remanſerunt. De quibus monendum, ne dum duobus ex illis Vigilias prohibitas legis, E de ſacris intelligas, ſed quę in priuatis domibus fieri conſueuerant. Quam autem frequens eſſet hoc tempore ſacrarum vigiliarum vſus in Gallijs, illud oſtendit, inter alia, quod quemlibet diem Dominicum fideles, præcedentibus nocturnis Vigilijs agerent, ut docet can. 1. poſterioris, Conc. Matiſcon.

Pertinet & ad antiquitatis vſum, quod eiuſdem Synodi can. 36. prohibetur mulier nuda manu Euchariſtiam ſumere, ſed (quod habet inferius can. 42.) præcipitur vt adhoc opus vnaquæque mulier habeat Dominicalẽ ſuum (ideſt nitida linteamina ex ſerm. 152. de tempore ex Aug.) alioqui non communicet.

Vt Occidens hoc tempore illuſtratur tanto Pontifice Gregorio Magno, ita Oriẽs refulget ſplendore viri ſanctiſſimi Theodori Siceotę, qui in Galatia, ex Archimãdrita,

[a] li. 1. ep. 16. Tomo 9. p. 904. edit. 1.

Vltio diuina in ſchiſmat. epm Aquil.

[b] li. 1. ep. 17

Mirac. à Deo p̃ Guntheramnũ R. patrata.

[c] Greg. de glor. mor. c. 83. & hiſ. fr. 10. c. 1.

[d] hiſt. fr. li. 10. c. 3.

[e] lib. 4. c. 4.

[f] hiſt. Fr. 10. c. 6.

Vigilię quædam priuatę interdictæ.

A ta, inuitus eſt prouectus ad epiſcopatum Anaſtaſiopolis ciuitatis itidem in Galatia ſub Ancyrana Metropoli, cuius res præclare geſtas, & miracula quam fideliſſime qui à puero cum ipſo coaluit. Georgius presbyter, atque eiuſdem Monaſterij præfectus, ſinceriſſimo ſtylo conſcripſit.

Theodorus Siceota claret in Oriēte.

Res bellica male cedit.

Quod ad res bellicas ſpectat, male ſæpe pugnatum aduerſus Auares, docent Theophanis Annales. Aduerſus item Perſas diſcordia Ducum, Rom. exercitus, nihil gloria dignum eſt actum, rebellanſque exercitus aduerſus Imperatorem, uix tandem illi paruit, poſtea reconciliatus, ſed de his pluribus Theophanes.

Chriſti Ann.	*Gregorij Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indictione*
591.	2.	6.	*Nona.*

B

CVm plures extent S. Gregorij Papæ res geſtæ, ex eius epiſtolis, non ſingulæ ſed inſigniores tantum attingendæ, breuitatis cauſa, videntur. ſic autem ille maxima quæque curabat, vt minima non negligeret; quæ quidem, quantumuis minima videantur, magnam tamen inſinuant in Apoſtolico viro virtutem. Indices ſunt eius rei litteræ ipſius hoc anno, menſe Februario datę ad Anthemium Subdiaconum in Campania [a] quibus mandat ut certis perſonis egeſtate preſſis præſcriptam eleemoſynam impertiat. Huiuſmodi enim ſubdiaconis, quos ad bona Eccleſiæ Romanæ curanda emittebat, in mandatis dabat, vt pauperum curam gererent, eoſque inueſtigatos, ſcripto notatos ad ſe mitterent, quod cum Anthemius facere prætermiſiſſet, eum obiurgat, & vt certam ſummam pecuniæ & frumenti certis feminis impertiat, quas credibile eſt ex illis fuiſſe nobilibus quæ a Totila, cum viris, Roma pulſæ, ad inopiam fuerant redactæ. [b] C

a li. 1. ep. 23.

S. Greg. ſolicitudo pro pauperibus.

b lib. 1. ep. 37. 57.

Rom. Syn. ſub Greg.

c li. 1. ep. 4. & 24.

A parib. in ep. B. Greg. quid notet.

Quod autem ad publica Eccleſiæ vniuerſalis negotia ſpectare videtur, idem Gregor. hoc anno, menſe Februario ex Synodo vicinorum Epiſcoporum, more maiorū, de ſua fide, Synodalem epiſtolam, ad Orientalis Eccleſiæ Patriarchas miſit. Quod uero a paribus epiſtola illa ad Patriarchas inſcribatur, ob id a librario uidetur factū, vt indicaret eandem ad eos quatuor æque eſſe miſſam. Alias etiam priuatas litteras dedit ad Anaſtaſium Antiochenum, addens ad litteras donum, nempè claues S. Petri ſolebant autem mitti eiuſmodi claues a corpore Sancti Petri, cum limatura intus de cathenis eiuſdem, ad inſignes uiros, pro magno munere, quæ vt ipſemet Gregorius affirmat, ſuper ægros poſitæ, multis ſolerent multis miraculis coruſcare. [d] & Gregor. Turon. de glor. mart. [e]

d li. 1. ep. 25 29. & 30.

e li. 1. c. 28.

f li. 1. ep. 32. & 36.

Laborans interim Gregorius Papa in miniſterio paſtorali, ſolicitus erat epiſcoporum oppreſſiones ſubleuare, quos nec in maioribus, nec in minoribus cauſis a ſæcularibus, ſed tātum ab Epiſcopis iudicari uolebat [f]. Sicubi autem audiret ſiue Clericos, ſiue laicos a Præpoſitis affligi, continuo illis præſto eſſe non deſtitit cuius argumēti eſt epiſt. 37. & 47. lib. 1.

Effuſus in dando parciſſimus in accipiendo, B. Greg.

Li. 1 ep. 64.

Solicitum uero eundem Gregorium ſuper Epiſcopos inuigilaſſe, ut animarum ſaluti ijdem inuigilarent, planè declarat perbreuis epiſtola ſecunda, lib. 2. ad Proiectitium Narnienſem Epiſcopum, data hoc anno. In eo & illud mirandum, quod cum in dando effuſiſſimus eſſet, in accipiendo continentiſſimus ſemper extitit. In epiſt. ad Felicem Meſſanæ, in Sicilia, ciuitatis Epiſcopum, inter cætera hoc habet, Nobis de cætero ne quid tranſmittere debeas inhibemus. Et quoniam non delectamur Xenijs, Palmatianas (vinum precioſum ſic nominatum, ait Caſſiodorus, libro 12. epiſtol. 17.) quas tua direxit fraternitas, cum gratiarum actione ſuſcepimus, ſed eas, ne quod exinde potuiſſes ſentire diſpendium, digno fecimus pretio venundari, & id fraternitati tuæ tranſmiſimus ſigillatim. Ceterum qui non vult ab Epiſcopis munera accipere, eoſdem erga coepiſcopos pauperes monet vt ſint miſericordes, etenim cum anno ſuperiori incurſione Auarum ſub Duce Gagano, ſiue Gaiano, perturbatæ eſſent regiones Orientis, expulſique Epiſcopi cum populo, è ſedibus ſuis, E

cum

A cum iuſſiſſet Imperator eoſdem profugos,& extorres ab Epiſcopis. Illyriciani id li-
benter vt faciant monet. a [a ep.43.li.1]
Prouidit & propenſiori cura Monachis, deſertores reuocando, quas, vxores du-
xiſſent,ab eis abſtrahendo, inſtituti tenaces iuuando & fouendo. [b] Inter deſertores [b ep.1.li.2.]
fuit vir illuſtris Venantius Italiæ Cancellarius,diuitijs præpotens, ex Deciorum fa- [Monacho-
milia Gregorio familiaris,Pater preclariſſimarum illarum Virginum Barbaræ & An- ū diſcipli-
toniæ,de quibus frequens mentio in ipſis litteris;quem conatus pluribus litteris re- næ inuigi-
uocare non potuit,extant ad eum Epiſtolæ,33.lib.1.& 25.lib.9. poſt octo annos da- lat.]
ta, & 31. ad Ioan.Syracuſanum Epiſcopum,de ipſo in extremis laborante. Bello-
rum tempeſtas Monachatus obſeruantiam relaxarat,& profugientes viri cum femi-
nis in Inſulas Orſianam,atque Palmariam,& alias,recipientibus eas Monachis, mi
B ſericordiæ intuitu non leue damnum earum conuictus illis intulit. [c] Per id tempus [c ep.38.39.
quoque prohibuit,ne ante decem, & octo annos quis in Monaſterium reciperetur: 40.48. 49.
curauit quoque,quo minus Monachi a curis ſpiritualibus auocarentur, vt eorum ſe- 50.]
cularia negotia,per prudentes ſæculares viros curarentur. [d] Clericos quoque ex ſan- [Ante 18.an
ctorum Canonum præſcripto vitam componere curauit, aduerſus vero contumaces nū in Mo-
pro meritis cenſuram exercuit.Etenim hoc anno Laurentium Romanæ Eccleſiæ Ar- naſt. ne qs
chidiaconum redegit in ordinem,altero in eius locum ſubrogato, de quo in exordio recipiatur.] [d ep.67.li.1]
ſecundi eius Epiſtolarum libri habetur.Demetrium etiam Neapolitanæ Eccleſiæ Epi
ſcopum,facinoroſum hominem,hoc ipſo anno Sede depoſuit. [e] Quod rurſum perti- [e li.2.ep.3.
net ad Clericorum diſciplinam,ex ſacrorum Canonū inſtituto,vetuit eos cum femi- Clericos fe
nis conuerſari,excepta duntaxat matre,ſorore,vel vxore,ſi quidem cum vxorati adle- min. coha-
C gerentur in clerum,non alia tamen id ratione fiebat, quam ſi vterque acquieſceret bitare, ue-
caſte viuere, & inuicem ſe vt fratres & ſorores habere,nec vlla eſſet ſuſpicio mutuæ tat S.Greg.]
mixtionis. quæ feminæ dicebatur presbyteræ,de qua re lib.1.ep.50.& Concilio Tu-
ron. 2. c. 13. Præclarum exemplum huiuſmodi continentiæ refert idem Gregor. 4.
Dial.c.11.Continentiam porro Clericorum idem S.Gregor.arctiori diſciplina con-
traxit,cum enim in Sicilia prauus abuſus irrepſiſſet vt Subdiaconi vxores ducerent,
& id penitus ne fieret Pelagius prædeceſſor vetuiſſet,& ſeparari mandaſſet, Grego-
rius ipſe ſcribens ad Petrum Subdiaconum ep.7. lib. 1. prohibuit ne in poſterū quis
Subdiaconus ordinaretur, niſi continētiam Epiſcopo ſpopondiſſet,coniunctos vero
ita manere voluit,vt nulla eis ſpes eſſet ad ſuperiorem ordinem aſcendendi, niſi ab
ea quam acceperant,vxore,ſe penitus ſeparaſſent.quæ eadem repetit Indict. 12. ſcri-
D bens ad Leonem Epiſcopum Catanenſem [f] ſed & in Concil. Romano habito anno [f ep.34.li.3]
14.Mauritij Indict.14.de presbyter.& Diacon.habetur. *Si quis presbyter aut Dia-
conus uxorem duxerit anathema ſit*, plures aliæ extant eius Epiſtolæ quibus prohi-
bet habitare cum Clericis feminas,illis exceptis,quas Canon concedit, [g] & ad inter-
rogationes Auguſtini. [h] Ex perpetua igitur & conſtanti Gregorij ſententia de Cle- [g lib. 1. ep.
ricorum continentia ſatis refellitur fabula ex conficta Epiſtola, nomine S. Vldarici, 50.lib.7. &
Auguſtani Epiſcopi,ad Nicolaum Papam,quod ex quodam caſu ſane truculento,ſed 109.lib.11.
nulla probabilitate ſuffulto,S.Gregor.reuocarit quod fecerat Decretum,de vxoribus ep.4.]
Sacerdotum,ſed ad vindicandum S.Vldaricum a ſuppoſita,eius nomine, impoſtura, [h li.12.c.2.]
legatur eius rerum geſtarum Auguſtæ nuper cuſarū, diſſerta præfatio. Ad bene item
inſtituendam in Clericis Eccleſiaſticam diſciplinam;ad diuerſos litteras dedit, qui-
bus iuſſit puniri tranſgreſſores,relegatione & in Monaſterium detruſione. [i] At ſicut [i lib. 1. ep.
E delinquentes coercuit,ita digne miniſtrantibus pene proſpexit,ne quis illis deeſſet; 42. 66. 81.]
quorum etiam infirmitate languentium rationem haberi voluit, vt eandem,quam ſo
lebant,ab Eccleſia cui ſeruierant,ſtipem acciperent.
Vacantes Eccleſias nouorum Epiſcoporum electione curauit implendas de Arimi
nenſi,Peruſina,Viuanenſi & Neapolitana litteræ extant. k Cuius rei praxis ſic his [K lib.1. ep.
temporibus ſe habuiſſe cognoſcitur, vt ſi diſſentirent eligentes, vel minus idoneos 55. 56. 58.
deligere perſeuerarent,tunc ipſe Romanus Pontifex,quem vellet, daret illis Paſtorē 78.& 2. ep.
vt apparet ex epiſt.55.lib.1.ad Seuerum de electione Arimin.Epiſcopi compluribus 3.6.7.]
inſuper Eccleſijs in Sicilia paſtoribus deſtitutis, per Petrum Diaconum iuſſit dari

Epi-

Epiſcopos, nulla contraria obſtante conſuetudine. Ex quibus apparet Romanum Pontificem pro libito, ſuadente animarum ſalute, abrogare conſueuiſſe quaſuis diuerſarum Eccleſiarum antiquas conſuetudines.

a lib. 1. ep. 52. 54. Dedicationem diuerſarum Eccleſiarum faciendam mandauit [a] haud enim fas erat, inconſulto Romano Pontifice Eccleſiam aliquam dedicare, vt patet etiam Gelaſij Papæ auctoritate; quod quidem non intelligendum puto in prouincijs Orientalibus, Patriarchis ſubiectis. In earum porrò dedicatione, præter alia, ſolemnibus ritibus exhiberi ſolita, peragi conſueuerunt antiquæ illæ Agapes, in quibus, vocatis pauperibus, vna ſimul conuiuabātur. quanta eæ impenſa exhiberi ſolerent, exemplum habemus apud ipſum Greg. cum ad Petrum Diaconum ſcribens ſic ait, Quia cellæ ipſius tenuitas exigit debere nos in ipſa diei feſtiuitate concurrere, propterea volumus, vt ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus, in auro ſolidos decem, Vini amphoras 30. annonæ modios ducētos; olei orcas duas, verucces duodecim, gallinas centum.

Epiſtola eius 1. cap. 6. & 27.

Agapes in dedicationibus Eccleſiarum.

Quod vero ad res pertinet Eccleſiarum, ſic eas voluit cuſtoditas, vt tamen alienū nihil ab eis poſſideri permitteret. hincque accidit, vt domum cuiuſdam Petronij iniuſtè, appoſito titulo a Defenſore, Eccleſiæ vindicatam, domino ſuo ſtatim reſtituendam mandarit. [b] Itemque monuit Epiſcopos Siciliæ, vt cauerent eos qui ſub falſo nomine Defenſorum Romanæ Eccleſiæ, alienas prædabantur ſubſtantias. [c] mandauit item vt poſſeſſiones Tauromenitanæ Eccleſiæ, ab Actionarijs Romanæ Eccleſiæ occupatæ, eidē redderētur. Legenda de hac re ep. 42. lib. 1. ad Petrū Diaconū, qua nimia auiditas miniſtrorū Eccleſiæ redarguitur, a qua longe eos abeſſe oportet. Ita quidem in his, quæ ſpectant ad contractus, in his autem, quæ pertinent ad delicta, illud admonuit, vt ex delictis alienis commodum nullum Eccleſiæ fiſcus ſentiret ſed pauperes inde iuuarentur, qua de re poſt S. Gregorium in eadem ad Petrum Epiſtola, & poſt aliorum Decreta Pontificum, ſanctè pieque Sacroſanctum Concil. Trident. admonuit, vt huiuſmodi multæ ad ſubſidia pauperum transferantur. Et omnino in rerum Eccleſiæ adminiſtratione Gregorius ſemper pauperum rationem habendam eſſe voluit, [d] nec vllo pacto paſſus eſt Eccleſiam Roman. cum alterius Eccleſiæ iactura locupletari, vt planè apparet ex litteris, hoc anno datis ad Laurentium Eccleſiæ Mediolanen. Epiſcopum. [e] Habebat Romana Eccleſia locupletiſſima vbique toto fere orbe terrarum patrimonia; quæ cum iam cultorum defectu deſtituta pene haberentur, Gēnadij Exarchi in Africa diligentia, ad priſtinum cultum reſtituta fuere, cuius rei gratia eundem a Deo maxima beneficia, nimirum ingentes aduerſus hoſtes victorias diuinitus conſecutum aſſerit Greg. ad eum ſcribens [f] quæ tamen inſignes eius victoriæ inopia ſcriptorum penitus remanſerunt obſcuræ. Hunc eundem clariſſimum virum monuit & excitauit ad comprimendos conatus Donatiſtarum, & eorum ſuperbiam frænandam. [g] Peſtis enim illa nefanda Donatiſtarum, quæ a temporibus Conſtantini Imperatoris inuaſerat Africam, ſæpe curata, nunquam ſanata, ita in ea prouincia inualuerat, vt non ſolum abſque legum pœna ſecuri ipſi degerent Donatiſtæ, ſed & non ſecus atque Catholici ſuos ijdem haberent Epiſcopos, qui nec vlla ex parte Catholicis loco cederent, atque adeo in prouincia Numidiæ ea inualuerat conſuetudo, vt ille Primas eius prouinciæ diceretur Antiſtes, qui antiquitate ordinationis reliquos antecederet. Cum igitur inter eiuſdem Prouinciæ Epiſcopos quidam reperiretur Epiſcopus Donatiſta ceteris ſede antiquior, ipſe ſibi Primatum, velut iure veteri vindicabat: quod, ne vllo modo fieret, S. Gregorius interceſſit, litteris ſcriptis ad Epiſcopos eiuſdem Numidiæ Prouinciæ [h] mandans ne omnino id patiantur, ea ipſa de re ſcripſit ad Gennadium Exarchum, ad quem inter alia. *Sed eminentia veſtra conatus eorum comprimat, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat Concilium vero Catholicorum Epiſcoporum admoneri præcipite, ut Primatem, non ex ordine loci poſtpoſitis vitæ meritis faciat, quoniam apud Deum non gradus eligantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur.* Ex quibus colligitur quantas vires haberet in Africa factio Donatiſtarum, & quam proſtrata iacuerit Africana Eccleſia, vt nemo Catholicorū reperiretur, qui zelo Dei accenſus, illis ſe opponeret, atque adeo eſſent, qui

b ep. 63. li. 1

c lib. 1. ep. 68. & 71.

Fiſcus ex delictis nullum cōmodū ſentiat.

d li. 1. ep. 53

e li. 1. n. 80.

Patrimonia Eccl. Rom. per orbem terrarum.

f ep. 73. li. 1

Donatiſtæ uigebant in Africa.

g ep. 72. li. 1

h 75. lib. 1.

A illis fauerent, vt oportuerit Gregorium ex eminenti Apoſtolicæ Sedis Throno exclamare. Conſiderato eius Prouinciæ miſerando ſtatu, non eſt mirandum, ſi tradiderit poſtmodum eam Deus Sarracenis penitus deuaſtandam. Delatis hoc eodem anno querelis alijs de Africanis Epiſcopis, cum Donatiſtis conniuentibus, ad Apoſtolicā Sedem, Gregorius ſcribit ad Hilarium Chartularium (ideſt Iudicem Eccleſiaſticum in Africa pro Pontifice) *Feliciſſimus*, inquit, *atque Vincentius Diacones Eccleſiæ Lamigenſis, oblata petitione, quæ tenetur in ſubditis, ſuggeſſerunt, ab Argentio eius Ciuitatis Epiſcopo grauem ſe iniuſtitiam pertuliſſe, & accepto præmio, Donatiſtas in Eccleſiis fuiſſe præpoſitos: eumque inter alia, non leue aliud facinus quod dici nefas eſt, commiſiſſe, commemorant. Propterea experientiæ tuæ præſenti pagina præcepti duximus iniungendum, quatenus præfatum Epiſcopum idoneæ ſatisfactioni committere non o-* B *mittas, tuaque inſtantia, in locis fiat, ex more, Concilium, & omnia ſecundum oblatæ petitionis textum canonice coram poſitis partibus, ſubtili indagatione, perquirantur, & quæcunque eorum fuerint iudicio terminata, te exequente, modis omnibus compleantur.* Porro qui Chartularius in Occidente, idem Chartophylax dicebatur in Oriente, longeque erat maioris dignitatis: vterque tamen Iudex Eccleſiaſticarum cauſarū, & cuſtos ſacri Archiui, cuius & erat ſigillum chartis imprimere de Chartophylace plura Theodorus Balſamon in Meditatis ſiue reſponſis. De duobus officijs Chartularij & Defect. extat lib. 7. Iuris Græci.

Chartularius qui. Ep. 82. li. 1.

Chartophylax qui, & Chartularius.

Qui igitur, litteris ſuis, pro Apoſtolica auctoritate, orbi Præſidens, Orientem, & Africam luſtrauit, Gregorius adit & Gallias; apud quas, audiens Iudæos violentia compelli ad fidem, ſcribens ad Vigilium Arelatenſem, & Theodorum Maſſilienſem, C omnino id prohibet, prædicationis ſuauitate id faciendum monens.[a] Eodem hoc ipſo anno, eadem de re ſcripſit ad Epiſcopum Terracinenſem.[b] Inuiſit præterea hoc anno idem Pontifex, litteris ſuis, Hiſpanias, prouocatus conſultatione S. Leandri Epiſcopi Hiſpalenſis, de vnica, an trina merſione in baptiſmo adhibenda. De trina vero merſione (inquit ep. 41.) baptiſmatis, nihil reſponderi verius poteſt, quam quod ipſi ſenſiſtis; quia in vna fide nihil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo diuerſa; & paulo poſt. Sed quia nunc vſque ab hæreticis infans in baptiſmate tertio mergebatur, fiendum apud vos eſſe non cenſeo; ne dum merſiones numerant, Diuinitatem diuidant, dumque quod faciebant, faciunt, ſe morem noſtrum viciſſe glorientur, de Arianis intelligens, ac plane docens cum hæreticis, quantum fieri poteſt, neque in bonis communicandum; eadem epiſtola gaudium ſuum ingens ſignificat de conuerſione Reccaredi Regis, vna cum gente Gothorum, ab eo intellecta, quem & vt in pietate confir- D mare ſtudeat, admonet: quam quidem conuerſionem contigiſſe anno proximè elapſo Quinto Mauritij, & primo Gregorij, Biclarenſis Chronologia, & Tudendis hiſtoria teſtatur, qua quidem Biclarenſis Chronologia res ſui temporis deſcribentis, cum Gregorij epiſtola conſentiente, in dubium vertitur inſcriptio Concilij 3. Toletani, profitentis id habitum fuiſſe anno 4. Regni Reccaredi, vt oporteat regnare cæpiſſe anno 585. quod quantumuis falſum appareat, & anno ſuperiori 590. regnum iniſſe probetur, quo eodem eſt habitum Concilium, non viſum tamen Eram mutare, ob Toletana, & alia Hiſpaniarū Concilia. Idem Biclarenſis anno Reccaredi ſecundo Mauritij 6. qui præſens eſt annus, habet Tyrannos detectos, conuictos, punitos.

Iudæi ad fidem nō cogendi.

a ep. 45. li. 1
b ep. 34.

De vnica an trina merſione ī bapt.

Cum hæreticis, ne in bonis quidē cōmunicandum.

Mauritium, Theodoſium filium, quem Cæſarem ante dixerat Imperatorem nominaſſe habet idem Biclar.

E Anno 3. & 7. Mauritij Detectam coniurationem epiſcopi, & Reginæ, & quod fidei Catholicæ communionem ſub ſpecie Chriſtiana quaſi ſumentes proijcerent.

Francos irrumpentes in Narbonenſem, a Claudio Luſitaniç Duce viro religioſiſſimo a Reccaredo miſſo, cæſos, & quidem vix a trecentis viris ſexaginta millia, Deo nouæ fidei mirabiliter opitulante. Nouam conſpirationem in Regem patefactam, conſcijs captis, & interfectis. Hactenus Biclarenſis in octauo anno Mauritij finem hiſtoriæ imponens.

Redeuntes ad Longobardos, cum mortuo Antharit eorum Rege, Theodelinda vxor, conceſſu Longobardorum, Regina perſeuerans, Agilulphum Ducem Taurina-

tum, eundem & nominatum Agonem, &, in baptiſmate Paulum, delegiſſet ſibi virũ, A
Rex Longobardorum, hoc anno appellatur, menſe Maio, qui ſimulatque Rex confirmatus eſt, mittit Agnellum Tridentinum Epiſcopum in Gallias ad redimendos captiuos, qui Tridenti a Francis capti fuerant. Cum interea idem Agilulphus debellatis, & occiſis illis quos aduerſarios paſſus eſt regnum ſibi ſtabiliuit Italiæ, ea vniuerſa (excepta Roma, & Rauenna, cum alijs ad eos ſpectantibus locis) ab Alpinis montibus Rhegium vſque Calabriæ potitus. Ex Paulo Diac.[a] Porro magnum a Deo, per Theodelindam Reginam, conſecutos eſſe beneficium, Regem ipſum, & ſub eo poſitos Longobardos, idem Paulus affirmat[b] cum alij ex gentilitate, alij ex Ariana perfidia redditi ſunt Chriſtiani atque Catholici.

a lib. 4. c. 2.
b lib. 4. c. 2.

Hoc item anno S. Gregorius Papa dedicauit Eccleſiam ſanctæ Agatæ in Suburra, olim per Arianos pollutam, & per biennium clauſam; in cuius dedicatione, & poſt, B
quæ admiranda contigerint, narrat idem in Dialog.[c] Aliam item eccleſiam, olim ab Arianis poſſeſſam, in regione tertia iuxta Domum Merulanam, poſt ſequentem annum, ſub Tit. S. Seuerini epiſcopi Noricorum conſecrauit.[d]

c c. 3. ſ. 30.
d ep. 19. li. 2 Ind. 11.

Quod vero ad res bellicas pertinet Orientalis Imperij, hoc eodem anno Romanus exercitus, qui ſæpius, ob ſtudia erga diuerſos Duces, ſæpe amotos, ac ſepè redditos, ſeditionem conflauerat, per Ariſtobolum, donorum Imperialium Præfectum (eum forte virum eruditum, ad quem extat S. Gregorij epiſtola)[e] cõciliatus eſt, & iterum iuramento firmatus, & aduerſus Perſas concitatus, victoriam obtinuit, expugnata Martyropoli ciuitate munitiſſima, vnde Romanis plurimum roboris creuerit. Ex Theophane, & Hiſt. Miſcella, hoc anno Imperatoris.

e li. 2. ep. 28

C

Chriſti Annus 592. *Greg. Pap.* 3. *Mauritij Imp.* 7. *Indictionis* 10.

HVius anni initio ſcribit Gregorius ad Ioannem Epiſcopum Rauennatem[f] magna ſe moleſtia affectum, quod Arnulphus Longobardorum in Tuſcia Dux, Vrbem inuaſiſſet, pacemque monet, vt procurare pergat; (de quo quidem nihil Paulus Diacon. ſed. pacem factam, & violatam a Rom. militibus, habetur in epiſt. ad Mauritium Imp. 31. lib. 2.) alioqui vrbem in magno periculo eſſe, atque ipſam Neapolim, niſi Dux ad eam mittatur. Hortanti eidem de eleemoſyna mittenda incenſæ ciuitati Aquileiæ, cuius Epiſcopus Seuerus erat Schiſmaticus; reſpõdet miſericordiam prius fidelibus, ac poſtea eccleſiæ hoſtibus eſſe faciendam, monetque, vt pecuniam, quantã ipſe cenſeat per Claudium Abbatem Fanum mittat, ad captiuos redimendos. D

f 32. lib. 2. ind. 10.

Miſericordia prius fidelibus poſt hoſtib. eccleſiæ exhibenda.

Inter vero tot Longobardorum tumultus, non pretermiſit Gregorius exactam curam Paſtoralem, perlato ſiquidem Romam a duobus Diaconis nuncio, quod Donatiſtæ reſtituere conarentur morem olim bono pacis, permiſſum, vt vbi eſſent populi Donatiſtæ, licet ibi eſſet Catholicus Epiſcopus, nihilominus ſineretur eſſe pariter Epiſcopus Donatiſtarum, idque Donatiſtam a Catholico Epiſcopo, pecunia data, impetraſſe; & illud amplius, vt liceret illis iterum baptizare Catholicos; ad hæc tam enormia corrigenda, in Numidiam proficiſci iuſſit Hilarium S. R. E. Chartularium Carthagine degentem, vt, coacto Concilio, deponeret Venalem Epiſcopum, atque ſic conatus Donatiſtarum magis, magiſque inualeſcentes comprimeret, ſcripſit de his, dolens, ad Primatem Numidiæ Columbum, menſe Auguſto,[g] nec vero ſolum Africa tum laborabat Donatiſtis, Schiſmaticis, ſed & nefandis hæreticis Manichæis, vt idem Gregor. teſtatur epiſtola ad Ioan. Epiſcopum Scyllacenum.[h] Hoc ipſo menſe, eiuſdem anni, accepit Gregorius legationem a Dominico Epiſcopo Carthaginenſi, qua per duos Epiſcopos, Diaconum, & Notarium, de ſua electione gratulantes, quod vero per eos petit, vt impertita ſuæ eccleſiæ priuilegia ſalua eſſe vellet, reſpondit Gregor.[i] ſicut ſua defenderet, ita ſingulis quibuſque eccleſijs ſua iura ſeruare, &c. E

Donatiſtas in Africa cõprimit.

g ep. 32. lib. 2. Ind. 10.
h 26. lib. 2. Ind. 10.
Singulis ſua iura ſeruat eccl. Greg.
i ep. 39.

Laborauit præterea hoc anno Gregorius in reducendis Schiſmaticis. peruaſerat Schiſma, occaſione damnationis trium capitulorum, uſque in Hiberniam. Anguſtia

preſſi

A preſſi illi Epiſcopi ad Romanam Eccleſiam ſcripſerãt; eos, ſcriptis litteris, & miſſo libro, ea de re a Pelagio Papa confecto, docet, & amanter inuitat ad veritatem, quos reſipuiſſe, & ad eccleſiam redijſſe, inde certo colligitur, quod poſt hæc Hiberni epiſcopi, de rebus dubijs, vti ceteri Orthodoxi, eundem Gregorium conſuluiſſe reperiuntur.

Schiſmaticos Hibernos colligit ad eccl. ep. 36.

Collaborauit aduerſus eoſdem Schiſmaticos in Italia agẽtes, Ioan. eccleſiæ Rauennatis Antiſtes, vrgens Epiſcopos Iſtriæ prouinciæ per auctoritatem Exarchi, Rauennæ degentis; cuius rei gratia multum ſe illi debere fatetur, gratias agens ſupra citata epiſtola 32. ex quo vel vno loco redarguitur Paulus Diaconus, qui Ioannem Epiſcopum Rauennatem inter Schiſmaticos collocat, deceptus (quod ſupra notatum quoq; eſt) dum defenſores trium capitulorum putauit eſſe Catholicos, impugnatores vero Schiſmaticos, cum omnino cõtrarium acciderit; quem errantem ſequuti recentiores B omnes hiſtorici, & ipſi errarunt. Quod vero ad ſeducẽdum fideles ea Schiſmatici vterentur calumnia, affirmantes, in Quinta Synodo aliqua eſſe decreta contra ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium S. Gregorius ſæpius conteſtatur fidem eiuſdem ſacroſancti Concilij, & nihil contra illud in quinto de fide definitum, & de perſonis nihil diuerſum actum, ab eo, quod apud eandem ſanctam Chalcedon. Syn. fuerat conſtitutum, vt lib. 2. ep. 10. Indict. 11. ad Sabinum Diaconum ſeductum.

li. 2. ep. 32. lib. 3. c. 12. P. Diac. lapſus in cauſa trium capit.

Hoc etiam anno Thebanæ ciuitatis in Bęotia epiſcopus, nomine Hadrianus, damnatus ab Archiepiſcopo primę Iuſtinianæ, & Coepiſcopis ſuæ Prouinciæ, Romam confugiens, & Apoſtolicam Sedem appellans, actis percognitis a Gregorio, ut innocens abſoluitur, & damnatores plectuntur. Archiepiſcopus quidem 30. dierum communione priuatur, ſententia extat plane legenda. [a]

a Ep. 6. li. 2. Ind. 11.

C Delatus eſt hoc eodem anno, Natalis Salonitanus in Dalmatia epiſcopus, quod cõuiuijs vacaret & epiſcopalia munera minime obiret, atque Archidiaconum Honoratum, ſibi aduerſantem, ne vaſa ſacra, & velamina parentibus daret, prætextu maioris honoris, degradaſſet, alio ſublecto. Ad hunc igitur ſcribens Gregor. [b] decernit, vt Honoratum in priſtinum locum reſtituat; ac ipſi obtemperet, vſu pallij priuat; & ſi retardet adhuc, excommunicatum denunciat; & de Epiſcopatu, an ipſum retinere debeat, alia ſententia, definiendum relinquit. Scribit eadem ad Epiſcopos Dalmatinos. [c]

b ep. 14. Indict. 10.

c ep. 15. 16. 17.

Quomodo vero ipſas eius de obiectis excuſatio nes Gregorius arguat Epiſtol. 38. ſatis docet, qui verò antea vſus fuerat ad correctionem Gregorius acrimonia vini, leniens vlcera oleo, omnino ſanauit. Siquidem ſe humilians, & emendari ab omnibus paratum ſe profitens, ſuperbum ſanauit. nam eum ad meliorem frugem fuiſſe con- D uerſum gratulatus poſtea eſt Gregor. [d]

d ep. 32. ad Io. Rauen. Epiſcopũ.

Cum igitur omnes qui ſe aliquid iniuſte pati ab Epiſcopo ſuo dolerent, ad Romanum Pontificem libellum ſupplicem afferre conſueuiſſent, inter alios accidit hoc itẽ anno, vt Iſidorus vir illuſtris ſe iniuſte excommunicatum a Ianuario Epiſcopo Calaritano in Sardinia apud Gregorium conqueſtus ſit. quem Epiſcopum eo reprehendit Gregorius quod pro uindicta proprię iniuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis inuexerit; monetque vehementer ut in poſterum id caueat, nam inquit ſi tale aliquid feceris, in te ſcias poſtea vindicandum. [e] Contra uero, iniurias patienter perferentibus Epiſcopis preſto eſſe non deſtitit. Cum enim Paulus, cui adminiſtratio demandata fuerat Eccleſiæ Neapolitanæ, non verba, ſed verbera, in E quadam ſeditione conflata, per familiam Clementiæ illuſtris fęminæ, ab hæreticis ſeu ſchiſmaticis, pro veritate, paſſus eſſet; ad vindicandum ſcelus Gregorius ipſe inſurgens, miſit, qui de perſecutoribus inquireret, ſcripſitque in eos ad ſæcularem quoque Iudicem pro uindicta. Extant de his ipſius Gregorij litterę ad Petrum Subdiaconum Campaniæ, & ad ipſum Paulum Epiſcopum, quem paulo poſt, ex hac uita migraſſe docent eiuſdem Gregorij litteræ menſe Decembri de Neapolit. Epiſcopo eligẽdo; eo quod, qui electus fuit Florentius Subdiaconus Apoſtolicæ Sedis, fugiens euaſiſſet, hactenus uacans illa erat eccleſia.

Cauẽda ir executione.

e epiſt. 34.

Ep. 1. & 2. li. 2. Ind. 11.

Lib. 2. epiſt. 15. Ind. 11.

Accidit quoque eodem anno, diuerſas hinc inde Romam deferri appellationes. pra-

Appellationes ad Sedē Apoſt. xis autem tunc in his ita ſe habebat, ut ſi quando Epiſcopus apud Romanum Pontificem accuſatus, Romamq; vocatus damnari minime meruiſſet, tunc ad ſui purgationem iurare compelleretur, ſupra corpus S. Petri Apoſtoli (ſecundum ea, quæ habet S. Auguſtinus ep. 137.) quod hoc anno factum eſt de Leone epiſcopo Catanenſi, anno ſuperiori Romam euocato. Ceterum qui deductas in iudicium accuſationes epiſcoporum, quam diligentiſſimo ſtudio Gregorius expendi uoluit, ne damnaretur innocens, vel abſolueretur reus; Idem totus erat in corrigendis & admonendis, quos uel leuiter a recto virtutis tramite declinare cognoſceret, quos decet omnino eſſe perfectos. Nam cum ex litteris Bonifacij epiſcopi Regienſis percepiſſet, eum de bonis operibus captare aliquam gloriolam, eum ad animi demiſſionem reſcripta epiſtola, reuocauit.[a] Accidebat autem vt cum ferme ex toto orbe Chriſtiano frequens acceſſus ad ſacra limina Apoſtolorum, & ijdem qui Romam venirent, inuiſerent pariter ſummum Pōtificem, benedictionem ab eodem accepturi, ipſe ſingulos de Epiſcopis ſuis, vel alijs, per quos tranſiſſent, interrogaret, ſicque omnium ferme Epiſcoporum mores noſceret. quod perſpicue apparet ex epiſt. 29. lib. 5. ad Secundinum, quem monet, vt Marinianum Rauennatenſem Epiſcopum hortetur ad pias largitiones, cuius tenacitatem, ex mendicis quibuſdam cognouerat *alienā*, inquit, *inopiam ſuam credat, quia ſi hanc non habet, uacuum Epiſcopi nomen tenet.*

a 4. lib. 2. Indict. 11.

Præter hęc etiam ſuper mores epiſcoporū voluit inuigilare Romanæ Eccleſ. Diaconos, in diuerſis prouincijs, ad Eccleſiaſtica curanda negotia degere ſolitos. Quod enim Diaconi ſunt oculi epiſcoporum, per hos Gregorius, quidquid in eccleſia ubique ageretur, ſolicite curabat inſpicere.[b]

b ep. 24. li. 4. Ind. 13.

Vacantium præterea eccleſiarum, quouſque deligerentur epiſcopi ex more, impenſam curam egit, ut ex pluribus epiſtolis conſtat; ſed & quod hodie fit, ut ſummus Pōtifex in alia Diœceſi conferat ſacerdotia, etiam curam animarum habentia annexam, tunc pariter conſuetum fuit, ut docet eius epiſtola hoc anno data ad Importunum epiſcopum.[c] Quod verò ad Monachos pertinet, ob eorum uitæ eminentiam atque ſanctitudinis exactam profeſſionem, aliquid amplius ab eis Gregorius exigendum putauit, quam quod communioribus condonari poſſit hominibus, quod apparet ex epiſtola ad Euſebium Abbatem, conqueſtum ſe aliquid ab epiſcopo paſſum.[d] *Et quidem*, inquit, *ab illo hoc quod factum eſt, minime fieri debuit à te tamen omnino debuit humiliter ſuſcipi*; & mox, *Non enim grande eſt ijs nos eſſe humiles, a quibus honoramur, quia et hoc ſæculares quilibet faciunt, ſed illis humiles maxime eſſe debemus, a quibus aliquid patimur, &c.*

c 10. lib. 2. Indict. 10. Circa Monachos maxime inuigilabat Greg. d 24. lib. 2. Ind. 10.

Qui priuatum quemlibet Monachum curauit, certe magis ſtuduit ut Monachorum pręfecti quam ſanctiſſime uiuerent.[e]

e ep. 3. li. 2. Ind. 10.

Quod uero ad Laicos pertinet, idem Gregorius nō ſolum peccantes arguebat, ſed retardantes bonum aliquid agere vrgebat: etenim Ruſticianam Patriciam ex nobilibus Romanis ciuibus, qui CP.lim migrauerant, remorantem nimis profectionem votam Ieroſolymitanam, epiſtola excitat.[f] Ceterum ſicut ad bene agendum laicis ſe exhibuit impulſorem, ita refractarijs refragatus eſt, & eorum impetum frangi iubet, cū aduerſus miſerabiles perſonas inſurgunt. epiſt. 5.

Curabat & Laicos Gregor. f 21. lib. 2. Ind. 10.

Hoc eodem anno, inter tot Gregorius erumnas, felix illud ac fauſtum accidit, ut reperta tunica S. Ioannis Euangeliſtæ, Romam deferretur,[g] quam collocatam ſub altare S. Ioan. in Baſilica Conſtantiniana, & miraculis coruſcare teſtatur Ioan. Diaconus in uita S. Greg.

g epiſt. 3. ad Ioan. Abb.

Hoc anno compleuit 40. illas Homilias in Euangelia, partim a ſe dictas coram populo, partim, eo nō ualente, a notarijs recitatas, colligitur ex 38. habita in Baſilica S. Clementis. in 39. porrò homilia miraculum narrat de Martyrio quodam Monacho in Lycaonia, qui Dominum noſtrum ſpecie Leproſi in via decumbentem, in humeros ſublatum ad Monaſterium detulit, nullo eum pondere fatigantem. at is depoſitus ſpecie qua Dominus agnoſceretur, cœlum conſcendit. Aliud quoque miraculum in 40. homilia refert de Romula Virgine ſanctimoniale, quæ paralyſi per aliquod tempus magna cum patientia, exercita, cui aſtiterint cœleſtium chori, audientibus Re-

dempta

A dempta magiſtræ, & condiſcipula, & mox illa ſancta anima corpore ſit ſoluta. Quod contigiſſe ait anno, quo petijt Monaſterium, & multum in ſancto propoſito confirmatus fuit. perſeuerat anniuerſaria memoria in Martyrologio 23. Iul. Herundinis, quæ in Præneſtinis montibus vitā hęremiticam duxerat, magna pollens ſanctitate, & Redemptę ab ea in ſancto propoſito educatæ & Romulæ denique huius diſcipulæ, quarum corpora ad S. Mariæ ad Præſepe in confeſſione collocata coluntur; de illis meminit etiam in 4. Dialog. [a] a li. 4. c. 15.

Hoc eodem anno celebratum eſt in Hiſpania CONCILIVM CAESARAVGVSTANVM SECVNDVM. Era 630. ſeptimoque anno, vt ibi ponitur, Reccaredi Regis. Vbi, inter alia illud notatu dignum ſancitum reperitur, vt reliquiæ quæ inuentæ eſſent in Eccleſijs Arianorum, eædem præſentatæ Epiſcopis, igne probarentur. Reliquiæ igne ꝓbatę.

B Hactenus de rebus Occidētalibus. Iam uero Orientales oras perluſtremus. Hoc ipſo anno (quantum ex Euagrio, & alijs colligi fas eſt.) Perſarum Rex Hormiſda Romano Imperio infeſtiſſimus, propter iniuſtitiam & feritatem a ſuis occiditur, Coſrhoe filio ſuffecto, qui deficientibus a ſe primatibus Regni, fugam capeſcit in Romanorum ditionem, & á Mauritio Imperatore paterne, amanter, & regie excipitur, & accepto Romano exercitu cum Duce Narſete incruenta aduerſus Perſas potitur victoria, additque Theophanes de Turcis in Perſarum exercitu militantibus captis, & CP.lim ductis, inuentiſque ſtigmate in fronte ſignatis, auditum eſſe, cum peſte ipſorum prouincia laboraret, illud ſe a Chriſtianis fuiſſe edoctos, remedium pro ſalute conſequenda. Lib. 6. c. 15.

Mauritius poſt tot victorias aduerſus Perſas, ſub Hormiſda Rege, ex inſperato ob-

C tentas, ad ſupplendum Romanum exercitum, tot prælijs exhauſtum, dum omne quod valet remedium excogitat, eo vſque prolabitur, vt, lege lata, prohibeat, ne quis miles, nondum expleta militia, Monachus effici poſſit. quam legem idem Imperator, per Lōginum ſtratorem, qui ſucceſſit Romano in Exarchatu, ad Greg. miſit, vt eſt in Ep. ad Imperatorem. Ep. 65. lib. 2. Ind. 11. quod vero Gregorius hoc tempore mala oppreſſus valetudine (vt ipſe teſtatur eadem Epiſtola) detineretur, aduerſus eiuſmodi legem inſurgere diſtulit.

Chriſti Ann. 593. *Gregorij Pap.* 4. *Mauritij Imp.* 8. *Ind.* 11.

D

REStitutus in Regnum Coſrhoes Rex Perſarum, multa pietatis ſigna publicis egregie factis edidit, quæ quam exactiſſime deſcribit Euagrius [b] nimirum cū audiſſet S. Sergium Martyrem a ſe poſtulata ſolere largiri, Votum feciſſe ſi victoriæ compos eſſet Crucem auream lapillis diſtinctam ad eius templum ſe miſſurū, quod & perfecit, re tota in ea Græcis litteris deſcripta; Remiſit præterea alteram crucem quam a Iuſtiniano Imperatore, ad idem olim templum miſſam, & a Coſrhoe ſeniore Perſarum Rege ablatam, in ſuis Theſauris inuenerat. Haud ita multo poſt alia dona ad ſanctum illud templum miſit Coſrhoes ex voto item, ob impetratum filium ex vxore Chriſtiana Sira nomine. Diſcum aureum, Crucem, Calicem, & Thuribulum, item aurea, cum nobili inſcriptione in diſco inciſa. Hæc legant ſectarij & erubeſcant b lib. 6. c. 8. Votū Ethnici Regis Sācto Martyri.

E pietate vinci a Gentili, agnoſcente & profitente diuina, per ſanctos, beneficia, re vera gentilis, ſua tamen conſcientia Chriſtianus, veritus eſt publice profiteri quid ſentiret, ne rebellem experiretur populum, quem omnibus demulcere officijs, hoc regni ſui exordio ſatagebat. Sane quidem increbuit hoc tempore per orbem fama, ipſum Perſarum Regem Chriſtianam religionem ſuſcepiſſe, vt eſt in Chronico Biclarenſis ad hunc octauum annum Mauritij: quod quidem liquet eſſe mendacium, ſicut, quæ de conuerſione Reginæ, Regiſque Perſarum habet Paulus Diaconus. [c] Domitianus ſiquidem Metropolitanus Armeniæ Epiſcopus Melitinæ, miſſus a Mauritio ad Coſrhoen, vt eum ad fidem adducere tentaret, cum non aſſecutus eſſet, quod optabat, mętens epiſtolam ſcripſit ad S. Gregorium Romanum Pontificem, ad quem idem hoc c li. 4. c. 17. Vet. edict. & Nou. 52.

a 63. lib. 2. Ind. 11. ipſo anno reſcripſit & ad finem Epiſtolæ a iſta habet: Imperatorem vero Perſarum, & ſi non fuiſſe conuerſum doleo, vos tamen eidem fidem Chriſtianam prædicaſſe exulto certius vero (quod narrat Euag.) b Naamanem Principem Sarracenorum hoc eodem tempore initiatum eſſe Chriſtiana religione, & ſuos omnes ad Chriſti fidem traduxiſſe.

Sarraceni Princip. cõuerſio. b li. 6. c. 21.

Accepta lege ab Imperatore qua milites, & publicis rationibus obnoxios, Monachos fieri vetabat, de eius iniquitate Greg. per litteras, ac priuatus, quam demiſſiſſime eum monet & rogat, ad eam tollendam, vel corrigendam, quas quidem non per apocriſarium ſuum, ſed per Theodorum medicum illi intimum, obſeruata opportunitate, reddi voluit. Dum autem Gregorius perſuadere Imperatori ſumma demiſſione quod intendit, conatur, verbis quibuſdam vtitur, quibus Eccleſiaſticam poteſtatem ſeculari ſubijcere videtur, vt cum ex perſona Chriſti, dicit Sacerdotes meos tuę manui commiſi & in Ep. ad Theodorum Medicum, Ei omnia tribuit, & dominari eũ non ſolum militibus, ſed etiam Sacerdotibus conceſſit: quæ verba quomodo intelligenda ſint diligenter examinandum eſt. Reuocanda hic ſunt in memoriam quæ idẽ Gregorius ſcribit in pſalmum quartum *concitauit*, inquit, (Diabolus ſcilicet) *aduerſus Eccleſiam Dei, non ſolum innumerabilem populi multitudinem, verum etiam regiam (ſi fas eſt dicere) poteſtatem nulla enim ratio ſinit vt inter Reges habeatur, qui deſtruit potius quam regat imperium*, & paulo poſt, *Eccleſiam quippe, quam ſui ſanguinis pretio redemptã Saluator noſter voluit eſſe liberam, hanc iſte poteſtatis regiæ iura tranſcendens, facere conatur ancillam*. Quibus in primis apparet S. Gregorium definire non ſolum non eſſe ſubditam Regibus, aliquo modo, Eccleſiam, verum etiam firmiter aſſeuerare (cum de his agit) non habendum eſſe Mauritium inter Imperatores dum aduerſus Dei Sacerdotes regiam poteſtatem exercet. Rurſum eiuſdem Gregorij ſententia reddi firmum intelligitur, Chriſti Eccleſiam ab ipſo liberam factam eſſe, quam Imperator iniquiſſime redigere ſtuduerit in ſeruitutem adeo vt quod dicit in duabus recitatis epiſtolis, a Deo ſubiectos fuiſſe Sacerdotes Imperatori, ne ipſe ſibi contrarius Gregorius fuiſſe dicatur, neceſſe ſit, vt aliud diuinæ tribuere voluerit voluntati, permiſſioni vero aliud, cum videlicet permiſerit Deus (vt ipſe deplorat) non poſſe exequi munus ſuum ſummum vniuerſæ Eccleſiæ Sacerdotem, niſi etiam perſoluta pecunia, electioni factæ ipſe conſenſiſſet Imperator. Sic igitur ſubieciſſe tradit Sacerdotes Mauritio Imperatori, vt olim eoſdem ſubiecerat Neroni atque Diocletiano, quos, in eos etiam gladio agere permiſit, cum ijſdem quidem certe conſtat Gregorium adnumeraſſe Mauritium, vbi ait. Quid Nero? quid Diocletianus? quid denique iſte qui hoc tempore Eccleſiam perſequitur numquid non omnes portæ Inferi? habemus ergo ex Gregorio ipſum ſenſum verborum ipſius, qua interpretatione nulla verior nec germanior eſſe poteſt, vt ſic dixiſſe voluerit, ſubiectos a Deo Sacerdotes Imperatori quomodo Chriſtus redemptor noſter fatetur ſe diuina permiſſione ſubditum poteſtati Pilati; &, ſicut itidem dixit ijs, qui ipſum neci tradere ſatagebãt; *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum*. Quamobrem ſi res iure agatur, non violentia, non ſubiectos eſſe Sacerdotes Imperatoribus, ſed Imperatores Sacerdotibus, eiuſdem Gregorij, ſicut & aliorum ſanctorum Doctorum omnium conſtans eſt, firmaque ſententia.

Moderatio Greg. in admonendo Imp.

Eccleſia nõ ſubeſt Imp. ſed præeſt.

Eccleſia p mittit ſubdi ab Imp.

Io. 19. L. 23.

Quid eſt autem, quod legem contrariam Eccleſiaſticæ libertati Gregorius, iuxta iuſſionem Imperatoris tranſmiſit in diuerſas prouincias, vt ipſe affirmat epiſt. ſupra citata ad Imperatorem a miſit eam ille quidem ad Metropolitanos Orientis, & Occidentis, ſed correctam & caſtigatam; vt extat Epiſtola ad eos data, quæ eſt lib. 7. vndecima Ind. 1. non ſuo loco poſita, in qua in duobus emendatum videre licet Imperatoris edictum, nempe in eo primum quod prohiberet actionibus publicis implicatos, nullo pacto recipiendos in Monaſterium: hos enim recipiendos eſſe Gregorius ſtatuit, cum ijſdem obligationis nexibus fuerint ſoluti. Deinde quod Imperator ſtatuiſſet milites non niſi abſoluto tempore militandi poſſe ingredi Monaſterium; vult Gregorius ſi probati inuenti ſint, eoſdem recipi, & retineri.

Legẽ Imp. corrigit Gregorius.

Hoc anno tunicam Domini Noſtri Ieſu Chriſti inuentam, & Ieroſolymam a Gregorio

Tunica Do

A B C D E

A gorio Antiocheno, Thoma Ieroſolymit. & Io. CP.no translatam, publice venerationi expoſitam, habet Sigebertus, nec, eo antiquiorem, hac de re vllum habeo auctorẽ. De Tunica quidem inconſutili diuerſa ab his, habet Gregorius Turon. In Galatiæ ciuitate, æde quæ dicitur ad Archangelos, aſſeruari crypta abditiſſima. (mini inuenta. Lib. 1. Mir. c. 8.)

Miſit hoc anno Gregorius Papa CP.lim Sabinianum Diaconum, Apocriſarium, eum, qui poſt illi in Pontificatum ſucceſſit. Huic proficiſcenti dedit litteras ad Ioannem CP.num Epiſcopum, quem pro ſua Apoſtolica auctoritate redarguit, quod reprehenſionem, non eo, quo ſcripta fuerat animo, ſuſcepiſſet. Increpauerat eum litteris iterum, quod Monachum quendam & presbyterum fuſtibus puniri iuſſiſſet, quod per Canones non licebat, cum tamen uirgis ſubijcere liceret, vt ex pluribus eiuſdem Gregorij Epiſtolis patet. Epiſtolæ quidem illæ priores Greg. ad Ioannem & Ioan. ad B Gregorium non extant; ſed extat illa, quam perferendam Sabiniano dedit num. 52. Ind. 11. in qua plura quidem ille aduerſus Ioannem Epiſcopum ſed plura etiam in mandatis eidem Sabiniano dediſſe ſe ait, quæ ipſe ſubtilius exponet. Hoc eodem anno Gregorius Tarentinum Epiſcopum, Andream nomine, duobus menſibus, à celebratione Miſſarum voluit abſtinere, eo quod mulierem quandam fuſtibus ſubiecisſet; priuat vero ſacerdotio, ſi, (vt ferebatur) concubinæ eſſet conſortio maculatus, epiſt. eſt nu. 44. (Fuſtib. cædi Clericũ nõ licet, uirgis licet. Greg. Suſpend. a celebr. Miſſ. Epiſcopum qui mulierem fuſtib. ſubieciſſet. Priuat Sacerdotio Epiſcopum concubinarium.)

Qui igitur Apoſtolica auctoritate, coercuit CP.num Patriarcham, eadem quoque res Africanæ Eccleſiæ curans, generale Concilium ab Epiſcopis Numidiæ prouinciȩ habitum, nullum penitus reddidit, atque caſſum, eo quòd aliqua contra Eccleſiaſticos Canones accepiſſet fuiſſe ſtatuta. Epiſtolæ huc pertinentes ſunt 7. 47. 48. lib. 2. C Ind. 11. (Irritat Cõciliũ Afric. qđ ſtatuiſſet aliquid, c. can.)

Quod inſuper Gregorius Romanus Pontifex non mediocriter hoc anno afflixit, illud fuit, quod laborauit factio Schiſmaticorum Theodolindam Longobardorum Reginam religioſiſſimam feminam in Schiſma ſeducere, eo nimirum colore Reginã, ex more, decipientes, quod per Romanum Pontificem ac per V. Synodum dicerent aliquid fuiſſe detractum Sacro Chalcedonen. Concilio; cui periculo prouide occurrit continuo mittens ad eam Ioannem Abbatem, & Hippolytum Notarium, qui eam quæ ſana, ſancta, pia, & vera eſſent docere curarent. Extat Epiſtola ad eam a Greg. hoc ipſo anno, hac de re data, [a] qua hortatur vt Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo pie & recte ſentienti inhȩreat, a quo ſe tres quidam Epiſcopi ſeiunxerant; qui Reginam quoque abducere tentabant. Hic Conſtantius ex Diacono Mediolanenſis Ec- (a 4. li. 3. Indict. 12.)
D cleſiæ, eiuſdem Epiſcopus electus fuerat poſt Laurentium Iuniorem, vt ex Gregorij Epiſtola conſtat [b] ad Clerum Mediolan. de eius ordinatione, cum, pro conſecratione, Romani Pontificis, de more expectaretur arbitrium, in qua, verba illa ſunt maxime notanda. *Cum*, inquit, *in vrbe regia, reſponſa Sedis Apoſtolicæ facerem, longo mihi tempore adhæſit* (Conſtantius hic) *ſed nihil vnquam in illo quod reprehendi paſſim potuiſſet inueni. Veruntamen quia antiquæ meæ deliberationis intentio eſt ad ſuſcipienda paſtoralis curæ onera, pro nullius vnquam miſceri perſona, orationibus proſequor electionem ueſtram, hortans eos, ut quem optimum cernerent, eum eligerent, monens etiam bene componere mores ſuos ut dignum ea ſede mereri poſſent obtinere paſtorem*, ſimulque oſtendit, quam infelix eſſet eius Eccleſiæ conditio, ob vaſtitates illatam a Francis. Poſt autem audiuit Conſtantium electum, quem optabat, ſolicitus de eius conſecratione, quæ abſque conſenſu ſedis Apoſtolicæ fieri non valebat, voluit & ab- (b 29. lib. 2. Ind. 10. Grego. propoſitum in ijs qui ſuſcipiunt curã animarum.)
E ſentium Mediolanenſium, qui Genuam, ob Barbaricum metum confugerant perſcrutari volentes, epiſtola 30. lib. 2. ind. 11. ſcripſit & ad tres illos Epiſcopos Schiſmaticos reuocans eos ad vnitatem, quæ litteræ non extant, ſed extat 3. lib. 3. Ind. 12. ad Conſtantium cum conteſtatione de fide ſua, apta ad eos ſanandos. Qui igitur præuia admonitione redierunt ad Eccleſiam ab ipſo Gregorio benigne ſuſcepti ſunt, de quorum vno Felice Diacono ſeducto, ſed reuerſo ep. extat ad Maximianum Syracuſanũ, qua cum illi commedat. [c] Meditans Gregorius hoc anno 4. ſui Pontificatus quem ingrediebatur menſe Septembri, cum Indictione 12. in Dialogo deſcribere inſtantibus fratribus, quos apud ſe habebat, collectas a ſe diligenter res præclare geſtas Sanctiſ- (c 14. lib. 3. Ind. 12. Scribit Dialog. libr.)

ſimorum virorum Italiæ, eorumque potiſſimum, qui ſua ætate uixerant; quos vel ipſe probe ſciret, vel a viris fide digniſſimis accepiſſet, amicam ad modicum tempus repetijt ſolitudinem, qua porrò diligentia huiuſmodi præclara ſanctorum facta exquirere ſoleret, Epiſtola hoc anno data ad Maximianum Syracuſanam Epiſcopum nu. 50. lib. 2. Ind. 11. exemplo eſſe poteſt. *Quos Dialogorum libros,* (inquit Ioannes Diaconus) [a] *Zacharias Sancta Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus Greco Latinoque ſermone doctiſſimus, temporibus Conſtantini Imperatoris, poſt annos fermè* 175. (imo potius 148.) *in Græcam linguam conuerſos, Orientalibus Eccleſijs diuulgauit; quamuis aſtuta Græcorum peruerſitas in Commemoratione Spiritus Sancti* (in fine ſecundi libri) *a patre procedentis, nomen filij radens, ſuaptim abſtulerit. Germani autem Latini Codices eo loco ita habent. Cum enim conſtet quia paraclitus a patre ſemper procedat, & filio, cur ſe filius receſſurum dicit ut ille ueniat,* &c.) confutatur autem peruerſa Græcorum impoſtura, non tantum ex Patribus Latinis, qui hoc tempore eius fuere ſententiæ aſſertores, ſed & a Greco Anaſtaſio Sinaita Epiſcopo Antiocheno, qui hoc tẽpore clarus erat in Oriente, ad quem extant plures Gregorij Epiſtolæ, hic porro lib. 1. de rectis fidei Catholicæ dogmatibus plane & diſerte aſſerit Spiritum Sanctum mitti a Patre & a filio, vt & citauit illum homo Græcus & doctus Andreas Coloſſenſis Epiſcopus Act. 1. Concilij Ferrarienſis.

a lib. 4. Vit. S. Gre. c. 75
Greci corruperunt Dial. B. Gregor. in proceſſ. Spirit. Sancti.
Spiritus S. a Patre & filio mittit.

At ſeceſſio illa breuis haud omnino feriata Pontificalibus negotijs fuit, vt datæ hoc anno ab eo epiſtolæ indicant. Nam, & altercandum illi cum Ioanne Archiepiſcopo Rauennate fuit, quod præter eccleſiaſticam conſuetudinem, nec tempore, nec loco decenti, pallio vteretur. Qui & obiurgatus, cum perindignè id tuliſſet, hęc ad eum initio ferme epiſtolæ Gregorius habet. [b]

b ep. 54. lib. 2. ind. 11.

Contra morem quippe eccleſiaſticum eſt, ſi non patientiſſimè toleratur (quod a nobis abſit) etiam iniuſta correptio, &c. Ex quibus quidem verbis ſatis percipitur, quanta ab vniuerſis epiſcopis, reuerentia, & obſeruantia ſummo Pontifici diferretur, cum liceat iniuſtè correpti, non reſilire, ſed patienter ferre ſolerent. Extat ad hanc Gregorij correptionem reſponſio ipſius Ioannis epiſcopi Rauennatis, qua demiſſo admodum animo ſe excuſat, & priuilegia omnia ſuæ eccleſiæ agnoſcit a ſummis Rom. Pont. fuiſſe collata, non ab Imperatoribus, vt quidam aſſeruerunt, epiſtola 56. lib. 10. non ſuo loco in Vet. edit. poſita. Corripuit, & Epiſcopum Sipontinum de ſtupro eius nepotis, in ipſum Epiſcopum redundare ſcelus affirmans, quod ab eius nepote admiſſum eſſet. Inſuper quod, & hunc dilapidare bona eccleſię audiſſet, Notarios miſit, qui inuentarium conficerent. Redarguit tandem, quod Clericum ſuæ eccleſiæ ab hoſtibus captum non redemerit. [c]

Corripit epiſcopos Greg.
c ep. 40. 41. 42. lib. 2. Ind. 11.
Intentat ex comm. in inobedientes epiſcopos.

Fuerunt etiam a Gregorio corripiendi omnes Dalmatiæ epiſcopi, quod vacante hoc anno Sede Salonitana, Maximum quendam, prauum hominem delegerant. quod audiens Gregorius Apoſtolica fultus auctoritate Maximum reiecit, & ne inconſulta Apoſtolica Sede aliũ quemuis eligerẽt iuſſit *quod ſi,* inquit, *contra hæc quidpiam, vel ſponte veſtra, vel a quolibet coacti præſumpſeritis, vel tentaueritis agere; decernimus vos a Domini corporis, & ſanguinis participatione priuatos,* &c. [d] Sed quam curam adhibuerit Monaſterijs Monachorumque diſciplinæ videamus. Dyſcolos Monachos coercuit: Abbatem, poſt lapſum creatum, depoſuit. baptiſteria ab eccleſijs Monachorum auferri voluit, ne quauis conuerſatione ſæculari detinerentur. Curari Monialium, [e] negotia per Miniſtros epiſcopi voluit, ne illæ egredi Monaſterij ſepta cogerentur. Lapſas Virgines arctiori pœnitentiæ ſubijciendas ſtatuit.

d ep. 15. lib. 3. Ind. 12.
e li. 3. ep. 11 Ind. 11.
Monialium negotia per epiſcopi miniſtros curari mandat.

Nullum Clericum præficiendum Monaſterio mandauit, [f] itemque, ne Abbatiſſæ, niſi ſexagenariæ eligerentur.

Qui igitur corripuit, vt vidimus inquietos, non deſtitit puſillanimes, & in varijs afflictionibus poſitos ſubleuare, & conſolari. [g]

Bona præterea eccleſię ſic conſeruari voluit, vt tamen pauperum rationem haberi præcipuã iuſſerit, vt apparet ex eius alia, [h] minime tamen in his tenax, aliqua iuſta de cauſa interdum ſibi in illis diſſimulandum putauit, vt ep. lib. 2. ep. 58. Ind. 11. ad Italicam Patriciam, in qua illud obſeruandum quod ſcribit, *ſed illud,* inquit, *ſiue uos uo-*

f li. 3. ep. 11
g li. 2. ep. 17 21. 24. 28. 32. 36. Ind. 11. & 3. ep. 8. Ind. 12. & pluribus alijs.
h li. 2. ep. 21 Ind. 11.

lumus,

A lumus, taciturnitatem atque patientiam noſtrã futuris poſt me Pontificibus, in rebus pauperum præiudicium non facturam, &c.

Tenax fuit Gregorius, vt pauperibus debita ab epiſcopis redderentur, nempe quarta pars eccleſiaſticorum prouentuum.[a] a li.3.ep.11. Ind.12.

Qui laborantes pro bonis eccleſiaſticis digna mercede munerari voluit, ſi ea curantes mercennarij minimè eſſent, eos gratis donis ſacris dignari conſueuit, nam hoc anno Dinamium patricium V. C. curantem patrimonium ſancti Petri in Gallijs, huius generis munere honeſtauit, ſic ad eum inter alia ſcribens.[b] *Tranſmiſimus autem Beati Petri Apoſtoli benedictionem, crucem paruulam, cui de catenis eius beneficia ſunt inſerta, quæ illum quidem ad tempus ligauerunt, ſed veſtra colla in perpetuum a peccatis ſoluant. per quatuor vero in circuitu partes de B. Laurentij Craticula, in qua peruſtus eſt, beneficia continentur: vt hoc, vbi corpus illius pro ueritate crematum eſt, ueſtram mentem ad amorem Dei accendat* ſub hac item 11. Indict. ſcripta apparet epiſtola ad Petrum Subdiaconum, curantem Siciliæ Patrimonium, alieno loco poſita, ſub Indictione 7. Multiplicia habet illa negotia quam diligentiſſimè examinata, vt admiratione ſit dignum, tam diligenter priuata negotia ab eo eſſe curata, qui publicis planè obrueretur; & terrena adeo ſolerter intuitum, qui contemplando cœleſtia, cœleſtis propemodum appareret; habet præterea lepida quędam, ex quibus etiã aliquid haurias vtilitatis. Præterea inquit vnum nobis caballum miſerum, & quinque bonos aſinos tranſmiſiſti. Caballum illum ſedere non poſſum, quia miſer eſt, illos autem bonos ſedere non poſſum, quia aſini ſunt: ſed petimus, vt ſi nos continere diſponitis, aliquid nobis condignum deferatis. Obſeruent hæc, qui Pontificium decus totum in regio apparatu collocant.

b ep.33.lib. 7. Ind.11.

B

C Ad poſtremum autem, vt rebus geſtis S. Gregorij anni huius finem imponamus, ſtatum ſuum eſſe miſerrimũ aſſeruit ep.[c] ad Narſetem Patricium CP.num ſibi familiariſſime cognitum, in qua & illud eſt *Dominæ Dominicæ minime reſpondi, quia, cum ſit Latina, Græce mihi ſcripſit.* quo ſignificat, & ſe Græce imperitum (quod planius ep.25.lib.6.Ind.15.) nec facile reperiri qui vtriuſque linguę peritus ſit; tantam ſterilitatem intulerant bonarum litterarum aſſidua bella. ipſe quidem idem Gregorius ep.27.lib.6. ad Narſetem ſcribit. Non eſſe CP.li qui de Latino in Gręcum bene tranſferant. c 83. lib. 2. Ind.11.

Hoc eodem anno, qui & numeratur Regis Francorum Childiberti 14. conuentus Epiſcoporum Pictauis in Gallia celebratus eſt; duarum regiarum Monialium, vniuerſam illam Prouinciam commouentium, cauſa; cum & aliam antea eadem occaſione, D oportuerit Synodum celebrari. rem totam pluribus Greg. Turon. exequitur.[d] Syn. Picta. d lib. 9. & 10. hiſt. Fr.

Duæ namque Francorum Regum filiæ, Chrodieldis filia Chariberti Regis, & Baſina filia Chilperici, ſub S. Radegunde profeſſę virginitatem, & Monaſtica inſtituta, ſub Regulis S. Cæſarij epiſcopi Arelatenſis; poſt obitum eiuſdem ſanctæ Reginæ nõ patientes ab Abbatiſſa Leubouera regi, cum ipſæ primatum ambirent; facta ſeditione extra clauſtra erumpentes, foras egreſſæ, ſecum traxerunt quadraginta, & amplius virgines eo prætextu, vt Reges Francorum adirent, & quod male tractarentur ab Abbatiſſa, expoſtularent. Sed cum nihil profeciſſent, regreſſæ Pictauos, cum armato ſatellitio nefariorum, & perditorum hominum, inſeſſa Baſilica S. Hilarij, inde armatos nefandiſſimos homines ad inuadendum Monaſterium, atque Abbatiſſam vinculis alligandam miſerunt, quod & factum eſt. Plures epiſcopi conuenientes, cum E eas reducere ad Monaſterium fruſtra tentaſſent, excommunicationem indixerunt, ſed ipſi cum clericis, ab earum factione cæſi, mactati & fugati ſunt. Excommunicationem alius conuentus Epiſcoporum apud Guntheramnum Regem ratam habuit, rurſum armati Monaſterium inuadunt, diripiunt cędes faciunt Monacharum, & Abbatiſſam nudatam abſtrahunt. Quibus auditis Childebertus legationem miſit ad Guntheramnum Regem, vt ſcilicet epiſcopi ex vtroque Regno coniuncti hæc, quæ gerebantur, ſanctione canonica emendarent. Maconi Comiti negotium datum, vt ſeditionẽ comprimeret, quod non niſi per multas factioſorum cædes fieri potuit. Conſtituto demum iudicio Abbatiſſa de leuibus rebus confeſſa, grauioribus non probatis, abſolui-

tur, & Monaſterio reſtituitur. Crodieldis, & conſortium facinoribus, & flagitijs probatis, omnes communione priuatæ, vſque quo condignam agerent pœnitentiam. extat Synodalis ad Reges, apud Greg.[a]

a li. 10. c. 16

Poſt vero rurſum ad Childebertum Regem detulerunt, quos cum Abbatiſſa commixtos aſſererent, qui innocentes reperti; dimiſſi ſunt.

Eodemque quoque anno petentibus Francorum Regibus, datum legitur a S. Greg. Papa priuilegium Monaſterio S. Medardi Sueſſionenſi in Gallia, cuius ſubſcriptio falſa poſt videtur eſſe addita. Caput, inquit, Monaſteriorum totius Galliæ conſtituimus, nulliuſque ditioni patimur ſubeſſe, &c. & poſt, violantem decretum, cuiuſcunque dignitatis, vel ſublimitatis ſit, honore ſuo priuat.[b]

b poſt ep. 38 nouæ edit. li. 2. Ind. 11

Pontificis igitur Romani eſt ſancire leges, quibus ſi ipſi Reges non pareant, regno priuentur. B

Hoc eodem etiã anno Childeberti 14. Ingoberga Regina Chariberti quondam relicta, prudens, pia, & eleemoſinis dedita femina, iam ſeptuagenaria migrat è vita. Gregor. Turon.[c] Sanctulus quoque Presbyter Nurſinus ſanctitate celebris, de quo idem Greg. in dialogis.

c 9. hiſt. Fr. c. 26. lib. 3. c. 37.

Pacatis rebus Perſicis, reſtituto per Mauricium in Regnum Coſrhoe, Abares Chagano Duce, poſt multas Imperatoris largitiones ad eos continendos, Thracias percurrunt, omnia paſſim diripientes, quos Imperator ſtratagemate, in patrias Sedes reuocat, fingens ſe claſſe inſtructa in eos expeditionem parare, poſt quorum diſceſſum ad ripam Iſtri præſidia collocat, ne rurſus barbari in Thracias excurrant. Priſcus Europei Dux exercitus CP.im reuerſus, accuſatus, & Præfectura ſpoliatus eſt. ea Petro Imperatoris fratri collata, verum cum nec is quid præclarum ex ſententia Imperatoris gereret, rurſum Priſco redditur, de quo illi S. Greg. gratulatur hoc anno,[d] ex quo corrigitur Theophanis error id referentis in annum Mauritij 13. C

d ep. 51. lib. 2. Ind. 11.

Meditãtem rurſum Chaganum in ditione Rom. irrumpere, Theodoro Medico Legato miſſo, viro prudẽte, & callido, muneribus, & oratione placauit. Ex Nicephoro,[e] occaſione huius Abarum excurſionis, idem Niceph. narrat, Imperatorem Heracleam progreſſum inſignem Baſilicam S. Glyceriæ Martyri dicatam viſitaſſe; cuius refert martyris inſigne miraculum, quod cum Epiſcopus argenteam peluim emptam de argentarijs; ſed ab eo, qui vendiderat, Mago, impuris Dæmonum ſacrificijs execrabilẽ factam ſubieciſſet, ad excipiendum vnguentum ex corpore Martyris manans, id ſe continuiſſe; & poſt priore æneo, ex reuelatione repoſito, rurſum fluxiſſe. Eadem quoque gratia (inquit Nicephorus[f]) pollebat ſanctiſſima Martyr Euphemia, atque hoc amplius, quod cum liquore etiam admixtũ ſanguinem è ſacro corpore emittebat, die tamen tantum eius Natalis anniuerſaria; de quo cum dubitaſſet Mauritius, re plane explorata, verum eſſe expertus eſt. Eodem anno die Paſchatis Theodoſius Mauritij filius Imperator collega patris coronatur a Ioanne Patricio CP.no ſic Theophones, ſed Biclarenſis ponit id ante biennium. D

e 18. c. 29.

f 18. c. 29.

Hoc præterea tempore claruiſſe in Perſide inſignem feminam Chriſtianam eamdemque Martyrij corona auctam, Euagrius teſtis eſt[g] cuius vitam deſcripſerit Stephanus Epiſcopus Hierapolis.

g lib. 6. c. 19

Chriſti Ann.	*Gregorij Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indictione*
594.	5.	9.	12.

E

DEinceps Gregorio agendum fuit contra Schiſmaticos, qui a Conſtantio Epiſcopo Mediolanenſi recens creato, ſi recipi vellet, exigebant ut damnaret damnantes illa tria capitula in quinta Synodo reprobata, quaſi in eo, (quod ſæpe dictũ eſt,) derogatum eſſet Chalcedon. Concilio, cuius ſe tenaces defenſores eſſe profitebantur ij erant præcipuè Epiſcopus & populus Brixiæ, de qua re ſcribenti ſibi Conſtantio Epiſcopo, reſpondit S. Greg.[h] cogi non debere ad hoc, quod a deceſſore ſuo factum nullo modo eſt; ſed ad cauendum ſcandalum *tranſmittite*, inquit, *Epiſtolam in qua ſub*

h ep. 37. lib. 3. ind. 12.

Ana-

A *Anathematis interpoſitione fateamini, neq; vos aliquid de fide Chalcedonenſis Synodi imminuere, neque eos, qui imminuunt recipere, & quoſcumque damnauit, damnare, & quoſcunque abſoluit, abſoluere. vnde credo eis poſſe celerrimè ſatisfieri.* qua pariter profeſſione & ipſe Gregorius ab ijſdem Schiſmaticis impetitus (vt vidimus) ſatiſfecit, epiſtola.[a]

Quod vero Ioannem Rauennatem epiſcopum acerrimum quintę Synodi defenſorem idem Conſtantius nominare ſoleret in Miſſis, inde etiam ijſdem Schiſmaticis ſcandali occaſio data eſt, non recipiendi ſuum ipſorum Epiſcopum Conſtantiũ, niſi ab eius nominatione deſiſteret de qua reſcribit Greg.[b] ſi id ex antiqua conſuetudine fiat, non eſſe abſtinendum, nec iure a ſtultis hominibus reprehendendum; ſi ex noua, fieri non debere, vnde quibuſdam ſcandalum mouere poſſit, ſolicite tamen exquirendum an Ioannes eum ad altare nominet, quod ſi non faciat, non eſſe cauſam cur ipſe nominetur, niſi tamen abſtinendo ſcandalum oboriretur, quaſi defenſorem quintę Synodi reieciſſet, porrò ad hos curandos, eo vſque progreditur Gregorius, ut ad tempus de V. Synodo commẽdet ſilentium, cuius cauſa Schiſma eſſet obortum; quod quidem abſque ſcrupulo læſæ Catholicæ fidei fieri poſſe demonſtrat, cum in ea (quod aliàs ſæpe profeſſus fuit) non de fide, ſed de perſonis ſit actum, ſubdit his ergo Gregorius. *Quod autem ſcripſiſtis, quia epiſtolam meam Reginæ Theodolindæ tranſmittere minime voluiſtis, pro eo, quod in ea quinta Synodus nominabatur: ſi eam exinde ſcandalizari poſſe credidiſtis, recte factum eſt, ut minimè tranſmitteretis. Vnde nunc ita facimus, ſicut vobis placuit, vt quatuor Synodos ſolũmodo laudaremus; de illa tamen Synodo quæ in CP.*[ii] *facta poſtmodum eſt, quæ a multis V. nominatur, ſcire uos uolo, quia nihil contra quattuor Synodos conſtituerit, uel ſenſerit; quippe quia in ea de perſonis tantummodo, non autem de fide aliquid geſtum eſt, & de his perſonis, de quibus in Chalcedonenſi Concilio nihil continetur, ſed poſt expreſſos Canones facta contentio, & extrema actio de perſonis uentilata eſt. Nos autem, ſicut voluiſtis, ita fecimus, ut eiuſdem Synodi nullam mentionem faceremus.* Quod vero contrarium verius appareat nẽpe tria illa capitula de perſonis damnata in Quinta Synodo, legi omnino in Actis eiuſdem Concilij Chalcedonenſis; notandum eſt legitima appellatione Cõcilij Chalcedon. S. Gregorium non intelligere niſi editum in eo fidei Decretũ, & ſancitos Canones: extra Synodum autem eſſe cenſenda priuata illa diuerſarum cauſarum iudicia, in quibus facile poſſit contingere errores inueniri, occaſione falſarum probationum partium, mendacijs ſæpe nitentium. Nec propterea derogatum aliquid a Gregorio Concilio Chalced. imò aliquid amplius tributum quam iure exigi potuiſſet, dum præter Decretum fidei, etiam Canones eius Synodi ſaluos eſſe velit, cum tamen S. Leo Magnus, cuius tempore Concilium illud congregatum eſt, cõfirmaturus illud, ſæpius ſit conteſtatus, & in ea potiſſimum epiſtola ad Concil. ſcripta, num. 61. ſe non niſi ſancitum in ea fidei Decretum probare, Canones autem minime; cum ex eis in prętogatiua Patriarchalium ſedium derogatum eſſet definitioni ſacroſancti Nicæni magni Concilij. Ad quę ſi reſpexiſſent Schiſmatici illi, qui querebantur iniuriam illatam, ob tria capitula, Concilio Chalced. & qui aduerſus eos nitebantur pro quinta Synodo auctoritate S. Leonis liberaſſent ſe & alios a maximis contentionibus & Schiſmatibus, quæ diu uexarunt Eccleſiam.

Sed & contra hæreticos fuit illi hoc anno certandum, contra inquam audaces Donatiſtas in Africa, peſtifera auctoritate eijcientes Catholicos Sacerdotes, & rebaptizare præſumentes, de quibus ad Pantaleonem epiſcopũ,[c] & ad Africanos Orthodoxos epiſcopos, ad reſiſtendum, coacto Concilio incitans. Cæterum quod pertinet ad Dominicũ Epiſcopum Carthaginenſem, compeſcendus in eo fuit, quod coacto concilio, negligentibus epiſcopis hæreticos inquirere, & coercere inſolitam pœnam priuationis dignitatis & bonorum impoſuit.[d]

Laboraſſe idem Pontifex cognoſcitur aduerſus Manichæos hæreticos in Sicilia degentes, ut eius hoc anno datæ litteræ indicant.

De conuertendis quoque Iudæis fuit hoc anno ualde ſolicitus; quos non violẽtia, ſed ſpe præmij allici iuſſit, & qui in poſſeſſionibus eccleſiæ eſſent relaxatione partis

[a] 3. libr. 3. Ind. 12.
[b] lib. 3. ep. 37. Ind. 12.
Agit cõtra hęreticos.
Contra Donatiſtas.
[c] ep. 32. li. 3 Ind. 12. li. 3. ep. 35.
[d] ep. 4. li 4. Ind. 13.
Cõtra Manichęos.
Contra Iudæos.

a 6.libr.4. Ind.13. — b ep.31.lib. 31.Ind. 12.

penſionis inuitandos,nec hoc, (inquit epiſtola ad Cypr. Diaconum [a] inutiliter facimus,quia etſi ipſi minus fideliter veniunt; hi tamen qui de eis nati fuerint, iam fidelius baptizantur,&c. & de iiſdem conuerſis,ne victus(quod abſit)inopiam patiātur, A
occurrendum ad Anthemiū Subdiaconum ſcripſit.[b] annuas penſiones certis quibuſdam ex eis præſcribens.

Barbaricini qui.

Quantum præterea impenderit operis vt Gentiles, Barbaricinos dictos,in Sardinia commorantes,ad Chriſtianam Religionem conuerteret, ſcriptæ ad diuerſos hoc anno ab ipſo Epiſtolę fidem faciunt. Erant autem Barbaricini (ait Procop.lib.2.de bello Vandalico) barbari illi,quos, occupata a Vandalis Africa,ne eos infeſtos paterentur,tranſtulerant in Sardiniam,vbi excurrentes & prædantes, Barbaricini a uicinis appellati ſunt:de quibus Iuſtinianus de off.Pręf.Pręt.Afr.l.2.iubēs ibi Ducem cū præſidio ordinari:hos autem perſeuerantes in gentilitio cultu,nec curantibus Epiſcopis eos ad Chriſtum adducere,indoluit Gregorius & ſegnes paſtores litteris excitauit,ſed & Felicem ac Cyriacum Dei miniſtros in Sardiniā miſit,ad eos ad fidem adducendos; quos,ſuis litteris ad Zabardam Sardinię Ducem, illi commendauit.[c] Ad ipſum quoque Barbaricinorum Ducem iam Chriſtianum factum extat Gregorij epiſtola,cum benedictione S.Petri Apoſtoli.[d] Sed & monitus de neglecta ibi Eccleſiaſtica diſciplina,Ianuarium Calaritanum Epiſcopum ſegnitiei redarguit, quod Sacerdotes a Laicis opprimerentur, ipſeque deſpiceretur:& mox caſtigat, quod Eccleſię ruſticos adhuc in infidelitate manere permittat.[e] Laicos ipſos quoq; nobiles Inſulæ accolas vehemēter increpat quod Barbaricinos colonos ſuos patiantur ligna, & lapides adorare,qua occaſione ordinari præcipit Epiſcopum in Phauſiana ubi diu ante eſſe deſierat,vt,qui illic Gentiles eſſent,conuertere ſtuderet.[f] B

c ep.24.lbi. 3. Ind.12. — d ep.27 lib. 3.Ind. 12. — e ep.26.lib. 3. Ind.12. — f 23.ep.lib. 3.& 29.

Semel lapſus nūquā amplius ad altare miniſtraturus accedat.

Porrò eadem epiſtola de alijs Ianuarium Gregorius monuit, ut de priuando Archidiano,peccato carnis inquinato; illud firmiter ſtatuens,ut qui poſt ſuſceptum ſacrum ordinem in carnis peccatum lapſus eſſet, nunquam amplius ad Altaris miniſterium admitteretur. Demum in fine Epiſtolæ, iſta habet conſideratione haud leui digna; quod cum ſuperiori anno uetuiſſet presbyteros, baptizatos infantes ſignare ſacro in frontibus Chriſmate, idque ſecundum veterem vſum Eccleſiæ Romanę:& audiſſet aliquos inde contriſtari; ſi omnino, inquit hac de re aliqui contriſtantur,vbi Epiſcopi deſunt,vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant,concedimus. Ex quo nonnulli poſt offenſi, aliena prorſus a Pontificia auctoritate dixerunt,quaſi in eo erraſſet Gregor.cum id non ſit adeo de eſſentia ſacramenti,quin impleri poſſit,iubente Pontifice, per Presbyterū. In quam ſententiam definitum eſt in ſacro ſanctis œcuminicis Concilijs Florentino,& Tridentino. Confirmationis videlicet ordinarium miniſtrum eſſe Epiſcopum: ex quo poſſit intelligi extraordinariè a Papa id poſſe committi(vt Greg.fecit)presbytero,neceſſitate tamē vrgente,ne præter conſuetum Eccleſiæ morem quid innouetur. C D

Presbyteris, ubi non ſūt ēpi,chriſmate frantē tāgere cōcedit Greg.

Omnes Dalmat. ēpos excom.

g ep.20.lib. 3.Ind. 12.

Hoc eodem quoque anno, cum in electione Maximi pſeudoepiſcopi Salonitani, quaſi Imperatoris iuſſione prætenſa,perſiſterent Dalmatiæ Epiſcopi,eundemque animo obſtinato conſecraſſent,omnes a communione ſuſpendit.[g]

h 15.lib.4. Ind.13.

Greg. ſeuerus cenſor ēporum.

Extitit & ſeuerus cenſor in redarguendis epiſcopis illis,qui non,ut decet epiſcopos,uiuerent,& inter alios Rauennatem Antiſtitem Ioan. epiſtola.[h] in qua qualem eſſe uelit Epiſcopum, dum quæ ineſſe in ipſo nolit;oſtendit.

i ep.5. li.4. Ind.13.

Corrigens inſuper lapſum Epiſcopum Saturninum, poſt depoſitionem ſacris ſe immiſcentem,vix ut inter laicos communicare poſſit,indulget.[i] E

K ſi.4.ep.7. Ind.13. — l ep.15.li.4. Ind.13.

Monachi Cōmatres ne faciant.

m ep.40.lib. 3. Ind. 12.

Monuit & Conſtantium Mediolanenſem de corrigendis Clericis,quos noſſet ſibi eſſe ſubiectos. Redarguit Felicem Sirmij Epiſcopum, quod ſuo Metropolitano obedire deſpiceret.[k] Admonuit uerò & Ioan. Epiſcopum primæ Iuſtinianæ & ad exactam curam paſtoralem præſtandam, epiſtola reddidit uigilantem[l] Monachos etiam ſub regulari contineri diſciplina laborauit, cuius rei gratia,ne Laicorum conſuetudine ſoluerentur,vetuit ne commatres facerent,ne ve mulieres accederent ad Monaſterium,de quibus ſcripſit ad Valētinum Abbatem.[m] Vetuit inſuper ne quis Clericus,licet videretur probatæ vitæ,Monaſterijs præficeretur:ep.ad Ioan-

nem

A nem Epiſcopum Rauennatem [a] vbi inter alia. *Nemo etenim poteſt & Eccleſiaſticis obſequijs deſeruire, & in Monachica regula ordinate perſiſtere, vt ipſe Monaſterij diſtrictionem teneat, qui quotidie in miniſterio Eccleſiaſtico cogitur permanere.* Redarguit hac ex cauſa Victorem Panormitanum [b] Epiſcopum, quod Monialium curam deſpiceret, & Monuit & Epiſcopū Mediolanenſem, ne Abbas ob culpam depoſitus, poſt pœnitentiam, recipiat locum ſuum. Inſuper Moniales deſerentes Monaſterium, & ad nuptias tranſeuntes, per Exarchum defenſas vehementer inſectatus eſt. [d]

Vacantibus Eccleſijs optimos curauit eligi ſacerdotes curam interim illarum mādans haberi, [c] in quibus Eccleſia Agrigentina fuit, donec Gregorius eius Epiſcopus Romam ad Iudicium euocatus, abſolutus eſt. [f] Extant acta Gregorij Agrigentini Græce ſcripta non vſquequaque probata, cum ipſe Gregorius ſanctitate claruerit, apud Latinos & Græcos eius anniuerſaria memoria frequentata.

B Qui igitur longe poſitarum Eccleſiarum quam exactiſſimam curam geſſit, haud prætermiſit, ex more, vrbana curare, hoc anno luſtrans in vrbe omnes Eccleſias, omnium curam geſſit; & inter alias, Eccleſiam S. Agathæ in ſuburra, redintegrare in bonis ſtuduit, quæ tempore Gothorum poſſidebat. [g] Inſuper Eccleſiam S. Pancratij extra portam Aureliam poſitam, a Clericis derelictam, Monachis tradidit, de his ſcribens ad Maurum Abbatem quem illi præfecit, ſed & locorum venerabilium etiam longe poſitorum propenſiorem curam geſſit. Tunc accidit vt redargueret Ioannem Calaritanum Hoſpitalium curam negligentem. [h]

Sed ne Vrbs ipſa ſacris in ea poſitis ſpoliaretur ſanctorum reliquijs, ſolicitior fuit. Accidit namque vt hoc eodem anno cum Conſtantina Auguſta in ſuo Palatio Eccleſiam in memoriam S. Pauli ædificaſſet, ad eam cohoneſtandam expetierit a Gre-
C gorio eiuſdem Apoſtoli caput, ſiue partem aliquam eius corporis, qui multipliciter ſibi id minime licere excuſat. *Nam corpora ſanctorum*, inquit. [i] *Petri & Pauli Apoſtolorum tantis in Eccleſijs coruſcant miraculis, atque terroribus, vt neque adorandū, ſine magno illuc timore poſſit accedi*, deinde pergit *Beatæ recordationis deceſſor meus quia argentum, quod ſupra ſacratiſſimum corpus B. Petri Apoſtoli erat, longe tamen ab eodem corpore, fere quindecim pedum ſpatio, mutare voluit: ſignum ei non parui terroris apparuit: ſed & ego aliquid ſimiliter ad ſacratiſſimum corpus S. Pauli Apoſtoli meliorare volui: & quia neceſſe erat vt iuxta ſepulcrum huiuſmodi effodi altius debuiſſet: præpoſitus loci ipſius oſſa aliqua, non quidem eidem ſepulcro coniuncta reperit, quæ quoniam leuare præſumpſit, atque in alium locum tranſponere, apparentibus quibuſdam triſtibus ſignis, ſubita morte defunctus eſt. Præter hæc autem Sanctæ memoriæ*
D *deceſſor meus idem ad corpus Sancti Laurentij martyris quædam meliorare deſiderans, dum neſcitur vbi venerabile corpus ipſius eſſet collocatum, & effoditur exquirendo, ſubito ſepulcrum ipſius ignoranter apertum eſt; & ij qui præſentes erant atque laborabant Monachi & Manſionarij, quia corpus eiuſdem martyris viderunt, quod quidē minime tangere præſumpſerunt, omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita vt nullius vita ſupereſſe potuiſſet, qui ſanctum iuſti corpus illius viderat. cognoſcat autem tranquilliſſima Domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando reliquias dant, vt quidquā tangere præſumant de corpore, ſed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad ſacratiſſima corpora ſanctorum ponitur, quod leuatum, in Eccleſia quæ eſt dicanda debita cum veneratione reconditur, & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferantur. Vnde contigit vt beatæ recordationis Leonis Pa-*
E *pæ temporibus (ſicut a maioribus traditur) dum quidam Græci de talibus reliquijs dubitarent prædictus Pontifex hoc ipſum brandeum, allatis forficibus inciderit, & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit, In Romanis namque uel totius Occidentis partibus, omnino intolerabile eſt, atque ſacrilegum, ſi corpora ſanctorum tangere quiſquam fortaſſe voluerit, quod ſi præſumpſerit, certum eſt, quia hæc temeritas impunita nullomodo remanebit. Pro qua re, de Græcorum conſuetudine, qui oſſa leuare ſanctorum ſe aſſerant, vehementer miramur, & vix credimus. Nam quidam Monachi Græci huc ante biennium venientes, nocturno ſilentio, iuxta Eccleſiam S. Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant, atque eorum oſſa recondebant, ſeruantes ſibi, dum recederent. Qu-*

Cler. ne pſiciatur Monaſterijs q̄tuntiis probatus.
a 1. lib. 4. Indict. 13.
b 4. 4. lib. Ind. 13.
c 4. 17. ep. Ind. 13.
d 4. ep. 18.
e l. 3. ep. 39 Ind. 12.
f 4. ep. 11. Ind. 14.
1. ep. 7. Ind. 9.
2. ep. 12. Indict. 11.
S. Gregor. Agrigentinus.
Gre. luſtrat omnes Eccleſ. Vrbis.
g ep. 19. li. 3
h ep. 24. lib. 3 Ind. 12.
Conſtantia A. poſtulat Reliq. App.
i 30. lib. 3. Ind. 12.
Quanta reuerentia habenda erga SS. Corp.
In Occidente corpora SS. non tanguntur.
Græcorum erga SS. Reliquias ſtudium.
Corp. SS. reioſſa malo [illegible]

cum deprehenſi & cur hoc facerent, diligenter fuiſſent diſcuſſi, confeſſi ſunt, quod illa A
oſſa ad Græciam eſſent tanquam ſanctorum reliquias, portaturi. Ex quorum exemplo
(ſicut prædictum eſt) maior nobis dubietas nata eſt, vt non verum ſit, quod leuare vera-
citer oſſa ſanctorum dicuntur; mox ſubdit de corporibus Apoſtolorum, quod alibi oppor
tunius relatum eſt, cum Græci tentarunt ea in ſuas regiones tranſportare. Deinde, *ſuda-*
rium uero, inquit, *quod ſimiliter tranſmitti iuſſiſtis, cum corpore eius eſt, quod ita tangi*
non poteſt, ſicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia Sereniſſimæ Dominæ tam religio-
ſum deſiderium eſſe vacuum non debet, de cathenis, quas ipſe S. Paulus Apoſtolus in
collo & in manibus geſtauit, ex quibus multa miracula in populo demonſtrantur, partē
aliquam uobis tranſmittere feſtinabo, ſi tamen hoc tollere limando præualuero: quia dū
frequenter ex catenis eiſdem multi uenientes benedictionem petunt, vt parum quid ex
limatura accipiant, aſſiſtit Sacerdos cum lima, & aliquibus petentibus ita concite ali- B
quid de catenis ipſis excutitur, vt mora nulla ſit: quibuſdam vero petentibus, dum per
catenas ipſas ducitur lima & tamen vt aliquid exinde exeat non obtinetur. Hactenus
Gregorius.

Eodem quoque anno Ruſticianæ Patriciæ ex peregrinatione ad Montem Sina re-
a 44. lib. 3. Ind. 12. uerſæ, ſcribit [a] CP. ini & ſalutari mandat nutricem ſuam, ibi agentem. Ceterum, ſunt
huius anni plura monumenta charitatis Gregorij erga pauperes, impertiētis annuas
penſitationes, vel æs alienum diſſoluentis.

b Greg. 10. hiſt. Fr. c. 22

Baſina Monialis Reg fil. excōic. penitens abſoluitur.

IN CONCILIO METENSI in Gallia hoc anno habito, Ægidius Rhemenſis
Epiſcopus, Maieſtatis conuictus, redigitur in ordinem, [b] anno 15. Childeberti Regis.
Baſina Chilperici Regis filia a communione excluſa, coram Epiſcopis ſolo proſtra-
ta, veniam petens & obedientiam Abbatiſſæ & regulæ profitens, abſoluitur. Chro- C
dieldi obteſtanti, ne Leobouera Abbatiſſa in Monaſterio commorante, id ſubire co-
geretur, deprecante Childeberto, uenia datur; vt in villa a Rege conceſſa, commore-
tur. Childericus ſaxo Dux eorum, qui mandante Chordielde Baſilicam S. Hilarij in-
uaſerant, ex conuiuio, vino ſuffocatus, mortuus in ſtrato repertus eſt.

c 10. c. 23.

Hoc eodem anno, occaſione Cycli Victoris, a nonnullis erratum eſt in Paſchatis
diei celebratione; alijs in Gallia 15. Luna id celebrantibus, nobis autem (inquit Gre
gorius Turon. [c]) 22. quo die, fontes Hiſpaniæ (qui diuinitus implentur) repletos eſ-
ſe, ſtudioſe inquirentes, inuenimus.

d 6. c. 23.

Euagr. perducit hiſto. ſuam ad an. 9. Maurit. Imp.

Euagr. primus ex Græcis, qui legūtur hiſt. orthodoxus.

Moritur hoc anno Gregorius Epiſcopus Antiochenus 23. reſtitutionis ſuæ Sedis
anno, iuxta Euagr. [d] imo potius 29. cum vltimo Iuſtiniani anno exulare ſit iuſſus; vt
errorem in numerum irrepſiſſe oporteat, vt & in numerum annorum Imperatoris.
Hoc loco inquit hiſtoria, finem imponere animus eſt, anno ſcilicet 12. Regni Mauri- D
tij Tiberij Imperatoris Romani, etenim præſenti anno, quo abſoluit hiſtoriam ſuā,
annus expletur Mauritij nonus, & decimus inchoatur, qui error emendatur a Photio,
in Bibliotheca. Euagrius hic primus ex Græcis, eorum qui leguntur, Orthodoxus hi
ſtoricus habetur. S. Leontiū quoque Conſtantiæ in Cypro Epiſcopū res geſtas ſub
Mauritio ſcripſiſſe, teſtantur Acta Nicæni poſterioris Concilij quod opus hactenus
eſt incompertum.

e 19. & 47. ad Syracuſ. li. 4. Ind. 13.

Hoc eodem anno Maximianus ille vir ſanctiſſimus Abbas olim Monaſterij S. Gre
gorij, eiuſque pater, & educator in monaſtica diſciplina, ac poſtea ab ipſo creatus Epi
ſcopus Syracuſanus, moritur. Gregorius Epiſcopus ad Cyprianum Diaconum. [e]

Chriſti Annus 595. *Greg. Pap.* 6. *Mauritij Imp.* 10. *Indictionis* 13. E

Violatur pax cū Longob.

VIolata pace, facta cum Longobardis a Romano Patricio Exarcho, & occupatis
pluribus ciuitatibus, quæ a Longobardis tenebantur, Agilulphus, cum Valido
exercitu, Ticino egreſſus, Peruſium expugnat, & Romam profectus alios detruncat,
alios interficit, alios in captiuitatem abducit; hæc non tàm ex Paulo Diacono, qui plu
ra omittit, quam ex B. Gregorij homilia 18. in Ezechielem, & ep. ad Mauritium Im-

pera-

A peratorem.[a] Et quo ad homilias quidem ſcribebat hoc anno atque dicebat ad pop. S. Gregorius homilias ſuper Ezechielem prophetam, iamque 13. dicturus erat, cum Præfatione in lib. 2. duobus ſe perturbari ait, tum ſumma Viſionis eius obſcuritate, quam expoſiturus erat, tum vero quod audierat Agilulphum, ad obſidionem Vrbis feſtinare, cum vero ad 22. perueniſſet, vallata iam Vrbe a cœptis eſt violenter abſtractus, & finem fecit concionandi. In earum 18. deplorat miſerandum, & luctuoſum Vrbis, & Italiæ ſtatum. ſed quam iuſto Dei iudicio barbari ſinerentur in Romanum Imperium prȩualere, idem S. Greg. epiſtola ad ipſam Conſtantinam Auguſtam[b] exemplis oppreſſionum, & exactionum, nominatim in Corſica, & Sicilia, exequitur, quæ quidem tanta erant, vt filios vendere cogerentur, & ad nefandiſſimos Longobardos transfugere; rurſum vero in regios miniſtros, malorum ingruentium culpam reijciẽs;

a 34. lib. 4. Ind. 13.
Scribebat, & diceb. Homil. in Ezech. Greg.
Miſerãdus Italiæ ſtat⁹.
b 33. lib. 4. Ind. 13.

B hæc ad Sebaſtianum Epiſcopum[c] ſcribit de ijſdem. Quæ enim (inquit) frater ſanctiſſime de amici veſtri Domini Romani (Exarchus hic erat) perſona, in hoc terra patimur, loqui minime valemus, breuiter tamen dico, quia eius in nos malitia gladios Longobardorum vicit, ita vt benigniores videantur hoſtes, qui nos interimunt quã Reipublicȩ iudices, qui nos malitia ſua, rapinis, atq; fallacijs in cogitatione cõſumũt. Quod verò graſſantibus Longobardis in omnes Italiæ regiones, Roma illis fuit inaccelſa, præſtitit id vigilantia Romanorum Pontificum; qui præter iuges excubias in vigilijs, ieiunijs, & orationibus, addiderunt vt eccleſiæ pecunijs redimerent vexationem, prout idem Gregorius hoc item anno ſcribit ad eandem Conſtantiam Auguſtã[d] idque non quod diffideret viribus, ſed potius quod horreret ſanguinis in prælio effuſionem. *Vnum eſt*, inquit, ſcribens ad Sabinianum Diaconum Apocriſarium ſuum[e]

c 35. lib. 4. Ind. 13.
d lib. 4. ep. 34. Ind. 13.
e lib. 7. ep. 23. Ind. 1.

C *quod breuiter ſuggerat Sereniſſimis Dominis noſtris, quia ſi ego ſeruus eorum in morte Lõgobardorũ me miſcere voluiſſem, hodie Lõgobardorũ gẽs, nec Regẽ, nec Duces, nec Comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diuiſa: ſed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miſcere formido.* Ipſe tamen liberationẽ Vrbis tribuit peculiari protectioni Petri Apoſtoli.[f] Inter hæc igitur tot diſcrimina Greg. conſtitutus, nihil tutius, & rebus publicis opportunius, & ſecurius putauit, quã pacem curare cũ Agilulpho Rege, a qua eum non abhorrere oſtendit, modo iudicio tranſigatur, & ſatisfiat de illatis, intra pacis terminũ, vtrinque damnis[g] cui iſta de Agilulpho promittenti, minime, nec Exarchus, nec Imperator crediderunt, & vt ſimplicem eum nimis deriſerunt, datis ad eum litteris haud ſummo Pontifice dignis, quȩ non extant illȩ quidem, ſed quales fuerint ex redditis a S. Gregorio poteſt intelligi[h] in quibus ſũ

Horret Gregor. fund. ſanguinem.
f lib. 7. ep. 1. Ind. 1. ad Ruſticianã.
g li. 4. ep. 29 Ind. 13. ad Seuerum. Schol.

D ma tamen cum humilitate, de irriſionibus, & indigna inſultatione Mauritij Imperatoris conqueritur. In his anguſtijs S. Gregorius præter inſtantem ſolitudinem omnium eccleſiarum (ſecundum illud Apoſtoli tentatus ſupra modum, ita vt tȩderet ipſum viuere) ſi quos nouit Dei intimos ſeruos, eos rogauit, vt precibus a Deo expeterent, vt a vinculis vitæ huius citius ſolueretur.[h] Sed inter cetera mala, præcipuè angebatur intolerabili arrogantia Ioannis Epiſcopi CP.[ni] qui inſolentiſſimè ſibi vſurpato Oecumenici titulo, iam ante ſub Pelagio, quantumuis grauiter ab eo redargutus,[i] & poſt ab ipſo Gregorio amanter admonitus, in inſania perſeuerabat. Per ſuam enim ſummam ambitionem, vt Imperatores CP.[ni] vniuerſo Romano Imperio dominabãtur ita ipſe ſpirituali Præfectura, nomine tenus ſaltẽ vniuerſȩ præeſſe Ec-

h li. 4 ep. 37 Ind. 12.
Imp. irridet ſimplicit S. Greg. impudenter.
i li. 4. ep. 29. & 33. Ind. 13.

E cleſiæ, nouo adinuento nomine videri voluit. *Non ſolum pater*, inquit B. Greg. *Sed etiam generalis pater in mundo vocari appetis* alludens ad Græcum nomen, οἰκουμενικὸν enim dicitur ἀπὸ τῆς οἰκουμένης, quod eſt orbis terrarum: ſicque Pater ſiue Patriarcha œcumenicus idem dici videtur, ac Patriarcha orbis terrarum, ſeu vniuerſalis. Cum autem vniuerſalis dupliciter intelligi poſſit, vel vnus, & ſolus, aut ſingularis, vel primus inter omnes, & ſummus, S. Gregorius in primo ſenſu accipiens illud deteſtatur, ſic ſcribens ad ipſum Ioannem. *Nullus vnquam*, inquit, *tali uocabulo appellari uoluit, nullus ſibi hoc temerarium nomen arripuit: ne ſi ſibi in Pontificatus gradu gloriam ſingularitatis arriperet, hunc omnibus fratribus denegaſſe uideretur*, & ad Mauritium Imperatorem[k] *certè pro B. Petri Apoſtolorum principis honore per uenerandã Chalcedonenſem Synodum Rom. Pont. oblatum eſt: ſed nullus eorum unquam ho ſingula*

Io. CP. nus vniuerſalis nomen ſibi arrogantiſſime vſurpat.
K ep. 38. li. 4. Ind. 13.
l ep. 32. lib. 12. Ind. 13;

ritatis

ritatis uocabulum aſſumpſit, nec uti conſenſit, ne dum priuatum aliquid detur uni, hono re debito ſacerdotes priuarentur uniuerſi; qua etiam ſignificatione dicitur Eccleſia uni uerſalis una toto orbe diffuſa, extra quam nulla poteſt eſſe Eccleſia. Sic igitur nomen Vniuerſalis reſpuit Rom. Pont. oblatũ a Synodo Chalced. quia noluerit eo ſenſu dici Pater totius mundi Roman. Epiſcopus cui reliqui omnes ſubeſſent, vt filij, & non ut fratres & in adminiſtratione collegæ, Chriſtumque tantum, eo ſenſu, S. Gregorius di cit vniuerſale caput Eccleſiæ in ep. [a] ad omnes Epiſcopos, de priuil. collato Monaſte- rio S. Medardi.

a lib. 12. ep. 32. vet. edit.

A

Altera vero ſignificatione nominis, qua dicitur Vniuerſale, hoc eſt, quod remanen tibus partibus integris, ipſum cæteris ſupereminet, ea ratione uetuit tum Pelag. [b] tum Gregorius inter Patriarchas dici aliquẽ Oecumenicum, de Orientalibus intelli gentes, quod nequaquam alterum alteri voluerunt eſſe ſubiectum.

b ep. 1.

B

Quo ſenſu ſæpe reperiri certum eſt Romanum Pontificem eſſe dictum vniuerſa- lem epiſcopum abſque aliquo faſtu, cum eo nomine id quod eſt, exprimatur, nempè quod ipſi cura paſtoralis gregis totius orbis ſuperimmineat. nam ipſe Gregor. in ea- dem epiſtola de priuilegio conceſſo S. Medardi Monaſterio. *Hæc*, inquit, *Sedes Roma na ſpeculationem ſuam toto orbi indicit, & nouas Conſtitutiones omnibus mittit*, qua etiam ſignificatione eandem Eccleſiam dominam gentium appellat. [c] Porro cum ip ſe teſtatur in epiſtola ad Ioannem, [d] & alibi, S. Petrum eſſe primum membrum Vni- uerſalis Eccleſię, reliquos uero Apoſtolos ſingularium plebium capita, ſeque Petri eſſe ſucceſſorem æque fateatur, plane ſe vniuerſalis Eccleſiæ vniuerſalem paſtorem eſſe confirmat. Sed omnino re ipſa vniuerſalis & totius Eccleſiæ ſe Paſtorem eſſe, per ſingulos annos, S. Gregorius oſtendit (ne dicamus de cæteris) Oriẽtalibus & Oc cidentalibus epiſcopis iura dando, omnes audiẽdo, & iudicando, appellationes ab or be vniuerſo recipiendo, Concilia cognoſcendo, probando vel reijciendo: pallia dan- do Metropolitanis, Eccleſijs priuilegia impartiendo, Vicarios per prouincias conſti tuendo, omni denique in omnes iuriſdictione exercenda. Quod vero Romani Pon- tifices, cum vere eſſent Vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopi, Vniuerſalis tamen nomen ab- horruerunt, declarat ipſe Gregorius, nempè quod faſtuoſum eſſe videretur, atque ſu- perbum, & Chriſtianæ humilitati minimè congruens, & quid mirum ſi ſe negat dici velle Vniuerſalem, cum tamen ſit, qui in epiſtola ad Mauritium [e] ſe etiam negat Sa- cerdotem? Quod rurſum ad Sanctum Gregorium ſpectat: dum ſæpè ait. *Nullum vn- quam Romanorum Pontificum illud ſibi nomen vſurpaſſe, vt Vniuerſalis Epiſcopus di ceretur*, idcirco hoc ipſe dixit, quod aliquam ineſſe differentiam exiſtimauit, ſecun- dum ea quæ dicta ſunt, vt quis Vniuerſalis Epiſcopus diceretur, vel Vniuerſalis Ec- cleſiæ. Leo certe Magnus ſæpius ea uoce uſus reperitur. Leo Epiſcopus Romanæ & Vniuerſalis Eccleſiæ. [f] Leo Catholicæ eccleſiæ epiſcopus. [g] Quod quidem nomen, vt conſuetus titulus ab alijs item iiſdem Romanę Eccleſiæ Pontif. impertitum ſæpe reperitur, vt in pluribus Epiſtolis ad Hormiſdam Papam, inter eius Epiſtolas, ap- paret. Cum ſciret autem uafer hic Hypocrita Sanctum Gregorium habere ſe aduer- ſantem, artificioſè impulit Mauritium Imperatorem ut ad eum ſcriberet ſecum ut pa cem haberet, ideſt ne aduerſaretur, atque ita ipſe in ſua uanitate confirmaretur, uel ſi aduerſari pergeret, ſibi aduerſantem Imperatorem ſentiret, hoc eodem ferme conſi- lio Auguſtam impulit, ut caput alterius Principum Apoſtolorum, quibus maxime Romana Eccleſia excellit, ad ſe mitti poſtularet; quo tanto accepto pignore (quo quo modo captato prætextu) Eccleſia CP.[na] æmula gloriæ Romanæ Eccleſię, gloriaretur Apoſtolo Paulo, ſicut Romana Petro, ſed inane quidem conſilium, cum nequaquam cum reliquijs Apoſtolorum transferatur Sedis dignitas, & auctoritas diuinitus ful- ta & ſtabilita. Vt autem Diabolus, Deo, licet inuitus, dum obedit, blaſphemat; ita Ioã nes eius ſuperbiæ æmulus, dum coactus Gregorio obedit iubenti Acta illa ad ſe tranſ mitti. [h] Acta Ioannis & Athanaſij presbyterorum Romam recognoſcenda tranſmit- tendo, blaſphemat, in illis ſe per omnem verſum Oecumenicum Patriarcham nomi- nans. Gregorius igitur, qui aberrantem Ioannem, ſumma tolerauerat patientia, ex his occaſionibus, hoc potiſſimum anno excitatus in ipſum, plures aduerſus eum litte-

c in pſ. 5.
d 38. 4. Ind. 13.
e ep. 31. li. 4. Ind. 13.
f ep. 57. ad Marcianum A. & 69. ad Eudociã A.
g 97. ad Leonem A. 14. 15. 66.
h 37. lib. 2. ind. 11.

C D E

A ras ſcribit,ad ipſum quidem,magna cum demiſſione fraterne & blandè, ſic tamen vt lenitate non proficienti, oſtentet canonicam ſeueritatem[a] ad Conſtantinum[b] ad Mauritium Imperatorem[c] ad Sabinianum apocriſarium,[d] ad Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum.[e] Luculentiſſimæ plane litteræ & magna ſubmiſſione, auctoritate,pietate,doctrinaque ſcripturarum conditæ, quas,qui leget,totius cauſæ noſſet Hiſtoriam.

Quod autem iudicium actum fuit CP.[li] de Ioanne & Athanaſio presbyteris;Romæ recognitum fuit in Synodo & Io.ante damnatus, vt hæreticus, vt Catholicus probatus,eſt abſolutus,extant litteræ S. Gregorij in eius commendationem ad Narſetem,ad Ioannem Epiſcopum,ad Imperatorem, ad Theoctiſtum Imp. cognatum.[f] Athanaſius inuentus quidem Marcioniſta,ſed accuſator detectus Pelagianus, & tūc B accidit,magna Ioannis Epiſcopi CP.[ni] vecordia, vt ederetur Cōciliabulum Epheſinum Neſtorianorum ſub Ioanne Antiocheno,pro Oecumenica Synodo Epheſina & Romam mitteretur,vbi a vigilantia S. Gregorij detegeretur impoſtura; & rurſum idem contigit in cauſa quorundam Monachorum Iſauriæ, de qua re Gregorius ad Narſetem & ad Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum de corruptis & falſatis Græcis codicibus.[g] Concilium porrò Romæ in ea cauſa habitum illud eſt,quod extat apud S. Greg.[h] in eo corrigendum, quod pro anno 13. Mauritij, reponendum eſt 10. Canones in eo ſanciti ſex habentur; ſubſcripſerunt Epiſcopi 22. presbyteri vero Cardinales 34.

Hoc pariter anno accidit vt Schiſmatici Iſtriæ Prouinciæ petierint a S. Gregorio ad vrbem veniendi ſecuritatem,vt de vertentibus quæſtionibus vna conferrent. C Quam libentiſſimo animo Gregorius præſtitit,datis ad Petrum & Prudētium Iſtriæ Epiſcopos litteris.[i] Sed a propoſito ipſi defecere. Hoc eodem anno, cum Pontifex Maximum Salonitanum,Simoniacum intruſum,Miſſarum celebratione priuaſſet, & ille eam iuſſionem,ſub anathematis pœna mandatam,contempſiſſet, Miſſaſque celebrare minimè prætermittens,auxilium quęſiuiſſet Imperatoris, litteras ab eo impetrauit,quibus iuberetur, vt veniens cum honore ſuſciperetur, quod grauiter accipiens Gregorius cum Auguſta expoſtulauit.[k]

Vicit poſt Gegorius in bono malum,& renuentem Romam venire ad reddendam ſui rationem,conceſſit vt ſaltem Rauennam ſe conferret, vbi delegatum a Sede Apoſtolica haberet Iudicem Marinianum Epiſcopum,ſub quo cauſam diceret. Contulit ſe Rauennam Maximus, & iuramento ſe ſupra corpus S. Apollinaris de ſimoniæ crimine purgauit,acceptaque pœnitentia de inobedientia, & contumacia in Apoſtoli- D cam Sedem,ad Salonitanam eſt miſſus,conſentiente Gregorio Eccleſiam, vt legitimus illic ſederet Sacerdos, cui & expetenti idem Pontifex pallium dedit[l] durauit hæc cauſa quinque annos,cæpta Ind. 12. terminata eſt 2.

Eodem anno Anaſtaſius Sinaita,in ſedem Antiochenam, poſt 29. annos, reſtitutus,ſcripſit ad Gregorium,qui illi reditum gratulatus eſt,& ſuas interim grauiſſimas ærumnas expoſuit.[m]

Hoc eodem anno Amos Ieroſolymorum Epiſcopus, poſt Ioan. electus eſt, iuxta Euagrium,ad quem extat Greg. Epiſtola 7. ſub Ind. 1.

Hoc pariter anno ſcribit Gregorius ad Vigilium Arelatenſem Epiſcopum, cui & petenti pallium mittit;[n] monens de cauenda in ordinationibus ſimonia, & ne quis ex Laico mox creetur Epiſcopus,eadem quoq; ad vniuerſos Galliarum Epiſcopos,[o] E admonens vt pareant Virgilio, cui ſecundum antiquam conſuetudinem Vices ſuas tribuerit. Regias quoque manus in auxilium petijt, pro corrigendis ijs, quæ contra Sacros Canones in Gallijs agerentur,ſcribens ad Childebertum Francorum Regē[p] & ad Brunichildem eius matrem & rurſum ad Childebertum[q] in quibus præclara ad laudem de Francorum regno,& in fine huius, *claues præterea* inquit, *S. Petri in quibus de uinculis catenarum eius incluſum eſt, excellentiæ ueſtræ direximus,quæ collo ueſtro suſpenſa a malis nos omnibus tueantur.*

Sed de Gallijs tranſeamus in Hiſpanias. Hoc enim anno idem S. Gregorius ſcripſit[r] ad Leandrum Epiſcopum Hiſpalenſem,mittens ad eum librum,quem nominat,

Margin notes: a 38. 4. lib. Ind. 13. b 30. c 32. d 39. e 36. f 14. 15. 16. 17. lib. 5. Indict. 14. li. 3. ep. 14. g lib. 6. 31. Ind. lib. 7. 48. Ind. h lib. 4. ſub ep. 44. i lib. 4. ep. 49. Ind. 13. k lib. 4. ep. 34. Ind. 13. l Lib. 17. ep. 79. 80. 81. Ind. 2. m lib. 4. ep. 37. Ind 13. n lib. 4. ep. 51. Ind. 13. Virgil. Arelat. Gregor. Vicarius p Gallias. o li. 4. ep. 52 p li. 4. ep. 53 lib. 4. ep. 5. Ind. 14. q ep. 6. r lib. 4. ep. 46. Ind. 13.

A Regulæ Paſtoralis; & ad eundem partem Moralium, quam habebat in promptu. Rurſum inuiſit Eccleſiam Africanam, hoc pariter anno ſcribens ad totius Africæ Primatem Dominicum Carthagin. Epiſcopum [a] vbi pulchre de communione ſanctorū precibus conſeruanda admonet.

a lib. 5. ep. 19. Ind. 14.

Cum audiſſet in Gallijs complures teneri iure belli captiuos, Anglos, eoſdemque exponi venales, dat in mandatis Candido presbytero [b] (quem ad curandum patrimonium S. Petri hoc anno in Gallias miſerat) vt eoſdem coëmat Anglos adoleſcentes, quos ad fidem Chriſti conuerſos, Monaſterijs bene inſtituendos committat, deque emendis veſtimentis ad pauperes veſtiendos. De viſis Romæ a Gregorio Anglis venalibus, quos Angelos nominarit, refert Io. Diaconus. Hoc eodem anno, defuncto Ioanne, Epiſcopo Rauennate, Gregorius reiectis duobus alijs electis, altero, quod neſciret pſalmos, altero Archidiacono, quod multa obſtarent, conſenſit in Marinianū presbyterum, ſibi in Monaſterio bene cognitum & probatum, extant de hac electione Gregorij epiſtolæ [c] ſed quod mox in eum obloquerentur Schiſmatici, quod Concilium Chalcedon. minime ſectaretur, Gregorius ſcribens populo & Clero Rauennati in omnibus ſatisfecit. [d] Quem præſenti anno laudauit Gregorius, eundem anno ſequenti reprehendere opus fuit, quod nimis redditibus augendis ſtuderet, nec piæ in pauperes benignitati ſatisfaceret. [e] In prouiſione ſollicita Eccleſiarum vacantiū, illud admiratione dignum, in pluribus eiuſdem argumenti litteris, quod licet interdum perſuaſerit inuitum tamen neminem iuſſione Apoſtolica coegiſſe reperitur, imò quo aliquem ſanctiorem ſciret, eo magis ſuo relinquebat arbitrio, vt quod vellet faceret. præclara hac de re extat eius epiſtola ad Sebaſtianum Orientis Epiſcopum. [f] B

b lib. 5. ep. 10. Ind. 14.
Anglos captiuos iubet emi Greg.
c lib. 4. ep. 22. 23. & 45. Ind. 13.
d li. 5. ep. 2. Ind. 14.
e lib. 5. ep. 28. & 29. Ind. 14.
Neminem cogebat ad Epiſcopatū.

Quam ſolicite incubuerit in Monachorum quietem & commoda, indicant plures huius anni epiſtolę. [g] C

f lib. 4. ep. 35. Ind. 13.

Quod vero ad bona Eccleſiaſtica, in his ius antiquum omnino ſeruatum, cuſtoditumque voluit, nimirum vt ex Eccleſiarum redditibus partes quatuor fierent quarū vna cederet clero, pauperibus alia, tertia ſartis tectis, quarta Epiſcopo, ſi prę eſſet, alioqui quarta iſta diuideretur, ita vt dimidia abſentis eſſet Epiſcopi, ac dimidia Viſitatoris ab Apoſtolica Sede miſſi. [h]

g lib. 4. 30. 41. 43. 48. Ind. 13. lib. 5. 4. Indict. 14.
h lib. 4. ep. 42. Ind. 13.

Hoc eodem anno, qui numeratur a Gregorio Turon. [i] Regum Francorum Childeberti decimus ſextus & Guntheramni triceſimus, per prauum Dæmonem, pſeudopropheta in Gallijs excitatur, qui aſſumpta muliere quadam ſecum, pro ſorore, quam Mariā vocabat, magna hypocriſi vagatus per Gallias, multis editis quaſi miraculis, ſed vere Dæmonis præſtigijs, ſe quaſi Chriſtum adorandum præbens, ingentem turbam ſecum traxit, etiam Eccleſiaſticorum; ac denique intentans bellum Epiſcopis eū adorare deſpicientibus ab Epiſcopi Bellouacenſis, ad ſe miſſo Legato, gladio tranſfoditur, & qui cum eo erant diſperguntur. Maria autem illa tormentis ſubiecta, omnia eius phantaſmata & præſtigias publicauit: nec tamen vnquam qui ſe ei addixerunt ad integrum ſenſum ſunt regreſſi; Sed eum ſemper quaſi Chriſtum, Mariam autem illam partem deitatis habere profitebantur, plures quoque per id tempus eiuſmodi impoſtores mulierculas bacchantes circumducentes per Gallias emerſerunt. D

i lib. 10. hiſ. Fr. c. 25.
Pſeudopropheta uagat' per Gallias.

Porrò huiuſmodi Impoſturæ Architectus, Diabolus, æmulatus eſt gloriam Dei, quam hoc potiſſimum anno conſecutus eſt ex ſancto ſuo, qui & matre ſancta Pelagia comminiſtra uſus, ad ſublime culmen ſanctitatis euectus, hoc eodem anno, deuicto Diabolo, glorioſus comitantibus angelis in cœlum aſcendit, fuit hic S. Aredius Lemouicenſis, qui ex puero aulico S. Nicetium Treuirenſem epiſcopum ſecutus, & ab eo ſacris imbutus diſciplinis, ſanctitate, & miraculis clarus effulſit; eius res geſtas breui compendio Gregorius Turonenſis proſecutus eſt, [k] qui eodem anno recenſet obitum S. Sulpicij epiſcopi Bituricenſis, qui Auſtregiſilo (an vero Remigio, vt alij volunt) ſucceſſit. In hoc anno finem impoſuit hiſtoriæ ſuæ Francorum Gregorius, propagatæ in quintum vſque annum Gregorij Papæ, cuius ſextus hoc anno incipit, menſe Septembri. E

S. Aredius Lemouicēſ.
k Hiſt. Frā. 10. c. 29.

A

Chriſti Ann. 596. *Gregorij Pap.* 7. *Mauritij Imp.* 11. *Indict.* 14.

HOc anno, vel extremo præterito elatum illum, & arrogantem Ioannem epiſcopum CP.[num] is, qui ſuperbis reſiſtit, & humilibus dat gratiam, ex hac luce ſubtraxit. porro qui ieiunando, & eleemoſynas dando magnam viuens ſibi laudem comparaſſet, poſt mortem à ſuis ſanctus falſo habitus eſt, de quo vide quæ narrat Niceph. [a] In eius locum ſubſtitutus eſt Cyriacus Oeconomus optimi nominis vir, nonnihil antea reluctatus. Qui Legatis ſtatim Romam miſſis, cum fidei B profeſſione, Catholicam communicationem a Romano Pontifice promeruit. conſtat ex Gregorij ad eum redditis litteris [b] qui tamen Sabiniano ſuo CP.[li] apocriſario mandauit, ne Cyriaco ſacra Miſſarum ſolemnia celebranti aſſiſteret, niſi vſurpatum à prædeceſſore ſuo illicitum nomen Oecumenici penitus dimitteret. Legatos feſtinauit Gregorius ante hyemem dimittere, quos admonuit in uia poſitos per epiſtolam de quadam ipſorum aſſertione erronea, qua dixiſſent, omnes quotquot in Inferis confeſſi eſſent Chriſtum Deum ab eo liberatos eſſe. [c] quam quidem ſententiam iam diu ante damnatam demonſtrat, aſſertione Philaſtrij & S. Auguſtini. *Hæc itaque pertractantes*, inquit, *nihil aliud teneatis, niſi quod vera fides per Catholicam Eccleſiam docet: Quia deſcendens ad inferos Dominus, illos ſolummodo ab Inferi clauſtris arripuit, quos viuentes in carne, per ſuam gratiam in fide & bona operatione ſeruauit*. C

Io. CP. cog. Ieiunator, moritur.
a li. 18. c. 34
b li. 6. ep. 4. 5. 6. Ind. 15. & 7. ad epiſc.
Error ꝓfitētiũ, omnes ab inferis à Chriſto liberatos, q ipſum ibi confeſſi eſſent.
c li. 6. ep. 15. Ind. 15.

Quod autem ad res Longobardorum pertinet, fruſtra hactenus Gregorius Papa pacem, obſiſtentibus Imperatoris miniſtris, tentare viſus eſt; ut docet ipſe in epiſtola ad Secundinum [d] quorum ſtudio, hoc anno, aduerſus Caſtorium Reſponſalem Eccleſiæ, conteſtationem noctu tradit affixam, ex qua ipſe Gregorius perſtringeretur, cuius rei gratia in eum qui talia auſus fuerat perpetrare aut conſilium dederat pœnam excommunicationis inflixit, [e] & qui ſic excommunicato communicare præſumeret, eũ anathemati ſubijcit.

d lib. 5. ep. 29. Ind. 14.
e li. 5. ep. 30. Ind. 14.

Quæ verò interim Romanus populus pateretur a ſæuientibus Longobardis ſcribit hoc anno Gregorius ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum, [f] Sed & alias Italiæ ciuitates, quæ adhuc Imperatori ſubeſſent, eadem, ac vrbem, mala paſſas argumento D ſunt Epiſtolæ ipſius, altera ad Fortunatum Fanenſem Epiſcopum, qua ei concedit ad captiuorum ſuorũ redemptionem uaſa ſacra diſtrahere, [g] & alteram ad Anthemiũ Subdiaconum mittens pecuniam ad captiuos redimendos. Has tantas calamitates cõmiſerati uiri pij, & opulenti pecuniam ſuppeditabant conſtat id de Ioan. Syracuſano Epiſcopo, ex Epiſtola Gregorij ad ipſum data, [h] & de Theotiſto, atque Andrea Patricijs CP.[nis] vt ex redditis, anno ſequenti, ad eos litteris, patet, [i] quibus ſignificat mediam pecuniæ partem captiuis ex Crotonenſi ciuitate redimendis, impendiſſe, mediam ſubleuandis Monialium neceſſitatibus, quas tria millia eſſe ait in vrbe, tantæ uitæ auſteritate, vt ſi ipſæ, inquit, non eſſent, nullus noſtrum iam per tot annos in loco hoc ſubſiſtere, inter Longobardorum gladios, potuiſſet. Porrò non a Longobardis tantum detentos redimere ſtatuit. Sed, & quos emiſſent Iudęi in aliena Prouincia. eſt de his epiſtola eiuſdem Gregorij ad Candidum data. [k]

f li. 5. ep. 60. Ind. 14.
g li. 5. ep. 13 Ind. 15.
lib. 5. ep. 34. Ind. 15.
h li. 6. ep. 9.
i lib. 6. ep. 23. Ind. 15.
Ter mille Moniales in Vrbe ſub Greg.
K li. 6. ep. 21

E Inter tot ac tantas Longobardorum infeſtationes, & vniuerſalis Eccleſiæ curas, pro ſua ingenti pietate zelo ſalutis animarum & animi magnitudine Gregorius intendit animum ad Anglorum conuerſionem, qui adhuc tenebris gentilitatis tenebantur. de quo ſuo conſilio ſic ipſe ad Reges Francorum. [l] Peruenit ad nos Anglorũ gentem ad fidem Chriſtianam Deo miſerante, deſideranter velle conuerti, ſed ſacerdotes ueſtros è vicino negligere, & deſideria eorum ceſſare ſua adhortatione ſuccendere. Eadem habet in Epiſtola ad Brunichildem. [m] Quos igitur ſanctiores ſciret late in ſuo Monaſterio Monachos, Auguſtinum & Mellitum, cum alijs quibuſdam ſocijs, mittit in Angliam, qui gaudentes profecti: humanum quid in via paſſi, cum iam

l lib. 5. ep. 58. Ind. 14.
Angli expetũt fidem.
m ep. 59.

perue-

peruenissent in Gallias operis difficultatem cogitantes,deſpondent animum, & Au- A
guſtinum ad Gregorium remittunt,qui id opus illi diſſuadeat. Sed erectior Grego-
rius,remiſſo Auguſtino,litteris reliquos hortatur ad opus perficiendum, extant litte
ræ apud Bedam [a] Auguſtinum quoque & reliquos Regibus Francorum & Epiſcopis Galliarum diligenter commendat.[b] Curans ipſe Paſtor,Paſtorum excubias, hoc anno,inter alia de adminiſtratione epiſcopatus,illud Epiſcopos magnopere admonuit, nelites haberent,& contentiones cum Prouinciarum Præſidibus,ſed eos beneuolentia uincere atque beneficijs & officijs promereri ſtuderent;eo quod magnopere conduceret,ſi cum ſæcularibus miniſtris Epiſcopi concordes eſſent. Eſt de his elegans eius epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum, [c] quem admonet,vt omni ſtudio in gratiam redire conaretur,cum Venantio Præfecturam illic gerente, & ſi opus ſit, etiam Miſſas in eius domo ipſe dici permittat, imo & ipſemet dicat,extat etiam alia B ad ipſum Venātium.[d] Angebatur autem in primis Gregor.quod audiret Africanam Eccleſiam,abſq; remedio a nefarijs Donatiſtis corrumpi,& labefactari,permittentibus etiam Catholicis & Religioſis hominibus(quod dici nefas eſt)filios,mācipia,& alios ſubditos in Donatiſtarum hæreſi baptizari, de qua re ſcribit ad Columbū Numidiæ Primatem,ut emendare id ſtudeat,[e] ſcribit & ad Mauritium Imperatorem,ut pro ſua pietate vlciſcatur in eos miniſtros,qui largitionibus Donatiſtarum corrupti exequi pias eius iuſſiones negligerent,[f] & Epiſcopos huiuſmodi querelas ex Africa Romam deferentes,ad eum mittit,ut eo coram eas exponant. Aduerſus quoque Samaritanos,antiquos hæreticos,fuit ei hoc anno certandum [g], quod hi ſeruos emerent, coſque circumciderent; itemque aduerſus Iudæos qui prohiberent ſeruos ſuos ad fidem Chriſtianam venire.

Ex Schiſmaticis,trium capitulorum cauſa,in quibus multum laborauit, ſi quos re C uocaſſet ad Eccleſiam Catholicam eos,ab illa ali uoluit. extant de his eiuſdem Gregorij tres hoc anno epiſtolæ datæ.[h]

Hoc eodem anno,petentibus Dinamio patricio,& Aureliano priuilegium cōceſſit Greg.Maſſilienſi Monaſterio,in honorem S.Caſſiani conſecrato. [i]

Hoc ipſo anno 14.Indict.mortuum eſſe Childebertum Regem Francorum,colligitur ex eo,quod eadem indictione habetur epiſtola 6. ad eum ſcripta & 58. ad Theodebertum, & Theodoricum quos Regni reliquit hæredes.de quibus in actis [k] S.Colūbani habetur eos infra adoleſcētię annos,defuncto Childeberto patre,regnare cępiſſe,cum auia Brunichilde & Theodeberto Burgundionū,Theodorico uero Auſtraſianorum regnum obueniſſe,& de Theodorico peculiariter, quod cum ſæpius adiret B. Columbanum iſque hortantem libenter audiret, vt, miſſis concubinis, legitimo D thoro iungeretur, ex quo legitimam, & regiam prolem ſuſciperet, idque ſe facturum ſponderet; Brunichildis, altera Iezabel aduerſus ſanctum virum ſuperbiæ ſtimulo incitata exarſit, verita ne ſi Reginam vxorem aulæ pręfeciſſet, ipſa honorem, & dignitatem amitteret.

Chriſti Ann.	*Gregorij Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indictionis*
597.	8.	12.	15.

HOc anno menſe Septembri inchoatur Gregorij Papæ annus Pontificatus octauus,quo Cyriacus CP.[nus] epiſcopus Reſponſales ſuos miſit Romam ad S.Gregorium Papam, ſimulque Synodalem epiſtolam, qua tum fidei profeſſio cōtineretur, E tum etiam ipſe communionem Catholicam expeteret,pacemque ſeruari rogaret. Eos Gregorius, ne quouis modo,ipſe auctor Schiſmatis diffamari poſſet, rogāte maxime, per litteras,Imperatore benigne excepit, & rogantes intereſſe ſacris Miſſarum ſolemnijs paſſus eſt. ita tamen, vt aſſentiri noluerit Apoſtolicæ Sedis Apocriſarium, qui CP.[li] degebat,intereſſe ſacris a Cyriaco celebrādis, niſi nomen Oecumenici inuidioſum atque rixoſum penitus dimitteret. de quibus breuiter S. Gregor. in epiſtola ad ſanctiſſimos Patriarchas Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum, [l]

&ad

Margin notes:

a de geſtis Angl.lib.1. c.23.
b li.5.ep.52 53 54. 55. 56. 57. 58. 59. Ind.14.
Epi ne litigēt cū Præſidibus.
c li.5.ep.43. Ind.14.
d li.5.ep.42
e li.5.ep.36 Ind.14.
f li.5.ep.63. Ind.14.
g li.5.ep.32 Ind.14.
h ep,31.li.5
i li.5.ep.38. 39.40. Ind. 14.
i li.6.ep.12. Ind.15.
K Apud Bedam.T.3.& apud Sur.in Nouembri.
l li.6.ep.31. Ind.15.

A &c ad Cyriacum a ſcribēs admonuit pacē, &c charitatem quam præſe ferret, fore inter ſe, ſi ſuperbum nomen aboleret, aliter minime fieri poſſe, vt concordia mutua interce deret. plura per Anatolium, quem hoc anno reuocato Sabiniano, ad Imperatorem Apocriſarium miſit, ipſi ſignificanda teſtatur. Admonenti autem Anaſtaſio Antiocheno, [b] pro eiuſmodi cauſa leuiſſima Schiſma non eſſe conflandum, reſcribit Gregorius. *Vos*, inquit inter alia *eandem cauſam nullam eſſe dicere non debetis, quia ſi hāc æquanimiter portamus vniuerſæ eccleſiæ fidem corrumpimus*, &c.

[a] li.6.ep.28 Ind.15.
[b] li.6.ep.24 Ind.15.

Scripſerat S. Eulogius Alexandrinus Epiſcopus ad eundem Gregorium grauem de trium Sedium prærogatiua epiſtolam, quæ non extat, ſed colligitur ex ea, quam red didit ei hoc anno S. Greg.[c] in qua &c de munuſculis inuicem miſſis. plurimi fecit Gregorius hunc S. Eulogium Alexandrinum, qui his temporibus Sedem illam doctrina, &c ſanctitate illuſtrabat, &c in hæreſi inueteratos plurimos conuertebat: de quo illi B gratulatur ea epiſtola Gregorius, &c bonum prouentum precatur.

[c] li.6.ep.37 Ind.15.

Plures Sabinianus C P.[li] rediens ad Gregorium attulit litteras, quibus ſuas hoc anno reddidit. Inter alias Gregoriæ Auguſtæ cubiculariæ, feminæ ęque pię, ac nobili, de certitudine ſalutis ſuæ curioſè, &c infructuoè percontanti [d] reſpondet, vt in timore perſeueret. Ad Theotiſten, &c Andream, viros clariſſimos, &c pietate præſtantes, qui aſſidebant Auguſtæ, &c Imperatoris filiorum curam gerebant, de quorum educatione eos admonet: de triginta auri libris ad ſe miſſis, pro redimendis captiuis, gratias agit, &c clauem illam S. Petri, egregio miraculo inſignem, dono mittit, [e] denique ad Theodorum Medicum Imperatoris, de eleemoſynis ad ſe miſſis gratias agens, &c ad alios plures, officijs &c charitatis plenas litteras mittit [f] conſolatorias item, &c hortatorias. [g]

[d] li.6.ep.22 Ind.15.
[e] ep.23. li.6
[f] li.6. ep.35 Ind.15.
[g] li.6.ep.26 27.29.

C Aduerſus Monachos deſertores Monaſticæ diſciplinæ, ſcripſit ab Dominicum Epiſcopum Carthaginenſem [h] &c ad Brunichildem [i] Reginā hortans eam, vt Schiſmaticos reuocet ad concordiam, vt ſimoniacas ordinationes corrigere ſtudeat, &c Idololatriæ quaſdam in Gallia reliquias tollere.

[h] li.6.ep.32 Ind.15.
[i] lib.7. ep.5 Ind.1.

Auguſtinus de licentia Pontificis ordinatus Anglorum Epiſcopus [k] a Germaniæ Epiſcopis, cum ſocijs fermè 40. tranſmiſit in Britanniam, atque ab Edilberto Rege in Cantio aſſignatis, Dorouerniæ, regni Metropoli, ſedibus, &c prædicandi Euangelium facultate permiſſa, puritate vitæ, ac ſanctimonia, prædicatione, adhibitis interpretibus ſecum è Gallia aduectis, ſubſequentibus, Apoſtolicis miraculis, gens Anglica cępit fidem Chriſti amplecti, ita, vt hoc ipſo anno Indictionis primę, ad Natalem Domini baptizata ſint plus quā decem hominum milia, auctore ipſo Beato Gregorio. [l] ex D quo corrigendus eſt in nonnullis Beda [m] hæc ipſa narrans in ſua Anglorum hiſtoria. Edilbertus quoque Rex, qui iam antea vxorem habebat Chriſtianam, Aldibergam (vt Gregorius [n]) ex Regia ſtirpe Francorum (non Bertam, vt Beda) Chriſto adiunctus eſt.

[k] li.7.ep.30 ad Eulog. Ind.2.
[l] lib.7.ep.30 Ind.1.
[m] li.1.hiſt. Angl.c.25. &26.
[n] li.9.ep.59 Ind.14.

Iam vero Hiſpaniam reuiſentes. Hoc eodem anno 12. Reccaredi Regis, &c Era 635. celebratum eſt Concilium Toletanum, ab Epiſcopis ſexdecim; cuius duo Canones tantummodo reperiuntur, de caſtitate a clericis ſeruanda, vt ſi quis eam violauerit non ſolum gradu excidat, ſed &c duro carceri mancipetur.

Hoc quoque tempore Antiochus, magnus Anachoreta, functus legatione ad Mauritium Imperatorem, pro Senophri oppido a barbaris direpto, re bene geſta, reuerſu-E rus ad ſuos, hoſpitio exceptus a S. Theodoro Siceota, &c in viam ſuam dimiſſus, centenarius poſt ſexaginta annos in ſtrictiſſima vitæ auſteritate tranſactos, migrauit ad Dominum. De quo Georgius in Actis S. Theodori Siceotæ. [o] Diuerſus eſt hic ab altero, qui ſub Heraclio Imperatore, eodem ferme tempore inter ſcriptores eccleſiaſticos celebris extitit.

Antiochus Anachoreta.

[o] Apud Sur.22. Apr.

A

Chriſti Annus 598. *Greg. Pap.* 9. *Mauritij Imp.* 13. *Indictionis* 1.

HOc anno, quo Eulogius Alexandrinus Epiſcopus de conuerſione hereticorum, magnum prouentum in eccleſiam illatum Gregorio ſignificat: Gregorius contra de conuerſis Anglis eundem reddit certiorem, [a] in qua epiſtola magna de ſe ſubmiſſione loquitur, de qua item ſumma eius ſummiſſione Prato Spirit. c. 151. habetur, narrante Abbate Ioanne Perſa, quod cum aliquando Romæ obuius factus Gregorio eum adorare vellet, Gregorius ſe prius proſtauit humi, nec prius ſurrexit quam ille ſurrexiſſet, &c. *glorificaui, itaque*, inquit, Deum, *qui tantam illi contulerat humilitatẽ, & miſericordiam, & charitatem.* eidem quoque petenti Euſebij commentarium de Martyribus, eum nuſquam reperiri, alia epiſt. [b] indicat. quæ vero haberentur de Martyribus ſcripta, alia epiſtola, hoc ipſo anno ſignificat, deſcribens ipſum Martyrologium Romanum. B

a li. 7. ep. 39 Ind. 1.

Euſeb. commen. de Martyribus perquiſitus, nõ inuentus.

b li. 7. ep. 29 Ind. 1. lib. 9. ep. 22 Ind. 4.

Hoc eodem anno, cum per Probum Abbatem S. Andreæ, (tantæ hominem prudentiæ Gregorio cognitum, vt ante eum fecerit Abbatem quam Monachum) de pace cũ Agilulpho conueniſſet, necdum tamen ſubſcriptione firmata eſſet, cautè ſuos in diuerſis locis poſitos per litteras admonuit Gregorius, diligẽtius inuigilarẽt, ne quod, ſub prætextu pacis, damnum acciperent. [c] Sclauinos ſiue Sclauos meditantes irruptionem in ditionem Rom. Priſcus ad eos reprimendos cum exercitu miſſus, noctu tranſito Iſtro, palantes magna ſtrage concidit, & ingentem prædam CP.[lim] retulit [d] ea de re nuncium hoc anno accepit S. Gregorius a Baſilio, a quo etiam accepit de Schiſmaticis ad eccleſiæ communionem feſtinantibus; & de Mauritij edicto ne inuiti ad Catholicam eccleſiam cogerentur, (ex epiſtola Gregorij ad Baſilium, & Marinianum [e]) contra quam alij fecerant Impp. Euſebium Theſſalonicenſem Epiſcopum ſegnius agentem, aduerſus quoſdam reijcientes Syn. Chalcedon. excitat. [f] C

c li. 7. ep. 2. 5. Ind. 2. & 20. Ind. 1.

d Miſcella ex Theophane libr. 17.

e lib. 3. ep. 9 & 10. Ind. 2

f ep. 7. lib. 7 Ind. 1.

Eodem quoque anno ad officioſiſſimas, & reuerentiæ plenas litteras Dominici Carthaginenſis epiſcopi, hæc præclara reſcribit Gregorius, *Scientes*, inquit, *præterea vnde in Africanis partibus ſumpſerit ordinatio ſacerdotalis exordium, laudabiliter agitis, quod Sedem Apoſtolicam diligendo, ad officij ueſtri originem prudenti recordatione recurritis, & probabili in eius affectu conſtantia permanetis, certum quippe eſt, quia veſtro honori additis quidquid reuerentia, ac deuotionis ordini Sacerdotali exhibetis.* D

Origo fidei apud Afric. a Sede Apoſtol. Rom.

Cum audiſſet Greg. Iudæos in Sicilia conuerti velle, ſtatim mittit, qui eorum ſtudium promoueat. [g] Hoc eodem anno ep. 5. lib. 7. monet Iudæos inuitos non eſſe ad fidem cogendos.

g ep. 24. lib. 7. Ind. 1.

Quæ Romanæ eſſent eccleſiæ, ex more, curans, Defenſorum officium in Vrbe auxit honore, ac dignitate; vt ſicut Notarij, & Subdiaconi, ijdem Regionarij eſſent, qui enim Regionarij dignitate, & nomine augebantur, eiuſdem patebat aditus, vt ad ſacra ſimul cum Pontifice cõuenirent: erantque omnes ſeptenario myſtico numero deſignati, vt ſicut diaconi Regionarij ſeptem, Natarij, Subdiaconi, Defenſores quoque totidem eſſent numero. hi abſente Pontifice ſedebant cum Clero, præſente vero, ſtabant.

Eſt de his hoc anno data epiſtola S. Gregor. ad Bonifacium. [h] porro Regionariorum huiuſmodi tantum erat priuilegium, vt aſſiſterent Pontifici in eccleſia; cum alioquin, ſicut, præter 7. Diaconos Regionarios, Notarios Subdiaconos, & Defenſores itidem Regionarios, alij complures in Vrbe, & in omni eccleſia fuerint Diaconi, Notarij, Subdiaconi, & defenſores. Formula Defenſoris conſtituendi extat inter eiuſdem Gregorij epiſtolas, [i] ex qua, & eorum munus agnoſcitur. *Eccleſiaſticæ utilitatis intuitu, id in noſtro ſedit arbitrio, vt ſi nulli cõditioni vel corpori teneris obnoxius, nec fuiſti Clericus alterius ciuitutis, aut in nullo tibi Canonum obuiant ſtatuta, officium Eccleſiæ defenſorum accipias: vt quidquid pro pauperum commodis tibi a nobis in-* E

h li. 7. ep. 17 Ind. 1.

i li. 4. ep. 25 Ind. 13.

Formula Defenſoris eccleſiæ.

iunctum

A *iunctum fuerit, incorruptè, & viuaciter exequaris, vſurus hoc priuilegio, quod in te ha-*
bita deliberatione contulimus; ut omnibus quæ tibi a nobis fuerint iniuncta, complendis
operam tuam fidelis exhibeas, redditurus de actibus tuis, ſub Dei noſtri iudici, ratio-
nem. Hanc autem epiſtolam Paterio, Notario eccleſiæ noſtræ ſubſcribendam dictaui-
mus. Ad horum officium ſpectabat oppreſſis ſubuenire implorantibus Apoſtolicæ Se
dis auxilium, in prouincijs, ad quas curandas [a] mittebantur. Qua autem cautione — a li.7.ep.17
agendum illis eſſet, ne viderentur eſſe defenſores culpæ, ſed potius interceſſores: & — 18.19.20.
qua diſcretione Iudicij oppreſſis, & opem Eccleſiaſticam implorantibus ſubuenire de
berent, quãtaque cum reuerentia ad Epiſcopos accedendum, docet epiſtolis ſuis: [b] re — b li.7.ep.66
prehendit vero alibi defenſorem quendam, qui Clericos deſpecto ſuo Epiſcopo, fa- — Ind.2.& 24
ceret ad ſuum Tribunal exhiberi, decernitque, vt prima inſtãtia omnino fieri debeat
B apud Epiſcopum. [c] Admonet autem, vt ſiue clericus, ſiue laicus, cauſam contra Epi- — c li.9.ep.22
ſcopum habeat, tunc Defenſor vel iudicet, vel cogat ipſos deligere Iudices. Mona- — Ind.4.
chorum quieti conſulens, plura priuilegia Monaſterio Claſſenſi, ſub Diœceſi Rauen-
nate concedit. [d] Epiſcopum Calaritanum violentius Eccleſiæ bona tuentem, acriter — d ep.32.lib.
increpat, *Non terrenarum rerum curam,* inquit, *ſed animarum te ducatum ſuſcepiſſe* — 9. Ind.4.
cognoſcas. [e]

Accepit hoc anno Gregorius, vna cum litteris, etiam ſancta munuſcula a Leontio Ex — e lib.7.ep.
conſule, viro maxime pio, nimirum oleum ſanctæ Crucis, & lignum aloes: quid au- — 1.& 2.Ind.2
tem per oleum ſanctæ crucis intelligi debeat, ſatis perſpicue indicat Beda [f] in epito- — f de loc.
me de locis ſanctis, vbi agens de ſanctæ crucis ligno Ieroſolymis CP.lim tranſlato, — ſanct.c.20.
ſub Heraclio ingruentibus Sarracenis, hæc ait. *De nodis enim ligni ſancti, liquor odori* — in fine.
C *fer oleo ſimilis profluit, cuius ſi etiam modica particula contingat, omnem ægritudinem* — Oleum ſan
ſanat. Hæc Beda ex ſancto Epiſcopo, qui iſta aſpexit. Porrò Gregorius ad eum — ctæ crucis
reſcribens [g] miſit ad ipſum clauem ſepulchri S. Petri vna cum ramentis ex catenis — quid.
ipſius. — g li.7.ep.35

Quod rurſus pertinet ad res Orientales, hoc tempore magnus ille Theodorus Si- — Ind.1.
ceota, ex Monacho Epiſcopus Anaſtaſiopolis, in Galatia, cum deſpectui, & odio ſe
haberi videret (nam, potatus veneno, exceſſiſſet ex hac vita, niſi Maria Dei genitrix
ſuccurriſſet, conſulto diuino ſpiritu, ſedi nuncium remittit, contra dicente tamen ſuo
Metropolitano Archiepiſcopo Ancyrano, ſed litteris datis ad Cyriacum CP.num
Epiſcopum, & ad Mauritium Imp. vacatione obtenta, ad priſtinæ vitæ ſtatum ſe retu
lit. Magna is donatus fuit gratia miraculorum, quæ præcipuè ſigno crucis, & aquæ
D benedictæ aſperſione patrabat, quorum multa, & magna recenſet, vitę eius ſcriptor,
Eleuſius, alias dictus Georgius. [h]

OSCENSE CONCILIVM in Hiſpania celebratur Era 636. cuius duo tantum — h 22. April.
extant Canones de Canonica diſciplina clericorum, vt caſtitate ſyncera, & haud du — apud Sur.
bia polleant.

NARBONENSE CONCILIVM in Gallia, plura in eo ſtatuta de diſciplina ec-
cleſiaſtica; inter cetera, cautum, ne purpureis veſtibus clerici vterentur.

Ne Iudæorum corpora pſallendo deducerentur ad ſepulturam. Ne clerici albam — Gunthera-
deponant ante Miſſam comſummatã. De Diuinatoribus, & ſortilegis reuelandis, & — ni R. mors.
alia. Hoc eodem anno defunctus Gunteramnus Francorum Rex [i] religioſiſſimus, — i Aimon.de
E ſepultus eſt in Eccleſia S. Marcelli, quam maximo ſumptu, ipſe ædificauerat, qui & — geſt. Fr.lib.
in territorio Senonum Monaſterium quoque conſtruxit, & redditibus auxit, & per — 3.c.81.
Synodum 40. Epiſcoporum, vt in eo ordo pſallendi inſtitutus a S. Auito, & reliquis
Pontificibus in eccleſia Agaunenſium Martyrum teneretur, ſanciri voluit. Eorum
Porrò martyrum ſtudioſiſſimus, eorum reliquias obtinuit, & dum deferrentur, ad
earum inuocationem, ſæuiſſima tempeſtas in lacu per quem Rhodanus influit ſe- — K de glor.
data ſcribitur a Gregorio Turon. [k] — Marty.c.70

A

Chriſti Ann.	*Gregorij Pap.*	*Mauritij Imp.*	*Indictione*
599.	10.	14.	2.

Pax ad biennium.

a li.8.ep.37 Ind.3. b li.7.ep.41 Ind.2.& 42 c lib. 7. ep. 102.Ind.2. d lib. 7. ep. 80. Ind. 2. edit. Rom. e li.7.ep.64 Ind.2

PAx tandem cum Longobardorum Rege ad biennium conuenit, ex epiſtola Greg. ad Innocentium [a] de qua gratias illi agit. [b] Verum non ſicut Agilulphus Rex, iurauit Arnulphus Dux Spoleti, ſed doloſe viſus eſt agere, iurans ſub conditione, ex quo contigit, *ut ex pace, quã multũ deſiderauimus,* inquit Greg. epiſtola ad Theodorum, curatorem Rauennæ [c] *nos in his partibus nullum remedium habere poſſimus quia de iiſdem hoſtibus, de quibus nunc vſque ſuſpecti fuimus, adhuc & in poſterum ſuſpecti ſumus.* Quid actum ſit, licet hiſtoriæ nihil prodant; conſtat tamen ex litteris S. Gregorij menſe Iulio datis, [d] ipſum adhuc ingemuiſſe ſub gladio barbarorum. B

Byzacenus Primas, in quodã crimine, inquit Gregorius, epiſtola ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum, [e] *fuerat accuſatus, & piiſſimus Imperator eum iuxta ſtatuta canonica, per nos voluit iudicari; ſed acceptis decem auri libris,* tunc Theodorus Magiſter militum obſtitit, vt minimè fieret. Tamen piiſſimus Imperator admonuit, vt tranſmitteremus, & quidquid eſſet canonicum faceremus. Sed videntes contrarietates hominum, eandem cauſam inire noluimus &c.

f ep.70.li.7 Ind.2. Ro. edit.

Hoc item anno, cum ſubodoratus eſſet Gregorius CP.li inſcia Sede Apoſtolica, peragi Synodum, veritus ne quid noui ibi decerneretur, de nomine Oecumenici, ſcribit ad omnes Epiſcopos Orientis (licèt duntaxat Euſeb. Theſſalon. Epiſcopus in epiſtolæ inſcriptione nominetur) [f] grauiter admonens, & interminans, ne omnino, vllo prætextu in id conſentiant, & in vniuerſum, ne quid contra Canones cenſeatur, illud addens, Acta nullam vim habere, abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate atq; conſenſu. C

93. 94. 97. 98.99.100. 101. edit. Rom.

Inſulani Capuæ in Iſtria, hoc anno, legatione ad Romanum Pontificem miſſa, ad vnitatem Eccleſiæ a Gregorio benignè ſunt admiſſi, de quo reditu Schiſmaticorum plures eius extant epiſtolæ in quarum 97. gratulatur Magiſtro militum, de ſtudio impenſo in errantium reductione.

g 21. April. Martyr. Rom. h lib. 17. c. 29. li. 18. c. 44. i Tom. 1.

Hoc pariter anno moritur Anaſtaſius Sinaita Epiſcopus Antiochenus, celebris inter ſcriptores Eccleſiaſticos, cum ſediſſet, poſtquam ad ſuam Eccleſiam, poſt Gregorium, fuit reſtitutus, annos ſex inchoatos; ob ſanctitatem vitæ apud Græcos & Latinos anniuerſaria memoria celebris. [g] Ei ſucceſſit alter Anaſtaſius, vt Nicephorus CP.nus in Chronico tradit, ſed Calliſtus labitur [h] dum eos confundit, quod alterius eſt tribuens alteri, recenſet hic aliquot eius lucubrationes. extant ſub eius nomine, & legitimi probantur, quinque libri, de rectis fidei dogmatibus: & 11. Anagogicarum eius contemplationum in Hexameron, In Biblioth. SS. PP. [i] Nuper, Achilles Statius, orationem eius præclaram de Sacra Synaxi, a ſe latine redditam, obtulit Gregorio 13. D

k li.7.ep.48 Ind.2. Ro. edit.

Qui ſucceſſit Anaſtaſius, Orthodoxę fidei profeſſionem de more ad R. P. conſcripſit, de qua S. Gregorius Epiſtola quam illi reddidit. [k] In ea porro ſua Epiſtola Gregorius Mauritium, coniugem, filios, a fide Catholica maxime laudat, quorum tempore hæretici minime praua quæ ſentirent, eloqui præſumerent.

l li.8.ep. 2. Ind.3. m li.7.ep. 54. Ind 2. edit. Rom. n li.3.c.13. lib.4.c.8.& 14.

Miſit hoc eodem anno Imperator Romam triginta libras auri, pauperibus diuidẽdas, necnon rogas, militare ſcilicet donatiuum, pro quibus omnibus Greg. gratias agens, officij plenas ad eum litteras reddidit. [l] E

Hoc ferè toto anno laborauit Gregorius grauiſſimè podagræ doloribus, nec tamẽ labores curæ Paſtoralis prætermiſit, quod litteræ hoc anno datæ ſignificant, [m] & maxime ad Secundinum. Erat hic Abbas magni nominis apud omnes, ob vitæ ſanctitatem atque doctrinam, degens inter Longobardos, qui apud Paulum Diaconum [n] (errore forte librariorum) Secundus appellatur; nec alio titulo quàm ſerui Dei, patria Tridentinus, a quo fuiſſe baptizatum filium Theodelindæ Reginæ Adoualdum, idem Paulus affirmat, & citat eum ſæpe, a quo ſcriptam eſſe de Longobardis Hiſtoriã

tradit.

A tradit. Verum titubaſſe ipſum quidem non nihil in recipienda V. Synodo, ex ijſdem ad eum datis litteris apparet, atque adeo diutius vacillare, epiſt. Greg. poſt quinque annos ad Theodelindam data, indicat.[a] Ad eundem miſit, quas petierat, venerandas imagines, de quarum ratione adorandi eum admonet, vt & eodem anno Serenum Maſſilienſem Epiſcopum [b] reprehendit quod quoſdam imaginum adoratores conſpiciens, eas imagines confregit atque proiecit. *Et quidem zelum uos*, inquit, *ne quid manu factum adorari poſſit, habuiſſe laudauimus; Sed frangere eaſdem imagines non debuiſſe iudicamus, idcirco enim pictura in Eccleſia adhibetur, vt hi qui litteras neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.* &c. hæc autem eſt Eccleſiæ doctrina, picturam ipſam non eſſe adorandam, ſed quem eadem pictura reddit, quaſi præſentem alloqui, & venerari. Fuit hoc item anno laborandum Grego-B rio aduerſus quoſdam, qui in ipſum oblatrabant, quod contra CP.nam Eccleſiam inſurrexiſſet, à qua (vt ipſi aiebant) Eccleſia Romana, in ſacris ritibus pleraque mutuata eſſet, quę autem hæc eſſent, & quid illis reſponderit, habes ex epiſtola ipſius ad Ioannem Epiſcopum Syracuſanum. [c]

a 12. li. ep. 7. Ind. 7.

Imagine quomodo ſ adorandæ docet Gre.,

b lib. 6. ep. 111. Ind. 2. edit. Rom.

Scripſit hoc item anno ad præcipuos Galliarum Epiſcopos, iubens ab ipſis Synodum congregari, [d] necnon etiam ad Brunichildem Reginam Francorum [e] ſolicite admonens; vt Simonia, & alia nefanda crimina corrigerentur. de ijſdem quoque Theodebertum, atque Theodoricum Francorum Reges admonuit. Has autem litteras perferendas dedit Cyriaco ſui Monaſterij Abbati, quem Synodo ab eiſdem celebrandæ intereſſe præcepit.

c lib. 7. ep. 64. Ind. 2. edit. Rom.

d lib. 7. ep. 111. 112. 113. 114. Ind. 2. edit. Rom.

e 115. 116.

Porro eundem Cyriacum etiam Gregorius tranſire voluit in Hiſpanias, vt vbi ip-C ſe præſens eſſe non poſſet, per ſuos adeſſet, quem & commendauit Claudio uiro illuſtri, de quo honorificentiſſima habetur mentio apud Iſidorum, nec minus apud ipſum Gregorium, in Epiſtola ad eum.[f]

f lib. 7. ep. 125. ind. 2. Rom. edit.

CONCILIVM BARCINONENSE hoc anno in Hiſpania celebratur, Era 637. anno 14. Reccaredi Regis, cuius quatuor cũ extent Canones, duo aduerſus ſimoniacũ ſcelus ſanciti eſſe noſcuntur; tertius vero aduerſus Laicorũ ordinationes, non ſeruato Canonico tẽpore, de quibus ijſdẽ admonuerat Gallicanos epiſcopos, vt eodem Cyriaco autore celebratũ eſſe videatur. Quartus deniq; aduerſus eos, qui poſt votũ cõtinẽtiæ, ad terrena cõnubia trãſirent: & fœminas, quæ a pudicitiæ violatore ſe nollẽt ſeparare, vt ab omniũ Catholicorũ communione ſint ſeparati, cum audire potuiſſet Virgilium Arelatenſem Epiſcopum Galliarum Primatem, & Syagrium Auguſtodunẽſem D obiurgatos a S. Gregorio [g] quod huiuſmodi quoddam facinus inultum reliquiſſent.

g lib. 7. ep. 120. Ind. 2. edit. Rom.

Hoc ipſo anno Rex Hiſpaniæ religioſiſſimus Reccaredus delectos pios viros Abbates Romam miſit cum muneribus ad limina Apoſtolorum, de quo illum S. Greg. commendat, & pia illi munuſcula mittit,[h] *Clauem*, inquit, *a ſacratiſſimo B. Petri Apoſtoli corpore vobis pro eius benedictione tranſmiſimus, in qua ineſt ferrum de cathenis eius incluſum; crucem quoque in qua lignum Dominicæ crucis & capilli B. Io. Baptiſtæ.* Dedit præterea eodem tempore litteras S. Gregorius ad Sanctum Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum, & ipſum podagra laborantem, mittens ei pallium. [i] Eodem tempore datis ad Italicam Patriciam litteris, docet grauem morbum infeſtaſſe Vrbem: cum & Africam pariter morbo vaſtari nunciatum eſt, necnon Orientem, & de ſe ipſo, inquit, *Peccatis meis exigentibus, ecce iam undecim menſes ſunt, quod valde ra-E rum eſt, ſi de lecto ſurgere aliquando potuero, tantis enim podagræ, tantiſque moleſtiarum doloribus premor, vt vita mea mihi grauiſſima pœna ſit*, &c. perſeueraſſe adhuc ægritudinem per biennium ipſe teſtatur ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, anno ſequenti.[k] *Ecce enim*, inquit, *iam biennium pene expletur, quo lectulo teneor, tantiſque podagræ doloribus affligor, vt vix in diebus feſtis vſque ad horarum trium ſpatium ſurgere ualeam, Miſſarumque ſolemnia celebrare: mox autem cum graui compellor dolore decumbere vt cruciatum meum poſſim interrumpente gemitu tolerare*; &c. atque ita ægrotus vſque ad obitum perſeuerauit. [l]

h lib. 7. ep. 26. Ind. 2.

i lib. 7. ep. 125. Ind. 2. edit. Rom.

k lib. 7. ep. 127. Ind. 2. ed. Rom.

Greg. diu podagra laborat.

l lib. 8. ep. 35. Ind. 3.

De lue, quæ Africanam vaſtabat Eccleſiam, cuius nec Italia immunis erat, ſcribit S. Gregor. in epiſt. ad Dominicum Carthaginenſem [m] Epiſcopum, quem & monet,

m lib. 8. ep. 41. Ind. 3.

quomodo ſe gerere debeat, eiuſmodi luis tempore, non quidem vt ſibi conſulens deſerat gregem, ſed vt pro eo vitam exponat, precibus, & verbi Dei prædicationi inſiſtendo. A

Chriſti Ann.	Gregorij Pap.	Mauritij Imp.	Indict. 3.
600.	11.	15.	

Slcaui Iſtriã vaſtant. a lib. 8. ep. 36. Ind. 3. b lib. 4. c. 14 c Cap. 12. Auari Venetiam prouinciam inuadunt.

Prodentem feminã Forũ Iul. Rex Auarũ punit.

Commentũ Virginum Lõgobard. ad tuendam caſtitatem.

Greg. uaticinatur de futuris calamitatib.

d Miſcella an. 15, Mau. e li. 12. ep. 2 3. & 8.

SClaui Iſtriam deprædantur, & per eam intrant in Italiam. Gregorius a epiſt. ad Maximum Salonitanum Epiſcopum, & Paulus Diaconus. b Chaianus c Rex Auarum Venetiam prouinciam inuadens, Foro Iulij, Romilda relicta Agilulphi Ducis, qui in eo bello perierat, ſpe coniugij eiuſdem Auarum Regis, illud prodente, potitur, & incendit, & impudicã Romildam, palo in medio campo configi iubet. digno eius impudicitiæ præmio. ab Auaris intactæ caſtitatem conſeruarunt ipſius Romildę filiæ, caſtitatis amore incenſæ, fœtore, artificio quodam contracto, putantibus illis omnes feminas Longobardas putidas eſſe, & per diuerſas regiones venundatæ, iuxta nobilitatem ſuam, dignis ſunt nuptijs potitæ, nam vna dicitur Alemannorum Regi, alia vero Baioariorum Principi nupſiſſe. Deploratis eadem epiſtola ad Maximũ, Italiæ calamitatibus, foris a gentibus, intus a miniſtris Imperatoris, ſubdit Gregorius, vaticinans de futuris temporibus, nimium verus vates. *Sed nolite*, inquit, *de talibus omnimodo contriſtari, quia, qui poſt nos vixerint, deteriora tempora uidebunt, ita vt in comparatione ſui temporis, felices nos exiſtiment dies habuiſſe*, nimirum ob hęreticos, ſub hæreticis Imperatoribus, dominantes, & Romanos ipſos Pontifices captiuos adducentes: denique ob exortum nefandiſſimæ ſectæ Maumeticæ, & ob Sarracenos vbique fere graſſantes, & dominantes. Ad finem Epiſtolæ, de conuerſione hæreticorum curanda idem ſcribit S. Gregorius accerſens eos Romam, ſpondenſque illis omnem ſecuritatem veniendi & abeundi. De Iuliano Scribone miniſtro Imp. peius, quàm hoſtes Italiam vexante, de quo S. Gregorius ſupradicta Epiſtola, Theophanes habet d ipſum a populo tum fuiſſe ab vrbe pulſum, quod Epiſcopum CP.num violenter ab Eccleſia abduxerat; cum Sclauini contra CP.num Ciuitatem progreſſuri eſſent. B C

His quoque temporibus excurſantibus barbaris per Illyricum atque Dalmatiam, ab Epidauri Epiſcopo corpus S. Donati translatum fuit in Corcyrum Inſulam, collocatumque in Caſtro Caſſiopi dicto. Extant de his plures Sancti Gregorij e Epiſtolæ.

Sacrilegiũ punitur in Infideli. f li. 18. c. 28. & 29.

Chaianus Rex Auarum, hoc anno, tertio ante obitum Mauritij, inferiorem Pannoniam inuadens, & uaſtans, Driziparæ S. Alexandri martyris Eccleſiam incendit, ſepulcrum ipſius argento tectum ſpoliat, & iniurijs corpus martyris afficit, magno incuſſo CP.nis timore, vt conſilium caperent deſerta Europa in Aſiam, Chalcedonem comigrandi. Deus autem vltus iniuriam martyris Alexandri, peſtilentia in Barbaros immiſſa, uno die ſeptem Chaiani filios per febrem, & inguinariam paſſionem, extinxit Niceph. f & alij. D

Auari auro uertũtur ad ſua. g li. 18. c. 28 & 29.

Mauritius Legatione miſſa cum muneribus, Chaianum placare tentat, & captiuos redimendos offerenti, per vnum numiſma in ſingula capita, ac minoris etiam, perſoluere illud negligit, ex quo ira incenſus Chaianus, omnes occidit, & pactis inducijs, quinquaginta millium aureorum perſolutione, ad propria redit, quam cędem vltus eſt Deus in Mauritio occidi eos paſſo, non redimẽdo, de quo ſuo loco, ex Theophone, in Miſcella. g E

Exercitus legatos mittit, ſuũ ipſius Ducẽ, & alios, inter quos Phocas liberius Imperatorem allocutus, a quodam patriciorum alapa percuſſus eſt, & barba euulſa, vnde occaſio Phocœ noua tentandi oblata.

h li. 8. ep. 33 & 42. ind. 3.

Eodem anno cum Eulogius Patriarcha Alexandrinus, Romam ad S. Gregorium miſiſſet de more cognoſcendum atque probandum commentarium ſuum aduerſus Agnoitas hæreticos ſcriptum, ipſe Gregorius eundem cognitum Catholicum laudauit. h

A Mortuo Conſtantio Epiſcopo Mediolanenſi, populum, & Clerum hortatur Gregorius ad legitimam ſucceſſoris electionem:[a] nulla habita ratione Agilulphi, qui illis ſignificauerat velle ſe nominare Epiſcopum, *Nā nos in hominem*, inquit, *qui non a Catholicis & maximè à Longobardis eligitur, nulla præbemus ratione conſenſum*, atque ita electus eſt Deus dedit Diaconus, præterito, quem Rex nominauerat. a lib. 8. ep. 65. Ind. 3.

Porrò ex Annalibus Mediolanenſibus proditur, Gregorium conceſſiſſe Mediolanenſibus vt deficientibus Regibus Longobardis, eius ciuitatis Antiſtes, (quiſquis eſſet) coacto Concilio epiſcoporum, eligeret Regem, quem vellet. b — b Sigon. de Reg. Ital. ann. 601.

Plures alias hoc anno Gregorius ſcripſit epiſtolas diuerſis ex occaſionibus, quibus vigilantiſſimum eius probatur ſtudium in publicis, & priuatis rebus, [c] Mittitur hoc anno in Italiam ad Præfecturam Vrbanam adminiſtrandam Leontius Exconſul, B qui cum adhuc in Sicilia eſſet, redegit in ordinem Libertinum, virum clariſſimum ex Præfecto, voluntate Imp. cæſumq; bonis ſpoliauit: quem idem Gregorius cum commendaſſet, Leontius Acta ipſius ad eum mitit, ut manifeſte cognoſceret, quam meruiſſet ille latam in ſe damnationis ſententiam. Verum reſcribens ad Leontium Gregorius ea ex parte ipſum redarguit, quod virum liberum cadere [d] minime debuiſſet. Perſeuerabat adhuc antiquæ legis vſus, ne homo liber ſubderetur flagellis. Legenda plane epiſt. ſeuerioribus Iudicibus. — c lib. 8. ep. 1. 9. 11. 21. 23. 29. 37. 50. 53. 54. 55. 56. 27 58. 59 Ind. 13. — d li. 8. ep. 51 Ind. 3.

Hunc Libertinum eodem tempore priuatum Præfectura prouinciæ, libertate, nobilitate, atque diuitijs, conſolatorijs conuenit, atque eleemoſynis fouit, breuem ad eū ſcribens epiſtolam. e — e ep. 31. li. 8 Ind. 3.

Guidiſcalcum quoque Ducem Campaniæ in Monaſterium & Abbatem, cuius Mo- C nachus ad hoſtes fugerat, præter ius faſque cōſurgentem, data ad eum [f] epiſtola, cohibere conatus eſt. Sed & Clementinam Patriciam potentiſſimam feminam, plus ſatis odio indulgentem, æque paternè commonuit. g — f li. 8. ep. 12. Ind 3. — g l. 8. ep. 16. Ind. 3.

Septimum Sęculum.

Chriſti Ann.	Gregorij Pap.	Mauritij Imp.	Indictione
601.	12.	16.	4.

D MAximiano, ex Arabia Epiſcopo, per Candidum Abbatem, reliquias a Gregorio expetenti, reſcribens, [h] mittit & ſuum exponit ſtatum, plane miſerrimum (*adeo ut, viuere*, inquit, *mihi pœna ſit, & mortem deſideranter expectem, quam gemitibus meis ſolam credo poſſe eſſe remedium.* De eodem ſuo ſtatu extant repetitę querelæ in litteris [i] ad Ruſticianam patriciam degentem CP. ſi ipſi Gregorio ſanguine iunctam; ex quibus intelligitur, cuius habitudinis corporis ipſe Gregor. fuerit, dum eandem eodem podagræ morbo laborantē conſolatur. *Me etenim quē, qualis fuerim noſtis, ita amaritudo animi, & aſſidua exacerbatio, atque præter hoc, podagræ moleſtia affecit, vt corpus meum, tanquam in ſepultura, ita ſiccatum ſit. vnde fit, ut iam de lectulo raro ſurgere valeam. ſi ergo mei molem corporis in tantā ariditatem podagræ* E *dolor redegit, quid de ueſtro corpore ſentiam, quod nimis ſiccum ante dolores fuit?* Miſerat iſta oblationes ad Baſilicam Apoſtoli Petri, vela ſcilicet ſuper eius uenerādum Sepulcrum ponenda, quæ cum Litania ad B. Petri Eccleſiam deferenda eſſent (*quod ideo*) (inquit B. Gregorius) *minime factum eſt, quia cum nuncij me grauiter ægrotantem inueniſſent, ante vela, quam litteras ſuſcepimus. Tamen prædictus vir*, inquit, *cum omni familia domus neſtræ hoc fecit, quod nos cum Clero facere uoluiſtis, & vela præſente omni Clero ſuſcepta, atque illic ſuſpenſa ſunt.* Miſerat eadem, & eleemoſinam ad Monaſterium S. Andreæ ab ipſo Gregorio Romæ conſtructum, de quo etiam Monaſterio, mira quædam, quæ ijſdem temporibus acciderunt enarrat. Perſeueraſſe autem etiam vſque ad ſua tempora, vt miracula ingentia in eodem loco Deus operaretur, — h lib. 9. ep. 27. Ind. 14. — i li 9. ep. 38. Ind. 4. — Oblationes cū Litania ad S. Petrū deferebātur

Ioannes Diaconus teſtatur, qui nonnulla ex his ſcribit.

Cum autem adeo Gregorius laboraret corporis morbis, nihil tamen remiſit curæ A
Paſtoralis, in omnibus vigilans, & laborans. Hoc namque anno collegit Synodum Epiſcoporum viginti, & præſentibus presbyteris atque Diaconis Cardinalibus, pro Monachis quos ſciebat ſæpius ab Epiſcopis moleſtias pati, Decretum, quod conſtitutum appellant, edidit, quod non extat quidem, inter ſcripta ipſius, ſed repertum in Vaticana Bibliotheca, auctor Annalium primus in lucem protulit, dignum plane quod legatur.

Soror Imp. de errorib. contra fidẽ inſimulata. a li. 9. ep. 39 Ind. 4.

Accidit, vt Theotiſta ſoror Imperatoris de quatuor quibuſdam in fide erroribus, in ſuſpicionem veniret. de quare, cum audiſſet Gregorius, eam graui mœrore affectam, conſolatur [a] de detractionibus non curandis differens. Quia vero etiam cum ipſe ageret CP.li audiſſet aliquos de iiſdem erroribus calumnioſe accuſatos, inde accidit, vt & ipſam calumniam de his pati putaret, vel credere id fortaſſe diſſimularet, B vt eam ad pœnitentiam, abſque opprobrio, perduceret. magna igitur, & prudenti cautione damnat, & confutat errores; & errantes vel erroris inſimulatos, immunes ſeruat. Ipſam tamen ſecreto eos errores abiurare, atque iuramento ſe purgare, & offenſis ſatisfacere debere, ſuadet *Priores, inquit, eorum ſponte nobis ſecreto vocandi ſunt, atque ipſis ratio reddenda, & peruerſa quadam capitula, quæ tenere vos exiſtimant coram ipſis anathematizanda. quod ſi etiam, ut dicitur, dari a nobis anathema ficte ſuſpicatur, etiam iureiurando firmandum eſt, uos nunquam eadem capitula tenere, nunquam tenuiſſe. Nec vobis indignum uideatur, tali eis modo ſatisfacere, nec de Imperiali genere ſit contra eos aliquod (in mente ueſtra faſtidium, omnes etenim fratres ſumus* docet autem non dedignari debere quoſlibet potentes rationem de ſe petentibus reddere; quod exemplis, & rationibus probat; & in contemptores excommunicationis inuehitur, negans eos eſſe Chriſtianos. Defuncto Amos Ieroſolymorum Epiſcopo, ſubrogatus eſt Eſichius, qui miſſa de more, profeſſione ſuæ fidei Catholicæ, a Gregorio probatus, & laudatus [b] eſt. Quoniam autem Simoniaca peſtis per omnem fere Chriſtianum orbem inualuerat, eum monet, vt ſtudioſe eam ſanare curet; quod ipſum ſupra monuerat Gallicanos Epiſcopos, & Reges ipſos, ac Reginam Brunichildem: & hoc ipſo anno id repetit, inſtantius vrgens.[c] C

Cõtemptores excõmunicationis Chriſtiani non ſunt. b li. 9. ep. 40 Ind. 4. c li. 9. ep. 48 49. 50. Ind. 4.

Audoenus Epiſcopus Rothomagenſis in vita S. Eligij, de eadem ſimonia vigente ſub Brunichilde, ſic habet. *Illis diebus immaniter ſimoniaca hæreſis pullulabat in Vrbibus, & in cunctis finibus regni Francorum, maximeque a temporibus Brunichildis, infeliciſſimæ Reginæ, vſque ad tempora Dagoberti Regis, violabat hoc contagium fidem Catholicam.* Rurſum vero, quod, & præter ſimoniacam labem, praui mores vbique Galliarum ſacerdotes infecerant, omniſque, ipſis regnantibus, uitijs diſciplina eccleſiaſtica conticeſceret, inſtat iterum S. Gregorius vehementius inclamans, & eandem Brunichildem appellans, vt malorum omnium fontem. [d] in qua ad eam epiſtola, poſtquam oſtendit non eſſe ex iis qui deberent, qui tantam corruptelam tollere ſtudeat, ſcripta ad nos veſtra inquit diſcurrant, vt perſonam (ſi præcipitis) cum veſtræ auctoritatis aſſenſu tranſmittamus; quæ, vna cum alijs ſacerdotibus, hæc & ſubtiliter querere, &, ſecundum Deum, debeat emendare. cogitaſſe nanquam Greg. ad eos mittere Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, ipſæ epiſtolæ quæ extant apud Bedam [e] fidem faciunt. interminatur quoque, niſi prouideat, mala, quæ poſt ſecuta ſunt. Quæ abſens Gregorius, eadem præſens S. Columbanus interminans, redarguebat. D

d li. 9. ep. 64 Ind. 4. Quanta moderatio Gregorij cum Principibus e lib. 1. c. 28

Auguſtinus ab Arelatenſi Epiſcopo ordinatus Anglorum Epiſcopus, reuerſus in Angliam, legatos Petrum, & Laurentium Romam ad B. Gregorium mittit, vt nouas operas, in ſubſidium conuerſionis Anglorum mitteret: qui non modo cooperatores, ſed & vniuerſa, quæ ad cultum erant, & miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa videlicet ſacra, & veſtimenta altarium, ornamentaque eccleſiarum, & ſacerdotalia, vel clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum, & Martyrum reliquias, nec non codices plurimos tranſmiſit [f] commendans eos Francorum Regibus, [g] & Epiſcopis. [h] Ad ipſum quoque Auguſtinum Epiſcopum Anglorum gratulans ſcribit [i] mo- E

f Beda lib. 1 c. 29. g li. 9. ep. 53 54. 55. 56. h li. 9. ep. 49 50. 52. i li. 9. ep. 59. Ind. 4.

nenſque

A nenſque vt, quando Deus per eum magna miracula oſtendit, de eodem dono cœleſti,
& timendo gaudeat, & gaudendo pertimeſcat, &c. ſcripſit pariter ad Adilbertum
Regem, & ad Reginam [a] Aldibergam. Quod autem in litteris ad Regem datis mo- [a li. 9. ep. 59]
nuerat, vt Idolorum templa deſtrueret, re accuratius conſiderata, correxit ſcribens ad [60. Ind. 4.]
Mellitum Abbatem, [b] vt potius aqua benedicta aſpergerentur, & reliquijs ſancto- [b li. 9. ep. 71]
rum ſanctificarentur, & ad pium, & Chriſtianum cultum transferrentur: *Vt dum* [& apud Be-]
gens, ipſa, inquit, *eadem fana ſua non videt deſtrui de corde errorem deponat, & Deũ* [dam lib. 1.]
verum cognoſcens, & adorans ad loca quæ conſueuit, familiarius concurrat, monet [hiſt. c. 30.]
quoque alios gentilitios ritus ad pietatem conuertendos, vt quod faciebant cæden-
dis bobus, in obſequium Dęmonum, faciant iam in ſolemnitatibus Dedicationis,
vel Natalitijs ſanctorum Martyrum Chriſtiana agitando conuiuia. Per eoſdem ip-
ſos legatos Auguſtinus Gregorium cõſuluit de nonnullis ad Epiſcopale officium per
B tinentibus, ad quas ſingulas conſultationes reſpondens, Decretalem epiſtolam ſcri-
pſit, quæ ad hunc ipſum annum referenda eſt, quantumuis extremo loco epiſtolarum
eius ſit poſita, etiam Bedæ teſtificatione. [c] Miſit illi quoque pallium, & Metropolita- [c lib. 1. c. 27]
num illum 12. Epiſcoporum conſtituit Londonienſem Epiſcopum, qui ordinaret [hiſt. Angl.]
Metropolitanum quoque Eboracenſem, totidem Epiſcoporum, illi quidem ſubie-
ctum, minime vero ſuis ſucceſſoribus; & prærogatiua honoris ex eis potiretur, qui
prior fuiſſet ordinatus. extat epiſtola apud Bedam. [d] [d 1. hiſ. c. 29]
Reſpondet, [e] & hoc anno ad conſulta Hibernorum; an Neſtoriani eſſent denuo [e li. 9. ep. 61]
baptizandi redeuntes ad Eccleſiam; ex antiquo eccleſiæ inſtituto minimè eſſe ba- [Ind. 4.]
ptizandos, ſed tantum aut vnctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola fidei [Hæretici ad]
profeſſione ad eccleſiam reuocandos, qui in fide Trinitatis eſſent baptizati; differre [eccleſiam]
C autem in ritibus Orientalem ab Occidentali eccleſia; dum iſta, per manuum impoſi- [quomodo]
tionem, recipere in eccleſiam pœnitentes conſueuerit: Orientales vero eoſdem per [recipiendi.]
chriſmatis vnctionem. Per rectæ igitur fidei profeſſionem, ſeruatis eis proprijs ordi- [Orientalis]
nibus, Neſtorianos recipiendos monet. [eccleſia dif-]
Ad auertendos Barbaros Occidentalibus oris imminentes Italiæ, atque Siciliæ, [fert ab Oc-]
Epiſcopos Siciliæ circulari epiſtola hortatur, [f] vt litaniam quarta, & ſexta feria in- [ciden. in re-]
excuſabiliter indicant, & a peruerſa vita populos abducere ſtudeant. probauit pre- [conciliãdis]
ces Deus, nec Sclauinorum irruptionem paſſa eſt Italia, aut Sicilia. Ægrotus ipſe [hæreticis.]
Gregorius, quam ægrotantibus ſtudioſe conſuluerit, indicat epiſtola ad Marinianum [f li. 9. ep. 45]
Epiſcopum Rauennatem [g] vomitu ſanguinis laborantem, cui, poſt biennium melius [Ind. 4.]
habenti, cum ante mandaſſet ieiunio abſtinere, & quinquies tantum in magnis ſolen [g li. 9. ep. 28]
D nitatibus permiſiſſet; ſemel aut bis in hebdomada ieiunare permittit. [h] [Ind. 4.]
Venantium Patricium, exmonachum, quem primo anno Pontificatus reuocare ad [h lib. 11. ep.]
Monaſterium tentauerat, hoc anno periculoſe ad mortem ægrotantem, accuratè com- [34. Ind. 6.]
mendat Epiſcopo Syracuſano, vt ſaltem in eo articulo reſipiſcat, eidem commendat
clariſſimas feminas, eius filias, Antoniam atque Barbaram, eaſdemque neptes Ruſti-
cianæ S. Gregorij propinquæ [i] ad quas poſt, defuncto parente ſcribit, vt quod habe- [i li. 1. ep. 31.]
bant in animo, expleant, & ad limina Apoſtolorum venire feſtinent, earum præſen- [Ind. 4.]
tiam ſibi gratiſſimam [k] fore. [K li. 9. ep. 75]
Quod aũt ad publica negotia ſpectat, hoc eodem anno Gregorius ROMÆ CON [Ind. 4.]
CILIVM habuit, in quo, inter alia damnatus eſt Andreas Græcus, ſub Monachali ha-
bitu incluſus degens apud eccleſiam ſancti Pauli, detectus impoſtor atque falſarius;
de quo idem Gregorius ad Euſebium Theſſalonicenſem Epiſcopum, [l] ſcribit ipſum [l li. 9. ep. 69.]
E falſaſſe epiſtolam eius, & ſermones aliquot græce ſcriptos ſub ſuo, ideſt Gregorij [Ind 4.]
euulgaſſe, quem haud dubium grauiter multatum eſſe, vt eodem hoc anno Hilarium
Subdiaconum, qui calumniatus fuerat Io. Diaconum; (de quo ſcribit ad Anthemiũ)
priuatum Subdiaconatus officio, & verberibus publice caſtigatum, in exilium de- [m lib. 9. ep.]
portandum, [m] *vt unius pœna*, inquit, *multorum poſſit eſſe correctio*. In eodem Con- [66. Ind. 4.]
cilio Probo Abbati data eſt facultas teſtandi de ijs bonis, quę ante Monaſticum ha-
bitum ſuſceptum, habebat. Extant acta publica, [n] hac temporis conſignatione: Im- [n li. 9. ep. 22]
perantibus Domno Mauritio, & Tiberio AA. anno Incarnat. Dominicæ ſexcente- [Ind. 4.]

ſimo

ſimo primo: eodemque Domno vndecies Conſule, ſub die 3. Non. Octobr. præſidente Beatiſſimo, & Apoſtolico Papa Gregorio, &c. A

Hoc anno, quinto Regum Francorum, Theodeberti, atque Theodorici fratrum, conflato inter eos, & Clotarium filium Regis Chilperici, hæredem vero Gunthrami, ciuili bello, magna facta vtrinque cæde, victoria fratribus ceſſit, fugente Clotario. In qua pugna (inquit Aimoinus)[a] Angelus Domini aſtans euaginatum viſus eſt tenuiſſe gladium.

a lib. 3. c. 87. 88.

Chriſti Ann. 602. *Gregorij Pap.* 13. *Mauritij Imp.* 17. *Indict.* 5.

B

ABſoluto pacis tempore initæ inter Romanos, & Longobardos, rurſum vtrinque certatum eſt, victis tamen Romanis, ab Ariulpho Spoleti Duce, qui & hoc ipſo anno mortuus eſt. Paulus Diaconus[b] qui mirum quid refert, de Sabino Martyre viſo pugnare pro Duce, & agnito ex pictura, quam in eius Baſilica poſt ei videre contigit.

b lib. 4. c. 5.

Tergeſtinus Epiſcopus Schiſmaticus, fruſtra eum Seuero Gradenſe Schiſmaticorum capite (Aquileia diruta, & incenſa, Gradum Sede tranſlata) qua blanditijs tentante, qua atrocibus minis, & perſecutionibus retrahente ſponte ad eccleſiam redit. extat ad eundem Epiſcopum S. Gregorij epiſtola[c] ad vnitatem Catholicam prouocantis: formula fidei profeſſionis,[d] quam facere ſolerent ad eccleſiam redeuntes, habes apud eundem S. Greg. lib. 10. Regiſtri. Quod autem in profeſſione ea Catholicę vnitatis, nulla penitus mentio habetur de fidei dogmatibus; quarum cauſa conflatum eſt ſchiſma; vt non niſi eorum confeſſione facta, eſſet quis in eccleſiam admittendus: deſiderari videtur in ea, pars illa profeſſionis, qua V. Synodus aſſeritur, & comprobatur, quam ex tenebris antiquitatis erutam, hic, ſuo loco, reddendam putamus. C

c lib. 10. ep. 36. Ind. 5. edit. Rom.
d lib. 10. ep. 30. Ind. 5. edit. Rom.

Fateor me, ſicut S. Euangelij quattuor libros, ſic 4. Concilia recipere, & venerari; Nicænum ſcilicet, in quo peruerſum Arij dogma deſtruitur; CP. num *quoque, in quo Eunomij, & Macedonij error conuincitur; Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorij impietas iudicatur; Chalcedonenſe, in quo Eutychis Dioſcorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione cuſtodio; quia in his, velut in quadrato lapide ſanctæ fidei ſtructura conſurgit, & cuiuſlibet vitæ atque actionis exiſtit. Quiſquis eorum ſoliditatem nō tenet, etiam ſi lapis eſſe cernitur, tamē extra ædificium iacet. Quintum quoque Concilium pariter veneror, in quo epiſtola quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur: Theodorus perſonam mediatoris Dei, & hominum in duabus ſubſiſtentijs ſeparans, ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur: ſcripta quoque Theodoreti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur auſu dementiæ reprobata refutantur. Cuncta vero quæ præfata Concilia reſpuunt, reſpuo; quæ venerantur, amplector; quia dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe, & non illa, deſtruit, quiſquis præſumit aut ſoluere, quæ religarint, aut ligare quæ ſoluerint. Quiſquis ergo aliud ſapit anathema ſit. Quiſquis ergo prædictarum Synodorum fidem tenet, pax ei ſit a Deo Patre, per Ieſum Chriſtum filium eius, qui cum eo viuit, & regnat conſubſtantialiter Deus, in vnitate ſpiritus ſancti, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Explicit.* D

Eodem tempore, Eutychiani, Monophyſitæ dicti, hæretici Ægyptij, ad Catholicam fidem conuerſi, in Siciliam primum, inde Romam ad Apoſtolorum limina veniunt, quos Gregorius redeuntes Eulogio Alexandrino Epiſcopo commendat,[e] ne ab alijs hæreticis perſecutionem paterentur. E

e lib. 10. ep. 54. Ind. 5. edit. Rom.

Clementium Primatem Prouinciæ Byzacenæ diu ante grauiorum criminum nomine ad Sedem Apoſtolicam delatum, Concilio prouincię mandat iudicandum. epiſtola ad Epiſcopos eius Prouinciæ.[f]

f lib. 10. ep. 35. edit. Ro.

Donadeum Diaconum a ſuo Epiſcopo damnatum, & Sedem Apoſtolicam appellantem, mandat a Primate cum Concilio iudicandum;[g] vt etiam Paulinum Regen

g li. 10. ep. 3[illegible] Ind. 5. edit. Rom. & 31.

A ſem Epiſcopum, Simoniacæ labis in conferendis ordinibus, accuſatum:[a] ac denique Paulum Diaclini Epiſcopum, de corporali peccato delatum, Ioanni Epiſcopo primæ Iuſtinianæ, vices ſuas agente, delegat iudicandum: quem damnatum & ab epiſcopatu depoſitum, dato ſucceſſore. quod idem vi militum irrupiſſet in Eccleſiam, bona diripuiſſet, & ſucceſſorem pene ad mortem trucidaſſet, S. Gregorius iuſſit retrudi in Monaſterium ad perpetuam pœnitentiam, vſque ad obitum, cōmunione corporis, & ſanguinis Domini priuatum. a lib. 10. ep. 35. Ind. 5.

Inter multiplices negotiorum labores & afflictiones, curā ſuſcepit hoc anno Gregorius inſtaurandi tecta vtriuſque Baſilicæ Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, mandans prægrandes trabes incidendas atque ad mare deferendas, quo, nauigio Romam deferri poſſint ex Brutiorum prouincia, non vero Brittannorum, vt perperam B legitur in eius Epiſtolis. [b] Ex quadam occaſione recenſet S. Gregor. ſuas lucubrationes hoc anno, & ſuū profert iudiciū de ſuis ſcriptis, Epiſtola ad Ioannem ſubdiaconū Rauennatem. [c] Commentarios ſuos in Iob ait non eſſe opus populare & rudibus auditoribus impedimētum magis, quam prouectum generare: commenta vero pſalmorum mentes ſæcularium ad bonos mores præcipue informare; &, pro ſua ingenti animi demiſſione, ſubdit, Neque enim volo, dum in hac carne ſum, ſi qua me dixiſſe contigit, ea facile hominibus innoteſcere. Et mox, ægre ſe accepiſſe ait, quod Regulam Paſtoralem petenti Imperatori Sabinianus Apocriſarius dediſſet; & quod Anaſtaſius Antiochenus in Græcam linguam tranſtuliſſet *& ſicut*, inquit, *mihi ſcriptum eſt, ei valde placuit, ſed mihi valde diſplicuit, vt qui meliora habent, in minimis occupentur, &c.*

S. Greg. recenſet ſua ſcripta. b lib. 10. ep. 24. 25. 26. Paulus Diaco. li. 4. c. 6. c lib. 10. ep. 22. Ind. 5. Humilitas Gregor.

C Quod autem ad rerum Orientalium ſtatum pertinet, accidit vt Imperator Mauritius iuberet exercitum, traiecto Iſtro, ibi hyemare, ex quo in ſeditionem verſus, Phocam Centurionem, audacem hominem, acclamat, & ſalutat Imperatorem; quo audito, Mauritius, & hoſtem aduentare ſentiens, cum vxore & liberis nauem conſcendit. Sed tempeſtate repulſus, vix periculum euaſit. Aduētanti Phocæ, occurrunt Cyriacus Patriarcha, & Senatus, illeque ex more confeſſionem Catholicam fidei, & promiſſionem, Eccleſiam a diſſenſionibus conſeruandi immunem, exigit, Coronato autem & ex more ſpectacula agenti Phocæ, á populo tumultuante Mauritius inclamatur, qua non expectata voce perculſus Phocas, Mauritium adduci iubet, & ante eius oculos, quinque maſculos filios necari; (Theodoſio iam coronato, ad Perſarum Regem auxilij cauſa dimiſſo, neci ſubtracto,) ac ipſum denique Mauritium occidi, cum illud Dauidicum pronunciaſſet, Iuſtus es Domine, & rectum iudicium D tuum. quorum capita iuxta tribunal vſque ad fætorem permanſere. Occiſi ſunt & aliquot Proceres, atque hęc contigiſſe per indictionē ſextam menſe Nouembri, anno decimo ſeptimo, per tres menſes ab Auguſto inchoato, Acta publica teſtantur, apud Gregorium [d] & colligitur ex Euagrio, [e] accurate annos explorante, cum plerique alij falſo illi viginti annos tribuerint. Theophanes, Cedrenus, Nicephorus, alij hos ſecuti. Præuidit & prędixit eius miſerabilem necem Theodorus Siceota Anaſtaſiopolitanus Epiſcopus [f] & plures aliæ traduntur prædictiones.

Mauritius cū filijs trucidatur. d lib. 11. c. 1 e li. 5. c. 23 lib. 18. c. 40 & 41. f In vita apud Sur. 22 Aprilis.

Mauritius Imperator vt fidei Catholicæ ſtudioſus a S. Gregorio prædicatur, [g] & vt pius a Nicephoro celebratur, [h] veruntamen longius prolapſus eſt, multa aduerſus Eccleſiaſticam libertatem ſanciendo; ſanctum Pontificem Gregorium minus reuerenter habendo; crudelius permittendo, tot captiuorum millia a Barbaro Rege truci- E dari, quæ non magna pecunia redimi potuerunt; oppreſſione Reipublicæ, per rapaces magiſtratus ſiue inſcio ipſo, quod crimine non caret, ſiue diſſimulante, quibus factū videtur, vt tam acerbas Deus ab eo pœnas expeteret; ſed bene cecidit, quod agnitis culpis, & promeritis pœnis, expetierit potius in hac vita eas luere, cum miſericordia, quam in altera, vbi durior exercetur iuſtitia.

g lib. 9. ep. 48. Ind. 4. h lib. 18. capit. 42.

A

Chriſti Ann. 603. *Gregor. Pap.* 14. *Phocæ Imp.* 1. & *Indictione* 6.

HOc anno, quo inchoatur 14. Gregorij annus, regnantium Auguſtorum imaginibus Romam, de more, allatis, Phocæ & Leontiæ A A. menſe Aprili, acclamatum eſt illis ab omni Clero & Senatu, in Lateranis, in Baſilica Iulij: Exaudi Chriſte: Phocæ A. & Leontiæ A. vita, ac poſt reponi eas iuſſit Beatiſſimus & Apoſtolicus Papa in oratorio S. Cæſarij Martyris, intra Palatium. Acta apud Gregor. a Miſiſſe Phocam Imperatorem de more fidei ſuæ profeſſionem Catholicam ad Romanum Pontificem par eſt credere. Porro S. Gregorius ſimul ac nuncium accepit de eius in Imperium euectione, gratulatus eſt ei epiſtola,[b] qua ſatis agnoſcitur deploratiſſimus ſtatus Romani Imperij, ſub Mauritio, & quantam ſpem concepiſſet de Phoca Gregorius rerum meliorum. Conquerenti nouo Imperatori quod nullum inuenerit CP[li] ex more reſidentem Sanctæ Romanæ Eccleſię Apocriſarium, excuſat Gregorius,[c] ob temporis iniquitatem, cuius cauſa, poſt defunctum in ea muneris functione, poſt Sabinianum, Anatolium, nullus inuentus eſſet, qui eiuſmodi prouinciam ſubire vellet: ac Bonifacium defenſorem, ſibi vita, fide, ac moribus approbatum, & eius pietatis veſtigijs aptum iudicatum, Diaconum creatum, ſe ſub celeritate tranſmittere. In ea ipſius Gregorij Epiſtola, hæc inter cætera. *Qualiter enim quotidianis gladijs & quantis Longobardorum incurſionibus ecce iam per 35. annorum longitudinem premimur, nullis explere vocibus ſuggeſtionis valemus.* Per eundem Bonifaciũ Apocriſarium ſcribit Gregorius ad Cyriacum pacificas litteras, hortans eum ad ſuperbum vniuerſalis nomen deponendum.

> a lib. 11. capit. 1.
> b lib. 11. ep. 38. Ind. 6. edit. Rom.
> c lib. 11. ep. 45. Ind. 6. edit. Rom.

B C

Phocas A. vt aſpectu, ita moribus deformis, & truculentus deſcribitur a Cedreno, nec abſimilis vxor eius Leontia, quorum ætate, inquit idem, omne genus malorum in Romanum Imperium exundauit. eius diligentia, Theodoſius Mauritij filius, a Coſrhoe Perſarum Rege, auxilij cauſa ad eum miſſus, in reditu captus, obtruncatur, alijs quoque primoribus ad necem conquiſitis. Ad eundem, poſt, Coſrhoem Perſarum Regem, Phocas legationem, pro more miſit, de ſua in Imperium euectione, ille vero necem Mauritio illatam vlturus, bellum illi mouet, quo tandem Syria, Palæſtina, Phœnice, Armenia, Cappadocia ſubactæ; atque adeo Chalcedonem vſque CP.[li] oppoſitam Perſæ aduenere. Ex altera vero parte Auares Europam percurrentes, magnis cædibus factis deuaſta nt. hæc Nicephorus.[d] D

> d libr. 18. ca. 43.

Interim Longobardis cuncta vaſtantibus, in quanto mærore degeret Gregorius, Epiſtolis ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum[e] & ad Ruſticianam[f] Patriciã declarat *vt ſola mihi*, inquit, *conſolatio ſit, mortis expectatio.* Quod autem laborare oculis Eulogium audiſſet, *Tranſmittimus*, inquit, citata epiſtola, *Crucem paruulam in qua de catenis amatorũ veſtrorũ Sanctorũ Petri & Pauli Apoſtolorũ inſerta eſt benedictio, quæ oculis veſtris aſſidue ſupponatur; quia multa per eandem benedictionem fieri miracula conſueuerunt.* Brunichildis Regina & Theodericus eius Nepos, Rex Francorum, legatione miſſa ad S. Gregoriũ, petunt priuilegia dari Eccleſiæ S. Martini a ſe erectæ, in ſuburbano Agaunẽſi,[g] Monaſterio ancillarum Dei, & Xenodochio a ſe in eadem ciuitate conſtructo. extat impetratum priuilegium:[h] cuius particula aduerſus Reges & Magiſtratus & Epiſcopos tentantes illud infringere, apponere libet, ad indicandam ſupremã auctoritatẽ Sedis Apoſtolicæ (*Si quis vero Regum, inquit, Sacerdotum, Iudicum, perſonarumque ſæcularium hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat. & niſi ea quæ ab illo male ablata ſunt, reſtituerit, vel digna pœnitentia illicite acta defleuerit, a ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in æterno examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat &c.* E

> e lib. 11. ep. 49. Ind. 6. edit. Rom.
> f lib. 11. ep. 26. ed. Ro.
> g Armon. lib. 4. cap. 1. in fin.
> h libr 1. ep. 10. Ind. 6.
> Priuilegiũ Apoſtolicum.

De miſſo quoque Menna Epiſcopo Toletano a Sede Apoſtolica iudicando, reſcri-

A bit, innocentem in iudicio repertum, & ad Sanctiſſimum Corpus B. Petri Apoſtoli, ſub iureiurando, ſatisfacientem, abſolutum ſe remittere.

Requiſitus etiam vt Epiſcopo mala valetudine laboranti, alius ſubrogetur; Coadiutorem tantum dandum, reſpondet. *Similiter verò de quodam bigamo requiſiti, an ad ſacrum ordinem potuiſſet accedere, iuxta Canonicam regulam*, inquit, *omnino vetuimus. Poſtrema petitio fuit, vt mitteret, qui coacta Synodo contra canones acta corrigeret*, quod apto tempore, ſi Deo placuerit, ſe facturum promittit. Sed hæc omnia callidè (vt Politici omnia) ad conciliandam exiſtimationem, & alliciendum Pontificem, quo facilius per eundem (quod eadem legatione petierant) cum nouo Imperatore pacem obtinerent. B Hoc eodem anno Romæ error ille per S. Gregorium Papam corrigitur, [a] quo quidam Sabbatum Iudaicè & Dominicum diem ſuperſtitioſo quodam modo coli docebant. Anthemium Subdiaconum reprehendit, [b] quod Paſchaſium Epiſcopum Neapolitanum obiurgare atque coercere diſtulerit, quod inter cæteras culpas, cum vno aut duobus Clericis, uilis & deſpicabilis, quotidie ad mare deſcenderet. ex quo intelligas non eſſe recens, vt Epiſcopi pluribus ſtipati comitibus incedant.

Inter alias Epiſcoporum cauſas, quæ hoc anno, ex diuerſis Eccleſijs, ad Apoſtolicam Sedem delatæ ſunt, fuit ex Hiſpania deducta cauſa Ianuarij Epiſcopi Malacitani, & Stephani alterius Eccleſiæ, in Hiſpania, Epiſcopi, qui, Comitioli, uiri potentis, opera, abſtracti a ſuis Eccleſijs, a quibuſdam alijs Epiſcopis condemnati, in exilium detruſi fuerant. C Hi appellantes Romanum Pontificem miſſo ab eo, ad hoc, in Hiſpanias Io. Defenſore, cũ commonitorio, iuxta cuius formam iudicium exequeretur. iniuſtè igitur depoſiti, reſtituti ſunt; qui depoſuerant, per ſex menſes in Monaſterium detruſi, ſubrogati in eorum locum, penitus reiecti, & priuati ſunt miniſterio cuiuslibet ordinis Eccleſiaſtici. extat ſententia [c] eius quoque de hac materia epiſtolæ. [d] Hoc eodem anno, cum Longobardorum Dux Arnulphus expugnare vrbem pararet, ipſo inſtante Natali Apoſtolorum, Gregor. ſolicitus ſcribit litteras [e] ad Imperatoris Duces, excitans eos ad militiæ munera, ſtudio & vtilitate Reipub. militaria etiã egregie tractans, cum vrget occaſio.

[a] lib. 11. ep. 3. Ind. 6.
[b] lib. 11. ep. 31. Ind. 6.
Epiſcopos decet incedere bene comitatos.
[c] Apud S. Greg. li. 11. ep. 55. Ind. 6. Ro. edit.
[d] lib. 11. ep. 52. & 56. Ind. 6. ed. Rom.
[e] lib. 12. ep. 21. 22. 23. 24. Ind. 7. in eod. cum tamẽ legendũ eſſet 6. ſi quid Gregor. mortuus indict. 7. non peruenit ad alterum Natalẽ Apoſt.

D

Chriſti Annus	*Gregor. Pap.*	*Phocæ Imp.*	*Ind.* 7.
604.	14.	2.	

Hoc anno pax cum Agilulpho Rege Longobardorum, iterum renouata eſt: & Rex auctus prole maſcula, quam pia mater Theodelinda in fide Catholica voluit baptizari, de quibus, cum litteris, & per legatos certiorem feciſſet S. Gregorium, ipſe illi datis litteris [f] gratulatur, & ſacra munuſcula filio mittit, Crucem cum ligno S. Crucis Domini, & lectionem S. Euangelij Theca Perſica incluſam, ſorori item infantis Aduloualdi appellati, tres annulos &c.

Ad conſultationes Felicis Epiſcopi Meſſanenſis reſpondit litteris [g] quæ exſtant. Conſultatio porro ipſa eſt in 2. Tomo Concil. Cauſa præcipua mittendæ conſultationis ea fuit, quod cum ſciretur ipſum S. Gregorium Auguſtino in Anglia Epiſco- E po conceſſiſſe, vt ratum haberetur matrimonium in gradu quarto affinitatis contractum, graue ſcandalum paſſi ſunt multi, potiſſimum vero Siciliæ Epiſcopi, quod hactenus ex Decretalib. Pontificum & Conciliorum decretis, vſque ad ſeptimum gradum, vetita eſſent connubia. Reſponſio eſt, id Anglis, nouellis Chriſtianis fuiſſe indultum, quod non eſſet ad alios trahendum in exemplum. Contigit Neapoli flagitium quod B. Gregor. vehementer excruciauit, miles ſiquidem per vim rapuit Virginem Deo in Monaſterio conſecratam; [h] redarguit autem Godoinum Ducem Neapolitanum, quod contra tantũ facinus nõ inſurrexerit. Qui ſegnem Ducem ad vlciſcendum immane facinus arguit: feſtinum in excommunicationis ferenda ſententia Maximianum reprehendit, ad quẽ ſic breuiter: [i] *Frequenter me admonuiſſe vos recolo, vt in proferenda ſententia eſſe præcipites nullatenus deberetis.* &c. [k]

[f] lib. 12. ep. 7. Ind. 7.
[g] lib. 12. ep. 10. Ind. 7.
[h] lib. 12. ep. 5. Ind. 7.
[i] ep. 26. lib. 12.
[K] ep. 16. li. 12.

Scribit

Scribit & hoc anno litteras ad Io. Abb. montis Sinai in Arabia, enixe implorans eius preces, & pro ſumma ſua charitate mittens ea quibus illum, pro locis ſibi ſubiectis indigere intellexiſſet, lectos, lectiſternia, lenos, pro Gerõtocomio, (quod eſt mirũ Roma vſque in Arabiam ea miſſa) & pretium pro culcitris &c. A

a lib. 12. ep. 9. Ind. 7.

Eodem hoc pariter anno Ind. videlicet 7. S. Gregorius Baſilicæ S. Pauli peculiariter adſcripſit latifundum, ad aquas Saluias, cũ alijs fundis pro luminaribus [a] quod ſcripto voluit confirmatum. Extat hactenus eadem conſtitutio Gregorij in eiuſdem Baſilicæ marmorea tabula inciſa. porro huiuſmodi donationum, diuerſis in vrbe eccleſijs a S. Gregorio collatarum, alia item inciſa lapidibus extant vetera monumenta, vt in Eccleſia Sanctorum Ioannis & Pauli, in Baſilica S. Petri, & alijs fortaſſe in locis.

S. Greg. obitus.

Hoc denique anno Summus Pontifex Gregorius poſt quadriennium, quo aſſidue podagra, & alijs morbis fuit excruciatus, quod tamdiu optarat, & multorum precibus conatus fuerat impetrare, in cœleſtem patriam demigrauit, cum ſediſſet an. 13. menſ. 6. dies 9. vt qui creatus tertia die ſept. mortuus eſt 12. Martij. ſepultus eſt in extrema porticu Baſilicæ S. Petri, vbi adhuc extat eius ſepulchrũ, ſubter altare S. Andreæ cuius ipſe fuerat ſtudioſiſſimus. male Paul. Diac. eius obitum retulit in 6. Ind. aduerſante Io. Diac. & Beda. Scripta eius, ſupra, ſuis quæque temporibus fuere recenſita; quæ diuino potius tribuenda eſſe numini, quam humanæ induſtriæ manifeſta viſio columbæ ad ipſum deſuper lapſæ, cum quid de ſacris litteris ſcribere vellet, a Petro Diacono viſæ, & ea de cauſa ad aurem eius pingi ſolitæ, declarat, vt Ioann. Diaconus aſſerit. [b] Quod porrò idem ait de combuſtis quibuſdam eiuſdẽ eius libris ab inuidis, fide caret, cum nec Iſidorus, nec Ildephorus, qui recenſent ſcriptorũ eius catalogum, vllam de combuſtione mentionem faciant; licet alia plura fuiſſe a S. Gregorio ſcripta teſtentur. Sed neque Paterius eius Notarius, qui dum cuncta diuinæ ſcripturæ teſtimonia ab ipſo Gregorio elucidata in ordinem ſuum redegiſſet, de exuſtione cum ipſe præſens Romæ eſſet, meminiſſe neceſſario debuiſſet. Extat Paterij lucubratio. Quod vero idem Ioan. Diacon. tredecim libros epiſtolarum eius numerat, annorum Pontificatus numerum ſecutus eſt: quod hodie 12. numerentur pro Indictionum numero factum eſt. Præter autem ſupra dicta opera, Antiphonarium, & ſacramentarium eius librum habemus. De uenerandis immaginibus ab eo pingi iuſſis, & vt ante eas, orans, cum Sancto Eleutherio, exauditus eſt, Hadrianus Papa Epiſtola ad Carolum magnum meminit. Habet Anaſtaſius ipſum feciſſe Ciborium cum columnis quatuor ex argento puro ſuper ſepulchrum S. Petri Apoſtoli, ſtatuiſſeque vt ſupra ſepulchrum eiuſdem Apoſtoli Miſſæ celebrarentur. B C D

b lib. 4. cap. 69.

Huius Beatiſſimi Gregorij venerabile corpus (inquit Ioannes Diaconus) a Gregorio IV. Sed. Apoſtolicæ Præſule, poſt annos 125. (male 50.) translatum, ante Nouellum ſecretarium, conſtructis abſidibus, ſicuti modo cernitur, ſub altare ſui nominis collocatur, quo eius anniuerſaria ſolemnitas, cunctis certatim pernoctantibus, veneratione gratiſſima celebratur. in quo palliũ eius & filacteria, ſed & baltheus eius conſuetudinaliter oſculantur. per filacteria autem Crucem pectoralem, reliquijs refertam ad collum ferri ſolitam ſignificari ex ipſius Gregorij, epiſtola [c] ad Theodolindam, intelligitur. Plura de ipſo B. Gregorio, de ſanctitate eius & miraculis, lege apud Io. Diaconum, & apud Anaſtaſium. Vulgata iam olim magis fabula, quam hiſtoria de anima Traiani B. Gregorij precibus ab Inferno liberata, quæ a nonnullis improbatur, a pleriſque, etiam doctis viris, vt vera ſupponitur, ab aliquibus etiam probatur & defenditur, non eſt prætermittenda. Eam vero copioſe & luculenter vanitatis & falſitatis coarguit Auctor Annalium. Ac primum quod dicitur ob Traiani eximiam probitatem eius miſertum Gregorium indoluiſſe, ingemuiſſe, oraſſe, vt ab Inferno eriperetur; non eſt credibile, & falſum probatur, ex antiquorum teſtimonio, Dionis, Spartiani, Iuliani Cæſaris, eum nefarij ſceleris reum agentium: ne dicamus eum fuiſſe acerbiſſimum Chriſtianoum perſecutorem. Deinde quod recordatione & admiratione Traiani deſilientis de equo in ipſo procinctu Dacico, vt Viduę, ſe, de nece filij cõpellanti, ſatisfaceret, ferunt, pro eius liberatione rogaſſe, & mirum E

c lib. 12. ep. 7. Ind. 7.

De Traiani anima ab inferno liberata precib. B. Gregor. diſputatio.

eſt,

A eſt, & falſum id factum exiſtimandum eſt, quod non niſi poſt ſexcentos annos a Traiani temporibus, aut ſcriptum aut auditum fuit. Adde vero, quod ad ipſum Gregorium ſpectat, ne credibile quidem eſſe id ipſum cogitaſſe, cum contra ſenſiſſe, [a] ſcripta ipſius monumenta teſtentur, in quibus inſectatus eſt eos, & hæreticos appellauit, qui Redemptorem noſtrum, cum deſcendit ad Inferos peccatores compoſitos in Inferno, cõfitentes ipſum Deum, ſaluaſſe, dixere. In epiſtola enim ad Georgium Preſbyterum, & Theodorum Diaconum CP.næ Eccleſiæ, poſtquam huiuſmodi eſſe hæreticos ex ſententia Auguſtini, & Philaſtrij aſſeruit, hæc ſubdit. Hæc itaque omnia pertractantes, nihil aliud teneatis, niſi quod vera fides per Catholicam Eccleſiam docet, quia deſcendens ad inferos Dominus, illos ſolummodo ab Inferni clauſtris eripuit, quos viuentes in carne per ſuã gratiam in fide & bona operatione ſeruauit. &c. B Hæc ipſe cum doceat, quis adeo imprudens dixerit, tentaſſe ipſum Gregorium precibus obtinere, quod nec Chriſto ipſi ad inferos deſcendenti fuiſſe cõceſſum aſſeruit, & ſecus ſentire, eſſe hæreticum prædicauit? Sed vnde dices, tantus error inualuit, vt eiuſmodi hiſtoria, tamquam vera, abſque aliqua diſcuſſione, a nonnullis magni nominis Theologis accepta, non primum de eius fide quæſitũ, ſed duntaxat, quomodo fieri potuerit, repugnante diuina lege, fuerit ab ijſdem adeo diſputatum. In promptu eſt dicere. Quod enim eadem aſſerta reperiretur a viro ſanctiſſimo, magnique nominis Theologo Io. Damaſceno, haud in dubium reuocandam putarunt, vel vt falſam reijciendam eſſe duxerunt, cum præſertim cauſa vti rem certam indubitatamque ipſe prodiderit. [b] Veruntamen, cum in his, quæ ad rerum geſtarum veritatem ſpectant, contingat frequenter falli etiam prudentiſſimos, nec viri auctoritas, aut ſancti- C tas præiudicet veritati, nec audax nec temerarium putandum eſt, quæ dicta ſint aut facta, diligentius examinare & expendere. Io. quidem Damaſcenus centum poſt annis a Gregorio, & quod excurrit, quod audiuit, & credidit, bona fide in ſcripta retulit: Io. poſt Diaconus, qui ſub Ioanne VIII. trecentis ferme annis poſt Gregorij obitum in vrbe vitam ipſius ſcripſit, cum ad rem tam mirabilem & celebrem veniſſet, nec illi ad eam teſtandam ex Archiuo Romano quidquã ſuppeteret, nec ex Italia Gallia, aut Hiſpania, ad extremam Britãniam confugit, apud cuius Eccleſias legi eam aſſereret, & hoc eſt quod Io. Damaſcenus hyperbole illa ſignificauit, Occidentis, & Orientis teſtificatione eſſe firmatam. Sed multo grauius errarunt Græci, qui nulla veritatis facta diſcuſſione, adeo plenam his fidem adhibuere, vt in ipſorum Euchologia cap. 96. eam inſeruerint. Quod vero in reuelationibus S. Brigidæ [c] aſcriptis habetur de anima Traiani precibus B. Gregorij alleuata, & in Reuelationibus S. Ma- D thildis [d] nolle Deum vt homines ſciant, quid de anima Traiani ipſe ſtatuerit, vt inter ſe contraria, nihil mouere debent, nec accipi vt diuinitus reuelata Sanctiſſimis illis fœminis, ſed vt conficta, & illis attributa. Sed hæc ipſa & alia, quæ rei veritati, atque adeo veriſimilitudini derogant, tu vide in Annalibus latius explicata.

Poſt vacationis menſes quinque, ac dies 9. ipſis Kal. Sept. vt Anaſtaſius habet, eligitur Sabinianus Volaterranus.

Hoc eodem anno S. Auguſtinus Britãniarum Epiſcopus, ob propagationem Chriſtianæ Religionis duos Epiſcopos creat Mellitum, atque Iuſtum, Londonienſem, & Cantuarienſem; & eodem anno moritur; cum duas Synodos in Anglia habuiſſet (quo potiſſimum anno non conſtat) ad conciliandos Eccleſiæ, veteris Britaniæ Epiſcopos, in pluribus ab illa diſſidentes quod fruſtra tentauit. Sed, quod prædixerat, vt E rebelles bello contererẽtur, euenit. Vide Bedam in hiſtor. Anglor. [e] vbi narrat de cæco ab Auguſtino in veritatis fidei teſtimonium illuminato, ipſis tamen Schiſmaticis, & hæreticis hærentibus in incredulitate, ſuccedit Laurentius ab ipſomet, Sancti Gregor. Papæ iuſſu, ordinatus, qui ſolicite ſtuduit Britannos & Scotos e Schiſmate eripere epiſtola ad eos ſcripta, [f] apud Bedam. qui tamen obſtinati traditi ſunt Barbaris, Anglis, atque Saxonibus, vaſtandi, atque opprimendi.

In Oriente, inolita diu conſuetudine, publice venales expoſiti erant magiſtratus, auctione propoſita. certam de his fidem facit Epiſtola S. Gregorij [g] ad Honoratum Diaconum.

[a] epiſt. 15 lib. 6. Ind 15.

[b] in orat. de fidel. defunct.

[c] lib. 4. cap. 13.

[d] lib. 5. c. 6.

[e] Beda 2. c. 2. & 3.

[f] Bed. 2. capit. 4.

[g] lib. 12. ep. 27. Ind. 7.

Phoca

a Miſcella lib. 17. 2. Phucæ.

Phocas cum Abarum Rege pactis inducijs, totum militiæ robur vertit in Orientem, vbi a Romanis, Domitio Duce, male pugnatur,[a] Perſis victoriam obtinentibus. A

Chriſti Ann.	*Sabiniani Pap.*	*Phocæ Imp.*	*Indict.*
605.	1.	3.	8.

b Paul. Diacon. lib. 4. cap. 9. Vet. edit.

ANnus b algore & ſterilitate lugubris fuit, ex qua dira fames eſt orta. Adaluualdus Agilulphi filius, Lõgobardorum Rex, apud Mediolanũ creatur, aſtantibus legatis Theodoberti Regis, & pax perpetua ſancitur cum Frãcis. de Aquileienſi, & Gradẽſi Patriarchis, occaſione Seueri, hoc anno defuncti, quoniam res per oſcura eſt, obſeruanda hæc ſunt, ex Actis Concilij Mantuani celebrati ſub Eugenio, anno quarto eius Pontificatus, quę extant M S. apud auctorem Annalium in vetuſto Codice, quo et Pauli Diaconi hiſtoria continetur. B

De Patriarchis Aquileĩẽſi & Gradenſi obſeruatu digna.

Papa Benedicto, Paulus erat Patriarcha Aquileienſis, qui Longobardorum Barbariem & immanitatem metuens, de propria Sede Aquileienſi, ad Gradus Inſulã confugiens plebem ſuam, omnemque Theſaurum & Sedem Sanctiſſimam Marci, & Hermagoræ ſecum tranſtulit, fixa ibi ad tempus Patriarchali Sede. quo, poſt 12. annos mortuo, ſucceſſore quoque Probino, Elias eligitur, cui tum, cum Eccleſia Romana communicante, a Pelagio Papa conceditur, vt euerſa Aquileia, Gradum, loco Aquileię, ipſe teneat (a quo & noua Aquileia eſt nuncupata) vnde euenit, vt idem Epiſcopus & Patriarcha aliquando Aquileienſis aliquando vero Gradenſis nominaretur. Incidit ex occaſione damnationis trium capitulorum, vt Helias Patriarcha Gradenſis, ſiue Aquileienſis ſcinderetur ab Eccleſia Romana, cui ſucceſſit in eodẽ ſchiſmate Seuerus, & Græcis atque Longobardis pugnantibus, Gradus tranſijt ad iura Græcorum, & vt Patriarcha Aquileienſis, Gradenſi Caſtro exutus, ſedem transferret ad forum Iulij; inde idem & Foroiulienſis c Patriarcha nominaretur. Hoc igitur anno, mortuo Seuero d ſchiſmatico, ordinatus eſt Ioannes Abbas Patriarcha in Aquileia vetere, cum conſenſu Regis Agilulphi, qui ſchiſmaticis fauebat: in Gradu quoq; Candidianus ab Epiſcopis Iſtriæ, adnitente maxime Exarcho, qui patrocinium habebat Catholicorum, quos ſchiſmatici hæreticos appellabant; atque ita deinceps fuere duo Patriarchæ, e Aquileienſis Schiſmaticus, & Gradendis ſentiens cum Romana Eccleſia; quouſque Aquileiẽſes perſeuerauerunt in ſchiſmate. redditis vero ipſis Catholicæ Eccleſiæ, & ſublato ſchiſmate, ſuis iuribus integrata eſt a Mantuano Concilio atque Rom. Pont. Eccleſia Aquileienſis. Vide hæc plenius in Annalibus. C D

c Valafrid. Strabo, de reb. Eccleſ. c. 25.
d Marian. Scot.
e Paul. Diacon. 4. c. 10. Vet. edit. 34. nouæ.

Tenax, largo Pont. inſenſus.

Miraculũ.

Sabinianus Papa, hoc anno moritur, Ind. 8. 11. Kal. Mart. cum ſediſſet menſes 5. & dies 19. ceſſat Epiſcopatus Menſ. 11. dies 26. Hic tenacior, largitati Beati Gregorij prædeceſſoris ſui, cum derogaret, ab eo ſæpius per viſum increpitus, demumq; in capite percuſſus, ex dolore vexatus, non multo poſt obit. Ex Sigeberto odioſum quidem fuiſſe populo ob ſuam tenacitatem, Anaſtaſius affirmat, vt ob id nõ auſi ſint per vrbem deferre ad ſepulturam ad S. Petrum. Eadem dira fame vrgente, cum pauper quidam à nautis peteret eleemoſynam, illiſque reſpondentibus, deſiſte a nobis petere eleemoſynam, qui nihil, niſi lapides habemus, eoque ſubijciente, omnia ergo vertantur in lapides, quidquid manducabile in naui erat, in lapides conuerſum eſt, colore & forma rerum permanente. Sigebert. in Chron. E

Cedren. & Miſcella hoc ann. 3. Phocæ.

Narſetem Romanorum Ducem rebellantem, & iteratis iuramentis, redire perſuaſum, fædifragus Phocas viuum comburit, exultantibus Perſis, quod perijſſet Dux glorioſiſſimus, cuius vel ipſum nomen eſſet ipſis pauendum, & Romanis magno dolore affectis. ex quo Phocas, vt Tyrannus magis, quam Imperator haberi cœpit & timeri.

A

Chriſti Ann.	Bonifacij 3. P.	Phocæ Imp.	Indictione
606	1	4	9

BOnifacius Romanus, ex Diacono a Gregorio apocriſarius miſſus ad Phocam Imp. poſt vnius ferè anni vacationem 15. Kal. Mart. Papa creatur.

Hoc anno [a] conſilio Germani Patricij deſiderantis Imperium, Conſtantina olim, vxor Mauritij, cum tribus filiabus deducta eſt in templum, ad concitandam ſeditionem aduerſus Phocam, qui ad abſtrahendas mulieres ex templo cũ miſiſſet, aduerſarium expertus eſt Cyriacum Patriarcham, qui abſtrahi non permiſit, niſi interpoſito B iuramento quod eas non læderet; tuncque ductæ ſunt, & clauſæ in monaſterio, qua ex re infenſus Cyriaco Phocas, quaſi in odium eius, profeſſus eſt, ſolum Roman. [b] Pontificem (quod vere eſt) dicendum œcumenicum ideſt vniuerſalem: Conſtantinopolitanum vero nequaquam, quem tamen illi titulum arroganter vſurpabant, cum alioqui præſe ferrent Romano Pontifici ſubeſſe; maligne vero aut imperite aliqui opinati ſunt Romanam Eccleſiam obtinuiſſe Primatum a Phoca, quod diuino iure a Domino Noſtro Ieſu Chriſto olim ſancitum fuit, conteſtantibus id, vno conſenſu, omnibus Patribus, & vniuerſa Eccleſiaſtica hiſtoria, id, per omnes fere annos exclamante.

Hoc ipſo anno Cyriacus Patriarcha moritur: ſuccedit Thomas, ex Diacono, & ſaccellario magni templi, an vero ſaccellario, ideſt theſaurario a ſaccis?

C Bonifacius, habito Romæ Concilio, ſancit aduerſus ambitum, ne ſuperſtite adhuc Pontifice de ſucceſſore tractetur. Anaſtaſ.

Hic, hoc eodem anno, e vita decedit 12. d. menſes Nouembris, cum ſediſſet menſ. tantum 8. dies 23. ceſſat Epiſcopatus menſes decem, & dies ſex. Anaſt.

Reuerſus e Gallijs Fauſtus monachus Sancti Benedicti diſcipulus, ſcriptam a ſe vitam Mauri Abbatis, cui comes acceſſerat viuenti adhuc Papæ Bonifacio, probandam obtulit. Leo [c] Oſtienſ.

Chriſti Ann.	Bonifacii 4. P.	Phocæ Imp.	Indictione
607	1	5	10

D BOnifacius ex Valeria Marſorum ciuitate, ex presbytero, eius nominis Quartus Pontifex creatur die 18. Sept. qui ſtatim domum ſuam in monaſterium erexit, & redditibus locupletauit. Hic Pantheon [d] nobile Romæ delubrum a M. Agrippa, ter Conſule erectum, & Ioui vindici conſecratum, a Phoca impetrat, & in honorem Dei Genitricis Mariæ, & Sanctorum Martyrum, póſt ſexcentos triginta duos annos, Deo conſecrat, titulo Dei Genitricis ad martyres. ex Anaſtaſió. Conſtantinopoli turbulentiſſimus hic annus fuit, detecta in eum coniuratione, [e] & multis de primoribus occiſis, atque adeo Conſtantina A. Mauritij vidua, cum tribus filiabus.

Ex pia Mauritij familia pleræque pietate inſignes feminę extitere, in quibus Sopatra, ſanctiſſima virgo, filia Mauritij Imperatoris in Martyrologio & Menologio, cum Euſtolia Romana celebrantur 9. Nouemb.

E De Damiana quoque ſorore Imperatoris, cum nepte, apud Ieroſolymam degente, mentio eſt in Prato ſpirit. [f] vnicus, [g] qui a Conſtantino Conſtantinopoli ædificatus eſt carcer, & abſque aliquo incremento, vſque ad Phocam permanſit, eo in tyrannum verſo, & quam plurimos ex leui ſuſpicione in eum conijciente, vbi anguſtijs illis pædore, & fetore conficerentur, piæ & opulentæ feminæ commiſeratione, eſt dilatatus propria domo illi attributa.

Eodem quoq; anno idem Phocas Imperator ægrotans, a diuina miſericordia non derelinquitur, ſed ſanatur a S. Theodoro Siceota [h] cũ manuũ, & pedũ doloribus excruciaretur, manib. illi cũ ꝑcatione impoſitis, ab eo monitus, vt ab horum afflictione,

[a] Cedren. Theoph.

[b] Anaſt. Paul. Diaco. li. 4. c. 11. vet. edict. quid Phocas ſanxit de Papa Rom.

[c] li. 1. hiſt. Caſſ. c. 3.

[d] Anaſt.

[e] Miſcell. lib. 17.

[f] cap. 127.

[g] Glicus Ann. in Cõſtant. Carcer Conſtãtinop. ſub Phoca dilatatus.

[h] Apud Sur. 23. Apr.

& ſanguinis effuſione temperaret. Occaſio veniendi Conſtantinopolim Theodoro fuit, quod cum in locis finitimis, cruces, quæ in ſupplicationibus deferuntur, horribili, & miſerando ſpectaculo, per ſe concuti, & commoueri viſæ eſſent, idque ad Thomam Patriarcham delatum eſſet, conterritus is, a magno Theodoro a ſe euocato, ſummis precibus impetrat, vt ſignificationem prodigii ediſſerat. *Scito*, inquit, *ea Crucium concuſſione magnas clades, & calamitates prænunciari*; quod quidem euentibus annorum conſequentium comprobatum eſt, vt patebit magnis Chriſtianorum cædibus a Perſis factis, Ieroſolymis captis, Monothelitarum hæreſi, & Mahometanorum ſecta exorta. Vaticinatus quoque de his fuerat Sanctus Gregorius Papa, cum inter maximas, & vix ferendas calamitates. *Nolite*, inquit, *de talibus omnino contriſtari, quia, qui poſt nos vixerint, deteriora tempora videbunt, ita vt comparatione ſui temporis, felices nos æſtiment dies habuiſſe.* A B

Chriſti Annus	*Bonifacii 4. Pap.*	*Phocæ Imp.*	*Indictione*
608	2	6	11

PRiſcus [a] gener Imp. non ferens tantam ſoceri immanitatem, Heraclium Africæ Prætorem rebellionem meditantem, inuitat contra Phocam.

Perſæ [b], fuſis Rom. exercitibus, Armeniam, Cappadociam, Galatiam, & Paphlagoniam occupant, & vſque Chalcedonem, populantes, procedunt. C

Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus, vbi ſediſſet ann. 2. m. 7. ex hac vita [c], (quod valde cupiit, & ſummis precibus, per Theodorum Siceotam impetrauit) libens volensque diſceſſit. Sergius illi ſucceſſor creatur, qui per ipſa initia Epiſcopatus magnam de ſe ſpem concitauit, & cum magna ſummiſſione acceſſiſſet ad Theodorum, inter ea, quæ ab eo audiuit, hæc ſunt verba (non tamen) ex ſpiritu prophetico, qui nec ſemper adeſt prophetis: *Deo confiſus, ſpero, adminiſtrationem tuam, & diuturnam, & præclaram fore*, quæ ſane minime præclara fuit, cum hæreſiarcha euaſerit.

Beatus Theodorus Conſtantinopoli degens, cum reprehenderet morem illum, præſertim primorum, qui, poſt myſteriorum perceptionem balnea adibant, a clericis ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ interrogatus, vtrum id ex Sacræ ſcripturæ lectione, an aliunde didiciſſet. [Scitote, inquit Deum mihi indicaſſe eos valde peccare, qui poſt ſanctam communionem ad balnea ſe conferunt, vt corpus lauent, & curent. Quis enim vnguento delibutus & aromatibus, eorum abſtergit ſuauitatem? Quis ſimulac cum Imperatore pranſus eſt, ad balneum currit]. Quod vero eiuſmodi non eſſent paruipendenda, ſignis poſt hæc editis, Deus dicta ab eo voluit confirmaſſe, quæ pergit auctor narrare [d]. D

Sanctiſſimus Eulogius Epiſcopus Alexandrinus cum ſediſſet annos 27. moritur, inter Sanctos relatus Martyrol. Id. Septemb. ſanctitate & doctrina plane præſtantiſſimus, ſcripta eius contra hæreticos, & pro Synodo Chalcedon. recenſet Photius, Theodorus Scribon in eius locum ſuccedit. E

Res Occidentalis Eccleſiæ his temporibus obſcuræ; in Gallia tantum, inuentione corporis Sancti Victoris [e] martyris, luce coruſcant, qui, Solodori, cum Sancto Vrſo, paſſus fuerat, & ex reuelatione facta Epiſcopo Maurianenſi in Suburbani Genabenſis Eccleſia inuentus eſt, & miraculorum gloria illuſtratus.

a Miſcell. li. 17. Cedren. in Phoca.
b Apud Miſcel. & Theoph.
c Niceph. Chron.
in v. apud Sur. 22. Apr.
d Apud Sur. 22. Apr. Nicepho. Chron.
e Sigeb. in Chro. Aimon. li. 3. c. 90.

Chriſti Annus	*Bonifacii* 4. *Pap.*	*Phocæ Imp.*	*Indictione*
609	3	7	12

A PHocas, ſibi ſimilem, immitem, & truculendum Bonoſum creatum Comitem Orientis, immittit contra Perſas, qui hoc tamen tantum habuit pietatis, vt voluerit B. Theodori precibus communiri; miſit igitur eum legatum, vt ſibi in prouinciam feſtinanti occurreret: cumque veniſſet, & pro illo ſtante, nec ceruicem inclinante, precaretur, apprehenſis frontis eius capillis, eum deorſum traxit. At ipſe
B humaniter & precationem, & reprehenſionem ſuſcipiens, virum ſanctum veneratus eſt, & manum eius deoſculans, pectori ſuo admouit, obſecrans eum, vt pro ſe Deum oraret, vt a dolore quodam, quo pectus eius laborabat, liberaretur. Quare vir Sanctus digitis pectus eius leniter percutiens. *Tibi prius*, inquit, *orandum eſt, vt interior homo corrigatur, & conualeſcat*: illo enim *curato, facile exterior liberabitur*, eumque pluribus hortatus eſt ad lenitatem, & manſuetudinem. Plura deinceps Auctor [a] percenſet viri Sancti miracula, digna quæ legantur. Ingenti ſeditione [b] orta Antiochiæ Iudæorum aduerſus Chriſtianos, Iudæi Anaſtaſium Patriarcham, & plures Chriſtianos contrucidant, & incendunt, qua ex occaſione, Bonoſus ex itinere reuerti iuſſus eſt Antiochiam, vbi Iudæorum cædes factæ, Anaſtaſius hic inter martyres celebratur.

C Phocas Circenſes ludos ſpectans a Praſinis conuitijs laceſſitus, quamplurimos interficit: at illi coacervati incendunt Prætorium, curiam, ſcrinia, & carceres, ex quo iratus eos militia priuat. Theophan. & Annal.

Noua detecta coniuratione, plures ex primoribus necati.

Eutychius Ieroſolymorum Epiſcopus, vbi ſed. ann. 8. ex hac vita migrauit, ſucceſſit Zacharias.

Africa tota hoc anno in procinctu fuit, ob bellum quod inferendum parabatur ab Heraclio aduerſus Phocam.

Gallia feruet bellis ciuilibus: Italia gemit ſub gladijs Longobardorum. Res vero huius anni Romanæ Eccleſiæ prorſus obſcuræ remanſerunt.

a Apud Sur. 22. Apr.
b Miſcel. lib. 17. & Cedren. an. 7. Phocæ.
Martyro. 21. Dec.

D

Chriſti Annus	*Bonifacii* 4. *Pap.*	*Phocæ Imp.*	*Indictione*
610	4	8	13

HEraclius a Priſco, Phocæ genero, adiutus, profligato eius exercitu, oblatum eum ſibi, obtruncari iubet, cum fratribus, & neceſſarijs, vt eſt apud Miſcellam [c], & Zonaram. Verum (quod ſemel admonuiſſe ſatis ſit) ſupputatio annorum Domini apud Grecos, differt ab ea, quæ apud Latinos. Si quidem hunc qui em octauum Phocæ annum omnes numerant, eundem illi 602. A.D. ponunt. Sed nec conſtans vna eademque eſt apud eos Chriſti ann. ſupputatio, etenim in hunc
E vſque annum, quo occiſus eſt Phocas, Nicephorus numerat 625. Latini autem recte 610. ſupputant.

Apud [d] Cedrenũ legitur quendam ſanctum Monachum, Phoca imperante, Deum quaſi ad diſceptationem prouocantem, dixiſſe. *Cur tam impium Chriſtianis impoſuiſti Imperatorem?* audiuiſſeque vocem, cum quidem neminem videret, ſibi dicentem: *Deteriorem illo alium inueniri non potuiſſe vllum, & hoc meruiſſe Conſtantinopolitanorum flagitia*. Ad poſtremum de Phoca illud non prætermittendum, ipſum, dum imperaret, magnopere contendiſſe, vt qui in bello contra Chriſtianę fidei hoſtes certantes cecidiſſent, inter Martyres cenſerentur: eo conſilio, vt

c Miſcell. Heracl. ann. 1.
d Niceph. 18. c. 26

collapſam Rom. militiam erigeret, & firmaret. Sed reſtiterunt illi Antiſtites auctoritate maxime S. Baſilij, cuius eſſet ad Amphilochium canon pęnitentialis, de illis, qui in bello feciſſent homicidium, vt non proberetur illis ſacra communio, abſq; præuia pęnitentia. Theodor. Balſamon.[a] A

Perſæ captis Apamea, & Edeſſa progreſſi vſque Antiochiam, exercitum Roman. ad internecionem cædunt. Annal.

Theodorus Scribon Epiſcopus Alexandrinus, poſt duos [b] annos ſedis, moritur, in eius locum creatur Io. cognomento Eleemoſynarius, inſtante maxime vniuerſa Alexandria, & Heraclio vrgente, cum ipſe maxime reluctaretur: eius res præclare geſtas ſcriptis mandauit [c] Leontius, Neapolis Cypri, eiuſdem æqualis, quæ cognita, & recepta fuere in Concilio Nicæno poſteriori, qui quidem de primordijs tanti viri hæc inter cætera. *Contendit*, inquit, *omnem plane hæreſim euellere, & in triſagio, quod a Gnaphæco additum erat, qui crucifixus eſt pro nobis, ſuſtulit, impatibilem, & immortalem Trinitatem aſſerens, & ſuum gregem ita ſentire docens.* B

In ſacris ordinationibus fuit zeli vehementiſſimi, & quod Eulogium monuerat S. Gregorius, effecit vt puræ eſſent ab omni crimine ſimoniæ, & vt nulla fieret citra examinationem. Eius ſtudium fuit immenſum erga pauperes, quos ſingulos deſcripſit, & victum illis diurnum aſſignauit, extruxit Xenodochia, Noſocomia Ptocotrophia, & pauperibus feminis, quibus non erant ad pariendum habitacula, nec alia neceſſaria, ſeptem loca attribuit, inſtructa rebus omnibus neceſſarijs, annuas quoque pecunias clericis, & Epiſcopis pauperibus attribuit. Curauit in primis ne vlli fieret iniuria, & ne quis ab eo forte conqueſturus arceretur, duobus hebdomadæ certis diebus, in templi porticibus conſidebat, duos ſecum inſignes habens viros, quibus illud ſæpe dictitabat ſane memorabile, SI NOBIS, QVI HOMINES SVMVS, LICET AD DEVM ACCEDERE, ABSQVE VLLO INTERCESSORE, QVOMODO NON ET ID LICEAT CONSERVIS NOSTRIS AD NOS. C

a In can. 13. Baſil. ep. ad Amphil.
b Niceph. Chron.
c Apud Sur. 23. Ian.
S. Io. eleemoſyn. fit Epiſcop⁹ Alexand. Nulla ordinatio citra examinationẽ.

Quod vero pertinet ad Occidentales, celebrata eſt hoc anno, menſe Martio, viuente adhuc Phoca Imperatore, a Bonifacio 4. Pont. Synodus Romæ, de his, quæ Mellitus Leudonienſis Epiſcopus, ex Anglia attulit, cum Apoſtolico Papa conferenda, qui & ſedit cum alijs Italiæ Epiſcopis, in Synodo, & epiſtolas retulit ad Laurentium Archiepiſcopum, & clerum, atque ad ipſum Regem Edilbertum, & gentem Anglorum. ex Beda [d], Acta illa & Epiſtolæ non extant. His accedebat alia cauſa, quæ & potiſſima videri poterat de Eccleſiæ Sancti Petri monaſterij extra mœnia Londinij facta diuinitus dedicatione; num rata haberi deberet, quam rem ſanè admirandam Ealredus Abbas, qui res geſtas Sancti Eduardi, Regis Anglorum, ſcriptis tradidit, hoc ipſum poſteris probe teſtatum reliquit. D

d lib. 2. c. 4. hiſt. Angl.

Hoc itidem anno 610. qui ab Hiſpanis nocatur Era 648. celebratum eſt Toletanum Concilium 15. ſub Gundemaro Rege, qui tertius fuit a Reccaredo primo, ex Gothis Rege Catholico, poſt eum enim Liuba regnum tenuit annos duos, & ſucceſſor eius Vuitericus annos ſex, menſeſque decem. Cauſa Concilij apparet ex Actis, & Gundemari conſtitutione, hoc eodem anno edita; nimirum vt profiterentur Eccleſiam Toletanam Carthaginenſis prouinciæ eſſe Metropolim, eamque antiquitus conſecutam eſſe dignitatem; quod nonnulli, leui quadam de cauſa labefactare ſtudebant. Vt autem non vnius Carthaginenſis, ſed totius Hiſpaniæ Toletanus Epiſcopus Primas eſſet ab Eccleſia Romana Toletanam Eccleſiam eſſe cōſecutam certum eſt. Sed quando id primum, nobis incompertum eſt. Nam quod aliqui tradunt, ab ipſis temporibus ſancti Petri Apoſtoli, & ab ipſo Petro, haud probari poteſt. Summo tamen honore ſuper omnes alias Hiſpaniarum Eccleſias ſemper habitam eſſe Toletanam, frequentiora illic celebrata Concilia ſatis indicant. E

A

Chriſti Annus 611 | *Bonifacii* 4. *Pap.* 5 | *Heraclii* Imp. 2 | *Indictione* 14

PErſæ, Cæſarea Cappadociæ capta, populum captiuum abducunt, & exercitu Romano profligato, impune graſſantur. Annales ex Theophane.

Eudocia Auguſta ex Heraclio parit Heraclium minorem, qui & Conſtantinus iunior dictus eſt, ſed ipſa eodem anno decedit 14. inchoata Indict.

Res Occidentalis Eccleſiæ, ſcriptorum inopia remanſerunt prorſus obſcuræ, niſi quod Eccleſia Gallicana vita [a] & obitu S. Præſulis Bituricenſis Auſtregiſili claruit. Eius Diaconus Sulpitius illi ſucceſſit, cuius tempore Guarnerius exactor ſæuiſſimus, Theodorici nomine, (qui dum Theodibertum fratrem è regno pellere laborat, grauiter ſubditos affligit) in S. Auſtregiſilum oblocutus diuina vltione viſceribus effuſis, punitur.

a Acta apud Sur. 20. Maij.

B

Chriſti Annus 612 | *Bonifacii* 4. *Pap.* 6 | *Heraclii* Imp. 3 | *Indictione* 15

CEſſantibus hoc anno Perſis, iam victorijs & præda exatiatis, Sarraceni inuadentes Rom. Imp. Syriam vaſtant. Theophanes.

Heraclius anni exordio Epiphaniam filiam, Auguſtam nuncupatam, & eodem vergente ad finem, Heraclium iuniorem, etiam Conſtantinum dictum, per Sergium Patriarcham coronandum curat. Theophanes. Magno plane Dei beneficio, Sanctus Columbanus Abbas, ex Hibernia, per hæc perditiſſima tempora, veniens in Gallias, eas ſuæ ſplendore ſanctitatis, illuſtrauit. Hic, quaſi alter Elias, eremum incolens, præter mirificam abſtinentiam & exactiſſimam Monaſticam obſeruantiam, atque alias eximias virtutes, Dei honoris zelo, & fortitudine ad Principes arguendos, præſtitit, cui vt Eliæ non defuerunt perſecutores, nouus Achab, & altera Iezabel. Eius admirabilem vitam, Ionas [b], qui his temporibus vixit, & ab Euſtaſio eius ſucceſſore hæc accepit, ſinceriſſime ſcripſit. Iam annus agebatur vigeſimus, ex quo Luxouienſe cœnobium conſtruxerat: & Theodoricus Burgundiorum Rex, quod tantum virum in ſua ditione haberet, gratulabatur, & ad eum ventitabat. Quem, vir ſanctus de concubinarum comercio, arguens, ad legitimi coniugii thalamum hortabatur, vt Regia proles ex honorabili Regina prodiret, atque iam Rex ſpoponderat, ſe ab illicitis ſegregare conſortiis. At Brunichildis auia, verita dignitatis, & honoris ſui iacturam, ſi reiectis coucubinis Reginam aulæ præfeciſſet, diabolico inſtinctus ſpiritu Regem in S. Columbanum incitauit. Euenit aliquando vt Columbano venienti in aulam adulterinos Regis filios ei offerret benedicendos. At ille, *nequaquam*, inquit, *iſtos regalia ſceptra ſuſcepturos ſcias, quia de lupanaribus emerſerunt:* eoque abeunte terræmotus aulam concuſſit, cum omnium terrore, nec tamen miſeræ feminæ furorem compeſcuit, quin illi inſidias moliretur. Cernens autem B. Columbanus regios animos aduerſum ſe commotos, acceſſit, vt ſuis monitis eorum impetum frangeret, occumbente iam Sole, cumque in regiis domibus pernoctare nollet. *Melius eſt*, inquit Rex, *ſeruum Dei opportunis ſubſidiis honorare quàm Dominum, ex ſeruorum eius offenſa, ad iracundiam prouocare.* Iubet igitur regio cultu opportuna parari, Deiq; famulo dirigi: is autem ea abominatus, dixit, *Scriptum eſt, Munera impiorum reprobat altiſſimus*, nec dignum eſt, vt famulorum Dei ora cibis eorum polluantur: quibus dictis, vaſcula diſrupta, & comminuta ſunt, vinum, & ſicera diffuſa, & cætera diſperſa. Rex his auditis, pauore perculſus ad virum Dei properat, veniam petit, emendationē pollicetur, quibus ſanctus placatus promiſſis, ad monaſterium redit. Rex nihilominus in luxuriæ cęno volutatur: litteras acres ſanctus ad eū mittit, excōicationē cōminatur, niſi delicta cor-

C D E

b Apud Bedam. 5. ca. 17.

brunichildis Regina noua Iezabel. Cap. 18.

Miraculum.

rigat. Brunichildis rurſum per ſe, per aulicos proceres, per Epiſcopos denique Regem in virum Dei incitat. Qui, vano quodam prætextu examinandi eius Monaſticam diſciplinam, in Nouitatis ſuſpicionem vocatum, adito Luxouienſi eius Monaſterio, omnia eius loca pandi, & ſæcularibus ex poni mandat. Cui vir Dei reſpondit, *Si veniſti, vt ſeruorum Dei cænobia deſtruas, & regularem diſciplinam macules: ſcito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia demergendum*. Quod poſtea rei probauit euentus. Iam temerario conatu Rex refectorium ingreſſus fuerat, cum his territus receſſit. Dum autem ille Regem pergeret increpare, dixit ad eum Rex, non committam tantum facinus, vt te martyrē faciam, ſed quia noua inducis a ſæcularium omnium moribus aliena, qua veniſti via, recede; id ipſum aulici acclamabant. Nolle apud ſe habere qui alijs non ſocietur. At B. Columbanus ſe non egreſſurum, niſi violenter abſtrahatur, profitetur. Diſcedens Rex Procerē relinquit; qui illum abſtrahit, & Veſontium perducit in exiliū, quo virtus diuina eū ſecuta eſt, ſi quidem ibi prædicans in carcere vinctis, vinculis diſſolutis, omnes liberi abeunt, quos Præfectus carceris cum inſequeretur, portæ Eccleſiæ, ipſo viro Dei orante, patuerunt ad eorum ingreſſum, & ſtatim obſeratæ ſunt, ad excludendos inſequentes. Quibus mirabilibus viſis, eos liberos abire permittunt, & B. Columbanus, nullo remorante, cum Monachis ſuis, per mediam vrbem, ad monaſterium regreditur. Quibus auditis, Reges militum cohortem mittunt, qui illum rurſum ad locum exilij abſtrahant, quem, perluſtrantes monaſterium, ſedentem in atrio Eccleſiæ & legentem, non vident. ſolus Tribunus militum, qui inuitus hoc agebat, de feneſtra proſpicit ſanctum inter milites illis inuiſibilem. Qui cum militibus abiens, Regibus hæc admirabilia nunciat, nec illi tamē a propoſito remouentur, ſed alijs miſſis iubent abripi in exilium; qui demiſſi, & ad eius pedes proſtrati cum lachrymis obteſtantur, vt abeat, nec eos periculo indignationis Regum exponat. abit igitur vir ſanctus, & in itinere prædicit, & ipſum Theodoricum Regem, & liberos, intra triennium extinguendos, Theodobertum quoque fratrem, & eorum regna ad Clotharium deuoluenda: Hæc latius Ionas, qui dum huius anni rei geſtas Sancti Columbani recenſet, ad S. Deſiderium Viennenſem Epiſcopum orationem conuertens, refert eum in Concilio Cabilonenſi, ab Epiſcopis factionis Regis Theodorici, & Brunichildis damnatum, in exiliumque eiectum, lapidibus obrutum fuiſſe, cuius memoria Martyris bis in Eccleſia celebratur 11. Febr. & 23. Maii. Ado Vieno. & Sigeb. in Chronico.

[Margin: B. Colūb. abſtrahit in exiliū. Miraculū. — Cap. 19. — Miraculū. Prędictio. — c. 21. & 23 — cap. 26 S. Deſider. Martyr.]

Chriſti Ann.	*Bonifacij 4. P.*	*Heraclii Imp.*	*Indictione*
613	7	4	1

PErſæ [a], Damaſco capta, multos captiuos abducunt, Rex Coſrhoes Heraclij Legatos, pacem petentes, & Tributa offerentes inanes dimittit, ſperans imperio ſe Romano potiturum. ex Theophane.

Apud Damaſcum, per hoc fere tempus, Sarraceni templum S. Theodori Martyris conſpurcarunt, & ex iis vnus ſagittam intorſit in eius imaginem, & dextro ipſius humero eſt infixa, defluente ſanguine, nec tamen tam admirando ſpectaculo reſpiſcunt: ſed diuina eos percutit vindicta, intra paucos dies, 20. eorum familijs, quæ in eo templo commorabantur, extinctis. Supereſt adhuc imago, cum vulnere, & veſtigijs ſanguinis, quam ego vidi, & quod vidi ſcripſi. Damaſcenus oratione tertia de imaginibus, ex S. Anaſtaſio Sinaita.

Heraclius defuncta vxore, inceſtuoſas contrahit cum Martina nepte nuptias, (quod peſſimi exempli facinus exiſtimatum eſt) & eam pronunciat Auguſtam, a Sergio Patriarcha coronatam. Theophan. Zonar. Cedrenus. S. Theodorus Siceota ex Epiſcopo Archimandrita Sanctiſſ. & miraculorum gloria illuſtris, cedit vita 22. Apr.

Contentione orta, inter fratres Theodoricum, & Theodebertum Francorum Reges venitur ad arma, & vtroque de gentium robore ſuperbiente; cum Theodebertus

[Margin: a Miſcella lib. 14 — Miraculū. — Apud Sur. 22. Apr.]

[Right margin letters: A, B, C, D, E]

a B. Co-

A a B. Columbano, ex diuino inſtinctu, moneretur vt clericus fieret, ne ſimul cum damno præſentis Regni, æternæ pateretur vitæ diſpendia, iſque conſilium auerſaretur, prædixit fore, vt breui inuitus fieret: in pluribus igitur conflictibus ſuperatus, & ſuorum proditione captus, & miſſus ad auiam Brunichildem, quæ alteri fratri fauebat, clericus factus, nec multos poſt dies impiè ab ea perimi eſt iuſſus.

Ionas in V. B. Colũbani c. 27.

B. Columbanus relicta Gallia atque Germania, Italiam ingreditur & ab Agilulpho Rege honorifice acceptus, data optione, vt vbicunque vellet habitaret, Mediolani dum moraretur, Arianam hæreſim, qua Longobardi magna ex parte laborabant, verbis & ſcriptis confutauit, & monaſterium in loco, Bobium, appellato, ædificauit.

B. Colũbanus tendit in Italiã. Bobienſe Monaſteriũ ædificat.

Idem B. Columbanus Euſtaſium monachum qui comitatus illum erat ex Galliis, ad primum monaſterium Luxouium remiſit, qui cum Vualerico, ab eo olim diſcedente, B Præfecto relicto, eximiæ ſanctitatis viro, & miraculorum editione præſtanti vindicauit monaſterium Luxouienſe è manibus laicorum. Porro ab eodem Vualerico propagatum eſt monaſticum inſtitutum in Galliis, ædificante ipſo aliud monaſterium, adiuuante Clotario Rege, apud Ambianum. extant eius acta [a] fideliter ſcripta.

a apud Sur. 1. Apr.

Edilbertus primus Rex Cantuariorum, Chriſtianus 21. anno a ſuſcepta fide moritur Beda [b]. Eadualdus eius filius, paganus adhuc, regnum adeptus, & inceſta fornicatione pollutus, Patris abutens vxore, occaſionem attulit ſubditis ad veterem perfidiam reuertendi; diuina eum non deſerente vltione, cum crebra mentis veſania, & immundi ſpiritus inuaſione premeretur. Tres quoque filii Sabereti Regis Orientalium Saxonum, in Chriſtiana fide defuncto patre, ipſi, Idololatria repetita, populis C Idola colendi liberam facultatem præbuerunt, & Epiſcopo recuſante eis panem nitidum, vt ipſi appellabant, ideſt ſanctam communionem, poſtulantibus, vt perfidis, præbere, eum de regno expulerunt; qui re cum Laurentio, & Iuſto Coepiſcopis communicata, communi conſilio in Gallias ſeceſſerunt.

b Hiſt. Angl. 2. c. 5.

Chriſti Ann.	Bonifacii 4. P.	Heraclii Imp.	Indictione
614	8	5	2

D

Bonifacius 4. Papa moritur 8. Maii, cum ſed. ſex menſes, dies 13. Deuſdedit Romanus ex ſubdiacono, nouo exemplo, ob egregiam ſanctitatem, ſucceſſor creatur 13. die Nouemb.

Eccleſia Anglicana collapſa reſurgit, cum enim Laurentius Archiepiſcopus, Mellitum & Iuſtum ſecuturus eſſet in Gallias, noctu increpitus ab Apoſtolo Petro & flagellatus, manè adijt Regem, qui viſis vibicibus flagellorum conterritus, & intus illuſtratus reiecto omni Idololatriæ cultu, & nefario abdicato connubio, fidem Chriſti ſuſcipit, & Epiſcopos ex Galliis euocat. ex Beda [c].

c lib. 2. c. 6

Brunichildis Regina, impia femina, Delfinum Epiſcopum Lugdunenſem necari E mandat [d].

d li. 5. c. 20
e In V. S. Columb. c. 28
f li. 3. c. 100

Theodericus nepos fulmine ictus, vt Ionas innuit [e], vel, vt Aimoinus [f] ait, veneno, dolo Brunichildis (ob inimicitias, poſt mortem Theodeberti, cum eo ſuſceptas) extinguitur. Sigebertum filium eius Brunichildis in Regnum ſufficit. Huius inſigne factum Sigeberti non eſt omittendum. Fridiburgam Gunzonis Ducis filiam, a dæmone per S. Gallum liberatam, Sigebertus Rex ſibi deſponderat; at illa meditans ſanctiores nuptias impetrat ſeptem dierum inducias, quibus euolutis, deponit Regalia indumenta, religioſo habitu aſſumpto, & apprehenſo altari, in Eccleſia S. Stephani, eum obſecrat, vt eius interceſſione, corde Regis immutato, liceat ſibi perpetuo

Sigeberti Regis inſigne exemplũ pietatis, & continentiæ.

geſtare velamen, quod aſſumpſerat. Re nunciata Regi, inflexus ad voluntatem ſponſæ, mandat veſtes nuptiarum, & coronam Regalem in templum afferri, quo progreſſus, & ipſe ſponſam timentem, ac trementem, ſub ſponſione, deduci ad ſe imperat, quam regio ornatu, & cultu, & ſacro inſuper velamine coronatam ECCE, inquit, MEIS TE NVPTIIS PRAEPARATAM, SPONSI COELESTIS, DOMINI NOSTRI VIDELICET IESV CHRISTI, CEDO COMPLEXIBVS, & dexteram eius apprehendens poſuit in altari, deinde Eccleſiæ limen excedens, lachrymis abſconditum patefecit amorem. Eam poſt, multis muneribus auctam monaſterio præfecit ancillarum Dei, in ciuitate Metenſi: vbi hæc omnia geſta ſunt; quæ ſcripſit Vualfridus Strabo, nobilis ſuæ ætatis ſcriptor [a]. Obfuit pio Regi impietas auiæ Brunichildis, & Theodorici patris, vt Sancti Columbani oraculum probaretur. Si quidem a Clothario patruo bello [b] petitus, & captus, cum quinque fratribus, & Brunichilde, ille quidem cum fratribus perimitur; & Brunichildis camelo impoſita, circumlata ad ludibrium, indomiti equi caudæ capillis, & brachijs alligata, raptata, & diſcerpta eſt. hic finis feminæ crudelis, & ambitioſæ fuit: quæ ex abundanæ prudentiæ ſemine has meſſuit fruges. Nihil non tentauit, vt regnaret, & Regina moreretur; cuius opera, & conſilio decem Reges fuerunt extincti. Clotharius Monarchiam Francorum, iuxta prædictionem B. Columbani eſt adeptus, egregius cultor ſeruorum Dei, per quos Deum pariter ſibi conciliabat. Per Euſtaſium Præfectum Luxouienſis monaſterij, & nobiles monachos B. Columbanum reuocauit in Gallias ad monaſterium, nam fuerat eiectus, ſed non obtinuit, cum ſciret diſſolutionem corporis ſibi imminere, ſcripſit tamē litteras ad Regem Paræneticas, & commonitorias, ex quarum præſcripto Rex pius vitam ſuam moreſque compoſuit. ex Iona in fine vitæ Sancti Columb. Inter Sanctiſſimos viros, qui hoc tempore florebant in Gallijs, fuit Arnolphus Metenſis Epiſcopus vita, & miraculis clarus, Faro [c], vir nobilis, & prudentiſſimus, per hoc tempus lateri Regis adhærebat, eius conſilio Clotharius aliquando reuocatus eſt a graui facinore, interficiendi legatos Saxonum, qui verbis iniurioſis vſi eſſent, cum aſſenſiſſet, vt necarentur, ſed cœdes in poſterum differretur, & is interim, illis perſuaſis, Chriſtianam ſuſcipere Religionem, ira Regis detumeſcente, eorum vitā ab illo impetrauit: Hic a Fara ſorore Sanctiſſima virgine (quæ & Burgundofora dicitur quaſi Burgunda fara) perſuaſus eſt, vt amicitia Regis, gloria ſæculi, & oblectamentis ipſius coniugii contemptis, conſentiente vxore Blidechilde, Eccleſiaſtico ordini ſe adiungeret, Eccleſiam Beati Stephani Meldenſis locupletaret, monaſterium quoque S. Faræ ſororis ditaret, & non modo ciues, ſed etiam peregrinos, & exules ſuis facultatibus ſuſtentaret. Creſcente autem fama ſanctitatis eius, Angli eius amore ſuccenſi, virgines ad eum mittebant, quæ eius opera in monaſterio Faræ, & alio quodam Chriſto militarent. Faro poſt electus Epiſcopus Meldenſis egregia claruit ſanctitate.

a In vita S. Galli apud Sur. 16. Octo. c. 21.

b Aimoinus lib. 4. cap. 1.

Brunichildis Reginæ atrox ſuppliciū.

Clothari9 Monarchia Galliarum potitur.

c Apud Sur. 28. Octob. Beda lib. 4. ca. 2. & 23.

Hoc anno quinto Heraclii Imp. irrumpentibus Sarracenis in Lauram Sabæ, & omnia monaſteria diripientibus, ac vaſtantibus, monachorum alij fugati, quadraginta quatuor capti, tormentis ſubiecti & trucidati ſunt, quorum anniuerſaria memoria, agitur 16. Maij Martyrol. Rom.

Ieroſolyma capta a Sarracenis.

Septem poſt diebus, ſacroſancta Ieroſolymorum ciuitas a Coſrhoe Perſarum Rege capitur, captiui Chriſtiani vili pretio Iudæis venduntur, qui eos excruciatos tormentis immaniter necant. nonaginta millia fuiſſe dicuntur. Zacharias Ieroſolymorum Præſul, & viuifica ligna Sanctæ Crucis, cum multa præda, in Perſidem abducta. Theophanes.

S. Crux aſportata in Perſidem.

In hac tanta vaſtitate, vnica adfuit conſolatio, a magno illo Alexandrino Patriarcha Ioanne; qui omnis generis profugos benigne excepit, ijs qui remanſerant ex captiuitate, large alimenta, veſtes, pecuniam ſuppeditauit, qui captiuos quoque redimerent, miſit. Leontius in eius vita.

Vnica cōſolatio ab Io. eleemoſynario.

Hanc tantam cladem Sanctiſſimus Monachus Antiochus, idemq; doctrina celebris, deplorauit centum viginti nouem homilijs, quæ extant, maxime vero exomologeſi,

d T. 2. Bibl. SS. PP.

geſi, quæ ad finem homiliarum legitur, plena humilitatis, & commiſerationis. occaſionem ſcribendarum harum homiliarum exponit præfatione ad Euſtachium. Homil. 107. [a] *Vberrus lacrymas, inquit, profundere amaritudinis plenas. Primum, quidem, quod ciuitas ſancta conflagrarit, crux quoque aucta Chriſti Dei noſtri, in* A *Perſidem tranſmigrarit in eorum item gratiam qui tot attriti bellis perierunt nobis. n. erant concorpores, & eadem nobiſcum inſignabatur fide.*

a T. 2. Bibl. ss. PP.

Ad hæc mala illata a Sarracenis, ac multo magis a Perſis, acceſſit exprobratio Iudæorum, quaſi victa cruce, extinctum ipſum videretur Chriſtianæ religionis robur atque potentia. quod plane debilioribus graue fuit ſcandalum, deficientibus aliquibus ex eis ad Iudæos. ad vnum porro ex fortioribus accedens Diabolica tentatio, in fœdum errorem pertraxit. Monachus hic fuit Sinaita, qui poſt multos annos celebris continentiæ, in cella incluſus, multifariis demum reuelationibus Diaboli, & in- B ſomniis illuſus, ad Iudaiſmum, & Circumciſionem, ac nuptias tranſijt, poſt Catarrhi profluuium aliquandiu paſſus, & vermium arroſione contabeſcens, expirauit. Antiochus Hom. 84.

Exprobõ iud.

Scandalũ puſillarũ.

Monach⁹ recluſ⁹ illuſus trãſit ad iudaiſ.

Plane admiratione dignum illud fuit, impium hominem Coſrhoem adeo eſſe reueritum ſalutis noſtræ trophæum, vt nec auſus fuerit ab ipſa Theca, qua operiebatur ſignaculum amouere, & claue aperire, vt vel illud inſpiceret, ſed timore pereluſum, vti in Sacro Sancto templi loco aſſeruabatur, eodem modo in Perſidem voluiſſe transferre, veluti demum intactum Ieroſolymam reportatum fuit. Quod teſtatus eſt Modeſtus tunc Ieroſolymorum Epiſcopus apud Suidam. hæc eadem apud Suidam in Heraclio, & apud Adonem in Martyrolo. 14. Sept.

S. crux intacta trãſlata ĩ Perſidem.

Sed reuerenda crux in Perſide, non potuit teneri captiua, quin illuſtribus miracu- C lis fulgeret. legenda Acta Sanctiſſimi Martyris Anaſtaſij Perſæ, qui, adoleſcens, cum diceretur Deum Chriſtianorum in Perſidem aduenisſe, inquirendo & percunctando cognitionem fidei, & ipſam adeptus eſt fidem. Ea quidem Acta probata fuerunt in poſteriori Concilio Nicæno, & poſt a latinis quoque [c] vt fide digniſſima recepta, extant apud Surium.[a]

S. crux in Perſi. miraculis fulget.

Leontius [b] quoque huius temporis ſcriptor, & rei in ſua patria geſtæ, narrator, refert de quodam captiuo apud Perſas, pro quo parentes, cum accepiſſent eum mortuum, ter in anno offerebant viuificam hoſtiam in cruce ſacrificatam, ab eoque poſt quatuor annos redeunte, relatum, ſe per eos tres dies, ſingulis annis vinculis exolui ſolitum.

b 22. Ian.

c In vit. S. Io. Eleemoſ.

D In Hiſpania Siſebutus Gothorum Rex quaſdam Romanæ Militiæ vrbes cœpit. & Iudæos Regni ſui ſubditos ad fidem Chriſti conuertit (Iſidori Chron.) ſed violentia quidem adhibita, vt canon ſeptuageſimus quintus, Toletani 4. Magni Concilij docet, & Tuudenſis Chronicon, quam vero ille vim adhibuerit, lex [b] ab eo de his data ſignificat.

Miraculũ p S. Sacr.

Iud. ĩ Hiſpa. adigũtur ad fid.

d Leg. viſig. li. 12 tit. 3. l. 3.

Iudæorum, qui baptizari renuerunt, (nonaginta autem millia ſunt baptizata,) nonnulli fuga lapſi ad Francos migrant in Gallias. Ado. Porro hoc ipſum factitatum eſſe in Gallijs ſub Dagaberto Rege, Clothario Filio, hortante Heraclio Imp. Hiſtorici Gallici confirmant. Aimoinus, & appendix ad Gregor. Turon.

E

Chriſti Annus. 615. *Deuſdedit P.* 1. *Heracl. Imp.* 6. } *Indic.* 3.

COſthoes [b] inuaſa Aegypto, & percurſa, vaſtando, libya, Carthaginem vſque nec ea tamen capta, onuſtus præda & captiuis in Perſidem reuertit. Miſcella ex Theophane.

e Aimoin. li. 4. c. 22.

Cedren. 6. Heracl.

a Leont. in v. S. Ioan.

Cleri. ambiens Diaco. p ſimo. repellitur

b 8. Nou.

Qui Perſas euaſerant, Alexandriam profugerunt, magna penuria frumenti laborante, cum Patriarcha Ioannes,[a] aurum Eccleſiæ conſumpſiſſet, & amplius mille auri libras mutuo acceptas. ea captata occaſione clericus quidam ditiſſimus, ſed bigamus, Diaconatum appetens, multa frumenti millia, & auri centum, & quinquaginta libras obtulit, vt Diaconus ordinaretur, quem magna in Deum fiducia præditus, priuatim admonitum, de peſſimo ſimoniæ vitio, repulit, & ſtatim voti compos audit naues Eccleſiæ duas frumento oneratas, ex Sicilia aduenilſe. Leontius in vita. Infauſtus fuit hic annus Italiæ ob terręmotus vehementiſſimos, quos ſecuta eſt lues elephantiæ ac tum accidit, quod in Martyrologio [b] legitur, de Deus dedit Papa, qui viſitans præſens ægrotos, exoſculatus vnum leproſum, ab eo morbo reddidit mundum.

Io. Præfe. Neapo. Exerch. decidit.

B Ioan. Præfectus Neapolis, cum videret acciſas prope vires imperij, occiſo Ioanne Exarcho, inuadit, quod in Italia reliquum erat, Imperij. Anaſtaſius in Deusdedit Pontif.

Clotar. R. Fr. S. viros ſibi aſciſcit cõſiliarios & filio tradit Magiſ. Vltio in inuidos.

Clotarius adepta Francorum Monarchia, nihil antiquius habuit, quam vt coleret pietatem, & ſanctos viros ſibi amicos faceret, & conſiliarios adhiberet, ex quibus vnus fuit Arnulphus Metenſis Epiſcopus, cui Dagobertum filium, Regnique hęredem inſtituendum tradidit, & eo inconſulto, nihil Rex nec Regina faciebant, ex quo aulici inuidi, obloquendi captarunt occaſionem, quorum aliquos diuina vltio perculit vt ſcribit Ionas Abbas in vita eius.

Arnulph. Met. affectat ex epatu eremũ.

Hic Sanctus vir penè omnibus Eccleſiæ Theſauris in pauperes effuſis, ad extremum & Diſcum aureum magni ponderis vni procerum vendidit, quo ſtatim morte ſublato, cum diſcus veniſſet ad manus Regis, cognouiſſetque fuiſſe Eccleſiæ Metenſis, (C) additis inſuper centum aureis illum Eccleſiæ remiſit. hæc Ionas, qui & recitat fragmentum Epiſtolæ Regis eiuſdem ad Arnulphum, eremi ſecreta captantem & nuncium remittere Eccleſiæ cupientem, certe lectu dignum, Hoc, inquit, *quod per Epiſtolam veſtram Domine Pater, rogare voluiſtis, vt in loco veſtro alter ſubſtituatur Epiſcopus, nullatenus noſtra præſumptio facere pręſumit, ſed potius omni deuotione rogamus, ut ſi in bonorum operum exercitio uiam alibi ducere deliberatis, apud populum uobis commiſſum, ſicut cæpiſtis, conuerſando exemplum ei ſitis promerendę ſalutis.*

c apud Sur. 17. Aug.

d apud Sur. 11. Apr.

Rex cędit ſuum Palatiũ ædificãdo virg. monaſt.

D Coluit præterea Clotarius S. Gaudericum [c] Cameracenſem Epiſcopum, qui hoc ipſo tempore egregia florebat ſanctitate, & S. Gdobertam virginem diſcipulam S. Eligij Nouiomenſis Epiſcopi, cui Rex ſuum ceſſit palatium ad Monaſterium erigendum, quod & villis locupletauit.

e apud Sur. pri. Sept.

Miraculũ de cãpana Senon.

Quod autem ad bellicas eiuſdem Clotharij expeditiones pertinet, hoc ipſo Exordio Monarchiæ mouit exercitum in Burgundiam, & Ducem miſit in Senones, aduerſus quem dum Lupus Epiſcopus conuocat in Eccleſiam Populum ad implorandum diuinum auxilium; ad campanæ pulſum hoſtes conterriti dilabuntur, in fugam verſi: fuit illud prægrande tintinabulum, quod campanam vocant, quod poſt (E) Clotharius intelligens ſonum habere gratiſſimum, transferri Pariſios id iuſſit, quo delatum omnem amiſit ſonum, iuſſit ergo Rex reſtitui, & cum ad pontem Senonicum perueniſſet, rediit illi priſtinus ſonus, ſic vt ad ſeptimum milliarium audiretur. Iam igitur, hoc tempore, in occidente frequens erat vſus campanarum, nam in Oriente adhuc conſuetudo pulſandi ſigna ad conuocandum pop. obtinebat.

S. Columba. obitus.

Hoc pariter anno B. Columbanus expleto anni circulo in antedicto Cœnobio Bobienſi, vt ſcribit Ionas, animam cœlo reddidit 9. Kalen. Decemb. anniuerſaria memoria celebris, ei ſucceſſit Attala magiſtro ſanctitate nõ impar, cuius idem Ionas vitam ſcripſit. Poſt Columbanum Clotharius, Euſtaſio eius diſcipulo, & in Monaſterio luxouienſi ſucceſſore fruebatur. quos Luxouienſes Monachos coluit adeo, vt ex eo plures Epiſcopos promouendos curarit Chagnoaldum quidem in Epiſcopum Lugdunen. Acharium Viromanduorũ Rachanarium Auguſtoduni Audemanum, Bononię. & alios aliarum ciuitatum.

A

Chriſti Annus. 616. | *Deuſdedit P.* 2. | *Heraclii Imp.* 7. | *Ind.* 4.

AGilulphus Longobardorum Rex, cum regnaſſet annos 25. moritur, ſuccedit ei Adaluualdus, ſub tutela Reginæ matris Theodolindæ, *ſub his*, inquit Paulus Diaconus, *Eccleſiæ reſtauratæ ſunt, & multę donationes per loca venerabilia largitę*, in primis vero magnificentiſſimæ Baſilicæ erectæ Modoetiæ non longe Mediolano, in honorem S. Io. Bapt. ab Agilulpho, & Theodolinda Regibus, quem etiã Patronum gentis aſciuerunt, & propitium multis poſt in caſibus ſenſerunt.

a li. 4. c. 22 in edit. Longobardi qñ aſciuerunt patronus, S. Io. Bapt.

B Perſæ interim per Libyam veniunt Carthaginem, eamque obſeſſam capiunt, dum Heraclius, quaſi ſtupore affectus, honoribus prouehendis filijs inſiſtit, maiore Heraclio [a] Conſtantino creato Conſule, altero Conſtantino item dicto, Cæſare.

Carthago capta a Perſis.

Reſtituto Paſtore Eccleſiæ Ieroſolymitanæ Zacharia Epiſcopo captiuo in Perſidem abducto adminiſtratio iniuncta eſt Modeſto viri Monaſteriorũ Palæſtinæ Præfecto, qui omnibus curandis, & reſtituendis, alterum ſe Zorobabelem præſtitit, teſtis eſt Antiochus Monachus epiſtola ad Euſtachium.

b Miſcello li. 18. an. 7. Heracl.

Modeſtus admi. ecc. Ieroſol.

C

Chriſti Annus. 617. | *Deuſdedit P.* 3. | *Heraclii Imp.* 8. | *Indict.* 5.

DEuſdedit Papa, vbi ſediſſet annos tres, minus diebus quinque, ex hac vita deceſſit, octaua die Nouembris. Anaſtaſius: & Martylog. Rom. Huius Pontificis ſcriptorum fragmentum tantum extat vnius Epiſtolæ ad Iordanum quendam, in Hiſpania Epiſcopum, apud Gratianum 30. q. Peruenit ad nos &c. Inſigne eſt de ſpirituali cognatione Decretum. Vacat ſedes mẽſem dies ſex, alias 16. ex Anaſtaſio, ſuccedit Bonifacius V. de quo, anno ſequenti.

Eleutherius Eunuchus Patricius, & Exarchus, occiſo Ioanne Duce Neapolitano qui Ioannem Exarchum interfecerat, reliquias & ipſe inuadit Imperij, & Rex Italiæ diei affectans, venturus Romam a militibus Rauennatibus, in via occiditur, caput Conſtantinopolim mittitur ad Imperatorem. Anaſtaſius.

Exarch. interfecto affectãs R. Ital. interficitur.

D Agreſtinus, olim Theodorici Regis Notarius, poſt Luxouienſis Monachus factus, non poſt longum tempus importune inſtitit apud Euſtaſium Abbatem, vt gentium eſſe Prædicator permitteretur, demum quem tenere non potuit, abire Euſtaſius permittit. Profectus igitur in Regionem Boioariorum, nullo ibi operæpretio facto, poſt aliquantum temporis tranſit ad Aquileiam & eorum ſchiſmatis conſors factus, tentauit per Epiſtolam B. Attalam, Cœnobij Bobienſis patrem, Euſtaſium, & alios in eundem ſuum errorem trahere, quod cum non ſuccederet, vndique excluſus, ſermonem conuertit in Regulam B. Columbani. eamque calumniari cæpit, pellectis ſecum Apellino Epiſcopo Genuenſi, propinquo ſuo, & per eum, nonnullis alijs Epiſcopis. Clotarium quoque in eo tentare eſt auſus, qui optime conſcius ſanctitatis, & integræ doctrinæ B. Columbani, & diſcipulorum eius, nec valens hominis linguam petulantem compeſcere, conuentum indixit Burgundiæ Epiſcoporum in ſuburbio Matiſconenſi, vbi obiectis aduerſus regulam confutatis, Agreſtino, ficte, præ timore intentati diuini Iudicij pacem poſtulante, ab Euſtaſio data, cum iam ante a ſchiſmate reſipuiſſet. Nec multo poſt Romaricum & Amatum Monachos & nonnullos alios, ſuis venenatis ſermonibus ſubuertit, ac corrupit, in quorum Monaſterium vltio diuina deſæuijt, irrumpentibus in illud Lupis, fulmine in eos lapſos, pluribus interfectis, Agreſtino ante viginti dierum circulum, quam vertens annus finiret, a ſeruo, quem ipſe redimerat, ſecuri percuſſo. Romaricus & Amatus pœnitentes recepti, & in priſtinum gradum reſtituti poſt etiam vitæ ſanctitate clari, anniuerſariam in Eccleſia memoriam meruerunt.[b]

E

Agreſt. importune expetit Apoſtolatũ ad gentes. Schiſmaticis viagit in regulã B. Colũba. linguã cõuertit. Cõſilium Matiſcen. Vltio diuina.

Apud Sur. 13. Sept. & 8. Decẽbr. Mar.

a apud Miſcel.li. 18. Heracl.

Heraclius,[a] cum nullam ſibi vim reſiſtendi ſupereſſe aduerſus Perſas intelligeret, quantumuis ante repulſus, noua legatione, pacem, quamuis iniquis conditionibus, petit, at Coſrhoes, ſecundæ fortunæ impotens, niſi abnegato Chriſti cultu eoque ſoli dato, abnegat pacem dare. A

Chriſti Annus 618. | *Bonifacii 5.P.* 1. | *Heracl.Imp.* 9. } *Indict.6.*

b Beda li. 2.c.8.
c Ann. ex Theophi. teledr.
d li.2.Nouella 4. Nou.

BOnifacius Quintus, Neapolitanus, Deuſdedit mortuo ſubrogatur, qui accepto nuncio de Eadualdo in Anglia Rege, & Edilberga ſorore conuerſa, vxore Eduini Regis, admodum Lætatus Iuſto Roſenſi Epiſcopo gratulatur, & pallium in ſignum elargitę plenitudinis poteſtatis mittit.[b] Chaganus Auarum Rex dolo, ſub pacis nomine, ſuburbia Conſtantinopolis deprędatur.[c] B

Exigente ſergio Patriarcha Conſtantinopolitano Heraclius[d] hoc anno Pragmaticam edidit ſanctionem, ne quis cooptaretur in Clerum, niſi in defuncti locum ſubrogetur, accidebat enim vt procerum fauore, complures ſe intruderent in eam Eccleſiam, ad eo vt redditus ad alendos omnes non ſuppeterent.

Chriſti Annus 619. | *Bonifacii 5.P.* 2. | *Heracl. Imp.* 10. } *Indit.7.*

Miniſt.epiſcoporū nō decet eſſe laicos.
Monachi ne cū Monialib.cōuerſantur
Suintilla Monarc. Hiſpā.potitur.

ANnno Nono Siſebuti Regis Hiſpaniarum celebratur *Synodus Spalenſis, ſiue Hiſpalenſis*, Chron.Iſidori extat, tredecim ſeſſionibus, in quibus illud obſeruandum, improbari miniſtros Epiſcopi eſſe laicos, & in vndecima vetari Monachis omnem conſuetudinem cum dicatis Deo virginibus, & decima confutatum Epiſcopum Eutychianum (qui ex Syria aduenerat) eius partis, quæ dicitur Acephalorū, &, de veritate edoctum, eam amplexum, erroribus abnegatis. C

Hoc ipſo anno moritur Rex Siſebutus, ſcientijs eruditus, bello Potens, & moribus Sanctus, atque Clementiſſimus. adeo vt eius Theſaurus fuerit redemptio captiuorum. Is Eccleſiam S.Eleocadiæ miro opere fundauit Lucas Tudenſ.in Chron. Succedit ei Reccaredus Filius puer, cui poſt ſex menſes decedenti, ſuccedit anno ſequēti Suinthilla, qui pulſis Græcorum reliquiis, Monarchia Hiſpaniarum potitur. D

Perſis Galatiam inuadentibus, Ancyra Metropoli capta, Heraclius rurſum cogitur pacem inire cum Auarum Rege, meditans bellum in Perſas, ſequenti anno.

Chriſti Annus. 620. | **Bonif.5.P.** 3. | *Heracl.Imp.* 11. } *Indict.8.*

e Theoph. in Annat.
f Leont.in vit.23. Ia. apud Sur.
l Patriarc. Eleemoſ. tēpeſtatē.

HEraclius parans expeditionem in Perſas, ex hauſtis totius Imperij opibus, cogitur ab Eccleſijs mutuum accipere, conflatis etiam ſacris vaſis, & ornamentis, quod tamen non probauit Magnus[b] Ioan. Eleemoſynarius pauperum aiens eas eſſe opes, permiſit tamen auferri, ſed diuinitus ſtatim longe plura quam ablata fuerant Patriarchæ reſtituta ſunt, quod cum id ſciuiſſet Nicetas Patricius, q̄ noīe Imperatoris abſtulerat, & ablatas reſtituit, & trecētas auri libras amplius de ſuo addidit. Altercatio inter Nicetā & epiſcopum Io. extat in vita, plane digna quæ legatur. E

Cognita Nicetas Patricius magna Ioannis Patriarchæ virtute obſecrat, virum diuinum vt ſecum veniat vſque ad regiam iuitatem, benedictionem impertiturus Imperatori cui cum ammiſſet, coorta aliquando ingenti tempeſtate viſus eſt in ſomnijs Niceta videre Patriarcham cum pauperibus, nunc quidem circum per nauim curſitantem [illegible] extendentem manus, & è cœlis auxiliū poſtulantem Patriarcha autem,

A cum is in Rhodum inſulam veniſſet, vidit, alienatus a ſenſibus, ſe vocantem & dicentem vocat te Rex Regum. Statim autem accerſito Patricio. *Tu quidem,* inquit, *ſtuduiſti nos deducere ad eum, qui regnat in terra, quia, qui regnat ubiq; prior ad ſe accerſiit.* Ille verò triſtitia affectus quā potuit officioſiſſime dimiſit in Cyprū, vbi Amathū te, in patria facto prçclaro. Teſtō, quo maximas gratias Deo agebat, qđ ſe dignū cenſuiſſet, qui ſua illi offerret & a beatā Deo aīam tradidit, anno ſedis 9. In eius porrò ſepultura, mirum hoc accidit, videntibus plurimis, vt cum in loculo, in quo duo iacebant Epiſcopi, inferendus eſſet, illi duo viſi ſint ſe ceſſiſſe, & medium illum recepiſſe, plura alia pōſt eius mortem contigerunt miracula, illi ſubrogatur Gregorius, quem eum putamus eius conſobrinum, de quo Leontius refert, quod admirante vniuerſa Alexandria, mirifice ſe vltus ſit de plebeio homine, qui illi contumeliam intulerat, nimirum benefaciendo. Io. Patr. Alex. obitus. a Niceph. in Chro. Miracul. Præclara vindicta.

B

Chriſti Annus	*Bonifacii* 5. *P.*	*Heracl. Imp.*	*Indi.* 9.
621.	4.	12.	

HEraclius [b] comparato exercitu, cum iuraſſet militibus ſe vna cum illis vſque ad mortem ſtrenue certaturum, eoſque omnes loco filiorum habiturum, commendataque illis pietate, iuſtitia, & vitæ integritate, piis precibus rite ſuſceptis, dimiſſo in Vrbe filio, illoque Dei, Deiparæ, & Sergij Patriarchæ fidei commiſſo, magna fiducia plenus, mouet in Perſas, qui hoc ipſo anno, Chalcedonem vſque proceſſerant, magna confidentia inflati, quod vniuerſum Imperium eſſent hauſturi, nunc leuioribus, nunc iuſtis prçliis præferens Deiparæ imaginem non manufactam, ſemper ſuperior euadit. Anaſtaſius Perſa [c] miles, de quo ſupra, Chriſtianç fidei bene affectus, hoc anno transfugit ad Romanos, & Ieroſolymam profectus, baptiſmum adeptus, Monachus etiam effectus eſt in Monaſterio S. Anaſtaſij, non longe ab Ieroſolymis, ſub Iuſtino Patre ſapientiſſimo, de quo Antiochus ad Euſtachium. b Theop. Zonaras Cedren. alii. C Pius, & pclarus apparatus Heracli. ī Perſas. c Apud Sur. c. 21. Ian. Anaſt. miles, Chriſtianus & Monach⁹ efficitur.

Chriſti Annus.	*Bonif.* 5. *P.*	*Heracl. Imp.*	*Indict.* 10.
622.	5.	13.	

D CRux, quæ videbatur captiua, ſua vi roborans Romanos, eos victores efficit Perſarum, quibus iam ante ferè ſemper ſuccubuerant. [d] In expeditione huius anni, Paulus quidam Seuerianus hçreticus Imperatorem aggreſſus hæreſem, illi ſuam ſuadere tentauit, quem ille ſapienter, & conſtanter repulit, quo ſtudio catholicæ fidei, tot etiam victorias promeruiſſe videri poteſt. Heraclius igitur profligatis Ducibus Coſrhois, præter omnem eius opinionem, inuadit Perſidem, exercitus concidit, fugat Regem, ingentem prædam agit, ingentem numerum captiuorum, pro ſua clementia liberam dimittit, quo ſibi magis Perſas conciliaret. d Serg. Ep. Conſtātinop. epiſtō. ad Hono. P. Heracl. inuadit Perſia.

E

Chriſti Annus	*Bonifacii* 5. *P.*	*Heracl. Imp.*	*Indict.* 11.
623.	6.	14.	

NOuis exercitibus ſubmiſſis, auctæ hoſtium vires, noſtræ prope laboribus infractæ, & recuſatione progrediendi, & aliquot nationum defectione, in magnum periculum adductç, ac tandem tamen hortatu Imperatoris ac diuino in primis inſtinctu, receptis animis, victoriam referunt nobiliſſimam. Miſcella li. 18. ann. 14. Heracli. Cedr.

Chriſti Annus. 624. | Bonif. P. 5. 7. | Heracl. Imp. 15. | Indi. 12.

HOc anno 4. Belli Perſici, Heraclius interius in Perſidem penetrans, prælio cum hoſtibus inito, & ipſe met cum homine ingentis ſtaturæ congreſſus, Deo protegente, eum proſternit & victoriam refert, mirantibus & profugientibus Barbaris, Coſrhoes inſania percitus, donaria omnium Eccleſiarum, quæ ſub Perſis erant, aufert, & catholicos ad ſocietatem Neſtorianæ hæreſis adigit. Theophan. Cedren. alij.

a Beda li. 2. c. Milleti epi obitus.

Regredientes in Occidentem, videmus Eccleſiam, auctam nouo ſancto, coruſcantem, Mellito, Doronernenſi Epiſcopo in Anglia, qui hoc anno in cœlum abijt,[a] cuius hoc fertur admirandum, vt ingenti incenſo igne, qui nulla vi poterat reſtingui, cum ſe ex aduerſo deferri, laborans podagra, iuſſiſſet, ventus reflexus in contrariam partem, auertit ignem, qui etiam eſt conſopitus. B

Chriſti Annus. 625. | Bonif. 5. P. 8. | Heracl. Imp. 16. | Ind. 13.

COſrhoes, tot cladibus irritatus & quaſi in furorem verſus, hoc ſecundo belli anno, collectis omnibus ſuis viribus, & barbaris, aduerſus Romanum Imperium concitatis, Auaribus, Bulgaris, Sclauis, alijſque qui Conſtantinopolim obſiderent, ad auertendum ex Perſide Heraclium, a tripartito eius exercitu, Turcis, Hazaris dictis in ſocietatem belli aſſumptis, varijs in locis, non abſque diuinis portentis & ſignis profligatur. quæ plenius Annales Theophanis, Cedrenus & alij exponunt, vt, & liberationem Conſtantinopolis ab obſidione, præſidio B. Virginis, hoſtibus etiam viſibilis factæ, cum claſſis & exercitus interitu. C

Inſignes victoriæ Heracl.

Interim aperitur via Euangelio apud Aquilonares Anglos, Nordamhumbros, dictos, ex huius modi occaſione.[b] Eduinus eorum Rex, poſtulata in vxorem, Edelburga, Edelberti Cantuariorum Regis filia, & Eadbaldi ſorore, Chriſtiana, cum reſponſum eſſet, non licere Chriſtiano, Chriſtianam virginem Pagano homini dari, promiſit ſe illi, & omnibus, qui cum ea veniſſent permiſſurum liberam fidem & cultum ſuæ Religionis, atque adeo, ipſummet eandem ſuſcepturum, ſi prudentibus ſanctior videretur. Mittitur igitur virgo, & ſimul Paulinus, olim a S. Gregorio Pontifice Romano, Auguſtino, & alijs in ſubſidium miſſus, & nunc a Iuſto Archiepiſcopo, ordinatus Epiſcopus, Vt hoc Bonifacio Rom. Pont cognitum fuit, pro ſuo Paſtorali officio literas[c] ad Eduinum miſit, exhortans ad fidem, & ad reginam pariter, vt coniugem ad eandem pelliciat, & impellat. Quæ extant apud Bedam. Præterea, innuit ad finem, *benedictionem protectoris neſtri B. Petri Apoſtolorum Principis, vobis direximus, id eſt ſpeculum argenteum, & pectinem eburneum inauratum.* Bonifacius Papa V. hoc anno, cum ſediſſet annos 7. menſes 10. diem vnũ 25. menſis Octobris moritur, ſepultus ad B. Petrum, ex Anaſtaſio, qui eius aliquot ordinationes & decreta ponit. D E

b Beda li. 2. c. 9

Chriſtiana vxor Pagano non dãda

c apud Bedã 2. c. 10.

Chriſti Annus. 626. | Honorii P. 1. | Heracl. Imp. 17. | Ind. 14.

HOnorius Campanus creatur Romanus Pontifex iſque apud Anaſtaſium Laudatiſſimus habetur.

Anno belli ſexto, Turcis, qui cum Heraclio erant, in ipſa Perſide dilapſis, & de-

A ṁum reuerſis, Imperator hortatus milites, vt in vno Deo, ac beatiſſima eius matre cònfiderent, prelium commiſit, in quo fortiter inter primos pugnans, Ducem exercitus; atque alios aliquot propriâ manu proſtrauit; ac denique egregiam victoriam retulit? ſed cum intelligeret non procul abeſſe Coſrhoem cum valido exercitu, ad eum contendit, at is clade ſuorum audita, profugit, relictis opulentiſſimis caſtris, in quibus Heraclius ſuum pauit exercitum & Natalitia Domini lætabundus celebrauit.

Coſrhoes profligat.

Anaſtaſius Perſa quem ſupra baptiſmum ſuſcepiſſe & Monachum induiſſe ſcripſimus, hoc anno profectus Cæſaream, à Præfecto Perſa, iteratis ſæpius tormentis egregiam fidei ſuæ confeſſionem edit.

Certamē Anaſtaſi⁹ Monachi Perſæ.

Eduinus, immiſſo ſicario à Rege Occidentalium Saxonum, vulneratur, ipſo die B Paſchæ, quo & vxor illi filiam peperit. ſuadenti Paulino Epiſcopo, vt fidem amplecteretur, promiſit, ſi vitam & victoriam ſibi donet pugnanti aduerſus hoſtem Regem; & in pignus promiſſionis implendæ eamdem filiam ſuam Chriſto conſecrandam, Paulino Epiſcopo adſignat, quam & baptizatam Eandfledam appellat, cum conualuiſſet Rex & victoria potitus eſſet, occiſis, aut in deditionem acceptis, qui in necem eius conſpirauerant reuerſus in patriam, cum iam amplius Idola non coleret, nec tamen Chriſtianam fidem amplectebatur, ſed ſæpius Paulinum audiens, de re tanta, ſecum ſæpe cogitabat, cum longius autem conſilium differret, Paulinus diuina reuelatione cognito, quod aliquando ei ſecreto contigerat, id illi aperuit, ex C quo obſtupefactus Rex ad fidem afficitur, nec prius tamen profitetur, quam conuocatis comitiis ſacerdotum & procerum habeat illos aſſentientes. hæc latius apud Bedam.

Hoc pariter anno Clotarii Francorum Regis, 39. ab obitu Chilperici parentis, idem Rex conſortem ſibi regni aſciuit Dagobertum ex Bertrude Regina ſuſceptum, atque à Beato Arnulpho Metenſi Epiſcopo optimis moribus imbutum.

lib. 2. c. 9.

Quod vero ad res Longobardorum pertinet, hoc ipſo anno, eorum Rex Adaluualdus cum inſanire cæpiſſet, anno decimo; poſt quam cum matre regnare cæperat, regno eiicitur, ſubrogato in eius locum Arioualdo homine Ariano, fauore Epiſcopum Ciſalpinorum, ante cuius obitum Theodolindam matrem deceſſiſſe credibi D le eſt, cum, poſt Regis eiectionem, nulla amplius eius extet mentio, quæ tamen Regia pollebat auctoritate.

Arioual. Arianus Rex Longobard.

Honorius Papa, pro reſtituendo Adaluualdo Catholico, eiecto Arioualdo Ariano, laborabat, litteris ad Exarchum ſcriptis, quæ per breues extant apud Iuonem. Exarchus tamen pacem cum nouo Rege iniit, forte quod non ſatis virium haberet aduerſus Longobardos, omnibus Imperii viribus in Orientem effuſis, Paulus Diaconus res Longobardorum horum duodecim annorum, vt ſibi incognitas, prætermiſit, quas nos ex aliis eius temporis ſcriptoribus carpemus.

Miracul.

Ionas Monachus, ex Bobienſi Monaſterio ſub Attala Patre, in vita S. Bertholphi, refert de quodam eiuſdem Monaſterii Monacho, Bladulpho, quod cum Attala Ticinum miſſus, ab obuio Rege ironice ſalutatus eſſet, nec niſi qualis hæreticis debetur, E ſalutationem reddidiſſet, irritatus Rex, dicaturum ſe ait, qui per noctis tenebras Monachum illum male multaret, & occideret. obtulit ſe quidam, & noctu aliunde redeuntem ad hoſpitium verberibus contuſum, pro mortuo dereliquit, qui mox incolumis ſurgens ad Monaſterium regreſſus eſt. at percuſſor a Dæmone correptus, facinus confitet, ex quo Rex pauēs & confuſus, ne q̄d ſibi ſimile cōtigeret veniam à B. Attala poſtulat, dona offerens, ſi dignetur accipere, at ea recuſans, cōi a fratrib. prece facta Dæmoniacus ad ſe miſſus, liberat, ſed paulo poſt febribus ardentibus extinguit, populo, in catholica fide, & reuerentia, erga Robienſes Monachos, confirmato.

Sacrileg⁹ a Dæmone corripitur.

Dęmoniacus liberatur.

Aliud quiddā idem refert admirabile de Moroueo quodam Monacho, qui ad Terdonam, incenſo fano, cum ab idololatris in flumen coniectus & mole ſuper ingeſta depreſſus eſſet, liber tamen euaſit, & illi, diuina eos vltione perſequente, diuerſis poe-

Aliud Mirac.

nis

nis affecti, male perierunt, exceptis, qui, facti pœnitentes, veniam poſtularunt.

Andiant Principes Catholici quod Rex Arian. pie reſpondet & ſequantur.

A Clotonenſis Pontifex tentans ſibi, adiunctis alijs Epiſcopis & Primatibus, ſubdere Bertolfum Abbatem, cum Monaſterio, & ſuper eo adijſſet Arioualdum Regem, id ab eo reſponſum retulit, vt Eccleſiaſtico iure probaret Cœnobia procul ab vrbibus ſita Epiſcopali ſubdi dominio. Quod dum tentat probare, monitus Abbas, mittit ad Regem. Quibus Arioualdus, inter alia reſpondit, *Non eſt meum ſacerdotum cauſas diſcernere, quas Synodalis examinatio ad purum debet iudicare.* Notent reſponſum laici, qui ius ſibi vſurpant in ſacra. Bartolpho Abbati Attalæ ſucceſſori Romam, petitam facultatem veniendi ad Papam libenter Rex indulſit. Ad quem cum veniſſet, priuilegium obtinuit, ne vllus Epiſcoporũ in Monaſterium eius aliquod ſibi ius vendicaret. Hæc & alia plura Ionas, quæ incerto anno geſta viſum eſt retuliſſe in Exordio regni Ariaualdi.

B

Chriſti Annus.	*Honorii P.*	*Heraclii Imp.*	*Indict.* 10.
627.	2.	18.	

S. Anaſta. & aliorũ plurium Martyriũ.

Fragmentũ libri miraculorũ eius extat.

ANaſtaſius, ex Cæſarea in Perſidem ductus, ac rurſum ibi atrociſſimis tentatus tormentis, ad extremum vna cum alijs 70. Chriſtianis, iuſſu Regis, obruncatur. Cuius corpus, magno pretio redemptum, in S. Sergij Martyris Monaſterio pie conditur, poſt vero transfertur Cæſaream in Palæſtinam, ac denique eius caput & imago Romam, vbi adhuc extat, ad aquas ſaluias, præter acta illa, quorum Auctor creditur Antiochus ſcriptor eius ætatis, vel Sophronius, non multo poſt creatus Epiſcopus Ieroſolymitanus, quæ perierunt, extabat liber quoque miraculorum eius, cuius modo ſupereſt tantum fragmentum, in Act. 4. poſterioris Nicæni concilij. Sancti porrò Sergij nomen celebre fuiſſe apud Perſas, & ipſum Coſrhoem, ob ingentia ab eo accepta beneficia, illum fuiſſe teſtatum, ſupra ſcriptum eſt. C

Coſrhoes à filio necatur cum alijs eius filijs.

Hoc ipſo anno Heraclius proſequens profugientem Coſrhoem, amæniſſimis eius villis & arcibus potitus, trecenta ſigna bellica, Romanis erepta, vindicauit, cum Coſrhoes tandem Seleuciam vrbem munitiſſimam cum coniugibus liberis ac Theſauris ſe recepiſſet, in morbum incidens, Mardeſam, Iuniorem filium, ex Syra dilecta coniuge, coronare ſtatuit, quo cognito, maior natu Syroes cum optimatibus, compre D henſum patrem poſtquam ante eius oculos, alios eius filios occidiſſet, & ipſum poſt multa ludibria interfecit, ſuperbiſſimum quidem Regem, & potentiſſimum, ſed plane Deo ingratiſſimum cuius ope, & Sancti Sergij martyris intereſſione regnum fuerat conſecutus.

Coſrhois filius Syroes regno Perſarum potitus, facta iam ante pace cum Romanis, captiuos, & inter eos Zachariam Pontifi. Ieroſolymorum liberos dimiſit, Prouincias ereptas & ipſum lignum crucis intactum reſtituit, teſte Suida, in Heraclio, quod miſſum Conſtantinopolim ſequenti anno retulit Heraclius Ieroſolymã. Hoc Perſicum bellum, pleno volumine dignũ paucis à Theophane deſcribitur. nam hiſtoria Georgij Piſidæ, de vtroque bello Arabico, & Perſico, clariſſimi huius temporis ſcriptoris, vt auctor eſt Suidas, intercidit. E

Eduinus tãdẽ Rex baptizatũ.

Beda li. 2. c. 14. & 15

Pecuniæ ab Eccleſijs mutuo ſumptæ, e Regio fiſco reſtitutæ.

Eduinus demum Rex Hordunbrorum Anglorum, cum cunctis gentis ſuæ nobilibus ac plebe plurima (ab Incarnatione Domini 627. ab aduentu vero Anglorum in Brittaniã circiter 180 regni 11. baptizatur Eboraci) in qua ciuitate ipſi Paulino Epiſcopo ſedem Epiſcopalem donat, qui longe latè que diu Euangelium prædicauit. Idẽ quoque Rex Eduinus ſic erga cultum veritatis affectus eſt, vt eundem Regem quoque Orientalium Anglorum Carpualdum pelliceret. ex Beda.

Chriſti Annus.	*Honorii P.*	*Heracl.Imp.*	*Indic.* 1.
628.	3.	19.	

A HOc anno Conſtantinopoli Ieroſolymã Heraclius profectus Sanctæ Crucis lignum retulit, tumque illud contigit admirandum, quod habetur ex ritualibus Eccleſiaſticis, cum Regio cultu Crucem Domini ſuis humeris Ferens Imperator, conſiſtere coactus eſt in porta, quæ ad Caluarium ducit, nec niſi monitu Zachariæ Pontificis, plebeio ſumpto habitu, & depoſitis calceis, datum eſt progredi, atque inde exaltationis feſtum 14. Septemb. initium ſumpſit, apud Latinos; nam Græci eo die inuentionem celebrant, nomine exaltationis, & Latini Inuentionem m. Maio. Lignum Crucis Ieroſolymã ex Perſide relatũ.

Porrò cum nomen Heraclij, ob ingentes res fortiter bellò geſtas, toto orbe terrarum celeberrimum redditum eſſet, ad ipſum exteri Reges, vt Indorum ab Oriente B vt eſt apud Theophanem, & Francorum ab Occidente, vt eſt apud Aimoinum,[a] legationes gratulantes, cum muneribus miſerunt. [a] li.4.c.21

Chriſti Annus.	*Honorii P.*	*Heraclii Imp.*	*Indict.* 2.
629.	4	20.	

INfectus erat per id tempus totus ferè Oriens ne farijs hæreſibus, Neſtorij, Apollinaris, & Eutychetis in primis, cuius Hæreſis in duodecim ſectas eſt diſciſſa, cuius vnius, quæ à Iacobo quadam Syro dicta eſt, Iacobita- C num Patriarcham ſe faciens Athanaſius quidam, Heraclio apud Hieropolim conuento, collatoque de religione ſermone, Heraclius, zelo quidem quodam, ſed non ſecundum ſcientiam (cum hæreticum hominem, & condemnatum admittere ad ſermonem nõ debuiſſet, iuxta præceptũ Apoſtoli, promittit illi, ſi Chalcedonenſem Synodum accipiat, ſe eum Patriarcham Antiochenum facturum. at ille ſimulate ſuſcepta Synodo, duas in Chriſto confitetur naturas, callide autem interrogat Imperatorem de voluntatibus, & operationibus, dicendę ne ſint ſimplę an duplę; qua nouitate vocis conſternatus Imperator conſulit Sergium Conſtantinopolitanum Patriarcham, & Cyrum Phaſidis Epiſcopum, qui conſentientes in vnam na- D turalem voluntatem & vnam operationem in Chriſto, ſic reſcripſerunt & confeſſi ſunt, cuius vtriuſque acquieſcens conſilio Imperator reperit & Athanaſium eis conſentientem, quia vna ibi operatio reperitur, vbi & vna natura cognoſcitur. Atque ita per fraudem, Heraclius in foueam hęreſeos inductus eſt Menothelitarum, vnicã voluntatem & operationem eſſe aſſerentium in Chriſto, quaſi per hanc conciliaturus eſſet in vnum, & quaſi ad Eccleſiam adducturus plures hæreſes, dumque ſe immiſcet tractandis dogmatibus, (quod magno ſuo ferè damno faciunt Principes) cum obortas de fide quęſtiones debeant ad primam ſedem deferre, atque ab illa definitionem expectare, in barathrum lapſus eſt. Heracliꝰ quomõ in hęreſim inductus.

Chriſti Annus.	*Honor. P.*	*Heracl.Imp.*	*Ind.* 3.
630.	5.	21.	

E MAhumetes Arabs, pſeudopropheta, peſtis orbis terrarum, & Monſtrum, conflatum ex pluribus ſectarum & hæreſum monſtris, cum legem ſtultiſſimã, & ſpurciſſimã in Oriẽte euulgaſſet, & armis propagandã docuiſſet, & diſputationib. examinandã vetuiſſet, anno 9. regni, in Arabia morit, & ſepelit in loco, cui nomen eſt Mahumetis origo.

Mecha, cuius ſepulchrum, inquit Leonicus, [a] compertum habeo extructum eſſe, & lapidibus pretioſiſſimis, & ſublime pendere in medio templo. Vt omnes populos in ſuā ſectam attraheret, ex cunctis fermè ſectis aliquid aſciuit. Ex Iudæis Circumciſionem, Vnius Dei cultum, abſtinentiam à carne ſuilla: ex Chriſtianis, Chriſtum, ſed cum Arianis creatum, & ſeruum, cum Neſtorianis purum hominem, cum Manichæis non fuiſſe ſecundum carnem crucifixum, ſed eius tanum vmbram: ex Gentilibus, Lunæ ſeu cuiuſdam aſtri cultum: ex alijs denique alia, & a ſe ipſo plura ſtulta, & nefanda, & rationi repugnantia. ſucceſſit ei Eububezer annis tribus, legendi Annales ex Theophane: Damaſcenus de hæreſibus. Euthymius in Panoplia.

a lib. 3. de reb. Turcic.

Gregorius Alexandrinus cum ſed. anno 10. moritur. in eius locum ſubrogatur ab Heraclio Cyrus, ex Lazerum Antiſtite, quo vtebatur familiariſſime.

Honorius Papa deiecto Fortunato hæretico Gradenſi Patriarcha, ſubrogat in eius locum Primogenium Subdiaconum & Regionarium Eccleſiæ Romanæ. extant litteræ [b] ad vniuerſos, in quibus *Chriſtianiſſimam appellat Rempublicam Venetam*, vt quæ relictis ſchiſmaticis, Romanæ Eccleſiæ adhæſiſſet, & ne implicaretur eorumdē ſchiſmaticorum laqueis, a Romana Eccleſiam petere ſoleret Epiſcopum, quo ampliſſimo titulo glorioſa potenſque longe lateque, terra, marique dominium feliciter propagauit, nequid autē minus haberet Gradenſis Eccleſia ab Aquileiēſi, ipſi Roma. Pont. eandē Eccleſiam pallij inſignibus, & Patriarchatus nomine illuſtrarunt. vnde nata inter vtrumque æmulatio, & a ſecularibus poteſtatibus, aucta Longobardorum Rege Aquileienſi fauente, & Exarcho vero Gradenſi. B

b ī Chro, M. S. Andr. Dādu-li Du. Venet.

Grandēſ. eps, quando Patriarcha primū dict⁹.

Apud Legionem in Hiſpania S. Vincentius Abbas, a perfidis Arianis martyrio coronatur. Martylog. Rom. Epitaphium. C

Chriſti Annus.	*Honorii P.*	*Heraclii Imp.*	Indict. 4.
631.	6.	22.	

HOc anno (vt produnt Annales) poſt Mahumetis principis obitum, collapſa iam Perſarum potentia, viribus bello ciuili attritis, Arabes incipiunt Roma. vexare Imperium, quaſi Deo ingratum Imperatorem vlciſcente, quod dogmatib. ſe Eccleſiaſticis immiſcens, dū cum Sergio Conſtantinopolitano Epiſcopo, ſe præferent Vindices. Chalcedonēſis Concilij, & Neſtorianæ, & Eutychianę hæreſis vltores, nouā Menothelitarum hæreſim in Eccleſiam inducerent, quo pulcro velamine, quam diu vixerunt, ſub Catholico nomine latuerunt hæretici. D

c Aimoin. li. 4. c. 16.

d Aimoi. Acta S. Lupi.

Clotharius Rex Francorum, cum regnaſſet annos 44. ex hac vita migrauit, relicto regni ſucceſſore Dagoberto. De Clothario illud habetur, quod in certum [d] annum referri non poteſt, eum falſis accuſationibus permotum Lupum, [e] Senonenſem Epiſcopum exilio multaſſe, ſed eius innocentia cognita, eo reuocato, veniam petijſſe, & egregie donatum, ad ſuam Eccleſiam dimiſiſſe.

f Vita S. Modoal. li. 1. c. 2. & 34. apud Sur. d. 12. Maij.

Clarebāt [f] tunc temporis in Palatio viri ſtrenuiſſimi, ijdemque religioſiſſimi, inter quos eminebat Pipinus Carlomanni ſenioris filius, Dux clariſſimus Neuſticæ, & Maior domus, ſub Clothario, Dagoberto, & Sigeberto potentiſſimis regibus. Huius Pipini nepos ex filia Begga fuit alter Pipinus, pater Caroli Martelli, qui inter alios genuit Pipinum tertium, eundem primum eius generis Francorum Regem. E

Pipin. maior dom⁹ Franciæ.

Huic ſenioris Papino dum paret Dagobertus, glorioſe regnum adminiſtrat. poſt vero ſecundis rebus & cōſortio deprauatus, monis bonitis aures occluſit, adeo, vt parum abfuerit, quin ſe aliquando increpantem occiderit. ſed diuina vi repreſſus, rurſum eum magnificare, & reuereri cępit. Hic Pipinus cum minus ſcripturarum ſcientia eruditus eſſet, prudentes quoſque ſanctos, & doctos viros in Conſilium adhibebat, vt Arnulphum Metenſem, & Chunibertum Colonienſem Epiſcopos.

Arnulphus [g] Metenſis Epiſcopus, qui Dagobertum educauerat, adhuc flagrans

deſiderio Eremi, inſtabat apud Regem ſibi vt ſecedere liceret, quod dum aliquando importunius petit, parum abfuit, quin, Diabolo Regem inſtigante, ab eo pugione feriretur, ſed is mox in ſe reuerſus, ſuperueniente Regina, proſtrati vterque ad eius, pedes veniam petunt, & libere abire ad Eremum permittunt, vbi vſque ad obitum permanſit, miraculis clarus. | a Apud Surd. 1. Octob.

Hoc anno moritur S. Allouuinus, cognomento Bauo. Agilulphi. Hasbaniæ filius Carolomanni ſenioris frater Patruelis, conuerſionis ſuæ anno 40. cuius exemplo, multi nobiles viri, & mulieres ad pietatem & arctiorem vitam excitatia. Vitam admirabilem deſcripſit Theodoricus Abbas S. Trudonis.

Chriſti Ann.	Honorij P.	Heraclii Imp.	Indictione
632	7	23	5

ARabes Sarraceni ſub Mahumetis ſucceſſore Eububeler ſeu Abubachar depræ dantur Gazanſem regionem, occiſo Præſide Palæſtinæ. Theophanes.

Dagobertus alioqui præclare regnum adminiſtrans, cum filiis careret & amoribus mulierum impenſius deditus eſſet, quorundam Conſilio, vxo rem, quod eſſet ſterilis, repudiat; & puellam a Monaſterio raptam in matrimonium ſibi iungit, de quo flagitio cum ab Epiſcopis, & maxime a S. Amando Traiectenſi Epiſcopo [b] reprehenderetur, indignatus, eum de ſuo regno eiicit. At ille erepta occaſione, cum & ſanguinem pro Chriſto fundere optaret, in Vaſconiam profectus, Gentilibus Euangelium prædicat, & poſt ad alia loca digrediens, ad Scaldis fluenta, pagum Gandauũ peruenit, vbi plurima a Barbaris paſſus, Tornaci, tandem excitato a mortuis, quem ſuſpendio mortuũ viderant, magni facti ad baptiſmum concurſus longius ẽt ad Sclauos tranſito Danubio, ſtudio lucrandi animas & martyriũ adipiſcendi, progreſſus eſt, vbi cum non conſtaret operæ fructus, ad proprias rediit oues.

Dagobertus Moniale ſacri lege ſibi iungit.

b Ex Hugbaldo mori in reb. geſ. S. Mi ctrudit. apud Sur. 12. Maij. Baudemũdus cuſto de ſæculi ſcriptor res eius geſtas proſecut⁹ eſt

Chriſti Annus.	Honor. P.	Heraclii Imp.	Ind. 6.
633.	8.	24.	

HAimanus, Abubacharo ſuccedens, Boſtrenſem vrbem & alia loca vi capit, Theodorum Imp. fratrem & Ducem, cum exercitu profligat, Imperator deſerta Syria & ſublatis Ieroſolymis Venerabilibus lignis S. Crucis Conſtantinopolim ſe recipit Theophan. & Cedrenus. De eius ibidem cultu, Beda de locis ſanctis, c. 20. vbi & illud ait quamdiu ſuper altare manet aperta, totã Eccleſiam miro odore perfundi, & de nodis eius liquorem odoriferum, & ſalutarem fluere.

Menothelitarũ hæreſi fraudulenter inducitur

Cyrus Alexandrinus Epiſcopus, collecta Alexandriæ Synodo, Menothelitarum hæreſi aperit viam, & ſimulato prætextu, quod hæreticos omnes in Aegypto poſitos, Eccleſiæ Catholicæ iungere poſſet, ſi duarum uoluntatum & operationum voces ſilentio ſupprimeret, ſatis eſſe dicens, ſi in Chriſto tantum Dei virilis voluntas & operatio diceretur, ex qua duarum in Chriſto naturarum, exacta profeſſio ederetur, eo quod, & ſi non uoces, res ipſæ tamen expreſſe haberentur. Res viſa eſt ſpem præſeferens pietatis, & charitatis ſi(ut dicebant) abſque detrimento Catholicæ fidei voces interdum tacerentur, quibus diſcordiæ nutrirentur, uerum, dolo malo, cunctatunc acta ſe exitus declarauit. Ex [c] Maximo & Actis [d] ſexte Synodi. Iſthæc Cyro Alexan

driæ conanti de vna voluntate,& operatione, aduerſatus eſt primum ſummopere Sophronius, probe ſciens hæreticos ea moliri ad deſtructionem catholicæ veritatis, ſub ſpecie pietatis. ſcripſit enim ad Cyrum, vt capitulum illud Synodi Alexandrinæ, de vnica operatione tolleretur, imo & eadem de cauſa Conſtantinopolim ad Sergium profectus eſt, vt Sergius ipſe teſtatur in epiſt. ad Honorium Papam. Sed & alias etiã ad Sergium ipſum addidit litteras, vbi hoc item anno, defuncto Modeſto ſancto Patriarcha Ieroſolymitano ipſe ſubrogatus eſt in eius locum, quæ extat in ſexta Synodo ad Sergium inſcripta, alicubi etiam ad Honorium Papam, vt ſuſpicari poſſimus eam fuiſſe Encyclicam,& velut ſuæ fidei Confeſſionem, miſſamque de more ad vtrumque, quo anno creatus eſt Ieroſolymorum Epiſcopus. De eadem epiſt.[a] Photius plenam, ait, eſſe pietatis, & orthodoxam ſententiam accurate tradere, & ſacrorum dogmatum doctrinam haud vulgarem. A

a Biblipt. c. 23.

Extant, Epiſtolæ Cyri ad Sergium, Sergij ad Honorium, Sophronij, Ieroſolymit. Epiſcopi ad Sergium, eademque ad Honorium, Honorij duplex ad Sergium, in ſexta Synodo, de hac tota re. in cuius Honorij poſteriore deſtruitur hæreſis, & confirmatur Catholica fides illis verbis, *Auferentes ergo (ſicut diximus) ſcandalum nouellæ adinuentionis, non nos oportet, vnam, uel duas operationes definientes prædicare. Sed pro una (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos Deum operatorem Chriſtum Dominum in utriſque naturis ueridice confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis uocabulo, ipſas potius duas naturas, ideſt diuinitatis, & carnis aſſumptæ in una perſona vnigeniti Dei patris, inconfuſè, indiuiſe atque inconuertibiliter nobiſcum prædicare propria operantes*, cauſa porro, cur ſilendum cenſeat de duabus uoluntatibus,& operationibus, ea fuit, ne videremur cum Neſtorianis ponere duas perſonas, & cur ſilendũ de vna, ne cum Eutychianis videremur tollere duas naturas. B C

Hono. ſtatuit catholica fidem de Chriſti voluntatibus.

Defuncto Iuſto Dorouernienſi in Anglia Epiſcopo, Honorius illi ſubrogatur, cui,& Paulino, Eduinus legatione miſſa, pallium a Papa impetrat. Extant Honorij litteræ ad Eduinum & Honorium apud Bedam: [b] ſcripſit & ad Scotos in celebratione Paſchatis aberrantes, ſed nullo fructu, vt apparet ex ijs quæ poſtea ſequentes Pontifices cum Scotis egerunt. Beda.

b li. 2. c. 18 & 19.

Eduinus, cum decem & ſeptem annis, genti Anglorum ſimul & Britonum glorioſiſſime præfuiſſet, rebellante aduerſus eum Carduella Pictorum Rege, & ſocia arma ferente Penda, de regio genere Morciorum, in prælio occiditur, & exercitus profligatur. Paulinns Epiſcopus aſſumpta Regina & filijs, & ſacris vaſis, Cantium proficiſcitur, ubi ab Honorio Archiepiſcopo & Eadbaldo Rege ſuſcipiuntur. Eduini Regnum in duo diuiditur, Deirorum,& Berniciorum. vt eius nominis duæ erant prouinciæ, quarum Reges, abnegata Chriſtiana profeſſione, paulo poſt a Carduella impia manu, ſed iuſta vltione perempti ſunt. D

Eduinus, Rex interficitur.

CONCILIVM IIII. TOLETANVM GENERALE dictum anno tertio, Siſenandi Regis piiſſimi, affuere Epiſcopi ſexagintaduo: capita ſeptuaginta ſtatuta de doctrina catholica,& Eccleſiaſtica diſciplina, & bonis moribus. Præfuit S. Iſidorus Hiſpalenſis. Primo loco fidei profeſſio a Patribus edita, in qua Spiritum Sanctum a Patre filioque procedere profeſſi ſunt, more maiorum, vt Acta declarant S. Iſidoro iniunctum a Patribus, multi exiſtimant vt officia Eccleſiaſtica ordinaret, quod & perfecit. Extat adhuc Miſſale & Breuiarium, ſub eius nomine, Mozarabe dictum, quaſi mixtarabes, corrupto, vocabulo, cum, poſt occupata ab Arabibus Hiſpania, diu in ea Hiſpan. mixti Arabibus vixerint, qui ab externis moribus,& agẽtibus in alijs prouinciis Hiſpanis, Mixtarabes dicti ſint. E

A

Chriſti Annus. 634. | Honor. P. 9. | Heracl. Imp. 25. | Ind. 7.

SArraceni plurib. prelijs victores aduerſus Romanos, Syria, & Aegypto ſpoliant Imperium. Et is Heraclius, qui Catholicus indomitos ſuperauerat Perſas, hæreticus factus, ab imbellib. Sarracenis ſuperatur. Theophan.

Sarraceni occupāti Syriā, & Aegypt.

Oſualdus ex Eduini ſorore natus, diu profugus in Scotia, tandem reuerſus in patriam, cum longe impari numero copiarum defixæ a ſe cruci in loco pugnæ procumbens in prece Britanorum Regem Corduellam ſuperat & occidit. Sextus Nordumbrorū Anglorum Chriſtianiſſimus Rex, qui cupiens omnes ſibi ſubditos Chriſtianis imbui ſacris, euocat ex Scotia verbi Dei prædicatores quorum vnus Aidunus creatus Epiſcopus, magnæ vir Sanctitatis interprete ipſomet Rege Oſualdo, ſua prædicatione, multum profecit. Chriſtiana reilgione longe lateque propagata, Eccleſijs, & Monaſterijs pluribus ædificatis. hæc latius apud Bedam.[a]

a li. 3. c. 1. & ſeq.

B

Chriſti Annus 635. | Honorii. P. 10. | Heracl. Imp. 26. | Indi. 8.

C

MAla malis cumulantur, rurſum Romani exercitus in Syria cæduntur, Ieruſalem obſidetur. Annales ex Theoph. Cedrenus. Sophonij[b] Epiſcopi Ieroſolymitani homilia extat in Natali Domini, in qua deplorat, quod ob obſidionem, vetentur adire ſanctam Bethleem.

Ieſolym. obſeſſa.

Birinus[c] Epiſcopus, de conſilio Honorij Papæ profectus in Angliam, Occidentales, Saxones, Geuiſſos dictos, cum Cynigildo Rege, conuertit ad fidem, ipſo Oſualdo de ſancto eum Lauacro ſuſcipiente, eique filiam in matrimonium elocante. Vterque Rex vrbem Dorcineam ad extruendam ibi ſedem epiſcopalem Birino Epiſcopo donat,[d] de quo in actis eius, illud admirandum habetur, eum in altum iam naui prouectum, ſuper Mare ambulantem regreſſum ad littus, vt oblitam pallam, ſuper altare, vbi celebrarat, ab Honorio Papa ſibi donatā, ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat, & in qua Corpus Domini inuolutum, & ad Collum ſuſpēſum ſemper ſecum ferebat, repeteret, & rurſum eodem miraculo reuerſum ad nauim, immobilem eum expectantem.

b T. 2. Bi. SS. PP.

c Beda 3. c. 7.

D

d Apud Sur. 3. Decem.

Miracul.

Chriſti Annus 636. | Honorii P. 11. | Heracl. Imp. 27. | Indict. 9.

E

SArraceni Ieroſolymis[e] 2. anno obſidionis potiuntur ea conditione, agente Sophronio Patriarcha, vt Chriſtianis liceret ſacra Chriſtiana peragere. nec niſi poſt 463. annos è captiuitate per Francos eripitur. Hoc eodem anno Sophronius, ſummo, vt credibile eſt, dolore confectus, de ſaccis in manibus impiorū traditis magno plane Eccleſiæ damno, moritur, qui ſolus hactenus contra Monothelitas, Heraclium, Sergium, & Syrium inſurrexerat. Theophan. Hic Sanctiſſimus, & doctiſſimus Antiſtes annua memoria recolitur in Eccleſia vndecimo Martij cuius eruditiſſimarum Lucubrationum vix extant homiliæ duæ, vna de Natali Domini, altera de Angelis.

e Tyrius Eps, & alij.

S. Iſid. Hiſpal. obitus.

CONCILIVM TOLETANVM V. primo Cinthilani Regis, Epiſcoporũ 20. extant Can. nouem, ijdem pro Regis ſalute & ſtabilitate Regni ſtatuti.

A

Anno primo Cinthilani Regis, Doctor, & Legulator Hiſpaniarum, Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus ſtans in Eccleſia, peracto Sermone ad populum, & expanſis manibus, benedicens omnibus, Deo, hactenus ſibi traditum Regem commendans, fœliciſſimo ſomno obdormuit in Domino, anno ſedis 40. Tudenſis in Chron. qui deinceps elogium eius contexit. Miraculis & doctrina clarus celebratur in Eccleſia 4. Aprilis[a] Catalogum eius operum texuit S. Ildefonſus Epiſcopus Toletanus, qui de alijs epiſcopis Toletanis, ad hoc vſq; Conciliũ V. in quo ſubſcripſit Eugenius, agit libro de viris illuſtribus, de Braulione quoque Cæſarauguſtano, poſt Ioannem fratrem, Epiſcopo, qui huic V. Concilio Toletano interfuit, vt & Conantius Palentinæ ſedis Epiſcopus, de quo idem Ildephonſus. Iſidoro ſucceſſit Theodiſcus natione Græcus, ſub ouina pelle lupus, qui, inter ceteros errores, Chriſtum non eſſe vnum Deum cum Patre & Spiritu Sancto profitens, ſed adoptiuum, epiſcopatu deiectus, ad Arabes tranſijt, multa nefanda docens ſub Heraclio. Tunc temporis dignitas primatus translata eſt ad Eccleſiam Toletanam Tud. in Chron.

B

Chriſti Annus.	Honorii P.	Heracl. Imp.	Indic. 10.
637.	12.	28.	

Translatio Reliquiarũ ex Oriẽte in Occidente.

ANtiochia totius Orientis Metropolis capitur a Sarracenis, atque his temporibus, quibus ſiue a Perſis antea, ſiue ab Arabibus poſtea, ijſdemque Mahometanis, & Sarracenis captæ ſunt tres nobiliſſimæ Orientis ciuitates, Ieroſolyma, Alexandria, Antiochia, complura Sanctorum tum martyrum, tum Confeſſorum corpora translata ſunt in Occidentem. Romam autem translatas tum fuiſſe venerandas reliquias Ignatij Martyris ex Antiochia, conſtans ſama vetuſq; traditio, potius quã ſcripta, ſignificant.

C

Porrò S. Marci corpus, longe poſt hæc tempora, transferri Venetias contigit. Siquidem, qui ad huius ſæculi finem, ad ea peregrinatus eſt loca, ea de eius Sancti corpore tradidit, quæ Beda in libello de locis Sanctis ſcripſit, vt adhuc Alexandriæ degentis.

D

Chriſti Annus.	Honor. P.	Heraclii Imp.	Ind. 11.
638.	13.	29.	

HOnorius Papa, vbi ſed. ann. 12. men. 5. minus 3. diebus, migrat è vita 4. Id Octobris. Apud Anaſtaſium, mira de eius, erga diuinum cultum, magnificentia Leguntur. Plures Eccleſias a fundamentis extruxit, B. Agnetis Marty. via Nomentana. B. Apollinaris Martyris, B. Cyriaci martyris, via Oſtienſi, BB. MM. quatuor Coronatorum. B. Seuerini, iuxta ciuitatem Tiburtinam. B. Pancratii, via Aurelia. B. Luciæ in Vrbe Roma iuxta S. Silueſtrum B. Hadriani Martyris, fecit inquit, & in domo ſua iuxta Lateranas Monaſterium BB. App. Andreæ & Barthol. Reſtituit Baſilicam S. Petri, eamque, & iam dictas, & alias plures, quas enumerare longũ eſſet, multis & pretioſis ornamentis, & muneribus auxit & decorauit.

E

Ceſſat eius Epiſcopatus, inquit Anaſtaſius, anno vno, menſ. 7. d. 17. non quidem vſque ad electionem, quam factam non multo poſt oportuit, Seuerini Papæ, ſed ex confirmatione, quę pro iam inueterato abuſu, & pro libidine fiebat ab Imperatore. Cauſa dilationis ponetur in anno ſequenti.

CONCILIVM TOLETANVM VI. GENERALE, ſiue nationale, effecere per

A le, vel per legatos Epiſcopi 52. anno Cinthilani Regis Secundo, continet capit. 19. & cap. 3. continetur, quod ſempiterna dignum eſt memoria, de Chriſtianiſſimo Rege conſpirante cum Epiſcopis, vt nullus, niſi Catholicus, toleretur in Regno, & Reges deinceps, antequam Regnum ſuſcipiant, hoc ſeruare promittant, ſub graui anathemate, vt non immerito Hiſpaniæ Reges Catholici cognominentur. Sancitũ vt Rex nõ permittat in regno, niſi Catholicum

Arioualdus Rex Longobardorum, idemque Arianus, anno Regni 12. moritur, in eius locum ſubrogatus Rotharis, itidem Arianus, quibus temporibus penè per omnes Regni ciuitates duo erant Epiſcopi, vnus Catholicus, alter Arianus. Qui tamen in Ticinenſi ciuitate Arianus Epiſcopus Anaſtaſius fuit, ad Catholicam Eccleſiam conuerſus, eam poſtea rexit.

Hic Rhotaris Rex Longobardorum, leges, quas ſola memoria & vſu retinebant, in ſcripta redactas, edictum appellauit, anno, ex quo in Italiam uenerant Longobar- B di 77. Paul. Diac.[a]

a 4. ca. 44. non edit.

Chriſti Annus.	Seuerini P.	Heraclii Imp.	Indict. 12.
639.	1	30.	

SErgius Epiſcopus Edictum, Ecthesim, ſeu expoſitionem dictam, continentem, ſub nomine Imperatoris promulgat, ad ſuam ſtabiliendam hæreſim, eandemque per Iſacium Exarchum Italiæ, ad Seuerinum Papam mittendam curat, ab eo probandam, vt in Synodo Conſtantinopolitana probata fuerat. At is eam planè condemna- C uit, & anathematizauit. Ex Act. Concil. Lateran. ſub Martino, ſegregario, 3. Tunc credibile eſt eueniſſe, quod habet Anaſtaſius, hunc Iſacium Exarchum Primates Eccleſiæ, per ſingulas ciuitates, egiſſe in exilium (ideſt Presbyteros, & Diaconos Cardinales, vt ego interpretor) vt non eſſet de clero, qui reſiſteret, poſt verò Patriarchium Lateranenſe diripuiſſe & partem prædæ Conſtantinopolim ad Heraclium miſiſſe, vt credibile ſit Seuerinum non habuiſſe ab Heraclio confirmationem, & haud diu ſuperſtitem fuiſſe afflictionibus exagitatum, a Miniſtris Imperatoris, tribuit autem eius ſedi, Anaſt. m. 1 1. & d. 4. Verum vt perueniſſe ad hunc annum dicere neceſſe eſt, cum conſtet poſt edictam ecthesim, hac 12. Indictione promulgatam, vt ex actis Sy- D nodalibus apparet, ſuperſtitem fuiſſe, qui eam condemnarit, ita non prætergreſſum hunc annum, liquido conſtat, ex Synodo à Ioanne Papa facta anno ſequenti. ſepultus eſt ad Beatum Petrum ſub die 4. Non. Aug. & ceſſauit Epiſcopatus eius menſ. 4. & d. 29. ſic Anaſt.

Edictum hæreticũ Imper. Seuer. P. nec recipit & dãnat.

Auctor eſt Beda [b] hoc anno Scotorum litteras perlatas Romam. Sed cum Seuerinus Papa diem obijſſet, clerum Romanum & Ioannem tantum, nec dum confirmatum eas aperuiſſe, & reſpondiſſe de Paſchate catholico more celebrando, & hæreſi Pelagiana reuiuiſcẽte, cauenda. Extant earum fragmenta apud Bedam. Obſeruanda ratio ſcribendi, cum electus, nec adhuc confirmatus eſſet Papa, alibi relata.

b li. 2. c. 19

Poſt publicatam Ecthesim & in Synodo confirmatam, moritur Sergius Conſtantinopolitanus Epicopus poſt 30. annum ſedis, & amplius, non verò octauum, aut no- E uum, vt apud Niceph. Chron. ſubrogatur Pyrhus Chryſopolitanus Monachus, & Presbyter, vt eius hæreſis fautor & propugnator.

Dum Heraclius Conſtantinopoli impugnat fidem Catholicam, Sarraceni, fugato Hormiſda è Regno Perſarum, quod tanto labore ſubiugarat Heraclius, potiuntur.

Regnum Perſarũ occupatũ Sarracen.

Dagobertus [c] octauo demum anno, dimiſſis concubinis & illegitima vxore, ex legitima, quam ſibi iunxit, filium ſuſcepit, quem, reuocato B.[d] Amãdo ab exilio, & venia poſtulata de ſacrilegio, & baptizandum & educandum tradere voluit. at is, ne per id officium traheretur in curiam, diu renuit, ac demum victus Regis, & procerum precibus aſſenſus, filium baptizauit, & Sigibertum vocauit, 40. a natali eius die,

c Aim. li 4. c. 20.
d Apud Sur. 6. Febru. & 1?. Maij.

qui Infans, nemine reſpondente; Amen, diuino miraculo, reſpondit. Hucbaldus in Act. S. Rictrudis Nouiomenſis.

Chriſti Annus. 640. *Ioan. P. 5.* 4. *Heracl. Imp.* 31. } *Indi.* 13.

Io. P. colle-cta Synodo Rom. Monothelit. hæreſi damnat. Maxim⁹ ex Palatio tranſit ad Monaſte. & inde Romam, fugiens hæreſim. Heracli⁹ hæretici nomen vitat.

IOan. Papa, collecta Romæ Synodo, Imperatoriam Ecthesim, & Monothelitarum hæreſim condemnat. Theoph. Reliqua acta non extant. Ex diſputatione Maximi cum Pyrrho illud habetur, Ioannem Papam, quod ſciret Orientales hæreticos in cõſortium ſui erroris adſciſcere defunctum iam Honorium ex epiſt. ad Sergium, hæcque iactare quo ſuam hæreſim ſtabilirent, curaſſe, vt earũ Epiſtolarum ſcriptor germanum earum ſenſum interpretaretur, quod ille egregie præſtitit & ad Imp. ipſum ſcripſit de qua interpretatione ſuo loco.

Maximus, vir eruditiſſimus, regijs commentarijs ſcribendis in Palatio addictus, cum videret Monothelitarum hæreſim Regiam occupaſſe, ſibi timens ac conſules, deſerto Palatio, Monaſterium ingreſſus, ac poſt, grauantem hæreſim non ferens, in Occidentem, intactum ab ea peſte, Romamque proficiſcens, in itinere conuenit Africanos Epiſcopos, & de toto illo fidei negotio probe monitos, & inſtructos, adduxit, vt concilijs celebratis hæreſim illam condemnarent. Theophan. & res geſtæ Maximi poſt eius ſcripta in 3. Cod. Vaticano. B

His auditis Imperator & infamiam hæretici apud Occidẽtales veritus, nouo promulgato edicto, tam in Oriente, quam in Occidente Ecthesim illam, negat ſuam eſſe, ſed Sergij, qui & curarit eam ſuo nomine edi, ſed contrarium publicari oportebat, ad ſuſpicionem hæreſis purgandam, quod non fecit. Acta publ. in Senatu Conſtantinopolitano ſub Conſtante in cauſa Maximi.

Hoc ipſo anno ex humanis ſublatus eſt Cyrus Alexandrinus Epiſcopus, ex Niceph. Chronico, vbi eſt, eum ſediſſe annos 10. cum creatus fuerit anno 630. ſucceſſit illi Petrus, eadem infectus hæreſi. Athanaſio illi hæretico perditiſſimo in Antiochena ſucceſſit Macedonius, nec de Antiochenis Epiſcopis ſucceſſoribus illa deinceps mentio, vſque ad 6. Syn. quibus tunc præfuit hæreticus perditiſſimus. Ieroſolymorũ quoque ſucceſſio obſcura. C

a Aimoi. 4. c. 23. Seruis Chri non ſunt iũgẽda fœdera cũ canib. b 26. Apr.

Hoc eadem anno 9. Dagoberti Francorum Regis, miſſus eſt ab eo legatus [b] Richarius, an Sicharius, ad Sclauorum Regem, repetitũ merces mercatoribus Francis ablatas, cui expetenti Frãcorum amicitiam, reſponſum, ſeruis Chriſti nõ eſſe iungenda fœdera cum canibus. De Richario egregiæ ſanctitatis viro, mentio apud Suriũ.[b] D

Eadbaldo Anglorum Cantuariorum Regi, vita functo, ſucceſſit Earcombertus filius, qui primus in toto Regno Idola deſtrui, & Quadrageſimale ieiunium, pœnis appoſitis, obſeruari ſanxit, & Regnum 24. annis & aliquibus menſibus tenuit, cuius filia Virgo Earcongatha in conſtituto Monaſterio a Fara ſeu Burgundofora in Gallijs ſanctiſſime vixit, de qua, & alijs, per id tempus Monaſticæ conuerſationis gratia in Galliis florentibus, meminit Beda, & Io. Abbas.

Chriſti Annus. 641. *Ioan. P.* 4. *Conſtant. Imp.* } *Ind.* 14. E

Heracli⁹ Maximus Impe. niſi hæreticus moritur.

HEraclius æquandus, & forte præferendus fortiſſimis Imperatorib. niſi gloriam ſuam hæreſi maculaſſet, infœlici exitu, moritur, anno Imp. 31. Conſtantinus, qui cũ ipſo regnarat, & ipſi ſucceſſit, ex Eudocia filius, vix, vt ait Theoph. 4. menſib. abſolutis, veneno, vt creditũ fuit a Martina nouerca propinato ſublatus eſt, quo filius Heracleonas regnaret, adiuuante Pyrrho Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui imperium tenuit menſes ſex, nam rebellante Senatu depoſitus abſciſſo naſo cum Martina matre, perfida femina, cui lingua abſciſſa eſt, in exilium eiecti ſunt, & Conſtantini filius, Conſtans, vt Theophanes, quem ſequemur, cum alii Cõſtantinum, alij Conſtantem appellent.

Ioan.

A Io. Papa per fideliſſimũ, & Sanctiſſ. Martinũ plurimos captiuos redimit, de ſeruitute ſclauorum, qui Dalmatiam & Iſtriam deprædati fuerant. Anaſtaſ. — Io. Papa captiuos redimit.

Ex eadem prouincia, ne expoſitæ eſſent graſſationibus barbarorum, reliquias ſanctorum Martyrum Venantii, Anaſtaſii, Mauri & aliorum plurimorum Martyrum Romam tranſtulit, & in ipſorum honorem oratorium conſtruxit, iuxta baptiſterium Conſtantini, quod adhuc extat. Anaſt. At demum cum ſediſſet annum vnum, menſes nouem dies, 6. ex hac vita migrauit, ſecunda die menſ. Octobris: ceſſat Epiſcopatus m. 1. & d. 13. Anaſtaſ.

Theodorus, ex patre Theodoro Epiſcopo, Ieroſolymitanus patria, 25. Nouembris ſubrogatur. B

Chriſti Annus	*Theodori Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
642	I	9	15

PYrrhus Conſtantinopolitanus Epiſcopus in ſuſpicionem adductus conſpirationis cum Martina Auguſta de propinato veneno Conſtantino Imperatori, ſibi timens, ſpõte ſeceſſit in Africam, quam ſciebat ab Imperatore defeciſſe. In eius locum, ab hæretico Imper. Conſtante, ſubſtitutus eſt Paulus, æque hæreticus Monothelita.

Deformata admodum erat facies Orientalis Eccleſiæ, Imperatoribus ipſis hæreſim propagantibus, omnibus Patriarchis hæreticis, Mahometana ſecta in dies magis inualeſcente, improbis ſacerdotibus vbique dominantibus, bonis eiectis, & factis extorrib. C — Eccleſia Oriẽtal. deformata.

Rex Chriſtianiſſimus Hordumbrorum Anglorum Oſuualdus, nono Regni anno, a Pagano Rege Merciorum, anno ætatis 38. in prælio occiditur, poſt mortem miraculis clarus [a], de quo illud fertur, cum ſe iam iam videret perimendum, oraſſe pro animabus exercitus ſui. — a Beda 3. c. 12

Chriſti Annus.	*Theodori P.*	*Conſtantis Imp.*	*Indict.*
643.	2.	10.	I.

D HAumar, Sarracenorum Princeps extruxit templum Ieroſolymitanum, Crucibus ex aduerſo depoſitis, quod, ne conſurgeret opus, impedirent. Theoph. atq; hoc eſt illud, inquit Tyrius [b], quod Ieroſolymis eſſe dignoſcitur. Mauritius Chartularius in tyrannum erumpit, ac male perit, digna pœna eius, qui Baſilicã Lateranenſem expilarat. Iſacius quoque Exarchus eiuſdem particeps criminis, illis ipſis diebus repentinè moritur. ſucceſſor illi mittitur Plato hæreticus, vt conſtat ex epiſtola Martini Papæ fluctuante, ob hæreſis vndas, Eccleſia Orientali, alii ſe conferunt ad tutum portum Romanę Eccleſiæ, alii, vt Cypri Epiſcopi, ſynodis coactis, ſynodalibus litteris ſcriptis ad Theodorum, ſuam Catholicam fidem conteſtantur. Acta ſyn. Rom. ſub Martino ſecret. 2. in ea ſynodica vniuerſalem Papam appellant Theoderum, ac Patrem Patrum. — b 1. de bello Sacro, c. 2. — Sacrilegi male pereunt. — Vniuerſalis Papa Theodorus appellatur.

Catholici Palæſtinæ Epiſcopi Stephanum Dorenſem Epiſcopum legant ad ſummum Pont. Theodorum, a quo Vicarius Apoſtolicus in Palæſtina conſtituitur, ad deponendum Sergium Ioppenſem Epiſcopum, ſedis Ieroſolymitanæ inuaſorem, & Paulo Conſtantinopolitano fœdere iunctum. Quem & depoſitum, cum aliis in hæreſi permanentibus, & alios receptos qui libellum pœnitentiæ obtulerunt, aſſerit in libello a ſe oblato Martino Papæ in Concil. ſecr. 2. Tantum ſibi iuris, vel inter ipſos Sarracenos, & hæreticos, patrocinio Conſtantinopolitani Patriarchæ, & Imperatoris fultos, vendicabat Apoſtolica ſedes, omni tempore eadem vigens auctoritate, & vbique præſidens poteſtate. — Auctoritas Rom. Sed. Apoſtolicæ.

A

Chriſti Annus	*Theodori Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
644	3	3	2

PAulinus, alias Eboracenſis, ſed tunc Roſenſis Epiſcopus, poſt 19. annos ſedis, migrat ad Dominum, 10. Octob. Beda [a] Martyrolog.

a li.3.c.14

Chriſtiana fides, apud Orientales Anglos admodum propagatur, per Furſeum Hibernum virum admirabilem, paulo poſt vero, & Sigebertus eorum Rex, amore cœleſtis beatitudinis relicto regno cognato ſuo, monaſticam vitam profeſſus a Pagano Merciorum Rege Penda occiditur, vide Bedam [b] Dagobertus ſubiugatis circumpoſitis gentibus, & regno pacato, gratus de diuinis beneficijs, vniuerſas pęne Galliæ Eccleſias patrimonij ſui hæredes inſtituit, Regibus quoque declaratis duobus filijs, Sigeberto, & Hludouico in conuentu Epiſcoporum, & Procerum: teſtamentum extat apud Aimoinum [c]. Alia extat [d] munificentiſſima eiuſdem donatio facta Eccleſiæ a ſe conſtructæ, & monaſterio S. Benedicti non longe ab Argentina. B

Rex Monachus factus occiditur.
b li.3.c.14
c li.4.c.30
d In appēd. hiſ. Goth. Io. Mag.

Chriſti Annus	*Theodori Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione.*
645	4	4	3

PYrrhus delatus in Africam, inuenit ibi Maximum monachum, inter quos, agentibus ipſis Africanis Epiſcopis, & Præſide ipſo Prouinciæ, Gregorio Patricio, inſtituitur publica illa famoſa diſputatio, in qua Honorius liberatur a nota, & calumnia hæreſis, & veritas fidei Catholicæ ita Pyrrho ipſi innotuit, vt Romam profectus, libello pœnitentiæ Papæ oblato, hæreſim publice abnegarit, & a Theodoro reciperetur, cum titulo Patriarchatus, in Eccleſiam Catholicam. Theophanes. Photius Anaſtaſius. extat diſputatio, nunc primum typis edita Græce & Latine. C

Honori⁹ liberatur a nota hæreſis.
Famoſa diſputat. inter Pyrrhum, & Maximū.
Pyrrhus hæreticus recipitur cū titulo patriarch.

Quod ad Honorium attinet obijcienti Pyrro, Quid de Honorio ad reſpondendum habes, qui aperte anteceſſori meo vnam voluntatem Domini Noſtri Ieſu Chriſti eſſe tradidit? Reſpondet Maximus: Longe potiorem interpretem eſſe Epiſtolæ qui eam, ex perſona Honorii Papæ, ſcripſit, quàm qui illam Conſtantinopoli interpretati ſunt. Is igitur cum ad Diuum Conſtantinum rurſus ex perſona Ioannis Papæ, de hac epiſtola ſcriberet, dixit, Vnam voluntatem diximus in Domino, non diuinitatis eius, & humanitatis, ſed humanitatis ſolius. Cum enim Sergius ſcripſiſſet, quod quidam duas voluntates in Chriſto contrarias dicerent, reſcripſimus, Chriſtum non duas voluntates contrarias habuiſſe, carnis inquàm & ſpiritus, ſicut nos habemus, poſt peccatum, ſed vnam tantum, quæ naturaliter humanitatem eius ſignabat. Hoc autem ita eſſe, argumentum euidens eſt meminiſſe membrorum, & carnis, quæ quidem in diuinitate non licet intelligere, cui aſſenſus eſt Pyrrhus, nec habuit quo ſuum prædeceſſorem Sergium excuſaret, & ad extremum de tota controuerſia victus, manus dedit, duas in Chriſto voluntates, & duas operationes, vt & duas naturas, confeſſus. D

Hon. vnā voluntatē Chriſti, i. ei⁹ humanitatis.
Palinodia Pyrrhi epi Conſtātinop. Monothelitę.

Calumniæ ſparſæ ſunt ab hæreticis de pœnitentia Pyrrhi, quaſi vi ad eam adactus eſſet. Lege Epiſt. Martini Papæ 16. in qua notanda illa ſunt maxime, in examine Martini Papæ, poſt facto Conſtantinopoli de Pyrrho, Demoſthenes. *Vnde autem ſumebat ea, quę ad vſum ſui corporis erant neceſſaria? Martinus. De Patriarchio Romano. Demoſth. Qualis panis dabatur ei? Mart. Vos Domini mei neſcitis Eccleſiam Romanam. Dico enim vobis, quia quiſquis venit illuc miſerabilis homo hoſpitari, omnia ad vſum prębentur ei, & nullum immunem ſuis donis S. Petrus repellit venientium illuc, ſed panis mundiſſimus, & vina diuerſa dantur, non ſolum ei, ſed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miſerabilibus hominibus hæc fiunt; qui venit honorabilis, ſicut Epiſcopus, quales ſumptus habet ſuſcipere?* Sed & Maximus calumniam eſt paſſus, quod Pyrrhum laudaſſet, quaſi cum eo, ſimulate agen- E

Vide munificentiā, Eccl. Ro.

te, conſen-

A te, conſentiret: de qua ſe purgat ad monachos Siciliæ, & exponit conſilium ſuum fuiſſe, non exaſperare Pyrrhum, ſed magis lenire eum ad aſſentiendum ijs, quæ pie ſecundum doctrinam ſanctorum Patrum dicerentur.

Sarracenorum Princeps Haomar a quodam Perſa, per fraudem interficitur, cui ſuccedit Hoamen eius cognatus. Theophanes.

Chriſti Annus	*Theodori Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
646	5	5	4

COgnita per Africam Polinodia Pyrrhi Conſtantinopolitani Epiſcopi, & audito, poſt conuerſionem Pyrrhi, Conſtantinopoli ſuper ianuas primariæ Eccleſiæ Monothelitarum hæreſim credendam omnibus, ſancitam eſſe; omnium Orthodoxorum animis concitatis, & maxime Africanorum, Concilia conuocata; Byzacenum, ſub Stephano Primate 42. Epiſcoporum: Numidium, ſub Columbo Primate: Mauritanium, ſub Reparato Primate, ſex Epiſcoporum Carthaginenſe 68. Epiſcoporum, cuius Primas Fortunatus ſiue Fortunius cum Paulo Conſtantinopolitano communicabat, ac propterea nulla eius hic fit mentio (*Actio* 14. *6.Syn.*) quorum Conciliorum Acta extant in Concilio ſub Martino, cum autem ſynodalem, tria priora Concilia ad Paulum Epiſcopum Conſtantinopolitanum commonendũ Conſtantinopolim miſſura eſſent, & detecta Gregorij Præſidis tyrannide, commercium Africanorum cum Orientalibus interruptum eſſet, eandem mittunt ad Roman. Pontif. rogantes, vt per ſuos reſponſales eidem reddendam curaret, ac niſi reſipiſceret ab ipſo Romano Pontifice damnaretur. Synodalem item per ſe Concilium Carthag. Proconſularis Prouinciæ ad eundem Paulum miſit. Byzaceni etiam Concilij epiſtola extat ad Conſtantem Imperatorem, cũ nondum plane eſſet detectus hæreticus. [Conc. collecta in Monothelit. ab Africanis.] [1. Conc. Lateran.]

B

C

Depoſito, vel defuncto Epiſcopo Carthagin. Fortunato, vel Fortunio, Victor creatur, cuius extat epiſt. ad Theodorum Papam, de ſua creatione & fide Catholica, in Concil. Lateranen. ſub Martino Papa.

Theodorus aſſenſus petitioni totius Eccleſiæ Africanæ in Paulum Conſtantinopolitanum Epiſcopum conclamantis, eius Synodales epiſtolas, per Apocriſarios ſuos ad eum miſit, ſuas addidit, poſt alias blandas, acerrimas, & aculeatas, ſcribens rectæ fidei formam, & ſubijciens anathema aliter ſentienti; quæ non extant, ſed miſſas conſtat ex Epiſtola Pauli Theodoro reddita, eiuſmodi quidem, quæ fallere D poſſit etiam cautos, & prudentes, extat in ſecretario 4. ſæpius citati Lateran. Conc. [Theod. intẽtat anathema Paulo Conſtãtinop. epiſcopo.]

Concilium Septimum Toletanum celebratũ eſt in Hiſpania anno Chindaſuindi Regis quinto Præſide Orientio Emeritens. Epiſcopo, vt ſeniore, ſubſcriptiones extant 39. Canones quinque ſtatuti.

Chriſti Annus	*Theodori Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
647	6	6	5

SArraceni hoſtiliter Africam ingreſſi, Tyrannum extra Africam propellunt, exercitu profligato, eamque ſibi tributariam faciunt. ex Theophane.

Dagobertus Francorum Rex 16. moritur; cuius magnificentia in ædificandis, & E ornandis Eccleſiis prædicatur ab Aimoino [a]. De eius Purgatoriis pœnis viſio oſtenſa S. Eremitæ, narratur ab eodem Aimoino [b] & vt aduocati in auxilium ſancti affuerint, & liberatum ad cœlum euexerint. [Dagoberti Reg. obitus munificentiſſimi in eccleſias.]

Illi a ſecretis fuit Andonenus, poſt celeberrimus Rothomagenſis Epiſcopus, cuius, in eius vita, extat indiculus monitionum ad Regem.

a li.4.c.33
b 4.c.34

A

Chriſti Annus	*Theodori Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
648	7	7	6

PAulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum vidiſſet ex litteris, tum a Romano Pontifice tum etiam ab Africanis concilijs ſcriptis, vniuerſam Occidentalem Eccleſiam aduerſus ſe concitatam, dolum excogitauit. perſuaſit enim Imperatori Conſtanti edictum proponere, (quod typus fuit appellatum) quo ſignificaretur tacendum eſſe de ea altercatione quæ vertebatur, de vna, ſeu de duabus voluntatibus, ea iuſta cauſa prætenſa, vt omnes Chriſtiani orbis Eccleſiæ, in vnam eandemque ſententiam vnirentur; Typus huiuſmodi Romam perlatus, a Theodoro, coacta ſynodo, damnatus eſt. Interim cum nihil ſe profeciſſe cum Paulo Theodorus videret, damnationis, & depoſitionis ſententia in eum lata eſt: ſed & in Pyrrhum, qui ab Olympio Exarcho, Platonis ſucceſſore, Rauennam euocatus, in hæreſim de nouo retractus eſt. Theophanes: Anaſtaſius in Theodoro: Maximus epiſt. ad monachos Siculos, & Martinus in Synodo Lateran. Act. 1. B

Paulus Cōſtātin. Eps damnatur, & deponitur.

Pyrrhus retractus ī hęreſim dānatur. Purgatur Honori⁹ Papa a calumnia.

Quod ſi quis obijciat idem videri iudicandum de Honorij epiſtolis, atque de typo Conſtantis Imperatoris, vtriſque ſuadentibus de vna, vel duabus voluntatibus non differendum: reſpondendum eſt, multum referre, haberi rationem temporum: nam ſancte, ac pie dici poteſt iuſſum ab Honorio de vtroque taceri, eo tempore quo inciperet eiuſmodi controuerſia alicubi ventilari. Haud enim de omnibus quæſtionibus, quæ curioſitate diſputantium oriuntur, neceſſe eſt ab Eccleſia definitionem promulgari. Satis namque ad ſobrietatem ſapere, erat de duabus in Chriſto naturis aſſerere, quæ a Sacroſancto Concilio Chalced. fuerant definita. Vbi vero indictum de curioſa diſputatione ſilentium ab aduerſariis violatum eſt, immo & per publicas aſſertiones publice affixas in Eccleſiis, hæreſis palam eſt promulgata, & Conciliorum ſententiis ſtabilita, haud aliquis locus potuit eſſe ſilentio, ſed damnandus error omnino fuit, & recta ſententia promulganda. C

Perſecutio in Catholicos a Monothelitis.

Audita Conſtantinopoli condemnatione typi, Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi, ac denique Pyrrhi: tum Imperator, tum Patriarcha vehementer exaſerſere, & furorem exprompſerunt, primum in Apocriſarios Theodori Papæ, quorum altare in palatio Placidiæ, vbi habitabant, ſubuerterunt, ſacrificare eos non permittentes, ac in alios deinceps Catholicos ſacerdotes, alios in carcerem retrudentes, alios in exilium deportantes, alios verberibus ſubiicientes. Anaſtaſius in Martino, male ad eius tempora refert, cum hoc acciderit Apocriſariis Theodori. D

Sarraceni inuadunt Cyprum, & Conſtantiam diruunt. Theophan.

Chriſti Annus	*Martini Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
649	1	8	7

THeodorus Papa vbi ſediſſet annos 7. men. 5. dies, 20. migrauit ex hac vita. Anaſtaſius meminit de Eccleſiis, & Oratoriis ab eo ædificatis, ornatis, & locupletatis, vacat ſedes men. 1. & dies 16. E

Martinus Tudertinus, Etruſcus, in eius locum creatur, prima die Iulii; confirmat eius electionem Imperator pro tyrannico abuſu illorum temporum; & quaſi pro gratitudine, exigit ab eo probationem, & ſubſcriptionem ſui edicti, & typi vt de vnica vel duabus Chriſti voluntatibus, & operationibus ſileretur. At Martinus facinus execratus, hortante præcipue Maximo Abbate, CONCILIVM ROMAE indicit: quod ipſe Martinus epiſtola ad Amandum Traiectenſem Epiſcopum vo-

Cōc. Ro. ſub Mart.

cat, gene-

A cat, generale, centum & quinque Epiſcoporum, vt eſt in Actis, vel centum & decem, vt apud Theophanem. Legatio Gallicorum Epiſcoporum adeſſe non potuit; ſed nec Galliæ Ciſalpinæ Epiſcopi affuerunt bello [a] fortaſſe impediti, quod acre gerebat in Italia Rotharis Longobardorum Rex Arianus: habitum eſt quinque ſecretarijs, ſeu conſultationibus, aut ſeſſionibus, totidem diebus, in Eccleſia Conſtantiniana. Lecta & damnata ſunt ſcripta Theodori Pharonitani, Cyri Alexandrini, Sergij, Pyrrhi, & Pauli Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum, ac denique typus Conſtantis Imperatoris. Illud hic obiter adnotandum, cum Themiſtius, Sergius, Cyrrhus, & reliqui ſectarij ad probandam vnam operationem, & voluntatem in Chriſto vſi fuerint ſcriptis Dionisij, nunquam tamẽ a Catholicis fuit exceptum ſcripta illa Dionisij non eſſe, vt plane appareat, ea omnia, tum ab hæreticis, & Catholicis æque B probata, eius fuiſſe germana. Viginti denique ſanciti ſunt Canones, quibus ſingulis ad finem appoſita eſt condemnatio ſecus ſentientium. Abſoluta ſynodo ſcripta eſt ſynodalis Epiſtola circularis ad omnes Chriſti fideles, quæ extat; digna tanto Pontifice: extant & acta Concilij Latine, & Græce ſcripta; quod concilium, celebratis per ſingulas Prouincias Concilijs confirmari, & ſubſcribi voluit S. Martinus. Atque hæc, præter Acta Concilij, habentur apud Theophanem, & Anaſtaſium, apud res geſtas Maximi Abbatis, & S. Eligij Nouiomenſis, quas ſcripſit S. Audoenus [b] Epiſcopus Rothomag. in quibus meminit de litteris ab eodem S. Martino Papa in Gallias miſſis ad Epiſcopos, & Reges; & peculiares extant ad S. Amandum Traiectenſem Epiſcopum, in quibus eius priorem petitionem de abdicatione Epiſcopatus, denegat; poſteriorem admittit; de reliquijs mittendis; mittens ſimul Encyclicam, C & ſynodalia Acta.

Opa quę feruntur Dionyſii, eius tum habita eſſe probatur.

a Paul. Diac. lib. 4. c. 47. n. edit. c. 16. vet.

b Apud Sur. 24. Aug. c. 8. Poſt Ro. Cõc. to. 5.

Acceptum autem eſt ab vniuerſo orbe Catholico, magna approbatione, & honore hoc Concilium, adeo vt ad plenam fidei profeſſionem, poſt quinque vniuerſalium ſynodorum aſſertionem huius quoque confeſſio adiiceretur, vt apparet ex Concil. [c] Anglicano, ſub Theodoro, idque vſque ad celebratam ſextam Synodum.

c Apud Bedam 4. c. 17.

Interim dum Concilium celebratur, aduenit Olympius Exarchus, cum mandatis ab Imperatore, vt typum ſuum recipi curet, & ſi minus aliter perficere poſſit, Martinum captiuum teneat, & tum typum promulget, quod cum vi perficere non poſſet, propter vnionem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, per fraudem Martinum Papam interficere Spathario ſuo mandauit, dum in Baſilica S. Mariæ ad Præſepe, ſibi communionem miniſtraret, ſed nec id ſucceſſit; Spathario diuinitus obcæcato, quod ipſe pluD ribus cum iure iurando profeſſus eſt. Qua re cognita Olympius rem totam Pontifici aperit, & pace cum eo inita, cum exercitu in Siciliam aduerſus Sarracenos progreditur. ex Anaſtaſio.

S. Martinus litteras mittit ad Imperatorem de Actis in Concilio, ea moderatione, vt typum non ipſi, ſed Paulo, qui ſuaſerat, tribuat, & quaſi cum orthodoxo agat, quamuis eſſet hæreticus, quod non palam cognitus, & damnatus eſſet ab Eccleſia: illi Epiſtolæ omnes ſubſcripſerunt Epiſcopi.

Scribit & circulares litteras in Africam, miſſis actis ſynodalibus laborante quoque Eccleſia Ieroſolymitana, & Antiochena, ob incubantes hæreticos, Io. Epiſcopum Philadelphiæ ſuum Vicarium in Oriente conſtituit, ad eum ſcribens ep. num. 5. in qua de ordinationibus faciendis; de reſtituendis lapſis, de diſpenſationibus agit. E Graues in primis, & acres ſunt litteræ [d] ad Paulum Theſſalonicenſem in hæreſim lapſum, & alios in errorem inducentem, quibus eũ excõmunicat, & deponit; ad Theſſalonicenſes [e] ẽt ipſos ſcribit de eius depoſitione: plures & alias ſcripſit epiſtolas ad diuerſos Epiſcopos graues, & ſapientiæ plenas. Mirificus vigor animi, & infracta Cõſtantia Martini inter tot eccleſiæ clades, & propria pericula, a Sarracenis, ab Imp. ab hæreticis, cũ graui interim ipſe morbo teneretur ipſo met teſte [f], ep. ad Eliterum.

d ep. ẽ 12. Papa excõicat, & deponit Epm Theſſal.

e ep. eſt 13

f nu. 15.

Chindaſuindus Rex Hiſpaniarum Taionem Cæſarauguſtanum Epiſcopũ Legatum Romam mittit, quæſitum reſiduam partem ſcriptorum B. Papæ Gregorij in Iob (ſi quidem primam tantum, & ſecundam partem ſe mittere ad Leandrum

Ex Hiſp. petit Romæ reſidua pars ſcriptorũ S. Greg.

a Li.4.ep. 46.Ind.13

cui opus inſcripſerat, teſtatur ipſemet Sanctus Gregorius [a]) quæ cum non facile reperiretur in Archiuo Romano, ex viſione oſtenſa Taioni ipſi, impenſis ad confeſſionem Beati Petri reperta eſt, & allata in Hiſpaniam: extat plenior narratio ad finem ſeptimi Toletani Concilij, recepta ab omnibus Hiſpaniæ Hiſtoricis. A

Chindaſuindus anno Regni 6.& m.8.cedit Regnum filio Receſuindo, & a Pontifice Romano impetrat, ſecundum beneplacitum Pontificum Hiſpanorum, vt primaria dignitas eſſet Toleti, ſicut fuerat ab antiquo. Eius præclara extitit munificentia in monaſterijs locupletandis, vt patet ex veteri memoria donationis ab eo factæ monaſterio Complutenſi, quod vna cum alijs S.Fructuoſus Abbas his diebus erexit.

Chriſti Ann.	*Martini P.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
650	2	9	8.

B

SAnctus Landolinus Cameracenſis Epiſcopus, & S. Amandus Leodienſis, Romam adeunt, & a B.Martino Papa benigne ſuſcepti, munus prædicationis in gentibus ſuſcipiunt, B. Amando additis ſocijs, Landoaldo presbytero, & Amantio Diacono. Neminem enim aggredi ad gentes prædicationem conſueuiſſe, niſi a Romano Pontifice miſſus, plura docent exempla. Acta [b] S.Landolini, [c] S.Bauonis, & Sanctæ Landoaldi.

b Apud Sur. 15. Iun.
c Apud Sur. 1. Octob.
d Apud Sur. 29. Mart.
e vlt. Oct.

Acceſſit eadem item de cauſa ad S. Pontificem Martinum, exemplo Forſei eius germani, S.Follianus, vt ab eo benedictionem, ad infidelium conuerſionem, acciperet. Apud [e] Molanum de SS. Belgis. C

Conſtans his quæ Romæ geſta erant exaſperatus, Maximum Abbatem, venerandum ſenem, prope octogenarium Roma abducendum Conſtantinopolim mandat; vbi iudicio ſiſtitur, calumnijs exagitatur, & indignis modis tractatur, ac demum, in Catholicæ fidei defenſione conſtanter perſiſtens, vna cum Maximo Apocriſario, & Anaſtaſio diſcipulo, in exilium, in extremas Imperij Romani oras ablegantur. Res geſtæ Maximi.

Mox conuerſus in Sanctiſſimum Pontificem Martinum, obiectis calumnijs, quod mutaret traditam a maioribus fidem: Quod molitus eſſet quiddam cum Sarracenis: quod neſcio quid contra Dei genitricis Mariæ cultum eſſet locutus; quod non legime Pontificatum occupaſſet; per Theodorum Calliopam Exarchum in Italiam miſſum, vi militari e Baſilica Conſtantiniana abductum, & mox e Palatio Lateranenſi abſtractum, & in nauim coniectum, aſportari curat in Orientem. Prohibiti clerici cum eo proficiſci: prohibitus ipſe e naui in terram exſcendere, cum etiam morbo podagræ afflictaretur, detentus integro anno inter Cycladas, eo conſilio, vt preſſus ærumnis de ſua conſtantia remitteret. Cuſtodes omne genus ſubſidij, & humanitatis illi præſtari vetant. ex Theophane, & epiſt. Martini 14. & 15. & vnius ex comitibus eius apud eum 16. ex [f] Audoeno in vita S.Eligij c.34. D

f Apud Sur. 1. Decemb.
g Apud Sur. 24. Aug.

Per hoc tempus, hæreticus quidam a partibus tranſmarinis profectus in Gallias, Auguſtoduni virus ſpargere cæpit, qua occaſione coactum AVRELIANENSE CONCILIVM in quo ille nequam a Saluio Epiſcopo confutatus, damnatus, & eiectus eſt. Audoenus in vita S.Eligij c.34. & in Actis ipſius Audoeni [g]. E

Chriſti Annus	*Martini Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
651	3	10	9.

S. Marti. aduectus

EXacto anno Martinus Papa tandem aduehitur Conſtantinopolim, vbi reclusus in cuſtodia, ſcripſit epiſtolam ad Eliterum num. 15. de ſuis ærumnis. Ecce 47.

inquit,

A inquit, dies ſunt hodie, ex quo non merui calida nec frigida aqua rigare me, & effluxi, & refrigui totus, quoniam ventris fluor, & in naui, & in terra, vſque ad præſentem horam mihi requiem non dedit &c. Conſtantino. quã ta patitur.

Poſtquam ibi fuiſſet per 93. dies abſque participatione ſermonis alicuius, iudicio ſiſtitur accuſatus, teſtes adducuntur inteſtabiles, quos periurantes rogat prohiberi a iuramento, gladio addicitur, exuitur Pontificalibus indumentis, exponitur vrbis opprobrio, retruditur in carcerem, cathenis oneratus, accidit autem vt ſequenti die adiens Imperator Paulum Patriarcham morti proximum, narraret ei quæ geſta eſſent in Sanctiſſimum Pontificem, ingemiſcens vero Paulus, conuerſus ad parietem dixit, Hei mihi, & hoc ad abundantiam iudiciorum meorum actum eſt, numquid nam Domine, non eſt miſerabile, talia pati Pontificem? Tunc attentius adiurauit B Imperatorẽ, ſufficere ei, in his, quæ paſſus eſt, nihilque amplius ſuſtinere. Quod cum audiſſet B. Papa ægre tulit, expectans, per gladium conſummare martyrium, Poſt aliquos igitur dies conſolatus ſuos, & diſtractus ab illis, clam nauigio Cherſonam, in exilium tranſuectus eſt. Paulus interim moritur, ſuo ipſius iudicio condemnatus. Quanta, in cuſtodia Conſtantinopoli paſſus ſit, epiſtola vnius eius ſociorum indicat, inter ipſius Martini Papæ epiſtolas, 16. Cherſonam relegatur.

Oſuinus in Anglia Rex, eximiæ virtutis & Religionis, anno Regni nono, amici proditione occiditur, cuius mortem prædixit Sanctiſſimus vir Aidanus, non niſi 12. dies illi ſuperſtes: Anniuerſaria memoria in Eccleſia celebris 31. Aug. Mart. Rom.

C

Chriſti Annus	*Martini Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
652	4	11	10

CHerſona ſcriptæ a S. Martino duæ breues extant epiſtolæ 17. & 18. abſque titulo; quibus loci incolas Gentiles aſſerit, & tantum eſſe ibi omnis generis annonæ penuriam, vt vix modicum triticum importatum habeatur: conqueritur etiam quod Roma ſubſidia vitæ non mittantur, nimirum pauentibus omnibus Conſtantis, & hæreticorum minas; qui, niſi gladio, ne perſecutores odioſe haberentur, certe ærumnis confectum, extingui volebant, eadem confirmantur epiſtola eius diſcipuli ſupra citata. Ex eadem Martini 18. Epiſtola colligitur alium Romæ creatum D fuiſſe Pontificem. Reſtitiſſe quidem diu viſus eſt Clerus Romanus Calliopæ, ex Imperatoris mandato inſtanti, vt Martino ſubrogaretur Pontifex, aſſerens contra ius faſque, vt viuente Pontifice, alius in eius locum ſubſtituatur. Verum ne cogeretur Romana Eccleſia ſubire periculum, vt niſi ipſe clerus eligeret, daretur inuitis ab Imperatore Romanus Epiſcopus, qui eiuſdem cum ipſo eſſet hæreſis propugnator, eam duram conditionem accipiunt inuiti, & Eugenium Romanum, præſtanti virtute, & fama in pauperes munificentiæ gratum populo eligunt, loco Martini, qui tamen Vicaria, dum ille viueret, præfectura Eccleſiæ præeſſet, quod hoc anno contigiſſe colligitur ex Anaſtaſio. Queritur Martin⁹ Papa in exilio, de ſubſidiis vitæ non miſſis. Sublegitur Martino viuẽti Eugeni⁹, quaſi eius abſentis Vicarius.

Pyrrhus, hoc eodem anno, poſt multas contentiones tandem in locum Pauli Conſtantinopoli ſubrogatur Epiſcopus; & poſt menſes quatuor, & dies 23. ex hac vita E ad tremendum diuinum tribunal abſtrahitur.

Hoc anno quinto Clodouei Secundi Francorum Regis nihil quo ad res Borealium Eccleſiarum pertinet, ad memoriam inſigne habetur, præter teſtamentum Epiſcopi Cenomanenſis, hactenus conſeruatum, & editum [a], ad inſpiciendas veteres in teſtamentis apponi ſolitas formulas.

[a] Apud Briſſ. li. 7.

Chriſti Annus	*Martini Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
653	5	12	11

Etiã hæretici ambibant cõmunionẽ Sed. Apoſtol.

IN locum Pyrrhi ſubrogatur Conſtãtinopoli Epiſcopus Petrus, ex Xenodochio, hæreticus & ipſe Monothelita, ab hæreticis; qui tamen ſynodicam Romam miſit ad Eugenium, vt in communionem ſedis recipi mereretur, obſcuriſſimam & perplexam, non exprimentem operationes, aut voluntates in Domino Noſtro Ieſu Chriſto, quæ minime eſt ſuſcepta, ſed ab Eccleſia proiecta, conſentientibus in vnum clero, Populo ac Senatu, tanta cum deteſtatione hæreſis, vt nec permitterent Pontificem Miſſas celebrare, niſi promiſiſſet, ſe nunquam eam ſuſcepturum.

Hoc ipſo anno V. Recceſuinthi Hiſpaniarum Regis celebratum eſt CONCILIVM TOLETANVM, OCTAVVM dictum, cui interfuerunt Epiſcopi 52. Abb. 12. Vicarij Epiſcoporum abſentium 10. ſanciti canones tredecim, quartus, & quintus de Eccleſiaſticorum continentia, nonus de Quadrageſimæ obſeruatione; 10. de creatione Regis, per maiores Palatinos, & Pontifices. De Iudæis relapſis ſtatutum, vt Regis Siſemndi Seueræ leges exercerentur, quarum timore, libello Regi oblato, pœnitentiam & plenam obſeruationem Chriſtianiſmi pollicentur.

His temporibus Middelengli I. Mediterranei Angli ſub Principe Penda, Pendæ Merciorum Regis filio, fidem acceperunt. poſtulante enim eo in vxorem filiam Oſuui Nord'humbrorum Regis, & illis negantibus poſſe id fieri, niſi Chriſtianus fieret, inſtructus, baptiſmum accepit, & abductis quatuor ſecum ſacerdotibus, ab eis fides apud Middelenglos, & Mercios eſt prædicata. Beda in Epitome.

Honorius Dorouernenſis, quintus ab Auguſtino, moritur inter ſanctos relatus, colitur Prid. Kal. Oct. Martyrol. Rom.

Oſitha Reg. martyr.

a Apud Sur. 7. Octob.

S. Iudoci Regis obitus.

Oſitha Regina in Anglia, in monaſterio educata, & contra votum, nuptui tradita Regi Orientalium Saxonum, & ab eo permiſſa intacta redire ad monaſterium a Danis gentilibus Pyratis martyrio coronatur, miraculis clara. Acta [a] hoc eodem anno conſignat Sigebertus obitum S. Iudoci, Regis Britonum filij, *qui,* vt ait, *ſpreto regno & mundo, peregrinus, & eremita in Pago Pontino quieuit.*

Coloſſi ĩgẽtis Rhodii deſtructio.

Quod pertinet ad res Orientales. *Mabuuias,* inquit Theophanes, *Sarracenorum Dux, Rhodum rediens, deſtruxit Coloſſum eius poſt mille trecentos ſexaginta ſtabilitatis ipſius annos, quem cum Iudæus quidam Emeſenus emiſſet, nongentos camelos ex eius ære onerauit.* Hæc de Coloſſo in portu Rhodio, vno de ſeptem orbis miraculis, tantæ magnitudinis, vt diuaricatis cruribus, ſpatium præberet nauibus ingredientibus portum ipſum. altitudinis 126. pedum, qui antea terræmotu diſiectus, demum Sarracenorum manibus confractus eſt.

Armeniam iidem Sarraceni longe lateque vaſtant, cum peſtilentiſſima hæreſis Manichæorum tot ante Conciliorum, & Imperatorum legibus, toties iugulata, reſtitui cæpiſſet. Id quomodo factum ſit, docet Petrus Siculus in Commentario aduerſus eos, ad Archiepiſcopum Bulgariæ MS in Vaticana Bibliotheca, necdum editus, qui vixit ſub Baſilio & filiis Imperatoribus, circiter ann. D. 870.

Chriſti Annus	*Martini Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
654	6	13	12

HOc anno, 12. die Menſis Nouembris S. Martinus Papa Cherſonæ in Ponto, vbi fuerat relegatus, ærumnis confectus, martyrium feliciter conſummat, cum ſed. ann. 6. menſ. 3. dies 12. celebris apud Græcos, non ſolum apud Latinos, & mira-

A culis clarus. Anaſt. cæco, per orationem adhuc viuens, Conſtantinopoli lumen reſtituit [a], vt eſt apud Audoenum in vita Sancti Eligij. Gregor. II. cognomento Dialogus in epiſtola ad Leonem Iſauricũ Imperatorem hæreticum, hæc de Sancto Martino, poſt alia, quæ ab impio Tyranno eſt paſſus, ſubijcit. *At B. Martinum eſſe Sanctum teſtatur ciuitas Cherſonenſis & Boſphori, in quam relegatus eſt, & totus Septentrio, & incolæ Septentrionis, qui ad ſepulchrum eius confluunt, & morborum curationes experiuntur.* Quando autem corpus eius translatum fuerit Romam, & in titulo Equitij conditum, vbi celebris memoria S. Martini confeſſoris, Epiſcopi Turonenſis, vt ex inſcriptione conſtat, eſt incertum. Allato Romam nuncio de eius obitu, qui per imaginem quandam ſedebat Eugenius, legitimus iam Pontifex, nouo accedente conſenſu ſedere cæpit.

B Conſtans Imperator nauali prelio a Sarracenis victus, profugiens, mutata veſte Conſtantinopolim euaſit. Theophanes.

Rotharis Rex Longobardorum Arianus, cum regnaſſet annos 16. menſes 4. moriens regnum reliquit filio Rodoaldo Paul. Diac. [b]

Follianus Foſſenſis Epiſcopus, a B. Martino Papa ad prædicandum gentibus miſſus, martyrio coronatur, vna cum tribus diſcipulis & Comite Leuino Gandenſi Epiſcopo. Martyrol. Belgicum de quo & Romanum 12. Nouembr.

Vincentius Comes Hannoniæ, a Dagoberto Rege miſſus in Hiberniam Sanctiſſimos, & ſtrenuos fidei prædicatores inde ſecum duxit, & ipſe ſanctitate celebris in Eccleſia. Martyrol. Belg. 14. Iulij.

a Apud Sur. 1. No.

Eug. Vic. Mart. P. ab ei⁹ obitu, legitimus Pōt. noua electione.

b li. 4. c. 48

S. Follianus mar.

C

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
655	1	14	13

EVgenius Papa ſecunda die Iunij moritur, cum ſediſſet ab obitu Martini, legitime menſes 6. dies 23. vacat ſed. m. 1. d. vero 29. (ex Anaſtaſio) ſicque Vitalianus Signinus creatus eſt ſucceſſor vltima die Auguſti.

Vitalianus Papa legatos cum ſynodica Catholicæ fidei miſit Conſtantinopolim ſignificans de ordinatione ſua, quos receptos Imperator, confirmatis priuilegijs, quæ Imperatores Eccleſiæ conferre ſolerent, remiſit, per eoſdem, B. Petro mittens Euangelia aurea cum gemmis albis, miræ magnitudinis, cincta in circuitu. ex Anaſtaſio.

D Conſilium callidi Imperatoris fuit per hæc fingere ſe Catholicum, & communione cum Eccleſia Romana coniunctum, vt Rom. populum, & totum Occidentem ſibi conciliaret, quem ſciret a ſe auerſum; ſeque male apud eos audire, quaſi hæreticum, & perſecutorem.

Per eoſdem legatos Vitalianus litteras dedit ad Petrum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, hortans eum ad fidem Catholicam amplexandam. At ille ſe profiteri reſcripſit, quæ docuerunt veteres patres, quorum teſtimonia decurtata attulit, vt a Græcis pariter & Latinis cognitum eſt, vt eſt in Act. 13. ſextæ ſynodi.

Orientales Saxones fides, quam olim, expulſo Mellito Antiſtite, abiecerant, inſtantia Regis Oſuui recipiunt, cum is prius eorum Regem Sigebertum, familiaribus ſermonibus ad fidem adduxiſſet, & poſt Ceddam, & alios aliquot prædicatores cum

E eo miſiſſet. Beda in Epitome hiſt. Anglicanæ.

Penda Rex Mercionum Gentilis ditionem Oſuui Nordanumbrorum Regis acerbe vexans, eum adegit, vt pacem magno pretio redimere vellet; ſed Penda recuſante, & internecionem ſpectante Oſuui, mutato neceſſario conſilio, quod hoſti ad pacem mercandam obtulerat, Deo offerendum viſum. Vouit ergo ſi victor exiſteret, filiam ſuam Domino ſacra virginitate dicandam offerre, ſimulq; plura prędia ad monaſterium ædificandum, & tuendum, & longe inferiori exercitu cum hoſte conſligens: magna ſtrage edita, & Rege cæſo, reportat victoriam, & fides Chriſtiana in illis regionibus propagatur. Beda. [c]

Vital. Imp. ſimulat ſe Catholicũ ad ꝑmerendã famã apud Occidentales.

Petrus Epiſc. Cōſtantin. decurtata ꝑfert PP. teſtim. pro hæreſi.

Oriental. Saxon. abiectã fidē recipiunt.

Rex vouet filiæ virginitatem, ſi victor redeat ex bello Deo votũ ꝑbãte.

Oſuuirex victor ex voto.

c li. 3. c. 24

Oſuui occiditur ob indulgentiam nimiam.

Oſuui Rex mitiſſimus, & ob id occiſus, quod nimis indulgens eſſet in condonandis iniurijs, vt ipſimet interfectores profeſſi ſunt, expiante tamen eiuſmodi culpam per hanc mortem, Deo. excommunicauerat Epiſcopus Comitem quendam, ob illicitum coniugium, Rex ab eo inuitatus cum illo eſt epulatus, inde digrediens obuius fit Epiſcopo, quo viſo tremefactus, ex equo deſiliens, ſeque ad eius pedes proſternens, veniam petit. Iratus autem Regi Epiſcopus, virga, quam manu tenebat, eum tangens, & Pontificali auctoritate proteſtans, *Dico tibi*, inquit, *quia noluiſti te continere a domo perditi, & damnati illius, tu in ipſa domo mori habes.* quod & contigit, vlciſcente Domino Regis inobedientiam eccleſiaſticæ cenſuræ. ex Beda [a].

Rex ob inobediētiā Eccleſiaſt. cenſurę punitur a Deo a lib. 3. c. 22.

Celebratur in Hiſpania CONCILIVM TOLETANVM NONVM dictum, ſexdecim Epiſcoporum, præſide Eugenio Epiſcopo Toletano. Sanciti Canones 17.

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
656	2	15	14

Maximus fidem Catholicam perſuadet aduerſarijs.

Conſtans Legatos mittit ad Maximum Abbatem, in Thracia exulantem, Theodoſium & Paulum Patricios, & Theodorum Cæſarienſem Epiſcopum, omnium eius ſectæ doctiſſimum, qui eum in Monothelitarum errorem perducerent. Qui cum diu contuliſſent cum Maximo, ab eo ſunt perſuaſi, & iuramento adacti, quod, abiecta hæreſi, Catholicam fidem amplecterentur: & reuerſi Conſtantinopolim, Imperatorem ipſum in eandem ſententiam perducerent. quod cum minime facere Imperator aſſentiretur, mittit rurſum Paulum Patricium, qui eum perduceret Conſtantinopolim, in quem conſtantiorem inuentum, duriorem decernit relegationem. Ex actis ab exceptore collectis, & Anaſtaſio, Maximi diſcipulo, cum alijs eiuſdem Maximi rebus geſtis ſimul collectis.

Petrus Epiſcopus Conſtantinopolitanus mortis nuncio interpellatus, ad ſupernum Tribunal euocatur; cum ſed. annis duobus, non decem, vt eſt male in Chronico Nicephori, quod corrigendum eſt. In eius locum ſubrogatur Thomas, ille quidem orthodoxus dictus in deprauatis actis ſextæ ſynodi, ſed vere hæreticus, cui Maximus nunquam voluerit communicare.

Eps lapſus ſe ipſum prodit, & abdicat.

CONCILIVM TOLETANVM, NVMERATVM DECIMVM, celebratur anno Receſuinthi Regis 8. Præſide Eugenio Toletano, Metropolitano, canones ſeptem ſtatuti. Potamius Epiſcopus Bracarenſis, qui in octauo Concilio Toletano, cum alijs Epiſcopis canonem ſanxerat, aduerſus carnis inquinatione pollutos, memor ſuæ ipſius ſententiæ, nemine accuſante, ſe ipſe prodens abdicanſque, libellum obtulit Concilio huic decimo, ſui lapſus & pęnitentiæ; cuius gratia vniuerſa ſynodus in lacrymas conuerſa eſt. In eius locum fructuoſum Eccleſiæ Dumienſis Epiſcopum, communi conſenſu ſubſtituunt, virum ſanctiſſimum, & nobiliſſimum, cuius memoria anniuerſaria recolitur Aprilis 16. corpus Compoſtellam tranſlatum, in magna eſt populi veneratione.

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
657	3	16	15

Maximus duriſſime tractatur.

Sanctus Maximus rurſum Conſtantinopolim ab exilio, ad quæſtiones reuocatur, & conſtantior ſemper repertus, immaniter ſenex iam ſeptuagenario maior, cæditur, & lingua excinditur, & dextera truncatur. Anaſtaſius diſcipulus ad eundem mo-

dum tracta-

A dum tractatur, indeque in diuerſa exilia ab inuicem diſiuncti raptatur, cum vterque tamen præciſa lingua diſſertè loqueretur. Anaſtaſius diſcipulus, quo die incertum, excedit e vita. At Maximus in caſtello Alaricæ, iam triennium concluſus, ſibique ipſi ſolus miniſtrans, extrema ſenectute, de ſua migratione per viſum admonitus, 13. menſ. Auguſti, euolauit in cęlum. Accedit ad gloriam tanti Martyris, quod eius nobiliſſimi ingenij lucubrationes, magna ex parte, Deo protegente, aduerſarijs quantumvis repugnantibus, ſeruatæ ſunt. quarum indicem habes in Annalibus, ex CC.VV. & ex Photio. Excisis līguis loquuntur Maxim⁹, & diſcipulus. Maxim⁹ moritur Martyr glorios⁹. Eius lucubrationes extāt plurimę.

Sanctus Eugenius ſecundus Toletanus Epiſcopus, moritur, anno nono Receſuithi Hiſpaniarum Regis, cum ſediſſet ann.12. eius ſanctitatis teſtimonium dat Eccleſia, anniuerſaria die 13. Nouemb. eius memoriam celebrando, de eius vita & doctri-B na, libris editis conſpicua, S. Ildefonſus eius ſucceſſor, de vir. Ill. S Eugen. Tole. moritur.

B. hic Ildefonſus, præcipuus prædicator Sanctiſſimæ Deiparæ Virginis maxime inſigni apparitione eiuſdem Beatiſſimæ Virginis honoratus, & muneratus eſt. de qua Iulianus Toletanæ Eccleſiæ Diaconus teſtificatur in præfatione voluminis S. Ildefonſi, de laude intemeratæ Dei genitricis Mariæ. de eadem extat ſynodalis teſtificatio, ex canone Concilij in Hiſpania ad Pennam fidelem, ſub Aegidio Epiſcopo Toletano habito A.D. 1302. celebrato. Eidem ſe patefacere dignata eſt S. virgo Leocadia, ipſa ſua feſtiuitate, præſente Rege & populo, teſte ipſo Iuliano Diacono. S. Ildef. inſignis p̄dicator B. M. V. ab ea viſitatur.

Sigebertus Rex Francorum anno ſui 11. migrat è vita, ob pietatem & egregias virtutes, inter Diuos relatus [a]. Hic, maior natu, minori Clodoueo, maiorem Regni partem ceſſit, beneque vſus pace 12. monaſteria in Auſtraſia ædificauit. Sigebertus C Gemblacenſis, libellum ſcripſit de eiuſdem miraculis. Sigeb. R. Fr. Sāct. a Molan. de SS. Belg. 1. Feb. S. Sigeb. R. Fr. 12. monaſt. ædificat.

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
658	4	17	1

THomæ Conſtantinopolitano Epiſcopo mortuo, cum ſed. ann. 2. & men. 7. iuxta Niceph. Chronicon, ſuccedit Ioannes presbyter, qui in ſextæ ſynodi actis habetur Catholicus, ſed ea commentitia putantur.

Anno 17. Imperatoris ait Theophanes, Mahuuias Arabum Princeps, ſuorum ſe-D ditione compulſus, de pace ineunda ad Conſtantem miſit, eius pacis nomine in ſingulos dies ab Arabibus mille nummos depenſum iri promittens, & equū & ſeruum. Arabum Princeps pacem petit.

Theodardus Gallus, monachus Stabulenſis monaſterij, in Auſtraſia Abbas, & poſt, nolens, Reclami Leodienſis Epiſcopi ſucceſſor, quo ad vixit Sigebertus Rex, pacem habuit, at eo defuncto, cum regnum perueniſſet ad Childericum ſecundum filium eius, leuiſſimum, & ad omnem prauorum impulſum facile, mobilem, malitia & iniuſtitia in Regno præualente, graues contra Eccleſiam tempeſtates exortæ ſunt. ſtatuit Epiſcopus igitur Regem ſuper illatis iniurijs Eccleſiæ, & bonis ablatis, conuenire, cum in itinere ab impęnitentibus Eccleſiæ bonorum vſurpatoribus crudeliſſime trucidatur: inter Martyres relatus [b] 10. Sept. miraculis plurimis illuſtris. s. Theod. ep̄s mar.

[b] Acta apud Sur.

E

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
659	5	18	2

COnſtans Imperator ſceleribus ſacrilegia iungens, Theodoſium fratrem, quem, offenſus ab eo antea opera Pauli Patriarchæ attonſum Diaconum conſecrari voluiſſet, interficit. qui crebro per quietem illi apparens, habitu Diaconi, & poculum ſanguine plenum porrigens, atque dicens, Bibe frater, eum ſic exterrebat, vltri Cōſtans frātrē diaconū interficit.

ce accuſante conſcientia,& fugientem,& loca mutantem maioribus clamoribus inſequente. Theophanes. A

Mahuuias Princeps Sarracenorum æmulo ſuo Hali nece ſublato, ſolus abſque timore imperans,aduerſus Perſas primum inde aduerſos Romanos erigitur.

Rodoaldus Longobardorum Rex, occiditur a Longobardo homine, cuius vxorem adulterio polluerat, anno quinto Regni. Paul.[a] Diacon. vxor eius, adulterij apud ipſum accuſata, proprius eius ſeruus Carellus nomine, ſingulari certamine, accuſatore, aſtante omni pop. ſuperato, Reginam purgauit. Paul.Diac.[b]

Inuexerunt Barbari in Italiam deteſtandam eiuſmodi conſuetudinem, vt Monomachia iurgia definirent: quo nihil crudelius, nihil ſtultius excogitari poteſt: cum non ſemper iuſtior cauſa præualeat, vt exemplum habemus Iudicum 20. ſuccedit ei Aripertus filius Gundibaldi Germani Theodolindæ Reginæ, qui Ticini oraculum Domini Saluatoris extra portam Occidentalē extruxit,ornauit,dotauit.Paul.Diac.[c] B

Longobardi Reges Ariani adhuc cum eſſent, Catholicis Epiſcopis haud parum negotij faceſſebant,qui ſe illis pro Eccleſia opponebant, inter quos præcipui enituerunt,Io: cognomento Bonus,Mediolanenſis; & Ioannes Bergomenſis Eccleſiæ Epiſcopi,quorum hic martyrio decoratus adſcriptus eſt Martyrol.11. Iulij (licet acta, nobis hactenus ſint incomperta) ille vero,& ſi non martyrij nomine,egregiorum tamen meritorum cauſa aſcriptus inter Sanctos reperitur 10.Ian.

a li.4.c.49 nou. edit. Plant.
b li. 4. ca. 49.50.ed. Plant.
c 4. c. 50.
Monomachia ad definiendas q̃ſtiones, a barbaris in Italiã inuecta.
Io: Mediol. eps vir ſãct⁹.
Io: Berg. eps mart.

Chriſti Annus.	*Vitaliani P.*	*Conſtantis Imp.*	*Indict.*
660.	6.	19.	3.

C

SANctus Maximus Abbas,poſt triennij exilium,apud Alanos Barbaros, conſummato martyrio, migrat in cęlum,de quo ſupra, plura.

Clodoueus Rex Frãcorum,corpus Sancti Dionyſij Pariſienſis diſcooperiens minus religioſe,os brachij eius fregit,& rapuit, moxque in amentiam perpetuam incidit. Sigeb. in Chron.10.& Aimoin.[d] refert mandaſſe auferri argentum, quo genitor ſuus abſidem ſuper ſepulchra martyrum Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij prominentem operuerat,& pauperibus diſtribui,quia fames eo tempore totam penè occupauerat Franciam. quod ille tribuit pietati, ab aliis, vt ſacrilegium condemnatur. Quod enim ius Principes habent in ijs,quæ ſemel Deo dicata ſunt? fuit hic Clodoueus ſpurciſſimus plane Rex,ſub quo collabi cępit Regnum Francorum. ex Aimoino.[e]

Clodoueus ſacrilegus punitur a Deo.
d li.4.c.41
e 4. c. 44.

D

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
661	7	20	4

SANctus Amandus Traiectenſis Epiſcopus, Flandrorum Apoſtolus nuncupatus, conſtitutio Traiecti Vicario Archipresbytero Landoaldo,cum prædicaſſet Chriſtum Sclauis circa Danubium; Vaſconibus circa Pyrenæos ſaltus; & in Flandria Gandenſibus, & Pabulenſibus,multa monaſteria ædificaſſet, & admonitionibus, ac exemplis quàm plurimos nobiliſſimos viros,ac feminas,ad ſtrictioris vitæ inſtitutum impuliſſet,ac in primis Idabergam Pipini Brabantiæ Ducis relictam, cum filia Gertrude,ædificato Niuellano cœnobio, in quo vtramque ſacrauit; virtutibus plenus, migrat in cœlum in Eluonenſi monaſterio,poſt S.Amandi dicto. Molanus.[f] E

Per hoc tempus, ante Grimoaldi regnum, Lupus Longobardorum Dux Foroiulienſis,Gradus inſulam,in quam Aquileienſis Patriarcha, vna cum ſupellectili Aquileienſis Eccleſiæ prædiuite, ſe contulerat,deprædatur.Paul.Diac.[g]

Translatam vero fuiſſe tunc pariter Sedem Aquileienſem apud Forum[h] Iulij,non quidem in Foro Iulii,vbi degebat Epiſcopus,ſed in[i] Cormone ignobili vicino caſtello,& Paul. Diac.colligitur.

S. Amãd. Traiectē. eps moritur.
f In Nat. ss.Belgij, 5. Feb.
Gradus Inſula diripitur.
g lib.5.c. 17.no.ed. vet.2.
h 5.c. 23. & 6.c.51. no.edi.& vet.14.
i 4.ca.38. vel 1 vet. ed. 12.

A

Chriſti Annus.	Vitaliani P.	Conſtantis Imp.	Indict.
662.	8.	21.	5.

CLodouei anno 18. CLYPIACENSIS IN GALLIA HABITA EST SYNODVS, omnium propemodum Francorum gentis Epiſcoporum, (Clypiacum villa eſt in territorio Pariſienſi) In ea ſynodo Aimoinus [a] refert, agente Rege, monaſterium S. Dionyſij ſolutũ ab omni, inquit, dominio mortalium. Inter eos Epiſcopos illuſtres ſanctitate affuerunt, S. Audoenus, & Rado fratre S. Eligius cum B. Sulpitio & Eucherio. *Cabilonenſis item ſynodus habita* eſt ſub eodem Clodoueo, ſed quo anno incertum: interfuere qui & in Clypiacenſi, SS. Eudoenus, & Eligius, ſed non ſub Landerico Epiſcopo Pariſienſi, verum ſub Audoberto; habentur eius ſynodi can. decem & nouem. — B — a li.4.c.41. Monaſt. S. Dion. Pariſ. exẽptũ ab oĩ dñio omnium.

Chriſti Annus	Vitaliani Pap.	Conſtantis Imp.	Indictione
663	9	22	6

COnſtans Imperator meditans bellum aduerſus Longobardos, prius conſulit S. Quemdam Eremitam, qui prophetiæ ſpiritum habere dicebatur, qui, poſt precationem, reſpondit gentem Longobardorum ſuperari non poſſe, intercedente continue pro ea S. Io. Baptiſta, in cuius honorem Regina quædam Baſilicã in eorum finibus conſtruxiſſet. Paul. Diac. [b] Bellum tamẽ geſſit Imperator aduerſus Grimoaldum Regem (qui hoc anno regnum iniuit) Longobardorum, & Romoaldum Ducem Beneuentanum, eius filium, obſeſſo Beneuento inani exitu, ope S. Barbari tunc Epiſcopi defenſo, vt ex vita apparet. — C — Natio Lõgobard. protegẽte S. Io. Bap. patrono inſuperabilis. b li.5.c.6.

Eodem hoc anno Imperator Romam venit, cui occurrit Apoſtolicus, cum clero ſuo, milliario ſexto ab vrbe Roma, & ſuſcepit eum, inquit Anaſtaſius in Vitaliano, præcedentibus omnino pacis nuncijs, quæ ſignificarent Imperatorem venientem in Occidentem, Occidentalium velle ſectari fidem, ac deteſtari Orientalium errorem, a quibus volens libensque diſcederet, quæ cum apud Vitalianum fidem inuenerint, nihil voluit prætermiſiſſe, quo eum demerere & continere in officio poſſet. Viſitauit Baſilicas S. Petri, S. Mariæ, & Lateranenſem, donaq; illis obtulit. Duodecim diebus quibus Romæ fuit omnia ærea ornamenta abſtulit, æreas pariter tegulas, quibus Eccleſia S. Marię ad martyres tegebatur. Poſt miſſas S. Petri celebratas, vale fecerũt ſibi inuicem Imperator & Pontifex. Inde digreſſus iuit Neapolim, & transfretauit in Siciliam, habitauitq; Syracuſis, pluribusq; annis aſpere vexauit prouincias illas, Siciliam, Calabriam, Africam, Sardiniam, etiam ſacra vaſa, & Cimilia ſanctarum Eccleſiarum auferens. ex Anaſtaſio. — D — Imp. Romã venit, & quaſi Catholic' a Papa excipitur.

Admirationem adferre poteſt, quod Vitalianus Pontifex prudens & ſanctus, erga Cõſtantem Auguſtum nullum genus obſequij prætermiſerit, hominem ſacrilegum, fratricidam, Sanctiſſimi Pontificis Martini enectorem, S. Maximi Abbatis, & diſcipuli carnificem, quæ omnia videntur tendere in contemptum Eccleſiæ, leſæ cenſurę, & perfractæ penitus diſciplinæ. Nihil hic magis opportunum dicendum videtur quàm Spiritũ ſanctum, per donum conſilij, atque diſcretionis hæc operatum, per S. Pontificem, vt per diſſimulationem omnium ſceleſtiſſimi hominis delictorum, Catholicæ eſſet veritati conſultum, dum Imperator diu hæreticus, ſiue per veritatem, ſiue per occaſionem, ſpecimen ederet Catholicæ pietatis, perſonam præferens hominis orthodoxi, ac per eum Oriens, & Occidens, diu inter ſe diuiſi ſchiſmate, communione Catholica ſtringerentur, atque ob id ſpiritualis prudentia ſuaſit, omnes tunc ſilere Eccleſiaſticos canones, & tacere cenſuras. Nec ipſum Vitalianum ſpes fefellit — E — excuſatur factũ Papæ, quod alioq minus rectũ videri poſſit.

vel conſilium eſt fruſtratum: etenim huiuſmodi remiſſione cenſuræ eſt factum, vt non ipſe ſolus Conſtans vſque ad obitum videri voluerit eſſe Catholicus, ſed hac ſemel aperta via, & eius ſucceſſor in Imperio, congregato œcumenico concilio, ad ipſam hæreſim extirpandam omne ſtudium contulerit. A

Grimoaldum porro ex Ariano ad fidem Catholicam fuiſſe conuerſum, per S. Io: Bergomi Epiſcopum einſdem Sancti acta tradunt, & eius fidei Catholicæ monumentum extat Baſilica ab eo erecta, ſub titulo S. Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi, Arianorum oppugnatoris acerrimi.

a 4. c. 47. De eodem Grimoaldo, hæc Paulus [a] antequàm Rex fieret. *Cum eſſet bellicoſiſſimus*, inquit, *& vbique inſignis, venientibus eo tempore Græcis, vt oraculum S. Michaelis Archangeli in monte Gargano ſitum depredaretur, Grimoaldus ſuper eos cum exercitu veniens, vltima cæde eos proſtrauit.* B

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
664	10	23	7

MOrtuo Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano, poſtquàm ſed. ann. 5. & m. 9. iuxta Chron. Niceph. ſubrogatur Conſtantinus ex œconomo, qui fertur Catholicus in actis 6. ſynodi, quod probabilius eſt, quàm de præceſſoribus ſuis, Thoma, & Io: iam Imperatore in Occidente, inter Catholicos, apparente Catholico.

b li. 7. c. 7. 8. in nou. edit. 18. 19 20. 21. 23. Conſtans veniens in Siciliam ibi vſque ad 12. Indict. vt ait Paul. Diac. [b] manet. C

Auares Foro Iulio potiũtur. Grimoaldus Rex Longobardorũ Auares concitat in Lupum Foroiulienſem Ducem rebellem; qui, eo occiſo, regione potiti ægre ad propria redire compelluntur.

A Vertari, ſclaui profligantur. Vuarnefridus Lupi ſucceſſor, a Foroiulienſibus occiditur, cum aduerſus eos commouiſſet ſclauos, ſed per eius ſucceſſorem Vuertarim, cum paucis, magno ipſi numero, mirandum in modum profligatur. Paul. Diac. lib. 4.

Collatio inter Scotos, & Anglos, de die Paſchatis. Quod ad res Anglicanæ Eccleſiæ pertinet, cum in Prouincia Mediterraneorum Anglorum Nordhumbrorum, & Merciornm, ex Scotia periti præeſſent Epiſcopi, qui, & ſi in omnibus fide eſſent orthodoxi, in celebratione tamen Paſchalis feſti minime cum Catholicis conuenirent; huius rei gratia facta eſt hoc anno collatio, & diſputatio inter vtramq; partem coram Regibus Oſuui, & Alcfrido, patre ac filio, quorum ille Scotos, hic Romanos, in celebrando paſchate ſequebatur. Nec tamen Scoti celebrandum Paſcha dicebant cum Iudæis, vt propterea ſententiæ in Quartadecimanos, in Nicæno Concilio latæ, obnoxij fuerint, ſed iidem ſecus ac illi, non 14. Luna, ſed die ſemper Dominico celebrabant, vt Catholici omnes, cum quibus tamen in eo nequaquam conueniebant, quod Catholici illum Dominicum diem ad agendum Paſcha ſuſciperent, quòd a 14. Luna ad veſperam vſque ad 21. Lunam primus occurreret: Scotis autem, qui a 13. Luna vſque ad 20. dies Dominicus primus occurreret, is dies Paſchalis ipſis ſolemnis erat. ex quo illud abſurdum interdum contingebat, vt ſi 14. Luna occurreret Dominica dies, ipſi eadem die, vna cũ Iudæis Paſcha pariter celebrarent. D

Scoti ex ignorãtia coputi eccleſiaſt. errabarit. Verum eiuſmodi error irrepſit in Scotos, non ex refractaria conteſtatione, vt facere voluerint contra totius Catholicæ Eccleſiæ vſum, ſed ex inſcitia Paſchalis computi. Porro cæptus huiuſmodi error anno D. 556. perdurauit vſque ad 716. ita vigens annis 150. Cæterum idem error, in hunc vſque annum, fuiſſe illis venialis oſtenditur, quod non ex contumacia & ſchiſmate, fuiſſet exortus, ſed tolerabili ignorantia, cum vt teſtatur Beda, nemo illis, vltra orbem poſitis, ſynodalia Paſchatis obſeruantiæ decreta porrexiſſet. E

c li. 3. ca. 25. Scitũ Regis dictũ. extat diſputatio apud Bedam [c] ad cuius finẽ cum audiſſet Rex Oſuui Petro datas claues regni cœleſtis, in eoque vtraque pars conſentiret, ſcite Rex, *Et ego vobis dico*, inquit, *hic eſt oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo; ſed in quantum noui, vel valeo, huius cupio in omnibus obedire ſtatutis; ne forte me adueniente ad fores regni cœlorum non ſit qui reſeret, auerſo illo, qui claues tenere*

probatur.

A *probatur*. Cui pleri que aſſenſerunt, Scotis cum ſua perſuaſione recedentibus; de quorum clericorum,& monachorum ſeueriſſima diſciplina in Angliam inuecta, pergit ſcribere Beda [a],& de veneratione qua habebantur a populo. a 3. c. 26.

Hoc eodẽ anno, dira peſte in inſula laboratũ eſt,& Rex partis vnius Orientalium Saxonum ad Idola defecit, ac poſt reſipuit. Beda [b]. b lib. 3. c. 27. & 30.

Clodoueus Francorum Rex anno Regno 18. diem obit (quem appendix veteris auctoris ad Greg. Turon. ſcribit mentecaptum fuiſſe) relictis tribus filiis Clothario, Childerico & Theoderico. de quorum euentu præclara viſio oſtenſa S. Eligio, vt ſcripſit S. Audoenus [c]. c lib. 2. vitæ c. 31. apud Sur. 1. Dec.

Aigulphus ex monaſterio Floriacenſi vocatus ad Præfecturam Leuinenſis monaſterij, cum monaſticam collapſam diſciplinã reſtituere conaretur, inuidiam,& odium B incurrit Columbi,& Arcadii pſeudomonachorum illic degentium; qui ipſum cum ſociis primum vinciendum,& in carcerem trudendum curarunt: inde vero in ignobilem inſulam inter Corſicam atque Sardiniam delatos, poſt linguæ abſciſſionẽ & oculorum effoſſionem obtruncarunt: ſed eorum corpora, comperto facinore, in Lerinenſem inſulam relata, atque cum honore ſepulta ſunt, relati inter Martyres anniuerſaria memoria coluntur 3. Sept. nefandus autem Columbus ſceleris architectus, a Rege Clodoueo, quo anno incertum, poſt alia tormenta, necari iuſſus eſt. In actis illis [d],& illud habetur, vt & apud alios ſcriptores, ipſum Agilulphum miſſum a Mummulo Abbate Floriacenſi Caſſinum ad auferendas inde ſacras reliquias S. Benedicti Abbatis & S. Scholaſticæ ſororis, vt eſt apud Paulum Diaconum [e], ſed quidquid ſit, non eſt veriſimile monachos Caſſinenſes vaſtato a Longobardis Caſſinenſi monaſte- C rio, Romam demigrantes, omnino ſanctas illas reliquias ſic dimiſiſſe, vt neque aut tunc ſecum aſportarent, vel poſt, tanto interuallo temporis, repeterent, vel præſentia ſaltem alicuius monachi Anachoriticã vitam ducentis, cuſtodirent: certe cum Petronax Brixienſis, ad inſtaurandum locum perrexit, aliquos ibi reſidere inuenit, vt idem Paul. docet [f], rurſum vero ſi innotuit Gallis,& iis magnopere exultantibus, corpus S. Benedicti Floriacum eſſe tranſlatum, cur non Floriacum, ſed Caſſinum a Frãcorum principibus, & aliis innumeris pietatis ergo peregrinationes ſuſceptæ? Paul. Diac. [g] qui hoc ſæculo vixit, & monachus in dicto Caſſinenſi cœnobio mortuus eſt, ſic quæſtionem dirimit, vt dicat tranſlata oſſa fuiſſe, remanſiſſe vero redactas in pulueremcarnes; ſicque idem intelligit, quod ait inferius, dum agens de reſtitutione monaſterii Caſſinenſis facta per Petronacem, corpus ipſum S. Benedicti illic eſſe, abſque D dubitatione teſtatur: venerari porro fideles pie ſancteque corpus integrũ, vbi tenuis tantum puluiſculus habetur alicuius ſancti, quod eiuſdem ſit virtutis, cuius eſt integrum corpus, docet Gregor. Nazianz. in Iulianum.

Aigulph[9] Mart. cũ ſociis. Nefarii monachi necatus. d Acta apud Sur. 3. Sept. e 6. c. 2. De corp. S. Bened. f lib. 6. c. 40. n. edi. g li. 6. c. 1. vel 2. no. edit.

Tranſiit hoc eodẽ anno ex hac vita, inſignis illa virgo Francorum nobilitatis decus,& ornamentum S. Gertrudis, Filia Pipini Ducis [i]. extant [h] eius res præclare geſta omni fide poſteris traditæ, colitur eius memoria in Eccleſia 17. Martij: vt & matris ipſius, Idubergæ, cognomento Ittę, quæ Pipini Ducis vidua a S. Amando ſacrũ Religionis velamen accepit, at huius memoria colitur Niuellę 8. Mart.

SS. Gertrudis, & Ideburga mater, & filia. h Molan. i Nat. SS. Belg. 8. Mart.

Chriſti Annus	Vitaliani Pap.	Conſtantis Imp.	Indictione
665	11	24	8

E OSuui Hordhumbrorum,& Egbertis Cãtuariorum, Reges, habito inter ſe cõſilio, mortuo Deuſdedit Archiepiſcopo ſexto ordine, de conſenſu Eccleſiæ Anglicanæ, Vuighardũ præsbyterum pro deuotione S. Petri Romam miſerunt a Sede Apoſtolica ordinandum, oblatis etiam illi muneribus vaſis argenteis, & aureis non paucis: ſed ingreſſus Vuighardus Romam, vrgẽte peſte, antequàm ordinaretur, morte, cum ſociis, præreptus eſt: Regis litteræ non extant, ſed extant Papę ad ipſum, in quibus gratulatur illi de fide ſincera, de muneribus gratias agit, hortatur ad cœpta

proſequenda, & munera ſe illi, & vxori mittere ſcribit varias SS. reliquias.

S. Eligij obitus. Eodem anno S. Eligius admirandus Nouiomenſis Epiſcopus Flandrorum Apoſtolus nuncupatus, ſæculi huius ſplendor, ex hac vita migrat, miraculis in vita, & poſt mortem celebris; cuius egregia facta S. Audoenus, tribus libris deſcripſit [a]. Bathildis Regina Francorum accurrit, deportatura ſacrum corpus ad monaſterium a ſe exædificatum, & Cala dictum, quod loco moueri non potuit, ſed a Nouiomenſibus nullo labore ſublatum eſt. Regina ex admonitione Sancti apparentis cuidam, depoſito Regali cultu quo etiam vidua vtebatur, partim in pauperes diſtribuit, partim in crucem contulit, quã ad caput B. viri depoſuit. eius quoque corpori condendo Thecam auream fieri curauit. Eadem, relicta regni adminiſtratione filijs, in monaſtico habitu mortua ſanctitate percelebris, inter Sanctas relata colitur 26. Ian. præter Calam dictum monaſterium Corbeiam quoque ædificauit.

a Apud Sur. 1. De cemb.

Miraculum.

Batildis Reg. Calã monaſterium, & Corbeiã ædificat.

Vuandregiſilus cũ vxore, virginitatem colit. Vuandregiſilus, genitus ex conſobrino Pipini Ducis Auſtraſiorum, Comes Palatinus, apud Dagobertnm Regem, qui obligatus coniugio cum vxore virgine, & ipſe virgo, religionis ergo, virginitatem ſeruare, pari conſenſu, decreuerat, attõſus in clericum, (cum & eius vxor, monaſticum inſtitutum ſuſcepiſſet) hoc anno moritur. eius extat celebris anniuerſaria memoria. [b] 22. Iul. Quatuor Baſilicas ædificauit, & nepotem ſuum Romam ad Vitalianum Papam petitum reliquias miſit.

b Acta apud Sur. 22. Iul.

Chriſti Ann.	*Vitaliani P.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
666	12	25	9.

CONſtantinus Patriarcha Conſtantinopolitanus cum ſed. an. 1. m. 2. moritur, vt Niceph. habet in Chron. ſubrogaturque Theodorus presbyter omnium impudentiſſimus Monothelita, cui cum pax fuerit, quam diu Conſtans Imperator vixit, ex eo colligas fidem Conſtantis, qui videri voluit in Occidente Catholicus.

CONCILIVM EMERITENSE in Luſitania, anno 18. Receſuinthi Regis Hiſpaniarum, & comprouincialium Epiſcoporum Luſitaniæ, Canones ſanciti 23. ad optimum Eccleſiæ ſtatum diſponendum ſpectantes. Tertio quotidianum ſacrificium decernitur, pro Rege bellum gerente. Statuit & illud, vt, cui, ob paupertatem ipſarum, plures creditæ eſſent Eccleſiæ, in illis ſingulis, ſingula ſacrificia Dominicis diebus offerre deberet can. 14.

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
667	13	26	10.

Victoria Imp. de rebelle. SAporius Armeniæ Præfectus rebellat ab Imperatore & poſt, miſſo aduerſus eum Nicephoro Patricio, ille male perit, & victoria cedit Imperatori. Theophanes.

Ioan. Epiſcopus Lappæ, in Creta iniuſtitiam paſſus ab Archiepiſcopo Cretenſi appellans ad Rom. Pont. cum detineretur ne Romam veniret, tandem elapſus, venit ad Vitalianum Pont. qui coacta ſynodo epiſcoporum, cauſa cognita, eum abſoluit, & graues litteras [c] miſit ad Archiepiſcopum, ſignificans eum abſolutum, & in ſuam ſedem reſtituendum.

c Vital. ep. 1. to. 2. ep. Rom. Pont.

S. Ildefonſi obitus. S. Ildephonſus, ex Agalienſi Abb. Epiſcopus Toletanus, cum Eccleſiam illam rexiſſet ann. 9. & m. 2. migrat in cęlum pluribus ingenij, & pietatis ſuę monumentis relictis, quæ pleraq; perierunt: ſuccedit Cyriacus.

Chriſti Annus	*Vitaliani Pap.*	*Conſtantis Imp.*	*Indictione*
668	14	27	11

COnſtans Imperator in Sicilia degẽs, Syracuſis, in balneo occiditur. Anaſtaſius, cui conſentiunt Theophanes & Acta 6. ſynodi. Paulus [d] refert in Ind. 12.

d li. 5. ĩ fi.

Conſtantinus

Conſtantinus filius Conſtantis in Siciliam veniens Metium ſeu Mezentium, a rebellibus electum Imperatorem, cum ipſis occidit. Theop. Cedren. porro ſupetias miniſtraſſe Vitalianum Pontificem Conſtantino Catholico Imperatori aduerſus Tyrannos, idem ipſe Imp. in litteris poſtea a ſe ſcriptis ad Domnum Papam profitetur. Diſpoſitis rebus Occidentalis Imperij, regreſſus Cōſtantinopolim atque allectis fratribus, Tiberio, & Heraclio in collegas, vna cum eis imperat, Pogonatus dictus, quod imberbis profectus, barbatus redijſſet.

Conſtan. Imp. Vital. P. ſuppetias fert Cath. Imper. ad uerſus rebelles.

Sarraceni item irrumpentes in Africam, octoginta millia captiuorum abducunt. Theophanes.

Orthodoxus Imp. bellis impeditus, quo minus cum Occidentali Orientalem Eccleſiam vniret, illud tamen præſtitit, vt res interea ſilentio ſopiretur, quouſque Concilij congregandi tempus opportunum adeſſet. Epiſt. eiuſdem Imper. ad Domnum Rom. Pont. id. n. ab eo exigebat Vitalianus, vt qui viciſſet Tyrannos, vinceret & hęreticos, Eccleſiam Dei infeſtantes Circumſpiciens Vitalianus Papa quem mitteret in Angliam idoneum Epiſcopum, elegit ex Monaſterio Hiridiano, non longe a Neapoli Campaniæ, Hadrianum Abbatem Afrum, Græcè & Latinè peritiſſimum, & Monaſticis, ac Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutum. Qui indignum ſe tanto gradu reſpondens, alium aptiorem oſtendere ſe poſſe reſpondit Andream Monachum, de vicino Virginum Monaſterio, cui, ab omnibus, digno Epiſcopatu iudicato; pondus tantum corporeę infirmitatis obſtitit, & rurſum Hadrianus euocatus ad Epiſcopatum, alium obtulit Theodorum Tarſenſem Latinè & Græcè doctiſſimū, probis morib. & ætate venerandum, 66. ſ annorum, quem ea conditione Papa admiſit, vt ipſe eum in Britaniam perduceret, ob peritiam itinerum, & vt ei doctrinæ cooperator exiſtens, attenderet ne quid ille contrarium fidei, Græcorum more, in Eccleſiam, cui præeſſet, introduceret: qui ordinatus hoc anno, vna cum Hadriano menſe Iunio, in Britaniam miſſus eſt. Quem cum in Galliam perueniſſe Eigbertus cognouiſſet, miſit præfectum ſuum qui eum in Britaniam deduceret. At Ebroinus, Magiſter Domus Theodoro dimiſſo, veritus, ne quā Hadrianus ab Imperatore legationē ad Britaniæ reges aduerſus Regnū Franciæ adferret, retinuit, ac poſt, cōperto illū nihil huiuſmodi adferre, dimiſit.

Hadrian. Abb. digniſſimus Epatu, alios P. offert, vt ipſe liber euadat.

Suſpicioſi Politici exēplum.

Clotharius Rex Francorum, cum regnaſſet annos 4. ex hac vita migrauit. *Sic* appendix ad Turonenſem, & alij ſucceſſerunt in Regnū fratres, Theodoricus, & Chilpericus: ſed illo redacto in ordinē, Chilpericus tenuit annos tres. tradunt autem ipſum coegiſſe Ebroinum Maiorem domus regiæ fieri Monachum in Luxouienſi Cœnobio, cum faueret Theodorico: quod & in Actis. S. Philiberti Abb. expreſſum habetur. Verum ſponte eum ſeceſſiſſe, ſibi quidem timentem, rerum ſpectator Vrſinus, qui vitam B. Leodegarij epiſcopi, & Mart. ſcripſit, tradit, rem paulo diuerſe narrās.

Leodegarius Auguſtod. Epiſcopus, Chilperico Regi gratiſſimus, ab æmulis perſuaſus, Regē illi infenſum, necem moliri, illo inſalutato ſecedit ab aula, pergens Monaſterium Luxouienſe, vitam ibi monaſticam acturus. Rex, recognita, mœrēs & agre diſceſſum ferēs, mittit qui aſſequant, ꝑ quos deprecās ſeceſſionē ſæculo, vix īpetrat.

Leodegarius Eps apud Regē gratioſus fraude aulicorū ſecedit

Chriſti Annus.	*Adeodati P.*	*Conſtant.* Pogon. *Imp.*	*Indictio.*
669.	1.		12.

VItalianus Papa anno 14. m. 5. minus dieb. 4. migrauit in cœlum, inter S. relatus eius Acta magna ex parte obſcura. Inter creatos ab eo E pos, primus datus traditur Ferrarienſib. Marinus noīe, vel, vt Rubeo placet, [a] Viceabentiæ Epatus Ferrariam eſt translatus. Prodit idem auctor, ex Eccleſiæ Rauennatis monumentis, Maurum E p̄m Rauennatum a Vitaliano excōicatum fuiſſe, quod ab ipſo Romā vocatus, ad dicendam cauſam, adeſſe contēpſerit, qui & Exarchi potentia fretus, eandē anathematis ſnīam in illū retorſerit, quo portentoſo facinore, perculſi oēs Italiæ Epi, vna cū Vitaliano coeuntes, eundē Maurum, vt indignum, ſacerdotio exuerunt. factum id opinor in Romano Concil. anno ſuperiori, in cauſa Gretenſis Epi collecto.

a li. 4. hiſt. Rauen.

cōtumax Rauēnas Eps a Roma. exc. retorquet excōicationem.

Maurus, ad extremum vitæ obteſtatus omnes Rauennatis Eccleſiæ Clericos, ne A vnquam ſe ſubijcerent Romano Pont. in ea obſtinatione eſt mortuus, excommunicatus, & ſacris Diptychis a Deodato, Vitaliani ſucceſſore, interdictus.

Succeſſor eius Reparatus per Imperatoris reſcriptum tentauit perficere, ne ſubijceretur Eccleſiæ Romanæ, licet in fine vitæ pœnitens obijſſe dicatur, cui ſucceſſit Theodorus, Eccleſiæ Romanæ obſequentiſſimus, qui in Synodo Rom. ſub Agathone ſic ſubſcripſit, Theodorus exiguus Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Rauennatis.

Ceſſat Epiſcopatus, inquit Anaſtaſius menſ. duos, dies 13. ſubrogatur Adeodatus Romanus ex Monacho, ob ſummam manſuetudinem, & liberalitatem gratiſſimus omnibus. Ex Anaſtaſio.

Sicilia a Sarracenis vaſtatur, captis Syracuſis. magnæ cedes factæ, præda abacta, & Roma delatum illuc æs, (videlicet a Conſtante Imp.) aſportatum Alexandriam, Anaſtaſius in Adeodato & Diaconus. [a] At cladem Siciliæ contigiſſe ſub Vitaliano B dicendum eſt, ſi veræ ſunt litteræ, quæ extant ſub eius nomine ad finem Chronici Caſſinatis Leonis Oſtienſis, quod parum probabile videtur, ſiquidē cum Eccleſia Romana, ne vnius quidem oppidi Domina eſſet, nec Imperator ipſe Inſulæ Dominus, tot ciuitates illic haberet, quot habuiſſe Monachos, & vaſtatas a Sarracenis produnt litteræ Monachorum ſiculorum ad ſuos Caſſinenſes Lateranenſes, ideſt nonaginta & octo ciuitates, vtræque litteræ confictæ videri poſſunt.

Theodorus Epiſcopus a Vitaliano, proximo anno, in Britaniam miſſus, illuc hoc anno peruenit, & tota quaquauerſum peragrata Inſula, rectum viuendi ordinem, & ritum celebrandi Paſcha canonicum, per omnia comitante & cooperante Hadriano diſſeminabat. Iſque primus fuit Archiepiſcopus, cui omnis Anglorum Eccleſia ſubeſſe cōſentiret. & quia litteris ſacris ſimul & ſæcularibus erant inſtructi congregatis C pluribus diſcipulis, eandem eruditionem ſic propagarunt, vt vſque ad hoc tempus ſuperſint, qui Latinam Græcamque linguam, æque vt propriam calleant. Vixit in Epiſcopatu 21. ann. menſ. 3. d. 26. Beda [b] Floruit per hoc tempus Eccleſia Anglicana fortiſſimis regibus, ſic vt cunctis barbaris nationibus eſſent terrori, & Paſtoribus, & litterarum Magiſtris. Ex Beda. Acta præclara extant Theodori Epiſcopi.

> a li. 6. c. 13. Claces Siciliæ a Sarracenis. Litteræ Manachorū videnē confictæ, vt & Vitaliani Pap. Prim' Archiepſomnium Ecclefirū Angliæ B. Theod. b li. 4. c. 2.

Chriſti Annus 670. | *Adeodati.* P. 2. | *Conſtant.*Pogon.*Imp.* 3. | *Ind.* 13. D

OSuui Rex Nordhumbrorum moritur, adeo erga Eccleſiæ Romanæ inſtitutionem affectus, vt, ſi conualuiſſet, etiam Romam adire, ibique ad loca Sancta vitam finire diſponeret. ſucceſſorem reliquit Ecgfridum filium. Beda. [c]

In Belgio, in pago Cameracenſi, Maxelendis Virgo, Chriſto deſponſa, ab eo qui recuſantem, cuperet in vxorem, Arduino nomine, occiſa, Virginitati coronam addidit Martyrii, quā Eccleſia, diuinis ſuffragijs, per miracula declaratis, inter ſanctos E Martyres anniuerſaria memoria colit. Molan. [d] Sigeb in Chron.

S. Proiectus Epiſcopus Aruernenſis, conqueſtus apud Childericum de multis damnis ſuæ Eccleſiæ illatis, ab Hectore Maſſilienſi Patricio, Rexque eum, vt facinoroſum hominem gladio cędi iuſſiſſet, eius neceſſarij primores vrbis, Epiſcopum crudeliter necauerunt, quem Eccleſia, vt martyrem colit, exiſtimans ſufficientem cauſam ad martyrium, cum id ob defenſionem ſuæ Eccleſiæ ſit paſſus. Sigeb in Chron.

> Oſuui Rex quā Ro. Eccl. affectus. c li. 4. c. 5. Maxelēdis Virgo & Mart. d de SS. Belg. 17. Nou. Martyr, q occiſus pro defenſione ſuæ Eccleſiæ.

A

Chriſti Annus. 671. *Adeodati P.* 3. *Conſtant. Pogon. Imp.* 4. } *Indi.* 14.

CHildericus Francorum Rex, ob nimiam ſæuitiam in Francorum nobiles, eorum in ſe animis concitatis a Bobilone, quem ſeruili ſupplicio, ad ſtipitem tentum, verberare feciſſet, occiditur, & in locum eius ſubrogatur Theodoricus.[a] quo audito Ebroinus, ex Monacho, miles, & magiſter domus effectus, aduerſus eos, quos aduerſarios paſſus eſſet, gladium ſtrinxit. In horum Franciæ Regũ ſucceſſione, cum B varietur, nihil certius quam, quod ſcribit Sanctus Audoenus ex oraculo Sancti Eligij. — Rex Fr. obſẹuitiã in nobiles occidit. a Apud App. ad Vuſan. & Aimoi. 4. c. 44.

Cœleſti ſigno perterrefactum orbem, ita vt videretur eius interitus imminere, inuaſamque a Sarracenis Lyciam atque Ciliciam, comparatumque ab ijſdem apparatum, ad expugnandam Conſtantinopolim produnt Græcorum Annales. — Sarracen. apparat[9] ad expugnandam Conſtantinopolĩ.

Chriſti Annus 672. *Adeodati P.* 4. *Conſtant. Pogon. Imp.* 5. } *Indict.* 15.

C S. Audoenus, Rothomagenſis Epiſcopus, viſitat limina Apoſtolorum ſtipatus ſanctorum comitum turba, eleemoſynarumque benedictionibus onuſtus, qui cum ad Petri confeſſionem hunc verſum inciperet, Exultabunt Sancti in gloria, diuinitus reſponſum eſt, Lętabuntur in cubilibus ſuis. diuinis acceptis reſponſis, cum multarum reliquiarum ſuffraggijs venerabilis ſenex in Galliam reuertitur.

Theodorus Archiepiſcopus Dorouernenſis Concilium cogit omnium Angliæ Epiſcoporum, decem in eo canones ſanciti de Eccleſiaſtica diſciplina.[b] — b Beda li. 4. c. 5.

Ceadda [c] Merciorum Epiſcop. Sanctiſſimus, peſte graſſante in Anglia, moritur. plures item inſignes ſanctitate virgines, ſub Edilburga Abbatiſſa egregiæ ſanctitatis, quę & ipſa hoc anno migrauit ad Dominũ. Item Sabbi Rex Orientalium Saxonum, propior Monacho, pietate, & deuotione, quam Regi, vtriuſque celebris extat D inter Sanctos in Martyrol. memoria. Sarraceni traiicientes in Thraciã, Conſtantinopolim aſſiduis prælijs expugnare fruſtra tentant, per biennium protegente eam Dei genitrice, nam quod ſeptennium eſt in Annal. Græcis, ex Theophan. mendum eſt in nota numeri ſi quidem anno ab hinc quarto, produnt ijdem Annales, pacem inter Roman. & Arabos eſſe ſancitam protegente eam Dei Genitrice, in receſſu etiam tota claſſis demergitur. Hoc item anno a noſtris bene pugnatum eſt cum alio eorum Duce, cæſis ex illis triginta millibus. addunt Annales de nouo adinuento igne, quem marinum vocant, eo quod in mari arderet, quo & naues Arabum combuſſerunt. Eſt mentio in decimatertia Act. ſextæ Synodi de obſidione Conſtant. per biennium ſub Vitaliano, quam diuerſam ab hac oportet fuiſſe. — c Beda 4. c. 3. 7. 8. 9. & 10. — Sarrac. p biennium oppugnãt Conſtantinopolim. — Ignis marinus excogitatus

E Reccenſuinthus Rex Hiſpaniarum religioſiſſimus, & optimus, & omnibus mirifice carus, moritur: eodemque die eligitur populi conſenſu Baraba, ſeu Vuamba, vel Vuambanus ex Regali Gothorum ſtirpe, eximia virtute, qui initio reluctans, demum precibus, & minis aſſenſum præbuit. Tudenſ. in Chron. præclara de vtroque habet elogia.

Chriſti Annus. 673. | *Adeodati P.* 5. | *Conſtant.Pogon.Imp.* 6. | *Indictione* 1.

GRimoaldus Longobardorum Rex moritur, eum regnaſſet annis 9. Baſilica S. Ambroſio Ticini erecta, in qua quod ſepeliri voluerit, indicat eũ redditum Catholicum. Succedit in Regnum filius eius Garibaldus, puer 9. annorum, ſed non diu tenuit, etenim, cœleſti nuncio repente accitus ab internecione antea elapſus, Bertaridus Ariperti Regis filius, cui debebatur regnum, cum iam extorris ann. 9. apud Francos egiſſet, & in Britaniam, ad Saxonum Regem pergeret, diuinitus redere in Patriam iuſſus, Regnum a Longobardis delatum obtinuit Garibaldo deiecto, Virpius, fide Catholicus, iuſtitiæ tenax, pauperumque largiſſimus nutritor fuit. Diacon.[a] B

Garibaldus diuinitus auitur in Regnum

a lib. 5. c. 23.

Indignantibus nonnullis Hiſpaniæ nobilibus, quod tanto fauore popul. Vuamba promotus fuiſſet in Regnum, primus omnium, qui præerat Galliæ Narbonenſi, adhuc ſub Gothorum regno exiſtenti, Ildericus in Tyrannum erupit, ſecumque etiam Epiſcopos aliquot traxit, & alios repugnantes afflixit, in quibus Epiſcopum Hemauſenſem in vincula coniecit. Poſt hunc autem, qui aduerſus eum miſſus eſt Paulus Dux, Græcus, vir domi foriſque ſpectatus, in Regem ipſum arma conuertens, pleraſque Hiſpaniæ ciuitates ſuæ ſubdidit poteſtati, Regiſque nomen vſurpans, coronam auream, quam gemmis ornatam, dederat Reccaredus S. Felici Gerundenſi Martyri, ſacrilegus, ſuo imponere capiti eſt auſus: ſed quo euentu ſuo loco videbitur.

Primates rebellant Regi Hiſpan.

Chriſti Annus. 674. | *Adeodati. P.* 6. | *Conſtant.Pogon. Imp.* 7. | *Indictione* 2.

VVamba Rex Hiſpaniarum progreſſus aduerſus Tyrannos, qui Galliam Narbonenſem & alia loca vſurparant, diuino munitus auxilio, Angelis exercitum circumuallere viſit, feliciter eos debellat, & capit: nec mirum cum iuſtitia ſuum communiuiſſet exercitum, ſi quidem in ipſo procinctu, quos nouit milites adulteria perpetraſſe, illis virilia amputauit, hanc tanto Principe dignam ſententiam proferens: ECCE IAM IVDICIVM IMMINET BELLI: ET LICET FORNICARI, VT DEVS AD IRACVNDIAM PROVOCETVR? Illud quoque vſurpare conſueuit. FRVSTRA PERGIT AD BELLVM QVEM INIQVITATIS COMITATVR EXEMPLVM. Iulianus, qui Quiriano tum Epiſcopatum Toletarum gerente ſucceſſit, eius belle Hiſtoriam ſcripſit, quam Tudenſis in ſuũ Chro. retulit. D

Rex vincit rebelles, & capit.

E

Chriſti Ann. 675. | *Adeodati P.* 7 | *Conſtant.Pogon.Imp.* 8. | *Indictione* 3.

TYrannis debellatis, Aſturibus, & Vaſconibus domitis, religioſiſſimus & fortiſſimus Rex Vuamba, intermiſſum iam, per decem & octo annos, morem frequentet concilia celebrandi, magna cum Chriſtianæ diſciplinę iactura, pro ſua pietate, reuocandum curauit, celebrato hoc anno vndecimo, CONCILIO TOLETANO, anno ſuo quarto, in quo affuerunt decem & nouem Epiſcopi, canones ſexdecim ſanciti.

Ad tollendas contentiones de finibus diœceſum inter Epiſcopos, curauit Rex ce-

A lebrari CONCILIVM HISPANIAE GENERALE TOLETANVM,(quod non extat quidem, ſed ex Tudenſi omnino celebratum conſtat) in quo diſtinctæ ſedes,certis finibus cuiq.aſſignatis,quæ fuerunt,inter Epiſcopales & Archiepiſcopales octoginta,duarum Hiſpaniarum,ſub dominio Gothorum, eaque omnium Epiſcoporum ſubſcriptione firmata. Tudenſis, qui certum annum non ſignat, ſed ſub hoc Rege celebratum affirmat.

BRACARENSE CONCILIVM III. hoc anno celebratum Epiſcoporum 8. inter quos Iſidorus Aſturicenſis, moribus, & doctrina conſpicuus, quo tempore etiam eius æqualis Valerius Abbas,æque doctrina,& pietate inſignis claruit.

Sarraceni ingenti Claſſe 270.nauium Hiſpanias inuadentes a Rege Vuamba,maritimo bello profligantur,vniuerſa claſſe incenſa,Deo,pio Regi fauente.

B

Chriſti Annus.	*Doni.* P.	*Conſtant.* Pogon. *Imp.*	*Indictio.*
676.	1.	9.	4

ADeodatus Papa moritur,cum ſed.ann.7.menſ.2.d.17. Anaſtaſ.Sigebert.Nihil reſtat rerum geſtarum tanti Pontificis, præter Epiſtolam, [a] qua Monaſterium S.Martini Pictauenſis,priuilegio eximit a poteſtate Epiſcopi,ipſo conſentiete Epiſcopo,& Eccleſiæ ædificatio B.Petri in Portuenſi,& Monaſterij S.Eraſmi in Monte Cœlio ſed.vacat m.4.& d.6.& Kal.Nou. ſubrogatur Donus ſiue Domnus vel Dom C nio,quem alij Conum ſiue Cunonem appellant,Romanum. Eius creatione Conſtantinopoli audita,Theodorus Patriarcha,non quidem Synodalem,de more, quam vt hæretici & excõicati eijciendam nouerat,ſed hortatoriã miſit Epiſt.vt aliquando tandem inter Orientalem & Occidentalem Eccleſiam, concordia ſanciretur,ex Epiſtola Conſtantini Imp.ad Donum,quid vero Donus reſponderit,ignoratur.

[a] Extat apud Papiriũ maſſonem.

Conſtãtinopolitanus Eps expetit cõcordiã cũ Ecc.Ro.

Sarraceni Mardaitarum ſeu Maronitarum incurſum timentes,pacem in 30.annos ab Imperatore petunt,& impetrant,pactis iureiurando firmatis,quod ſingulis annis 50.captiuos & 50.equos nobiles,& tria millia librarum auri perſoluerent.

Bed. li.4. c.6.

Quibus auditis Occidentales Principes per legatos, cum muneribus pacem cum eo firmarunt. Theopha. Eodẽ anno Anglorum Eccleſia in Cantio bellorum incurſionibus a Merciorum Rege dire vexatur,& Theodorus non modo, vt Epiſcopus, ſed D vt legatus Apoſtolicus nouis curis augetur,creandi,& exautorandi Epiſcopos,inter quos Erconualdus egregia claruit ſanctitate,cuius memoria 30.Apr.anniuerſaria celebratur. Florebat Eccleſia Anglicana,per hoc tẽpus,velut Paradiſus Domini Sanctiſſimis Epiſcopis, Virginibus,& Monachis.

Bed. in epit. hiſto. Anglorũ. & li.4.c.6

Chriſti Annus	*Doni* P.	*Conſtant.* Pogon. *Imp.*	*Indict.*
677.	2.	10.	5.

THeodorus Conſtantinopolitanus,& Macarius Antiochenus Epiſcopi, Signiferi Monothelitarũ hæreſis,acerrimos ſe præſtantes aduerſarios Pont.Romanis E vno excepto Honorio,quem a ſuis partib.ſtetiſſe mentiebãtur, nullum alium ſibi recitandum in ſacris diptychis putarunt, atque adeo tentarunt, Vitalianum, qui relatus fuerat,eximere,in quo aduerſarium habuerunt Imperatorem, ſed poſt tamen vel inuito,vel inſcio eiecerunt. Ex epiſt. Conſtantini Imp.ad Donũ,& ex Act.6.Synodi

Monoth. a ſe ſtare Hono.R. E.mẽtiuntur.

Quod igitur reliquis abiectis,vnum ſibi honorandum hæretici vendicarent Honorium,haud modicam illi defuncto,licet conflauit inuidiam,in ſuſpicionemq; falsò induxit conniuentię cum hæreticis,a quibus ipſe Honorius, excluſis ceteris,recipi & honorari ſciretur.

Beda 4. c.12.

Hic ann.2. perſecutionis, quo Eccleſia Anglicana a Mercijs exagitaẽ in Cantia.

24. Aug. apud Sur.	Eodem anno, S. Audoenus Rothomag. Epiſcopus, pace inter Francos conſtituta cum impetraſſet a Rege Theodorico Anſbertum Abbatem ſibi dari ſucceſſorem, illique ſuum gregem commendaſſet, plenus dierum, migrat in cœlum, anno 6. Theodorici, & Crotildis Reginę, clarus miraculis, in vita & poſt mortem. A

Chriſti Annus. 678. *Agathonis* P. 1. *Conſtant.* Pogon. *Imp.* 11. } *Indictione* 6.

DOnus Papa 3. Id. April. moritur, cum ſed. ann. 1. menſ. 5. d. 10. vt ait Anaſtaſius, ſed ex Epiſt. Imp. ad ipſum prid. Id Aug. Ind. 6. data, colligitur Agathonis Papæ ann. 1. Longius ſedem propagaſſe: ſuccedit Agatho. Is Donus Baſilicam Apoſtoli uia Oſtienſi, reſtaurauit, & dedicauit. item Eccleſiam S. Euphemiæ, via Appia, dedicauit. Neſtorianos Monachos Syros, inuentos in Monaſterio Boetiano, Romæ, per diu erſa Monaſteria diuiſit ad pœnitentiam. ex Anaſtaſio. Huius temporibus Eccleſia Rauennas: quæ ſe ab Eccleſia Rom. ſegregauerat, cauſa Primatus, denuo ſe priſtinæ ſedi Apoſtolicæ ſubiugauit, mortuo Reparato. B

Conſtantinus Imperatot incumbens magno ſtudio ad vniendas Eccleſias, Orientalem, & Occidentalem, etiam iniquis conditionibus, pace cum Bulgaris facta (ex Theophane) Theodorum Monothelitam Conſtantinopolitanum Epiſcopum, deponit, Georginm ſubrogat, Sacram dirigit ad Donum Papã, de re conciliatione vtriuſque Eccleſiæ. Extat ante ingreſſum Sanctæ Synodi. C

Hoc anno 11. Conſtantini Imper. Mahuuias Sarracenorum Princeps moritur, Gilbid filio ſucceſſore relicto, cuius tempore inuentum fuiſſe ſacroſanctum ſudarium capitis Redemptoris, ſcribit Beda de locis ſanctis cap. 5.

Cometa trib. menſib: apparet. Siccitas p annos. 4. c. 12. ali. 5. c. 20

Cometa tribus menſibus apparuit, quam conſecuta eſt ſiccitas, quæ triennio perdurauit, ita vt nunquam terra imbribus maduerit. Beda. Anaſt. in Agathone.

Extorta diſſenſione inter Vilfridum Eboracenſum Epiſcopum, & Regem, Epiſcopus deiectus ſede, altero ſubrogato, appellans Ro. Pont. dũ tendit ad eum delatus tempeſtate ad Friſios Gentiles, primus ibi opus Euangelij cæpit, & poſt Vilbrordus Epiſcopus proſecutus eſt. Marcellin. in vita S. Suithberti, & Beda.

D

Chriſti Annus. 679. *Agathonis* P. 2 *Conſtant.* Pogon. *Imp.* 12. } *Indict.* 7.

CVm innotuiſſent per Agathonem Pontificem Epiſcopis Occidentalibus, quæ ad Donum Papam a Conſtantino Imperatore ſcripta ipſe accepiſſet, de legatione mittenda, eiuſdem pariter Agathonis Pontif. iuſſu ea de cauſa, ijdem Synodos congregarunt, quibus, vbique condemnata eſt hæreſis Monothelitarum hæreticorum. Id quidem factum eſſe in Italia, in Gallijs, &, in Anglia, eiuſdem Agathonis litteræ, ſequenti anno ad eundem Imperatorem datæ, declarant. Porrò omnium Italiæ Epiſcoporum conuentuum ſupereſt tantum memoria. de Synodo Mediolanenſi, cuius extat Synodalis Epiſtola ſcripta à Damiano, magni nominis, illis temporibus, Ticinenſi Epiſcopo, ſub nomine Manſueti Mediolanenſis Archiepiſcopi, cuius vtriuſque præclara extat memoria in Martyrol. Rom. illius quidem 12. April. huius vero 19. Maij, Gallicanorum vero Conciliorum Acta penitus interciderunt. ſed Anglicanæ Synodi aliqua adhuc fragmenta ſuperſunt apud Bedam.[b] E

b 4. c. 17. c Agatho. 3. epiſt. ad Conſtant. Imp.

Ioan. Archicantor Eccleſię S. Petri, & Abbas Monaſterij B. Martini, in Britanniam miſſus eſt ab Agathone[c] Papa, vt Theodorum ad Rom. Synodum inuitaret &, de fide Anglicanæ Eccleſiæ rediens ſibi referret. Verum Theodoro non eſt viſum

Eccleſiam coaleſcentem atque lacte adhuc opus habentem deſerere, ſed fidem Ca-
tholicam,conuentu publico cognitam, & confirmatam, conſcribere, cuius profeſſio
extat apud Bedam [a] hac inſcriptione.IN N.D.N.I.CHRISTI SALVATORIS, a 4.c.17
A Imperantibus Dominis pijſſimis noſtris Eigfrido Rege Numbronenſium,anno 10.
Regni eius,ſub die 15.Kalen.Oct.Ind.8.& Edilredo Mercinenſium,anno 6. Regni
eius,& Lothario Rege Cantuariorum,regni eius anno 7. præſidente ipſo Theodoro
gratia Dei Archiepiſcopo Britanniæ Inſulæ, & ciuitatis Dorouernenſis, vna cum eo
ſedentibus ceteris Epiſcopis Britanniæ &c. In cuius fidei profeſſione illud obſer-
uandum eſt,S.Theodorum natione Græcum,meritis inſignem,ſanctis quibuslib. ve
teribus comparandum,atque doctrina clariſſimum,æquè cum vniuerſa Eccleſia Ca
tholica aſſerere SPIRITVM SANCTVM A PATRE, FILIOQVE PROCE- Notent
DERE,ſicut non a Latinis tantum,ſed & a ſanctis Orientalibus doctoribus affirma- Græci.
ri certo ſciebat. Vnde erubeſcant magis recentiores Græci, cum a ſuis ipſis, qui do-
ctiores,& ſanctiores fuere,erroris redarguantur.

B Cum audiſſet interim Theodorus Archiepiſcopus S. Vilfridum Romam perue- b Beda li.
niſſe,& hoc anno ab Agathone auditum,& abſolutum,ei legationem credidit,vt no- 5.c.20.
mine totius Eccleſiæ Anglicanæ Synodo intereſſet.[b]

Theodorus componit pacem inter Eigfridum & Edibredum reges, grauiter prælio c Beda li.
confligentes, in quo verò illud admirandum accidit,de nobili quodam milite, qui 4.c.21.22
captus ab hoſtibus,vinciri nunquam potuit, quin continuo ſolueretur, cognitumq; 23.
id propterea euenire,quod eius frater Abbas frequenter Miſſas pro eo, quem mor-
tuum credebat,celebraret.

Hoc ipſo anno 13.Kalen:Iulij,S.Adeodatus Epiſcopus Niuernẽſis, idemque ere Adeodat⁹
mi cultor,ex hac vita migrauit, cuius res præclare geſtæ extant typis excuſæ,in qui- Eps̃ & E-
bus non ipſius tantum, ſed & aliorum eiuſdem temporis Illuſtrium virorum facta remita,
C narrantur. eę ſcriptę tempore Leonis 9. Roman. Pontif. illi oblatæ probatæque moritur.
leguntur.

Chriſti Annus.	*Agathon.P.*	*Conſtant.Pogon.Imp.*	Indictione
680.	3.	13.	8.

D AGatho ROMAE CELEBBAT SYNODVM 125.Epiſcopum contra Mo-
nothelitas,qui omnes ſubſcripti leguntur,in 4.Act.6.Synodi,inter quos lega
ti leguntur miſſi a Synodo in Gallijs habita, Felix Arelatenſis, Adeo datus Leuco-
rum Epiſcopi,& Tauriſcus Diacon.Tolonenſis.Ex Britania Vilfridus affuit,qui ſub
ſcriptus ſic habetur.Vilfridus Deo amabilis Epiſcopus Eboracenſis ciuitatis Apo-
ſtolicam ſedem,de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis, incertisque re-
bus abſolutus, & cum aliis 120.coepis in Synodo in iudicij ſede conſtitutus,& pro
omni Aquilinari parte Britanniæ,& Hiberniæ Inſulis,quæ ab Anglorum,& Brito-
num,nec non Scotorum,& Pictorum gentibus incoluntur,veram,& Catholicam fi-
dem confeſſus eſt,& conſcriptione ſua corroborauit.

Ex Italia,ex diuerſis Eccleſijs interfuere plures Epiſcopi Sanctitatis nomine cele- Pau.Dia.
bres,Manſuetus Mediolanenſis:Barbatus Beneuentanus:Io.Bergomas, Decoroſus 6.c.1.
E Capuanus:Felix Spoletinus, Anaſtaſius Ticinenſis,omnes anniuerſaria memoria in
Martyrolog. relati. De rebus autem in hac Synodo geſtis nihil præterea reperitur,
niſi Epiſtola Agathonis ad Conſtantin.Imp. & fratres eius, de fide catholica,contra
Monotholitas,ſed & alia Epiſtola ad eoſdem nomine totius Synodi,de fide Catho-
lica conſeruanda. Canon in ea nullus ſancitus legitur, quod non ob aliam cauſam
fuerit conuocata, quàm ad fidem Catholicam confirmandam, & legationem Con-
ſtantinopolim ad Synodum œcumenicam decernendam. Delecti[c] ſunt autem Lega d Anaſt.
ti a Concilio Conſtanlinopolim profecturi, Ioannes Epiſcopus Portuenſis, Abun- Agathon

dantius Epiſcopus Paternenſis, & Ioannes Epiſcopus Regitanus, ſiue Regienſis. A Miſit autem, & Agatho, ſuos ſeorſum Legatos, Theodorum, & Georgium presbyteros, Ioan. Diaconum, & Conſtantinum Subdiaconum, atque reliquos ſeruos Dei Monachos, ſed & ab Epiſcopo Rauennatæ Theodoro, miſſus eſt Theodorus preſbyter. Porrò Agatho in ſua ad Imperatores Epiſtola inter alia deplorat rude ſæculum, legatos haud adeo imbutos ſcientijs confitetur, quid agendum, cum ſumma abeſt litterarum peritia, exponit, nimirum recurrendum ad prædeceſſorum ſanctorum ſcripta, in omnibus ſemper & ante omnia antiquis traditionibus firmiter inhærendo, *licentiam* inquit, *proinde eis, ſiue auctoritatem dedimus ſimpliciter ſatisfaciendi, inquantum eis dumtaxat iniunctum eſt, ut nihil profecto præſumant augere, minuere: uel mutare, ſed traditionem huius Apoſtolicæ ſedis, ut a prædeceſſoribus Apoſtolicis inſtituta eſt, ſinceriter enarrare, &c.*

Deplorat Agath. rude ſęculū

Traditionib. inhærendum.

Pręconia Rom. Eccleſiæ audacter exponit, quod nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt &cęter. omnes Romanes Pontifices immunes ab hæreſi confidenter profitetur. Romani Pontificis eſſe monere Impp. &cæter. At quomodo iſta tamen libere potuiſſet tantus Pontifex conteſtari, ſi in eadem hæreſi, quam ſua Epiſtola ipſe Agatho adeo ualide inſectatur, Honorius, cuius recens adhuc memoria erat, idem cum illis ſentiſſet. B

Præconia Ro. Eccl.

In ea verò quæ à Sancta Synodo in eadem Synodali Epiſtola ſcribitur Catholice fidei ſincere confeſſione, ſtylus ſcribarum mendax operatus eſt falſitatem, dum enim ibi legeretur, Credimus, & in Spirirum ſanctum Dominum, & viuificatorem, EX PATRE FILIOQVE PROCEDENTEM abraſo nomine FILIOQVE, à Patre procedentem tantum relictum eſt, detecta fuit huiuſmodi impoſtura Græcorum in Concilio Florentino à Iuliano S.R.E. Cardinali, & idipſum longe ante ab Emmaraule Caleca Græco auctore. In ea item quid auctoritatis traditum ſit legatis, nimirum, vt Apoſtolicæ noſtræ fidei confeſſionem offerre debeant, non tamen tanquam de incertis contendere, ſed vt certa atque immutabilia, compendioſa definitione proferre &c. vt hinc colligas impoſturam, quæ in Actis, 6. Synodi reperitur, de Honorij condemnatione, quomodo enim quibus vetitum eſt diſputare, ſed ſolum bene ſancita in Romana Synodo proferre ijdem tantum ſibi ſumerent auctoritatis, vt de cauſa Honorij Papæ differerent, imo inconſulta Romana Synodo, ipſoque Romano Pontifice eum damnari præſumerent? In hac præterea Romana Synodo actum eſſe de ſubiectione Rauennatis Eccleſiaſtici Romano Pontifici, ex Anaſtaſio intelligere poſſumus. Quomodo enim eius contumaciam ferrent Rom. Pont. qui Conſtantinopolitanā non tulerunt, non ſubtrahentem ſe, ſed alijs ſeipſam pręferentem ſedibus? Quod igitur Rauennatis Eccleſiæ Annales habent ſequenti anno ſubieciſſe omnino ſe Rauennatem Eccleſiam Romanæ haud aliter, quam arbitrio Sanctæ Synodi, id eſſe factū, æquū eſt exiſtimare. Miſſi igit Legati ex Synodo, & à Papa, cum quanta humanitate, SEXTA SYNODVS EOCVMENICA Conſtantinopoli celebratur. & honorificentia excepti deducti, & tractati ſint, habet, Anaſtaſius. C D

Græcorū fraus.

Cum conueniſſent igitur Conſtantinopoli Orientales, & Occidentales Epiſcopi, num. 289. vt habent Annales Græcorum, tam apud Cedrenum, quam apud Theophanem: vel 170. vt Photius de Synodis, vel 150. vt Paul. Diac. [a] vel 171. vt Theodorus Balſamo, & menſe Nouembri inchoata iam Ind. 9. cępta eſt œcumenica Synodus in ſecretario Palatij, quod cognominatum eſt Trullus (quod genus eſt faſtigiati cuiuſdam ædificij.) Hoc reliquo anno per menſes Nouembrem, & Decembrem, ſex habitæ ſunt Actiones, in quibus, quod prima Macarius Epiſcopus Antiochenus pollicitus eſt probare ex ſacris quinque Synodis, & SS. PP. teſtimonijs, vnam in Chriſto voluntatem atque operationem, aggreſſus eſt, pluribus detectis eius, & aliorum impoſturis, additionibus, & detruncationibus, & in primis tribus, quaternionibus additis v. Synodo. E

a li. 6. c. 4.

Hoc anno, [b] menſe Iulio, poſt Lunæ Eclypſim, peſtis ingens vaſtat vrbem, & alias nonullas Italiæ ciuitates. Ticinumque maxime, per tres menſes. Tuncque multi

b Paul. Diac. 6. c. 5. Anaſt. in Agath.

A viſi ſunt boni & mali Angeli obeuntes ciuitatem, & ex iuſſu boni, malus venabulo, quod manu ferre videbatur, quatere oſtia domorum, & quoties percutiſſet, tot de eadem domo, die ſequenti, homines interibant. Tunc item cuidam reuelatum eſt, peſtem non ceſſaturam, donec in Baſilica B. Petri ad Vincula, B. Sebaſtiano Martyri altare poneretur, quo facto, delatiſque ad vrbem reliquijs, peſtis ipſa quieuit. Hactenus ex Paulo Diacon. Extat adhuc integrum ipſum altare, nec non eiuſdem Sancti Martyris imago, muſiuo opere expreſſa, ex quo propagata ad poſteros religio, vt peſtis tempore, voti cauſa, imago eiuſdem Sancti Sebaſtiani, diuerſis in locis, pingeretur altaria in eius memoriam erigerentur, atque adeo Eccleſiæ fabricarentur.

Graſſans peſtis, ſtatuto Altari B. Sebaſtia. ceſſat

B Eodem anno (vt auctor eſt Beda) magni nominis femina Regalis ſtemmatis, religioſiſſima Sancta Hilda Abbatiſſa, vbi triginta tres annos in Monaſtica vita tranſegiſſet, 15. Kalen. Decembris, migrauit in Cęlum, cuius obitum, ipſa nocte Dominus, in alio longius poſito Monaſterio, quod ipſa, eodem anno conſtruxerat, manifeſta viſione reuelare dignatus eſt.

li. 4. c. 23. & in epit. S. Hilda Abb. moritur.

Cum Vuamba Rex Hiſpaniarũ, ex letifera potione ſibi præbita ab Eruigio Comite, ex Græcorum ſtirpe, memoriam amiſiſſet, & a ſenſibus eſſet alienatus, Epiſcopus ciuitatis & optimates Palatij, cauſa pietatis, illi pęnitentiam, pro more prouincię, impoſuerunt, ideſt Monaſticum habitum & tonſuram, in ſignum Monaſticæ profeſſionis. Cum autem Rex ad ſe redijſſet, & quid circa ſe actum eſſet agnoſcens, probaſſet, Eruigium, iniuriæ immemor, inungi regem præcepit, & ad Monaſterium ſe contulit, in quo Monachus, vſque ad obitum per annos 7. & m. tres perſeuerauit: Iulianus C Toletanus, vt ex eo habet Tudens. De hac tota re legendus canon primus & ſecundus Concilij 12. Toleta. ann. ſequenti celebrati. Huius Vuamba Regis opera, in Generale Hiſpaniarum Concilio, cuiuſque Epiſcopatus diſtinctio, finiumque cuiuſque diœceſis certa partitio facta eſt. Nam quod Raſis Araba id tribuit Conſtantino, & improbabile, & falſum eſt.

Vuamba R. Hiſpa. in amẽtiã verſus fit Monach' poſt ad ſe rediens factũ ꝓbat.

Chriſti Annus.	Agatho. P.	Conſtant. Pogon. Imp.	Indictio.
681.	4.	14.	9

D

SEptima actione, 13. Februarij habita, prolata loca Sanctorum Patrum pro duabus voluntatibus & operationibus in Chriſto, a catholicis, & collata cum Græcis exemplaribus, inuenta ſunt probe reſpondere.

Sequenti die habet Anaſtaſius, in Epitome, quam ſcripſit ſextæ Synodi, (quod abeſt ab actis ſextæ Synodi) Georgium Patriarcham Conſtantinopolitanum catholicam fidem profeſſum.

E Octaua actione, ſuggerente Georgio Conſtantinopolitano Epiſcopo, Vitaliani nomen redditum eſt Diptychis, eadem.

Nona Actione, Macharius Antiochenus Epiſcopus probatus, loca SS. PP. detrun caſſe, & in perfidia perſiſtere vna cum Stephano diſcipulo, damnatur, & deponitur. alij uero tam Epiſcopi, quam clerici pœnitentiæ & rectæ fidei libellos cum offerrent, in proprijs locis recipiuntur.

Actione decima, recepta fidei confeſſio Petri Nicomedienſis Epiſcopi, qui Palinodiam recantarat.

Vndecima, lecta eſt Epiſtola Sophronij Ieroſolymorum Epiſcopi, & mox libelli Macarij Antiocheni referti blaſphemijs, &c.

Duodecima, Lecta eſt Sergij Epiſtola ad Cyrum Epiſcopum Alexandrinum, ſed quæ ſimul in ea intexta erant Mennæ & Vigilij Papæ nomine ſcripta, de vnica voluntate, commentitia eſſe, in ſuperioribus Actis fuerant iudicata.

Hono. P. calũnia liberatur.

XIII. Actione, ſententia lata reperitur in Impios Monothelitas, Sergium, Pyrrhum, Petrum, Paulum Constantinopolitanos Epiſcopos, & Cyrum Alexandrinum, ſed & in Honorium Pont. Romanum, quaſi cum reliquis, hæreticum, ſed acta illa corrupta & deprauata fuiſſe, varie, multipliciter, & luculenter probat auctor Annalium, & Honorium, perſpicuis rationib. ab omni calumnia & hæreſis ſuſpicione vindicat. Auctorem quoque fraudis prodit, Theodorum, olim Constantinopolitanum Epiſcopum, hęreticum audaciſſimum, qui & Vitaliani nomen a ſacris diptychis auferre auſus fuit, hic ſede ante depoſitus, ſuffecto in eius locum Georgio, & in Concilio cũ reliq. Epiſcopis Constantinopolitanis hæreticis damnatus, teſte Anaſtaſio, in compendio 6. Synodi, & poſt Georgio defuncto, qui iuxta Niceph. Chron. tres ann. & totidẽ menſes ſedem tenuit, emiſſa fraudulenter catholicæ fidei profeſſione, cum ipſi aliter ad thronum, equo, ob hæreſim antea eiectus fuerat, aditus non pateret, in eius locum ſubrogatus eſt, quod fieri contigit anno ſequenti. Hic igitur reſtitutus in thronũ ſumma rerum potitus, Synodi prototypum nactus, qua liberate nomen ſuum e numero damnatorum deleuit, eadem & nomen Honorij inſeruit, ſed legendus eſt omnino hac de tota controuerſia auctor Annalium.

Auctor fraudis detegitur.

Duæ uolũtates & operationes ꝓbatę ĩ Christo, ex Athanaſio.

XIV. Actione, poſt lectionem Mennæ, & Vigilij ſcriptorum de vna Christi volun tate, iiſdemque redargutis, vt quæ falſo ſuppoſita eſſent, Tomus S. Athanaſij prolatur eſt, ex quo de duabus voluntatibus, & operationibus, ex inductione longe petita, proditur argumentum. Cuius occaſione illud aduertendum, ſi cognitus Patrib. fuiſſet ſermo, qui Athanaſij dicitur, de Sanctiſſima Deipara, opportuniſſimum erat citare expreſſum locum de duabus voluntatibus & operationibus, quod cum non fecerint, nec tamen ignorare potuerint, ſi fuiſſet Athanaſij, ſatis conuincitur alterius auctoris eſſe.

Arrogantia Monachi hæretici.

XV. Actione permiſſum Polychronio Monacho, a Dæmone illuſo, tentare publice probationem ſuæ peruerſæ Monothelitarum doctrinæ, per excitationem mortui, quod arroganter iactabat. Qua non ſuccedente, nec. n. Deus atteſtatur mendacio, & falſitati, irriſus, & damnatus eſt Polychronius.

Arrogantia presbyteri docere Synodũ profitentis.

XVI. Actione, menſe Auguſto, vltra tres menſes, poſt ſuperiorem celebrata, auditus, damnatus, & reiectus eſt impudens quidam presbyter, Sanctã Synodum docere profeſſus, inane quoddam temperamentum concordandi partes &c. Hoc anno, cum tamen 13. ann. Imp. Constantini non dum abſolutus eſſet, domeſticis ſuſpicionib. laboratum tradunt Annales Græcorum, (quæ cauſa fuiſſe tante moræ huius ſeſſionis videtur) ob quas Imperator fratres ſuos, & collegas Heraclium & Tiberium, in ſuſpicionem rerum nouandarum adductos, amouit, ſoluſque ipſe cum Iuſtiniano filio imperauit, quod tamen, nõ ante 16. diem Septemb. factum apparet, cum ad illam vſque; diem fratres cum Constantino nominati reperiantur, & in fine Synodi acclamationes dictæ ſunt tantummodo Constantino, & eius vnius nomine edictum editum in fine Synodi, & litteræ item ad Synodum datæ ſunt eius tantum nomine.

Decretũ catholicę fidei.

Monothelitę dãnati ex ꝓſcripto epiſtolę Agatho. & Syn. Ro.

Magna ĩpoſtura dãnationis Hono. P.

XVII. Actione, 11. m. Sept. habita, in qua Orthodoxe fidei decretum confirmatum a patrib. publicẽ lectum eſt, quinque vniuerſalia Concilia confirmata, eorum ſymbolis recitatis, ac demum appoſita eſt damnatio Monothelitarum hæreticorum, ex præſcripto epiſtolæ Agathonis Romani Pont. atque Synodi Romanæ, ſed dum primum in eo, inter damnatorum nomina recenſetur nomen Honorij Rom. Pont. & paulo inferius, ſecundum Epiſtolam Agathonis cuncta eſſe definita, & nominatim damnatos in ea fuiſſe hæreticos, eius hæreſis, ſiue inuentores, ſiue defenſores aſſeritur, cum tamen certum ſit non ſolum in ea non eſſe nominatũ, inter dãnatos, Honorium, imo alijs Catholicæ veritatis defenſoribus collaudatum, dum omnium prædeceſſorum ſuorum Agatho catholicam fidem commendat, quam ſequi ſe profitetur, de impoſtura augetur ſuſpicio, quam vide tu apud Annales ipſos luculenter expreſſam.

XVIII. Et vltima, in qua iterum ſancta Synodus in definitione Catholici dogmatis profeſſa eſt ſequi Agathonis Epiſtolam & Synodales litteras Romani Cõcilij. Ad cuius finem Epiſtola eſt Constantini Imp. ad Rom. Synodum.

A Epiſcopi damnati appellant ſedem Apoſtolicam, vt colligitur ex epiſt. Conſtantini Imp. ad Leonem, Agathonis ſucceſſorem, his verbis, *ipſi autem ſcriptis precibus, ſerenitatem noſtram communiter omnes deprecati ſunt, ut ſe ad ueſtram beatitudinem mitteremus, ſic igitur fecimus, eoſque uos miſimus, ueſtro paterno iudicio omnem ipſorum cauſam permittentes.* nam quod Anaſtaſius ſcripſit, eos in exilium Romā miſſos, id inſolitum fuit, vt Romam in exilium mitterentur hæretici. Dānati a Synodo œcumenica appellāt ſedem Apoſt.

Deſideratur inter Acta Synodalia huius nouiſſimæ ſeſſionis epiſtola Synodalis ab eodem concilia ſcripta ad Agathonem Romanum Pontificē, quæ inter epiſtolas Leonis eius ſucceſſoris prima ponitur, qua petit ab ipſo Romano Pontifice confirmari a ſe conſtituta: plane digna epiſtola quæ legatur, cuius priorem partem libet aſcribere, vt agnoſcant Græci recentes, quanti olim Eccleſia Græca fecerit Rom. Pont. Synodal. 6. Synodi ad Agath. abeſt ab Actis.

B *Maximi morbi maioribus indigent auxiliis, ut ſcitis, beatiſſimi, atque idcirco Chriſtus uerus Deus noſter, uirtus uere rerum omnium conditrix, & gubernatrix, ſapientem dedit Medicum, ueſtram a Deo honoratam ſanctitatem, contagio hæreticæ luis fortiter propulſantem, remediis orthodoxiæ, ac ualetudinis robur membris Eccleſiæ largientem. Itaque tibi, ut primæ ſedis Antiſtiti, uniuerſalis Eccleſiæ, quid gerendum ſit, permittimus, ſtanti ſupra firmam fidei petram, acquieſcentes confeſſionis litteris, a ueſtra paterna beatitudine, ad piiſſimum Imperatorem miſſis, quas ut a ſummo Apoſtolorū uertice diuinitus ſcriptas agnoſcimus uerę per quas exortā nuper multiplicis erroris hęreticam ſectam depulimus &c.* & poſt multa, *orthodoxæ autem fidei ſplendidam lucem uobiſcum clare prędicauimus, quam etiam, ut per honorabilia ueſtra reſcripta confirmetis, ueſtram oramus paternam ſanctitatem, per quam bona ſpe in Chriſtum freti confidimus, &c.* Quanti 6. fecerit Ro. Pōt. Synod. petit confirmationē fidei cath. a Ro. Pō.

C Anaſtaſius plura cum addat, quæ non reperiuntur in Actis quæ extant, longe plura prætermittit, dum ſex tantum in ea habitas refert actiones, ipſamque penitus abſolutam ante Paſchale tempus ait, nihil de condemnatione Honorij, neque de alijs ſequentibus habens, Pēſio ob confirmationē Pōtificis ab Impe. re- miſſa.

Tanta autem, addit, *gratia Dei omnipotentis conceſſa eſt miſſis ſedis Apoſtolicę, ut ad lætitiam pop. uel ſancti Concilii, qui in Regia urbe erat, Io. Epiſcopus Portuenſis Dominico die Octauarum Paſchæ in Eccleſia S. Sophiæ publicas miſſas coram Principe & Patriarcha latine celebraret, & omnes unanimes in laudes & uictorias piiſſimorum Imperatorum*, idem latius verbis exclamant.]

Addit Anaſtaſius Imperatorem per ſuam ſacram ad Agathonem, liberaſſe Romanam Eccleſiam a penſitatione, illa pecunię, quam primum imperii Gothorum Regis D Ariani perſoluendam recens creati, Romanis Pont. indixerant, quæque poſt illos extinctos ab Imperatorib. Orientalib. exigi ſolita erat, retento tamē iure confirmationis antiquitus tyrannice vſurpatore. De Canonib. noīe 6. Synodi poſt editis, ſuo loco.

Hic finis geſtorum Synodalium, quæ extant, tam Gręcè quam Latinè fraudulētia hæreticorum corrupta, & deprauata, ſed illud conſtat certum & indubitatum, Monothelitarum hæreſim fuiſſe damnatam, ad quem finem fuerat congregata.

Hoc eodem pariter anno celebratum eſt in Hiſpania CONCILIVM TOLETANVM XII. DICTVM: affuere Epiſcopi 35. pręter tres alios qui Vicarios, & Ab. 4. ſanciti Canones 13.

Epis tantum per hoc tps in Hiſpania tribuit Chriſtiana Religio, vt abſq; ipſorum conſenſu non liceret regnare cuiq; quāuis hęres eſſe defuncti Principis videret. Pri- E mo canone, ſtabilita fide catholica, Regis electionē quā ſcripto ſignificauerant, cōfirmant. Secūdo ne in extremis qūocunque facta profeſſio, permutationē habitus, & tonſurā, violari poſſet, pœna tñ vnius anni excōicationis illi Sacerdoti impoſita, qui non petenti, nec ſentientis, eā impoſuiſſet Can. 6. ſtatutū, vt quem Rex noīaret Epm, vnus Toletanus Eps poſſet de perſona, habita inueſtigatione ſolita, ordinare(q̄ examinatio ante ſolebat fieri p̄ Conciliū) ita tñ vt intra 3. menſes ſuo ſe pñtaret metropolitano. quod Decretum non obtinuiſſe, reclamantibus alijs Hiſpaniarum Epiſcopis, & a primę ſedis obedientia eximi petentib. colligitur ex eo qđ de Rege Encigio Luderſis, Eporum quāta au thoritas in Hiſpania

præter alia, in Chronico habet. Et Romani Pontificis aſſenſu ſtatuit, vt nullus Archiepiſcopus Hiſpaniarum ſubderetur alieno Primati, niſi Romano.

Bed. 4. c. 12. 13. 14. Graui peſte laboratū eſt in Anglia poſt 3. annos ab apparitione Cometæ illius, quæ per 3. menſes durauit. Tunc quoque illud accidit, vt S. Vuilfridus Eboracenſis Epiſcopus, qui ſede pulſus, Romanę interfuit Synodo ſub Agathone, reuerſus in Angliā, cum recuperare ſedem ſuam tyrannice occupatam non poſſet, ad prædicandū Auſtralibus Saxonibus conuerſus, eoſdem adhuc Gentiles, reddiderit Chriſtianos, quo tempore cum iam per triennium nulla pluuia in illis locis cecidiſſet, & fames acerbiſſima magnas ederet ſtrages, baptiſmo ſuſcepto, & copioſa pluuia deſcenderit & fames ſit alleuata.

Cunipertus a Patre Bertarido, regni ſui Longobardorum 8. in Regni conſortium aſciſcitur, & regnat cum patre annis 10.

B

Chriſti Ann.	*Sedes vac.*	*Iuſtiniani iun. Imp.*	*Indictione*
682.	—	15.	10

Agatho Papa 4. Id. Ian. moritur, eadem die relatus in Martyrol. cum ſed. ann. 4. ceſſat eius epiſcopatus annum vnum, menſes 7. dies 5. Anaſtaſius hoc habet. Et colligitur ex actis 14. Synodi Toletanæ, anno 684. celebratæ canon. 2. quo aſſeritur S. Leonem Papam fuiſſe ſuperſtitem, qui omnium teſtificatione non ſedit amplius quam menſ. decem, & dies octo. Cauſam tam longæ vacationis Romanæ ſedis cum nullam afferat Anaſtaſius, acute, & copioſe & admodum probabiliter conijcit auctor. Ann. ex fraudulentia, & vafritie Theodori, ob ſimulatam cōfeſſionem catholicæ fidei, rurſum ad Thronum Conſtantinopolitanum euecti, qui curarit, vt legati Roma ad Synodum miſſi tamdiu Conſtantinopoli detinerentur, ne Synodalia Acta ſecum auferrent, & vt tardius Romæ crearetur Pontifex, ne eſſet, qui ſuis molitionib. poſſet obſiſtere, dū habens in poteſtate Acta, ea pro libidine inuerteret, & corrumperet: ſe e numero hæreticorum eximeret, Honorium intruderet tu vide accuratam diſputationem in Annalibus, ex qua, præter ſupradicta, Honorius etiam clarius purgatur a calumnia.

[Margin: Pau. Diaco. libr. 5. c. 25. — Cauſa lōgioris vacationis ſedis.]

Quod ad res Occidentales attinet, hoc anno celebratum fuit CONCILIVM GENERALE ROTHOMAGENSE in Gallia, ſub Ansberto, eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, cuius Acta deſiderantur, ſed mentio extat apud Angradum Monachū, in eius vita, dum de Priuilegio Eccleſiæ Fontanellenſis agit. Illi interfuit, præter cæteros, Aquilinus Ebroicenſis Epiſcopus, inter Sanctos relatus, cuius Acta extant. D

[Margin: apud Sur. 9. Feb. — S. Aquilinus eps. Apud Surium, 19. Octob.]

Audomans Abbas, qui legitur affuiſſe, is creditur, qui alumnus Monaſterij Luxouienſis, poſt Morinenſis Epiſcopus, Apoſtolico munere in conuertendis Gentilib. claruit, 9. Sept. Martyr. extant Acta.

[Margin: S. Audomās Abb.]

E

Chriſti Annus.	*Leonis P. 2.*	*Iuſtiniani iun..Imp.*	*Indictio.*
683.	1.	16.	11.

Poſt longam vacationem, accepit Eccleſia Leonem ſecundum Pontificem, creatū, ſiue potius ordinatum 15. m. Aug. Hic, natione Siculus, celebratur ab Anaſtaſio, vt eloquentiſſimus, & Græce ac latine eruditus.

Imperator detētos hactenus legatos Apoſtolicos Romā redire permiſit, quib. & Synodalia Acta a Theodoro, vt ſupra dictū eſt, deprauata, eademq; Græce ſcripta, Romam ad Pontificē perferēda tradidit, quæ accepta Leo latinitate donauit: fuiſſe in eis nomen Honorij inter damnatos hæreticos numeratum inuentum, prout eadem, quæ præ manibus habentur Acta præſeferunt, æque Anaſtaſius aſſerit, qui tamen in

Agathone

Agathone,vt viſum eſt ſupra, dum agit de eadem Synodo , nullam habuit de Hono-
rio mentionem,vt intelligatur in legitima Synodo , Actiſque eius,tempor bus Ag
thonis,nihil pœnitus aduerſus Honorium Papam fuiſſe a patribus definitum, imm
A neque attentatum,ſecus vero poſt Agathonis mortem. Acta igitur illa corrupta,cun
damnatione Honorij,recepta eſſe a Leone Pontifice credita ſunt a pluribus,teſtifica
tione litterarum ipſius Leonis, exiſtimantibus nimirum illius eſſe , quæ tamen confi-
ctæ & ſuppoſititiæ,multis argumentis coarguntur & conuincuntur ab auctore Anna
lium,quas , qui anceps eſt in cauſa Honorij, legat apud eum , & plane purgatum ab
omni ſuſpicione inueniet Honorium & ipſum Leonem, & fraudẽ multiplicem factã
agnoſcet,& confitebit Epiſtolę porrò examinanda ſunt,Imperatoris epiſtola ad Leo
nem,Leonis ad ipſum,&quatuor in Hiſpaniam miſſæ,quæ omnes habentur in Tom.
epiſt.Rom.Pont.inter epiſt.Leonis 2.

Leonis no-
mine epi-
ſtola ſup-
poſita.

Hoc ipſo anno,prid.Non Nouembris habitum eſt CONCILIVM TOLETA-
NVM XIII.quod generale vocatur, in ſequenti 14.qđ ex omnib.Hiſpaniæ prouin-
B cijs conueniſſent Epiſcopi 48.vicarij Epiſcoporum 27. in ea can. ſanciti 13 Eruigius
Rex,pro ſua erga Epiſcopos reuerentia, illis in Concilio congregatis permittit ſan-
cienda,quæ Regij viderentur eſſe iuris,& de reſtituendis in priſtinos honores & bo-
na,qui Tyrannum ſectati fuiſſent,& alia huiuſmodi,contra quam nunc fit a pleriſque
magno conatu ſatagentibus omnia a tribunali Eccleſiaſtico ad ſuum ſæculare attra-
here,Can 7.abuſus tollitur quorundam,qui vindictam in proprios hoſtes a ſanctis ex
petebant,celebri quadam cæremonia,a ſanctis quidem Epiſcopis accepta,cum aduer
ſus potentiores bona Eccleſię inuadentes,ſancto zelo inducti poſt alia fruſtra tenta-
ta remedia,altaria nudantes,luminaria ſubtrahentes,ſacrificia tollentes, ſanctos illos
excitare ſolebant,quorum ablata eſſent bona,euentu ſubſequente,vt propediem diui-
na illos vindicta attingeret,quod apud Gregor.Turon legitur.

Rex Hi-
ſpaniarũ,
quantũ tri
buat epis.

C Celebrato Concilio,cum iam reuerſi eſſent Epiſcopi ad ſuas Eccleſias,allatæ ſunt
in Hiſpaniam litteræ Leonis Romani Pont.ſimulque 6.Synodi œcumenicæ Synoda
lia Acta,ab ipſo miſſa,cum vero nec tempus opportunũ eſſet,ingruente ſæua hieme,
eos iterum conuocandi,viſum eſt in ſequentem annum differre eiuſmodi rei tractatio
nem . Ne autem iſtius modi mora aliquam inobedientiæ ſuſpicionem poſſet afferre,
conſultum fuit,vt interim ea per Eccleſias ad Epiſcopos mitterentur, vt confirmatio
rerum in œcumenico conuentu geſtarum fieret , quæ vna cum Apologia de dilato ne
gotio,ad Ro.Pont.mittitur.Teſtantur hæc Canones 14.Synodi Toletanę,anno ſequen
ti habitæ,in cuius 2. de honorifica etiam ad Rom.Pontif.miſſa legatione mentio ha
D betur .

Sub hoc Pontifice,iuſſu Imperatoris,Rauennas Eccleſia reddita eſt ſedi Apoſtoli-
cæ,vt defuncto Archiepiſcopo,qui electus fuerit,iuxta antiquam conſuetudinem Ro
mam adeat ordinandus.Sanxit Leo,vt qui ordinatus fuerit Archiepiſcopus, nulla cõ
ſuetudine,pro vſu pallij,aut diuerſis officijs Eccleſiæ,quidquam perſoluat. Vetuit ne
Mauri Rauennatis annua memoria fieret, vt in ſchiſmate defuncti. Eccleſiam ædifi-
cauit nomine S.Pauli iuxta S.Bibianam,vbi corpora ſanctorum Simplicij , Fauſtini,
& Beatricis condidit. Anaſtaſ.

E *Chriſti Annus.* *Benedicti P. 2* *Conſtant.Pogon.Imp.* } *Indictione*
684. 1. 17. 12.

LEo Papa,cum ſediſſet m.10.& dies 8 moritur 4.Kal.Iul. eadem die aſcriptus Mar
tyrologio:ceſſat Epiſcopatus m.1.d.22.

Benedictus Romanus 20.Aug.Pontifex creatur, obtinuit ab Imperatore , petente
Senatu,clero,& populo,vt electus Pontifex nulla expectata confirmatione Impera-
toris conſecraretur,quam vſurpatam primum a Regibus Gothorum,& illis expulſis,
Orientales ſibi vendicarunt Imperatores Anaſt.

Libera cõ
firmatio
Ro.Pon.
remittitu
ab Imp.
electoru.

Benedi. nomine ſuppoſitę litteræ.

Feruntur eiuſdem Benedicti nomine adhuc presbyteri electi, nec dum tamen conſecrati, Epiſtolæ duę; altera ad Petrum Notarium Regionarium, vt ſuſceptum munus à Leone Pontifice proficiſcendi in Hiſpanias, vt Synodalia decreta 6. Synodi ab Hiſpaniarum Epiſcopis ſubſcribenda deferret: altera verò ad Eruigium Regem inſcripta &c. quæ tamen falſæ, & nomine Benedicti ſuppoſitæ coargūūtur ex Actis Synodalibus Concilij Toletani 14. hoc anno celebrati a 18. Kal. Decemb. ad 12. Kalen. eiuſdem menſis dum ſe per eum, qui à Leone Pont. miſſus eſt in Hiſpanias, iam accepiſſe eadem acta Synodalia ſextæ Synodi profitentur.

Hoc eadem anno, qui & V. Eruigij Regis numeratur, celebratū eſt CONCILIVM TOLETANVM XIIII. Cauſa illud celebrandi fuit, quod ad fineelapſi anni accepiſſent Acta ſextæ Synodi a Leone ſubſcribenda, ſed cum ob id celebrandum foret Generale Concilium totius Hiſpaniæ, nec tamen propter diuerſas turbas licuiſſet, illud factum, vt ſaltem in vnum conuenirēt Toleti, Epiſcopi Prouinciæ Carthagin. & quidquid ibi decretum fuiſſet, idem reliquarum prouinciarum Synodales conuentus, eadem de cauſa celebrandi, ęque probarent, id præfantur Epiſcopi in Cōcilio: mox per aliq. can. examinata & confirmata ſunt Acta 6. Synodi. B

Pius Imp. filios ſuos tradit Pa. quadā ſolēnitate, quaſi adoprandos. li.6.c.15. Vet. edit. 53. Nou.

Illud notandum, quod dicunt, Can. 7. hanc quæ ſexta dicitur, quinto loco ordine ponendam, poſt Nicænam, Conſtantinop. Epheſinam & Chalcedonenſem, nō propterea id dicere, quod Quintam abijcerent, ſed quia cum in ea nihil de fide, ſed tantum de perſonis actum eſſet, videretur prætereunda, vt non dogmatica. Vigebat, per hoc tempus, conſuetudo, vt per capillorum exhibitionem quis alicui offerretur in filium, & qui eum accepiſſet, patris nomen conſequeretur, ſic igitur Pius Imperator Conſtantinus capillos Dominorum Iuſtiniani, & Heraclij filiorum ad Papam direxit, & ipſe cum clero, & exercitu inquit Anaſtaſius, quaſi dicat, cum quadam ſolemnitate ſuſcepit, quod factum eſt a Pio Imp. vt filij ſui ſe Rom. Pont. peculiarē habere parentem, cuius monitis impenſius parere deberent, eumq; vt patrē, diligere ac reuereri. Simile quiddam narrat Paulus Diac. de Pipino filio Caroli Principis Francorum ad Liutprandum miſſo, vt eius, iuxta morem capillum ſuſciperet, qui, inquit, eius Cæſariem incidens, ei Pater effectus eſt, &c. Theodorus, Conſtantinopolitanus Epiſcopus moritur, cum ſediſſet ann. 1. m. 10. iuxta Niceph. Chron. in eius locum, ex laico, ſubrogatur Paulus.

Bed. li.4. c.26.

Hiberni, hoc anno, miſere vaſtantur ab Ecfrido Nordhumbrorum Rege, perlegatum, amici, & immeriti, & vindicari a Deo potentes, videntur exauditi, cum proximo anno idem Rex progreſſus ad vaſtandos Pictos, multum prohibentib. amicis, & maxime Euthberto Epiſcopo, cum maxima parte copiarum eſt cæſus. D

Ex quo tempore Regnum Anglorum cæpit defluere, Pictis, & Britonibus ex parte libertatem recuperantib.

Chriſti Annus.	Ioan P.5.	Iuſtiniani iun. Imp.	Indictio.
685.	I.	I.	13.

E

Dei ꝓuidentia ſtabilit Imp.

Conſtantinus Imperator, cum imperaſſet ann. 17. moritur, Iuſtinianus filius init Imperium 14. Ind. m. Sept. Diuinitus factum eſt, vt cum maxime timeri poſſet collapſurum Orientale Imp. Imperatore ipſo penè puero, leui & nullius conſilij, ſtaret tamen & amplificaretur pluribus prælijs per legatos bene geſtis, prouincijs recuperatis, Iberia, Albania, Hircania, & Media, & vt Sarraceni inſtaurarent pacem cum patre factam, aucto annuo tributo, ſic Deo Pietatem munerante. Theophan. Cedrenus.

Arm. Eccleſia erroribus inficitur.

Idem Imperator inuentos in Armenia Manichæos, & interrogatos, ac pertinaces inuentos, comburi iuſſit. Lucas Siculus vetus hiſtoricus.

Armeniæ Eccleſia, agens ſub Sarracenis, pluribus repleta eſt erroribus, cum vino

A tantum, in ſacro ſancto incruento ſacrificio vteretur, nulla admixta aqua. Quod ad ſacerdotium, nullum admittrent Iudæorum, niſi ex ſacerdotali genere, & alijs, de quibus canones 6. Synodi poſt ſanciti.

Benedictus Papa, pro munere Romani Pontificis proprio, conſeruandi fidem catholicam, ab omni nouitate in rebus, & in verbis, cum legiſſet in litteris Epiſcoporũ, quibus confirmabant definita in ſexta Synodo, nonnulla ambigua, & quæ male intelligi poſſent, paternè illos admonuit, vt ambigua declararent, & corrigerent, quę jidẽ Hiſpani Patres excuſauerunt poſtea in Concilio 15. Toletano poſt biennium habito, ex cuius Actis corrigitur Rodericus Toletanus in eo, quòd Benedictum Papam calumniari videtur. *Papę eſt fidẽ ab oĩno uitate cõſeruare intactam.*

B Mortuo Theophane Epiſcopo Antiocheno, cum ſed. an. 5. iuxta Niceph. in Chro. optauit Pontifex Benedictus Macarium agentem Romæ exulem, damnata hæreſi, reſtituere in ſedem Antiochenam, at ceruicoſus homo, nunquam ad meliorem mentem perduci potuit. ex act. 1. Concil. Nicen. 2

Hic Pontifex plures Eccleſias reſtaurauit, & exornauit, vt Eccleſiam S. Petri, S. Laurentij Martyr. quæ appellatur Lucinæ, B. Valentini, via Flaminia; B. Mariæ ad Martyres. ex Anaſt. Cum autem ſed. m. 8. & d. 17. moritur 7. d. Maij, eadem inter ſanctos relatus. Vacat ſed. m. 2. & d. 15. Anaſt. vt 22. Iulij ſubrogatus ſit in locum eius Io. V. Syrus, Antiochenus, ex Diacono, qui legatus affuit in 6. Synodo, vir ſtrenuus, doctus, & moderatus: a qua legatione rediens attulit releuationem annonæ capitũ Patrimoniorum Siciliæ, & Calabriæ. ex Anaſt. Hic ordinationem Epiſcopi Eccleſiæ C Turritanæ in Sardinia, peculiaris iuris ſed. Apoſt. ad tempus conceſſam Archiepiſcopo, ac poſt diu vſurpatam, iuxta determinationem Martini Papę & Concilij, eidem ſedi Apoſt. recuperauit Anaſt.

Ebroinus ex Monacho, Theodorico Rege in priſtinum ſtatum reſtitutus, & Maior domus effectus, cogitans de vlciſcẽdis inimicis, perſuadet Regi, vt Conciliũ Epiſcoporum celebretur verè tyrannicum in quo multos Rex de eius ſententia priuat, aliquot etiam eorum irreuocabili exilio damnat, ſub tam proceloſo domeſticæ perſecutionis tumultu, S. etiam Lambertus à Traiectenſi amotus Epiſcopatu, in Cœnobio Stabulenſi Monaſticæ quietis expetit portum; ibique per 7. annos habitat. S. Leodigarius Epiſcopus Auguſtodinẽſis, a ſuo Epiſcopatu abſtractus diu ab Ebroino tor D tus, poſt famem & carceris ſqualorem, poſt oculorum euulſionem, poſt plantarum conciſionem, poſt linguæ, & labiorum exciſionem, tandem conſummauit martyriũ, per capitis abſciſſionem. Anſegiſus Pater Pipini a Gunduino perimitur, quem inuẽtum, & nutritum, de ſacro fonte ſuſceperat. hæc Sigebertus in Chroni, & S. Leodogarii Vita ab Vrſino eius æquali ſcripta. Eius memoria colitur 2. Octob. *Ebroini feritas.* *apud Sur. 2. Octob.*

Idem Ebroinus Gerinum B. Leodegarij fratrem, multis contumelijs affectum, lapidari curauit. In Philibertum quoque Abbatem monitorem, odio exarſit, & Amatũ Epiſcopum Senonenſem in exilium eiecit.

E

Chriſti Ann.	Ioan. P.	*Iuſtiniani iun. Imp.*	*Indictione*
686.	1	7.	14

IO. Papa vbi ſed. ann. 1. & dies 11. moritur die 2. Auguſt. ceſſauit Epiſcopatus m. 2. d. 18. 20. Octob. creatus eſt poſt contentionem cleri, & exercitus, illo, Archipresbyterum Petrum, hoc, presbyterum Theodorum expetente in Pontificem, Conon genere Thrax, ſed educatus in Sicilia, inde vero presbyter Roman. Eccleſię, in quem Clerus Popul. & exercitus denique conſenſerunt, & nuncios ad Exarchum pro more miſerunt. *Conõ electus p cõtentionẽ*

Iuſtinianus Imperator remiſſa conſuetudine confirmandæ electionis Rom. Pont. a ſuo pijſſimo parente Conſtantino, & priſtinæ liberati Eccleſia Rom. vindicata, al *Papa non creat̃ abſque exar- [illegible]*

ſibi via eam vſurpare ſtudiut, nimirum vt non crearetur Pontifex abſque Exarchi conſenſu, per quem militaribus copijs ſuffultum, non alius crearetur, quam ſibi carus & probatus. Ex quo illud obortum malum, vt ambientes Pontificatum per Exarchi miniſterium illum conſequi conarentur, ſiue muneribus, ſiue alijs officijs hominem demerentes, Clero autem Romano in contrarium adnitente ſæpe ſchiſmata ſunt conflata. A

Iuſti. iun. incipit vacillare in fide.

Porrò Iuſtinianum cæpiſſe hoc anno vacillare in fide, & diuerſa a Rom. Pontifice ſenſiſſe ex epiſtola Nicolai primi ad Michaelē Imp. conſtat, cum Cononis legatos Conſtantinopolim miſſos præuaricari coactos aſſerit, & ex Cedreno: ac propterea ſenſit numen iratū, ingenti fame vexata Syria, & rupta pace ſancita cum Bulgaris, vt eſt, apud Theophanem. In reliquis conſtat, Anaſtaſio auctore, ipſum Iuſtinianum voluiſſe videri de Eccleſia Romana bene mereri, dum ex parte minuit Tributum, quod Capitatio dicebatur patrimonij, quod ea habebat in Brutijs, & releuaſſe ea penſitatione alia patrimonia in Sicilia, Cononem carpit Anaſtaſius, quod morte Theophanis, vacante Eccleſia Antiochena. Conſtantinum Diaconum Eccleſiæ Syracuſanæ, Rectorem patrimonij in Sicilia, incōſulto Romanæ Eccleſiæ Clero, quod ſolebat, quorundam Eccleſiaſticorum perſuaſione, ordinauit Epiſcopum, eique Pallium, de more conceſſerit. Quo detecto ſeditioſo, a Magiſtratibus Imper. in Sicilia iuſſus fuit arcta aſſeruari cuſtodia. B

Iuſti. iun. beneficia ī Eccl. Ro. Cenon inconſulto clero Ro. eligit Antioch. epm

S. Kilian[9] Francorū Oriētaliū Apoſtol. apud Sur. 8. Iul.

Per hoc tempus Kilianus Monachus Hibernus, incenſus ſtudio euangelizandi gentibus Romam proficiſcitur, vbi a Conone exceptus, & ordinatus Epiſcopus, emittitur ad prædicandum. Vrbe igitur egreſſus, cum Colomanno, & Totnano leuita, in eā Germaniæ partem, quæ Orientalis Franciæ, ſeu Francorum dicitur delatus, breui regionis linguam cum didiciſſet, prædicatione & vitæ exemplo, Gosbertum Ducem cum gente, ad Chriſti fidem conuertit. Ex eius vita. C

S. Kilian[9] alter.

Alter quoque Kilianus item Hibernus, gloria confeſſionis illuſtris, claruit in agro Atrebatenſi, cuius natalis in Belgio agitur 13. menſ. Nouemb. de quo Molanus.

In Hiſpania per hoc tempus, inualeſcentes Iudæi, inter alia, Chriſtianis exprobrabant falſam annorum ſupputationem ab origine mundi, ob idque eos falli, quod ante tempus Meſſiam receperint, cuius tempus nondum adeſſet, ad quos conuincendos S. Iulianus Epiſcopus Toletanus, hortante Eruigio Rege, tres edidit in eos, libros, qui extant, quos ſe abſoluiſſe hoc anno ſignificat, libro 3. ad finem, quo computat ab origine mundi ſex mille, & 11. annos, cuius Chronologia per Eram, in Hiſpania receptā, quam numerat 724. huic Annalium ſupputationi, in omnibus aſtipulatur, cum deductis 38. annis, ex quo Era inuenta eſt, vſque ad Natiuitatem Chriſti reſidui ſint 686. anni. D

Cōfirmatᵉ hac Chronologia Era Hiſpaniarū. Iulia. tres celebres ſcriptores

Longe diuerſus ab hoc Iuliano Epiſcopo Toletano, ille eſt, qui Pomerij nomine recenſetur ante 200. annos, Gelaſij tempore viuens (vt eſt apud Gennad) Maurus, preſbyter tantum, in Gallijs agens, nec fide Catholica integer. erroris occaſio forte fuit, quod vterque libros eodem, Prognoſticon, titulo edidit, ſed authores ab vtroque citati, eos inuicem ſatis diſcriminant, ſed diſtinctus eſt ab vtroque Iulianus Eccleſiæ Toletanæ Diaconus, cuius eſt præfatio in libros S. Ildefonſi, de Laudibus Sanctæ Mariæ æque cognomine inſcriptus Pomerius, ſiquidem in ea præfatione meminit Sisberti Archiepiſcopi Toletani, qui poſt Iulianum defunctum, illam rexit Eccleſiam, ſed nec libri contra Iud. Iuliano Diacono Pomerio dicto aſcribi poſſunt, in quibus ſe paſtorem nominat, neque vero liber Prognoſticon, qui in præfatione ad Iulianum Epiſcopum Barcinonenſem, fratrem eum appellat, vtique Coepiſcopum. E

A

Chriſti Annus 687 | *Cononis P. item* 1 | *Iuſtin. Iun. Imp.* 3 | *Indictione* 15

COnon ſanctiſſimus Papa moritur, 15. menſis Octobris, cùm ſediſſet menſ. 11. & d.23. iuxta Anaſtaſ. quo antiquiorem non habemus, quem ſequamur. ceſſat Epiſcopatus men. 2. d. 13. quo tempore ſtudia cleri & populi in duas ſciſſa ſunt partes, altera fauente Theodoro Archipresbytero, altera Paſquali Archidiacono, qui cum inuicem, nullo modo, cederent: vtraque cleri & populi pars, poſt multam B conſultationem, conſenſit in Sergium presbyterum Antiochenum, Panormi in Sicilia nutritum, & in Eccleſia Romana per omnes gradus promotum, 26. menſis Decembris. Cui ceſſit ſtatim Archipresbyter, poſt etiam, inuitus, Archidiaconus Paſchalis, ſecreto tamen euocans Rauenna Exarchum cum militia, centum libris auri promiſſis, vt ſe Pontificem fieri curaret, qui cum veniſſet, & omnes in Sergio conuenire comperiſſet, Paſquali quidem obſequi non potuit, aurum tamen ab Eccleſia exegit, fruſtra reclamante Pontifice, & ad compunctionem animorum commouendam, cantharos & coronas, quæ ante ſacrum altare, & confeſſionem Beati Petri Apoſtoli, ex antiquo pendebant, deponi & pignori tradi, iubendo. Paſchalis non poſt multum tempus, diuino iudicio, ob incantationum crimen Archidiaconatu priuatus, & in monaſterium retruſus, poſt quinquennium, præ cordis duritia impœnitens defunctus eſt. ex Anaſtaſio.

Contētio de elect. Pont.

Paſchalis Archid. ſimoniace tentat inuadere Pontificat.

C Hoc eodem anno, tertio, a S. Leodegarij martyrio, Ebroinus Theodorici Regis maior domus ab Ermenfrido trucidatur, truculentus carnifex, cuius anima a quodam, cui effoderat lumina, oranti viſa, ad pœnas trahi. Ado. Vienn. 13. Kal. April. moritur Cudbertus, Epiſcopus Lindisfarnenſis, ab infantia ad ſenectutem, ſanctitate clarus, de quo Beda [a], cuius vitam proſecutus eſt carmine, & ſoluta oratione.

Ebroinus ferus, & immitis trucidat, & ad inferos detruditur.

Eruigius item Hiſpaniarum Rex moritur, anno Regni 8. ob acerbitatem morum ingratus populo, quem cum ſciret, prætermiſſis ſuis filijs, electurum Egicam, ſiue Egicanem, Vuambæ conſobrinum, ſeu filium, illum ſibi generum aſciuit, collocata illi Cixilone filia, & ſacramento obligauit, vt filijs ſuis conſuleret. Hic igitur Egicanes Eruigio mortuo, ab Epiſcopis & magiſtratibus electus, ante quam Regni ad- D miniſtrationem capeſceret more patrio pop. præſtitit iuramentum, iuſtitiam ſe illi ſinceriſſime adminiſtraturum. hæc in Concilio Tolet. 15. ſeq. anno habito.

a li. 4. ca. 27. &c.

Chriſti Annus 688 | *Sergii Pap.* 1 | *Iuſtin. Iun. Imp.* 4 | *Indictione* 1

CElebratur CONCILIVM TOLETANVM XV. cōuenere Epiſcopi LXI. E per Vicarios quinque, Abbates 11. Comites 17. Actum de vtroque iuramento Regis; vno, Eruigio, ſocero Regi, dato de filiorum vxorisque eius defenſione, altero populo de adminiſtranda iuſtitia: cum vtrumque ſimul præſtare impoſſibile exiſtimaret. Rex Egica pijſſimus in medio Epiſcoporum poſitus, humique proſtratus, ſacerdotum Dei ſe commendat orationibus, & petitiones ſuas offert Patrib. legendas. Iuramentum vtrumque lectum in Concilio, & viſum vtrumque ſeruandum, ſalua iuſtitia. Mox, ſtatuto, de more fidei Catholicæ fundamento, actum de capitibus a Benedicto Papa, ante biennium, in eorum litteris obſeruatis, de quibus illos admonuerat, illaque exponentes recte & pie, atque ex Patrum ſenten-

A

tia eſſe prolata docuerunt. Iulianus tamen Toletanus Epiſcopus, cui omnia eiuſdem Concilij ſcripta tribuuntur, paulo licentius inſultauit in Romanum Pontificem. Sergius factam declarationem probauit & legatione, a Iulianoq; bene excepta, per eandem, gratiarum actionem remiſit, extat in 16. Concilio Toletano præclarum Elogium Egicæ Regis.

Theodericus Francorum Rex anno Regni 19. moritur. ſuccedit filius Clodoueus Tertius, & regnat ann. 4. colligitur ex Angrado monacho in vita ſancti Ansberti[a] Rothomag. Epiſcopi: deinceps Francorum Regnum adminiſtratur per Maiores domus vſque ad ann. 750. ipſis Regib. voluptuoſis, & ignauis redditis.

a Apud Sur. 9. Febr.

B

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Iuſtin. Iun. Imp.*	*Indictione*
689	2	5	2

Ceadualla, vt Beda, Cedualdradus, vt alij plures, Rex Occidentalium Saxonum, vt Beda,[b] vel potius Britannorum, pietatis ergo, dimiſſo regno, peregrinatus Romam ad limina Apoſtolorum, expetens, ibi baptizatus vinculis carnis diſſolui, in itinere exceptus honorificè a Luniberto[c] Longobardorum Rege, voti compos a Sergio Papa amantiſſime exceptus, & Sabbato Sancto Paſchali baptizatus, & Petrus vocatus, in albis adhuc poſitus, morbo correptus, paucos poſt dies, migrat in cœlum, egregio epitaphio exornatus.

C

Tres Coaduellæ Britannorum Reges celebrantur a Beda,[d] quorum hic tertius dici potuit Rex Saxonum, a Saxonibus deuictis.

Kilianus Epiſcopus Herbipolenſis,[e] Colomannus presbyter, & Totnanus Diaconus, poſt Gosbertum Ducem cum Francorum gente ad fidem conuerſum, a Geila, inceſta Ducis vxore, nimirum vxore ſimul eiuſdem fratris, quod Epiſcopus diceret non licere, clam necari, & defodi eorum corpora iubentur, dum in bello abeſt Gosbertus Dux, ad quorum necem magis occultandam ſtabulum equorum in loco fieri mandat; at, nihil occultum quod non reueletur, interfectores a dæmone correpti, magnis clamoribus, dire torti, facinus euulgant, ac a præſentibus pœnis tranſeunt ad æternas. Geila & ipſa arrepta a dæmone incendi ſe a SSS. MMM clamans, ad æternos migrat cruciatus. Gosbertus a ſeruis ſuis interimitur: filius principatu deijcitur, cognati affineſque eorum a contribulibus tanta patiuntur, vt vix aliqua eis Reipublicæ dignitas relicta ſit. qua de cauſa hæc vltio in eos inciderit, ignoratur, an ab impiis, ipſi pietatem colentes, an vero quod pietatem colere deſierint, hæc illis contigerunt. SSS. MMM. anniuerſaria memoria in Eccleſia coluntur 8. Iulii qua paſſi ſunt die.

D

b Beda li. 5. c. 7. Acta Vulmari apud Surd. 20. Iul.

c Paul. Diac. 6. c. 15.

Rex Britannorũ optat Romæ baptizat⁹ emori, & obtinet.

d Bed. li. 2. ca. 2. & 3. c. 1. & 4. c. 15.

d Acta apud Sur. 8. Iulii. Et epitaphium.

Impiũ facinus alterius Herodiadis. Bed. li. 3. c. 27. & li. 5. c. 10. & 12.

12. Apoſtol. viri ad euãgelizãdum gentib. a Pap. emiſſi.

Chriſti Ann.	*Sergii Pap.*	*Iuſtin. Iun. Imp.*	*Indictione*
690	3	6	3.

E

Ecgbertus Anglus, monaſticis diſciplinis in Hibernia excultus, incenſus ſtudio inuehendi Euangelium in Germanicas gentes, a quibus natio Anglica originem ducebat, ſed per diuinam reuelationem edoctus, aliter de eo Deo viſum, vt videlicet ad Columbæ Monaſteria inſtituenda pergeret; Vuitbertus, vnus de eius ſociis, in Friſiam nauigauit, vbi per biennium nullo operæ pretio apud barbaros facto, ad ſuam ſolitam anachoreticam vitam rediit. Id vero aduertens Ecgbertus, dimiſſo Vuilbrordo Romam a Sergio Papa benedictionem, & facultatem Euangelizandi gentibus cum ſociis, impetrauit. Duodecim igitur Ecgbertus Apoſtolicos viros, actione & eruditione præclaros, in opus verbi Dei emiſit, quorum hæc ſunt nomina, Vuil-

lebrordus,

A lebrordus, Suuibertus, Acca, Vuigbertus, Vuillibaldus, Vuinibaldus, Lebuinus, duo Euualdi, Vuemficdus, Marcellinus, qui hanc in Suiberto ſcripſit hiſtoriam, omnes ſacerdotes, & Adelbertus Leuita, Regis Deirorum filius, qui diuertentes ad Pipinum Ducem Francorum, benigne ab eo ſuſcepti, in citeriorem Friſiam quam nuper, expulſo Radbodo Rege cæperat, ad prædicandum miſit, pro ſua auctoritate, ne quis illis moleſtus eſſet; &, qui fidem ſuſciperent, beneficiis attollens, ex quo breui multi ad fidem conuerſi. Apud Sur. 1. Mar. & de Adelberto 25. Iun.

Magnus ille Theodorus [a] Roma miſſus in Angliam, Dorouernenſis Archiepiſcopus, Legatusque Sed. Apoſtolicæ, ſanctitate & doctrina clarus, annorum octoginta octo moritur. ſedit 22. ſub quo Anglorum Eccleſiæ multum ſpiritali profectu auctæ ſunt. ſuccedit ei Berectuualdus [b] vir doctiſſimus, quem Romam profectum accepiſſe ordinationem a Sergio Papa. Anaſtaſ. in Sergio teſtatur. Eius anniuerſaria memoria 19. Sept. celebratur. a Bed. li. 5. c. 8. s. Theod. Archieps Angl. moritur. b Bed. li. 5. c. 9.

B Hadrianus [c] Abbas pariter cum eodem Theodoro a Vitaliano Papa miſſus, poſt tranſitum Vuilficdi, diem obit. Moritur item hoc anno 8. Id. Mart. S. Iulian. Epiſcopus Toletanus, vbi ſed. ann. 10. m. 1. ac d. 7. relatus inter Sanctos, ſubrogatur Siſibertus, aliis Sigebertus, ſeu Sisbertus. c Beda li. 5. c. 21.

Imperator pacem cum Sarracenis pactam, leui de cauſa diſſoluit, quod ſcilicet pecunia ab illis tributi loco pendi ſolita, haud ex more cuſa eſſet, ipſius Imperatoris imagine, ſicque nec oblatum in maſſa aurum accipere voluit.

Cyprios Sarracenorum incurſionibus expoſitos, migrare cogit, quorum pars naufragio, pars languore perit, pars reuerſa eſt, pars reliqua habitauit in Helleſponto. C De cuius Epiſcopi Io: priuilegiis, canon extat in ſexta ſynodo 39. & 37. generalis de aliis omnibus Epiſcopis ſic fugatis. Cyprus deſeritur præ incurſionibus Sarracenorum.

Abdimelech Sarracenorum Tyrannus, cum ad templum Mechæ ædificandum auferre vellet columnas Sanctæ Gethſemanis, rogatus fuit a Sergio Manſur, viro Chriſtianiſſimo Logotheta, & a Patritio in Palæſtina Præpoſito, vt illis dimiſſis, alias ab Imperatore ſibi mitti peteret, quod & factum eſt. Sergius hic Manſur Io: Damaſceni Pater fortaſſe fuit, qui & ipſe, teſte Suida, & aliis, dictus fuit Manſur, quod nomen eſt familiæ: tali namque pio, nobili, ac libero progenitore ipſum natum eius Acta teſtantur.

D *Chriſti Annus* 691 | *Sergii Pap.* 4 | *Iuſtin. Iun. Imp.* 7 } *Indictione* 4.

CONCILIVM CAESARAVGVSTANVM CELEBRATVR III. ordine poſitum, in quo ſanciti quinque tantum canones. Inter alia autem, quod etiam Toletanum 13. Concil. ſtatuerat, de vxoribus Regum, ne poſt eorum obitum, ad ſecunda vota pertranſeant, ne videlicet occaſio daretur alicui inuadendæ tyrannidis, additum eſt præſenti Concilio, vt Relicta Regis veſtem Regiam mutet, religioſam induat, atque inter Moniales in monaſterio vitam tranſigat. Relicta Regis monialis efficiatur.

Bertharidus [d] Rex Longobardorum, cum regnaſſet ſolus annos 7. decem autem E cum filio Cuniperto, moritur; poſt quem idem Cunipertus, vſque ad 12. regnum tenuit: vir Pius, fide Catholicus, iuſtitiæ tenax, pauperumque largiſſimus nutritor appellatur a Diacono. Monaſterium, quod Nouum appellatur, qua olim fugiens, euaſerat, conſtruxit Domino & liberatori ſuo in honorem Sanctæ virginis, & martyris Agathæ, in quo multas virgines aggregauit; Regina vero vxor Rodelinda Baſilicam Sanctæ Dei Genitricis, extra Ticini muros, ad perticas dictam. d Paul. Diac. lib. 5. cap. 33. & c. 1. & 6. c. 17.

Cunipertus, cum regnare cœpit ſolus Alacham Ducem Tridentinum, ſæuum hominem, & clericis omnibus perinfenſum, ſubditum ſuum, expertus eſt aduerſarium, poſt multa ab eo damna illata, Zeno Diaconus Eccleſiæ Ticinenſis impro- Diac. li. 5. c. 40. 41.

bato,

bato exemplo, bellum aduerſus eum ſuſcepit, putans ſe obſequium præſtare Deo, in quo miſere interijt. Machis demum Tyrannus, cum Cuniperto confligens profligatur, & occiditur. A

Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus cum ſed. ann. 7. moritur, ſuffecto illi Callinico, ex presbytero, vaſorum cuſtode, homine nouandarũ rerum ſtudioſiſſimo.

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Iuſtin. Iun. Imp.*	*Indictione*
692	5	8	5

Decimo anno a 6. ſynodo, Canones ſub eius noĩe ſanciti.

DEcimo anno a celebrata ſexta Conſtantinopoli ſynodo (non vero quarto, vt Tharaſius, & minus 27. vt Theophanes) celebratur, item Conſtantinopoli Conciliabulum, ſeu Pſeudoſynodus, in qua nomine ſextę ſynodi centum & tres Canones (quod nunquàm hactenus in aliquo Concilio legitur) ſanciti leguntur. *Quod,* inquit Balſamon, 5. *& 6. ſynodus non fecerunt Canones ad Eccleſiarum conſtitutionem; hæc facta eſt ad ſupplementum duarum: propterea enim nec 6. proprie nominatur, ſed* πενθέκτη *qui niſexta. nam quod illi vtrique deerat repleuit. eſt autem etiam generalis,* inquit, quod falſum eſt. B

De tpe pſeudo ſynod.

Tempus ſatis conſtat ex can. 3. ex quo apparet, non ante 5. indictionem potuiſſe eam ſynodum celebrari. Cum vero ſexta ſynodus abſoluta habeatur (vt conſtat ex Actis eius) indictione 10. inchoante, plane vſque ad hunc annum quo 5. indict. ponitur inchoata, anni dumtaxat intercedunt decem. nec vero indict. 5. referri poteſt in ſequentem periodum Indictionum ideſt ſecundum Iuſtin. reſtituti, quod Sergius Papa, ſub quo ſanciti canones reperiuntur, nequaquam ad illud peruenit tempus, ſed longe ante deceſſit. C

a Apud 7. ſyn. act. 2.

b In Homo canonẽ Phot.

Ipſi Græci hiſtorici dãnant ſilentio hãc pſeudoſynodum.

Conciliabulum porro, & pſeudoſynodus vere dici poteſt, quod abſque auctoritate Romani Pontificis, contra canones collectum ſit, nullis Apoſtolicæ ſedis legatis præſentibus, nulla eiuſdem Sedis Apoſtolica approbatione, atque adeo cum eius reprobatione, quantumcunque contrarium affirment Tharaſius [a], & Balſamon [b], ſuis commentis & impoſturis, nulla veritate, aut firmitate ſubnixis, quæ vt plane detegantur, & expungantur, legendi ſunt Annales, in quibus res pluribus perſpicue explanatur, adde quod antiquiores Græcorum ſcriptores huiuſmodi appendicem ad ſextam ſynodum ſilentio damnare ac penitus ſepelire voluiſſe videntur, nullam penitus de ea mentionem habendo Theophanes, Cedrenas, Zonaras, Conſtantinus, Manaſſe, Glicas & alij. D

Canones qui ferũtur Apoſ. apocryp.

Magno igitur ſupercilio, ex æmulatione Eccleſiæ Romanæ, Epiſcopi illi, Callinico Patriarcha Conſtantinopolitano auctore, congregati multa audacter, impudenter, & imperite, atque adeo maligne ſanciunt contra antiquam Eccleſiæ diſciplinam; vt illud de canonibus 85. Apoſtolorum nomine conſcriptorum, quibus ſummam aſtruunt auctoritatem, cum tamen ignorare non poſſent eos ab Eccleſia Romana publico decreto fuiſſe inter apocrypha relatos.

Et illud aliud de cælibatu clericorum, cum aduerſus vſum, & traditionem Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis, ſanciunt clericos poſſe vti coniugio, quod ante ordines ſuſcepiſſent. De quo vſu & traditione S. Hieronym. Quid, inquit in Vigilantium, facient Orientis Eccleſiæ? quid Aegypti, & ſedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut, ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt? E

Aliud de ieiunio Sabbati, ab Apoſtolicis temporibus in Eccleſia Romana vſurpato, quod quaſi contra doctrinam Apoſtolorum, & pſeudocanone illis aſcripto, interdicunt.

Illud denique de ſuffocatis non comedendis, quod olim, ex cauſa coniungendi ſimul [illegible] Gentibus cum Iudæis, Apoſtoli præceperant, illi perpetuum eſſe

voluerunt,

A voluerunt: præter alia multa aliena a doctrina, & traditione Apoſtol. in quibus aſſerendis mirũ eſt quàm impudenter, & quam ſtulte quàm multa peccent, quæ qui plenius cognoſcere velit, ipſos Annales adeat, vbi egregiè commenta iſta confutantur.

His Conſtantinopoli ſancitis canonibus, quod ſcirent Epiſcopi nullius eos eſſe roboris, niſi a Rom. Pont. probarentur, apud Iuſtinianum Imperatorem egerunt, vt hos confirmandos mitteret Romam, ad Sergium Papam. Verum Sanctus Pontifex, quod eos contra veritatem plura habere comperiſſet, ipſos nequaquam confirmandos, ſed reijciendos eſſe decreuit. At non deſtitit Imperator, vbi eum ſcriptis ſuis perſuadere non poſſe cognoſceret, rem vi agere, mittereque Legatum Zachariam Protoſpatarium ſuum, pollentem armis, qui eundem Põtificem Sergium Conſtantinopolim uinctum perduceret. Sed affuit diuinum auxilium, vt Italica militia, B Rauenna anteuertens, aduerſus Imperatorem, pro Sergio Papa ſtaret, ſicque is a periculo liberaretur, & Protoſpatharius ei fieret ſupplex, ne interficeretur: hæc quidam huius temporis ſcriptores, tum Paulus Diac. [a] tum Beda [b] teſtantur. In eadem auerſione animi ab illis canonibus, perſeuerarunt ſequentes Rom. Pont. Sergij ſucceſſores, vt ſuis locis conſtabit.

Imp. Tyrãnice agit in Papam.

a Paul. li. 6. c. 11.
b Beda de ſex. ætat. in Iuſtin.

Nec vero ex eo putandi ſunt Romani Pontifices eos Canones aliquando probaſſe, quod citarint 83. illum Canonem Gregorius Secundus, & Hadrianus, pugnantes aduerſus Iconoclaſtas, quo aſſeritur, fingendum eſſe Saluatorem D. N. Ieſum Chriſtum non in imagine agni, ſed in imagine hominis, id enim prudenter fecerunt, ad illos proteruos conuincendos, qui aiebant [c] ſe probare ſextam ſynodum cum canonibus illi aſcriptis, & imagines pingere nefas putabant, & nihilominus Latini C perſeuerarunt pingere Chriſtum in imagine Agni, quod vetabat canon. *Sed nec in ceterarum Patriarchalium ſedium*, inquit Anaſtaſius [d] *(licet Græca vtantur lingua) reperiuntur Archiuis, nimirum quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut conſentiens, aut ſaltem præſens inuenta eſt* &c. *De quibus*, ait idem, *canonibus, vt de illis, qui nomine Apoſtolorum feruntur, S. Rom. Eccleſiam eam conſueuiße ſeruare regulam, vt quos ſciret eſſe ſecundum Decreta Rom. Eccleſiæ atque SS. Conciliorum ſancitos, non reſpueret, ſed, vt veritati conſentientes amplecteretur, non quod ex ſexta ſynodo auctoritatis aliquid accepiſſent* &c. *reliquos vero his decretis aduerſos, vt execrabiles, deteſtaretur: tolerauit tamen in eis ea, quæ antiquæ Eccleſiaſticę diſciplinę eſſent aduerſa, vt connubia clericorum, dummodo ſalua maneret orthodoxa doctrina, & fides Catholica*. Sed qui tanta procacitate, inter alia mala, D confregere iugum a Patribus cuſtoditum, Eccleſiaſtici cælibatus, ſunt & in reliquis in deterius æque prolapſi, vt vix breuia ſint reperiri interſtitia temporum, quibus, vel ſchiſmate non fuerint ab Eccleſia orthodoxa diuiſi: adeo vt tandem in miſeram ſeruitutem ſint traditi. Licet poſteriores Græcorum, ex mala ſua conſcientia, putauerint ab ipſo tempore ſextæ ſynodi intermiſſam eſſe Catholicam communicationem Græcorum Imperatorum cum Romana Eccleſia. Mentitus id quidem eſt Michael Imperator ſcribens ad Nicolaum Papam, ſed eum ipſe Nicolaus plane redarguit.

c Ex Cõcil. 2. Nicæn. act. 6

Latini pĩgũt Chriſtũ in imagine agni.

d Epiſ. ad Io: 8. nuncupatoria ad 7. Synodum.

Cõnubia clericorũ in Græcis tolerata.

Græci a pluribus ſęculis hęreſi, vel ſchiſmate laborant.

Iuſto Dei iudicio, hoc anno, quo iſta moliri cæpit Iuſtinianus Imperator aduerſus Romanorum Pontificem, pœnam tulit, per eius Duces prodita, & expoliata Armenia robore militari, aditus patefactus eſt barbaris Sarracenis ad inuadendum E Rom. Imp. Theoph. atque Cedrenus.

Vltimus hic numeratur annus Clodouei 3. Reg. Francorum, qui poſt obitũ Theodorici parentis regnauit annos quatuor, ſuccedente ei Childeberto fratre, qui regnat ann. 17. ex Auctore, apud Aimoinum ſcribente res ſui temporis.

Aim. li. 4. cap. 49. & 52.

A

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Iuſtin. Iun. Imp.*	*Indictione*
693	6	9	6

Eps Tol. maieſta-tis dãnatus, deponitur.

DECIMVM SEXTVM CELEBRATVR TOLETANVM CONCILIVM, GENERALE DICTVM, in quo conuenerunt 59. Epiſcopi per vicarios tres, præter Abbates quinque, & viros illuſtres, de magna cauſa, depoſitionis ſcilicet Sisberti Epiſcopi Toletani conuicti & confeſſi quod in Regnum, & vitam pii Regis Egicani machinatus eſſet, in eius locum ſubiectus eſt Felix ex Hiſpalenſi Eccleſia translatus. Statutum quoque in eo, vt pro Rege eiusque coniunctis quotidie miſſa celebraretur: ſancitæ etiam pęnæ in laicos, qui maieſtatis rei eſſent: in Iudæos quoque, & Idolorum cultores. Iuſtinianus Imperator ædificijs intentus, ob immanem ſæuitiam Præfectorum, odium pop. incurrit. Theophan. Cedren. Zonaras. B

Duo Euualdi martyrio coronãtur.

Duo Euualdi presbyteri Angli, ex Hibernia, vbi pro æterna patria exulauerant, ſtudio conuertendi antiquos Saxones, ad eos profecti, a barbaris interfecti ſunt, veritis ne ſi penetrarent ad Principem, eum a priſco ſuo cultu auerterent: cęleſtia affuere miracula, cum proiecta in flumen corpora, aduerſo curſu per 40. milliaria recurrerunt ad locum, vbi ſocij erant, cęleſti deſuper lumine ea indicante: quæ Pipinus, Dux Francorum, Coloniæ, cum multa gloria condidit: anniuerſaria memoria celebrantur. 3. Octob. C

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Iuſtin. Iun. Imp.*	*Indictione*
694	7	10	7

IVſtinianus a Leontio Patricio in eum conſpirante, & a pop. Imper. acclamato, naribus truncatis Cherſonam relegatur. Theoph. Cedren. Zonar.

Leontii Imp. 1 D

DVm TOLETI XVII. CONCILIVM celebraretur, conſpiratio eorum Iudæorum qui baptizati erant in Hiſpania, detegitur, adiunctis ſibi ex Africa Iudæis, ad inuadendum Hiſpaniæ Regnum, & Regem occidendum. quare, ex eiuſdem Concilij ſententia, bonis ſpoliati in ſeruitutem rediguntur; filiis, ad ſeptimum annum a parentibus abſtractis, & Catholicis traditis. vt in fide alerentur Catholica, & coniugijs Catholicis iungerentur.

Sublatus eſt & eodem Concilio abuſus ille ſuperſtitioſus celebrandi Miſſam defunctorum, pro aliquo viuente, cui ex odio mortem quis optaret. E

Chriſti Annus.	*Sergii Pap.*	*Leontii Imp.*	*Indict.*
695.	8.	2.	8.

ECcleſia Friſiorum feliciter propagatur, ſanguine ſanctorum Martyrum irrigata, non tantum duorum Euualdorum fratrum, ſed & S. Vuigberti vno ex 12.

Sacerdotibus,

A Sacerdotibus, qui eas regiones bini & bini peragrabant euangelizantes. Quorum vnus, S. Suuibertus, aliquando a barbaris captus, & in carcerem, occulte necandus, coniectus, viſibili acceſſu Angeli liberatur, ſtupentibus barbaris, & ad fidem conuerſis. inde progreſſus in villas, & pagos per Friſiam, Hollandiam, & Teiſterlandiam, multa paſſus, Euangelium diſſeminauit, bono prouentu, accedentibus miraculis. Paulo poſt ideſt hoc anno, miſſus eſt in Angliam ad S. Vuilſicdum Merciorum Epiſcopum, Epiſcopus ab eo, vt Sedis Apoſtolicæ legato, ordinandus, qui appellatus eſt. Traiectenſis Epiſcopus. ex Marcellino in Act. S. Suuiberti [a].

Hoc eodem anno S. Ansbertus Epiſc. Rothomagenſis ſanctitate clariſſimus, migrat in cęlum, cum ante calumniam paſſus, miſſus fuiſſet in exilium a Pipino, maiore domus Francorum. Acta eius ab Angrado deſcribuntur. [b]

B Eodem anno ex hac vita migrat S. Audomarus Morinorum Epiſcopus, Apoſtolus Taruanenſium, qui ante Chriſtianis ſacris ſuſceptis, ex negligentia præſulum, rurſum in Idololatriam lapſi erant. Falchard. [c] & Molanus 9. Sept. Is porro Auſtrebertam egregiæ ſanctitatis virginem, Deo conſecrauit. Acta eius extant [d].

a Apud Sur. 2. Mart. S. Ansberti obitus. b Apud Sur. 9. Febr. c Acta extant apud Sur. 9. Septem. d Apud Sur. 10. Febr.

Chriſti Annus	Sergii Pap.	Leontii Imp.	Indictione
696	9	3	9

C QVod Rom. Pont. ſit non modo emittere operarios in Euangelicam meſſem, ſed nouas etiam ſedes Epiſcopales conſtituere, S. Vuillebrordus, qui ante annos ſex, Roma, cum auctoritate prædicandi, dimiſſus fuerat in Friſiam, hoc anno Romam miſſus a Pipino Principe, a Sergio Papa, non ſine diuina reuelatione, honorifice exceptus, ordinatus Archiepiſcopus Traiectenſis, impoſito Clementis nomine, rurſum ad prædicandum dimittitur qui longe lateque prædicans, plures per illas regiones, Eccleſias, Antiſtites, & monaſteria conſtruxit. Hic longa, venerabilis ætate, adhuc erat in viuis, cum Beda [e] hæc ſcribebat, anno Domiui 732. habens in Epiſcopatu 36. annum. Sed antequam S. Vuillebrordus, nouo Clemens nomine, Roma rediret S. Suibertus, per eas regiones longe lateque prædicato Euangelio, multas Eccleſias conſtituit, & nobili adoleſcente regionis aquis præfocato, ad vitam palàm reuocato, plures etiam ad Chriſtum adduxit.

D Per hæc quoque tempora contigit in Anglia prouincia Nordanhumbrorum alia reſuſcitatio a morte, diuinitus facta, Drithelmi, viri nobiliſſimi, ad hoc, vt, quæ vidiſſet in Purgatorio, vel in Inferno, cruciamenta peccatorum, ad ſupera reuerſus, referret; quæ ve de beatorum gaudijs conſpexiſſet, quæ cuncta narrauit Alfrido Regi & alijs, qui ex eis accepturi eſſent ad emendationem morum, emolumentũ. Quod vero non fuerit inanis viſio, vel impoſtura, fidem facit ipſe, cum ſæculo ſe abdicans arctiſſimum, humanis viribus impar, vitę inſtitutum arripuit: deſcribit ſui temporis hiſtoriam Beda [f].

Orientalium rerum ſtatus fuit admodum perturbatus, nam tertio anno Leontij, Arabes Africam occupant, aduerſus quos, miſſus cum claſſe, Dux Ioannes Patricius, eamdem recuperat: ſed rurſum ab Arabibus eadem capta, exercitus timens, re

E male geſta, redire Conſtantinopolim; Abſimarum acclamat Imperatorem, qui proditorie intromiſſus in vrbem, Leontium, præciſo naſo, in Dalmatiæ monaſterium relegat. Theoph. Cedrenus.

Ab hoc tempore, occupatam Sarraceni Africam, ſemper tenuerunt. In quam calamitatem incidere, & teneri permiſſam ob hæreſes, & corruptelas morum, etiam Epiſcoporum, qui cum vxoribus, quas ante ordines habuiſſent, conſuetudinem habebant. colligitur ex can. 12. ſextæ ſynodi dicto; & ex parte, ex lib. 2. ep. S. Greg. ep. 25. & epiſt. Greg. Papæ 2. ad Turingos.

e Bed. lib. 5. c. 12. Acta apud Sur. 7. Nou. S. Vuilbrordus mortuum excitat. Excitatur & alter a mortuis, & narrat mirabilia. f li. 5. c. 13 Sarraceni Africa potiuntur.

A

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Tiberii Abſimari* Imp.	*Indictione*
697	10	1	10

HOc anno reuerſus Roma S. Vuillebrordus, ſeu Clemens, in Germaniam inſtitit magno animi ardore & profectu, cum ſocijs, prædicationi Euangelij, penetrans vſque ad Danos: & habito Concilio Traiecti, plures diſcipulos in varias partes ad prædicandum dimiſit. De quibus Marcellinus, vnus ex illis, ſcripſit: Albinus item Flaccus.[a]

g Apud Sur. 7. N.

B

Chriſti Ann.	*Sergii Pap.*	*Tib. Abſim. Imp.*	*Indictione*
698	11	2	11.

S. Lamb. a noua Herodiade occidit.

SAnctus Lambertus Tungrenſis Epiſcopus, Taxandriæ Apoſtolus, nuncupatus, quod obiurgaret Pipinum de Herſtallo, Ducem Francorum, ob Alpaidem ſubintroductam pellicem, illique inſtare non deſiſteret, vt eam dimitteret, a Dodone fratre, ipſa inſtigante Alpaide, orans ante altare, anno Epiſcopatus 40. crudeliter occiditur cum duobus ſuis cognatis 17. Septem. cuius, vt glorioſi martyris quaſi alterius Ioan. memoria ea die recolitur. Extant Acta a Stephano Epiſcopo Leodienſi ſcripta ad Hermannum Epiſcopum Colonienſem, in quibus multa deſiderantur, & in primis necis cauſa; quaſi ſic cauere voluerit famæ Pipini, Principis alioqui præſtantiſſimi: ſed a reliquis hiſtoricis non prætermittitur. Sigeb. in Chron. Appendix, apud Sur. ad 27. Sept. Molanus de SS. Belgij 3. Nou. C

Vltio ī ſacrilegos.

Diuina vltio ſicarios non longe poſt inſecuta eſt, Dodone viſcera per os, ingenti cum fœtore, euomente, alio quodam a fratre confoſſo, & eundem confodiente. Denique intra anni ſpatium vix quiſquàm euaſit: ſi qui vero ſuperfuere, infelicem traxere vitam, nam Vuandelbertus ſcripſit,

Factio quem cęſum ſemper tremebunda paueſcit. D

Miracul.

Quæ autem vindicta ſecuta ſit impiam Alpaidem, haud conſtat, ſed non illæſam præterijſſe, vel ex eo æſtimare licet, quod in pellices omnes oſtenſa ſit martyris accenſa vindicta, cunctis namquàm, ſine repulſa, ad oſculandum corpus martyris admiſſis, ſi qua pellex accederet, quaſi turbine quodam exagitatam, retrocedere compelli. Quæ autem ſint ad ſepulchrum eius facta miracula, ijdem, qui ſupra enarrant. Pipinus magno ex Sanctiſſimi viri cæde affectus eſt dolore, vſque ad obitum, ad quem tamen vſque perſeuerauit cum pellice, vt Marcellinus eſt auctor.[b] Begga Pipini mater, femina ſanctiſſima, ad Dominum tranſit. Sigeb. in Chron.

b in S. Suiberto c. 25.

c Apud Sur. 5. Septem.

Sanctũ quoque Bertimum Abbatem hoc pariter anno conſtat ex hac vita migraſſe. de quo Fulchardus:[c] plura etiam de eadem in vita S. Audomari. E

d lib. 5. c. 14.

Eccleſia Aquilei. reſipiſcit a ſchiſmate quãdo.

Hoc tempore, ſynodus Aquileiæ facta, ob imperitiam fidei, Quinctum vniuerſale concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus B. Sergij Papæ monitis inſtructa & ipſa cum cæteris Eccleſijs annuere conſenſit; hæc quidem Paulus Diacon.[d] ſed longe ante reſipuiſſe liquet Eccleſiam Aquileienſem, ab antiquo illo ſchiſmate, cum Agatho Aquileienſis Epiſcopus ſubſcripſiſſe reperiatur ſynodo Agathonis Papæ, vt ex actis conſtat. Quamobrem eamdem Eccleſiam iterum in eundem errorem lapſam, dicere opus eſt, perfecte vero a Sergio Rom. Pont. eſſe curatum.

Hoc anno ſecundo Imperij Abſimari, Romani Syriam peragrantes, omniaq; cir-

A cum quaque prædantes, cęſis ducentis millib. barbarorum, vt nonnulli tradiderunt, onuſti præda, magno hoſtibus relicto timore, ad propria redierunt. Theoph. & Cedr.

Chriſti Ann.	*Sergii Pap.*	*Tib. Abſim. Imp.*	*Indictione*
699	12	3	12.

SErgius Papa, diuinitus admonitus, conſecrat S. Hubertum Leodienſem Epiſcopum, dignum S. Lamberti ſucceſſorem. Fuit is filius Bertrandi Ducis Aquitaniæ, qui propter Ebroini tyrannidem, confugerat ad Pipinum. Hic igitur, inter alia monu-
B menta, quibus ſuam Eccleſiam illuſtrauit, illud inſigne fuit ad Catholicam fidem retinendam, quod illi publicum tradidit Sigillum, S. Lamberti imagine inſignitum, cum hac inſcriptione S. LEGIA ROM. ECCL. filia. Molanus [a] ex Placētio. Extāt acta, quibus inſignes ipſius virtutes, & in edendis miraculis immenſa gratia prædicatur.

S. Hubertus Leodienſis Epiſcopus.

a Molan. in Indic. SS. Belg. & in Nat. eorūdem 3. Nou.

Ex frequenti commercio venientium Romam ex Anglia ad limina Apoſtolorum innotuit Sergio Papæ S. Althelmus Schireburgenſis Epiſcopus, quem, eius virtutibus captus, Romam euocauit, de quo legitur liberaſſe ipſum Sergium Papam a turpi calumnia, per os infantuli pronunciantis eum innocentem. Legitur hoc quidem in eius Actis, quæ ſunt apud Sur. [b] ſed Beda [c] non attingit, referens epiſcopatū eius in A.D. 705. vt non potuerit, niſi presbyter, aut Diaconus in vrbem ad Sergium veniſſe. Porrò adhuc presbyter, & Abbas cuiuſdam monaſterij ſcripſit, iubente ſynodo, librum
C egregium aduerſus errorem Britonum de celebratione Paſchatis, & alios plures errores Eccleſiaſticæ caſtitati, & paci contrarios; multosq; eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſuberāt, ad Catholicam Domini Paſchæ celebrationem perduxit. ſcripſit & de virginitate librum eximium ſoluta oratione, & verſu ad exemplum Sedulij, & alia nonnulla, vt pote vir vndecumque doctiſſimus.

S. Althelmus Eps Schireb.

b 25. Ma.

c li. 5. c. 19.

S. Althelmi ſcript.

Per id tempus plurima pars Scotorum in Hibernia, & nonnulla etiam de Britonibus in Britania, legitimum Paſcha ſuſcepit [d], prædicāte illis Adamnano presbytero, & Abbate monachorum Inſulæ Hij, quæ legationis occaſione, ad Alfridum cum veniſſet, in Angliam, Catholici moris didiciſſet, quæ tamen ſuis Hienſibus perſuadere non potuit: perſuaſit poſt S. Egbertus, vt ſuo loco dicetur. Scripſit idem librum prȩclarum de locis ſanctis dictāte illi Areualpho Galliarum Epiſcopo, qui loca illa luſtrauerat: qui poſt a Beda in compendium, viginti capitum redactus, extat.

d Beda li. 5. c. 16.

D Hoc & ſequenti anno Picti, qui Septentrionales Britaniæ plagas inhabitant, legitime celebrandum Paſcha ſuſceperunt, & tonſuram coronæ clerici, & monachi, Romano more, agente Naitano eorum Rege, apud Ceolficdum Abbatem, ſibi vt Catholici ritus rationes perſcriberet rogans; item, vt mitteret Architectos, qui Eccleſiam more Romano fabricarent, quam dicatam vellet B. Principi Apoſtolorum Petro, ſe quoque ipſum cum ſuis omnibus morem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſemper imitaturum litteræ Abbatis extant apud Bedam [e].

Picti legitimū Paſcha diſcunt celebrare.

e li. 5. c. 22

E

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Tib. Abſim. Imp.*	*Indictione*
700	13	4	13

QVod miſeri Nouatores iactent deſeruiſſe, hoc ſæculo, Romanam Eccleſiam a priſtino maiorum inſtituto (licet alij in aliud tempus id referant) libet admonere lectorem, vt ſingulos hactenus decurſos annos, ac propè dies, & conſequentes deinceps intentius intueatur, & agnoſcet eaſdem Eccle-

Nouatores mentiūtur deſciuiſſe hoc ſæculo Eccleſiā, a ſe ipſa.

N ſiæ dotes,

ſiæ dotes,& ſacramenta,eamdem ſuper vniuerſam Eccleſiam Rom. Pont. poteſtatem; ijſdemq; in omnibus affluentem Eccleſiam chariſmatibus; quod res ipſa clamat, & mira conſenſione, ſanctorum omnium ſcripta prædicant. A

Cum ex Hibernia, & Anglia Apoſtolici viri ad conuerſionem Friſonum Gentilium, ab vltimis vſque terris properarēt, S. Vulfranus Epiſcopus Senonenſis, ex Gallicanis Epiſcopis vicinioribus, quaſi erubeſcens, a remotioribus in tam pio officio præueniri, aſſumptus e Fontanellæ monaſterio Apoſtolicis viris in idem opus conuerſionis intendit; quem euntem miracula ſunt comitata, & manenti adfuerunt, quorum vnum illud refertur, cum celebrāti in naui ſacra myſteria patenam in mare prolapſam, oratione ad ſumma reuocauit. & aliud de puero, in profanis Gentilium ſacris, patibulo appenſo, in vitam reuocato; qui poſt in Fontanellę monaſterio educatus & presbyter factus; hæc & alia narrauit Iona [a] monacho, qui hanc hiſtoriam ſcripſit. B

Miracul.

Miraculum.

a Apud Sur. 20. Mart.

Octauum Sæculum.

Chriſti Annus	*Sergii Pap.*	*Tiberii Abſimari Imp.*	*Indictione*
701	14	5	14

HOc anno 5. Idus Septemb. inchoata iam eodem menſe 15. Indictione S. Sergius Papa moritur; cum ſed. ann. 13. m. 8. d. 14. ex Anaſt. & Rom. Martyrol. Plura de eo leguntur, quæ ad certum annum referri non poſſunt. Extat apud auctorem, qui poſt Bedam ſuppleuit res geſtas Anglorum, epiſtola Sergij Papæ ad Ceolfridum Abb. in Anglia, eius monaſterij, in quo Beda a teneris educatus, creuerat in virum perfectum, ſanctitate, & doctrina inſignis; qua rogat ad ſe mitti Bedam ob quaſdam eccleſiaſticas cauſas Romæ conſultandas. De hac ſua Romam euocatione, ſibi perhonorifica, nuſquam meminit Beda. An vero miſſus fuerit, dubitari poteſt, ac potius non veniſſe putandum: cum ea, quæ ad hiſtoriam Anglicanam texendam ipſi opus erant, ex Eccleſiæ Romanæ Archiuis, non a ſe inde ablata, ſed opera Nothelmi, qui ſub Gregorio ſecundo Romam venit, ſe accepiſſe teſtatur in epiſtola nuncupatoria ad Ceolulfum Regem, poſita in fronte eiuſdem a ſe conſcriptæ hiſtoriæ. C

Beda Romam euocatꝰ a Papa.

Ex Dei reuelatione, Argenteam capſam, in angulo ſacrarij S. Petri Apoſtoli iacentem, aperuit, & Crucem pulcherrimam gemmis miræ magnitudinis ornatam cum portione ſalutiferi ligni Dominicæ Crucis inuenit; quæ etiam ex illo die pro ſalute humani generis ab omni populo Chriſtiano die exaltationis Sanctę Crucis in Baſilica Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, oſculatur, & adoratur Sic Anaſtaſius qui mox ſubdit. *Hic fecit imaginem B. Petri Apoſtoli, quæ eſt in parte mulierum*, ceſſerat ſi quidē porticus dextera vſui mulierum, vbi ſeorſum a viris orare cōſueuerant. D

Ad hoc vſq; tempus ſtatio mulierū, & virorū in Eccl. diſtincta.

Mirum eſt quod refert idem Anaſtaſius de Baſilicis ab eo erectis, refectis, magnaque impenſa, argenteis operibus, & muſiuo exornatis. ſtatuit quoque vt tempore confractionis Dominici corporis, AGNVS DEI, QVI TOLLIS PECCATA MVNDI, MISERERE NOBIS, a clero & populo decantaretur. Cōſtituit etiam vt diebus Annunciationis Domini, Natiuitatis, & Dormitionis Sanctę Dei genitricis ſemperq; virginis Mariæ, ac S. Simeonis, quam Hypapantem Græci appellant, litania exeat a S. Hadriano, & ad Sāctam Mariam occurrat populus. De ordinationibus loquens, ait, ordinaſſe per diuerſas prouincias Epiſcopos nonaginta ſeptem. Hæc ex Anaſtaſio. Legitur in antiquis monumentis Diaconiæ S. Mariæ in via Lata, eam Eccleſiam ab eodem fuiſſe dedicatam, locum ſane inſignem, quem tradunt olim fuiſſe hoſpitium Apoſtoli Pauli, & aliorum Sanctorum. anniuerſaria memoria Sancti huius Pontificis recolitur 9. Sept. E

Eccl. B. M. in via Lata, qñ & a quo dedicata.

Hoc ſedente Pontifice S. Trudo presbyter obijt Haſbaniæ Apoſtolus, cuius agitur quotannis memoria 23. Nouemb. Martyrol. Romano. Acta eius, & poſt obitum ingentia patrata miracula ſcripſit Theodorus Abbas. [b]

b Apud Sur. 23. Nouem.

Poſt

A Poſt vacationem ſedis, ab obitu Sergij Papæ menſe vno, & d. 20. hoc eodem anno 29. Octob. creatur Pontifex Ioannes natione Græcus, eius nominis, ſextus. Quo ipſo anno (vt Anaſtaſius auctor eſt) miſſo a Tiberio Imp. Theophylacto cubiculario Patritio, & Exarcho Romam aduerſus Pontificem (cauſa ignoratur) vniuerſa Italiæ militia Romam conuenit, ad tuendum Pontificem, qui eam incenſam, & tumultuantem aduerſus Exarchum compreſſit. Ex hoc tempore Exarchorum vires admodum tenues reddi cæpere: contra verò Rom. Pont. auctæ, ſtante pro eis militia, adeo vt poſt hæc ſupplices, non inſultantes in Italiam mittere Imperatores ſolerent Exarchos. Porrò his fauoribus militumque præſidijs nequaquàm ſe ſe Pontifices extulere, arripientes (quod facile factum erat) tyrannidem, ſed ſemper, vt in Sergio & Ioanne apparet, pro Exarchis apud ipſos milites interceſſere.

Militia Rom. & Italica fouet Rom. Pont. aduerſus Exarchos.

B Hoc eodem anno, defuncto Hiſpaniarum Rege Egica, filius eius Vuitizza, qui cum patre annos quinque hactenus regnauit, regnum ſuſcepit ſolus adminiſtrandũ, & initio ſpeciem optimi Principis præſeferens, imitatus Parentis, & aliorum prædeceſſorum pietatem, ad optimum regimen inſtituendum, ex omnibus Hiſpaniarum Epiſcopis CONCILIVM GENERALE COLLEGIT, QVOD XVIII. NVMERATVR TOLETANVM: in quo non niſi pia, & ſalutaria oportet fuiſſe ſtatuta. Cur autem id nequaquàm, vt cetera, poſteris, ſcriptis traditum reperiatur; ea nobis cauſa videtur (quidquid aliqui aliter opinentur) quod cum Vuitizza Rex poſtea in peſſimum nequiſſimum, & impium tyrannum degeneraſſet, quæ probe & ſancte ſancita, & ab eo probata fuerant, penitus fuerint abrogata, ipſaque Concilij Acta conſciſſa. Porrò ex antiquioribus, qui res Hiſpanicas ſunt proſecuti, Lucas C Tudenſis eius nefariam improbitatem pluribus deſcripſit, flagitia, rapinas, crudelitatem; vt habens ipſe plures vxores, & concubinas, Ducibus ſuis, idem vt facerent, imperarit; vt Theofridum Ducem Cordubenſem dolo captum excæcarit, Fauilam eius Germanum, Cantabriæ Ducem occiderit, vt eius potiretur vxore: vt muros cunctarum vrbium ſui regni ſubuerterit, ne ciues poſſent ſibi reſiſtere, præterquam Toleti, Legionis & Aſturicę: denique ne aduerſus eum inſurgeret Sancta Eccleſia Epiſcopis, presbyteris, diaconis, & ceteris Eccleſiæ Chriſti miniſtris, vxores habere præceperit, &, ne obedirent Rom. Pont. ſub mortis interminatione prohibuerit, ſed cauſam apoſtaſiæ tam inſolentis, & monſtruoſæ defectionis ab Eccleſia Romana, cum nemo (quod conſtet) vel antiquorum, vel recentiorum hiſtoricorum enarret, nos non aliam fuiſſe putamus, quàm quod cum Hiſpaniarum Regnum, D antequam inuaderetur a Sarracenis, fuiſſet Romanæ Eccleſiæ traditum a poſſidentibus ipſum Gothorum Regibus, maxime pijs, ita vt ipſi aliquo annuo perſoluto tributo, Eccleſiæ Romanæ nomine poſſiderent, indigniſſimus ſucceſſor, impius Vuitizza eiuſmodi donationem irritam penitus reddere conatus, illud de non parendo Romano Pont. ſanxerit decretum. Quod autem Regnum Hiſpaniarum olim fuerit iuris Eccl. Rom., plane conſtat ex epiſt.[a] Gregorij 7. Sanctiſſ. Pontificis. Hic, ipſo 1073. Domini anno, quo Pontif. Rom. creatus eſt, epiſtolam ſcripſit hoc titulo.

Vuitizza ex bono Rege degenerat ĩ peſſimũ.

Plures habens vxores, alijs idẽ licere vult.

Apoſtaſia ab Eccleſia Rom. Cauſa ei⁹.

Hiſp. regna obnoxia Eccl. Rom.

a T. 3. ep. Ro. Pont. ep. 7. li. 1. & vlt. li. 4.

Gregorius in Rom. Pont. electus omnibus Principib. in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus perpetuam ſalutem, in Domino Ieſu Chriſto.

Non latere vos credimus, regnũ Hiſpaniæ ab antiquo proprii iuris S. Petri fuiſſe, & adhuc (licet diu a Paganis ſit occupatum (lege tamen iuſtitiæ non euacuata, nulli E *mortaliũ, ſed ſoli Apoſt. ſedi ex æquo pertinere. Quod .n. auctore Deo, ſemel in proprietatẽ Eccleſiarũ iuſte peruenerit, manente eo, ab vſu quidẽ, ſed ab earum iure, occaſione tranſeuntis tpis, ſine legitima conceſſione diuelli non poterit. Itaque Comes Euulus de Roceio, cuius formã apud vos haud obſcurã eſſe putamus, terrã illã ad honorẽ S. Petri ingredi, & a Paganorũ manibus eripere cupiens, hanc conceſſionem ab Apoſtol. ſede obtinuit, vt partem illam, vnde Paganos, ſuo ſtudio, & adiuncto ſibi aliorum auxilio, expellere poſſet, ſub conditione inter nos factæ pactionis, ex parte S. Petri poſſideret. Qua in re, & labore quicunq; vſũ ſibi adhærere voluerint, oĩ charitatis affectu cõmonitus erga honorẽ S. Petri talẽ aĩum gerat, vt ab eo, et munitionis*

Regnum Hiſp. ad Eccl. Ro. pertinet.

auxilia in periculis & merita fidelitatis præmia ſecurus accipiat. Si aũt aliqui ex vobis ſeorſum ab illo propriis copiis eãdẽ terrã aliqua in parte intrare parauerint, decet, vt militiæ cãm lex aĩ deuotione, quã iuſtiſſimã ſibi proponãt, iã nũc oĩ voto cõcipientes, & ex corde ſtatuẽtes, ne capta terra, eaſdẽ, quas illi, qui nunc Deũ ignorãtes eam occupant, iniurias S. Petro faciant. Hoc. *n. neminẽ veſtrum ignorare volumus, quoniã niſi ęqua pactione perſoluendi iuris S. Petri in regnũ illud animaduertere ſtatueritis, potius vobis Apoſtolica auctoritate, ne illuc tendatis, interdicendo, contra feremur, quàm ſancta & vniuerſalis mater Eccleſia idẽ a filiis ſuis, quod ab hoſtibus patiendo, non iã proprietatis ſuæ, ſed filiorũ detrimento ſaucietur. Quãobrẽ hunc dilectũ filiũ Hugonẽ, & Card. S. R. E. presbyterũ in partes illas miſimus, in cuius ore noſtra ad vos conſilia & decreta plenius apertiuſq; differenda, ac vice noſtra diſponẽda poſuimus. Dat. Romæ 2. Kal. Maii. Ind. 11.* B

Quadriennio poſt alteram dedit hoc titulo.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Regibus, Comitibus, ceterisque Principibus Hiſpaniæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Non ignorare credimus prudentiam veſtram &c. & poſt multa, *Præterea*, inquit, *notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem tacere non eſt liberũ, uobis, aũt non ſolum ad futurã, ſed ẽt ad præſentẽ gloriã valde neceſſarium, uidelicet Regnum Hiſpaniæ ex antiquis cõſtitutionibus B. Petro, & S. R. Eccl. in ius & proprietatem eſſe traditũ. Quod nimirum hactenus, & præteritorum tẽporũ incõmoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorũ occultauit negligentia. Nã poſtquã Regnũ illud a Sarracenis, & Paganis peruaſum eſt, & ſeruitium quod B. Petro inde ſolebat fieri, propter infidelitatẽ eorũ, & tyrannidẽ detentũ, ab uſu noſtrorum tot annis interceptũ eſt: pariter ẽt rerum, & proprietatis memoria dilabi cœpit. Verum quia diuina clementia conceſſa uobis in hoſtes illos, ſemperq; concedenda uictoria, terrã in manus ueſtras tradidit, vlterius vos cauſam hãc ignorare nolumus, ne quod ſupernus arbiter & legum ac iuſtitię conditor de recuperanda, & reſtituenda iuſtitia & honore S. Petri eiusq; Sanctæ & Apoſtolicæ ſedis, veſtræ gloriæ ad benemerendũ contulit, aut nobis ex taciturnitate, in negligentiæ culpã, aut vobis, ex ignorantia, (quod abſit) ad detrimentũ propoſitæ & diuinitus oblatæ retributionis obueniat. Confidimus .n. in mĩa Dei, qui virtutẽ vobis dedit, & victoriam, vt hanc ẽt voluntatem uobis tribuat, quo cognita ueritate potius ſtatuta Chriſtianorum Principum, & exempla ſequamini, quàm eorum impietatẽ, qui Chriſtianum nomen magis cupiunt perſequi quàm uenerari. Miſimus autem ad uos confratrem noſtrum Amatum uenerabilem Ellarenſem Epiſcopum, cui, & uicem noſtram ad partes illas dedimus, adiungentes ſibi hunc Abb. S. Pontij, uirum uenerabilẽ, fide, & morum honeſtate probatum, ut quod nos de intimatione huius cauſæ ueſtrę celſitudini ſuccincte ſcripſimus, ipſi uobis, (ſi neceſſe ſit) latius, apertiusque manifeſtent, & quantum ratio poſtulauerit, notitiam ueritatis præſenti denunciatione, & certa aſſertione demonſtretur.*] Plura alia addit, ad ſuadendum &c. Dat. Carpinetæ 4. Kal. Iul. Ind. 15.

Paruiſſe quidem in omnibus Hiſpaniæ Reges ipſi Gregorio Rom. Pontifici, plures litteræ eiuſdem Pontificis, tum ad Sancium, tum ad Alfonſum, tum in Hiſpania regnantes, ſatis oſtendunt, cum de ipſorum erga Rom. Eccl. obedientia, & obſeruantia gratulatur: vt plane fuerit luce apertius declaratum, ſicut inobedientia Principũ, & defectione ab Apoſtolica Sede, iactura totius facta eſt regni, ita ipſum obedientia, & cultu erga eandem fuiſſe a barbaris vindicatum, & ſtabilitum. Sed redeuntes ad Apoſtatam Regem; non alia fere maior cauſa interceſſiſſe excogitari poteſt, cur Regnum illud alioqui Catholicum, Deus, poſt paucos annos, impijs Sarracenis tradiderit conculcandum, quàm defectio a Sede Apoſtolica, non quidem in rebus fidei, quod ſuſpicari poſſimus, ſed in iuriſdictione & tempora vtilitate, conſentientibus, vel diſſimulantibus tantum nefas populis, & maxime Epiſcopis. Hinc intelligant quàm male Regno & ſibi conſulant Principes, & conſiliarij, qui Eccleſiæ iura penitus tollere, vel minuere conantur.

Hiſp. cur tradita in manus Sarracenorum.

Chriſti

A

Chriſti Annus	*Ioan. Pap.6.*	*Tiberii Abſim. Imp.*	*Indictione*
702	1	6	15

IVſtinianus exul in Cherſona, magnis ſumptis ſpiritibus, accepta in vxorem Chacani Lazerum Regis ſorore, eius ope ad recuperandum Imperium arma parat, tali incenſus furore, vt cum maris tempeſtate eſſet in ſummo vitæ diſcrimine conſtitutus, dixiſſetque ei vnus ex caris eius, Ecce morimur, Domine, voue Deo pro ſalute tua, vt, ſi Deus imperium tuum tibi reddiderit, in nullum tuorum vlciſcaris inimicorum, ille, furore repletus, reſpondens dixerit, ſi pepercero cuiquam eorum, in hoc loco me Deus demergat; ſicque Dei iudicio, qui in perfidos vltionem ita parabat, euadens, ſequenti anno imperium adipiſcitur. Theoph. Cedren. Zonar. alij. B

Efferatus animus in vindictā.

In Occidente Dux Beneuētanus Giſulfus, Romanam ditionem prædabundus incurſat, oppida capit, & onuſtus præda domum reuertitur. Io: Papa miſſis ſacerdotib. cum Apoſtolicis donarijs, vniuerſos captiuos redimit. Anaſta. & Diac.[a]

Ad præſens tempus referri poſſe videtur, licet annus haberi non poſſit exploratus, martyrium Heimerami Ratiſponenſis Epiſcopi, ſub Theodone, quinto eius nominis Bauariæ Principe. Hic Heimeramus, pro ſua ſumma caritate, ad liberandum nocentem, iuuenem nempe, qui Otam virginem Theodonis filiam vitiauerat, ſibi paſſus eſt crimen aſcribi, licet poſtea ſuæ extiterit innocentiæ defenſor & appellarit, pro iure ſuo, Rom. Eccleſiæ iudicium, quam non admittens appellationem Lambertus vitiatæ virginis frater, Epiſcopum crudeliſſime per partes trucidauit; cuius mortem plura conſecuta ſunt miracula, & horrenda vltio in nefarios ſatellites. Eius ſacra memoria celebratur 22. Sept. Acta extant ſcripta a Cyrino Epiſcopo item Ratiſponen.[b] qui eodem ferme tempore vixit. C

a Lib.6.c.27.no.ed.

b Apud Sur. 22. Sept.

Chriſti Annus.	*Ioan. Pap.6.*	*Tib. Abſim. Imp.*	*Indict.*
703.	2.	7.	1.

D

IVſtinianus auxilio Regis Bulgarorum, per aquæductum clam ingreſſus, occupat Conſtantinopolim. Leontium, Abſimarum & Heraclium eius filium, & plurimos Senatores, poſt multa ludibria obtruncat, innumerabilē quoque ciuium & militum multitudinem necari mandat, ingenti omnibus iniecto terrore. Callinicum Patriarcham, oculis orbatum Romam in exilium mittit, vt qui adeo ſuperbe in Rom. Pont. caput extulerat, ab eodem vitæ ſtipem humiliatus acciperet. Theophan. & Græcorum annales. Hæc digne perpeſſus, qui primus auſus eſt, abſque conſenſu Rom. Pontif. vniuerſale congregare Concilium, centurias edere canonum, ſoluere Eccleſiaſticam diſciplinā, traditiones a maioribus receptas proculcare, & qui Iuſtinianum Imp. in Rom. Pont. incitarat, ab eodem talia, tantaq; paſſus eſt, qualia nemo ante Antiſtitum a Chriſtiano perpeſſus reperiatur Imperatore. E

Iuſtin. recupat Imperium.

Imp. obcęcatū Patr. Conſtantinop. Romā mittit in exiliū.

Callinic⁹ Eps Conſtantinop. primus vniuerſ. cō greg. Cōcil. inconſulto Ro. Pont.

In Callinici locum ſubrogari curat Imperator Cyrum quemdam in Amaſtride monachum, quod illi recuperationem prædixiſſet Imperij.

Eodem anno Cunilpertus Rex Longobardorum, vbi annos 12. regnaſſet, ſolus, poſt patrem, ex hac vita migrauit, Regno Luitperto filio puero relicto ſub tutela Aſprandi viri ſapientis, & illuſtris, ſed poſt octo menſes deiecto Aſprando, Regnum delatum eſt Regemberto Duci Taurinorum, quo eodem anno extincto, delatum eſt Aſprandi filio. Paul. Diac.[c]

S. Abb. Benedicti in Anglia obitus. a T. 7 ho. de ſãctis.

A Eodem anno defunctus eſt S. Benedictus Abb. in Anglia, vir Sanctiſſimus, cuius natalis dies in Eccleſia celebratur 12. Ian. Sigebert. in Chron. de eo Beda [a] in homil. eiuſdem Natalis, plura habet hiſtorica & præclara, vt, derelictis omnibus, Chriſtum ſecutus, Romam adijt monaſticis inſtitutis inſtruendus, ibiq; totum vitæ tempus erat exacturus, niſi a Papa ad deducendum in Britaniam Theodorum Archiepiſcopum miſſus fuiſſet: vbi extructo monaſterio, ſicut Romæ viderat, Romam iterum eius diſciplinæ cauſa, redijt, atque rurſus in Angliam reuerſus eſt; porro hoc fundatore propagatus eſt in Anglia mirifice monachiſmus.

Chriſti Annus	*Io: Pap. 6.*	*Iuſtin. Rinoth. iterum* Imp.	*Indictione*
704	3	1	2

B

Reſtitutio facta Eccleſiæ Rom. Alpiũ Cottiarum.

LOngobardorum Duces tres de regno inter ſe dimicant, donec Aripertus victor, ſublatis, Rotharit Duce Bergomenſi, & Luitberto filio Cuniperti, ſolus regnat. De quo hęc memoratu ſane digna Diaconus, HOC TEMPORE ARIPERTVS REX LONGOBARDORVM DONATIONEM PATRIMONII ALPIVM COTTIARVM, QVAE QVONDAM AD IVS PERTINVERANT APOSTOLICAE SEDIS, SED A LONGOBARDIS MVLTO TEMPORE FVERANT ABLATA, RESTITVIT ET HANC DONATIONEM, AVREIS EXARATAM LITTERIS, ROMAM DIREXIT. Quam quidem, ſub hoc ipſo Io: ſexto factam eſſe Anaſtaſius Bibliothecarius docet, eandemq; prouinciam primũ a Romana Eccleſia eſſe poſſeſſam affirmat. Idẽ quoq; Ado in Chron. Beda & alij. Victoriam autem, ex qua conſecutus eſt Regnum, S. Boniti Epiſcopi Aruernenſis precibus obtinuit, cum is abdicans ſe Epiſcopatu, idoneo nacto ſucceſſore, peregrinatione ſuſcepta ad limina Apoſtolorũ, ab Ariperto honorificè exceptus, pro eo, id expetente, orauit. Auctor ſancti æqualis, qui res eius geſtas ſcripſit, & plura eius miracula commemorauit. C

Edilred. dimiſſo Regno fit Monach. b li. 5. c. 4.

Edilredus Rex Merciorum, cum regnaſſet 31. annos, monachus factus, Coenredo regnum dedit. Beda in Epitome.

Horribile impęnitentis exẽplum. c li. 5. c. 15.

Huius Coenredi Regis tempore accidit, quod ſibi narratum a venerabili Pechtelmo Epiſcopo, ſcribit Beda [b], de nobili quodam ſtrenuo, & induſtrio viro, qui quantum Regi illi pro induſtria exteriori placebat, tantum pro interna ſui negligentia diſplicebat. Hic igitur ſæpius, a Rege admonitus, vt de ſuis ſceleribus pœnitentiã ageret, in dieſq; procraſtinans, cum in morbum incidiſſet, rurſum ab eo admonitus, & rogatus, differebat in id tempus, cum conualuiſſet, ne ſodales exprobrarent, quod timore mortis faceret, quod ſoſpes facere noluiſſet, ac tãdem horribili dęmonum aſpectu, ſuæ præſcius damnationis, deſperans deceſſit e vita. ſimile quiddam narrat idem Beda [c] de monacho quodam, ſibi cognito, quibus horrendis exemplis euulgatis, plurimi, Dei miſericordia adiuuante, ad pœnitentiam, & arctiorem vitam inducti ſunt. D

Chriſti Annus	Io: P. 7.	*Iuſtin. Rinothm.* Imp.	*Indictione*
705	1	2	3

E

Plures Pont. Ro. exteræ nationis per hęc tpa.

IOan. 6. Pontif. cum ſediſſet ann. 3. m. 2. d. 12. moritur 10. Ian. vacat ſed. m. 1. d. 18. ſubrogatur prima Martij, Ioannes eius nominis 7. Græcus. Veriſimile eſt artibus Græcorum curatum, vt plures Orientales allegerentur in Collegium S. R. E. Cardinalium, quòd etiam opera Exarchorum crearentur Rom. Pont. vt aliquo modo Eccleſiæ Romanæ dominarentur: ſi quidem plures videmus ordine ex Orientalib. creatos Rom. Pont. poſt Benedictum Io: 5. Syrum: Cononem Thracem: Sergium Syrũ: Io: 6. & 7. Græcos, poſtea Siſinnium, Conſtantinum, Gregorium 3. Syros, Zachariam Græcum, vt appareat inter hos omnes, vix vnum Gregorium 2. intercalatum Roma-

A num natione Pontificem, ſed diuinitus factum eſt, vt ijdem creati Pontifices, hæreditarent pariter ſpiritum Apoſtolicum, & conatibus Imperatorum, & Orientaliū Epiſcoporum fortiter reſiſterent, vt in Io: 7. accidiſſe probatur: ad quem cum Iuſtinianus honorificentiſſimam miſiſſet legationem, de examinandis, nomine 6. ſynodi, editis canonibus, & conſentaneis Catholicæ diſciplinæ probandis, alienis reprobandis; QVA CAVSA ROMAE CONVOCAVIT CONCILIVM. Quamuis autem honeſta petitio videretur, tamen quod non deceret Maieſtatem Apoſtolicæ ſedis, vel quid minimum comprobare, quod non in legitima ſynodo ſancitum eſſet, eos Io: nec ex parte voluit comprobaſſe, cęterum (quod ab eo fieri expectabatur) neque, ex humana fragilitate timidus, inquit Anaſtaſius, voluit condemnaſſe, ne commoueret animum Imperatoris. Verum eos non recepiſſe, videri poterat condemnaſſe. Nō fuiſſe quidem B receptos, illud, præter alia, probat, quod, ob eam cauſam, poſtea Iuſtinianus euocauit Conſtantinopolim Conſtantinum Pontificem.

Cōc. Ro. de Cano. 6. ſynodi: eos non probat.

Huic Romanæ ſynodo interfuit mirificus ille Sanctus Vulficdus Eboracenſis Archiepiſcopus, iterum reus, & accuſatus, appellans Sanctam ſedem Apoſtolicam, vt iam olim iterum fecerat, ſub Agathone; & in vtraque ſynodo abſolutus, remiſſus eſt ad Epiſcopatum. Beda [a].

Eboracē. Archiep. Ro. Sedē appell.

S. Suuibertus, poſt conuerſionem Bruſuuicenſium, & finitimarum gentium, eadem vi prædicationis, & miraculorum Broctuarios, feras & indomitas gentes, adduxit ad ſubdenda colla ſuaui Chriſti iugo, magnis exantlatis laboribus. Marcell. in vita c. 19.

a li. 5. c. 19 & 20. & ī epitome.

Sarraceni ex æmulatione, Damaſci primariam Eccleſiam adimunt Chriſtianis. Theophanes.

C

Chriſti Annus	Io: *Pap.* 7.	*Iuſtin. Rhitnom. Imp.*	*Indictione*
706	2	3	4

IVſtinianus Imp. pace inita cum Rege Bulgarorum, cuius ope reſtitutus erat in Imperium, ingratè, aduerſus eum ducens exercitum, profligatus eſt. Græcorum Ann. ex Theoph. & Cedrenus.

Ad hunc annum pertinent res geſtæ S. Guthlaci anachoretę in Anglia. Vixit hic in horrida inſula ſolitarius, multis virtutibus illuſtris, prophetiæ dono imbutus, & mi-D raculorum gratia inſignis. Acta [b].

b Apud Sur. 11. Apr.

Chriſti Annus	Io: *Pap.* 7.	*Iuſtin. Rhitnom.* Imp.	*Indictione*
707	3	4	5

IO: Papa 7. poſtquàm ſed. ann. 2. m. 7. d. 17. moritur 15. Kal. Nou. Ind. 6. de quo Anaſtaſius ſcribit, plures eum Eccleſias & cęmiteria reſtauraſſe & exornaſſe, & oratorium S. Dei genitricis Mariæ intra Eccleſiā B. Petri Apoſtoli maximo ſumptu extruxiſſe: Epiſcopium quoque ædificaſſe ſuper Baſilicam S. Dei genitricis, quæ antiqua vocatur (creditur autem Eccleſia fuiſſe S. Mariæ trans Tiberim) illicque habitaſ-E ſe. Ceſſauit Epiſcopat. m. 3.

Chriſti Annus.	*Siſſinius Papa* / *Conſtantinus P.*	*Iuſtin. Rhitno. iterū* Imp.	*Indictione*
708.		5.	6.

SExta Indict. 15. Kal. Feb. creatur Papa Siſinnius, natione Syrus, qui podagra admodum conſtrictus, vigeſimo Pontificatus die, ſeptima Feb. repentino moritur, ceſſat Epiſcopatus m. 1. ſeu d. 29. & ſeptima Martij creatur Conſtantinus Syrus, longe mitiſſimus. Huius Pontificatus exordio contigit creari Rauennatem Archiepiſco-

pum Felicem, Romamq; ſe conferre, ex more, vt conſecrationem acciperet ab ipſo Pont. profeſſione fidei edita,& obediẽntiæ ſponſione,licet ab inuito,cogentibus magiſtratibus. ea a Pontifice in ſacratiſſima B. Petri Apoſtoli confeſſione poſita, poſt multos dies, tetra & pene igne combuſta reperta eſt,quaſi B. Apoſtolo inuitam obedientiæ ſponſionem improbante.

Rauennates rebelles Eccleſiæ Rom. domãtur ab Imper.

Rauennam reuerſum ciues a ſponſione recedere perſuadent, Imperatoris magiſtratibus repugnantes, aduerſus quos maieſtatis reos, Imperator miſſa ex Sicilia claſſe, Rauennam capit, rebelles vinctos, bonis ademptis, Conſtantinopolim perducendos curat,rebelles Sedi Apoſtolicæ perimit; Archiepiſcopũ luminibus orbatum in Pontum relegat.ex Anaſtaſio. Ab eo tempore,refractaria illa & rebellis Eccleſia ſic punita, deinceps Romanæ Eccleſiæ obſequens fuit.

Hoc eodem anno Eccleſia Borutuariorum in Germania, ipſo ſui ortu, inuidia diaboli diſſipatur; Chriſtianis, qui in ea erant,alio migrare coactis, ex diſſenſione, & cæde orta inter eos & Saxones, vt eſt apud Marcellinum. in Suiberto cap. 22. S. Suuibertus ex diuina reuelatione admonitus, præcipitur ire Coloniam ad Pipinum Ducem,& Plectrudem eius coniugem,a quibus perhumaniter acceptus, Vico Vuerda in Inſula Rheni aſſignato,nobile ibi condidit monaſterium. ex Marcellino. B

Chriſti Annus	*Conſtantini* P.	*Iuſtin. Rhinot. iterũ* Imp.	*Indictione*
709	2	6	7

Papa Cõſtãtinop. proficiſcitur ab Imper. inuitatus.

IVſtinianus Imp. vt finis aliquando controuerſiæ, ob canones ad 5. & 6. ſynodum ſuperadditos, poneretur, Conſtantinum Papam precibus adhibitis, & omni ſecuritate præſtita accerſit Conſtantinopolim,qui menſe Octobri Ind.8. inchoata,a menſe Septembri profectus, cum Epiſcopis, & presbyteris, in Siciliã cum perueniſſet, Theodorus Patricius languore detentus illi occurrẽs, & magna cum veneratione ſalutans, atque ſuſcipiens, medelam adeptus eſt celerem. Progreſſus, Hydrunti cum hyemaret illic ſuſcepit ſigillum Imperiale, per Theophanem Regionarium, in ſignum ſummæ vbique exercendæ auctoritatis. Ex Anaſtaſio. C

Abſente Pont. Io. Patricius Exarchus Rauennam miſſus, Romam veniens Paulum Diaconum,& vice dominum,& alios clericos iugulauit, pergẽſq; Rauennã pro ſuis nefandiſſimis factis, iudicio Dei, illic turpiſſima morte occubuit.

a Beda li. 5.c.26. b 5.c.20. c Apud Sur. 26. Maij.

Vuilfridus Archiepiſcopus Eboracenſis anno 45. ſedis (cum creatus fuiſſet Epiſcopus A.D.664.[a])ex hac vita recedit 12.Octob.quo die anniuerſarie colitur. ex eodem Beda[b]. D

Eodem anno moritur S.Althelmus Epiſcopus Schireburgenſis in Anglia, cuius Acta extant[c].

Anglorũ frequẽtes Romã peregrinationes.

Hoc eodem anno Coenredus Rex Merciorum,6.anno regni ſui venit Romam, vt Beda ſcribit in Epitome.de duob. teſtatur Anaſt. in Conſtantino, Huius,inquit, tempotibus,duo Reges Saxonum,ad orationes Apoſtolorum,cum alijs plurib. veniẽtes, velociter,vt optabant,vitam ſuam finiuerunt. De frequentib. per hæc tempora peregrinationibus Anglorum Romam pietatis cauſa,omnis conditionis & ſexus meminit & Paul.Diac. E

Eodem anno Childebertus tertius Rex Francorum regni 17. moritur, cui ſubrogatur Dagobertus ſecundus,qui regnauit annis quinque.

Reuelatio de erigenda Baſilica.

Porro hoc eodem anno factam diuinitus apparitionem Authberto Epiſcopo Cameracenſi,inſignis ſanctitatis viro,de erigenda Baſilica S.Michaelis Archangeli,habet Sigebertus in Chron. Eius generis apparitiones plures, tum in Oriente, tum in Occidente, Græcorum atque Latinorum ſcriptores produnt, nec inanes eas fuiſſe, miraculorum frequentia probat. Claruit autem Authbertus Camerac. Epiſcopus, ſanctitate inſignis,cuius Acta ſcripſit Fulbertus ſui temporis ſcriptor clariſſimus.

Chriſti

A

Chriſti Annus. 710. *Conſtantini P.* 3. *Iuſtin. Rhinotm. iterum Imp.* 7. } *Indictione* 8.

HYdrunto digreſſus Conſtantinus Papa occurſu Imperatoriæ claſſis exceptus eſt, & a ſeptimo milliario Conſtantinopolim accedens a Tiberio Auguſti filio, Senatu, a Cyro Patriarcha cum clero & populo, ingenti cum lætitia ſuſcipitur. Imp. Cõſtantinopolitanus oſculatur pedes Pa.

B Dominus autem Iuſtinianus Imp. magno repletus glaudio a Nicęa Bithyniæ, aduentum gratulatus, rogauit procedere Nicomediã, quo ipſe occurrit a Nicæa, & quo primum die in conſpectum venerunt, Auguſtus Chriſtianiſſimus cum regno in capite, poſtratus, pedes oſculatus Pontificis mox in amplexum mutuum corruerunt, omnibus præ lætitia exultantibus de tanta humilitate boni Principis. Die vero Dominica Miſſa facta, ab eius manibus Imperator coronam cepit, proque ſuis delictis vt deprecaretur, Pontificem rogans, omnia priuilegia Eccleſiæ renouauit. hæc omnia ex Anaſtaſio. De hoc congreſſu Beda, Marianus Scotus &, Anſelmus Lucenſis meminerunt.

Actum deinde de canonibus ſecundę, & ſextæ Synodis additis, aduerſus quos Gregorius ſedis Apoſtolicæ Diaconus acerrime diſputans, omnibus propoſitis quæſtionibus pleniſſime ſatisfecit. Anaſtaſius in Conſtantino, & in Gregor. vndecimo.

C Iuſtinianus rebellantib. Cherſoneſi & Boſphori populis, immiſſa claſſe, ad ſeptuaginta tria millia trucidauit, principum virorum alios in poteſtatem adductos, igni viuos cõbuſſit, alios in mare demerſit, in infantes etiam captiuos abductos furor Imperatoris deſæuijt. Claſſis in reditu naufragium fecit. Theophanes Cedrenus. Imperatoris immanitas.

Vuitiza nefario Hiſpaniarum Rege defuncto, poſtquam regnaſſet annos 9. ſuccedit Rudericus, ac Theofredi filius, quē Cordubenſem ducem, ex regali Gothorum ſtirpe Vuitiza excæcarat, Rudericus quidem vir promptus & bellator fuit, ſed Vuitizę, vita & moribus non abſimilis. Tudenſ. in Chron.

D

Chriſti Annus. 711. *Conſtantini P.* 4. *Iuſtin. Rhinotm. iterum Imp.* 8. } *Indict.* 9

COnſtantinus Papa Romam ex Oriente redit menſ. Octobr. Indict. 10. Poſt tres menſes nuncius affertur de Chriſtianiſſimo, & Orthodoxo Imperatore Iuſtiniano trucidato, & Philippico hæretico in Imperium prouecto. Cum enim Iuſtinianus, non contentus tanta exercita in Cherſonenſes immanitate, ſed rurſum, parata claſſe, extremum illis excidium intentaret, aperta defectione aduerſus eum conclamata Philippicum Bardam Imperatorem appellant, qui in inſula Cephalenia relegatus ab Abſimaro, & a Iuſtiniano ipſo reuocatus, vt huic claſſi præeſſet, diuino iudicio ipſius immanitatem vltus eſt, ipſo obtruncato, capiteque per prouincias Romam vſque circumlato, & filio eius Tiberio, & eorum fautoribus. Theophanes. Immanitas Imper. cogit pop. ad rebellãdum. Vltio diuina in immanē Imper.

E Philippicus hic, cum aliquando, antequam imperaret, acceſſiſſet ad incluſum quendam pſeudoMonachum, ex Aſtronomicis inſpectionibut, futura prædicere ſolitum, illi prædixit Imperium, & quia erat Impius

Mono-

Monothelita hæreticus, obſtrinxit eum iuramento, vt ſextam Synodum haud rite factam cum imperaret, abrogaret. Factus igitur Imperator, dum ex more profeſſionem Catholicæ fidei mittere deberet, hæreticam miſit, execratione dignam, quam Conſtantinus Pontifex cum ſedis Apoſtolicę concilio reſpuit. Pop. Rom. zelo fidei accenſus, nomen, litteras, imaginem, figuram eius in nummis ſuſcipere recuſauit, nec in Miſſarum ſolemnijs nomen eius prolatum eſt. Cumque ille ſex Synodos œcumenicas in pariete depictas Conſtantinopoli abradi iuſſiſſet, Conſtantinus contra Romæ pingi iuſſit. Miſſum ab eo Ducem, zelo fidei magna pars populi Rom. accipere recuſauit, inter quem, & alium, qui antea Dux erat, in ipſa vrbe armis concurſum eſt, & cædes factæ. Ex quo habemus Rempublicam Romanam gubernari his temporibus ſolitam per duces miſſos ab Imperatore, hincque Ducatum Rom. dictum.

Philipp. Imp. hęreticus. Reſpuitã pop. Ro. Ducatus Roman. dictus.

Eodem anno Felix Archiepiſcopus Rauennas a Iuſtiniano excæcatus & relegatus in Ponto, pœnitentia ductus, & Eccleſiæ Romanæ reconciliatus, ad ſedem propriam redijt, quem & egregia clarum ſanctitate, miraculis corruſcaſſe, & plurimas reliquias ſecum ex Oriente detuliſſe, Rubeus tradit.

Archieps Rauẽnas Ro. Eccl. recõciliatᷓ

Benedictus Archiepiſcopus Medidan. hoc tempore Romam venit ex voto: & proſecutus cauſam aduerſus Epiſcopum Ticinenſem, conatus eum ſuæ iuriſdictioni vindicare, cauſa cecidit, eo quod a priſcis temporibus probatus eſt ſedi Apoſtolicæ ſingulariter pertinere, ab eaque conſecrari. Anaſt. & Paulus Diacon. qui eum aſſerit fuiſſe egregiæ ſanctitatis, relatus quidem inter Sanctos, vndecimo Martij anniuerſariè colitur.

Chriſti Annus.	*Coſtantini P.*	*Philippici Imp.*	*Indictione*
712.	5.	2.	10.

PHilippicus Imperator vbi ſibi Imperium ſtabiliſſe viſus eſt, occiſis omnibus, qui Iuſtiniano fauerant, damnandæ Catholicæ fidei in ſexta Synodo expoſitæ, & Monothelitarum hæreſi reſtituenda, ex promiſſione, iuramẽto firmata, animum intendit: primum igitur Cyrum Patriarcham depoſitum, trudit in exilium, repoſito in eiuſdem locum Ioanne quodam Monothelitarum anteſignano: nam qui in eam promouendus erat Monachus, qui Philippico Imperium prædixerat, cæcitate percuſſus fuerat. Inde indicta Synodo, potius pſeudoSynodo, ex Epiſcopis dumtaxat Orientis, quã numeroſiſſimam curaſſe credbile eſt, vt cũ deeſſent cætera oĩa, numero ſaltẽ vincere videretur, propoſita depoſitionis ſententia, Epiſcopis ſextam Synodum non damnantibus, omnes Epiſcopi, ne ſedibus caderent, turpiſſime cedentes, in ſextæ Synodi damnationis ſententiam cõſenſerunt, cui an ceteri interfuerint Patriarchæ, ignoratur, Actis eius, vt execrabilibus perpetuo anathemati ſubiectis.

Philippicus crudelis & hæret. Deponit Patr. Pſeudoſynodũ cogit, aduerſus legitimã ſexta.

Hoc eodem anno eſſe defunctum Aripertum Regem Lõgobardorum, habet Francorum Chronicon, ad leges ſalicas, antiquitus ſcriptas, additum, ex quo dicendum eſt, non annos 12. regnaſſe (vt Paulus Diac. tradit) ſed tantum octo. Poſt Aripertum Anſprandus regno potitus, per tres tantum menſes, cui Longobardi filium Luitprandum dant ſucceſſorem, qui regnat annos 31. & 7. menſes, vt tradit Paulus. Primo regni ſui anno (habet Oldradus Epiſcopus Mediolanenſis, Epiſtola ad Carolum Magnum, de Luitprando) quæ B. Petro Aripertus Rex donauerat, confirmauit, ſcilicet Alpes Cottias, in quibus Ianua eſt, & quicquid ab ea Alpes vſque ad Galliarum fines continebant.

Lõgobardi Regis Ariperti obitus.

A Chriſti Annus 713. Coſtantini P. 6. Anaſtaſii Imp. 1. Indict. 11.

CVm Philippicus, abrogata penitus ſexta Synodo, dicitur, num ſibi ſe putaret paraſſe imperium, ab impoſtore promiſſum, poſt annum vnum & menſ. 6. (vt eſt apud Diaconum res ſui ſcribentem temporis) imperio & luce excæcatus, priuatur, creato Imperatore Artemio a ſecretis, vocato Anaſtaſio, qui, vt catholicus, ſtatim ſuæ catholicæ fidei profeſſionem apud Roman. Pontif. per legatos, edidit, magna cum totius occidentis exultatione, qua accepta, Conſtantinus Apocriſarium ſtatim mittit Conſtantinopolim, qui lapſos Epiſcopos auctoritate Apoſtolica Eccleſiæ Catholicæ reconciliaret. Theoph. Anaſtaſius. De tempore, quo imperauit Philippicus, confirmatur, quod habet Paul. ex Actis publicis & libello, quo deſcripta eſt liberatio Virginis energumenæ ad reliquias S. Anaſtaſij ad aquas ſaluias, hoc anno, menſe Octobri, inchoata iam a menſe Septemb. 12. indict. omnino præclara eſt narratio plene in Annalibus legenda.

Philip ex cæcatus in ſpicio priuatur.

Virgo energumena mirabiliter liberatur.

Hoc anno, regni ſui 3. Rudericus iniuriam patris ſui vlturus, duos filios Vuitizæ, cum ſummo dedecore Hiſpania expulit. Qui ad Tingintanam prouinciam transfretantes (tenebatur enim illa Africæ pars a Gothis) Iuliano comiti illius regionis, olim Vuitizæ cariſſimo adhæſerunt, cum eoque conuenerunt de Sarracenis euocandis, vt iniurias ſuas vindicarent, eoque magis, in id conſenſit Iulianus, quod Rudericus Rex filiam ſuam Cauam in vxorem expetitam, pro concubina haberet.

Conſpiratio depredanda Sarrac. Hiſp.

Iulianus vir ſagax & aſtutus callide incitauit Francos, vt citeriorem Hiſpaniam expugnarent, & interim amicum ſe Regi ſimulans, aſtute conſulit, vt equos & arma ad Gallias mitteret & in Africam, cum in interiori Hiſpania ſecurus ageret, nec relinquenda Hiſpanis arma in patria, quibus ſe mutuo interficerent. Fauebat proditioni Oppa Vuitizę filius, Hiſpalenſis, & Toletanus intruſus Archiepiſcopus. Igitur hoc anno Vlit fortiſſimus Rex barbarorum totius Africæ, ducatu Iuliani, & filiorum Vuitizæ fretus auxilio, vt cognouit Hiſpaniam armis, & equis ſpoliatam, & ciuitates abſque muris, vnum ex Ducibus ſuis cum 25. millibus militum in Hiſpaniam præmiſit, vt, explorando Iuliani dubiam fidem, bellum cum Hiſpaniæ Rege inciperet. at hic cognita Iuliani Comitis proditione, collecto Gothorum exercitu, hoſtibus obuiam progreſſus pluribus prælijs rem bene geſſit. Sed probata barbaris comitis fide, infinita multitudo equitum peditumque tranſit in Hiſpaniam, ac tandem conciſo exercitu Gothorum, Rege interfecto, vrbibus nullo negotio, vt quæ muris carerent, captis, Hiſpania, miſerabili euentu, ceſſit dominationi Sarracenorum, Deo, non tam Ruderici libidinem, quam Vuitizæ a ſede Apoſtolica defectionem, populorum denique & Regum improbitatem, iuſto iudicio vlciſcente, quam iuſtam vindictam iam ante Aſiæ regiones & Africa expertæ erant, nunc quoque, tum illæ tum Thracia, & Græcia ipſa & totus ferè Oriens experiuntur.

Sarraceni inuadunt Hiſpan. expugnant & occupant.

E Chriſti Annus. 714. Coſtantini P. 7. Anaſtaſ. Imp. 2. Indict. 12.

COnſtantinus Papa, vbi ſed. ann. 6. menſ. 1. & diem, ex hac vita diſceſſit 9. April. magna, ex Pontificatu, bene perfuncto, ſibi gloria comparata, quippe qui, cum Throno ceteris eminens eſſet (vt Anaſtaſius ait) omnium humillimus ſpiritu erat atque mitiſſimus, cunctis ſibi ſubditis charitate pater amantiſſimus, vt qui penuriæ tempore nihil prętermiſit officij in pauperibus ſubleuandis. Poſt 40. vacationis dies crea-

tur

tur Gregorius Secundus, vigeſima ſecunda Maij, Romanus, doctrina & ſanctitate clarus, vt eſt apud Anaſtaſium, quod vero aliqui ponunt eius Pontificatum poſt biennium, plane errare conuincuntur ex Anaſtaſio, Theophane, & Sigeberto, vt bene ratiocinatur auctor Annal. A

Quod hoc anno recentiores Chronographi recenſent Synodum Londinenſem de imaginibus, alij 11. alij, 10. ſupra 700 minime probatur, cum de ea antiquiores Anglorum ſcriptores ne verbum quidem.

Hoc eodem anno magnus ille & ſtrenuus Princeps Pipinus de Herſtallo, & maior Domus Francorum, ægrotauit ad mortem, ad quem viſitandum inuitatus S. Suibertus, acceſſit cum alijs Epiſcopis, qui poſt ſolita & debita alloquia, eum de illicito matrimonio increpantes, & hortantes, vt legitimos filios hæredes inſtitueret, tum ab eo, tum maxime ab Alpaide concubina reiecti ſunt. eodē anno Pipinus mortuus eſt, cum 27. annos præfecturam illam adminiſtraſſet, Carolo Martello, ex pellice filio, hærede relicto, cum alioqui pius multa Eccleſijs contuliſſet, Monaſteria ædificaſſet, ſanctos viros coluiſſet, ſed incontinentia ad extremum omnia fędauit. B

Pipinus Maior domus Fr. cetera pius cum concubina moritur.

Regnabat tum in Gallijs Dagobertus Secundus, qui ſequenti anno, regni ſecundo moritur, inque eius locum Franci ſubrogant Danielem Clericum, Chilpericum ſecundum dictum.

Ioannes Conſtantinopolitanus intruſus Epiſcopus, audita creatione Romani Pontificis, Synodicam, ad eius communionem demerendam mittit, vt habet Anaſtaſius, quam vt hæretici, & ab hæretico Philippico intruſi, non dubium eſt fuiſſe reiectā. Hoc eodem ſecundo Anaſtaſij Imperatoris anno, idem Ioannes depoſitus, & in ordinem redactus eſt, vt eſt apud Theophanem; id agente proculdubio apud Imperatorem, per ſuum Apocriſarium, Gregorio. In eius locum, ex Eccleſia Cyzicena Conſtantinopolim translatus eſt Germanus ob egregiam eruditionem, & ſanctitatem, cum pari nobilitate coniunctam, ex [a] Theophane, & Zonara. Mirabile quiddam accidit, cum ad Eccleſiam duceretur in Throno collocandus, vt futura prædiceret, ſiquidem in ingenti concurſu hominum videre cupientium, mulier pia quædam, cum eſſet grauida, ſolicita de fætu, quem in vtero geſtabat, exclamauit. *Benedic Domine id, quod in utero meo eſt*: ille autem perſpicaci animi oculo, eū, qui in vtero geſtabatur, intuens. *Benedicat hunc Dominus per primi martyris interceſſiones*, reſpondit. Apud omnes porrò affirmabat mulier, ſe, cum id audiſſet, igneam flammam ex diuino illo ore proſilientem vidiſſe. Natum igitur Stephanum appellarunt, qui poſt extitit Monachus ſanctiſſimus, & Martyr glorioſus. ex eius Actis. C D

a anno 13. Leon. Imper.

Mirum quiddam

Emiſſa ab Imperatore claſſe aduerſus Sarracenos, cum iurgia, & inde cędes, inter milites, cæſo altero ex duobus Ducibus, exortę eſſent, veriti Imperatoris iram, qui cædem Ducis fecerant, Theodoſium quendam Tributorum exactorem, inuitum, imperare cogunt, & nauigantes Conſtantinopolim verſus, aduerſa regia claſſe ſuperata, poſtque ſex menſes, Vrbe occupata, Theodoſius, attonſum Monachum relegat in Monaſterium. Cum interim Leo Iſauricus præfectus Orientis, indignans Theodoſio ſubeſſe, deſponſa filia Artabaſſo Armeniæ prætori, eoque ſecum adducto, de occupando Imperio cogitat.

Chriſti Annus.	*Gregorii P.* II.	*Theodoſii Imp* 4.	*Indictione*
715.	1.	1.	13.

THeodoſius Imperium adeptus, quod Philippicus, vt hæreticus demolitus erat nobile monumentum, quo ſex œcumenicæ Synodi depictæ erant, vt Catholicus ſtatim reſtituit, quo facto hæreticorum ora compreſſit. Anaſtaſius in Gregorio, & alij.

Gregorius ipſo Pontificatus initio, muros Vrbis inſtaurare incipiens, nouis motibus exurgentibus eſt impeditus. ſiquidem Longobardi ſub dolo pacis Cumarum

A caſtrum, Iuris Eccleſiæ, occuparunt; quod, vt reſtituerent ſæpius à Gregorio admoniti, & rogati, vltione etiam Diuina intentata, nunquam in animum induxerunt. Sed conſilio, & prouidentia Pontificis, accito in auxilium Duce Neapolitano cum exercitu, nocturno improuiſo adortu eſt receptum, trecentis Longobardis, cum eorum Gaſtaldione, occiſis; quingentis captis. Pro cuius redemptione caſtri 70. auri libras ipſe Sanctiſſimus Papa, vt promiſerat, dedit, ex Anaſtaſio, & Diacono. Exemplo Pontificis doctrina, & ſanctitate clari, ſancitur diſciplina; ablata Bona Eccleſiaſtica ab iniquis poſſeſſoribus, etiam ſi opus ſit, armis vindicandi, ſi cetera remedia, prius adhibenda, contemnantur. Bona Eccleſiaſtica armis et vindicari poſſunt.

Luitprandus Rex Longobardorum infenſus Pontifici Alpes Cottias, donum Regis Ariperti, repetebat; ſed poſt admonitione venerabilis Papæ Gregorij, eas Eccleſiæ confirmauit. Anaſtaſ. Diacon. Beda: Oldradus. Epiſt. ad Carolum M.

B

Chriſti Annus	*Gregorii P.*II.	*Leonis Iſauri Imp.*I.	*Indict.*
716.	3.	I.	14.

THeodoſius quietis auidior, quàm Imperij; auditis, quæ a Leone aduerſus ſe parabantur; conſilio, a Germano Patriarcha, & a Senatu percepto, per eundem Patriarcham a Leone, verbis indemnitatis acceptis; & Eccleſiæ ſuæ ſine perturbatione, ſeruandæ; Imperio abdicat, & clericus cum filio factus, reliquum vitæ agit in pace. Leo accepto Imperio octauo Kal. April. coronandus a Patriarcha, ipſo exigente, iurat ſe fidem Catholicam illibatam, in omnibus ſeruaturum: epiſtolamque ſcribens ad Gregor. Rom. Pontif. de ſua promotione, fideique ſua adiuncta orthodoxa confeſſione, de more Catholicam communicationem expetit. Gregorius viciſſim Apoſtolicas ad eundem literas reddit, cui, vt filio, omnia ſua defert officia, apud occidentis Principes Chriſtiânos. Imagines quoque eius, quas Laurata nominare conſueuerunt, Romam delatæ, a ciuibus magno ſunt honore ſuſceptæ. Habentur hæc omnia fuſius explicata ab ipſo Rom. Pont. in epiſtola, quam ad ipſum Imperatorem anno eius decimo, ſcripſit. Teophanes, in eo corrigendus, ex Papæ ad eundem Imperatorem epiſtola, dum refert initium eius Imperij, in annum ſequentem, & Indictionem decimamquintam. Cedren. Zonaras. Ceſſantibus bellicis tumultibus, Gregorius ad Monachiſmi collapſi reſtitutionem, Monaſteriorumque reſtauratione adijcit animum renouatis, quæ circa Baſilicam, S. Pauli deſerta erant, Monaſterijs, herontocomio, poſt abſidem S. Dei Genitricis Mariæ ad Præſepe Monaſterij inſtituto, & Monaſterio Sancto Andreæ, quod Barbaræ nuncupatur renouato. Ex Anaſtaſio.

C — Theodoſius deponit Impe. & Clericus fit cũ filio.

D — Gregorius reſtituit Monachiſmũ

E

Ad hæc etiam tempora pertinet, quod tradit Paulus Diaconus [a] Petronacem Brixianum, diuino amore excitatum, & hortante Gregorio Papa, Caſſinum petijſſe, atque a Monachis ibi reſidentibus ad corpus B. Benedicti aſcitum in Patrem non poſt multum tempus, cooperante diuina miſericordia, & ſuffragantibus meritis B. Benedicti Patris, reparato Monaſterio, magnos concurſus hominum factos, qui Regulam profiterentur. Quod autem ait euolutis ferè centum, & decem annis, ex quo locus ille habitari deſijt, ſciendum eſt centum quadragintaquatuor annos inter lapſos ab inuaſione illa Longobardorũ, qua conati ſunt Monachi locum deſerere, & Romam demigrare, vſque ad præſentem annum, quo punitur Petronacis illuc acceſſus. Mira fuit illa Monachorum longè, lateque propagatio: ſed, & illud affirmari poteſt, ex nullo alio Monaſterio tot vnquam prodijſſe viros doctrina, & ſanctitate præſtantes, vt ex hoc Caſſinenſi, vt dici poſſit, fuiſſe aliquando ſeminarium ſacrorum Antiſtitum.

a lib. *6.* c. 40. nouæ edi. vet. 13

Caſſinenſe Monaſterium reſtitutum, frequentatur.

Grego. reparat, & ornat Eccleſias.

A Monaſterij retulit animum S. Pontifex ad reparandas, & ornandas Eccleſias, S. Pauli, S. Laurentij foris muros, & ſanctæ Ieruſalem, de quibus nominatim Anaſtaſius. A

S. Corbinianus, ex ſolitario, Frinſing. Eps efficitur.

a Apud Sur. 8. Septemb.

Sanctus Corbinianus decimoquarto anno vitę in ſolitudine actæ, pertęſus frequentiæ hominum ſe adeuntium (quod cognitus eſſet Dei Amicus) Romam adit, ad limina Apoſtolorum, & cum Pontifice communicato conſilio de ſolitudine ſectanda, inuitus Epiſcopus Frinſingenſis ordinatur, accepto etiam pallio, cum benedictione, & adiutorio B. Petri Apoſtoli, vt vbiq. prædicationis officium exercere poſſet. Hæc ex Aribeane[a] eius in Epiſcopatu ſucceſſore. Eius præclaras res geſtas Otho Frinſingenſis ſummatim tantum attigit.

S. Egbertus Monaſteria Scotica a ſchiſmate reuocat.

b li. 5. c. 25

Sanctus Egbertus de Hibernia veniens, Scoticos Monachos inſulæ Hij cum omnibus ſubditis Monaſterijs a ſchiſmate, ad ritum Paſchæ, ac tonſuræ Canonicum traduxit. Ex Beda[b] B

Sarraceni occupant Legionē, & Toletū

Peccatis id exigentibus populorum, inualeſcētes Sarraceni Legionenſem Vrbem, caput quondam Regni Sueuorum, expugnant, & Toletum, prodentibus Iudæis, occupant, populo, qui Vrbis portis clauſis in die in ramis palmarum ad Eccleſiam S. Leocadiæ extra Vrbem Regiam, ob reuerentiam tantæ ſolemnitatis ad audiendum verbum Dei conueniſſet, cæſo. Inde miſſis Præfectis per omnes Hiſpaniæ prouincias, Tributis Chriſtianos, et varijs contumelijs pręmunt, Corduba ſibi Regni ſede delecta. Tunc reſidui Gothi in ardua montium Pirenorum Attunicorum, & Galleciæ ſe recipientes, ſalutem quæſierunt. Ex Tudenſi in Chronico,

Excitat' a morte refert de inferorū pęnis.

Hoc eodem anno (vt auctor eſt Beda) moritur. Ceolredus Merciorum Rex, quem damnatum in pœnas æternas inferni, ex defuncto homine inuitam reuocato certa teſtificatione cognitum eſt. Extat de his Epiſtola viri Clariſſimi, qui his temporibus vixit, S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, itemque Martyris, & Germaniæ Apoſtoli, inter alias nondum editas, numerata, ſanè digna, quæ legatur, nunc primum in Annalibus typis excuſa, ob atrociſſimum, quod ob oculos ponit, pęnarum inferorum, & ſeueriſſimi conſcientiarum examinis exemplum.

Chriſti Ann.	*Gregorii Pap.* 11.	*Leonis Iſauri Imp.*	*Indictione*
717.	4	2.	15

D

Sarraceni Conſtātinopolim triēnio obſidentes omnes pereunt.

c li. 6. c. 47

ARabes, & Sarraceni Matalma Principe, & Zuleimino Duce Conſtantinopolim cum immenſo exercitu, & potenti claſſe, per triennium obſidentes, ſumma pietate precante Germano Patriarcha, cum populo, interceſſione B. Marię Virginis, cui Ciuitas dicata erat, & deuota, fame, frigore, peſtilentia conflictati, abſcedunt, magna clade a Bulgaris afficiuntur, claſſis, immiſſis igniferis nauibus ab Imperatore, cōflagrat: duplex alia claſſis annonam ſubuehens, obſidentibus ex Aegypto vna, ex Africa altera, eodem artificio, male perit. Ex Beda de ſex ætatibus in fine. Paulo Diacono[c] Anaſt. Theophanem. E

Inundans Tiberis Vrbē per ſeptem dies occupatā tenet.

Hac 15. Indictione Tiberis alueum egreſſus, & longè latèque inundans, Vrbem per ſeptem dies tenuit peruaſam, cum ædificiorum ſubuerſione, & agrorum vaſtatione, arbuſtis, & ſegetibus eradicatis, adeo, vt pars maxima nec ſerere potuerit, Pontifice interim litaniam crebro agente, donec per octauum iam diem, miſerante Domino Fluuius ad proprium reuerſus eſt alueum. Ex Anaſtaſ. De hac quoque famoſa inundatione Beda de ſex ætatibus.

Per hos fermè dies, defuncta matre, Gregorius Papa, domum propriam, in Eccleſiam vertit, in honorem ſanctæ Chriſti martyris, Agathę, addito Monaſterio, & redditib. dotato, in qua Eccleſia Ciborium ex argento fecit, quod penſat libras ſeptingentas viginti, arcus argenteos ſex, penſantes libras quidecim, Caniſtra decem penſantia ſingula libras duodecim, & alia dona multa largitus eſt. Anaſt.

A *His temporibus*, inquit Beda, *multi Anglorum gentis nobiles, & ignobiles, viri & feminæ, Duces, & priuati, diuini amoris inſtinctu, de Britannia Romam venire conſueuerant, inter quos etiam Reuerendiſſimus Abbas meus Ceolfridus annos natus ſeptuaginta quatuor, cum eſſet presbyter annis quadraginta ſeptem, Abbas autem trigintaquinque; vbi Singonas peruenit, ibi defunctus, atque in Eccleſia beatorum Geminorum Martyrum ſepultus eſt. Qui inter alia dona, quæ deferre diſpoſuerat, miſit Eccleſiæ S. Petri Pandecten a B. Hieronymo in Latinum ex Hebreo, vel Greco fonte translatum.* Frequentes peregrinationes Anglorũ ad Vrbem.

B Hoc ipſo anno 12. Kalend. Apr. Carolus cum Raginfredo Magiſtro domus, & Chilperico Francorum Rege confligens, eos in fugam egit, & fugientes cędendo Pariſios vſque proſecutus eſt, & Rigobertum Rhemenſem Epiſcopum, quod Rhemorum portas prætereunti aperire noluiſſet, de ſede depoſuit, Milone quodam ſola tonſura clerico, intruſo, quantumuis ab eodem baptizatus fuiſſet, quæ tamen acta contra eum, a Gregorio Papa penitus irrita reddita ſunt, vt contra Canones vſurpata, vt ex fragmento eius Epiſtolæ ad Turpinum conſtat, quem tum quidem fuiſſe Epiſcopum (cum patrem illum appellet) ſed alterius Eccleſiæ, & poſt Rhemenſem, dicendum eſt. Ex vetere Franc. Chronico [a] & Actis S. Rigoberti. [b] Porro quod ad Carolum ſpectat, eſt querela ſcriptorum omnium huius ſæculi, quod Epiſcopatus laicis hominib. ſuæ factionis dederit perfruendos. Carolus Martell[9]. Pa. irritat contra canon. facta a Edito a Rithoeo. b Apud Sur. 4. Ia.

C Hoc eodem anno, migrat in Cœlum mirificus ille Saxonum, & Friſonum appellatus Apoſtolus, primus Vuerdenſis Epiſcopus, S. Suibertus, cum eſſet ætatis annorũ ſexagintanouem, miraculis in uita, & poſt mortem clariſſimus. Marcellinus eiuſdem temporis, & Apoſtolici muneris, fideliſſime eius vitam conſcripſit. Apud Sur. 12. Kalen. April. S. Suib. obitus Ap. Friſonũ, & Saxonũ

Chriſti Annus.	*Gregorii* P. II.	*Leonis Iſauri Imp.*	*Indictio.*
718.	5.	3.	I

D Recedentes à Conſtantinopolis obſidione, qui cladi ſuperfuerant Sarraceni varie conflictati, perierunt, claſſe diſiecta, & grãdine ignea, pice liquefacta, in profundum demerſa, decem ſolis nauibus ſaluis, earum quinque in Syriam delatis, & alijs quinque a noſtris captis, ad annunciandum nobis, & Arabibus, magnalia Dei, quę in ipſis facta ſunt. Theophanes, & Cedrenus, ſolemnes gratiarum actiones ſingulis annis celebrare, tanta potiti victoria, inſtituerunt, vt eſt in Menologio Baſilij. decimoquinto Auguſti. Vltio diuina in Sarracenos.

E Tanto portento perculſus Haumar Princeps Sarracenorum, qui hoc anno, poſt Zuteiminum, ſuſcepit habenas, adeo manifeſtam Dei indignationem expertus, duo ſibi facienda propoſuit, alterum, vt populum ſibi ſubditum expiaret, interdicto illis vini potu; alterum vero, vt quos putabat Dei hoſtes Chriſtianos, inſequeretur, promulgato edicto, quo recederent a ſua ipſorum religione, præmio appoſito recedentibus, Tributorum immunitate: pœna vero mortis ſancita, qui facere detrectarent, qua occaſione plurimi Chriſtiani non conſentientes impietati, necati, clariſſimũ conſecuti ſunt martyrium, ſed ob ſterilitatem eorum temporum ſcriptorum, acta non fuerunt deſcripta. Ex Theophane. Martyres plures ſub Sarracen.

Sergius Protoſpatharius nouum excitat Imperatorẽ Artemium in Sicilia: ſed miſſus illuc a Leone Imperatore Paulus Chartularius, eum ignibus tradit, de rebellibus ſupplicio ſumpto.

Aſtures omnes in vnum collecti, ſuper ſe Principem ſtatuerunt, Pelagium. Hic Regis olim Theodorici Spatharius, fugiens impetum Sarracenorum, cum magna parte militiæ Gothorum, in Aſturios ſe contulit montes, & ſpelunca ſe cum illis continebat. Quo à Sarracenis audito, exercitum in eum mouent, ſed primum inſidijs appetendum Aſtures ſibi Pelagiũ Principẽ deligunt.

dum putant, miſſo ad eum Oppa Archiepiſcopo Toletano, Vuitizæ Regis filio, qui magnis pollicitationibus illi deditionem ſuadeat. Ad quem increpitum, magno animo reſpondit, ſe ope, & interceſſione Beatiſſimæ Mariæ Virginis, ſperare, cum illa parua manu, gentem Gothorum, & fidem, reſtauraturum, debellata illa infinita multitudine paganorum. Deſperata deditione, portam ſpeluncæ ſagitarij, & fundibularij impetere cœperunt, ſed Diuino miraculo, lapidibus, & ſagittis, ac iaculis retortis maxima eſt eorum multitudo proſtrata. Ex quo reliqui perterrefacti abeuntes, inſequente Pelagio cum ſuis, pars trucidatur, Oppa capto, pars in itinere per aſpera montium, & per exundationem fluminum extinguuntur. Quibus auditis Rex Sarracenorum, in eos, quos ſecum habebat Hiſpanos, furorem conuertit, & Iulianum Comitem Regni proditorem, & filios duos Vuitizæ fecit capite plecti, ita Domino operante, vt ab eodem interficerentur ſcelerati, cui Hiſpanias prodidiſſent. Sicque Pelagius Regulus tenuit Regnum annis decem, & octo. Porrò ſpelunca illa Dei Genitricis memoriæ dicata eſt, cuius quoque nomine nuncupari cæpta, dictaque S. Maria de Couadonga. Eiuſdem Pelagij opera venerandæ Reliquiæ ſanctorum, & Sacri Codices per Vubanum Archiepiſcopum Toletanum ſucceſſorem ſinderedi tranſlatæ ſunt in Aſtures. Hæc ex Chronico. Tudenſis. Ex Ruderico.[a] Et alijs rerum Hiſpanicarum ſcriptoribus, obſeruatione planè dignum eſt, quòd tam in oriẽte Leo Imperator, quàm in Occidente Pelagius, cum Dei Genitricem aduerſus Sarracenos inuocant, inſperatam, ingentemque conſequuntur vtrobique victoriam.

Miraculum.

a li. 4. c. 2.

Victoriæ ingentes inuocatione B. Virginis.

Chriſti Annus.	*Gregorij* P. 11.	*Leonis Iſaurici Imp.*	*Indict.*
719.	6.	4.	2.

SAnctus Bonifacius presbyter Anglus, literis Danielis Ventæ, in Anglia Epiſcopi commendatus, ſub cuius Diæceſi eius erat Monaſterium, cum multis alijs Dei ſeruis, eodem ſpiritu feruentibus, Romam petit, & expoſito ſuo conſilio Euangelium prędicandi gentibus ſummo Pontifici, literas Apoſtolatus ab eo accipit, in quibus hæc inter cætera habentur. *Deo In nomine indiuiſibilis Trinitatis, per inconcuſſam auctoritatem B. Petri Apoſtolorum Principis, cuius doctrina, & magiſterio fungimur, & locum ſacræ ſedis adminiſtramus, modeſtiam tuæ Religionis inſtituimus, atque præcipimus, ut in Verbo Dei (quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere venit in terram, enitere videris) ad quaſcunque gentes infidelitatis errore detentas, properare, Deo Annuente, poteris, myſterium Regni Dei, per inſinuationem nominis Chriſti veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis prædicationem vtriuſque Teſtamenti, mentibus indoctis conſona ratione transfundas, &c.* Quibus acceptis literis in Germaniam profectus, & aliquot dies hærens in Thuringia, omnes interim illius prouinciæ Principes ad Chriſti fidem inuitat. Audita autem Radbodi morte Friſonum Regis, qui per id tempus, magnam in Chriſtianis perſecutionem exercuerat, magno gaudio affectus nauigat in Friſiam, ibiq; Verbi Diuini ſemina ſpargens, permultos ab Idololatriæ errore reuocat. (Hic autem Radbodus), poſt prædicationem, S. Vulfrani Senonenſis Epiſcopi, & Vuillebrordi, ac eorum miracula, perſiſtens obſtinatus, permiſſus eſt a Diabolo illudi, ac demum, hoc anno, abſque Baptiſmo defunctus eſt, vt eſt apud Ionam in vita, S. Vulfrani.[b] Quæ autem dicta ſunt, & mox dicentur de ſancto. Bonifacio, extant in eius vita ſcripta a Vuilibaldo.[c] Hic Bonifacius, & in hoc vera ſigna ſui Apoſtolatus expreſſit, dum Chriſtianam humilitatem amplexus, licet Apoſtolica legatione Dux Verbi videretur effectus, tamen ſui Tyrocinia Apoſtolatus, voluit ſub alio profiteri, coadiutor accedens in Friſiorum conuerſione, magno illi Clementi, ita ex Vuillebrordo, a Rom. Pont. vt vidimus, nominato, cui triennio in

Delatio Apoſtolici muneris a Papa, ipſi Bonifacio.

S. Bonifacius in Friſiam nauigat.

b Apud ſurt. 20. Mart.

c Apud ſur. 5. Iun.

mini-

A miniſterio Verbi fidus comes adhæſit, a quo cum rogaretur Epiſcopus ipſi ſuccedere, renuens, licentia petita, receſſit. Hoc eodem anno, Leonis Imp. 4. natus ei filius Conſtantini nomen tulit, cognomen vero Copronymi, quod dum baptizaretur, ſanctum Lauacrum ſtercore conſpurcauit, præſagio futuræ impietatis, vt prophetice interpretatus eſt S. Germanus Patriarcha. idem Zonaras, & alij. Quo pariter anno Leo decollari præcepit Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, vna cum Artemio, qui aduerſus Imperatorem rebellaſſet, plurimamque coniuratorum ſtragem Conſtantinopoli factam eſſe Theophanes aſſerit.

Chriſti Annus	*Greg. Pap. 2.*	*Leonis Iſaur. Imp.*	*Indictione*
720	7	5	3

B

LEo Conſtantinum filium Imperatorem creat ipſo ſancto Paſchatis die, quem ſolemni ritu coronat ſanctus Germanus.

Haumar Dux Arabum ſecundo ſui Principatus anno moritur, & ceſſante perſecutione, pax Eccleſijs redditur. Teophanes.

Carolus Martellus, mortuo Raginfrido, Maiore domus Chilperici Regis, Theodoricum in Regni ſede conſtituit, mortuo iam anno ſuperiore Lotario Rege, cuius ipſius Carolus Maiordomus erat, & pro arbitrio res Francorum moderabatur, potēs armis, acer ingenio, animi ferox.

Hoc eodem anno 13. Kalen. Aprilis moritur ſanctus Vulfranus Archiepiſcopus Senonenſis, cuius præclaras res geſtas ſcripſit Ionas Monachus Fontanellenſis.[a] C

a Apud Sur. 20. Mart.

Chriſti Annus.	*Gregorii P. 2.*	*Leonis Iſaurici Imp.*	*Indictione*
721.	8.	6.	4.

SYNODVS ROMAE HABITA, Præſidente Sanctiſſimo Gregorio Apoſtolico Papa in Baſilica Sancti Petri Apoſtolorum Principis, ante confeſſionem 22. Epiſcoporum, in qua Anathema dictum in eos, qui præsbyteram, Diaconam, vel Monacham in coniugium duxerint. Præsbyteræ porro, & Diaconæ erant illæ, quæ ex mutuo conſenſu, a viris, ad ſacros ordines promotis, relinquebantur, quæ tenebantur caſtitatem ſeruare, quarum, ſi viri ad Diaconatum promoti eſſent, Diaconæ, ſeu Diaconiſſæ, ſi ad præsbyteratum, præsbyteræ dicebantur. Diuerſæ erant hæ a monialibus, quæ Virgines erant, & perpetuam Virginitatem profitendo, vouebant. Huiuſmodi autem abuſum irrepſiſſe in Occidentalem Eccleſiam, ex Orientali forte Decreto, credibile eſt. Etenim, quod vulgatum vbique eſſet in appendice ad ſextam Synodum, Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos, Canones edidiſſe, quibus iuberetur, ne qui aſſumerentur ad ſacros ordines, coniugem, quam habebant, dimitterent: in Occidentali vero Eccleſia ſecus, quæ huiuſmodi canonem omnino recipere renuit, nonnullæ ex ipſis, quæ a viris ſic, ex conſenſu, dimiſſæ eſſent, quod ad viros ſuos redire non permitterentur, ſicut Orientales præsbyteræ recipi iuſſæ a viris ſuis, lenitate, & procacia muliebri, alijs ſe viris iunxerunt, titulo matrimonij, quos Pontifex vna, & patres ſimul ſancientes Decretum, anathemati ſubijciunt.

D — Cōc. Ro. in eos, q. vetita cōiugia iniſſent. Præsbyteræ quæ.

E

Poſt hæc ab eodem Gregorio Papa in clericos comam relaxantes inflictum eſt pariter anathema.

In clericos, comā relaxātes anathema.

Apud Orientales nihil hoc anno habent annales Theophanis, niſi quòd Syrus quidam impoſtor ſe ſimulans eſſe Chriſtum, ſeduxit Hebræos, quod ſæpius illis contigit. A

Chriſti Ann.	*Gregorii Pap.2.*	*Leonis Iſauri Imp.*	*Indictione*
722.	9.	7.	5.

LEo Imperator cogit Iudæos, & Montanos baptizari, atque illi quidem diluentes baptiſmum, & ſacra participantes, fidem contaminabant, hi vero ſeipſos incenderunt. Ex Theophane, & Cedreno.

Qui fuerint hi Montani, non conſtat, niſi forte Manichæos intelligamus, qui, de ciuitatibus pulſi, montes incolerent. B

Manichæos quidem in Armenia degentes perſecutus eſt Leo Imperator. poſt enim flammis datos a Iuſtiniano omnes, quos reperit Manichæos, vnus duntaxat fuga lapſus eſt Paulus Armenus, cum duobus filijs, Geneſio, & Theodoro, quorum alteri Geneſio Timothei nomen impoſuit. Hic a Leone euocatus Conſtantinopolim, & eluſis interrogationibus Patriarchæ, quaſi Catholicus, ad ſuos redire eſt permiſſus. Lucas autem ſiculus, qui claruit ſub Baſilio Imperatore, & in illis Regionibus moratus eſt, de quo & ſupra meminimus, eorum hiſtoriam Græco ſtylo proſecutus eſt.

Sanctus Bonifacius recedens a Clemente Epiſcopo Traiectenſe plurima millia Friſonum, & Cattorum, qui ſunt Saxonibus contermini, ab Idolorum cultu, ad fidem Chriſti conuertit, & baptizauit, & Binnam quendam ex ſuis fidelem, Romam cum literis miſit, docens de rebus geſtis, & de varijs rebus conſulens, qui mandatis perlatis, reſponſa celeriter retulit. C

Chriſti Annus.	*Gregorii P.2.*	*Leonis Iſauri Imp.*	*Indictio.*
723.	10.	8.	6

D

GRegorius Papa Bonifacium, quem antè quadriennium in Germaniam miſerat, ad fidelium conuerſionem, ad ſe euocatum, perhumaniter excepit, & accepta ab eo fidei profeſſione, Epiſcopum ordinauit, nouo illi Bonifacij nomine impoſito, cum antea Vuinfridus diceretur, & vt ad obedientiam ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus exhibendam, omnemque ſacræ fidei traditionem arctius eum adſtringeret, iuramentum ab eo exegit, & accepit, quod eſt huiuſmodi.

Sacramẽtũ quod a Bonifacio Epiſcopo exegit Papa.

In *Nomine Domini Dei Saluatoris noſtri* Ieſu *Chriſti* Imperante *Domino Leone Magno Imperatore, anno ſeptimo poſt eius conſulatum, ſed & Conſtantini Magni Imperatoris eius filij, anno quarto inchoato, ſcilicet* Indictione *ſexta. Promitto ego Bonifacius Dei gratia Epiſcopus, tibi B.* Petre, *Apoſtolorum* Princeps, *Vicarioque tuo B. Gregorio* Papæ, *& ſucceſſoribus eius, per* Patrem, *& Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc Sacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem, & puritatem ſanctæ fidei Catholicæ exhibere, & in vnitate eiuſdem fidei, Deo operante, perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur, nullo modo me contra veritatem communis, & uniuerſalis Eccleſiæ, ſuadente quopiam, conſentire, ſed (vt dixi) fidem, & puritatem meam, atque concurſum tibi, & utilitatibus Eccleſiæ tuæ, cui a Domino Deo poteſtas ligandi, ſoluendique data eſt, & prædicto Vicario tuo, atque ſucceſſoribus eius, per omnia exhibere, ſed & ſi cognouero Antiſtites contra* Inſtituta *antiqua ſanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem, aut coniunctionem, ſed magis, ſi valuero prohi-* E

bere,

A *bere, prohibebo; ſin minus, fideliter ſtatim Domno meo Apoſtolico renunciabo. Quod ſi (quod abſit) contra promiſſionis meæ ſeriem aliquid facere, quolibet modo, ſeu ingenio, vel occaſione tentauero, reus inueniar in ęterno iudicio; vltionem Ananiæ, & Saphiræ incurram, qui vobis etiam de rebus proprÿs fraudem facere præſumpſerunt.* Hunc etiam indiculum ſacramenti, ego Bonifacius exiguus Epiſcopus, manu propria ſcripti, atque ponens ſupra ſacratiſſimum corpus Sancti Petri, ita, vt præſcriptum eſt, Deo teſte, & iudice, feci ſacramentum; quod, & ſeruare promitto.

Atque hoc eſt ſacramentum, quod, & reliqui ordinati Epiſcopi præſtare ſolerent. B Gregorius Papa illum viciſſim in omnibus iuuare, prouehere, & venerari ſtuduit, familiaritatemque Sedis Apoſtolicæ, tum ipſi, tum omnibus eius ſubditis perpetuam, dato priuilegio, confirmauit, literaſque ſuas ei impartiens, non ſolum Carolo illuſtri Duci, qui per id tempus Francorum Regnum moderabatur; ſed etiam cunctis viris Eccleſiaſticis, & Principibus Germaniæ, eum tuendum commendauit. Adiecit alias ad clerum, & populum: alias ad nobiles confeſſores Thuringos: alias vniuerſo populo Thuringorum; denique ad ipſos Saxones infideles, adhuc alios; alios fideles, quæ omnes extant. Hæc legentes Saxones, & Germani omnes agnoſcant a quibus acceperint Euangelium, & qui, qualeſue, aut cuius fuerint fidei, qui primam eis fidem Catholicam prædicarunt.

Germani aduertite a quib. acceperitis Euangelium, & reſipiſcite.

In Oriente monſtrum illud horrendum, quod diu cornibus ventilauit Eccleſiam, exoritur, hæreſis Iconoclaſtarum, auctore Iudæo quodam maleficio, qui longiorem C vitam, & Regnum Gizidio Sarracenorum Principi pollicitus, ſi venerabiles, quæ in Eccleſijs, in toto principatu ſuo imagines venerabantur, deleret. Cui fidem habens credulus Princeps edictum propoſuit de delendis, & demoliendis imaginibus: ſed Diuina prouidentia factum eſt, vt Gizidius poſt annum cum dimidio, moreretur, & eius filius Vlidus Iudæum turpiſſimè mori cogeret: ſublato autem edicto imagines reſtitutæ ſunt. Theophanes. Sed hęc latius in Nicæna ſecunda ſynodo explicata habentur. Leo Imperator adhæret hæreſi Iconoclaſtarum. Theophanes.

Hæreſis Iconoclaſtarum.

D

Chriſti Annus	*Greg. Pap.* 2.	*Leonis Iſaur.* Imp.	*Indictione*
724	11	9	7

POntificijs litteris ſuffultus Bonifacius ſupradictum Carolum Principem adijt, ſeque eius patrocinio committens, patentes litteras commendationis, & ſecuritatis accepit (quæ extant) & ad Cattos (quos Heſſos vocant) eo annuente, profectus eſt, & apud quos in magnis laboribus, & anguſtijs, in magna rerum omnium egeſtate, E Barbarorum illorum conuerſioni intendit; aliorum auxilium præcum implorans per epiſtolas, qui illi laboranti in Euangelio adfuiſſe videntur, quibuſcunq; voluere ſubſidijs, etiam corporalibus, mittentibus aliis veſtimenta, ſtipem aliis ad victum, libros aliis, aliis denique per literas conſolationem, & exhortationem impartientibus. Inter alia a diuerſis impartita officia, ac beneficia, Daniel ille Ventanus, in Anglia Epiſcopus, primus eius, vt ſupra dictum eſt ad Apoſtolatum ſuaſor, & promotor, cum audiſſet illum perarduam ad prædicandum Euangelium ſuſcepiſſe prouinciam; gratulans, Cathecheſim ad eum miſit, qua poſſent ipſi Gentiles inſtrui ad credendum. Extat ea magna pietate, & prudentia deſcripta in Annalibus.

Papę & Martelli litteris ſuffultus Bonifac. infideliū cōuerſioni intendit.

Ipſe Bonifacius, pro ſua ingenti deuotione, & reuerentia, ad Apoſtolum Petrum, ex miræ vaſtitatis arbore, quam Iouis Gentiles appellabant, cælitus ad ſeuem ictum, in quatuor partes diſrupta, Oratorium in Beatiſſimi Petri Apoſtoli hono-

Boni facius epiſt. s. Petri aureis litteris deſcriptas ex deuotione expetit.

rem conſtruxit, & Eadburgam Abbatiſſam Regi Cantionum affinem, rogauit, vt curaret ſibi mitti Epiſtolas Petri Apoſtoli aureis literis deſcriptas, vt a quo accepiſſet ad Gentes Apoſtolatum, eius quoque literas prædicandas in Gentibus auri nitore fulgidas, pro tanti Apoſtoli amore, ac reuerentia ſecum haberet, quod impenſe amantium eſt, ita affici erga eum, quem cupiunt. Ad eandem Eadburgam ſcribit, implorans eius præces. Extant aliæ plures literæ ad ipſum eius Gentilium Anglorum, gratulatoriæ, & præcatoriæ, & commemoratoriæ in ſacrificio miſſæ, communicantibus illi in miniſterio Verbi. Quarum piarum præcum auxilio roboratus, præter conuerſionem Gentilium correctioni deprauatorum fidelium animum adiecit, in quo illi multum laborandum fuit, profecto in Thuringia, vbi quidam pſeudoChriſtiani hæreſes diſſeminantes ab illo egregie confutati, dignam tulere ſuæ veſaniæ mercedem, excommunicati, & expulſi ab Eccleſia. Manabat interim longe, lateque fama ſuæ prædicationis, & magnæ fidelium acceſſiones fiebant, Templa inſtaurabantur, Monaſteria conſtruebantur, atque vnum, inter cætera, in honorem Sancti Michaelis Archangeli, ex quadam eius apparitione, congregata illic ſeruorum Dei multitudine, qui omnes, Apoſtolico more viuentes, laboribus ſuis, ea, quæ ad victum, & veſtitum neceſſaria ſunt, ſibi comparabant. A B

T. 2. ep. 7. ep. Rom. Pont.

Cum igitur tot, ac tantos de prædicationis ſemente, nondum abſoluto anno, collegiſſet prouentus, de his omnibus Gregorium Romanum Pontificem, reddidit literis certiorem, quæ non extant illæ quidem, ſed ex ijs, quæ leguntur Gregorij, ad eum hoc ipſo anno, Indictione octaua, miſſis, conſtat: Deſiderantur Bonifacij aliæ literæ ad Gregorium Pontif. crebro conſcriptæ, imo & cetera ab eo geſta, reliquo tempore Pontificatus Gregorij, de quibus illud tantum innoteſcit, accerſitos ab eo ex Anglia miniſtros inſignes homines, quos inſtitutis a ſe Eccleſijs præficeret, nec non probatæ caſtitatis fœminas, quæ mulierum curæ, & Monaſterijs Virginum præeſſe deberent. Eas commemorat Auctor ex Vuilibaldo, & cum omnes egregia claruerint ſanctitate, trium quoque ipſarum nomina inter ſanctos, in Eccleſiaſticis tabulis, reperiuntur eſſe relata. Theclæ [a] videlicet Liobæ, [b] atque Vualpurgis. [c] C

a Marty. Rom. 11. octob. b 28. Sep. c 1. Maij & apud ſur. dictis diebus.

Eodem ferme tempore ſanctus Corbinianus Frinſingenſis Epiſcopus per functus annis octo epiſcopatu, amore quietis Romam venit ad Gregorium Pontificem, & miſſionem, magna humilitate, & lacrymis petijt, quam tamen non obtinuit, ſed ex ſynodi etiam ſententia redire præcepit, cumque reuertendo Papiam perueniſſet ad portam vrbis feretro impoſitum mortui corpus efferebatur cuiuſdam, qui caballum ipſius ſancti Corbiniani Romam venientis rapere auſus fuerat, ex quo ſtatim languore percuſſus, in dies ingraueſcente morbo, crimen confeſſus, vxori mandauit, vt caballum ſancto viro redeunti reſtitueret, & inſuper ducentos ſolidos daret, veniam rogans, &, vt pro ſe Diuinam Clementiam deprecaretur. Vxore igitur defuncti atque adeo ipſo Rege Luitprando deprecante, vir Dei oblata ſuſcipere acquieuit. D

Reuerſus, cum audiſſet Grimoaldum Ducem, Theodori Bauariæ Ducis filium, viduam fratris Pildrudam ſibi copulaſſe, mandauit, vt eam dimitteret, alioqui ſe illius conſpectum vitaturum: ſic ergo quadraginta diebus, partim interminans, partim blandè alliciens, vtrunque adduxit, cooperante Deo, ad pœnitentiam, & ad ſuos pedes prouolutis piaculum impoſuit. E

Vltio diuina i im probos quoſdã.

Sed cum non longe a ſe illam Grimaldus ablegaſſet, reuerſus ad vomitum, & necem viro Dei per venenum inferre tentans, irrito conatu, Dei vindictam in ſe prouocauit, filio eius extincto, & ipſo Grimoaldo patre ab inſidiatoribus interfecto. Nino quoque veneni miniſtro probroſe extincto. Ad vltimum vero Pildrudis Carolum (Martellum ſcilicet) in Gallias ſequens, pro meritis eius, ab eo reiecta, omni honore, & opibus exuta, nouiſſime nihil niſi vnum aſellum ad ſubuectionem poſſi-

dens

A dens in Italia vitam finiuit, nati eius, cum multa tribulatione Regno priuati miſere perierunt: hæc de ſancto viro Aribo, Epiſcopus eius ſucceſſor, & alia plura de eo prodidit.

Chriſti Annus	Gregorii P. 2.	Leonis Iſauri Imp. 1.	Indict.
725.	12.	10.	8.

Corpus S. Augu. Ticinum transfertur.

COrpus Sancti Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis ex Africa in Sardiniam tranſlatum, a Catholicis Epiſcopis, in eam a Transamundo Rege relegatis, occupata a Sarraeenis Inſula, a Luitprando Longobardorum Rege, magno pretio redemptum, poſt ducentos, & viginti circiter annos Ticinum delatum, & in ſuburbio, in B Monaſterio egregij operis ab eo conſtructo, & multis redditibus, & prætioſis donarijs ornato, & aucto, quod & Cęlum aureum vocauit, conditum eſt. Beda de ſex ętatibus in fine, & Petrus, qui, & Oldradus Epiſcopus Mediolanenſis, epiſtola ad Carolum Magnum ſcripta Anno Domini 796. Paulus Diac. Sigebertus, & alij omnes recentiores hiſtorici.

Insignis de Sarracenis victoria.

a lib. 6. c. 14. Vet. edi. 46. nouæ.

b Ex vita apud ſur. Febr.

Martell. Epiſcopũ Aurelianum relegat.

Improbat Deus factũ p eius crebra miracula.

c Molan. in Nat. ss. Belg. 20. Febr.

Eudo, Aquitaniæ Dux, in odium Caroli Martelli vocat in Gallias Sarracenos ex Hiſpanijs cum Rege ſuo Abdirama, qui ad Garunnam, Bundigalamque cum perueniſſent, omnia etiam ſacra loca vaſtarunt, & incenderunt. Vetus Chronicon a Pithoco editum. Eadem apud appendicem ad Gregorium Turonen. & alios veteres Francorum res proſecutos, qui addunt, Sarracenis tendentibus ad Baſilicam S. Martini, Turonos, vt eam incenderent, Carolum Martellum occurriſſe cum exercitu at- C que eos, cum Rege conciſos, deleuiſſe trucidatis ex eis trecentisquinquaginta millibus. Addit Paulus Diaconus [a] mille tantum, & quingentis francis deſideratis Eudonem quoque Aquitaniæ Ducem, qui eos vocauerat, ſuper eorum caſtra irruiſſe, plurimoſque ex eis occidiſſe, ea puto ex cauſa, quod contra pacta conuenta, illi ſacra loca incendio abſumpſiſſent. Anaſtaſius trecenta ſeptuaginta millia trucidata prodit, idque ex teſtificatione, vt ait, Epiſtolæ eiuſdem Eudonis Aquitaniæ Ducis, miſſæ ad Gregorium Papam. Eadem Marianus Scotus, & alij recentiores. Tanta potitus victoria Carolus Aurelianis, in reditu, trãſiens S. Eucheriũ eius ciuitatis Epiſcopũ, [b] D ſequi ſe iuſſum, Coloniam in exilium miſit, inde vero in Hasbaniam ablegauit, datus cuſtodiendus Roberto Duci, quòd, vt aiunt, ipſum proficiſcentem ad bellum redarguerit, quòd decimas Eccleſiarum in ſtipendia militum conuertiſſet. Porrò pro iuſtitia ipſum iſta paſſum eſſe. Crebra miracula ab eo edita, declaraſſe perhibetur. [c] Molan. in Nat. SS. Belg. 20. febr.

d Beda li. 5. c. 25.

Vuictburga apud s. Petrũ recluſa.

Fauebat Bonifacio in Euangelio laboranti vniuerſa Eccleſia Anglicana, cooperantibus alijs in miniſterio, alijs alia ſuppeditantibus, vt dictum eſt ſupra. Inter alios Hedilbertus Rex Cantiæ, qui hoc ipſo anno patri in Regnum ſucceſſit. [d] Per honorificas ad eum literas ſcripſit, gratulans, deprecans, vt pro ſe oret, & munuſcula mittens, in qua epiſtola meminit Eadburgæ cognomento Buggæ Regiæ fœminæ Abbatiſſæ, quæ peregrinata ad limina Apoſtolorum, ibi ſuperiori anno Bo- E nifacium offendit, & mutuis ſe inuicem colloquijs conſolati ſunt. Extant plures mutuæ inter ipſos literæ in veteri illo. Cod. M. S. de quo ſupra, in quorum vna mentio eſt Vuietburgæ Clariſſimæ fœminæ ipſi Eadburgæ amore coniunctiſſimæ, quæ Romæ ſpontaneè apud ſanctum Petrum, cella, inſtar carceris, clauſa, vitæ contemplatiuæ operam dedit.

Chriſti Annus. 726. *Gregorii P.* II. 13. *Leonis Iſaurici* Imp 11. } Indictione 9.

Edictum ca. ſacras imagines.

HOc anno decimo Imperij, nondum abſoluto, Leo Impera. hactenus habitus Catholicus, hæreticum ſe prodit Iconoclaſtam, promulgato Edicto, vt ſacræ vbique Imagines delerentur, idque, omnium conſenſu, ex Hebræorum impoſtorum impulſu, qui Imperium illi prædixerant. Theophanes, & Cedrenus, qui tamen referunt in annum eius nonum, ſed certius eſt decimo contigiſſe, ex actis Stephani Iunioris, ex Zonara, ex Beda, huius temporis ſcriptore accuratiſſimo, qui perducto commentario de ſex ætatibus ad annum Leonis nonum, de Edicto nihil habet, & ex Conſtantino Manaſſe.

Ex hæreſi Iconoclaſtarum, quid elicuerit boni Deus.

Ex hoc tanto malo hoc elicuit bonum Deus, vt Monothelitarum hæreſis planè conticuerit, illis cum Catholicis aduerſus hanc peſtem conſpirantibus, & vt Eccleſia Orientalis, ſæpe varijs hæreſibus languens, ad huius conſpectum hæreſis valida effecta, aduerſus eam fortiter pugnauit, & tot, ac tanta victrix erexerit trophoea martyrum, quot, & quanta nunquam fortaſſe antea.

In Actis Sancti Stephani Iunioris, & ſociorum habetur, eum accita coacta ſenatorum claſſe, quaſi ex omnium ſententia, abſurdum illud Edictum euomuiſſe. Vide hæreticorum Principum morem, in ſenatu, non in Eccleſia de dogmatibus, agendi, inconſultis Epiſcopis, & pro arbitrio, quæque ardua de fide, ſiue de Eccleſiæ ritibus, & iuribus temere definiendi.

Fraus Impij Imperatoris.

Vulgato tam abſurdo Edicto, tumultus a plebe excitatus, & vniuerſi mœrore affecti. At ille verſipellis, non hoc mando, inquit, vt imagines prorſus deleantur, ſed, vt ſublimiore loco eæ collocentur, ne ore quiſquam eas contingat, atque ita quodammodo rebus honore dignis contumeliam inferat: hoc callide ſpectans, vt illis ab oculis noſtris remotis, ne eas facile, aut cernere, aut contingere queamus, paulatim (vt ſæpe nobis in his, quæ amamus vſu venit) earum obliuiſcamur, easque caras habere dediſcamus, & ſenſim, ac ſine tumultu obtineatur, vt eas, nec adoremus, nec honore afficiamus. Ex quibus colligimus Conſtantinopoli Imagines, non ſolum viſui fuiſſe expoſitas, ſed & tactui, vt exoſculari quilibet eas poſſet. Ex actibus citatis.

Ger. Pat. grauiter monet Imper.

Germanus Patriarcha vir libera, atque intrepida pietate præditus, his auditis per quendam ex præcipuis Eccleſiæ miniſtris, hæc ei mandat. *Haudquaquam oportebat* I*mperator, te, qui tum vitam, tum* I*mperium à Deo accepiſſes, aduerſus creditorem tuum inſolenter extolli, atque (ut vulgo dicitur) non mouenda mouere, patrumque terminos, quos illi antiquitus poſuerunt, transferre ſtudere, etenim humana forma a Deo ex ſancta, & pura Virgine ſuſcepta, cum omnis dæmonum cultus extinctus eſt, tum omnis Idolorum adoratio abſceſſit: at uero Theandricæ, (Dei virilis) ſimilitudinis* I*mago Chriſti adoranda, & colenda perſpicue tradita eſt, itemque illius, quæ eum modo, omni ſermone præſtantiori, peperit, & ſanctorum, quorum vita ipſi grata, atque accepta fuit. Ex quo enim ille in forma noſtra ad nos acceſſit, ab hinc autem ſeptingenti triginta ſex. (imo uiginti ſex, ut eſt in alia lectione uerius) iam effluxerunt patres in terra, ac Doctores, quorum ſumma virtus fuit, uenerandarum Imaginum cultum nobis perſpicue tradiderunt.* Ac deinceps pergens Germanus, memorat de ſtatua Chriſti a Syrophœniſſa muliere poſita, de ipſamet Chriſti Imagine ab eodem linteo impreſſa, & ad Abagarum petentem miſſa: denique de ea, quæ ab Euangeliſta Luca Virginis Dei Genitricis Imago picta eſt, ob eamque cauſam, ait, Sacroſancta Concilia, varijs temporibus, ac locis coacta ſanxiſſe adorationem Imaginum, non quòd quidem expreſſe cultum Imaginum Canone

ſancito ſynodi œcumenicæ, ſanxerint, ſed quòd ſatis viſæ ſint, comprobaſſe, dum vigentem vbique cultum Imaginum ſanctarum, nequaquam vt rem fidei Catholicæ, aduerſariam, damnauerunt: ac demum, ſi ille inſtiterit iniquum dogma confirmare: ſe illiuſque ad ſanguinem aduerſaturum, cum ignominia, & contumelia, quæ Chriſti Imagini infertur, in exemplar ipſum redundet. Hæc ex illis actis.

Poſt hæc nunciata Imperatori, Beati Germani nomine, euocatum ad ſe blandis cæpit ſermonibus delinire eum Imperator, ac contra Germanus reſiſtere, & ſponſiones factas de fide ſarta tecta tuenda, cum Imperator factus eſt, reuocare in memoriam, & exprobare. Ex Theophane.

Hæc, & alia inter Germanum ipſum, atque Leonem varijs contentionibus, & conatibus per triennium tranſacta.

Portentũ ingens.

Hoc anno (ait Theophanes) a Maſalma Principe Sarracenorum captam fuiſſe Cæſaream Cappadociæ, & portentum magnum extitiſſe in mari, ebullitiones, quaſi ex fornace inter Theram, & Theratiam Inſulas, ex profundo maris per aliquot dies, & pumices grandes, & earum cumulos quoſdam tranſmiſſos per totam minorem Aſiam, & Lesbon, & Abidum, & maritima Macedoniæ, ita, vt tota ſuperficies maris, his pumicibus eſſet repleta. In medio autem tanti ignis, Inſulam ex terræ congerie factam, Inſulæ, quæ ſacra dicitur, copulatam eſſe, cum antea non exiſteret. Cum quali portento decebat hæreſim tanquam nouam furiam ex Inferno apparere. pergit Theophanes narrare breuius alia, quæ tunc contigerunt, latius a Conſtantino. Manaſſe deſcripta. De Bibliotheca a Conſtantino Magno illucuſque ſeruata, tricenorum trium millium librorum, feritate pluſquam barbarica a Leone incenſa, vna cum Collegio duodecim virorum tantæ eruditionis, & auctoritatis, & probitatis, vt neipſi quidem Imperatores noui quidquam, & inuſitati, vel moliendum, vel agendum ſibi putarent, illis in conſilium non adhibitis, idque propterea, quòd eos in ſuam ſententiam contra ſacras Imagines pertrahere nequiret. Tunc etiam accidit, (quod eſt in actis, Sancti Stephani Iunioris, apud Damaſcenum) vt cum ſacroſanctam Saluatoris Imaginem ſuper portam æneam publice expoſitam Leo e loco eminenti deijciendam præcepiſſet, iamque impoſita ſcala miſſus ſatelles aſcenderet, Diuino zelo incenſæ mulieres ſcalam deijcerenr, ex quo ille caſu extingueretur, quæ poſt gladio necatæ, glorioſo ſunt martyrio coronatæ, habita etiam quæſtione de nobilibus quibuſdam viris, & de Maria patricia fœmina, quaſi horum impulſu fœminæ illæ viles tantum facinus eſſent aggreſſæ, & poſt multa tormenta, capitibus abſciſſis, egregium conſummauerunt martyrium, nona menſis April. vt eſt in Græcorum Menologio, vbi, & eorum extant nomina. Tũc, & illud memoria dignum accidit, quod tradit Gregorius Papa in Epiſtola ad Leonem Imper. nimirum reliquos Chriſtianos Principes, cum a ſuis, apud Imperatorem, Legatis accepiſſent ipſum Leonem ſic inſaniſſe in ſacroſanctam Imaginem Saluatoris: mox omnes conuerſos aduerſus Imagines Imperatoris, eas omnis generis ludibrio, & ignominia affeciſſe, in ipſumque Imperium commotos eſſe.

Bibliotheca numeroſiſſima a Leone Conſtantinopoli incenſa.

Audax, & piũ facinus piarum mulierũ, ob quod martyrio coronatæ.

Chriſtiani Principes aduerſus Leonẽ inſurgũt.

Interim S. Germanus de his omnibus, quæ Conſtantinopoli accidiſſent certiorem reddidit Gregorium Romanum Pont. & certamina pariter, quæ ſæpe iniſſet aduerſus Imperatorem, ſignificauit. Non extant ipſæ quidem literæ, ſed tantum illæ, quas idem Gregorius reſcripſit ad eundem Germanum, quæ recitatæ, & intextæ reperiuntur in ſacroſancto poſteriori Niceno Concilio act. 4. & inter Epiſt. Greg par. 2. Epiſt. 4. In illa porro Gregorij ad Germanum Epiſtola, præter eximias Germani laudes, & Catholicam de cultu Imaginum doctrinam, attingit mirandam illam Conſtantinopolis liberationem per Beatam Virginem. *Propugnatricis*, inquit, *illius ſanctæ, & omnium Chriſtianorum dominæ, miranda facta, quæ in te declarata ſunt, per quæ tu quoque, inter hoſtes, ſeruatus es, non ſunt reticenda, &c.*

Gregorius Papa more maiorum ROMAE SYNODVM conuocat, in qua hæreſim condemnat, & ipſum pium cultum ſanctarum Imaginum, ſancito de-

Decretū in Ro. Cōcilio pro Imaginibus. | creto firmiter roborat: cuius quidem Synodi extat fragmentum recitatum ab Hadriano Papa in Epiſtola ad Carolum Magnum. A

Italia inſurgit cōtra Leonē Imper. Calumnia Græc. in Rom. Pont. | Vt auditum eſt in Occidente promulgatum impium Edictum ab Imperatore, Italiæ populi aduerſus hæreticum, atque adeo hæreſiarcham, hæreſis auctorem, & promulgatorem, zelo Catholicæ religionis incenſi inſurrexerunt, & tributa pendere recuſarunt. Quod totum Imperator tribuit Romano Pontifici, a cuius ore pendere omnes occidentales, exiſtimaret, quemque Edictum ſuum anathemati ſubieciſſe audiſſet. qua re vulgata in Oriente ex ore Imperatoris, & credita, & ſcriptis prodita eſt a ſcriptoribus Græcis, Theophane, Zonara, & alijs, & a Græcis poſt Schiſmaticis in odium, & inuidiam Eccleſiæ Romanæ iactatum eſt, abſtractum occidentis Imperium ab Orientis Imperatoribus per Romanum Pontificem, cum tamen tantum abfuerit Gregorius ab incitandis populis ad rebellionem, vt potius magnopere laborauit, vt eos ſub Imperatore in officio contineret, aduerſus Longobardos Imperium inuadentes, arma mouens. ſunt de his teſtes locupletiſſimi eius B temporis fideliſſimi ſcriptores Anaſtaſius in Gregorio: Paulus Diaconus, [a] qui & hæc habet. *Omnis quoque Rauennæ exercitus, vel Venetiarum talibus iuſſis vno animo reſtiterunt, & niſi eos prohibuiſset Pontifex, Imperatorem ſuper ſe conſtituere fuiſſent aggreſſi.* Tunc quidem Longobardorum Rex Luitprandus ſacrilegum Imperatorem deteſtatus, quòd Saluatoris venerandam Imaginem deturbaſſet, comparato exercitu Rauennam inuaſit, eaque potitus eſt, claſſe deſtructa, quod Anaſtaſius, & Paulus tradunt. In primis vero ipſe Gregorius Romanus Pontifex docet idipſum in Epiſtolam ad Leonem Imperatorem, de qua mox dicturi ſumus: ſanctiſſimus enim Pontifex cupiens beneficijs potius Imperatoris animum delinire, reuocareque ab errore, quàm ſeueritate cenſuræ Eccleſiaſticæ exaſperare, laborauit Longobardorum Regem a locis Imperatoris occupatis arcere, hiſque ſcriptis literis quàm citiſſimè aduerſus eum Ducem Venetiarum commouit. C

a lib. 6. c. 14. Vet. edit. & N. 48.

Ex M.S. Cod. rerū Ve. And. Dand. Papa incitat Ven. ī Longob. | GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, Dilecto filio Vrſo Venetiarum Duci. *Quia, peccato faciente, Rauennatum ciuitas, quæ caput extat omnium, a nec dicenda gente Longobardorum capta eſt, & filius noſter eximius Dominus Exarchus apud Venetias (vt cognouimus) moratur, debeat nobilitas tua ei adhærere, & cum eo noſtra vice pariter decertare, vt ad priſtinum ſtatum Sanctæ Reipub. in Imperiali ſeruitio Dominorum filiorum noſtrorum Leonis, & Conſtantini Magnorum Imperatorum, ipſa reuocetur Rauennatum Ciuitas, vt zelo, & amore ſanctæ fidei noſtræ in ſtatu Reipub. & Imperiali ſeruitio firmi perſiſtere, Domino cooperante valeamus.* Ita Gregorius, pro D conſeruando Exarchatu Rauennæ Imperatori valde ſolicitus. porro huiuſmodi

Ven. arbitrio Pōt. arma mouēt, & victores euadunt. | Romanum Pontif. conatum haud fruſtra ceſſiſſe, ſed per Venetos expulſum fuiſſe Regem Longobardorum, receptamque Rauennam omnes affirmant. Notandum eſt arbitrio Romani Pontif. Venetos arma mouiſſe, victoreſque magna gloria extitiſſe: ſed ingratus Imperator mala pro bonis rependit ſancto Pontifici: quod enim ipſum in errore perſeuerantem Gregorius fortiſſimis literis corripuiſſet, magno ipſe furore commotus, minaces literas reddidit, ſe eum vinctum ab Vrbe abſtracturum, & relegaturum, ſicut olim Conſtantius. A. Martinum Papam Cherſonam relegarat: Adiecit inſanus ſe quoque miſſurum Romam, qui Imaginem æneam proſtantem conſpicuè ſanctiſſimi Apoſtoli Petri confringeret. E

Minas, correptus Impera. a Ro. Pon. in eū intētat. | Quibus acceptis Gregorius literis, nihil territus, & ſacerdotali conſtantia, & inuicto animi robore furenti Imperatori reſtitit, acres, & fortes ad eum mittens literas: de quibus Theophanes. Gregorius autem eundem Leonem per

Greg. Epiſtolę 2. nunc primū editæ. | Epiſtolas, quæ periere penitus apud Latinos, apud Græcos vero duæ Græce ſcriptæ adhuc extant, nunc primum proditæ in lucem a Frontone Ducæo ſocietatis Ieſu, & ab Auctore Annalium Græce, & latine primum Typis excuſſæ. ſunt illæ quidem magna ex parte dogmaticæ, ſed & plura habent ad hiſto-

riam

A riam ſpectantia. In parte dogmatica, illud habet prior, quod etiam ad hiſtoriam pertinet, ad illud vſque tempus, non fuiſſe vſum in Eccleſia pingendi Patrem; quoniam, inquit, *Quis ſit, non nouimus, Deique natura ſpectanda proponi non poteſt, ac pingi, &c.* P*oſtea vſu venit, vt pingeretur in* E*ccleſia Deus Pater, & Spiritus ſanctus; non quod ſub aſpectum cadant, ſed vti apparuiſſe in diuinis ſcripturis leguntur, ſub forma ſenioris, & ſub imagine Columbæ. Quod enim deſcribitur idem & pingitur, cum ſit eadem ratio vtriuſque, ſtyli nimirum, & penicilli;* & paulo poſt. *Et dicis nos lapides, & parietes, ac tabellas adorare. Non ita eſt, vt dicis* I*mperator, ſed, vt memoria noſtra excitetur, &, vt ſtolida, & imperita, craſſaque mens noſtra erigatur, & in altum prouehatur per eos, quorum hæc nomina, & quorum hæ appellationes, & quorum hæ ſunt imagines, & non tanquam Deos, vt* B *tu inquis, (abſit) non enim ſpem in illis habemus* &c. Aliquanto poſt hortans ad audiendum Germanum Patriarcham. *Annum etenim agit hodie vir ille nonageſimum quintum, ſingulis Patriarchis, &* I*mperatoribus inſeruiens* &c. Et mox ferè. *Scis*, inquit, I*mperator ſanctæ Eccleſiæ dogmata non Imperatorum eſſe; ſed Pontificum, qui tuto aſſolent dogmata tradere. Idcirco Eccleſiis præpoſiti ſunt Pontifices a Reip. negotijs abſtinentes: &* I*mperatores ergo ſimiliter ab Eccleſiaſticis abſtineant, & quæ ſibi commiſſa ſunt, capeſſant; conſilium autem commune Chriſti amantium Imperatorum, &* P*iorum Pontificum, conſenſusque virtus eſt vna, quando cum pace, atque charitate res adminiſtrantur. Scripſiſti, vt Concilium vniuerſale cogeretur; & nobis inutilis ea res viſa eſt* &c. Deinde commemorat eius ſe epiſtolas, cum eſſet Catholicus Occidentis Principibus oſtentaſſe, cum magna eius C commendatione: contra vero, ex eius. pudendo, & impio facinore, delendo, & deturbando imagines omnes in eius odium concitatos; miſeram Decapolim Longobardos incurſionibus infeſtaſſe, ipſamq; Rauēnam occupaſſe, & eiectis magiſtratibus tuis, proprios cōſtituere magiſtratus, & vicinas nobis ſedes Regias, ipſamq; Romam ſic tractare ſtatuiſſe, cum tu nos defendere minime poſſis; & hæc, inquit, ob impudentiam, & ſtultitiam ſuſtinuiſti. *At enim nos perterrefacis, aiſque Romam mittam, & imaginem Sancti Petri confringam, ſed, & Gregorium illinc Pontificem vinctum adduci curabo: ſicut* M*artinum Conſtantinus (alias* C*onſtantius) adduci iuſſit. Scire autem debes, ac pro certo habere* P*ontifices, qui pro tempore Romæ extiterint conciliandę pacis cauſa ſedere tanquam parietem intergerinū, ſeptumq; medianū Orientis, & Occidentis, ac pacis arbitros, & moderatores eſſe, quique ante ſe fuerunt* I*mpe*D *ratores in hoc componendæ pacis certamine deſudarunt. Quòd ſi nobis inſolenter inſultes, & minas intentes, non eſt nobis neceſſe tecum in certamen deſcendere; ad quatuor, & viginti ſtadia ſecedet in regionem Campaniæ Rom.* P*ont. tum tu vade, ventos perſequere*. Mox commemorata Martini relegatione, Conſtantinique nece; qui eum relegarat, ſubdit. A*tq; vtinam Dei munere nobis contingat, vt per Martini viā incedamus; tametſi, ob plebis vtilitatem viuere uolumus, & ſuperuiuere; quādoquidem Occidens uniuerſus ad humilitatē noſtram conuertit oculos: ac licet tales non ſimus nos; illi tamen magnopere nobis confidunt, & in eum, cuius te imaginem euerſurum, atque delaturum, S. ſcilicet Petri, quem omnia Occidentis Regna, uelut Deum terreſtrem habent. Quòd ſi hoc uelis experiri, plene parati ſunt Occidentales ulciſci etiam Orientales, quos iniuriis affeciſti. Veruntamen per Dominum te obſecra*E *mus a iuuenilibus, & puerilibus factis auertere. Scis, Romam ulciſci Imperium tuum non poſſe, niſi fortè ſolam urbem propter adiacens illi mare, ac nauigia. Vt enim ante diximus, ſi ad quatuor, & uiginti ſtadia fuerit egreſſus Papa, nihil tuas minas extimeſcit. Vnum eſt, quod nos male habet, quòd agreſtes, & barbari manſueti fiant, & tu māſuetus cōtra agreſtis, & ferus. Totus Occidens S. Principi Apoſtolorū fidei fructus offert: quòd ſi quiſpiā ad euertendā imaginem miſeris S. Petri, uide, proteſtamur tibi, innocētes ſumus a ſanguine, quem fuſuri ſunt, uerum in ceruices tuas, & in caput tuū iſta recident. Nuper ſiquidē ab interiori Occidente preces illius, quē Septetum appellant, accepimus, qui uultum expetit noſtrum, Dei gratia, &, ut ad imper-*

tiendum

Pater, nec Spiritus ſāctus pingi aliqñ ſolitus.

Pontif. eſt tractare de dogmatib. non Imp.

Minæ Imper. īpię.

Papa mediator inter Orientē, & Occid.

Minas Imp. contēnit Papa.

Minanti demolitionē imaginū Romę ꝓteſtatur cædes fore.

tiendum ei ſanctum baptiſma, illuc proficiſcamur, ac ne ſocordiæ, negligentiæq; noſtræ ratio nobis reddenda ſit, ad iter nos accingimus. Deus autem timorem ſuum in cor tuum immittat &c. Hæc ex priori epiſtola. Delibemus etiam aliqua ex poſteriore hoc eodem anno data; increpatoria, & ipſa, & ſuaſoria, vt ad ſanitatem redeat. *Non ſunt*, inquit, *Imperatorum dogmata, ſed Pontificum, quoniam Chriſti ſenſum nos habemus*,[a] & pergit oſtendere diſcrimen ſæculorum, & Eccleſiaſticarum adminiſtrationum. aliquanto poſt. *Perſequeris nos, ac tyrannice vexas militari, carnalique manu. Nos inermes, ac nudi, qui terrenos, & carnales exercitus non habemus; inuocamus Principem exercitus omnis creaturæ ſedentem in cœlis Chriſtum, qui eſt ſuper omnes exercitus ſupernarum virtutum, vt immittat tibi dæmonem; ſicut ait Apoſt.*[b] *Tradere huiuſmodi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit* &c. Et poſt aliqua. *At enim ſcripſiſti. Qui fit, vt in ſex Concilijs de imaginibus nihil ſit dictum: Enimuero Imperator, ne de pane, quidem, & aqua dictum eſt quidquam, ſit ne comedendum, bibendum, an non bibendum, quandoquidem hæc antiquitus, & a principio ad vitæ humanæ conſeruationem habes tradita: ſic ēt imagines traditæ fuerunt, ipſique Rom. Pont. imagines ad Concilia deferebant, nec vllus ex Chriſti amantibus, ac religioſis hominibus iter peragens abſque imaginibus peregrinationes obibat, vt pote qui virtute præditi, atque apud Deum probi eſſent.* Et paucis interiectis. *Vt ante ſcripſimus tibi, viam ingrediamur Dei benignitate in extremas Occidentis regiones verſus illos, qui ſanctum baptiſma efflagitant, cum videlicet illuc Epiſcopos miſiſſem; & ſanctæ Eccleſiæ noſtræ clericos, nondum adducti ſunt, vt capita ſua inclinarent, & baptizarentur eorum Principes, quòd exoptent, vt eorum ſim ſuſceptor. Hac de cauſa nos ad uiam, Dei benignitate, accingimus, ne fortè damnationis, & iniuriæ noſtræ rationem reddamus. Det tibi Deus prudentiam, & pœnitentiam, ut ad ueritatem conuertaris, a qua deſciuiſti* &c. Hæc paulo poſt vberius, quàm pro more, decerpſimus, quòd hæ epiſtolæ nunc ſunt primum editæ, & quòd rerum illorum temporum hiſtoriam certam contineant. Quod porrò ait Gregorius de ſua profectione ad baptizandos Principes recens ad fidem conuerſos, credibile eſt intelligendum de Saxonum Principibus, & viris primarijs per Sanctum Bonifacium ad fidem conuerſis, nec tamen, vt animo diſpoſuerat, proficiſci ab vrbe contigit Deo aliter diſponente; quod de ſe quoque Paulus excuſat, quòd promiſſum non compleuerit.

a 1. Cor. 2.

Inermis Papa quā tum poſſit.

b 1. Cor. 5

Quòd vero hæ literæ Gregorio Dialogo inſcribantur. Sciendum eſt cognomen, Dialogi, Gregorio Primo a Dialogis ſcriptis, & a Zacharia Papa Græcè redditis ab ipſis Græcis, cognomen primum tributum, deinde confuſis in vnum duobus Gregorijs Primo, & Secundo, vtrunq; Dialogum appellatum, quòd planè perſpicuum fit ex Gennadio Scholario viro doctiſſimo in expoſitione pro Concilio Florentino[c].

c c. 3. ſect. 5. & 6. & ca. 5. ſect. 16.

Ceterum ipſe Gregorius Papa non ſolum litteras dedit, de quibus ſcripſimus, ad Imperatorem, ſed & legatos miſit, per quos, ſi licuiſſet, eius animum demulceret. Verum ferus barbarus, contra ius gentium, eoſdem legatos detruſos in carcerem damnauit exilio, vbi & eos mori coegit. Teſtantur hoc literæ Nicolai Rom. Pontif. ad Michaelem Imp.

Imp. molitur necē Papæ.

His, tanquam ſtimulis, cruentatus Imperator, ſtatuit Sanctum Pontificem omnino neci tradere, omnemque ad hoc perpetrandum adhibens fraudem, nec ſemel tantum, ſed ſæpius, prima coniuratione per miniſtros Regios, irrita facta, ſecundam ineunt, qua pateſacta Romani Iordanum Chartularium, & Ioannem Lurionem ſubdiaconum interficiunt, & Baſilium Ducem retrudunt monachum in monaſterium, in quo, & vitam finiuit, in quo deſierunt penitus Duces vrbis pro Imperatore, curaque omnium in omnibus recidit in Summum Pontificem. Tertio idem ſcelus molitur per Paulum Exarchum cogitans de expilanda Eccleſia Romana, & alio ordinando Pontifice, ſed irrito conatu; poſt eum Spatharius miſſus eſt alter cum ijſdem mandatis. Denuo & Paulus Exarchus ad perficiendum ſcelus ſeductos aliquos immiſit; ſed conſpirantibus Romanis, atque Longobardis in defenſionem Pontificis, ex-

Qñ primū Papa cæpit curare vrbē, & vrbana deficientibus Ducibus ꝑ Imper.

A pers damni fuit. Toties a Deo repulſus Imperator, ne perficeret, quod tentabat, edictum, promulgatum in Oriente, miſit in Occidentem aduerſus ſacras imagines, cui toto conatu reſtitit Gregorius Papa excitans Chriſtianos omnes ad certandum pro legitimis ritibus, vſque ad mortem, Apoſtolicas patentes literas, quibus ſacrilegum damnabat Edictum, vbique diuulgans, quibus omnes excitati tam acriter inſurrexere aduerſus impium legislatorem, vt ab ipſo Pontifice fuerint cohibendi, ne torrentis inſtar influerent in Oriētem, ad exturbandum Imperio tyrannicum Imperatorem. Atque hæc omnia ex Anaſtaſio, qui nominatim Pentapolenſium, & Venetiarum exercitus, ait, iuſſioni Imperatoris reſtitiſſe, & in necem Pontificis, ſe nunquàm aſſenſuros affirmaſſe. Religioſè plane, & pie Veneti, qui quantumuis terra, marique proximi eſſent Imperatori, & viribus inferiores, vt ab eo deleri, timere potuiſ- B ſent; tamen Religioni omnia merito poſthabenda cenſuerunt. Sic creuere Reſpublicæ, cum Religionem cæteris prætulere; excidere verò, cum in eis Religio contempta elanguit. ſic igitur, barbari, & Aborigines ſoliti alioqui ſibi inuicem aduerſari; vno omnes Religionis vinculo colligati, pro Pontifice arma ſumpſerunt, Exarchumque deteſtati ſunt, quem Pontifex cum conſortibus anathemati ſubieciſſet. Dum igitur Pontifex ſtudet Occidentale Imperium reſtituere, & conſeruare Imperatori, ipſeum reuocandi ad antiquam Religionem, ille iam quarto illi necem molitur, per Exhilaratum Neapolis Ducem, & Andrianum eius filium, quos in Campaniam progreſſos comprehenderunt Romani, & occiderunt, poſt hæc & Petrum Ducem, & Paulum Exarchum. Aemiliaque, & Pentapolis cum Auximana ciuitate ſe Longobardis dediderunt, vt iam Imperator totius Occidentalis Imperij Dominio ſpolia- C retur; qui rurſus ſexto Gregorium occidere per Eutychium Patricium Eunuchum tentat, Neapolim miſſum, cuius peſſimo detecto conſilio, miſſus ab eo Romam miniſter impij facinoris occiſus fuiſſet, niſi eum Papa protexiſſet; ſed Eutychius anathemate percuſſus eſt, & omnes parui, ac magni ſacramento ſe obſtrinxerunt, mori potius, quàm Pontificem occidi, aut capi permittere. At quod vi perficere non valerent ſatellites Imperatoris, auro, & proditione tentarunt, muneribus Ducibus Longobardorum miſſis & Regi plurimis promiſſis, ſi à protectione Pontificis deſiſteret: at illi cognita fraude in eundem cum Romanis conſenſum conſpirarunt, vt Pontificem ab omni iniuria tuerentur. Pontifex interim aduerſus vim, & dolos orationibus, ieiunijs, litanijs, eleemoſinis ſe muniebat, gratias tamen populo agens de bona erga ſe voluntate, & blande monens ne à fide, & ab amore Romani Imperij deficerent. D Hactenus ex Anaſtaſio: nam reliqua, quæ ſubijcit, ſpectare indicans ad 11. Indictionem, poſt ſequentem annum, ea contigiſſe aſſerere opus eſt, ſicque ea, quæ hactenus ſunt narrata, non hoc anno tantum, ſed & ſequenti peracta eſſe noſcuntur.

Dãnato Imp. edi. c. imagin. Chriſtiani inſurgũt in eũ.

Veneti pie Imp. aduerſantur in cã imaginũ.

Itali & Longob. ſacramento ſe abſtringũt ad tutelã Papæ.

Gregorius Papa cum videret ſe fruſtra laborare in Leone Imperatore ad Catholicam fidem reuocando, in deterius illo ſemper prolabente, legationem honeſtiſſimam, cum muneribus, miſit ad Carolum Martellum, de qua Appendix ad Gregorium Turon.[a] ex auctore ſui temporis res ſcribente, his verbis. *Eo etenim*, inquit, *tempore bis a Romana ſede S. Petri Apoſtoli B. Papa Gregorius claues venerandi ſepulchri, cum vinculis S. Petri, muneribus magnis, & infinitis; legationem (quod antea nullis auditis, aut uiſis temporibus fuit) memorato Principi (Carolo ſcilicet Martello) deſtinauit. Eo pacto patrato, ut ad partes Imperatoris accederet (ueniret* E *ſcilicet, ſi opus eßet in Italiam) & Romanum Conſulatum præfato Principi Carolo ſanciret. Ipſe itaque Princeps mirifico, & magnifico honore ipſam legationem recepit, munera pretioſa contulit, atque cum magnis prœmijs, cum ſuis ſodalibus miſſis, Grimannum Abbatem Corbeienſis monaſterij, & Sigebertum recluſum baſilicę S. Dionyſii martyris Romam, ad limina S. Petri, & S. Pauli, deſtinauit. Atque tum intelligitur ſancitum inter eos fœdus (de quo Zonaras) ut ſi opus eſſet in Italiam Carolus ſe conferret, ſuſciperetque pro Romana Eccleſia defenſionem aduerſus impugnantem eam* Imperatorem, *accepturus conſulatum in Vrbe*. Profuerunt iſta ſaluti totius Italię; ſiquidem, cum ſancita hæc cum Carolo innotuiſſent Orienti, abſti-

a c. 110.

Papæ legatio ad Martellũ

nuit Imperator inferre in Italiam arma. magni quippe nominis erat ob ingentes, prę- A
claraſque victorias Carolus, vbique terrarum: ſcitum ſane prudenſque Gregorij Papæ conſilium, Francorum expetere aduerſus perſecutorem Eccleſiæ vires, cum haud ſatis fiduciæ ineſſe ſciret in Longobardis, ſæpe repertis in Romanam Eccleſiam infidelibus, nec ſatis virium eſſe in Venetis, vt tantæ molis Orientalis Imperij ſe armis obijcerent, nec irritum fuit votum, nec ſpes inanis, ſiquidem, vbi tantum innotuit Carolum eſſe ſtudioſum Rom. Pont. mox fuit ab eius perſecutione ceſſatum.

a li.5.c.7. in fine.

Incidit in hunc annum quod Beda[a] narrat his verbis. *Abeunte Romam Ceadualla ſucceſſit in Regnum Huic de ſtirpe regia, qui cum triginta, & ſeptem annis imperium tenuiſſet gentis illius, & ipſe relicto Regno, ac iunioribus commendato, ad limina BB. Apoſtolorum, Gregorio Pontificatum tenente, profectus eſt, cupiens in vicinia locorum ſanctorum ad tempus peregrinari, quo familiarius a ſanctis recipi* B
mereretur in cœlis. Quòd his temporibus plures de gente Anglorum nobiles, ignobileſque laici, & clerici viri, ac fœminæ certatim facere conſueuerunt. Sed, & ad hęc eadem tempora Gregorij pariter referenda putamus, quæ de Bauariæ Duce habet Paulus Diaconus[b] his verbis. His diebus Theudo Bauariorum gentis Dux orationis gratia Romam ad BB. Apoſtolorũ veſtigia venit, qui, & paulo ſuperius ait. *Huius filiam nomine Guntrudam acceptam in vxorem a Luitprãdo Rege Longobardorum.*

b li.6.c.13 ve.ed. no. 44.

Eodem anno contigiſſe ad Deum tranſitum Tobiæ Epiſcopi Rhofenſis idem auctor eſt Beda[c] qui diſcipulus beatæ memoriæ magiſtrorum Theodori Archiepiſcopi, & Abbatis Hadriani, a quibus cum eruditione Eccleſiaſtica, & generali; ita Græcam, cum Latina didicit linguam, vt eas æque, ac naturalem familiares haberet, ſcribebat his diebus ipſe Beda hiſtoriam Eccleſiaſticam Anglicanam, quam abſoluit an- C
no 731. porro hoc tempore, cum ſederet Gregorius Pont. ad explendos vndiq; numeros diligentis hiſtorici, miſſus eſt Romam Nothelmus presbyter, qui perſcrutato eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſcrinio, quæ ad res Anglicanas ſpectare noſcerentur, in Angliam ad eum detulit; vt idem Beda teſtatur in epiſtola nuncupatoria ad Regem Anglorum Ceolulphum.

c li.5.c.24

Tobias Rhofenſ. Eps doctiſſimus obit.

Ad huius vero anni finem iam cæpta decima Indictione S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus per Denualem presbyterum Romam miſſum de nonnullis ſibi dubijs ipſum Gregorium Romanum Pont. conſulendum putauit: ad quæ ſingula Sanctus Pontifex reſpondit. Extant literæ, ſed male poſitæ ſub Gregorio 3. ſiquidem ex Indict. decima ibi poſita hoc anno ſcriptæ probantur. In illis eſt aliquid, quod videtur durius, niſi interpretatione molliatur, nimirum, quod ait, Si mulier infirmitate cor- D
repta, non valuerit debitum viro reddere: ille, qui ſe non poterit continere, nubat magis, non tamen ſubſidij opem ſubtrahat ab illa &c. quod eſt intelligendum de impedimento perenni, quod neſciebatur quando contraxit. Illud etiam poteſt admirationem adferre, quòd reſpondeat filijs, & filiabus patribus, vel matribus in monaſteria in Infantiæ annis, ſub regulari traditis diſciplina, cum ad pubertatem venerint, non licere egredi, & matrimonio copulari. Interroganti etiam, An cum preſbyteris, & Epiſcopis, & vitioſis, & nequam ſibi liceat colloqui, & edere? reſpondet admonitiones, & redargutiones non omittendas; ſed nec ſermonem, & menſam eis communem denegandam: plerunque enim contingere, vt quos correctio diſciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam conuiuiorum ſedulitatem, admonitionem blandam ad viam perducere Iuſtitiæ. E

Inter. Gregor. 3. ep. nu. 4.

Interpretatio durioris dicti Greg. Papæ.

Cõuiuiorũ ſedulitas ad viã perducit iuſtitiæ.

Idipſum autem, inquit, & in illis proceribus, qui tibi adiutorium præſtant obſeruare debebis. Sibi magis laborandum fuiſſe in correctione prauorum morum virorum Eccleſiaſticorum, quàm in conuerſione Gentilium ſcribit ad Danielem in Anglia Epiſcopum, quas literas primum excuſas edidit auctor Annalium ex eod. MS. epiſt. 11. vt, & Danielis ad Bonifacium, de quo Beda[d].

d li.5.c.19

A

Chriſti Annus	*Gregor. Pap.2.*	*Leonis Iſau. Imp.*	*Indictione*
727	14	12	10.

REbellantes, & arma mouentes aduerſus Imperatorem Helladici, & Cycladum inſulani; incenſa eorum claſſe, profligantur; ex quo malitia impij Imperatoris creſcit,& perſecutio contra pietatem augetur. ex Theophane.

Poſt hanc Imperatoris victoriam, Sarraceni cum ingenti exercitu Nicæam Bithyniæ obſident, &, irrito conatu, oppugnant Conſtantinop. qui ſacroſanctum ibi olim B Concilium celebrarunt, ſua intercesſione eam tuentibus. ex Theophane.

Quidam Conſtantinopoli deiectam Sanctæ Dei genitricis imaginem,cum calcaſſet, per viſum ab ea audiuit id eum facinus in caput ſuum concepiſſe; quod euenit, lapide ex machina contorto, capite eius illiſo. Cum Sarraceni Conſtantinopolim oppugnarent, a qua obſidione magna præda acta diſceſſerunt. Ex Theophane. Miracul.

Germanum Patriarcham,quòd hactenus Imperator non reiecerit,cauſa illa interceſſiſſe videtur,quòd vteretur eo miniſtro ad Italos ad obedientiam reuocandos, cuius extat in Græco Codice Canonum Orientalium fragmentum epiſtolæ,quo inuehitur in eos, qui ab Imperio deſciuiſſent: magna enim erat eius exiſtimatio, etiam apud Latinos (ſic ſemper conſueuere impij Principes, omnia)etiam ſacras res,& perſonas referre ad ſua commoda; cogentes, diuina ſeruire humanis,& ſpiritualia temporalibus. Politici oĩa trahũt ad ſua cõmoda.

C Qui reſtiterint in hoc, pro Catholica fide, certamine, Imperatori in Oriente; duo potiſſimum reperti ſunt, ipſe Germanus Conſtantinopolitanus Epiſcopus,& Ioannes Damaſcenus in Syria Monachus. De Germano,prȩter illa, quæ dicta ſunt,fidem faciunt paucæ, quæ reperiuntur, ex multis, ſcriptæ ab eo epiſtolæ recitatæ in quarta actione Nicæni poſterioris Concilij, quibus oſtenditur conatum eſſe ſtantes firmare, labantes roborare, lapſos verò in ſtatum priſtinum reſtituere.

Poſt ipſum verò Sanctus Ioannes Damaſcenus nobilibus parentibus ortus Damaſci, doctiſſimus ipſe quidem, & Romanam fidem ab incunabulis ab Italo homine Coſma nomine, probe inſtitutus,pro Imaginum cultu egregie pugnauit. Hic(vt eſt apud Ioannem Ieroſolymorum Epiſcopum in eius vita)poſt parentis obitum a Prin- D cipe Sarracenorum in Aulam euocatus, & primarij Conſiliarij dignitate, quamuis recuſans, ornatus; cum audiret, quæ Leo Imperator tyrannicè, & impie aduerſus imagines, & imaginum veneratores patraret, zelo pietatis incenſus plures epiſtolas euulgauit, quibus eruditiſſime imaginum cultum comprobauit. S.Io:Damaſcen⁹, pro ſãctis imagin. pugnat.

Chriſti Annus	*Gregor.Pap.2.*	*Leonis Iſau.* Imp.	*Indictione*
728	15	13	11

IMpius Imperator expertus S.Germanum præ ceteris ſibi ſuæque impietati aduer- E ſantem, non vi, ſed fraude ad eum de Throno expellendum animum intendit, nacto idoneo ad facinus miniſtro, eiuſdem Germani diſcipulo, Anaſtaſio, in ſuam ſententiam,promiſſione Conſtantinopolitani Epiſcopatus,pellecto; cui ipſe S.Germanus, diuina quadam prænotione longè poſt futura; vt eſt apud Theophanem, prædixit. a Germano animum cõuertit in Ioannem Damaſcenum,vt eum perderet,confictis literis proditionis, eius ementito charactere,ad principem Sarracenorum miſſis, a quo Ioannes manu truncari mandatur, in foroque ſuſpendi, quam ipſam pre cibus impetratam dexteram interceſſione B.Mariæ Virginis obtinuit, brachio reſtitui. Quod cum Sarracenorum Princeps cognouiſſet, rei admiratione commotus, Io: Damaſc. manus truncata reſtituit.

eum,

eum, vt Innocentem muneri ſuo Conſiliarij reddi curat; at ille altiora meditans, gratijs actis, facultatibusque in cognatos, ſeruos, & egentes diſtributis, Ieroſolymam orationis cauſa profectus, ad Diuini Sabæ Lauram ſe contulit, ibique cum Coſma ſodali monachum induit. A

Longobardi per Indictionem 11. ait Anaſtaſ. dolo Sutrium occupatum, per quadraginta dies tenent; quod tandem Rex, aſſiduis litteris, & magnis muneribus Gregorij Pontif. ſtimulatus, quamuis omnibus nudatum opibus, Beatiſſimis Apoſtolis Petro, & Paulo reſtituit, atque donauit.

Chriſti Annus	Gregor. Pap. 2.	Leonis Iſaur. Imp.	Indictione
729	16	14	12

B

Lōgobar. R. & Exarchus conſpirant in Pont.

*E*Odem, inquit *Anaſtaſius, tempore, ideſt* 12. Ind*ictione ſæpe dicti Eutychius Patricius, Exarchus, & Luitprandus Rex inierint nefandum conſilium, vt congregato exercitu Rex ſubijceret Duces Spoletinum, & Beneuentanum;* Exarchus *Romam, quæ ab Imperatore defecerat, & quæ pridem de Pontificis perſona iuſſus fuerat, impleret, nempe, vt eum occideret; Qui Rex Spoletum veniens ſuſceptis ab vtriſque Ducibus ſacramentis, atque obſidibus, cum tota ſua cohorte in Neronis campo conuenit.* (Erat locus iſte propè Baſilicam Vaticanam, olim dictus, Prata Neronis) *ad quem egreſſus Pontifex, eique præſentatus, ſtuduit, vt potuit Regis mollire animum, commonitione pia; ita, vt ipſe Rex ſe proſterneret eius pedibus, & promitteret nulli inferre læſionem. Atque ſic ad tantam compunctionem ipſe, pijs monitis, flexus eſt; vt, quæ fuerat indutus arma, exueret, & ante corpus Apoſtoli poneret Mantum, armillam, Baltheum, ſpatham, atque enſem deauratum, necnon coronam auream, & crucem argenteam. poſt orationem factam exorauit Pontificem, vt memoratum Exarchum ad pacis concordiam ſuſcipere dignaretur, quod & factum eſt; & ſic receſſit, Rege declinante a malis, de quibus inierat conſilium cum* Exarcho. Hæc Anaſtaſius. Nec verò tantum Gregorius Exarchum, qui toties in eius necem conſpirauerat amice ſuſcepit; ſed, & cum quidam ſeductor Tiberius in Tuſcia Regnum Romani Imperij vſurpare conaretur, auxiliantibus copijs & præſto fuit, quibus illum oppreſſit, & interfecit; nec ſic, tamen plenam Romanis gratiam largitus eſt Imperator, maligne agere pergens in Pontificem.

Rex Luitprād⁹ immutatus totus ſubijcit ſe Papæ. C

Papa Tyrannū opprimit.

D

Patriarchæ Aql. vet. & no. Aquil. altercātur.

a ex MS. Cod. rerū Ven. Andr. Danduli.

b 2. inter epiſt. Ro. Pont.

Hoc anno contigerunt iuſtæ querelæ Donati Gradenſis, ideſt Nouæ Aquileiæ Patriarchæ, aduerſus Serenum veteris Aquileiæ Antiſtitem, Foroiulienſem tamen dictum, quòd prope Forum Iulium habitationem delegiſſet, res ſuas, & iura inuadentem, quarum occaſione Gregorius epiſtolam [a] ad eum ſcripſit, in qua meminit de collato ei pallio ad preces dilecti, inquit, filij noſtri Regis nempe Luitprandi, & mandat, vt ab inuaſione alienorum iurium deſiſtat, eo intra ſuos ſe terminos contineat. Aliam quoque epiſtolam ſcripſit Donato Patriarchæ, & Epiſcopis, atque Marcello Duci, & plebum Venetiæ, & Iſtriæ. Quomodo vero controuerſia finita fuerit, per eundem Gregorium Secundum, eiuſque ſucceſſorem Gregorium Tertium. Leo nonus Rom. Pont. docet in epiſtola [b] data omnibus Epiſcopis Venetiæ, & Iſtriæ Prouinciæ, cum adhuc eadem altercatio recrudeſceret. *Iudicio,* inquit, *ſanctæ Synodi definitum fuit, vt noua Aquileia totius Venetiæ, & Iſtriæ caput, & Metropolis perpetuum haberetur, ſecundum quod euidentiſſima prædeceſſorum noſtrorum adſtruebant priuilegia: Foroiulienſis verò Antiſtes, tantummodo finibus Longobardorum eſſet contentus iuxta priuilegium* Gregorij *Secundi, & retractationem Tertii &c.* Extat epiſtola Gregorij tertij ad Calixtum Sereni ſucceſſorem, de peruaſis ab eo poſſeſſionibus Gradenſis Eccleſiæ, quos reſtitui ſub graui interminatione mandat. Quamuis autem idem Patriarcha Aquileienſis diceretur pariter, & Foroiulienſis, eo quòd apud eam ciuitatem habitationem delegiſſet; tamen conſtat Foroiu- E

A lium peculiarem ſuum habuiſſe Epiſcopum, aduerſus quem, Amatorem nomine, Fidentij ſucceſſorem, Calixtus turbas excitauit, & eo de Caſtro Iulio expulſo, demũ ſibi ad habitandum vſurpauit; ex quo Pemmo Dux irritatus apprehenſum, parum abfuit, quin in mare præcipitaret, in carcere tamen habuit, quo audito Luitprandus in magnam iram exarſit, Ducatumque Pemmoni auferens Rachi eius filio tradidit. Hæc latius Paulus Diaconus [a]. Forũ Iuliũ ſuum habebat Epm.

Hoc eodem anno præceſſerunt ſigna cęleſtia de imminenti clade Sarracenorum in Gallias, teſtatur Beda, qui vidit, atque deſcripſit his verbis, in hiſtoria ſua Anglica [b]. *Anno Dominicæ Incarnationis 729. apparuerunt Cometæ duo circa Solem multum intuentibus terrorem incutientes. Vnus quippe Solem præcedebat mane Orientem, alter veſpere ſequebatur Solem Occidentem, quaſi Orienti ſimul, & Occidenti* B *diræ cladis præſagi, vel certè vnus diei, alter noctis præcurrebat exortum, vt vtroq. tempore mala mortalibus imminere ſignaret. portabant autem facem ignis contra Aquilonem, quaſi ad accendendum acclinem, apparebantque menſe Ianuario, & duabus ferme ſeptimanis permanebant. Quo tempore grauiſſima Sarracenorum lues Gallias miſera cæde vaſtabat, & ipſi non multo poſt in eadem prouincia dignas ſuæ perfidiæ pœnas luebant.* Hucuſque Beda. Quos mirum eſt ante annos quatuor a Carolo Martello tanta cæde affectos, tantos reparare potuiſſe exercitus, & tantas in Gallijs direptiones, & ſtrages edere.

a li. 6. c. 14. vet. edit. n. 51.
b li. 5. ca. 24.
Cometæ duo.

C

Chriſti Annus	*Greg. Pap.* 2.	*Leonis Iſaur. Imp.*	*Indictione*
730	17	15	13

LEo Imperator, rebus Italiæ compoſitis, ad ſtabiliendam in Oriente hæreſim totus incumbit, contumelioſè exacto Germano Patriarcha, & in exilium miſſo, & impio Anaſtaſio Germani quidẽ diſcipulo, ſed Imperatoris perfidiæ conſorte, in eius locum ſubrogato. Cum autem mandaſſet omnes ſanctas imagines publice cremari, & Eccleſias dealbari, tunc impiò facto aduerſantes multos clericos, monachos, & Religioſos laicos, alios vita, alios membris, alios exilio multauit. Ex Ioanne Damaſce. oratione ſecunda de Imagin. Theophane, Anaſtaſio & Actis S. Stephani iunioris. S. Germani Patriarchæ, Orientalis Eccleſiæ, per hæc tempora, luminis, præclara extant D ſcripta, alia in Bibliotheca SS. PP. edita, alia in Bibliotheca Vaticana manuſcripta; de alijs etiam meminere Ioannes Cypariſſiotus lib. 8. & Photius in Bibliotheca cap. 233. celebratur eius memoria 12. Maij in Monologio Baſilij Imperatoris (ita nominatur, quòd eius iuſſu collectum eſt) vbi & aſſeritur nonagenarios ex hac vita migraſſe. Eius tempore claruit ſanctitate Stephanus Abbas, quem ex monaſterijs Palæſtinæ vocauit Conſtantinopolim ad regendos monachos, diſciplina ſolutos, cuius anniuerſaria dies agitur in eodem Menologio 13. menſ. Ianuarij.

Iſauri pſecutio in cultores SS. imaginum.

S. Germ. nonagenarius exul moritur.

Accidit etiam, ijsdem diebus, vt Gothorum populus, qui incoleret regionem trans Euxinum Pontum, defuncto ſuo ipſorum Epiſcopo eligerent Ioannem quendam, ſanctis moribus imbutum, & conſecrandum mitterent Conſtantinopolim ad Germanum Patriarcham, qui, ne pollueretur hæreticorum contagio, miſſus eſt ab eo in E Iberiam tranſpontum Euxinum ab Epiſcopis illius regionis conſecrandus, cuius memoria celebris eſt in eodem Menologio. 26. Iun.

Gregorius porrò Pontifex, hæretici Anaſtaſij pſeudopatriarchæ ſynodica reiecta, cum commonitione, niſi ad Catholicam ſe conuerteret fidem, vt a ſacerdotali officio Imperatori quoque, ſalutaria ſuadens, mandauit, vt ab execrabili errore declinaret. Quòd vero non obtemperaſſet, tunc demum factum eſt, vt qui hactenus ſæpe retinuerat habenas rebellantis populi, quandiu ſpes eſſe aliqua potuit, vt ſæpe monitus promulgatum de impietate reuocaret edictum: conuerſione eius iam deſperata, eum anathemate feriret, & tributorum Italiæ exactione priuaret, deſciſſentibus penitus

Poſt lõgã expectatiõe, & fruſtra adhibitas monitiones Imp. Papa exc. & tributis Italiæ priuat.

Occi-

Itali deficiunt ab Imp. ob hæreſim, & ſubdût ſe Pont.

Occidentalibus a Leonis Imperio, & Apoſtolico Pontifici penitus inhærentibus A quod Græci omnes hiſtorici affirmant. Theophanes, Cedrenus, alij, Zonaras quidem hæc Romæ (quod par eſt credere) facta eſſe ſynodicè tradit; atque in eodem Concilio ipſum Imperatorem anathematis affectum pęna; cuius rei cauſa factum, vt vehementius a Leone in Oriente Eccleſia vexaretur.

Salubris admonitio ad Politicos. a. Matt. 18 b 1. Cor 12. c Heb. 13.

Per hos dies Ioãnem Damaſcenum ſcribere aggreſſum eſſe ſermones illos de imaginibus, eius teſtificatione conſtat, hortante, & extimulante Coſma eius ſodale; ſed zelo in primis diuino. In quibus, præter alia; *His de rebus*, inquit, *ſtatuere, atque decernere non ad Reges pertinet, ſed ad Concilia, nam ubi duo, uel tres* (inquit Dominus)[a] *congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio ipſorum: ligandi, & ſoluendi poteſtatem nõ Regibus, ſed Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, & Paſtoribus, & Doctoribus Chriſtus dedit.* &c. Et Apoſtolus.[b] *Quoſdam quidem*, inquit, *in Eccleſiis poſuit primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tum Paſtores, atque Doctores.* B Ad Eccleſiæ conſtitutionem non adhibuit Reges. & rurſum. [c] *Obedite*, inquit, *præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis; ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus ueſtris reddituri.* Item rurſum. *Mementote*, inquit, *præpoſitorum ueſtrorum, qui uobis locuti ſunt Verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem. Verbum non ſunt locuti nobis Reges: ſed Apoſtoli, & Prophetæ, Paſtoreſque atque Doctores.* & paulo poſt. *Regum eſt Ciuilis adminiſtratio, Eccleſiaſtica uero conſtitutio paſtorum*, atque *Doctorum*. At rurſum inferius. *Non Regiis regulis; ſed Patrijs inſtitutis, tam ſcriptis, quàm non ſcriptis Eccleſiam cenſeo conſtitui, & gubernari oportere. Quemadmodum enim in orbem uniuerſum monumentis literarum promulgatum eſt Euangelium: ſic in uniuerſo terrarum orbe ſine* C *ſcriptis eſt conſtitutum, ut Chriſtus Deus carnem indutus, & ſancti homines imaginibus exprimerentur; ſicut etiam, ut Crux adoretur* &c. Habet eadem in Commentario de fide orthodoxa li. 4. cap. 17. Atque hæc ſatis ad erudiendos Nouatores, præſertim verò Politicos.

Chriſti Annus.	Gregorij P. 3.	Leonis Iſaurici Imp.	Indict.
731.	1.	16.	14.

Grego. 2. P. obitus.

HOc anno 3. Idus Febr. Ind. 14. moritur Gregorius Secundus Papa, cum ſediſſet D annos 16. menſes 8. dies 20. Hic quadrageſimali tempore, vt in quinta feria ieiunium, atque Miſſarum celebritas fieret in Eccleſijs, in quibus non agebantur, inſtituit. Ex Anaſtaſio, qui pergit dicere de Oratorio exædificato Eccleſiæ, datis pretioſis vaſis, & ornamentis, largitate in omnem clerum, & monaſteria: denique de quinque eius ordinationibus. Porro Gregorius ipſe defunctus receptus eſt inter ſanctos, anniuerſariæque memoriæ cultu in Eccleſia perſeuerat; cuius ſi ſcripta extarent, reſque ab eo geſtæ diligentius ſcriptis mandatæ eſſent, Gregorio Magno haud inferiorem exiſtimares. præter epiſtolas, ſcripſiſſe fertur reſponſionum librum vnum ad Leonem Imperatorem, & alium ad Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & alia.

Quantus Põt. Grego. 2.

Grego. 3. ſtatĩ creatus legatio. mittit ad Imp.

Quinto die vacationis eius Sedis 16. Februarij in eius locum ſubrogatus eſt alius Gregorius, eius nominis tertius, natione Syrus, quem, vt mitiſſimum, valde ſapien- E tem, Græcè, latineque eruditum, omnibus denique Pontificijs virtutibus excultum celebrat Anaſtaſius. Hic ſtatim legatum Gregorium presbyterum cum grauibus literis ad Imperatorem mittit, ſtudens eum ad Catholicam fidem reuocare, quas tamen legatus, timore correptus, non auſus porrigere, Romam reuerſus eſt; quem Pontifex, vicinorum Epiſcoporum coacto Concilio, facinus deteſtatus, deponere volebat; niſi Epiſcopi, & optimates precibus interceſſiſſent, ne deponeretur, ſed pœnitentiæ ſubijceretur, qua illi dignã impoſita ſecundo cum iiſdem literis ad Regiam eum direxit vrbem. ex Anaſtaſio.

Legatus nõ auſus reddere litteras, pnĩæ ſubijcitur, & remittit.

A Leo interim Imperator in ſua impietate obſtinatior, aduersãtes ſibi, vel minus obſequentes, non tam nece, inuidens illis gloriam martyrij, quàm exilijs afficere conſueuit, in quibus numeratur Aemilianus vir ſanctiſſimus, qui S. Germano ſucceſſerat in Cyziceno Epiſcopatu, cuius Natalem celebrant Græci octaua menſis Auguſti: Tunc etiam Baſilius, & Procopius Decapolita, eandem pœnam perpeſſi, eadem digni facti ſunt corona, celebres 27. Febr. Tunc & Theophilus S. Monachus æque coronam promeruit, cuius agunt memoriam 2. Octobris. Tunc & Niceta Patricius idem certamen ſubiens in album SS. relatus eſt 13. menſis Octob. Abſtinuit tamen idem Iſauricus ab infligendo ſupplicio Ioanni Epiſcopo Polyboti, qui claritudine miraculorum adeo celebris erat, vt & ipſe, ſicut olim Magnus ille Gregorius, dictus fuerit Thaumaturgus: hic enim cum ad redarguendum Imperatorem B ſe Conſtantinopolim contuliſſet, vehementerque reſpondiſſet, nullam vim paſſus, ad ſuam redire Eccleſiam permiſſus eſt; vbi ſuum gregem illæſum ab hæreſi cuſtodiens quieuit in pace quinto die Septemb. In horum claſſe adnumeratur Gregorius Decapolis in Iſauria ciuitatis ciuis, qui Orientem, & Occidentem peragrans in confeſſione Catholicæ fidei diem clauſit extremum. Simeon præterea ſanctitate nitens tunc vixit, quem a Leone in carcerem detruſum, idem, qui ſupra Gregorius, Conſtantinopoli inuiſit. De quo Menolog. 20. Nouemb. de alijs inferius.

Aduersãtes ſibi exilijs dãnat Imp.

Io: Polyboti Eps cognom. Thaum.

S. Grego. Decapolita.

S. Simeõ.

Hoc eodem anno cum audiſſet Sanctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus defunctum eſſe Gregorium Secundũ, a quo acceperat Apoſtolatum, & in eius locum ſubrogatum fuiſſe Gregorium Tertium, ad ipſum Romam Legatos cum litteris miſit, qui omnem ſuam obedientiam Romanæ Sedi debitam pollicerentur; plurimo- C rum Germanorum ad Chriſti fidem conuerſionem nunciarent, & reſponſa ad plures quæſtiones poſtularent. Gregorius gratulatus de Gentilium conuerſione, & ad poſtulata reſpondit, & non poſtulata contulit; Pallium videlicet, & Archiepiſcopum eum conſtituit. Ex eius vita. lib. 1. cap. 25. apud Sur. 5. Iun.

S. Bonif. legatio ad Greg. 3.

Hoc eodem anno ſuæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum Beda finem imponit, breui compendio deſcribens ſtatum, quo eandem relinquat Eccleſiam Anglicanam, quinam Reges prouincijs, & Epiſcopi Eccleſijs præeſſent recenſens, ita demum perorat; *& arridente pace, & ſerenitate temporum, plures in gente Nordanhumbrorum tam nobiles, quàm priuati, ſe ſuosque liberos, depoſitis armis, ſatagunt, magis accepta tonſura, monaſterialibus adſcribere votis, quàm bellicis exercere ſtudijs. Quæ res, quem ſit habitura finem, poſterior ætas videbit. Hic* D *eſt in præſentiarum ſtatus Britanniæ, anno aduentus Anglorum in Britanniam* 285. *Dominicæ autem Incarnationis* 731. *in cuius Regno perpetuo exultet terra, & congratulante in fide eius Britannia, lætentur Inſulæ multæ, & confiteantur memoriæ ſanctitatis eius*. Mox adiicit appendicem de rebus ſuis, ſeptem annorum ſe, ait, monaſterio educandum traditum, & inter obſeruantiam diſciplinæ regularis, & quotidianam cantandi in Eccleſia curam, ſemper, aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habuiſſe, decimonono vitæ anno Diaconatum; trigeſimo presbyteratum ſuſcepiſſe. *Ex quo tempore*, inquit, *accepi presbyteratum, vſque ad annum ætatis meæ 59. hæc in ſcripturam ſanctam, meæ, meorumque neceſſitati ex opuſculis Venerabilium Patrum breuiter adnotare, ſiue etiam ad formam ſenſus, & interpretationis eorum ſuperadijcere curaui*. Deeſt apud Bedam Catalo- E gus ſcriptorum eius, qui ponitur ad finem Epitomes ante antiquum auctorem anonymum, qui poſt eum res Anglorum eſt proſecutus: nec tamen omnia ibi recenſita ſcripta ab ipſo Beda eſſe tum poſita, ſed ab aliis poſtea. Quæ in illis deſiderari videbantur ad integrum numerum operum eius adiecta, ex his, quæ poſt ab ipſo Beda ſcripta eſſe noſcuntur, demonſtratur. De tempore, quo defunctus ſit, variant auctores. Sigebertus hoc eadem anno eum defunctum affirmat. Marianus Scotus anno 729. alij 700. alij 733. alij 734. variant item in annis eius ætatis, cum alij illi annos tribuant ſexaginta, alij 61. alij plures, vt Trithemius, qui 72. porro auctor Annalium egregie de his ratiocinatur, ac demum ex eius ſcriptis elicit

Beda finẽ imponit ſuæ hiſt. Angl.

Bedæ vitę cõpẽdiũ.

Quando, & quoto anno æta-

tis deceſſerit Beda.

(epiſtola videlicet, inter alias eius lucubrationes abſque controuerſia numerata, cuius titulus de Aequinoctio iuxta Anatolium &c.) ipſum ſaltem perueniſſe ad annum ætatis 105. Veruntamen huic aſſertioni de longæua eius vita repugnare videtur, quod Sanctus Bonifacius Germaniæ Apoſtolus duabus epiſtolis 15. & 44. ex citato ſæpius manuſcripto codice, de eo quaſi iam defuncto meminit, cum ea ſcribere ſe dicat Anno Domini 776. vel probandum epiſtolam illã falſo cenſeri inter eius opera. Ceterum de tranſitu eius ad Dominum, extat epiſtola vnius cuiuſpiam ex diſcipulis eius, qui interfuit, ad finem operum eius, germana quidem, ac ſinceriſſima, quam Auctor Annalium, vt dignam Annalibus deſcripſit; nos vero pro ratione compendii exſcribere omittentes, ſuademus, vt legatur ad cognoſcendam pietatem, & literarios labores eximii hominis, ad extremum fere ſpiritum continuatos. Quæ referuntur de titulo, Venerabilis, illi tributo, recentiora ſunt, nec eius ætatis hominibus cognita; ſiquidem Hilduinus in Areopagiticis, ipſum Sanctum Bedam presbyterum nominat; ſicut & Marianus Scotus de ipſo ait. Sanctus Beda presbyter Anglicus computator, his temporibus clarus habetur. Albinus Flaccus, & ipſe Anglus, Bedam ſacerdotem, & Doctorem eximium appellat, & Amalarius ſæpius eum citans, nunquam, Venerabilis titulo eum ornat, ſed potius honoris cauſa eum Dominum Bedam appellat. qui omnes eadem ætate vixerunt. Porro vitam Bedæ a Cuthberto Abbate ſcriptam fuiſſe Molanus teſtatur; ſed non extat.

De Venerabilis cognomine.

Sarraceni, qui Galliam Narbonenſem occuparant, a Carolo Martello victi, ab occupatis munitionibus penitus expelluntur plurimis cæſis. quæ hoc anno cæpta, in ſequentem annum ſunt propagata. Qui fuga lapſi naues conſcenderant, vi tempeſtatis fluctibus abſorbentur. Ex Francorum Annalibus a Pithoco editis.

Contigit eodem anno obitus S. Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis, ſexto anno ſui, ſub Carolo Martello, exilii. Ex vita, & Chronico edito a Pithoco; aliis tamen aliter tradentibus.

Chriſti Annus. 732. *Gregorij P. 3.* 2. *Leonis Iſaurici Imp.* 17. *Indict.* 15.

Irene ex Barbara, Chriſtiana, Catholica, & pia reddita. Leo ſacrilegus.

Gregorius anathemate damnat Iconomachos.

LEo Imperator Chagani, ſeu Chaiani Cazarorum Regis filiam Conſtantino filio connubio ſociauit, & Chriſtianam factam Irenem vocauit; quæ, cum ſacras literas didiciſſet, pietate claruit, & ſacras Imagines coluit, & colendas palam teſtata eſt. Redditus patrimonii, quos Eccleſia, in Sicilia poſſidebat, in fiſcum inferri præcepit, mares omnes deſcribi iuſſit. Tributa capitalia tertiæ parti Siciliæ, ſeu Calabriæ impoſuit. Exercitum aduerſus Papam, & Romam, atque Italiam, immiſit. Ex Theophane. Addit Cedrenus, ingentem claſſem aduerſus Italos, & Romanos, paratam in Adriatico mari, naufragio perijſſe: Gregoriumque presbyterum legatum ad eundem Imperatorem remiſſum, in Sicilia retineri iuſſiſſe, ſcripta auferri, & in exilium amandari. Hæc Anaſtaſius quoque. Quibus Romam delatis Gregorius Pontifex, collecto Romæ Epiſcoporum Concilio, decreto firmauit antiquas PP. traditiones de cultu Imaginum ſacrarum, & anathemate ferijt omnes eidem aduerſantes: & ex eiuſdem Concilij Decreto miſſæ Commonitoriæ literæ ad Imperatorem. Peracto Concilio iterum miſſa alia ſimiliter ſcripta Commonitoria per Conſtantinum Defenſorem, quem fortiſſima cuſtodia attineri mandauit, & ſcripta auferri, & poſt integrum fere annum relaxari. Ex Anaſtaſio.

Quòd inſuper ab eodem Iconomacho, & Hagiomacho Leone Sanctorum reli-

A quiæ contemptui haberentur, idem Sanctus Pontifex Sanctorum omnium, quos potuit toto orbe Chriſtiano, collectas reliquias in oratorio a ſe conſtructo in Baſilica Sancti Petri honorificè collocauit: quorum feſta vigiliarum, a monachis trium monaſteriorum illic ſeruientium, quotidie per ordinem, atque Natalitiorum Miſſas in eadem loco celebrari inſtituit. Ex Anaſtaſio, qui egregia proſequitur ornamenta, & ſumptuoſiſſima eidem ab eo, oratorio, collata. Addit quoque de eximijs ornamentis in Eccleſia Sanctæ Dei genitricis ad Præſepe factis,

Chriſti Annus.	*Gregorii P.3.*	*Leonis Iſaurici* Imp.	*Indictio.*
733.	3.	18.	1.

B

GRegorius Papa rurſum, & ſeorſum Italia legationes miſere ad Leonem Imperatorem, quibus illi ſuaderent ab impietate deſiſtere, ac tum ſe illi ſe omnes ſubiecturos, conſuetumque vectigal, vt ſubditos, penſuros: ſed rurſum legati a Sergio Extratego in Sicilia per octo fere menſes detenti, ſcriptis ablatis, cum exprobratione tandem dimiſſi. Rurſum Gregorius adhortatorias literas dirigit per Petrum Defenſorem ad Leonem, & Conſtantinum, & ad Anaſtaſium inuaſorem Sedis Conſtantinopolitanæ; ſed nullo fructu. Ex Anaſtaſio. Interim Imperator complures SS. Epiſcopos deteſtantes eius errorem e ſedibus ſuis eijcit in exilium, in
C quibus Theophylactum Nicomediæ Epiſcopum, de quo Menologium, ſeptima die Martij, & 20. S. Nicetam Epiſcopum Apolloniadis, & Michaelem Synnadorum Metropolitam, 23. Maij, & alij plures, idem ſubiere certamen.

Eodem anno Deus res Francornm per Carolum Ducem magna gloria illuſtrauit, ad internecionem Sarracenis cæſis, qui ingenti numero, ex Hiſpania ſuperuenerant, ſuppetias laturi iis, qui Narbone cum ſuo Rege ab eodem Carolo obſidebantur. Ex Veteri Chronico Pithoci.

Hoc tempore, accidiſſe videtur, quod in Actis Sancti Bonifacij habetur his verbis. [a] *His ita factis Sanctus Bonifacius Germanorum Epiſcopus Boiariorum Regiones, quibus per id tempus dominabatur Hugbertus Dux, inuiſit, prædicationisque munus apud illum ſtudioſiſſime exercens, Ermuuolfum hæreticum peſtilentem, ma-* a li.1.c.17
D *gno diuinæ æmulationis feruore incenſus, ex Canonum præſcripto, damnauit, & ab Eccleſia eiecit. Ac deinde ad ſuæ diœceſis homines reuerſus, omnia circumibat, inſtaurans ea, quæ Eccleſiarum cura poſcere videbantur.*

Chriſti Annus	*Greg.Pap.3.*	*Leonis Iſaur.* Imp.	*Indictio.*
734	4	19	2

E

HOc anno, inquit Theophanes, a Leone Imper. Theodorus Manſur in exilium miſſus eſt ad Elimata eremi. Hunc fuiſſe tradunt Epiſcopum Grapſorum, Cantorem cognomento dictum; quòd ad exemplum Ioannis Damaſceni, & Coſmæ Maiumæ Epiſcopi ſacros hymnos in Eccleſia tunc canendos luculentiſſime ſcriberet. Sæuijt item idem truculentus Imperator in alios ſanctos viros cultores ſacrarum Imaginum, nempe Paulum, & Theoſterictum, quorum Græci celebrant anniuerſariam natalis diem 17. menſis Maij, quorum priorem igne conſumptum tra- Egregii confeſſores pro Imaginû cultu.

A dunt; poſteriorem vero, poſt multa mala, in pace quieuiſſe. Tunc etiam Theophilum monachum multa mala perpeſſum tradunt decima Octobr. Ioannem quoque Abbatem monaſterii Catharorum, poſt carcerem, exilium, verberationem, relegatum cum aliis pluribus in Inſulam Aphuſiam refert Menologium.

Viri inſignes in Anglia.

Hoc eodem anno moritur in Anglia Tacuinus Archiepiſcopus Doroueraenſis vir, vt inquit Beda epiſtola hoc anno data, religione, prudentia, & ſacra Doctrina inſignis, qui Berthualdo ſucceſſori Theodori, æque pietate & doctrina conſpicuo ſucceſſerat. hiſt. Anglic.[a] Poſt Tacuinum autem, anno ſequenti Nothelmus nobilis pietate, & doctrina ſubrogatus eſt.[b] quem Sanctus Bonifacius de rebus ſibi dubiis conſuluit,[c] nempe de cognatione ſpirituali matrimonium impediente, vt de re hactenus ſibi incomperta, & alios item doctrina inſignes in Anglia Pectelmum Epiſcopum[d] primum Caſæ candidæ, de quo Beda[e] quem habuiſſe, ait, ſucceſſorem Adhelmum æquè diſertnm, quem ſcripſiſſe, ait, librum egregium aduerſus errorem Britannorum, de Paſchate; & de Virginitate librum eximium, exemplo Sedulii, geminato opere, & verſibus hexametris, & proſa, & alia præclara; Dudonem quoque Abbatem in Anglia celebrem ſuum olim diſcipulum. extat eius epiſtola apud Bedã.[f] Maximam porro habitam eſſe rationem eiuſmodi vinculi ſpiritualis a Romanis Pont. Iulio, Innocentio, Cœleſtino, atque Conciliis teſtatur Deuſdedit Papa in epiſt. ad Gordianum Epiſcopum Hiſpaniarum. B

a hiſt. Angl. 5. c. vl.
b li. 5. c. 9.
c vet. cod. ep. 25.
d ep. 17. eiuſdem vet. cod.
e li. 5. c. vl.
f li. 5. c. 28

Chriſti Annus	*Gregor. Pap.* 3.	*Leonis Iſau. Imp.*	*Indictio.*
735	5	20	3

C

Martyres pro cultu SS. Imag. Gregor. Limniota & alij monachi m.

Saeuiente in dies magis Leonis rabie, aucta eſt in cultores SS. Imaginum perſecutio, vſque ad excruciationes, & ſanguinem progreſſa; ſiquidem Hyſpatium Lydenum Epiſcopum, & Andream presbyterum dire excruciatos necauit, de quibus Græci in Menolog. 20. Septemb. Quo etiam tempore egregium ſpectaculum edidit Gregorius Limniota monachus, prope centenarius, de quo Græci 24. Septembr. Paſſi ſunt grauiſſima eodem tempore Procopius, & Baſilius monachi, de quibus in Menolog. 27. Febr. ſubiit idem certamen Sergius Confeſſor; de quo in eodem Menolog. 13. Maii. His acceſſit Macarius confeſſor, qui ob eandem cauſam exul vitam finiuit; de quo in Romano Martyrologio prima April. Idem quoque ſtadium cucurrit Theophilus monachus; de quo in Menolog. 2. Octob. plures alii confeſſores eximii extitere, cum omnibus libere in pios cultores SS. Imaginum inſurgere, Imperatoris edicto, concederetur, in quibus recenſentur Sanctus Eudæmon Epiſcopus Lampſacenus, qui poſt multa certamina in exilio vitæ coronam accepit; cuius memoria quotannis a Græcis agitur 14. Mart. Niceta quoque Epiſcopus Apolloniadis, de quo in Monolog. 20. Mart. Georgius item Epiſcopus Melitenus 7. April. Baſilius pariter Epiſcopus Parii. 13. April. Qui, & alii ex impietate, & crudelitate Imperatoris, immortales ſibi contexuerunt coronas. D

Chriſti Annus	*Gregor. Pap.* 3.	*Leonis Iſau. Imp.*	*Indictio.*
736	6	21	4.

E

Vtilo Boiariorum Dux, erga Romanam Eccleſiam, vti ſui prædeceſſores, ſtudioſiſſimus, defuncto Boiariorũ Epiſcopo, Vuinilum Romam ad Gregorium Papam conſecrandum mittit. ex epiſtola Gregorii ad Bonifacium, & ex Actis vitæ S. Bonifacii[g].

g li. 1. c. 32

Cæpta in Oriente perſecutio, propagatur etiam in remotiores pios Imaginum cultores: inter quos numeratur egregius athleta Ioannes Epiſcopus Gothiæ ex Tauro Scytharum regione 16. Mart.

A Gerebat Præfecturam Vrbanam Conſtantinopoli his temporibus Philippus, æqui amantiſſimus; qui, quòd abſoluiſſet quoſdam mulierculas, tanquam innoxias accuſatas de cæde lactentium infantium, ab Imperatore ipſe iuſſus eſt cædi.

Chriſti Annus	*Gregor. Pap.* 3.	*Leonis Iſaur. Imp.*	*Indictio.*
737	7	22	5

BRitones quidam æſtu inuidiæ perciti, quod Anglorum nouellæ gentis, quæ fidem haud pridem ſuſcepiſſet, aliqui potentes opere, & ſermone Apoſtolico B munere, multas prouincias ad Deum prædicatione conuerterent, hæreſim diſſeminare cæperunt. ex litteris Gregorij Pap. ad Epiſcopos; qua occaſione, atque etiam adeundi, de more, limina Apoſtolorum, & coram, Pontificem venerandi, & plura ad functionem ſui Apoſtolatus impetrandi, Bonifacius conſilium cæpit profectionis in vrbem, quò anno ſequenti peruenit.

Bonifac. Romã tẽdit.

Hoc anno pariter S. Ermino Epiſcopo, ex Abbate Lobienſe, defuncto ſucceſſit in locum eius Theodolphus, æque ſanctus. Molan. in nat. SS. Belg. quorum diem natalem colit Eccleſia Belgij, nempe Ermini die 25. Apr. Theodulph. vero 25. Iun.

Quo eodem anno Rex Anglorum Nordanhumbrorum Ceolulphus, ille ipſe ad quem Beda ſcripſit hiſtoriam Anglicam, diuino amore ſuccenſus, relinquens Regnum Eadberto, monaſticam ſectatus eſt vitam.

C

Chriſti Annus	*Gregorii P.* 3.	*Leonis Iſauri Imp.* 1.	*Indict.*
738.	8.	23.	6.

SAnctus Bonifacius multa ſtipatus turba Francorum, Boiariorum, & Britannorum, Romam adit, tum, vt Pontificis Apoſtolici conſpectu, & alloquio frueretur, tum, vt ſanctorum illic quieſcentium ſe precibus commendaret; denique, vt doceretur de nonnullis ad curam animarum ſpectantibus; vbi a Pontifice comiter eſt D exceptus, & a Romanis ſalutaris verbi cauſa magna veneratione frequentatus.[a] Qui diſcedens muneribus, & reliquijs quaſcunque petijt, liberaliter, & honorificè donatus; ab eodem etiam accepit epiſtolas ad Epiſcopos, Abbates, Optimates, Principes, & populum Germaniæ, quarum exempla extant in eius vita.[b] His litteris Pontificis inſtructus Bonifacius Roma profectus Ticinium veniens apud Regem Longobardum aliquandiu moratus eſt. Eodem planè tempore contigit ipſum S. Bonifacium ſuos per literas de ſua peregrinatione certiores reddere. eodem Cod. c. 30.

a Vitæ li. 1. c. 27. & Greg. epiſt. b li. 1. c. 28 29. 30.

Hiſpani adu. Sarracenos Regnum tuentur, & propagant.

Hiſpani antiquæ nobilitatis memores, cum inſtar Machabæorum montana petijſſent, & Regulum ſibi Pelagium conſtituiſſent, aduerſus Arabes Hiſpaniam ſeruitute præmentes, Regni titulum ad poſteros propagare conati ſunt. Pelagius igitur poſt decem & octo annos, magnis, diuina virtute, rebus geſtis, decedens, Regnum filio E nomine Fauila reliquit; quo, ſecundo Regni anno, extincto, gener Pelagij Adelfonſus, Petri filius, ex Reccaredi Sereniſſimi Gothorum Regis progenie ortus, in Regem eligitur, & cum Froila fratre in Sarracenos mouens plures ciuitates ex eis recipit, quibus & Epiſcopos dandos curat. Tudenſ. in Chron. Catholici quoque glorioſum cognomentum, quod Reccaredus Rex ex propagata fide Catholica in Gentiles ſuos ab acclamatione Epiſcoporum, in Concilio congregatorum, tulerat, eius gloriæ æmulus, & Regni ſucceſſor aſciuit, quod ipſum intermiſſum a ſucceſſoribus, Ferdinãdus Aragonius Hiſpaniæ Rex enixis precibus a Iulio Secundo Rom. Pont. impetrauit, vt omnium Regum Hiſpaniarum hæreditarium eſſet.

Adelphõſus Catholici cognomẽ tuetur, Reccaredo tributum. Diu intermiſſum, a Ferdinando longo interuallo repetitur Papa cõcedẽte.

Carolus Martellus ſæpius conciſis, & fugatis Sarracenorum exercitibus, hoc anno, prouinciam illis ereptam Francorum coronæ adiunxit. Vetus Chron. anonymum editum a Pithoco. A

Fugatis iam penitus e Gallijs Sarracenis, Epiſcopi, qui remanſerant, ad reſtaurandas Eccleſias ab eis exuſtas animum adiunxere, in quibus egregiam operam nauaſſe Vuilicarium Epiſcopum Viennenſem refert Ado, quem, poſt ſacrilege a laicis occupatis Eccleſiæ bonis, in monaſterium SS. Mart. Agaunenſium ſeceſſiſſe; ibique vitam venerabilem duxiſſe, ait: vaſtata, & diſſipata Viennenſis, & Lugdunenſis prouincia aliquot annis vtraque ſine Epiſcopis fuit. Anaſtaſius tradit, Gregorium tertium ad hunc Vuilicarium pallium miſiſſe, cum putaſſet, tum in Archiepiſcopatum Eccleſiam Viennenſem erectam fuiſſe; quod tamen ante, ipſo fermè initio coaleſcentis in Gallijs Eccleſiæ, fieri contigit. B

Chriſti Ann.	*Gregorii* Pap. 3.	*Leonis Iſauri Imp.*	*Indictione*
739.	9.	24.	7.

S. Bonif. fundat Eccleſias in German. Salisbur. Ratiſpon. Patauiẽſ. Eccleſiæ cõſtitutæ.

BOnifacius Ticino recedens ab Vtilone Boiariorum Duce inuitatus, Regionem luſtrans, Verbum Dei prædicauit, & ad arcendos quoſdam, qui ſe Epiſcopos, & presbyteros mentiebantur, tres in ea Epiſcopos inſtituit; Ioannem Salisburgenſi Eccleſiæ, Erimbertum, Friſiorum genti, Gunibaldum Ratiſponæ, quæ eſt Boiariorum Metropolis, ex præſcripto Romani Pont. Vtilone conſentiente, Epiſcopis datis. Nam Vuinilus Patauienſi Eccleſiæ iam antea præſule Romano datus erat. De quibus omnibus Romano Pont. certiore facto, literas, quæ extant, ab eo recepit, quibus ab eo acta comprobauit, & de Concilio celebrando commonuit. C

Gregor. Martellũ euocat ad ſubſidiũ Eccleſiæ.

Tranſamundus Dux Spoletinus perſequente eum Rege Longobardorum Luitprando Romam profugus, a Gregorio Tertio Papa, & Stephano Patricio Romano, ac Duce receptus eſt, & a Rege repetitus, non redditus. Qui Rex propterea vrbem obſedit, Baſilicam Vaticanam B. Petri diripuit, ciuitates quatuor Romani Ducatus occupauit. Sed, Rege ad ſuam Regiam reuerſo, Tranſamundus, cum copioſo exercitu Romani Ducatus, Spoletinum Ducatum recuperauit, qua obſidionis occaſione Gregorius Papa nuncium cum litteris ad Carolum Francorum Subregulum, vt ipſe appellat, ſecundo miſit, oratum, vt Eccleſiam Romanam pro ſua pietate ab oppreſſione vindicaret Longobardorum. Ex hoc enim inquit tibi poteris immortalem, & æternam vitam acquirere. Ex Anaſtaſ. in Zacharia, & epiſt. ipſa Gregorij Papæ. D

Chriſti Annus.	*Gregorii* P. 3.	*Leonis Iſauri* Imp.	*Indictio.*
740.	10.	25.	8

SAnctus Bonifacius Germanorum Apoſtolus, ex literis a Gregorio Papa anno ſuperiore datis Concilium habet Boioariæ, & Alemanniæ Epiſcoporum Auguſtæ, an alibi, propè Danubium, non ſatis exploratum habetur. De Concilio conſtat ex Bonifacij epiſtola 48. eodem cod. ad Cuthbertum Dorouernẽſis Eccleſiæ in Anglia hoc anno conſecratum Epiſcopum; vt apud Bedam in Epitome legitur. E

Anglicũ Regnum vectigale Rom. Eccl. ad hãc ferè ætatẽ

Memorabile eſt, quod hoc anno actum ab Ina Angliæ Rege; refert Polidorus Virgilius in Anglica hiſtoria, recentiora etiam recenſens. *Officia autem eiuſdem Regis*, inquit, *pietatis plena infinita produntur, & illud in primis, quòd Regnum ſuum Romano Pontifici vectigale fecerit, ſingulis argenteis numis, quos denarios vocant, in ſingulas domos impoſitis. Fecit autem idem* (pergit) *eius exemplo* (*vt opinor*) *ductus, Offa Merciorum Rex, qui non multum poſt tempus regnauit. Fuit*

is annus

A *is annus ſalutis circiter* 740. *Hoc vectigal, prout quidam ſcribunt, auxit poſthæc Etheluuolfus, ſeu Athulfus Rex, qui, vt proximo libro demonſtrabitur, totius fere inſulæ Imperium obtinuit*; & mox, *omnis Anglia hoc tempore iſtud vectigal, pietatis, & religionis cauſa Romano Pontifici pendit, domeſticatim collatum, & numi illi argentei vocantur a vulgo, denarij B. Petri, quos pontificius Quæſtor, quem non inſcienter collectorem nuncupant, exigit*. Hæc ipſe ſcribens ad Henricum VIII. tunc Regem. Anno Domini 1533. ſed mirandum illud accidit. Vbi ceſſauit pendi vectigal iſtud, hæreſum alluuione Anglia abſorbetur. Habuit Ina Rex vxorem Edilburgam, paris pietatis, quæ ſe in Monaſterium incluſit, ex Regina ancilla effecta.

Orientalis Eccleſia ſub iugo perſecutoris Imperatoris laborans, graui, & longo B per duodecim menſes terræmotu conflictatur, Eccleſijs, & monaſterijs Conſtantinopoli, & per plures prouincias, vrbibus, & villis corruentibus, ſtatuis etiam Imperatorum, quæ erant Conſtantinopoli, deiectis, de quo Theophanes, in tempore, quo hæc contigerunt, a ſemet corrigendus. Extat eiuſdem terræmotus memoria in Menolo. his verbis, *vigeſimoquinto Leonis Iſauri Principatus anno,* Ind. 9. *26. Octo. die. Factus eſt ingens, & terribilis terræmotus* Conſtantinopoli, & omnes domus, & Eccleſiæ conciderunt, multique viui oppreſſi, ſunt mortui &c.

Oriẽtalis Eccl. ĩgẽti per annũ terræmotu conflictatur.

Luithprandus, & Hilprandus Longobardorum Reges Romanum Ducatum vexant, Romam obſident, & Campaniam deprædantur. Tranſamundus ipſe Dux, per Romanos adiutus, ad recuperandum Ducatum Spoletanum, infidelis, & ingratus, Galleſium occupat. Gregorius Papa vexationem Tranſamundi pecunia redimit, C Romanæ vrbis muros reſtituit, & ſacris muneribus miſſis, cum honorifica legatione auxilium implorat à Carolo Martello Francorum Duce, aduerſus Longobardos. Ex Anaſtaſio. Extat Gregorij epiſtola hoc titulo. DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO CAROLO SVBREGVLO. GREGORIVS PAPA. In qua magno animi angore deplorat calamitates Eccleſiæ, queritur, quòd non ab eius filijs matri laboranti ſuccurratur; monet, ne falſis Longobardorum ſuaſionibus decipi ſe ſinat; aperit non ob aliam cauſam Duces Spoletanum, & Beneuentanum a Rege bello peti, quàm quòd nolint bello perſequi Romanam Eccleſiam. *Potens eſt cariſſime fili*, inquit, *ipſe* Princeps *Apoſtolorum ob a Deo ſibi conceſſam poteſtatem, ſuam defendere domum, & populum peculiarem, atque de inimicis dare vindictam; ſed fidelium mentes probat*. Bis illum, CHRISTIANISSI- D MVM filium appellat, quem titulum honorificentiſſimum videmus in eius Regni Regibus ad nos vſque propagatum. Propè finem epiſtolæ habet hæc verba. *Coniuro te per Deum viuum, & verum, & per ipſas ſacratiſſimas claues confeſſionis B. Petri, quas vobis ad Regnum direximus, vt non præponas amicitiam Regum Longobardorum amori* Principis *Apoſtolorum; ſed velocius ſub nimia feſtinatione ſentiamus, poſt Deum, tuam conſolationem ad noſtram defenſionem, ut in omnibus gentibus declaretur ueſtra fides, & bonum nomen, quatenus, & nos cum Propheta mereamur dicere, Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob*.

Rurſũ Papa implorat auxilium Frãcorum.

Nefandus Imperator Leo Iſauricus ob confractionem ſacrarum imaginum Principum omnium Occidentalium in ſe odia conuertit, vſque adeo, vt in eum arma E mouere omnes æque parati eſſent, iamque mouerent: cum ille in odium Romani Pontificis, cui motus iſtos omnes tribuit, aſtuta malitia pacis fœdere conciliauit ſibi Regem Longobardorum in Italiam potentiſſimum, concitauitque eum in Romanum Pont. eo prætextu, quòd foueret Duces Longobardorum ipſi infeſtos, Spoletanum, atque Beneuentanum, in ſpem erigens, vt ſuo auxilio illos eijciens, ſolus, abſque ſocijs, in Italia Longobardorum eſſet potiturus Imperio. Suaſit cito iſta, cæca prudentia carnis, & Regni dilatandi inſana cupiditas ad malum impulit. Cui miſer ille, nulla habita ratione ſacrorum, omni penitus diuini iudicij abiecto timore, diuinis legibus penitus proculcatis in Romanam Eccleſiam immittit exercitum,

Luitprandus ambitione dilatandi Regni, iungitur hæretico Imp. cõtra Eccl. Rom.

qui primum omnium in Sacroſanctam S. Petri Baſilicam extra muros vrbis poſitam, impetum faciat. Quo toto molimine, atque conatu, abſque Deo, & contra Deum adhibito conſilio, nihil aliud profectum, quàm (quod declararunt euenta) vt adimeret ſuis poſteris ipſe Regnum auitum in perpetuum; Romanam vero Eccleſiam plurium prouinciarum poſſeſſione locupletaret, augeret gloria, potentia dilataret. Cur vero Carolus non cito in Luithprādum inſurrexerit, & certior ratio afferri poſſe videtur, quòd eundem Regem in prælijs aduerſus Sarracenos fideliſſimum habuerit adiutorem. Quod conſilium Deo non videtur fuiſſe probatum; ex quo fortè accidit, vt anno ſequenti vindice numine, cito, & miſerando interitu fuerit ex hac vita ſublatus. A

B

Chriſti Annus	*Greg. Pap.* 3.	*Conſt. Copronymi Imp.*	*Indictio.*
741	11	1	9

Copronymus ſācit c. Imaginū cultū.

LEo Imperator cum regnaſſet annos 24. menſes 2. dies 20. *tum animæ, tum corporis morte mortuus eſt*, inquit Theophanes; & imperat eius filius ſolus Conſtantinus Copronymus, ferus, tyrannus, magicis artibus deditus, impius. Primo anno Imperij promulgat Decretum contra ſacras Imagines; ſed excitante Deo illi aduerſarium, quod cæperat, perficere non potuit. Artabaldus ſiquidem Curopalata, & gener Leonis abalienatum a ſe Conſtantinum veritus, aduerſus eum, bellantem cum Arabibus ementita eius morte Conſtantinopolim occupat, & Imperator, vt orthodoxus acclamatur, & Conſtantinus probris, & maledictis inceſſitur. Anaſtaſius ipſe Patriarcha hactenus hæreticus tempori inſeruiens, deteſtatur hæreticum Conſtantinum, & ad demerendam noui Catholici Imperatoris gratiam impium Conſtantini ſecretum, cum iuramento, pandit, quòd negaret Chriſtum Deum, & Mariam fuiſſe Virginem poſt partum. Ex Theophane, quam impietatem ab impio Patre habuiſſe par eſt credere. C

Artabaſdus Curopalata occupat Cōſtantinopolim.

Impiū Copronymi ſecretum panditur.

Hoc eodem anno, ſcribit Theophanes, *Euelid Rex Arabum in Oriente interfecit Chriſtianos captiuos in omni ciuitate; inter quos Eutychius filius Mariani Patricij, martyr uerus oſtenſus eſt, in Charris Meſopotamiæ, vbi, & reliquiæ ipſius ſanitates, per Dei gratiam operantur, & multi alij per ſanguinem conſummati ſunt.* D

a Ca. 25.

Hoc pariter anno 4. Kalen. Decemb. moritur Gregorius Papa cum ſediſſet annos 10. men. 9. dies 12. vt Anaſtaſius tradit. De quo Vualfridus,[a] Velut inauditum, & nouum quiddam, *refertur*, inquit, *quòd omnes Pſalmos memoriter tenuerit*. Refert Anaſtaſius de pluribus ab eo Eccleſijs reſtitutis, picturis, & pretioſis vaſis, & ornamentis decoratis, monaſterijs extructis, & dotatis centum, Cellentiſque ciuitatis muris, pęne a fundamentis fortiſſime conſtructis. Ceſſauit Epiſcopatus dies octo. Creato quamprimum fieri potuit Zacharia Græco, viro inſignis ſanctitatis, mitiſſimi ingenij, qui totam Italiam inuenit valde turbatam, & Ducatum Romanum perſequente Luithprando Rege. Is miſſa legatione ad Luithprandum Regem impetrauit, vt quatuor ſupra nominatas ciuitates Ducatui Romano ademptas, reſtitueret, cumque exercitus Romanus, Pontificis hortatu ad comprehendendum Tranſamundum Spoletanum Ducem, cum Rege conſpiraſſet: Conſcius Dux, quòd Romanos decepiſſet, Spoletio egreſſus, ſeſe prædicto Regi tradidit. Ex Anaſt. E

b li. 4. c. 57

Car. Martelli obitus.

Hoc ipſo anno 11. Kalen. Nouembris Carolus cognomento Martellus moritur, & in Baſilica Sancti Dionyſij, apud Pariſios, ſepelitur. Appendix ad Turonenſem, & Aimeinus [b].

Lupus in vita Sancti Maximini Epiſcopi Treuerenſis ad Vualdonem ſcribens anno Domini 830. refert Martellum, cum longa febrium vexaretur moleſtia, & cibi, potuſque faſtidio ad exitum pene vitæ perueniſſet, in ſomnis Sanctum Maximinum

A vidiſſe, qui ſequi ſe ad ſuum ſepulchrum iuberet; quò cum ſe deferri iuſſiſſet rurſum in ſomnis eundem vidiſſe, qui diceret, ſe pro illo Domini poſtulaſſe clementiam, & ne ſe vltro dedat vitijs, monuiſſe: mox Carolum euigilantem cibos popoſciſſe, quos triginta diebus ſumere nequiuiſſet, & vires recepiſſe, cuius beneficij memorem, Cœnobium S. Maximini, prædijs auxiſſe.

Quæ verò ſcripta leguntur de Caroli anima æternis pęnis inferis mãcipata, & de corpore in ſepulchro non reperto in vita S. Eucherij Aurelianẽſis Epiſcopi, & apud Gratia. 16. queſt. prima, poſt caput quinquageſimũnonũ, ex Concilio Rothomag. & in vita S Rigoberti Archiepiſcopi Rhemenſis 4. Ian. & in ſcriptis capitulis, (vt præſefert titulus) ab Epiſcopis Prouinciarum Rhemenſis, & Rhotomagenſis, ad Ludouicum Regem miſſis, non omnino certa fide conſtant. Illud quidem, quod legitur de S. Eucherio, quòd viderit animam Caroli apud inferos cruciari, planè falſum eſt, cũ
B S. Eucherius ante decennium, ſiue ante annum quartumdecimũ, (vt Molanus ponit) deceſſerit, quàm Carolus moreretur. ſed, & quòd de ipſius Caroli pietate reperitur, eiuſdem Ludouici Imperatoris ad quem talia fuiſſe ſcripta dicuntur, Elogium, eadẽ, mendacij certè redarguit. Ipſe enim Ludouicus Imper. in Epiſtola ad Hilduinum Abbatem hæc habet. *Proauus noſter Carolus Princeps Francorum Inclytus, per Orationes ipſius excellentiſſimi martyris adeptum ſe fuiſſe, gratuletus eſt, apicem Principatus, eidemque decurſo mortalitatis tempore, quod charius potuit habere depoſitum, corpus ſcilicet proprium in magni die Iudicij ſuſcitandum, & animam Domino præſentandam fideliter, commendauit, ac per hoc maximè deuotionem, ac fiduciam cordis, erga peculiarem patronum patenter oſtendit.* Hæc Ludouicus; qui ſi tam certam de damnatione Caroli ſciret teſtificationem factam eſſe Pipino; quomo-
C do non potius ſilentio præterijſſet memoriam ſepulturæ Caroli, apud S. Dionyſium, tanto miraculo infamatam, quam illam tanto præconio celebrare? Accedit & his, quod ipſe S. Bonifacius, qui aſſeritur inſpector fuiſſe ſepulchri, & teſtis oraculi de damnatione ipſius ad Inferos, ſcribens Epiſtolam ad Ethelbaldum Mercionum Regem in Anglia, hominem ſceleſtiſſimum, vt eum reuocaret ad pœnitentiam; inter alia, plura ingerit exempla Regum, qui ob ipſorum immenſa ſcelera, malè pereuntes, vnà cum corpore pendiderunt, & animam, damnati in cruciatus perpetuos, apud inferos: vbi de Carolo agit; nonniſi iſta hæc tantùm habet. *Carolus quoque Prin-*
D *ceps Francorum multorum Monaſteriorum euerſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in vſus proprios commutator, longa torſione, & verenda morte, conſumptus eſt.* Vt ſperandum ſit, licet ob inuaſa iura Eccleſiæ, & bona vſurpata, dira, ob immenſos dolores, morte conſumptus ſit, haud tamen abſque pœnitentia, & confeſſione ex hac vita receſſiſſe. Quòd quæ ex Ludouico Imperat. ſunt recitata demonſtrant. Extat certe laudata Caroli pietas à duobus Gregorijs ſummis Pontificibus, ſecundo, & tertio, cuius tertij illud maximum eſt ab eodem Carolo Martello præcinium, quod, tum rei, tum eiuſdem Caroli opitulatione S. Bonifacius cẽtum millia Germanorum paganorum ad Chriſtianam Religionem ſuſcipiendam conuertiſſet, vt planè de ipſo (occulta licet, & nobis incognita ſint diuina iudicia) ſalutem cum pijs Regibus conſecutum, exiſtimare liceat, etſi peccator extiterit, (vt ſolent Reges ſæpæ delinquere)
E per exomologeſim illam factam, quæ ſuam animam, Domino, per S. Dionyſium pręſentandam adeò ſolicito ſtudio, commendauit, bene ſit de eius ſalute ſperandũ. Sed nec illud tacendum, quòd idem Carolus laudatus etiam inuenitur ab ipſo S. Bonifacio Germanorum Epiſcopo, cum rogauit filium eius Carolomannum, vt bene cæpta à parente circa cultum Chriſtianæ religionis, proſequeretur, rogans eum inſiſtere paternis veſtigijs.

Mortuo Carolo, duo filij Carolomannus maior natu, atque Pipinus ſucceſſerunt hæredes. Principatum verò ſuum Carolomannus adminiſtrabat, Auſtraſiam, (quæ & Alemannia appellatur) atque Thuringiam, qui ſimulac partem ſuæ hæreditatis accepit, nihil antiquius habuit, quàm ijs conſulere quæ ad Religionem conſeruandam, & propagandam ſpectare viderentur. Quamobrem S. Bonifacium ad ſe mox accer-

c Apud Sur. 20. Febr.

Computãtur quę de dãnatione Caroli ſęnũtur.

d In Reopagiticis an vitã S. Dionyſ. apud ſur. 9. Octob.

Car. Martelli elogium.

ſtuit, vt cuncta ſecundum Canones rectè diſponerentur. De his ipſe Bonifacius epiſtola ſua prima ad Zachariam Papam, in qua, poſt gratulationem electionis in Pontificem, & præſtitam ſubiectionem, ſignificat primum de tribus Epiſcopatibus inſtitutis, Vuirtburgenſi, Buriburgenſi, & Erfeſphurdenſi, quos auctoritate Apoſtolica confirmari petit: mox de expetita Synodo à Carolomanno, per ſpatium octuaginta annorum apud Francos, intermiſſa; cum interim, nec Archiepiſcopum habuiſſent, & maxima ex parte Epiſcopales ſedes traditæ eſſent laicis, vel clericis ſcortatoribus, vel publicanis: deinde de aliquot capitibus conſulit ſedem Apoſtolicam, & denique recenſitis nonnullis abuſibus, quæ de vrbe referebantur, hæc habet verba maxime notanda. *Quapropter,* inquit, *paternitas veſtra huius rei veritatem nobis indicare non dedignetur, vt Eccleſia ſacerdotibus, vel populo Chriſtiano, inde ſchiſmata, & ſcandala non oriantur: quia carnales homines, & idiotæ Alemanni, vel Boioarij, vel Franci, ſi iuxta Romanam vrbem aliquid fieri viderint, ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum eſſe putant, & nobis improperium deputant; ſibi verò ſcandalum vitæ accipiunt.* A B

Chriſti Annus.	Zachar. P.	*Conſtant. Copronymi* Imp.	*Indictio.*
742.	1.	2.	10.

ARtabaſdus, licet Catholicus coronari ſe paſſus cum Nicephoro filio ab Anaſtaſio Patriarcha hæretico, quē è Throno deijcere debuit, & curare, vt Catholicus ſublegeretur, diuinam indignationem incurrit, Imperio priuatus, & vita; ſiquidē miſſo contra Conſtantinum, qui in Armenia imperabat, Niceta iuniore filio, eoque profligato, ipſe quoque aduerſus eum progreſſus, magna accepta clade Conſtantinopolim eſt reuerſus. Theophanes hæc pluribus. C

Terræmotus.

Quo pariter anno, ait idem, pluuiæ defectus, & Terræmotus per loca facti ſunt, adeò vehementes, vt montes vnirentur inuicem per Eremum Sabæ, & Caſtella in terram immergerentur, abſorpta.

Antioch. Eccl. diu Patr. deſtituta illum recipit.

Eodem anno mortuo Euelid Arabū Rege, & ſubſtituto Gilid Sarracenorū Principe, Eccleſia Antiochena per annos quadraginta paſtore deſtituta, paſtorem habere cæpit, mādante namque Principe, electus eſt in Patriarcham Stephanus Monachus, agreſtis quidem, ſed religioſus; ſicque permiſſum deinceps, ait Theophanes, eligi Patriarcham. D

Patr. Alexandr. redit ad Eccl. Cath.

Fauſtum, & illud hoc anno accidit, vt Coſmas Patriarcha Alexandrinus, vnà cum ſuis, abnegata hæreſi Monothelitarum ad Eccleſiam Catholicam ſe contulerit. Ex Theophane.

Egregij Confeſſores; apud Sarracenos.

Damaſcenus autem Epiſcopus Petrus, zelo fidei æſtuans ab eius Ciuitatis Sarracenorum Principe Hali, lingua abſciſſus eſt, eò quòd inuectus eſſet in ſuperſtitionem ipſorum cultus. Theophan.

S. Petrus Mauimenus mart.

Eudæmonem quoque in Felicem Arabiam, ob eandem cauſam eiectum, martyrio affecit, cum expreſſiori voce Miſſas celebraſſet. Idem. Petrus alius, apud Mauimenam vrbem ijſdem tēporibus extitit martyr, quòd palam malediceret Maumet pſeudo prophetæ, & Antichriſti præcurſori. *Hunc* (inquit Theophanes) *declamationibus ſermonum honorauit S. B. noſter* Ioannes, *qui cognominatus eſt Chryſorcas, propter auream, & fulgidam Spiritus ſancti gratiam, quæ in ipſo, tam verbo, quam in vitæ actu effloruit.* Per eum verò intelligi San. Ioannem Damaſcenum egregium Theologum, & virum ſanctiſſimum, non dubium eſt. E

Hoc anno Zacharias Papa, cum accepiſſet, de quibus ſupra meminimus, litteras à S. Bonifacio Germanorum Epiſcopo, reſcripſit, gratulans de profectu prædicationis; tres Epiſcopatus ab eo inſtitutos, confirmans per litteras quæ extant, de Synodo celebranda in ea Franciæ parte, quam obtinebat Carolomannus, quòd ipſe rogarat,

A ad collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam, annuens, Adulteros, bigamos, homicidas, vel alijs capitalibus vitijs notatos, mandans ne vlla ratione permittat ſacerdotio fungi: abnuens de creando ſibi viuēti ſucceſſore, quod eſt contra regulas Eccleſiaſt. & concedens id tantum in fine vitę: quod quidam affirmabat ſecum à ſede Apoſtolica diſpenſatum de cōtrahendo matrimonio cum interdicta perſona per canones, id verum pernegans: de ſuperſtitionibus, & incantationibus, quas audiſſet Romæ fieri, confirmans à ſuis præceſſoribus, & à ſe fuiſſe ſemper damnatas: ad extremum monens, vt violatores ſacrorum canonum ſeuere puniat.

Is igitur acceptis Zachariæ Papæ literis, ſolicitus de ijs, quæ mandata erāt, implendis, celebrandæ Synodi cauſa Carolomannum adijt, qui eius verbis, quaſi diuino oraculo, permotus, vt Epiſcopi, & presbyteri in Concilium venirent, perfecit. B

Eius Synodi decreta ſæcularibus, & eccleſiaſticis vtilia extant. Qua delata ad ſedem Apoſtolicam, Zacharias coacta Synodo comprobauit, de qua confirmatione, Benedictus Leuita in ea, quam affixit lib. 5. Capitularium Francorum, præfatione, meminit, ſubijciens epiſtolam Zachariæ, quæ eſt num. 7. de ipſarum confirmatione.

Cum Luithprandus reddere differret quatuor illas Ciuitates, quas occaſione Tranſamundi, Ducis Spoletani, ante Biennium occuparat; Zacharias Papa Regem ipſum Interamnæ agentem ſibi adeundum putauit, à quo perbenignè, & honorificentiſſimè exceptus, ita eius pijs admonitionibus mollitus, & inflexus eſt, vt non modo quatuor prædictas Ciuitates reſtituerit; ſed & Sabinenſe patrimonium, quod triginta ante ferè annis fuerat ablatum, atque Narnienſe, & Auximanum, & Anconitanum, necnon C & Polimarenſe, & Vallem, quæ vocatur, magna, ſitam in Territorio Sutrino, per donationis titulum ipſi Petro Apoſtolorum Principi reddiderit, & pacem cum Ducatu Romano per viginti annos firmarit; ſed & captiuos omnes ex diuerſis prouincijs illi donauit. His perfectis Pontifex Romam honeſtiſſimo procerum Lōgobardorū Comitatu deductus, repetijt, & ſolemnes populum ad gratias Deo agendas, pro rebus benè, & feliciter geſtis, hortatus eſt. Hæc per 10. Indictionem ex Anaſtaſio.

[a] Apud Sur. 5. Iu. vitæ lib. 1. cap. 33. & 34.
[b] Vitæ Bonif. 2. c. 6.

Chriſti Annus	*Zach.* *Pap.*	*Conſtant.*Copron.*Imp.*	*Indictio.*
743	2	3	11

D

ALtera item Synodus ab Epiſcopis Francię factionis Carolomanni præſente ipſo Carolomanno Principe habita eſt ad Liptinas; de qua Benedictus Leuita prǽfatione Capitularium Regum Francorum. Statutum eſt inter cętera, vt Eccleſię ſubſidium ad bella ingruentia conferrent, quæ tamen certa quadam ratione reſtituerentur. Decretum prǽterea, vt pro tribus Metropolitanis Epiſcopis, Treuerēſi, Rhemenſi, & Senonenſi pallia peterentur ab ipſo Romano Pont. quorum gratia ipſi francorum Principes ſcripſere litteras; ſicut & Bonifacius ipſe, quæ non extant illæ quidem, ſed ex Zachariæ ad Bonifacium literis, menſe Iunio ſcriptis, ea omnia comperta habentur. E

Quòd verò Bonifacius, cum accepiſſet, à Papa, & Romanę Eccleſiæ clericis, pro ijſdem pallijs exactam fuiſſe pecuniam, indigniſſimè id ferens, cōqueſtus fuiſſet apud Romanum Pont. ab eo huiuſmodi, inter cętera, tulit reſponſum. *Sed frater chariſſime, hortamur charitatem tuam, ut nobis deinceps tale aliquid minimè tua paternitas ſcribat, quia faſtidioſum à nobis, & iniurioſum ſuſcipitur, dum illud nobis ingeritur, quod nos omnino deteſtamur. Abſit enim à nobis, & à noſtris clericis, ut donum, quod, per Spiritus ſancti gratiam, ſuſcepimus, pretio uenundemus, dum, & illa tua pallia, quæ à te ſuggerente, ut prædiximus ſumus flagitati, nullum ab eis quiſquā commodum expetijt, inſuper & charitas; quæ ſecundum morem à noſtro ſcrinio pro tua confirmatione, atque doctrina tribuuntur, de noſtro conceſſimus, nihil ab eis auferentes. Abſit, vt ſic quippiam à tua fraternitate criminis nobis ſimoniaci obij-*

Duo impoſteres hæretici damnati Clemēs, & Adalbertus.

S. Bonifacius horrēs Simoniā de ea expoſtulat cū Ro. Pont.

ciatur.

ciatur. Anathematizamus namque omnes quicunque auſi fuerint donum Spiritus ſancti pretio venundare. Dicto menſe Nouemb. A

Luithprandus, qui cum Leone Iſaurico fœdus aduerſus Romanos inierat, eo mortuo, Exarchatum Rauennæ inuadens Rauēnam obſidione cingere parabat; cum id præſentiens Eutychius Patricius, & Exarchus, & Ioannes Archiepiſcopus Rauennas, cum vniuerſo populo Pontapolis, & Aemiliæ, Sanctiſs. Dominum Papam obſecrarunt, vt pro eorum occurreret liberatione. Qui prius per Legatos cum Rege re fruſtra tentata, poſt Ticinum ipſemet adijt, ac multis precibus, vix, quod optabat, impetrauit. Hæc multo poſt eodem anno, ac potius ſequenti, Rex viuere deſijt. ex Anaſtaſio.

Hoc eodem anno inchoata iam à menſe Septembri 12. Indictione Luithprandi Regis anno 32. celebrata eſt ROMÆ SYNODVS, tredecim in ea capita ſancita de Eccleſiaſtica diſciplina. Ex eadem Synodo. B

Hoc ipſo anno inchoata iam per menſem Septemb. Indict. 12. Conſtantinus valido exercitu Conſtantinopolim obſidet, & egreſſum Artaboſdi exercitum profligat creſcente penuria, cogitur Artaboſdus imbelles emittere, vt quiſque vitæ ſuæ conſuleret, qui plurimi, muliebri, & Monaſtico habitu induti, egreſſi ſunt.

Conſtan. Copron. recupera Imper. Pſeudo-patr. exau torat⁹, ob ſummam impietatē reſtituit.

Quarto poſt Nonas Nouemb. Conſtantinus vrbem expugnat, & captum Artaboſdum cum duobus filijs excęcat: alios plures, qui Artaboſdo fauerant, interficit, alios mutilat, alios obcæcat, & militibus vrbem diripiendam permittit. In equeſtribus porrò Ludis Artaboſdum, cū filijs, & amicis, vnà cum Anaſtaſio Pſeudopatriarcha, aſino auerſum impoſitum, circumductos ad ludibrium oſtentat. Hæc Theophanes pluribus; quæ eadem Zonaras, & alij Græcorum hiſtorici, qui pariter teſtantur ab eodem Imperatore ipſum Anaſtaſium adeò inſigniter ignominia affectum in Throno rurſum reſtitutum, quod non eſſet facile alium reperire, qui eum æquaret impietate. C

Cum autem audiſſet Exarchatum per Zachariam Romanum Pont. à Luithprandi Regis inuaſione liberatum, ad eum magis demerendum quędam prædia iuris Imperij, petente Zacharia, donauit Romanæ Eccleſiæ. Conſtantinus Imperator hæreticus nequiſſimus intentus ſtabiliendo recuperato Imperio, nulli, fidei cauſa, negotium faceſſebat. Cæterum Zachariam Papam ſæpius eum interpellaſſe, vt ab hæreſi reuocaret, teſtanrur Hadrianus Papa in Conc. Nicęno 2. Act. 2. Epiſtola ad Conſtantinum, & Irenem.

D

Chriſti Ann.	*Zach. Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
744	3	4	12.

CONſtantinus Copronymus Imperator ad ſtabiliendam ſedem Imperij Conſtantinopolitanum populum, quem nimia ſæuitia admodum exterruerat, conciliare ſtudet.

Defuncto Stephano Epiſcopo Antiocheno, cū sediſſet annos duos, permiſit Princeps Sarracenorum conſecrari Theophilactum Edeſſenum in locum eius, virum magnæ virtutis diuinis chariſmatibus fulgentem. Theophan. E

Calūniæ aduerſus S. Bonif. Ep. 4. T. 2. Ep. Roma. Pont. & vitæ S. Bonif. 2. cap. 2.

Quidam pſeudopresbyteri ī Baioaria aduerſantes S. Bonifacio, inter alias, aduerſus eum excogitatas calumnias accuſauerunt eum de Anabaptiſmo. Cum igitur crederetur eſſe verum, quod diceretur; Zachariaſque Romanus Pont. audiſſet S. Bonifacium exiſtimaſſe iterandum tunc eſſe Baptiſma, cum baptizans minus latine verba proferret; ne id faceret, datis literis, Zacharias eum admonuit.

Ex epiſtola S. Bonifacij perbreui ad Pipinum Regem Francorū data, conſtat plura ad ipſum mendacia, ab iniquis de eo fuiſſe delata.

Pipinus

A Pipinus ſolicitè curans res, quæ ad Francorum Eccleſias ſpectarent, hoc eodem anno literas dedit, atque Legationem miſit ad Zachariam Roman. Pontif. conſulens, tum ſuo, tum Epiſcoporum, & aliorum eiuſdem Regni Francorum Chriſtianæ legis cultorum, Principum nomine, de multis ad Chriſtianam ſpectantibus diſciplinam. Reddidit Romanus Pontif. Zacharias epiſtolam vigintiſeptem reſponſionum capita continentem, quam ex Cod. Vat. Conciliorum Manuſcriptorum auctor Annalium primum typis excudendam curauit. Extat hoc titulo DOMINO EXCELLENTISS. atque CHRISTIANISS. PIPINO MAIORI DOMVS, ſeu dilectiſſimis nobis vniuerſis EPISCOPIS ECCLESIARVM, & RELIGIOSIS ABBATIBVS, &c. Vt autem quæ in ea ſcripta eſſent, obſeruarētur, Bonifacio man B dauit, vt concilio coacto de illis cuſtodiendis inter Epiſcopos ageret. Extat Zacharię ad Bonifacium epiſtola in eius [a] Actis, in qua & illud addit, vt in eodē Concilio Sacrilegorum quorundam, & contumaciam Pſeudoapoſtolorum iudicium agitetur; quòd ſi perſtent innocentes ſe proclamare, Romam vt mittātur, ſubtilius examinādi. a Libro 2. cap. 7.

Luithprandus Longobardorum Rex moritur trigeſimo anno, & ſeptimo menſe Regni, cuius præclaras laudes proſequitur Paulus Diaconus, omiſſis tamen nonnullis, quæ notam illi inurerent; vt S. Petri Baſilicæ Vaticanæ direptionem. Luithprādi obitus.

Reliquit plura pietatis monumenta, Eccleſias, & Monaſteria; cuius præclarū elogium habet Epitaphium ſepulchro eius inſcriptum. [b] Eius temporibus floruit ſanctitate Fori apud Tanarū Badolinus nomine, multis clarus miraculis, & ſpiritu prophetiæ illuſtris; & huic non abſimilis Theodelapius apud Veronam. b Paul. Diac. lib. 6. c. vlt.

C Succeſſit Hildebrandus eius nepos, qui, dominio aſpero, ſeptem tantum menſes regnauit, ingratus genti ſuæ, & in odium redactus. in eius locum ſuffecto Rachi Duce Foroiulienſi virtute bellica, humanitate, ac pietate coniuncta, præſtanti. Ad quem Zacharias legatione miſſa, pacem viginti annorum impetrauit; vt habet Anaſtaſius.

Res Hiſpanicas egregiè per hæc tempora illuſtrauit Rex Alfonſus ſuis præclaris factis, pluribus Ciuitatibus ex manibus Sarracenorum ereptis, & Gallæcia vindicata; pro Catholici quoque, quem gerebat, titulo, Catholicam propagauit religionem, reſtituto Chriſtiano cultu, & Epiſcopis per Vrbes conſtitutis. Quæ tamen illuſtria facta, inopia ſcriptorum, remanſerunt obſcura: & pauci etiam ipſi ex multis, pauca attigerunt. Morales, vetus monumentum, ex Archiuo Lucenſis Eccleſiæ, protulit, D notatum æra. 782. eſt is annus præſens 744. quo ex parte, quę ſunt dicta, clareſcunt. Rex Alf. Regn. & Religio. Auget.

Chriſti Annus	*Zach. Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indict.*
745.	4.	5.	13

E HAbito Concilio Epiſcoporum in Germania à S. Bonifacio Apoſtolicæ Sedis Legato, ea, quæ ſuccreuerant in agro Dominico, licet ſæpe culto, ſpineta, quæ, iam magna ex parte, duobus alijs Concilijs, exciſa fuerant, immiſſa rurſum Apoſtolica falce, auxilio Chriſtianiſſimorum Principum Carolomanni, atque Pipini ſucciſa ſunt. Actum eſt in eo præcipue de duobus illis hæreticis Aldeberto Gallo, atque Clemente Scoto, qui damnati, & ſacerdotio priuati in cuſtodiam retruſi ſunt: viſum tamen etiam eſt, de ijſdem referendum ad Romanum Pontif. vt ab eodem quoque damnarentur. Inſuper inter alia adnitentibus ijſdem Principibus, exauctoratus eſt Epiſcopus Maguntinus, homicidij reus conuictus, inque locum eius ab ijſdem ſubrogatus eſt Bonifacius ipſe, qui hactenus Apoſtolatui tantum Germaniæ generatim mancipatus, nulli fuerat adſcriptus certę ſedi. Hæc breuiter ex vita S. Bonifacij. [c] Adelber. & Clem. hæret. abdicati ſacerdotio, & in carcerē truſi.

Affuere in Concilio octo Epiſcopi, vt conſtat ex Epiſt. 16. S. Bonifacij: ad Hereſpidum, ex eodem eius Epiſtolarum Codice. c Lib. 1. c. 37. apud Sur. 5. Iu.

Pertinet ad hæc Concilium, quod S. Bonifacius zelo charitatis exæſtuans, cum ſciret Regem Merciorum in Anglia Athelbaldum nomine, vitam ſceleſtiſſimã ducere, A
vt eum ad meliorem frugem conuerteret, nomine non ſuo tantum, ſed & Epiſcoporum, qui Synodo interfuerunt epiſtolam ſcripſit commonitionibus paternis plenam, quam epiſtolam pro ſua ingenti modeſtia, & animi demiſſione examinandam, &, ſi opus eſſet, corrigendam miſit Hecberto Archidiacono in Anglia, cui in epiſtola ad eum, (quæ eſt 14.) ne (inquit) ne arrogantem, & ſuperbum, aut propio iudicio plus iuſto placentem æſtimes, rationem reddit, cur ad eum non ſibi ſubditum, eiuſmodi epiſtolam ſcribat, pergens.

Nam, inquit, Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia*, quando indignum, ac vilem prædicatorem ad prædicandum* Germanicis *erroneis, vel panis egentibus, direxit, præcepit mihi, vt ex auctoritate Romani* Pont. *ſi alicubi viderem inter Chriſtianos, pergens, populos erroneos, vel Eccleſiaſticas regulas mala conſuetudine deprauatas, vel homines per inuium à* Catholica *fide abductos, ad viam ſalutis inuitare, & reuocare totis viribus niterer.* B

Eandem illam epiſtolam miſit ad Heresfridum presbyterum, virum egregia animi conſtantia præditum, qui eam Regi, ſuis manibus, porrigeret, & interpretaretur, ad quem, inter cętera; epiſtola quæ eſt 16. ſic, ait, *Nos octo epiſcopi, qui ad Synodum conuenimus, in commune te pater cariſſimè deprecamur, vt verba admonitionis noſtræ Athelbaldo Regi Merciorum, interpretando, & recitando annuncies, eo ordine, & eo modo, quo ad te ſcripta tranſmittimus, ſolicitè enumerando, & prædicando illi indicare. Audiuimus enim, quia pro timore Dei, perſonam hominis non timeas, & quòd ſupradictus Rex aliquantulum quibuſdam temporibus audire dignetur tua merita.* Et *notum ſit charitati tuæ, quia hæc verba admonitionis noſtræ ad illum Regem propter nihil aliud, ad illum direximus, niſi propter puram charitatis amicitiã, & quòd de eadem gente Anglorum nati, & nutriti, hic per præceptum Apoſtolicæ ſedis peregrinamur, bonis, & laudibus gentis noſtræ lætamur, & gaudemus: peccatis autem eius, & vituperationibus tribulamur, & contriſtamur; opprobrium namque gentis noſtræ patimur, ſiue à Chriſtianis, ſiue à Paganis, quòd gens Anglorum ſpreto more cęterarum gentium, & deſpecto Apoſtolico præcepto, imo Dei conſtitutione, legitimas vxores dedignetur habere, & hinnientium equorum conſuetudine, vel rudentium* A*ſinorum more, luxuriando, & adulterando omnia turpiter fœdet, & confundat.* I*gitur ſi hoc ſcelus maximum, verum ſit, &c.* C

Reddit rationẽ cur nõ ſubditum corripiat Regem Angliæ.

In illa igitur epiſtola poſt gratulationem de bonis, quæ de eo audiuntur, vt de eleemoſynis, deſcendit ad admonitionem, & correptionem malorũ, fornicationum, adulteriorum, & ſacrilegiorum, quæ ab eo committi feruntur, moniales, & Deo dicatas violando. Inde tranſit ad aliud ſacrilegij genus, quòd violet priuilegia Eccleſiarũ, & Monaſteriorum, earum facultates vſurpando: quod grande peccatum eſſe ait, exẽploque duorum Regum Ecolredi Merciorum, & Hoſredi Deirorum, & Berniciorum Regum, qui cum ſe his criminibus contaminaſſent, amiſſione Regni, & immatura, ac terribili morte præuenti fuerunt, deterret; Addit quoque de Carolo Martello. *Carolus,* inquit, P*rinceps Francorum multorum Monaſteriorum euerſor, & Eccleſiaſticarum pecuniarum in uſus proprios commutator, longa torſione, & verenda morte conſumptus eſt.* Concludit denique per cohortationem, & obſecrationem ex intimo animi affectu, & ex charitatis viſceribus prodeuntem, vt reſipiſcat, & ſe à Diaboli laqueis eripiat. Quem exitum habuerit adhortatio, nullus prodit, cum tamen illud certum ſit, poſt biennium infelici exitu diem clauſiſſe extremum, à ſuis ſtipatoribus trucidatum, vt eſt in Epitome hiſtoriæ Anglicanæ Anno Domini 757. D E

Vt quæ in eo Concilio decreta fuerant, tenaciori vinculo firmarentur; Acta miſit ad Zachariam Pont. qui collecto Concilio Epiſcoporum ſeptem, & prerbyterorum 17. in Baſilica Theodori, in Patriarchio Lateranenſi, eoſdem hæreticos cõdemnauit. Extãt acta in vita S. Bonifacij. [a] Aldebertus ille deſcribitur inſignis hypocrita, arrogans ſibi viſiones Angelorum, incertæ ſanctitatis reliquias iactans, impetrare ſe om-

a Li.2.c.4

nia

A nia, quæ petat à Deo, affirmans, diſſuadens viſitationes liminum Apoſtolorum, & noua oratoriola, dimiſſis antiquis Eccleſijs, formans, vbi populi conuenirent dicentes. Merita S. Aldeberti adiuuabunt nos: Vngulas ſuas, & pilos tradens ad honorificandum, & portandum cum reliquijs S. Petri.

Accedenti populo, vt peccata confiteretur, dicens: ſcio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt occulta veſtra: ideoque non opus eſt ea confiteri. Alter autem Clemens abnegabat ſanctos Canones, Tractatus, & Expoſitiones ſanctorum Patrũ, iura quoque Synodalia, introducens etiam Iudaiſmum; licere affirmabat, & viduam patris defuncti accipere vxorem.

Chriſtum deſcendentem ad Inferos, omnes inde eduxiſſe credulos, & incredulos; necnon, & cultores Idolorum. plura quoque inſaniens, affirmabat. Prolata itē
B fuit vita, quæ ferebatur, Aldeberti, & Epiſtola eius, ac oratio, omnia plena arrogãtię, vanitatis, & impietatis. In vtrunque igitur lata fuit ſententia, vt ab omni ſacerdotali officio alieni pœnitentiam agerent: quòd ſi populum ſeducere pergerent, anathemate cum ſectatoribus percuterentur.

In illa oratione ſunt nomina octo Angelorum, de quibus Patres Concilij ſic. *Octo nomina Angelorum, quæ in ſua oratione Aldebertus inuocauit, non Angelorum, præter Michaelis, ſed magis dæmonum nomina ſunt, quos ad præſtandum ſibi auxilium inuocauit. Hos autem, vt à veſtro ſancto Apoſtolatu edocemur, & diuina tradit auctoritas, non plus, quam trium Angelorum nomina, agnoſcimus, ideſt. Michael, Gabriel, Raphael.* Quæ eadem de tribus tantummodo Angelorum nominibus habentur in capitularibus Caroli Magni. [a] Ex quibus perſpicue intelligitur li- a Li. 1. capit. 16.
C brum quartum Eſdræ vulgatum, in quo frequenseſt mentio Angeli Vriel, ab Eccleſia Romana proſcriptum eſſe. Cum cenſuiſſent Patres ſcripta illa hæreticorum eſſe comburenda: Zacharias Papa dixit, Optime prouiſum eſt à veſtra ſanctitate, vt conſcripta illius omnia igne concrementur; ſed opportunum eſt, vt ad reprobationē in ſcrinio noſtro conſeruentur, ad perpetuam confuſionem. Adhæc ſpectant ſcripta, quæ prohibentur, & igni addicuntur in Capitularibus Caroli Magni. [b] Item illa de Scotis, qui mentiebantur ſe eſſe Epiſcopos. [c] Denique quod in eos, qui falſa nomina Martyrum, & incertas ſanctorum memorias venerantur, ſtatutum eſt. [d]

b Li. 1. capit. 37.
c Li. 7 addit. 3. cap. 37.
d Li. 1. capit. 41.
e In Co. illo, lib. 2. cap. 7.

Deſiderari videntur ea Synodi Romanæ acta, quibus confirmata ſunt, quæ in Synodo Germanica ſtatuta fuerunt; niſi per ſe, & ſeorſum à Zacharia dixerimus confirmata, qui de ijſdem omnibus literas dedit ad eundem Bonifacium, quæ extant, [e] in
D quibus duas Metropolitanas Eccleſias inſtitutas, Maguntinam, & Coloniam Agrippinenſem probat, & confirmat, monetq; de Concilio quotannis congregando. Quòd ait, obſecraſti, vt Francorum Principibus ſcriberemus; ſcias à nobis eſſe geſtum, per ſingula enim eis ſcripſimus, vt petiſti, vt tibi amici ſint, & adiutores in Dominico opere exiſtant. Deſiderantur hæ literæ. Secretarius quoque Zachariæ Pontificis ad eundem S. Bonifacium ſcripſit, quæ literæ extant eodem Codice, Epiſt. 4.

Chriſti Annus.	*Zachar.* P.	*Conſtant. Copronymi Imp.*	*Indictio.*
746.	5.	6.	14.

E

SArracenis bello Ciuili inter ſe mutuo confligentibus in Syria, Mauuias ſibi ſubijcit Emeſam, Damaſcum, Heliapolim, & Ieroſolymam. Theophanes.

Hoc anno à quarta Auguſti, vſque ad Octobris Kalen. tenebræ factæ ſunt caliginoſæ, & terræmotus magnus in Palæſtina, & circa Iordanem, & totam Syriam, quo Eccleſiæ, & Monaſteria corruerunt, & innumerabilis hominum multitudo extincta eſt.

Prodigia in Paleſtina, & clades à terræmotu.

Eodem anno peſtilentia Bubonis è Sicilia, & Calabria incipienti, velut quidam ignis depaſcens interiacentes Inſulas, ac denique Conſtantinopolim inuadens per

Peſtilētia grauis.

triennium pœne ad ſolitudinem eam redegit, Dei iuſtitia; ſic impium Conſtantinũ, ob contemptas ſacras Imagines, flagellante; cum nec tum ſic ipſe reſipuerit. Theophanes, & Theodorus in Oratio. de San. Platone, quorum vterque illud memorandum addit de cruciculis in ſingulorum veſtibus cęruleo colore apparentibus. A

Prodigiũ

Leges Lõgobardis ꝓmulgantur.

Rachis Rex Longobardorum, in Comitijs Principum promulgat leges cum præfatione, in qua hæc inter cætera. *Idcirco per Redemptoris noſtri prouidentiam ego diuino auxilio fretus Rachis præcellentiſsimus, & eximius* Princeps *Anno Regni mei ſecundo die Kalen. Martiarum* Indict. 14. *dum cum gentis noſtræ, ideſt Longobardorum iudicibus, tam de Auſtriæ, quam de Tuſciæ, vel Neuſtriæ finibus, vniuerſa quæ à præceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt, ſolicite conſideraßem; quædam ibi iuſta, & quædam vrgenda cognouimus, &c.*

B

Chriſti Annus	*Zach.* Pap.	*Conſtant.*Copron.Imp.	*Indictio.*
747	6	7	15

a Editũ à Pithoco.
b Li.2. Vita S. Bon. cap.8.
c Cap.10.
d Ibi. c.13.
e Mat.10.

Carolomãnus fit Monach. Proficiſcitur in Italiam.

S. Galli miracula.

A Zacharia Papa Clericus fact⁹ Monachus induitur.

In M. Soracte agit inde Caſſinum petit.

IN hunc annum refert Vetus Chronicõ [a] & Sigebertus, & Lãbertus receſſum Carolomanni Francorum Principis à ſæculo. Ado Vienneſis, Regino, & alij plures in annum ſuperiorem referunt; ſed neque hoc, neque ſuperiori id accidiſſe Zacharię Papæ literæ [b] ad Bonifaciũ anno ſequẽti Indict. 1. datæ, aliæ [c] item Indict. 5. quibus oſtenditur Carolomannum adhuc Regnum adminiſtraſſe, arguunt. Carolomãnus ad S. Bonifacij preces Fuldenſi Cœnobio à S. Viro ædificato, circumquaque agrum per tria millia paſſuum aſſignauit, [d] & chartam donationis ſcripſit, ſuo impreſſo ſigillo. C
Qui igitur erga Monachos propenſus fuit, iuxta illud Euangelii. [e] Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet; tandem à Deo meruit conſequi, vt & ipſe Monachus efficeretur. Cum itaque in Dei timore magis, ac magis proficeret, nec tamen in habitu ſeculari eam poſſet, quam vellet, vitæ integritatẽ ſeruare, partem optimam elegit, quæ non poſſet ab illo auferri. Nam relictis omnibus huius mundi opibus, & honoribus; vir glorioſus, & ſtrenuus, dimiſſa totius Frãcorum Regni adminiſtratione Pipino fratri, Romam iter intendit. Cum autem per Alpium iuga perueniſſet ad S. Galli Cœnobium, miraculis ipſius San. Galli celebre (quorum duo, ipſius Carolomanni tempore peracta, qui vitam ſcripſit Vualfridus Strabo recenſet miracula,) cumque illi, tenui facultate, conſulere cuperet, Fratri ſcripſit, vt ſui amoris intuitu, eidẽ Monaſterio aliquod Regię largitatis ſolatium dignaretur impendere: Inde Romam cũ ueniſſet, & à Zacharia Papa depoſito ſæculari habitu clericus factus, & Monachi habitu indutus eſſet, in Soracte monte exædificato Monaſterio aliquandiu egit: ſed cum à commeantibus Romã Francis nimis frequentaretur, ſtudio ſtrictioris ſeceſſionis, & diſciplinæ Caſſinum ad Monaſterium Sancti Benedicti ſe contulit, ibique in Petronacis Abbatis, qui per ea tempora, Caſſinenſe Monaſterium, & diſciplinam reſtituerat, obedientiam ſe tradens, magna cum animi humilitate à patre in religionis virtutibus exercitus, vitam egit. Hoc admirabile factum à pluribus ſcriptum reperitur, præter ſupra memoratos, ab Egnhardo in Vita Caroli Magni, à quo accepiſſe videtur Aimoinus; ab Anaſtaſio in vita S. Zachariæ Papæ, & à Leone Oſtienſi, qui inter ſeſe tamen nonnihil variant. D E

Chriſti Annus	*Zach.*Pap.	*Conſtant.*Copron. Imp.	*Indictio.*
748	7	8	1.

BVrchardo Epiſcopo Vuirceburgenſi, ſeu Herbipolenſi Romam proficiſcenti S. Bonifacius literas ad Zachariam Rom. Pontif. dedit, ad quas reſcribit hac ipſa

A Indict. Zacharias, literis, q̃ extant, à ſatisfaciens pluribus Capitulis, de quibus, vt ait idem Pontifex, conſiliũ, atque ſolatium ſedis Apoſtolicæ ſibi dirigi poſtulabat. Quòd autem Sidonius, & Virgilius Pſeudoapoſtoli multa mendaciter aduerſus San. Bonif. detulerant ad Roma. Pontif eorumq; alter mẽtitus erat ſe ab eod. Pontif. eſſe deſignatum Epiſc. in vna ex quatuor Eccleſijs prouinciæ Baioariæ, veraq; cuncta exiſtimaſſet Bonifacius, humanum aliquid paſſus, ſcribens ad Rom. Pont. vt alius ab Vrbe Legatus ad Eccleſias moderandas mitteretur, expetijt; atque vt alium in locum ſuũ ordinaret Maguntinum Epiſcopum: Sanctus Pontifex pro paſtorali cura, qua mederi ipſis quoque paſtoribus iuſſus eſt Petrus, humaniſſimè ad illum ſcripſit, negans vera eſſe, quæ putaſſet, nec ſe ordinaturum omnino fuiſſe Epiſc. quin eum admonuiſſet, ac proinde conſtanter ageret; non ſe eo ſuperſtite alium Legatum miſſurum, nec alium Epiſc. Moguntinum ordinaturũ. Addit Zacharias accepiſſe ſe literas de vera, & Catholica eius fide, & Epiſcoporum Francorum, ad quos idem ſcribit, [b] gratulans de communione, & vnitate cum ſede Apoſtolica, quos nominat Rhotomagenſem, Bellouacenſem, Ambianenſem, Spirẽſem, Tharuanenſẽ, Nouiomẽſem, Cameracẽſem, Vuirceburgenſem, Tungrensẽ, Laudenſem, Meldẽſem, Colonienſẽ, Strasburgẽſem.

Dedicatam à Zacharia Papa Caſſinenſem Eccleſiam hoc anno, & collata ab eo dona, habent literæ eiuſdem nomine de priuilegijs conceſſis Monaſterio Caſſinenſi, quarum prolixitas nonnullam affert ſuſpicionem, ne non ſinceræ ſint, cum alia ſoleret eſſe forma exemptionis Monaſteriorum; vt apparet ex ſcripto Priuilegio Fuldenſis Monaſterij, quod infra ponetur. Ab hoc etiam Papa Sanctiſſimo, ait Leo Oſtienſis [c] Prædictus Abbas (Petronax) priuilegium primus accepit, vt hoc Monaſterium cum cellis omnibus ad ſe pertinentibus, vbicunque terrarum conſtructis, ob honorẽ,
C ac reuerentiam Sanctiſſimi Patris Benedicti, ab omnium Epiſcoporum ditione ſit liberum; ita vt nullius iuri ſubiaceat, niſi tantùm Rom. Pont.

Giluſphus Patriarcha iunior, nepos Luithprandi Longobardorum Regis, qui poſt Goſcalcum, Beneuenti Dux extitit, Religione permotus Monachorum Caſſinenſium cuncta per circuitum loca, tam campeſtria, quam montana, cum omnibus iuribus Sanctiſsimi Patri Benedictum in perpetuum donauit, & alia quoque donaria contulit.

Vxor etiam eius Ducis Scaumperga, Idolorum Templum, quod in Caſſino monte antiquitus fuerat, in B. Petri Apoſtoli honorem conuertit, & omnia ad maria, Eccle-
D ſiæ neceſſaria attribuit. Ex Leone hiſt. Oſtienſ. lib. 1.

a Lib. 2. V.S. Bon. c.8. & T. 2. litt Ro. Pontif.

b Vitæ S. Bonifa. 2. cap. 5.

Qui Epiſcopat⁹ in Germ. ab vſq; tẽpore S. Bon.

Litt. Apoſtol. priu. Caſſinen. Mona. ſuſpectę impoſturæ.

c Lib. 1. cap. 4.

Donata Monaſte. Caſſin. à Longob.

Chriſti Annus.	*Zach.Pap.*	*Conſtant. Copronymi Imp.*	*Indictio.*
749.	8.	9.	2.

INgens terræmotus, & portentoſus extitit in Syria, quo aliæ Ciuitates quaſſatæ; aliæ ad terram proſtratæ; aliæ à montibus ad campeſtria per plura paſſuum millia integræ delatæ fuerunt ſaluis habitatoribus. Ex Theophane; qui & alia plura addit portentoſa.
E
Anaſtaſius Abbas Monaſterij S. Euthymij omnium celeberrimi, extinctam hæreſim perditiſſimi Petri Gnaphei Epiſcopi olim Antiocheni renouat, cum prædicaret, nonnulla è Sanctis Patribus loca proferens, quæ ſcilicet ter ſanctum hymnum ad filium dumtaxat referant.

At S. Ioan. Damaſc. exurgens, ſua præſtanti doctrina, & celebritate nominis, errorẽ illum ſibi confutandũ ſuſcipit; Epiſt. ſcripta de Triſagio, ad Iordanũ Cœnobiarcham, & Ioan. Patriar. Ieroſolymit. Magiſtrum ſuum defunctum, quem Anaſtaſius Abbas eadem ſecum ſenſiſſe affirmabat, à calumnia purgat, & Theologiam cum Sanctis Patribus ſemper communem habuiſſe confirmat. In ea igitur Epiſtola, poſt longam habitam diſputationem, eundem Iordanem Cœnabiarcham compellat his verbis.

Portentoſus terræmotus in Syria.

Abbas S. Euthy. hęreſim Gnaphei tenoerat.

S. Io. Damaſce. eã confutat.

Hæc Diuiniſſime pater, columna, & firmamentum veritatis, vt coram omnibus Patribus, & fratribus, atque vniuerſæ Eccleſiæ cœtu, recitentur obſecramus, verbiſque lenibus rogetur illuſtris Pater noſter, & Dominus Abbas Anaſtaſius pij Monaſterij diuini patris noſtri Euthymij Antiſtes, vt huiuſmodi contentioni finem imponat, ac vobiſcum diuino afflatu correptorum patrum veſtigijs inhærens. Sanctus Deus, ac pater dicat. Sanctus fortis filius Dei incarnatus, & carne ſalutis noſtræ cauſa crucifixus. Sanctus immortalis Spiritus ſanctus, vnus Dominus Sabaoth miſerere nobis, &c. A

Pipin' victoriã incruentam voto, & pcibus obtinet.

Pipinus Saxones, & Vueſphalos profligat, & vincit, qui dolentes ſibi Chriſtianos dominari, feſtinanter inſtaurato exercitu, per compendia itinerum, & deuia, exercitum Chriſtianorum feſſum præuenientes, prope Vuerdam inuadere ſtatuunt: quo cognito, Pipinus ad terram proſtratus vouet Deo, & Sancto Suuiberto, ſi victor euadat, ipſum ad Vuerdam, cum ſuis Optimatibus ſe ſuppliciter viſitaturum. Quo nuncupato voto, ſtatim lux immenſa ſuper exercitum Chriſtianorum ſplendens Paganos adeo exterruit, pœnè excæcatos, vt conſilio celeriter inito duos ex primoribus ad Pipinum miſerint ſe dedentes, & quæ viderent exponentes. Quibus auditis Pipinus lætus cum ſuis proceribus ad terram abiectus, Deum adorans, & gratias agens acceptis obſidibus San. Suuiberti ſepulchrum diſcalceatus cum regalibus muneribus, & oblationibus, pie viſitauit, & deinceps Suuibertum in ſpecialem patronum, & aduocatum adoptauit. Ex Epiſt. Ludgeri Epiſcopi Monaſterienſis ad Rixfridum Epiſcopum Traiectenſem de miraculis S. Suuiberti. B

Apud Su. in appen. ad V. San. Suuiberti 1. Martij.

Chriſti Annus	*Zach. Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indict.*
750.	9.	10.	3

C

Rachis Lõgobardorũ Rex fit Monachus.

RAchis Rex Longobardorum pacificus, & religioſus, nulla habita ratione vicennalis pactæ pacis cum Zacharia Romano Pontif. qua occaſione, neſcitur, Pentapolim inuadit, & Peruſiam vſque peruadens, illam validè obſidet. Ad quem cum acceſſiſſet Zacharias cum muneribus, & precibus à propoſito eum dimouit, & ſalutaria prædicans, Deo auctore, animum eius ad ſpiritale ſtudium inclinauit. Poſt aliquot igitur dies dimiſſo Regno cum vxore, & filia adiens Apoſtolorum limina, clericus effectus, vt Monaſtico indutus habitu per manus Romani Pontif. in Caſſinenſi Monaſterio S. Benedicti ſub regulari diſciplina vitam egit. Vxor, & filia, non longè conſtructo puellarum Monaſterio, opulenterque ditato in eo vitam finierunt. Rachiſi in Longobardorum Regno ſuccedit Aiſtulphus eius frater. Ex Anaſtaſio, & Leone Oſtienſi, Chron. cap. 8. D

Anglorũ Rex, dimitto Regno pie, cum filijs peregrinatur.

Per hæc ferè tempora Richardus Rex Anglorum, dimiſſo terreno Regno, poſt longas, & duras peregrinationes, pietatis cauſa, cum filijs ſuſceptas, Lucæ Tuſciæ Ciuitate deceſſit præclaro elogio ad ſepulchrum inſcripto. Pater fuit, ſcilicet, Valtpurgę Virginis, cuius mentio in Epiſtolis S. Bonifacij. Porrò de Vuilibaldo, & Vuiribaldo fratribus, eius filijs, diſcipulis S. Bonifacij, & in prædicatione ſocijs, mentio eſt in rebus geſtis S. Bonifacij, quas ipſe Vuilibaldus eſt fideliſſimè proſecutus. E

Chriſti Annus	*Zach. Pap.*	*Conſtant. Copron. Imp.*	*Indictio.*
751	10.	11	4

Legatio ad Pap. de Reg. Fr.

BVrchardus Vuirceburgenſis Epiſcopus, & Futradus Capellanus miſſi ſunt à Pipino Romam ad Zachariam Papam, vt conſulerent Pontificem de cauſa Regũ, qui in illo tempore fuerunt in Francia, qui nomen tantùm Regis, propter ſocordiam,

& ignauiam, ſed nullam poteſtatem Regiam habebant. Ex Veteri Chron.

Contigit hoc anno legari Romam à S. Bonifacio ad Zachariam Papam Lullum præsbyterum, ob nonnullas Eccleſiaſticas conſultationes, necnon ob impetranda priuilegia Eccleſiæ Maguntinæ, & Monaſterio Fuldenſi. Extant literæ Zachariæ Papæ, [a] hoc anno Indict. 5. datæ; quibus ad conſulta reſpondet; Maguntinam Eccleſiam confirmat Metropolitanam certis quibuſdam Eccleſijs attributis, & priuilegia exemptionis confert Monaſterio Fuldenſi, vt nulli, niſi Apoſtolicæ ſedi ſubijciatur. Theodorus creatus Epiſcopus Antiochenus. Sedit annos ſex. Theophanes.

a In V.S. Boni.li.2. cap.9. 10. & 11.

B *Chriſti Annus* *Zach.* *Pap.* *Conſtant.*Copron.*Imp.* *Indictio.*
752 11 12 5

HOC anno 752. ab Incarnatione Domini Zacharias Papa conſultutus Monarchiæ Francorum, ne magnum aliquod detrimentum acciperet ſub Hilderico Rege inerti, ac ſtupido, ex auctoritate B. Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate Regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Itaque Hildericus Rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperauit, depoſitus, & in Monaſterium miſſus eſt. Pipinus verò in Ciuitate Sueſſionum à S. Bonifacio Archiepiſcopo in Regem vnctus, Regni honore ſublimatus eſt. Vetus Chron. Francorum, cui conſentiunt omnes ſcriptores. C

Zacharias Papa cum ſediſſet annos 10. men. 3. & dies 10. 15. Martij, ad Deum feliciter migrat, inter ſanctos relatus, & anniuerſaria memoria auctus. Hic plures Baſilicas reſtituit, & egregiè ornauit, pluribuſque prædijs auxit. Veneticos mercatores Chriſtiana mancipia vtriuſque generis ementes, & in Africam ad Paganos abducentes, id facere vetuit, eoſque reddito illis precio redemptos, liberos fecit.

Caput S. Georgij in Venerabili Patriarchio repertum, in Diaconiam S. Georgij ad velum aureum dictam, ſolemni cum pompa intulit B. Papæ Gregorij Dialogos in Græcum tranſtulit.

Ab eodem Romano Pontif. Zacharia conceſſa fuit Pipino Regi Francorum nominatio, ſeu poſtulatio Epiſcoporum pro Eccleſijs vacantibus in Regno ſuo: Hæc omnia ex Anaſtaſio. Ex hac autem conceſſione illud colligitur, cum legitur à Regibus Eccleſijs eſſe datos Epiſcopos, totum id factum non iure proprio, (quod nullum prorſus in rebus Eccleſiaſticis Reges habent,) ſed conceſſione Apoſtolicæ ſedis. Vnde erubeſcant mentientes Politici Nouatores, cum Eccleſias ſubijciunt Regibus. Extat de his Epiſtola Lupi Abbatis Ferrarienſis [b] ad Amulum Archiepiſcopum Lugdunenſem, ex parte Guinilonis Epiſcopi, & Gherardi Comitis, in qua iſta leguntur, quæ inſerere huic compendio opportunum ducimus. *Præcepit itaque, ait Rex Francorum, vt eius vobis ſermonibus diceremus ſe fideliter tenere, quod Rex Regum, idemque ſacerdos ſacerdotum, qui ſolus potuit Eccleſiam regere, quam redemit, poſtquam humanitatem ſuam in Cœlum euexit, ſemper cum ſuis futurus diuinitate, poteſtatem ſuam ad eandem gubernandam Eccleſiam in ſacerdotes diuiſit, & Reges, vt quod ſancti docerent Pontifices, & ipſi implerent, & impleri facerent deuotiſſimi Reges. Quamobrem ſe cupere debitam ſanctitati veſtræ impendere reuerentiã; ſicut ei, quem ſciat Diuinitatis cultum integrè velle ſeruare, atque vicißim poſtulare, vt cum eo tale fœdus concordiæ ineat, vt vbicunque Eccleſiaſticæ vtilitati, in portione Regni diuinitus ſibi collata, veſtræ auctoritatis diſpoſitione, in re tanta cupit conſulere, vnanimitate veſtri conſenſus continuo adiuuetur: &, ne vos, longis ambagibus, diutius fatigemus, recens incommodum Auguſtodunenſis Eccleſiæ & prolixa perturbatio flexit eius pietatem, vt ſua largitate, veſtraque promotione talem ei præficiat, qui ruinas illius, & ſpiritualiter, & ſæculariter ſtrenuè ſarcire ſufficiat. Eſt autem, quem benignitati veſtræ plurimum commendat propinquus ei*

Zach. Papa mãdat Franc. vt depoſito Hilderico R. ob ſtupiditatẽ, eligãt Pipinum. S. Bonif. Archiep. Magũ. coronat Pipinũ Regẽ Franc.

Zach. Pa. obitus. Inter S. relatus.

Acta Zacha. Pap. incertitẽporis.

Nominatio Epiſc. in R. Frã. cõceſſa Pipino.

b Epiſ. 81.

Regũ officium in Eccl.

D E

Bernus ab ætate B. memoriæ glorioſi Imperatoris tenere educatus, & claris ornatus honoribus, quem & ipſe hoc ſuo tempore multis experimentis inuenit idoneum, &, opitulante gratia Dei, tanto negotio credit aptiſsimum. In hoc probatiſſimorum eius conſiliariorum acquieſcit conſenſus. Idque veſtræ prudentiæ Dominus noſter nobis iusſit ſuggerere, non eſſe nouitium, neque temerarium, quòd ex Palatio honorabilioribus maximè Eccleſiis procurat Antiſtites. Nam Pipinus, à quo per Maximum Carolum, & Religioſiſſimum Ludouicum Imperatorem duxit Rex noſter originem, expoſita neceſsitate huius Regni Zachariæ Romano Papæ in Synodo, cui Martyr Bonifacius, interfuit, eius accepit conſenſum, vt acerbitati temporis, induſtriæ ſibi probatisſimorum, decedentibus Epiſcopis, mederetur, ne fortè ſimplicitate Pontificum poſſit contingere, quòd in hac Eduorum vrbe, cuius nunc cura exercet, euenit: proinde petere, vt honorem à Papa Romano maioribus eius, & Regibus, & Imperatoribus conceſſum, & à Lugdunenſis Eccleſiæ Metropolitanis, cui auctore Deo, præſidetis, nunquam hactenus infirmatum, à vobis, nulla veſtra iniuria, conſequatur. Quòd ſi in hac parte ſpretus non fuerit, facturum ſe, vt in Regno eius veſtrum miniſterium debitam ſemper venerationem obtineat. Hæc Lugdunenſi Archiepiſcopo, ex parte Regis nunciari iuſſa, in dicta Epiſtola à Lupo ſcripta. A B

Non eſt nouitiũ è palatio aſſumerẽ homines ad Epiſcop. ſed nõ canonicum, ex laicis.

Poſt dies 12. vacationis ſedis 27. Martij creatur Pontifex Stephanus presbyter, qui quarta die vita defungitur, & ob temporis breuitatem à nonnullis omittitur in ſerie Romanorum Pont. cum tamen verè Pontifex fuerit: ſublegitur alter Stephanus patria Romanus ex Diacono, qui impensè pauperum amator, plura ſtatim partim reſtituit, partim conſtruxit Xenodochia. Omnia ex Anaſtaſio. C

Stephani Pap. 3.

1

CVM Romanæ ditioni potentia, & regnandi Cupido Aiſtulphi vehemens immineret, Papa 3. ſui Pontificatus menſe miſſis, Paulo fratre Diacono, & Ambroſio Primicerio, plurimis cùm muneribus ad Regem Legatis, pacem in 40. annos confirmauit, qua poſt quatuor menſes à Rege perfidè violata Rauenna occupata, & toto Exarchatu, atque Pentapoli, ad Romanam quoque, & Pontificiam ditionem animum adiecit, & minas intentabat, ni ſibi, in ſingula capita, Romani aurem penderent. Accerſitus igitur Papa SS. Vincentij, & Benedicti Abbates Legatos ad Regẽ oratum cum muneribus mittit, vt bello abſtineat, & initam pacem ratam habeat: quos Legatos, & munera Rex ſuperbè reiecit, & ne ad Pontificem redirent, ſed vt ſua Monaſteria repeterent, obſtrinxit. Interim Romam aduenit Conſtantinopoli ab Imperatore Ioan. Silentiarius, loca occupata à Rege repeciturus, cum & Pontifex germanum ſuum Paulum Diaconum ad Regem miſit, à quo non aliud reſponſum retulerunt, quàm ſe nuncium, certum hominem ad Imperatorem ea de re miſſurum. D

Aiſtulph. ĩuadit exarchatũ, & Rom. ditionẽ.

Legatos, & munera Papę reijcit.

Legatus Imperat. & Pap. ad Regẽ Lõgob.

Quàm impium, & ſacrilegum ſe Aiſtulphus Rex per hoc tempus præbebat, tam ſe pium, & religioſum exhibebat Anſelmus Dux Foroiulienſis, eius vxoris frater, qui hoc ipſo anno Nouantulam nobile Monaſterium in agro Mutinenſi conſtruxit in honorem Apoſtolorum; quod & ampliſſimis redditibus auxit; qua etiam Roma acceptas S. Silueſtri reliquias tranſtulit. Sigebertus, & alij. Ipſum autem Monaſticam vitam eſſe profeſſum, & in Abbatem promotum, ducentis Monachis præfuiſſe Riccobaldus affirmat. E

Nouãtulanũ Monaſt. qñ & à quo fundatur.

Hoc eodem anno S. Bonifacius Epiſcopus Moguntinus ſcribens ad Stephanum Papam, eius communionem, & protectionem expoſcit, excuſans de tarditate literarum, quòd occupatus fuiſſet reparandis Eccleſijs, quas pluſquam triginta in eius diœceſi Pagani incenderant.

Chriſti Annus	*Steph. P. 3.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
753	2	13	6.

REdeunte Conſtantinopolim Silentiano, cum eo mittit Stephanus Papa ſuos Nuncios, obſecrans Imperatorem, quod antea ſæpius fecerat, vt Romanam Vrbem, & Italiam à Tyrannide Longobardorum liberaret. Longobardus interim Rex Romanis internecionem comminari, niſi eius ſe ſubderent ditioni: Papa aũt ad auertendam tantam imminentem cladem, aduocata concione omnes paternè hortatus eſt, vt ex animo implorarent Diuinam Clementiam; & ipſe Pontifex, Clerus, ac Populus nudis pedibus, & capita cinere conſperſi, cum lachrimis, & eiulatibus circumlata S. Dei Genitricis Imagine, & appenſis de vexillo Crucis pacis tabulis à Rege violatis, ſolemnem litaniam peregerunt, ſingulis eam Sabbatis repetentes.

Papa Legatos mittit ad Imperat.

Solemnis litaniȩ Papæ, & popu. Rom. aduerſus inſolẽtiã Longob.

Legatio porrò ab ipſo Pontifice Conſtantinopolim miſſa inanis fuit, parante ipſo Imperatore bellum, non aduerſus Longobardos, ſed aduerſus Sanctas Imagines, vt poſt videbitur.

Hoc anno 13. Imperatoris Conſtantini, inquit Theophanes; Anaſtaſius, qui ſcelerate Throno Conſtantinopolitano præfuit, miſerè obijt.

Dum autem Stephanus interim Papa frequentibus legationibus, obſecrationibus, & ingentibus muneribus crudelem Regem fruſtra placare ſtudet, & nullam videt ſupereſſe ſpem auxilij à Conſtantinopoli; Diuino inſtinctus ſpiritu, exemplo prædeceſſorum ſuorum Gregorij Secundi, & Tertij, & Zachariæ, opem Francorum aduerſus Longobardos, ſibi implorandam putauit, & Legato Peregrini habitu, miſſo, miſerabilem Statum Italiæ, & Romanæ imprimis Eccleſiæ Pipino Regi expoſuit, &, vt ſe in Franciam euocaret, rogauit. Legati, tum Imperatoris, tum Pontificis Conſtantinopoli aduenientes, retulerunt, vt Papa Longobardorum Rege adito, Rauennam, & Pentapolim repeteret; Pipinus Pontificis poſtulatis annuens, Rodigandum Abbatem, & mox Antcarium Ducem Legatos ad eum miſit, qui in Franciam deducerent: illi porrò Romam peruenerunt, cum Vrbs ipſa acriter obſideretur; & Papa, obtenta à Longobardorum Rege, ad eum adeundi, fide, iter adornaret. Aſſumptis igitur ſecum quibuſdam ex Romana Eccleſia ſacerdotibus, & proceribus etiam, & ex militiæ optimatibus, Chriſto præuio (ſic enim loquitur Anaſtaſius, innuens fortè ritum illum Romanæ Eccleſiæ, quo ſoleret peregrinantes Romanos Pontifices præcedere Sanctiſſima Euchariſtia) profectus eſt, Legatis Pipini, & Conſtantini, eũ deducentibus, Clero, & Populo Romȩ, cȩterarumque Vrbium proſequentibus, & ne ſe tanto periculo obijceret, obteſtantibus. Eo in fines Longobardorum ingreſſo, per noctem igneus quaſi globus è Francia in Auſtrum vrgens apparuit. Vbi verò Papiam appropinquauit, per obuium hominem Rex denunciat, ne Rauennam, aut alia loca à Longobardis occupata, repoſcat, qua denunciatione nihil deterritus progrediens, in eius conſpectum cũ ueniſſet, multis oblatis muneribus, cum lachrymis, & obteſtationibus, vt occupata dimitteret, & captiuos reſtitueret, inſtanter petijt; quæ eadem Nuncij Imperatoris allatis eius literis poſtularunt, ſed vtrorũque poſtulatio apud ſuperbum Regem irrita fuit. Legati Pipini Regis apud eum inſtabãt, vt S. Papã in Franciã ire permitteret, quem cum idem optare intelligeret, nec à propoſito, cũ ſępius per ſuos tentaſſet, eũ dimouere poſſet, dimiſit, qui ſecum retentis Epiſc. aliquot, Presbyteris, Diaconibus, & alijs Clericis, in Franciã iter intendit, & cũ præſenſiſſet Aiſtulphũ Regẽ moliri, vt eũ ex itinere retraheret, maturato itinere Alpiũ clauſtra tranſgreſſus, Deo gratias egit, ꝙ ſe ex perfidi Regis manib. eripuiſſet. Ad S. Mauritij Monaſt. progreſſus, obuias habuit Fubradũ Abbatem, & Rhotaldũ Ducem à Rege miſſos, qui eum deducerent. Progrediẽti ad Pontigonem, Carolũ filiũ, poſt Magnũ dictũ, ad centum paſſuũ millia obuiã cum Opinatib. miſit; ipſeq; ad tria ferè millia obuiam egreſſus, vt in conſpectum venit, de equo deſcendens, humi proſtratus,

Papa per Leg. peregrini habitu ĩplorat auxil. Frãc. adu. Longob.

Chr̃o prȩuio iter ĩgreditur Papa.

Honorificẽtiſſime excipitur Pap à Rege Franc.

vnà cum vxore, filijs, & Primoribus Sanctiſſimum Papam excepit, & cum aliquo etiā ſpatio operam ei ſtratoris nauaſſet, cunctis clero, & populo cum canticis occurrentibus in Regiam Pontigonis perduxit, vbi Beatiſſimus Papa Chriſtianiſſimum Regem cum lachrymis deprecatus eſt, vt cauſam B.Petri, & Reip. Romanorum ſuſciperet; cui Rex cum iuramento promiſit, ſe omnia, quæ peteret, præſtiturum. Atque hæc primo congreſſu. Omnia ex Anaſtaſio.

Chriſti Ann.	*Steph.P.3.*	*Conſt.Copron. Imp.*	*Indictio.*
754	3	14	7.

Stephanus Papa Pariſios inde progreſſus, ad Diui Dionyſij hoſpitium habuit: vbi ex labore itineris, letali morbo contracto, diuina viſitatione recreatus, per Apoſtolos Petrum, & Paulum, & glorioſum martyrem Dionyſium ſanitatem recepit, & ab eiſdem iuſſus altare dedicare in S. Dionyſij Baſilica in honorem Beat. Apoſtolorum Petri, & Pauli, inter eius conſecrationem Pipinum, & duos eius filios Carolum, & Carolomannum, cum Betrada vxore, vnxit in Reges Francorum, atque Francorum proceres Apoſtolica benedictione ſanctificans, auctoritate Beati Petri ſibi à Domino Ieſu Chriſto, vero Deo, tradita, obligauit, & obteſtatus eſt, vt nunquam de altera ſtirpe, per ſuccedentium temporum curricula, ipſi, vel quique ex eorum progenie orti, Regem ſuper ſe præſumant aliquo modo conſtituere, niſi de eorum propagine, quos & diuina prouidentia ad primam ſedem tuendam eligere, & per eum, videlicet Vicarium Sancti Petri, imò Domini noſtri Ieſu Chriſti, in poteſtatem Regiam dignata eſt ſublimare, & vnctione ſacratiſſima conſecrare. Subdit alia de Priuilegijs, &c. Hæc autem de valetudine Beatiſſimo Papæ diuinitus reſtituta, & Pipini, ac filiorum inunctione, præter Anaſtaſium, & Theophanem auctores, habent ipſummet Stephanū Papam in Diplomate, & Ludouicum Regem in Epiſt. ad Hilduinum, & eum, qui eo ipſo anno indicat ſe ſcripſiſſe, quæ omnia extant in Areopagiticis.

Papa Pipinum cū vxo. & filijs conſecratī RR. RR. Fr. Obſtringit Proceres, e Fr. ne de alia vnquam ſtirpe eligi Reg.

Pipinus agit d̄ bello Longobard.

Inde Pipinus Pariſiacum tendit, vbi conuentu procerum indicto Concilio de bello Longobardico, ex auctoritate Papæ, communicat cum eis. At licet ex literis Zachariæ Pontificis Pipinus in Regem ante prouectus fuerit, & Sancti Bonifacij vnctione initiatus; tamen non ab eo tempore, ſed ab hoc anno cæpti ſunt numerari anni eius Regni: vt docent vetera monumenta Francorum. [a]

Hoc tempore Gallicanam Eccleſiam à Stephano Papa per Romanos Clericos rationem ſacri cantus perfectius edoctam, tradit Vualfridus Strabo.

Aiſtulphus interim Carolomannum Pipini fratrem in Caſſinenſi Monaſterio Monachum agentem, in Franciam ire compulit, vt fratrem à cogitatione belli, & ablata repetendi reuocaret: vbi aliquandiu demoratus, cum nihil profeciſſet, defunctus eſt; cuius corpus cum muneribus Locello aureo conditum, Pipinus ad Caſſinenſe Monaſterium remiſit. Ex Anaſtaſio, Leone Oſtienſi, [b] & Aimoino. [c]

Pipinus, Papæ obſecutus, altera, & tertia Legatione Aiſtulphum rogauit, muneribus etiam promiſſis, vt Sanctæ Eccleſiæ, & Reipublicæ ablata reſtitueret, & iura ſeruata eſſe vellet: ſed cum nihil æqui obtinuiſſet, Generalem aduerſus eum expeditionem indixit hoc ipſo anno Indict. 8. inchoata.

a Lib. 2. Vo. 5. Othom. c. 5. apud Sur. 16. Nou. ex Vulfride, & Iſone Mon.

b Lib. 1. cap. 7.

c Lib. 4. cap. 62.

Expeditio in Ital. indicitur.

Agitur de Canon. S. Suiberti.

Idem Pipinus Rex expoſita ſanctiſſima vita, & miraculis Sancti Suiberti, cuius ope haud pridem victoriam de hoſtibus reportarat; Beatiſſimum Papam rogauit, vt eum Catalogo Sanctorum aſcriberet, qui annuens Pij Regis votis, cognitionem cauſæ, & relationem Archiepiſcopo in primis Colonienſi, in cuius Diœceſi vir Sanctus deceſſerat, Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo, & alijs delegauit; Sed propter incurſiones Saxonum, & expeditionē in Longobardos res in reditum Regis dilata eſt:

A tranſlationem verò eius corporis fecit Archiepiſcopus Colonienſis. Extant hæc in Appendice ad vitam S. Suuiberti. [a]

Quo eodem anno contigit fieri tranſlationem S. Germani Pariſienſis Epiſcopi (ex reuelatione facta Lanfredo Abbati S. Germani Pariſienſis) ex Oratorio S. Symphoriani in maiorem Baſilicam, præſente Pipino Rege, & Regni Epiſcopis, ac proceribus, non abſque cęlitus oſtenſis miraculis; qua occaſione Rex Villam eidem S. Germano perpetuo poſſidendam tradidit. Ex Aimoino. [b]

Eodem anno tranſijt ex hac vita S. Hubertus Leodenſis Epiſcopus, cuius præclaræ res geſtæ extant apud Surium 3. Nouemb. & apud Molan. in Natali SS. Belgij, relatus inter ſanctos 3. Nouemb. annua memoria celebratur. Tranſlatio verò Anno Domini 771. Is ſua prędicatione Arduennam ſyluam ab Idolorum cultu liberauit, & in Taxandria, atque Brabantia fidem mirificè, miraculis corruſcans, propagauit. B Acta. In Arduenna quoque diutius laborauit S. Monon, [c] qui & ibidem à ſicarijs occiſus, titulum martyrij conſecutus eſt, cui ob id Pipinus Rex decimas quaſdam obtulit. Eius Natalis dies 18. Octobris celebratur.

Pipinus Rex cum exercitu hoc anno menſe Septembri 8. iam Indict. inchoata iter in Italiam ingreſſus, rogatu S. Papæ, ne Chriſtianorum ſanguis funderetur, per Legatos rurſum Aiſtulphum rogauit, vt ablata reſtitueret, quod ipſum facere literis cohortatus, & per omnia ſacra obteſtatus eſt ipſe Pontifex; ſed eò obſtinatiùs obnitente, ac minas potius in Pontificem, Pipinum, & Francos ipſos iactante; exercitus iter proſecutus clauſtra Alpium occupauit, Aiſtulphi copias profligauit, & ad Papiam obſidione concluſit. Aiſtulphus remiſſa tandem pertinacia cum Pipino conuenit redditurum ſe Exarchatum, & Pentapolim. tabulæ fœderis ſcriptæ, & Sacramento C obſignatæ ſunt; obſideſque dati, qui in Franciam miſſi ſunt. Quibus perfectis Pipinus per hiemem in Franciam; Pontifex Romam redijt, & gratias Deo apud B. Petrum ſolemnes egit. Reliquijs S. Dionyſij Romam delatis; Monaſterium in eius honorem in paterno ſolo ædificare inſtituit, quod, poſt, Paulus Frater, & in Pontificatu ſucceſſor, nobiliter perfecit, & conuectis illuc compluribus SS. Martyrum corporibus, conſecrauit, hac appellatione. Ad SS. MM. in ſchola Græcorum, Græcis Monachis illic conſtitutis. Ex Areopagiticis Hilduini.

Impius Imperator Conſtantinus Pſeudoſynodum Conſtantinopoli conuocat Epiſcoporum in S. Marię Virginis Templo, quod eſt Blachernis, deletis prius, & pęnitus D abraſis, pulcherrimo artificio factis imaginibus vitæ Domini noſtri Ieſu Chriſti; arborum, & animalium formis in earum locum ſubſtitutis, nullo præſente Patriarcha Catholico, & in ambonem ipſe progreſſus, Conſtantinum Monachum ex Sylci Epiſcopo Patriarcham ipſe Laicus inſtituit, & pronunciat Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ: inde omnes ſacrarum, & venerandarum Imaginum cultum damnant: Sanctum Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham, Gregorium Cypricum, Ioannem Damaſcenum, & omnes denique ſacrarum cultores Imaginum anathematizant, & Idololatras vocant: & SS. Marty. quoque Reliquias, tum igni, tum aquis, tum aliter perdunt, & propoſitis in medio, venerando ligno Crucis, vnà cum Diuinis Dominici corporis, & ſanguinis myſterijs, per ea vniuerſos iureiurãdo aſtringunt, nunquam ſe diuinas Imagines adoraturos, quin eas potius Idola vocaturos; ſed alia etiam dete- E riora addentes, vetant Apoſtolos, Martyres, ſed & ipſam Deiparam ſanctam appellandam, & nullo modo inuocandam: Catholicos ipſos vocant Neſtorianos, Arianos, Dioſcorianos, Eutychianos, atque Seuerianos. Denique, vt nefarium illud Conciliabulum, ſeptima Synodus Oecumenica diceretur, ſtatuunt. Extat Pſeudoſynodi definitio integra recitata, in Act. 7. Nicæni poſterioris Concilij. Hæc ex Theophane, & maximè ex Actis S. Stephani Iunioris Martyris. Quamquidem Pſeudoſeptimam Synodum, tum Patriarchæ cęteri vnanimes, tum maximè Stephanus Papa deteſtati ſunt; vt eſt in ſeptima legitima Synodo Nicęna 2. Act. 3.

a Apud Surium 1. Mart.

b Lib. 4 cap. 62.

S. Huberti Leod. obitus.

c Mol. in Nat. SS. Belg.

Aiſtulph. obſeſſ° tãdẽ malo doctus, cedit.

Pſeudoſyn. Conſtant. nefaria celebratur.

Chriſti Annus.	*Steph.P.*	*Conſtant. Copronymi Imp.*	*Indictio.*
755.	4.	15.	8.

Aiſtulph. fidem violat.

AIſtulphus Fœdifragus,& periurus,Francorum metu ſolutus,non modò ablata Romanæ Eccleſiæ non reſtituit; ſed & nouis exagitare vexationibus cępit,ditionem Romanam inuadens, & prædas agens: quibus permotus Stephanus Papa, literas,& Legatos in Franciam ad Pipinum mittit, in quibus (extant enim in Bibliotheca Vaticana) conqueritur plus illis (Aiſtulpho, & miniſtris) falſa dicentibus, quā nobis,inquit,veritatem aſſerentibus,creditum fuiſſe. Apparet enim Stephanum Papam veritum Aiſtulphi perfidiam, conſuluiſſe, ne prius recederet cum exercitu Pipinus, quàm reipſa ablata Aiſtulphus reſtituiſſet. Ex eadem epiſtola colligitur,Aiſtulphum ſubmiſiſſe,qui ipſum Pontificem interficerent. Illud etiam,Pipinum voto ſe obligaſſe,Exarchatum,& Pentapolim S.Petro, & Eccleſiæ Romanæ dare, ſeu reddere. Nec his contentus Aiſtulphus ad occupandam Romam omnes Regni vires intendit, & peracriter tres menſes obſedit, validè ſæpius oppugnauit, omnia ferro,& igne vaſtauit,cædet hominum fecit,Eccleſias ipſas incendit,& diripuit, Monachos concidit,ſanctimoniales violauit,corpora ſanctorum aſportauit. Hanc tantam calamitatem nouis literis,& legatione miſſa Pipino,& toti Regno Francorum Pontifex lachrymabiliter expoſuit, & infimis precibus, & obteſtationibus rogauit, & obſecrauit, vt quanta maxima poſſet feſtinatione ſubueniret, ne ſi capi Vrbem contingeret, reus omnium animarum ipſe exiſteret. Extant & hæ literæ quinquageſimo quinto die obſidionis datæ. Nouo quoque inuento, alias literas, Beati ipſius Apoſtoli Petri nomine ſcriptas, ad eundem de eodem argumento miſit,vt citius opem rebus iam prope deploratis afferret.

Pipinus verſus in Ital. adu. Longob.

Quibus acceptis literis Pipinus pro ſua erga Romanam Eccleſiam pietate, & deuotione,ſtatim ad occupanda Alpium clauſtra præmiſſis copijs, ipſe cum reliquo exercitu ſubſecutus eſt. Interim Legati ab Imperatore Romam adueniunt; & vnà cum Legato Pontificis, Pipinum iam Papiam obſidione prementem, à quo nullis obſecrationibus,aut promiſſis impetrare potuerunt, vt à Longobardis vſurpata, Imperatori reſtitueret; ſed in eo perſtitit,vt quæ Beato Petro Apoſtolo,& Eccleſiæ Romanæ,pro ſuorum venia delictorum promiſeat,præſtita vellet.

Pipini donatio facta Rom. Eccl. Exarchatus, & Pëtap.

Aiſtulphus, perfidiæ venia impetrata,non modò, quæ ante promiſerat, ſe verè reſtituturum confirmat, ſed & Comaclum caſtrum addit. Pipinus igitur miſſo Fubrado Abbate Conſiliario ſuo,cum Aiſtulphi Legatis ad recipiendas ſingulas Vrbes, & Caſtra, ſcriptam Donationem, & claues Ciuitatum, ſuper B. Petri ſepulchrū ponens,eidem Apoſtolo,& eius Vicario Sanctiſſimo Papæ, atque omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus perpetuò poſſidendas,atque diſponendas tradidit, ideſt Rauennam,Ariminum,Piſaurum,atque Fanum,Ceſennam,Senogallias,Eſium, Forum Pompilij,Forum Liuij,cum Caſtro Suſſubio,Montem Feretrum,Acerragium,Mōtem Lucari,Serram,Caſtellum San.Marini, Bobium,Vrbinum, Callium,Luceolos, Eugubium,Comaclum,necnon Ciuitatem Narnienſem, quæ à Duce Spoletano,diu ante fuerat vſurpata. Ex Anaſtaſio. Cęterum Leo Oſtienſis latioribus extendit terminis hanc Pipini donationem. Ait enim in hiſt.Coſſin. [a]

a Lib. 1. cap.7.

Fecit autem idem Inclytus Rex,vnà cum filijs conceſſionem B.Petro, eiuſque Vicario de Ciuitatibus Italiæ, & Territorijs per deſignatos fines à Lunis cum Inſula Corſica,inde Suranum,inde in Montem Bardonem, Vercetum, Parmam, Regium, Mantuam,& Montem Silicis,ſimulque vniuerſum Exarchatum Rauennæ, ſicut antiquitus fuit, cum Prouincijs Venetiarum,& Iſtriæ, cunctumque Ducatum Spoletinum,& Beneuentanum,eamque donationem manu propria,& filiorum plurimorūq; Iudicum, & Optimatum ſubſcriptione roborauit, &c.

A Contigit eodem anno, vt cum mortuus eſſet in Gallijs Carolomannus germanus Pipini Regis, S.Bonifacius Epiſcopus Moguntinus peteret ab eodem Pipino Rege confirmari donationem factam ab ipſo Carolomanno Fuldenſi Cœnobio, aliaq; ipſi monaſterio conceſſa priuilegia, ſuis ſcriptis pariter roborari, quod & ab eo obtinuit. Extant confirmationis Pipini Regis literæ.

Pipinus confirmat priuileg. & donat. mon. Ful.

Sanctus Bonifacius zelo Dei incenſus, profectionem parans in Friſios, qui a Chriſtianiſmo ad Paganiſmum defecerant, obtinuit a Romano Pont. vt Lullum diſcipulum ſuum creatum Epiſcopum [a] relinqueret ſibi in Eccleſia Moguntina ſucceſſorẽ, quem cum alijs diſcipulis ſuis commendat Pipino Regi, in epiſtola [b] ad Fulradum eiuſdem Regis Capellanum primarium. Quòd autem Colonienſis Epiſcopus aſſereret gentem illam Friſiorum, atque Eccleſiam Epiſcopalem Traiecti conſtitutam ad ſuam diœceſim pertinere: contra verò Bonifacius aſſereret pleno iure ſpectare, abſque medio, ad Romanam Eccleſiam, cuius ipſe legatus eſſet; eius controuerſiæ cauſa ſcripſit ad Stephanum Papam, quæ epiſt. extat in Bibliotheca Vaticana vltima earum, B quæ habentur eius ad Rom. Pont. epiſtola. ſecundum autem eum pronunciatum fuiſſe in hac controuerſia a Stephano Papa apparet ex eius in Friſios ad Euangelizandum profectione.

a vita lib. 2.c.18.
b nu. 45. ex eo. C.

Accitam ad ſe Liobam Virginem (in vit. S. Liobæ) quam ex Anglia ad curandas Deo ſacratas Virgines vna cum aliis accerſierat, hortatus ad perſeuerandũ ibidem in eodem vitæ inſtituto, Lullo Epiſcopo commendauit, & vt corpus eius apud ſe Fuldæ conderet, mandauit.

Omnibus itaque ritis diſpoſitis, quaſi non amplius reuerſurus, qui de ſuo vicino exitu, per diuinam reuelationem, cognouerat, cum delectis aliquot fratribus, presbyteris tribus, totidem Diaconis, & monachis quatuor, nauim ingreſſus, per Rheni alueum ad Friſorum Regionem incolumis delatus, circumquaq; Euangelij prædicatio C ne, circumlata, intra breue tempus, multa vtriuſque ſexus millia baptizauit, & Eccleſias ingenti ſtudio extruxit. Peragratis igitur longe, lateque Friſorum terris, ad terminos eorum progreſſus, fixis tentorijs, Baptizatorum ibi aduentum ſuſtinere, vt eos Confirmationis ſacramento roboraret, conſtituit. At illi ſathanico inſtinctu perciti, ex amicis hoſtes, ex Neophytis in carnifices mutati, ingenti cum ſtrepitu armorum ad Chriſtianorum caſtra aduolant. At S.Bonifacius audito tumultu, Sanctorum reliquias, ſolitum ſibi præſidium, arripiens, & miniſtris reſiſtere parantibus compreſſis, omnes ad martyrij palmam incendere inſtitit: cum furens illa Paganorum turba infeſtis in illos armis irruit, & barbara feritate trucidat, indeq; ſe ad inopem ſupellectilẽ diripiendam conuertit. Vicini Chriſtiani, ſanctorum cæde percepta, armati latronum D terras inuadunt, & reſiſtere parantes, trucident, & omnia eorum bona diripiunt. Non diu poſt Traiectenſis clerus corpus S. Bonifacij Traiectum deportatum, cum multa veneratione tumulant. Quomodo autem Dei nutu Traiecto Moguntiam, & inde Fuldam celebri pompa translatum ſit; idem auctor pluribus narrat, itemque de miraculis illic fieri ſolitis, atque ad poſtremum de tempore ſedis eius, & necis habet. *Vixit*, inquit, *in Epiſcopatu Sanctus Bonifacius annos 36. men. 6. & dies totidem* (ex quo videlicet munus prædicationis a Gregorio Secundo Anno Domini 719. Epiſcopatus vero, quo a Zacharia Papa eſt conſecratus, non niſi decimo) *paſſus eſt cum ſocijs ſuis Nonis Iunij, anno peregrinationis ſuæ* 40. *Incarnationis autem Dominicæ* 755.
E Quòd autem, qui auxit Bedæ Epitomen, ponit Sanctum Bonifacium obijſſe anno ſuperiori, minime probatur. ſed non eſt prætereundum quod eſt apud eundem Bedam. Numerari quinquaginta tres martyres, qui in itinere comites Bonifacii, vna cum eo æque tunc ſubiere martyrium, quorum omnium natalem diem, qui contigit Non. Iunij notatum retinẽt tabulæ Eccleſiaſticæ, & præter Bonifacium Eobanum quoque expreſſum habent. In Concilio Triburienſi [c] recitatur ſcitum dictum Bonifacii de antiquis ſacerdotibus aureis, in calicibus ligneis ſacrificantibus, & recentioribus ligneis in calicibus aureis, cum ſui temporis ſacerdotum ignauiam deploraret. Statim aũt, vt innotuit Bonifacium martyrio coronatum, in album martyrũ fuit relatus, eiuſq; dies

S.Bonif. tendit in Friſiam.

S.Bonif. Mart. itẽ ſociorũ. S.Bon.

c c. 18. de conſ. d. 1 c. Vaſa in quib.

natalis ſolemni ritu in Francorum Regno potiſſimum celebrari cæpit. Quod intelligitur ex his, quæ obiter ſcribit Lupus Ferrarienſis epiſtola quinta ad Einardum Caroli Magni ſecretarium. A

Sub hoc anno notata habentur ex Codice peruetuſto capitula quædam a Pipino Rege facta, ex quadam ſynodo ſub ipſo congregata, de inceſtibus vindicandis, & peregrinis Romam, vel aliò propter Dominum commeantibus, vt immunes ſint ab omni telonio, & omni calumnia.

Paulicianorum hæreſim, & eandem Manichæorum in Thraciam propagatam eſſe hoc anno, Theophanes auctor eſt.

Pſeudoœcumenicum Concilium anno ſuperiori Conſtantinopoli celebratum conſequuta ſunt, obtritio ſanctorum vaſorum ob ſanctas Imagines, Templorum deformatio, pijs Imaginibus abraſis, oblitis, aut deletis, Sanctorum Monachorum diſperſio ad Montana, maxime vero ad montem S. Auxentij, vbi B. Stephanus manens, illos cohortatus, oſtendit ad quæ ſe loca conferre poſſent ab hac peſte immunia, ad Euxinum Pontum, ad Parthenium Pelagus, Cyprum, aut Romam. Hæc auctor Actorum B. Stephani Iun. B

Chriſti Annus.	Stephani P. 3.	Conſt. Copron. Imp.	Indictio.
756.	5.	16.	9

Aiſtulph. moritur.

Evoluto anno ab obſidione vrbis, Aiſtulphus Rex ſæpius Fidifragus, in venatione diuino ictu percuſſus, defunctus eſt. Deſiderius Dux, cum liberos non reliquiſſet Aiſtulphus, coacto exercitu, Regnum arripere conatus eſt: quod ægre ferens Rachis Aiſtulphi frater, & monachus, & alij plerique Longobardorum Optimatum; contractis copiis aduerſari illi parati erant. At Deſiderius, Stephano Papæ, ſi ſe ad obtinendum Regnum iuuaret, in eius poteſtate futurum pollicitus, reliquas ciuitates redditurum, & pluribus muneribus proſecuturum, eius opem, & fauorem impetrauit. Itaque re cum Fulrado Abbate, & Pipini conſiliario communicata, legatos ad eum miſit, & ſponſionem terribili iuramento confirmatam, cum eo tranſegit. Poſt verò per alios Legatos ad Rachim & alios Longobardos, illos a bello deterruit, profeſſus ſe cum Francis Deſiderio ſuppetias laturum, qui Regni faſtigium eſt adeptus. Quas igitur ciuitates reddere promiſerat, Papa per Legatos recepit, Fauentiam, cum Caſtro Tiberiano, ſeu Gabellum, & vniuerſum Ducatum Ferrariæ in integro. Hæc ex Anaſtaſio. Sed antequam ciuitates redderentur, legationem cum litteris, quæ extant, Stephanus miſit ad Pipinum plenas gratulationum, & eius laudum de tot beneficijs Eccleſiæ Romanæ collatis; in quibus de Regno Longobardorum Deſiderio collato, illum commonefacit, hortaturque, & rogat, vt illi mandet, vt quæ promiſit, plenè reſtituat. C D

Deſideri⁹ per Papã obtinet.

Hoc anno 4. Pipini ſynodus celebrata eſt in Palatio, Vernis dicto, in qua ſanciti Canones 26. de Iuribus Eccleſiaſticis, & diſciplina reſtituenda, & nequid exigeretur a peregrinis, qui religionis cauſa inuiſerent loca ſacra, Pius Rex ſtatuit.

In Oriente terræmotu concuſſa eſt Palæſtina, & Syria. Theoph.

Theodorus Patriarcha Antiochenus ab Arabum Principe Hali relegatus eſt in Moabitidem Regionem, eo prætextu, quòd arcana eorum Imperatori Conſtantino, per literas indicaret, vetans, ne Eccleſias ædificaret, ne cruces erigeret, vel Euangelium prædicaret. Ex Theophane. E

Porrò plures Chriſtianorum ſub eodem Hali Principe coronatos fuiſſe martyrio certum eſt. De S. Michaele cum ſexaginta ſex Monachis fidei cauſa trucidatis mentio eſt in Menologio die prima Octobris.

S. Michael mar. cũ 66. mon.

Chriſti

A

Chriſti Annus	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copronymi* Imp.	Indictio.
757	1	17	10

STephanus Papa, immenſis laboribus, pro Romana Eccleſia honeſte perfunctus, ex hac vita migrauit.6.Kalen.Maij, cum ſediſſet annos quinque, & dies 28. ceſſauit Epiſcopatus dies 32. & die 28.Maij Paulus Diaconus, eius frater, illi in Pontificatu ſubrogatur, vir mitiſſimi ingenij, & magnæ miſericordiæ, qui noctu per ſemetipſum, cum ſuis familiaribus cellas egenorum languentium circumiens, & carceres perluſtrans, egentibus, & oppreſſis opem ferebat. Ex Anaſtaſio.

B Statim, vt factus eſt Pontifex, literis Pipino Regi Stephani deceſſum, & ſuam creationem exponens, amicitiam initam, ſe ſeruaturum promiſit, & idem ipſe, vt faceret, expetijt, ſolicitus quidem, vt res Romanæ Eccleſiæ illi ſaluæ eſſent ab inuaſione Longobardorum: ſed maiori ſtudio, quæ erant fidei orthodoxæ, & ad vniuerſalem Eccleſiam ſpectabant, adminiſtrans, tentando ſæpius per literas, & per legatos Conſtantinum Imperatorem ab impietate reuocare; de quibus mentio eſt in epiſtola Hadriani Papæ ad Conſtantinum, & Irenem. A A. & apud Anaſtaſ.

Orientalis Eccleſia per hoc tempus laborat, non modo hæreſi, & Copronymi ſcelerata vexata tyrannide; ſed etiam dira Sarracenorum perſecutione, qui nouis tributis Chriſtianos, monachos etiam, & incluſos oppreſſit, & ad pretioſa Eccleſiarum ornamenta Iudæis vendenda adegit. Oriental. Eccl. varie vexata

C Pipinus per Eccleſiæ Romanæ protectionem, conciliato ſibi diuino Numine, Saxones hoc anno compreſſit, & ſub tributo redegit, & ſequentibus, plures victorias reportauit.

Hoc eodem anno Alphonſus cognomento Catholicus, cum regnaſſet annos 19. glorioſus Sarracenorum triumphis, migrauit ad Dominum, in cuius obitu, voces cælitus auditæ ſunt: ſucceſſit illi Froila, Era 795. qui, pro ſua pietate, Eccleſiaſticos Canones, ob aſſidua bella, pene obliteratos, reſtitui ab Epiſcopis curat, & presbyteris carnalia matrimonia interdicit; ob quæ pluribus diuinitus donatur victorijs, Mauros Gallæciam inuadentes profligat quinquaginta quatuor millibus cæſis, qua nulla hactenus extitit maior in Hiſpania de Sarracenis victoria. Alphonſi glorioſi Cath. Regis Hiſp. obitus. Froila ob pietatem pluribus victorijs auctus.

D Gallæcos, & Nauarros rebellantes domat.

Ouetum in Aſturibus condit; in eaque Templum duodecim Apoſtolis dedicat, cum duodecim pariter altaribus. Vitio vertitur, quòd fratrem necarit. Hæc fere ex Tudenſi. Verus Archiepiſcopus Hiſpalenſis, tum ſcriptis, tum vita inſignis per hæc tempora floret. Celebratur, & Petrus Præſul Toletanus, qui de ratione Paſchatis libellum accuratè conſcripſit, cum incuria diſciplinæ, in calculo diei Paſchatis erratum eſſet.

Chriſti Annus	*Pauli P.*	*Conſt. Copron.* Imp.	Indict.
758.	2.	18.	11.

E

PAulus Papa, pace Eccleſię vſus, ad cœmeteria, quæ ſub Aiſtulpho, obſeſſa Vrbe, maximum detrimentum a Longobardis (vt ipſe ſuis teſtatur literis) acceperant, & alioqui vetuſtate, & incuria collabebantur inuiſenda intentus, ſanctorum corpora, ne obuia iniuriæ eſſent, in Vrbem transferenda curauit. Erat inter alia vetus cœmeterium S. Petronillæ dictum: ex quo idem Pontifex ſacrum corpus eiuſdem ſanctæ ſublatum tranſtulit apud Baſilicam Vaticanam. Ex Anaſtaſio.

Deſiderius quoque Rex Longobardorum, & ipſe bono pacis bene vſus, ad religio-

ſa loca conſtruenda animum addixit. Aedificatum monaſterium nomine Sancti Benedicti in agro Brixiano latifundijs locupletauit. Alterum Monaſterium Monialium Anſilbergæ filiæ extructum (in quo ipſa monaſticam vitam profeſſa eſt) & ampliſſimis redditibus auctum voluit. poſt per Paulum Pontificem priuilegio communiri, quod apud Moniales adhuc extare dicitur. A

Eodem anno ſublimioris Chriſtianæ Philoſophiæ amore, Eadbertur Nordanluẽbrorum in Anglia Rex Oſuulfo filio Regno relicto, inter monachos profiteri cæpit. apud Bedam in Epitome.

Magorũ Perſ. impoſtura.

Perſarum Magi volatum per aera hominibus, veſana ſtultitia, ſuadentes, plures expertos ad interitum impulerunt. Porro Habdaſſas Sarracenorum in eorum primores ſexdecim animaduertens, ſectam extinxit. Theophanes. B

Chriſti Annus	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
759	3	19	12

Hoc anno Non. Februarij habetur priuilegium pro immunitate monaſterij S. Hilari Galiatenſis dicti, in territorio Populienſi, ſub Rauennate Eccleſia, apud Rubeum hiſtoriæ Rauennatis lib. 5.

Sacrilegorum audacia.

Proditoris monachi vltio diuina.

Hoc tempore S. Othmarus Abbas S. Galli, cum Vuarinus, & Ruadhardus pro Rege Pipino Alemanniam adminiſtrantes, auaritiæ morbo tacti, res monaſterij vſurpaſſent, Pipino facinus expoſuit; qui euocatis grauiter interminatus eſt, ni ablata ſtatim reſtituerent: At illi mandato Regis neglecto, cum Abbas rurſum Regem adiret, retractũ ex itinere in vincula conijciunt, & Lamberto eius monacho, homini nequam perſuadent, vt libidinis illi crimen impingat, quo deponendi occaſio miniſtretur. Euocantur igitur plurimi ad conſilium tam doloſæ factionis ignari; & Lamberto accuſante, S. Abbas Deum ſuæ in eo quidem crimine innocentiæ, teſtem inuocabat. Mox in calumniæ teſtimonium, Lambertus diuina vltione percuſſus, febrium vexatione peruaſus, membrorum vigore reſoluto, paulatim ſic contractus eſt, vt capite ad terram more quadrupedis inclinato, non ſolum deformitate figuræ terribilis; verum etiam viua voce in Sãctum peccaſſe ſemper fatebatur. Concilio autem inique inchoato, & iniquius terminato, vir Dei Othomarus ſolitudine carceris, & fame vexatus, poſt biennium ad Dominum migrauit. Ex Vualfrido Strabone in eius vita [a] apud Surium 16. Nouem. Quæ autem miracula contigerunt poſt eleuationem, & tranſlationem corporis eius, poſt decennium factam, duobus ſcriptis omni fide libris, ſignificantur. Prædicti Comites Sancti loci poſſeſsiones retinentes, Ioannem quendam monachum de proximo monaſterio ſubrogant, & Conſtantienſem Epiſcopum Sidonium ad ſubdendum iuri Epiſcopatus monaſterium inſtigant, vt eo licentius, ipſo machinationibus eorum fauente, quæ iniuſte abſtulerant, retinere potuiſſent. Quorum prauis ſuaſionibus aſſertus Epiſcopus vſurpato monaſterio, dignam ſua improba audacia vltionem diuinitus tulit, torſionibus viſcerum, & alui fluxu cum intolerabili fœtore poſt aliquot dies, extinctus. Vualfridus in vita S. Galli [b]. C D

a Apud Sur. 16. Nou. li. 1. c. 4. & 5.

Vltio diuina in ſacrilegum epiſcopũ.

b li. 1. c. 14. apud Sur. 16. Oct.

E

Chriſti Annus.	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
760.	4.	20.	13.

Trãslatio capitis S. Io. Bapt.

Hoc anno caput S. Ioannis Præcurſoris atque Baptiſtæ a monaſterio Spelei in templum ſuum Emeſæ in Syria ſitum tranſlatum hactenus a fidelibus honoratur, & adoratur, redolens, & emanans omnibus ſanitatem, qui fide flagrantes occurrunt. Ex Theophane.

A Pipinus pro ſua pietate Eccleſiarum vindex, Vaifrarium Aquitaniæ Ducem, per Legatos monitum, vt ablata Eccleſijs reſtitueret, & contemnentem; adducto exercitu, cogit obſides dare, & iuramentum de reſtitutione præſtare; quod negligens periurus bello petitus, ditione, & vita priuauit. A.D.765.ex Aimoino.

Dux Aquitaniæ ſacrilegus punitur.

Hic opportune reddamus, quod Pipino accidit; cum Villam Eccleſiæ, perſoluendo annuo cenſu, vindicare vellet; cum conceſſum eidem a Romano Pont. fuiſſet, vt ablata antea quædam bona Eccleſiaſtica, annuo perſoluto cenſu retinere poſſet. Ad eam igitur Laudunenſis Epiſcopij Villam cum veniſſet; ibique dormiret, venit ad eum peruiſnm S.Remigius dicens; *Tu quid hic facis? quare intraſti in hanc Villam, quam mihi, te deuotior homo dedit: quamq. ego Eccleſiæ Dominæ meæ Sanctæ Dei Genitrici donaui?* & flagellauit eum ſatis duriter, ita, vt liuores poſtea in corpore B eius apparerent. Et cum diſparuit S.Remigius, Pipinus valida correptus febre, quantocyus ab ipſa Villa receſſit; qua febre non paruo tempore laborauit. Et deinde Princeps Regni vſque ad moderna tempora ibi non manſit. Hæc ex S. Hincmaro Rhemenſi in priori translatione S.Remigij. Sed & hic meminiſſe oportet diri anathematis, quod in ſuo S.Remigius ſcribi voluit teſtamento, aduerſus Reges Francorum, ſi quis ex eis, quæ Eccleſijs donata eſſent, aliquid quoquomodo ſurripere auſus eſſet. Qui igitur Rex maxime pius, vt filius a Deo correptus eſt, tantum abfuit, vt quouis honeſto titulo res Eccleſiarum acciperet, vt potius aduerſus eos, qui ea tentaſſent inuadere, mox vindex inſurgeret, vt factum vidimus aduerſus, quem diximus Aquitaniæ Ducem. Diſcant homines quàm periculosè, ſiue ſub prætenſo annuo cenſu, ſiue alio modo laicus homo poſſideat res Eccleſiæ, quas ſæpe inuitus, ac noC lens fatigatus precibus, vel alijs compulſus occaſionibus, vel deceptus falſis ſuaſionibus Pont.Rom. illis poſſidendas indulget.

Chriſti Annus	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copronymi Imp.*	*Indictio.*
761	5	21	14

Romæ celebratur Concilium, in quo, inter alia Paulus Papa fecit conſtitutum, ideſt, Decretum de Eccleſia, & monaſterio a ſe erectis in paternis ædibus ſub D titulo SS.Stephani Papæ, & martyris, necnon Silueſtri Pontificis, & Confeſſoris, illatis in eam compluribus Sanctorum Martyrum, Confeſſorũ, & Virginum corporibus, e diuerſis cœmeterijs erutis: conſtitutis ibidem monachis ad modulationis Pſalmodiam exercendam; quod monaſterium ampliſſimis opibus, & redditibus ditauit, diro anathemate interminato eius iura violantibus, & bona vſurpantibus. Extat ſacrum Diploma apud Moniales S. Silueſtri. Idem habet Anaſtaſius, & hoc amplius. Vbi, inquit, & monachorum congregationem conſtruens, Græcæ modulationis Pſalmodiam cœnobium eſſe decreuit. Vt autem Græca lingua illic voluerit Paulus Papa Pſalmos accini, id inde accidiſſe putamus, quòd cum Copronymus, impius Imperator edicto promulgato vetuerit eſſe monachos in Oriente, ingens monachorum Orientalium multitudo ſeſe in vrbem infuderit, eoſdem in monaſterijs collocatos voE luerit, vt officia Eccleſiaſtica ſua ipſorum lingua perſoluerent.

Dirũ anathema intorquet i violatores Eccleſiæ, & monaster. a ſe erecti.

Monaſt. Græce Pſalmodiæ.

Conſtantinus Imperator maligno inſtinctus ſpiritu, cum videret Decretum Pſeudoœcumenicæ ſuæ ſynodi de abijciendis ſacris Imaginibus, a Catholicis deſpici, atrox, hoc anno, publicat Edictum in omnes, qui impium Decretum non obſeruarent, ex quo pijs, & religioſis hominibus replentur carceres, deſeruntur vrbes, ſolitudines frequẽtantur, multis tum tempori interim turpiter ſeruientibus, & impietati cedẽtib.

At Andreas Calibytes monachus, ſtudio pietatis incenſus, ad animandos infirmos, lapſos erigendos, & ſanos conſeruandos Cpm. venit, & libera prædicatione tyrannũ prouocauit, qui partim cruciatibus, partim blanditijs ſanctũ virũ pertẽtans, ac

S. Andr. Calybitæ mart.

fortiorem

fortiorem ſemper inueniens, demum pedibus raptatum accidit. Theophanes breuiter, plenius Acta.[a] A

a Apud Sur. 17. Oct.

Promõt. S. Vincẽt. vnde id hẽat nomen.

b li. 18. c. 18.

Egbertus Eps Eborac. Alcuini magiſt.

Hoc eodem anno cum varijs cladibus agitaretur Hiſpania, & Valentia ciuitas in Tarraconenſi prouincia a Sarracenis exciſa iam eſſet, Chriſtiani ſacra Vincentij martyris oſſa inde auferentes, deportaſſent in extremam Luſitaniæ partem (qui locus poſtea Promontorium S. Vincentij eſt appellatum.) Tunc cæptum eſt eiuſdem S. Vincentii nomine monaſterium perinſigne erigi Oueti, cuius antiquæ memoriæ extant, apud Ambroſ. moral.[b] ſicque factum, vt ita colentes Vincentium, vincendi aliquando penitus Sarracenas ſibi aperuerint viam, prout declarauerunt euento.

Hoc ipſo anno in Anglia Egbertus Epiſcopus Eboracenſis Regis germanus, ſcientia, & ſanctitate clarus, diem clanſit extremum, vbi ſediſſet annos vnde triginta. Fuit iſte magiſter Albini, qui & Alcuinus Flaccus dictus inuenitur, qui ipſum pluribus laudat in literis ad Carolum Magnum ſcriptis, vt pote, quòd inter alia inſignia eius opera, publicum ſacrarum literarum Gymnaſium Eboraci conſtituit, eamque Eccleſiam nobili bibliotheca ditauit. B

Chriſti Annus.	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indict.*
762.	6.	22.	15.

C

Stephan. Iun. monachi tentatus ab Imp. firmus perſiſtit.

Calũnia ĩ Sanctũ.

Anna vidua relic. opibus in pauperes effuſis, ſe ĩ monaſt. includit. vetat quẽque fieri monachũ

CONſtantinus Imperator immenſo odio flagrans in monachos, quos, præ ceteris, ſibi, in propaganda hæreſi, aduerſarios ſæpe expertus fuit; cum audiſſet in Auxentiano monte in Bithynia poſito, degere magni nominis Stephanum monachum gratia miraculorum illuſtrem, potentemque ſermone ad cohortandum alios, hunc expugnandum ſibi propoſuit, non armis, & tormentis, quem martyrij maxime cupidum cognorat; ſed verbis, & blanditiis; quem ſi ſuæ opinioni adiunxiſſet, magnum ſuæ prauitati præſidium additum fore, Calliſtum Patricium, hæreſim ſuam apprime callentem, & eloquentem cum munuſculis mittit ad eum. Is igitur fruſtra cum tentaſſet Beatum virum ad ſubſcribendum impio Edicto inducere, & eum paratum ad profundendum potius ſanguinem inueniſſet, ad Imperatorem reuertitur; qui furore incenſus, ſicarios immittit, qui abſtractum de vertice montis, in inferius monaſterium includant, vbi cum ſex iam dies abſque cibo fuiſſet, ſeptima die per nuncium ab Imperatore, quòd auditum eſſet de Scythico bello, cellæ ſuæ reſtituitur. D Dum autem Imperator aduerſus Scythas arma parat, Calliſtus calumniam aduerſus eum ſtruit, qua omnem illius ſanctitatis famam obſcuret, ac tollat. Sergium igitur quendam eius diſcipulum ad prodendum patrem, & magiſtrum inducit libello calumnioſiſſimo conſcripto, quòd Imperatorem execraretur, & hæreticum appellaret, quòd multa aduerſus eum moliretur, quòd denique nobilem quandam viduam fraude circumuentam, monacham feciſſet, atque cum ea, ex inferiori monaſterio ad ſe aſcendente, rem haberet. Hæc autem nomine Anna vidua, non multo ante relicta, abſque liberis, adito ſancto homine, & eius conſilium ſecuta, omnes ſuas facultates, & opes in pauperes effuderat, ſeque in mulierum monaſterium incluſerat. Quid porrò illa ob hanc calumniam paſſa ſit, ſuo loco dicetur. Ex Actis B. Stephani. E

Imperator ad perſecutionem Monachorum illud adiecit, vt ſanciret, nequis amplius monachus efficeretur. Theodorus Studita orat. in S. Platonem.

A

Chriſti Annus 763 | *Pauli Pap.* 7 | *Conſt.Copron.Imp.* 23 | *Indictio.* 1

LIbello calumniarum accepto Imperator, cum eſſet in caſtris, bellum gerens cum Bulgaris (qui ijdem, & Scythæ,) adduci ſibi Annam ſtatim iubet, quæ interrogata delatores falſi arguens, & ſuam ac B. Stephani innocentiam, & ſanctitatem prædicans, cuſtodiri iubetur, nec multo poſt confecto bello Conſtantinopolim cum redijſſet Imperator, in teterrimum retruſæ carcerem, per cubicularium ſuadet, vt palam probra ſua, & Stephani fateatur, veniam acceptura, & in Palatio apud Imperatricem, honeſtiſſimo loco futura; alioqui, inficians, per ancillam (quam ipſi corruperant) conuincenda. Poſtridie ante Palatij carcerem magna coacta multitudine nudam eam ſtatui Imperator, & virgarum faſcem expediri, ad terrorem incutiendum, iubet, & immotam manentem, meretricem, caſtiſſimam fœminam appellans, virga cædi mandat, ancilla procaciter, & impudenter inſultante, & falſa exprobrante, quam corpore laceram, ſed integro, & cōnſtanti animo, intuens tyrannus, in Palatium pudefactus ſe abdit, & eam omni cura deſtitutam, in vno quodam vrbis monaſterio includi mandat, vbi diem clauſiſſe extremum, martyre dignum, putandum eſt; nec enim aliud de ea auctor habet, B. Stephano intentus. Sed de ancilla illud fertur, cum nupſiſſet, & Gemellos peperiſſet, eos arreptas parentis mamillas horrendum in modum exediſſe, & ita illi mortem attuliſſe, & vna cum ea viperinos illos fœtus extinctos eſſe. Fruſtratus hac via Imperator, vt occaſione delicti cum Anna in Stephanum agere poſſet, ad alias ſe fraudes conuertit. Quod enim grauiſſimis pœnis edixerat, nequis quem in monachum reciperet, Imperator Aulicum ſibi cariſſimum inſtruit, vt magna ſimulatione, monte adito Auxentiano, apud Stephanum infimis precibus, & obſecrationibus impetret, ſe vt in monachum recipiat. Recuſauit primum vir ſanctus Edictum Imperatoris obtendens. At ſimulator, Rationem, inquit, Deo pro anima mea reddes, niſi me quamprimum attonſum in monachum recipias, alioqui periturum. Quibus verbis permotus vir ſanctus, ſciens, vel vnius animæ ſalutem omnibus præferendam, in monachum eum recipit: At veterator inde poſt tertium diem redit ad Aulam, pſeudomonachus effectus, exultante Imperatore, quòd occaſionem videretur nactus perdendi Stephanum. Concione aduocata rem exponit. ſua Edicta contemni queritur: turba nefariorum hominum ab eo incitata ad montem proruit; ſancti viri diſcipulos diſturbat; monaſterium, vna cum templo igne abſumit: ſanctum virum abripit, trahit, cædit, irridet, & ad Philippici monaſterium adductum, non longe a Conſtantinopoli Imperatori ſignificat. Ad quem is Epiſcopus, & Patricius emittit, qui diſputando conuincerent, & Edicto Concilij ſubſcribere perſuaderent. At is præclara diſputatione, quæ extat in Actis; pudefactos aduerſarios dimittit. Imperator ira percitus, Stephanum ad Proconneſſum in exilium mittit. Qui, antequam eo proficiſceretur; ab ægrotante monaſterij eius Præfecto, pœne in extremis laborante, euocatus, eum in vitam reſtituit.

Anna vid. cæditur.

Fra⁹ ī B. Stephan.

B. Steph. relegatur in Procōneſſum: ſanat ægrotum.

In Proconneſſum delatus, & deſertiſſimam ſpeluncam nactus, ibi herbarum radicibus vitam tolerabat. Eius diſcipuli (duobus exceptis, Sergio, & Stephano apoſtatis proditoribus) ad Magiſtrum conuenientes, ibi monaſterium conſtruxerunt. Mater quoque ipſius, ac ſoror, monaſticam vitam in eadem Inſula duxerunt.

Illic itaque diuinus Stephanus extructa columna, ac ſuper eam anguſtiſſima quadam ædicula, in ea ſe incluſit, annos iam nouem, & quadraginta natus.

Coſmas Epiſcopus Epiphaniæ, Apameæ, in Syria, accuſatus apud Theodorum Patriarcham Antiochenum ſuper imminutione ſacrorum vaſorum, cum minime potuiſſet reſtituere, deficiens a Catholica fide, ad hæreſim Imperatoris tranſijt, ſacris

Ep̄s deficit ad hæreſim.

aduerſatus

aduerſatus Imaginibus, quem communi ſententia Theodorus Antiochenus, Theodorus Ieroſolymitanus, atque Coſmas Alexandrinus Patriarchæ, cum Epiſcopis ſibi ſubiectis anathematizauerunt, ſinguli in ſua ciuitate. Theophanes. A

Turcæ in Armeniã erũpunt: Gelu ingens, & nix. Ingens ſiccitas.

Turcæ e portis Caſpij in Armeniam erumpunt. Theophan.

Eodem anno a Kalen. Octobris per Orientem, & magis per Septentrionem, gelu magnum, & amariſſimum factum eſt, vt pelagus Ponti ad centum milliaria in glaciem obduruerit per triginta cubitos profunditatis, ſuper excreſcente niue per viginti cubitos. Ingens hæc conſecuta eſt ſiccitas, ita, vt fontes areſcerent, & ſigna de cœlo viſa, adeo, vt vltimum imminere diem homines exiſtimarent. ſed ſolus Imperator ex tot prodigijs, non ſolum nullam conſecutus eſt vtilitatẽ, ſed in deterius prolapſus, quem geſtabat in animo Neſtorianiſmum, propalare ſtudens, illum primo Conſtantini Patriarchæ in aures ingeſſit, ſed ab eo repulſus, quieuit a propoſito hæreſis diuulgandæ. Ex Theophane. B

Icon omachi quos auctores ſequũtur.

Diſcant hinc Iconomachi, & Monomachi, quos ſuorum dogmatum ſequantur auctores, nimirum Chriſti Diuinitatis Abnegatores, Leonem, & Conſtantinum Copronymum fæces omnium Imperatorum.

Chriſti Annus	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
764.	8.	24.	2.

C

CVm fama increbuiſſet in Gallijs per Sanctiſſimum Pontificem Paulum plurima Sanctorum corpora, e cęmeterijs in vrbem translata; eorum cupidi Franci, Sanctorum cultus ſtudioſiſſimi, per Crodogandum Metenſem Epiſcopum Romam Legatum miſſum, impetrant Sanctorum Martyrum corpora, Gorgonii, Naboris, & Nazarij (an potius eorum partes) & Gorgonium quidem repoſitum tradunt in Gorzio, Naborem in Illiryaco, Nazarium in Cęnobio Loriſham. *Sigebert. in Chron. ad hunc annum.*

Chriſti Annus.	*Stephani P.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
765.	9.	25.	3

D

Cæcus p B. Steph. illuminatur. Puerulũ a dęmone liberat. alia miracula edit. Negator ſacrarum imaginũ punitur.

BEatus Stephanus aſperrimam vitam in Proconneſſo degens, miraculorum gloria diuinitus exornatur: Roganti namque cæco ſibi lumen, vt daret. ſi fidem, inquit, in Deum habes, ſi imaginis ipſius cultor es; reſpice. Et ſtatim lucem recepit: oblatum ſibi puerulum a dæmone obſeſſum, cum per omnes corporis partes ſigno Crucis conſignari iuſſiſſet; ipſeque orationi intentius ſe dediſſet, adorata Chriſti Imagine matri incolumen reddidit. Mulierem ad ſe adductam a fluxu ſanguinis liberauit: alios de maris tempeſtate eripuit; militem, denique a morbo incurabili, cum eum iuſſiſſet, Chriſti, & matris Imaginem, vt adoraret, ſanauit; qui miles ad ſuos commilitones reuerſus; cum ab eo quæreretur; quomodo conualuiſſet; rem, vt geſta erat, expoſuit, at illi quaſi Idololatriam ad Præfectum deferunt, qui eum ad Imperatorem mittit, a quo interrogatus, An in cultu ſimulachrorum perſtaret, ea miſer ſe execrari dixit, pro cuius impietatis mercede tyrannus eum Centurionem creat; ſed vltio diuina eum è veſtigio conſequitur; ſiquidem equum conſcendens, ab eo in terram decuſſus, & calcibus contritus, extinctus eſt. Tyrannus igitur, tanquam arrepta hinc occaſione, ſanctum virum, quamprimum ſibi adduci iubet, quòd ne in exilio quidem abſtineret plebem docere, Idolis cultum vt adhiberet. Poſtquam igitur E

adductus,

A adductus præclaram habuit cum eo de cultu SS.Imaginum diſſertationē; indeq; denuo in tetrum carcerem compactus eſt. Quarta Indictione, multos Principes, & milites accuſatos, ꝙ imagines adorarent, diuerſis pęnis affecit, & immaniſſimis ſubiecit verberibus, iuſiurandū etiam generale ab omnibus ſub Imperio ſuo degentibus exegit, ne quiſquam adoraret Imagines, cum quibus, & Conſtantinum Pſeudopatriarcham ambonem aſcendere, & prolato ligno crucis iurare adegit, quòd non eſſet ex ijs, qui ſacras Imagines adorarent.

Cogit oēs ſacras imag. abiurare.

Chriſti Annus	*Pauli Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
766.	10.	26.	4.

B BEllo aduerſus Bulgaros renouato, claſſis Imperatoris male perit; nec ipſe tamen ab impietate reſipit; ſed potius ad cumulum addit, vt monachatum ludibrio exponat, præcipiēs monachos tranſire per Hippodromum, ſingulas feminas manu tenentes, cum totius populi irriſione, ex Theophane.

Monach. ludibrio exponit.

Principes viros decem, & nouem, quaſi in eum conſpiraſſent, & B. Stephanū adijſſent, & eius paſſiones ꝑdicaſſent, in ipſis ludis Circenſibus dehoneſtatos, interfecit; alios excæcatos in exiliū exegit; falſos teſtes iuratos induxit, clericos, & monachos contra Conſtantinū Patriarchā, quaſi in eū conſpiraſſet, & ob id eū exilio relegauit.

Variorū multiplices cruciatus.

Cultui ſanctorum infeſtus, interceſſiones eorū damnabat, & reliquias abijciebat; qui ad animorum, vel corporum ſanitatem eas honorabant, præſcriptionibus, exilijs, & tormētis perſequebatur; eas auferebat, & abijciebat, quod de pretioſiſſimis S.Mar- C tyris Euphemiæ reliquiis conſtat, in profundum cum loculo abiectis, non ferens ſua violentiam reddentes, & eius aduerſus interceſſiones ſanctorum deliramenta coarguentes: ſed Deus, qui cuſtodit oſſa ſibi placentiū nocturno viſu è fluctibus eripiendum loculum, & conſeruandum apud Lemnum Inſulam, præcepit; donec ſub Conſtantino, & Irene, piis Imperatoribus, cum decenti honore in templum ſuum fuit relatum, quod templum quidem impius Conſtantinus fecerat armentarium: ſed pius Cōſtantinus cū matre repurgauit, & ſacrandum curauit, ad redargutionē eius impietatis. Hæc pluribus Theoph. & alter eius tēporis ſcriptor apud Metaphraſten 11. Iul.

Hoc eodem anno per 5. Indictionem Imperator Nicetam Eunuchū è ſclauis ortum, contra leges Eccleſiaſticas creat Patriarcham Conſtantinopolitanum, & alios nefarios homines ſui ſimiles promouet ad dignitates. Ex Theophane.

D B.Confeſſor Stephanus in interiori Prætorii carcere, in quem coniectus fuerat, eximiæ virtutis trecētos quadraginta duos monachos condemnatos inuenit, alios naribus, alios auribus, oculis alios multatos ob cultum Sanctarum Imaginum, alios ambuſtam faciem, plagas alios circumferentes. Quorum varios iſtos, ac multiplices cruciatus cernens, beatos eos prædicabat, ſeque deplorabat; quòd non earum plagarum, & exectionis mēbrorum particeps ipſe quoque fuiſſet. At Diuini illi Patres, vt primum ſanctum virum conſpexerunt, ad eum, tamquam ad magiſtrum acceſſerunt, vt ab eo ſalutis præceptis erudirētur, vt ex Prætorio monaſterium factum videretur. Porro, & ipſi carceris cuſtodes ex fama, & ex ipſo aſpectu reddente ſanctitatē, ipſum venerabantur; quorū vnus cum vxori ſorte de eo narraſſet, ea pro ſua pietate carcerem ingreſſa, pedibus eius aduoluta, ab eo, vt pro ſe precaretur, ipſaque viciſſim ei, E quæ opus eſſent ſubminiſtrarent, poſtulabat. At ille preces quidem annuit; miniſterium vero abnuit, quod ab hęreticis Catholico percipere non licebat. At illa quàm longe abeſſet a ſenſu hæreticorū dictis, & factis perſuadere ſatagebat, & prolatis deniq; domo ſecreto tribus Imaginibus B. Virginis, & SS. Apoſtolorū Petri, & Pauli, fidem impetrauit, &, vt ipſa ad eum deinceps Sabbato, ac Dominico die, panis vncias ſex, aquę non plus tribus poculis afferret (tantulū.n. ſingulis diebus ipſi cibi, ac potus fuit) totos vndecim menſes, quos in Prætorio tranſegit. Ex ipſius Actis; in quibus varia ſupplicia, & atroces cruciatus multorum recenſentur, vt Pauli Monachi in Cypro, vt duodequadraginta monachorum Epheſi, ad quorum cruciatuum, & necis

Oratio B. Steph. ad Cōfeſ.

auditionem, cum omnes in lachrymas, & gemitus ſoluerentur, B. Stephanū rogarunt, vt ad mitigādum mœrorem, orationem haberet. Qui intimo corde ingemiſcens. *Gratias*, inquit, *Deo agere poſſumus fratres, ac Patres. Gratias, inquam, ei agere de omnibus rebus, quæ præter voluntatem accidunt. Etenim gratiarum actio cum patientia coniuncta coronas nobis nectere conſueuit*; & per exempla illuſtrium martyrū in hac eadem perſecutione, horrendis modis necatorum; vt Petri in Blacharnis, & Ioannis Abbatis Monageiæ, & aliorum plurimorum excitauit, & acuit animos eorum, qui ipſum audiebant ad omnia fortiter, & alacriter perferenda. A

Sarracenorū perſecutio.

Hoc pariter Abdallas Sarracenorum Princeps, cum Chriſtianos admodum vexaſſet, ablatis de Eccleſijs crucibus; vigilijs nocturnis interdictis, & literarū perceptione vetita, defunctus eſt. Ex Theophane, Sigeberto in Chron. hoc anno, e Regione in Chronico anno ſequenti. B

Legatos, & munera mittit, ad R. Fr. demerendum.

Disputatio de cultu imag. & proceſſione Spiritus S.

Conſtantinus impius Imperator, quibus potuit legationibus, atque muneribus laborauit, vt Francus, quorum ope Romana Eccleſia iura Imperij in Italia fuerat conſecuta, demereret, atq; hoc anno nobilem miſiſſe legationem ad Pipinum Regē Francorum veteres Annales produnt, & inter alia munera, miſſum organum muſicū. Credibile porro eſt ab eodem miſſos ſuæ hæreſis aſſertores, qui aliquid Pipino de ea inſuſurrarint, & Aulicis aliquid ingeſſerint. ex quo cæpta ſit occaſio hoc anno celebrandi (vel ſequenti, vt alij) CONCILIVM GENTILIACENSE annuente Pipino Rege, de cultu Sanctarum Imaginum, & de Sanctiſſima Trinitate; nimirum, vt Ado Viennenſis docet. De proceſſione Spiritus ſancti; num videlicet dici poſſet; ipſum a PATRE, FILIOQVE procedere. Quòd enim Occidentales in Conſtantinū, eiuſq; ſectatores, maximè circa Sacrarum Imaginum cultum obijciebant; illi contra, Latinis, quòd adieciſſent ad Symbolum ea verba. FILIOQVE, vitio vertebant. Videant igitur ſchiſmatici Græci, dum Latinos impugnant, ſe cauſam agere nefarij Cōſtantini Copronymi, ipſorum etiam ſententia damnati. C

Chriſti Annus.	*Sedes Vacat*	*Conſt. Copron. Imp.*	Indictio.
767.		27.	5

PAulus Papa vbi ſediſſet annos 10. & menſem vnum, moritur 29. Iunij. Ceſſauit Epiſcopatus eius annum vnum, & menſem vnum. Eius extant epiſtolæ triginta & vna, ad Pipinum Regem, nondum editæ. Edita tamen ſunt earum argumenta. Eæ ſi ordine digeſtæ ederentur, præclarā epiſtolarem hiſtoriam haberemus. Hæc alia, haud certo anno notata de eo, habet Anaſtaſius. In via ſacra iuxta templum Romæ in honorem Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli conſtruxiſſe Eccleſiam, in qua fuerit ſilex impreſſus veſtigijs genuum Apoſtolorum, cum pro Chriſto coronandi genua flexiſſent. In Baſilica quoq; B. Petri Apoſtoli in Vaticano nouum oraculum, ſeu oratorium in honorem Sanctæ Dei Genitricis, in quo, & ſibi ſepulchrum poſuerit. D

Conſtantinus inuadit Ro. Sedem.

Sacrileg⁹ Epiſcop⁹ punitur.

CogitCōciliū pſeudopapa ad ſe comprobādū.

Cauſam tam longæ vacationis idem Anaſtaſius in Stephano perſequitur. Agente adhuc ſpiritum Paulo Pontifice, inſtigantē Deſiderio Longobardorum Rege. Toto, Dux Nepeſinus, collecta armatorum manu vrbem inuadit, & Cōſtantinum fratrem, nullis ordinibus initiatum, quod nefas erat, Papam nominandum curat, & in Lateranum introductum a Gregorio Epiſcopo Præneſtino, vi adacto clericū ordinandum, moxq; Subdiaconum, & Diaconum, qui vniuerſum populum ſacramentum ſibi dicere iuſſit, & paulò poſt cum armatis Baſilicā intrans. B. Petri, ab eodem Epiſcopo Preneſtino, ab Albanenſi, & Portuēſi Epiſcopus conſecratus, B. Petri ſedem, annū vnum, & menſem vnū, inuaſor tenet. Non poſt multos dies Gregorius ille Epiſcopus Præneſtinus ægritudine correptus, areſcente manu, timens, ac languens vitam finiuit, diuina eum vltione perſequente. Conſtantinus Pſeudopapa illegitimam ſuam electionem agnoſcens, per Conciliabulum vicinorum Epiſcoporum vi, & metu, cogit probari, & ratam haberi, quem conuentum poſt Stephanus Papa irritauit. Idem ad ſtabiliendam ſuam peſtilentiæ ſedem, ipſo Pōtificatus initio duas epiſtolas ſcripſit ad Pi- E

A pinum Regē,quibus ſe inuitū,& immerentē Papā factū aſſerit,& quam erga præceſſores ſuos fidem præſtitiſſet,ſibi quoque vt præſtet, rogat, nec de ſe maleuolis credat.

Dum Occidens orthodoxorum complurium factioſorum temeraria audacia laborat,monſtroſo capite,ſancto Eccleſiæ corpori,appoſito; laborat Oriens atroci hæretici Imperatoris perſecutione,pluribus ſanctis crudeliſſime cæſis. (Copron. ꝑſecutione laborat Eccl. Orient.) Inter quos Sanctiſſimus Stephanus fuit,Auxentianus,& iunior dictus.Hic quadrageſimo ante die, conſummationem ſuam præſentiens,Monaſticæ exercitationis rigorē intendit, & ſocios in carcere monachos 342.monere,docere,hortari,& totas pœne noctes diuinas pſallere laudes non deſtitit; ad quem nonnulli etiam ciues ſanctioris vitæ ſtudioſi ventitabant,vt ipſius benedictione,& doctrina,magna cum voluptate fruerentur: Cum audiſſet autem nefarius Imperator de carcere monaſterium factū; illic aſſidue Pſalmos
B decātari,& ciues Idolorum,(ſic ipſe ſacras Imagines appellabat)cultum edoceri; furore incenſus; illum morti addicit. At illum ſuperioribus veſtibus expoliatum, qui diceret,Athletam nudum decere luctari,& mortem expectantem, ſatellites rapiunt, trahunt, cædunt, raptant, ac lacerum, & diſcerptum in Ethnicorum reorum foueam proijciunt, ac ſic glorioſo martyrio perfunctus eſt. (B. Steph. iun. mart.) Stephanus iunior,ætatis ſuæ anno 53.28.die Nouemb.quo die anniuerſaria memoria recolitur; vt & aliorum complurium; Andreæ, qui cum traheretur vinctus,expirauit: Petri, qui vapulans reddidit Spiritum. Multi milites orthodoxi tunc,mundo ſpreto,facti ſunt monachi, quos impius Imperator cruciatos interemit. At quemnam finem certaminis acceperit ſacrum illud examen confeſſorum,quos Stephanus reliquit in carcere, ignoratur; neque illa,quæ diuerſis in prouincijs paſſi ſunt alii,per paucis exceptis,ſcriptis cōſignata
C remanſerūt.Hæc latius in Actis fideliſſimis,ab eo,qui coram ſpectauit,deſcriptis.

Hoc eodem anno 27.Conſtantini Imperatoris,Cōſtantinus exautoratus Patriarcha Conſtantinopolis,& in Inſulam relegatus, (Pſeudo-patr. vt interfectus.) quòd Imperatoris ſecretum enunciaſſet, quo ſignificaret,ſe neque Chriſtum pro Deo, neque matrem pro Deipara habere, ꝙ quaſi dolorem ſuum vlciſcens,idipſum in Inſula propalaſſet,retractus Conſtantinopolim,nudatus,raſus,aſino auerſus impoſitus, conſputus, puluere aſperſus,calcatus, omni genere ludibrii affectus,demum obtruncatus, & pedibus ſuſpenſus eſt. Cum infœlix interrogatus,quid de Imperatoris fide ſentiret, deque eius Concilio, adulatoriè probaſſet,qui improbando,& Catholicam fidem profitendo, omnia illa in gloriam ſempiternam ſibi conuertere potuiſſet. Hæc ex Theophane, qui pergit deſcribere Copronymi ſæuitiam. (Copron. ſæuitia.) Depoſitum enim Petrū nobilem Stylitam a Metra, & per
D plateas tractum,proiici iuſſit.Alios ſaccis incluſos,erutis oculis, in pelagus iactauit. Aliis nares abſcidit,alios flagellis excoriauit: omnem denique tormenti ſpeciem aduerſus pios excogitauit. Si quiſquam(pergit Theophanes)corruens,vel dolens, ſolitam Chriſtianorum vocem emitteret de hæreticis. DEI GENITRIX IVVA,aut vigilias agens deprehenderetur, aut eccleſiis aſſuetus, aut cum Religione viuens, aut non paſſim iuramentis abutens,vt inimicus Imperatoris damnabatur,& immemorabilis memorabatur.

De tanta blaſphemia agens Theoſterictus huius temporis ſcriptor, & inſpector in Niceta,hæc fuſius proſecutus, vbi plura in deteſtationem impii Conſtantini dixiſſet, ſubdit. *Habitu erat Chriſtianus,mente Iudæus,quam enim ſibi Chriſtus in Domicilium elegit,glorioſiſſimam,inquam,ſuam matrem omnibus aliis rebus creatis ſuperiorem,* (B. Virg. cōtēptor. Agiomachus Copronym.)
E *riorem,omnium hominum ſalutem mūdi patrocinium,quæ propter Virginitatis ſuæ præſtantiam,prope Deus veneratur: huius,inquam,venerandum nomen multis modis ab Eccleſia expellere ſtuduit. Eius vero interceſſiones per quas mundus conſiſtit, illas,nec nominare quidem voluit,cum diceret nemini eam poſſe opitulari. Conabatur aūt,ꝙ dicebat,exemplo crumenæ confirmare,quæ aurū continens,pretioſa,vacua verò vilis eſſet. ita Mariam,dum Chriſtū geſtaret honorandā,illo edito nihil differre ab aliis impie aſſerebat; in quo recentes Nouatores impiū impij ſequūtur.* (Hæretici cōtēptores B. Virgin. quem imitentur) *Ex quo aūt hic impius regnare cæpit,hoc habuit propoſitum; ordinē Monaſticū extinguere. Itaq; atrociſſimam in eos exercuit perſecutionem.* Hæc ex Theoſterico. Relati repe-

riuntur in tabulas Eccleſiaſticas 12. Ian. 42. monachi martyres, Epheſi, ſub Copronymo, & 28. Nouem. poſt Stephanum iuniorem, Baſilius, Petrus, Andreas, atq; alij 339. Die vero ſeptima Martij S. Paulus, qui per ignem eſt conſummatus, præter innumeros, quorum intercidit memoria. Monaſteria porro virorum, & fœminarum, quæ, ait Theophanes, in gloriam Dei, & ſaluandorum refugium facta ſunt, alia caſtra prætoria fecit. alia a fundamentis deſtruxit. Qui vero ex militibus monaſticam vitam arripiebant, veritus ne ſuas turpitudines, & probra euulgarent, morti ſubdebat. A

Mon. ſaluandorũ perfugiũ.

Ad poſtremum anni huius de Niceta pſeudopatriarcha adijcit. Patriarchij ſculptas Imagines deieciſſe: pictas, vel ex muſaico factas eraſiſſe, & deleuiſſe.

Chriſti Annus.	*Stephani P. 4.*	*Conſt. Copron. Imp*	*Indictio.*
768.	1.	28.	6.

B

IAm indignam Apoſtolicæ Sedis inuaſionẽ, non ferentes Chriſtophorus Primicerius, & Sergius eius filius Sacellarius, & poſt Secundicerius, Roma profecti, quaſi monachatum ſuſcepturi, Longobardorum Rege Deſiderio conuento; auxilium ab eo impetrant Longobardorum, ad deijciendum ſede Pſeudopapã; qui aſſumptis in conſilij ſocietatem aliquot Romanis Romam redeunt: & occurrentes, qui pro Pſeudopapa ſtabant, Totonem quidem Ducem obtruncant, reliquos vero in fugã vertunt. Vualdipertus presbyter cognita Pſeudopapæ fuga, nec communicato conſilio cum Chryſtophoro, & Sergio, aliquot Romanis alijs aduocatis Philippũ presbyterum ex monaſterio aſſumptum, Papam pronunciant, & in Lateranum adducunt, ac in ſede Pontificali collocant. Quod audiens Chriſtophorus Primicerius, nec Philippum rite cenſens electum coram Populo Romano iurauit vrbe ſe abfuturum, quo ad Philippus Lateranum teneret. At Gratioſus Chartularius, cum aliquot Romanis, Philippum presbyterum expulerunt, qui libens ad ſuum reuerſus eſt monaſterium. C

Pſeudopatr. deiecto legitimus eligitur.

Alia die Chriſtophorus Primicerius rite congregato Populo Romano, clero, magiſtratibus, & militia, cõſenſere oẽs in Stephanum Tit. S. Cæciliæ presb. Card. virum Sanctiſſ. qui fauſtis acclamationibus exceptus, in Lateranum deductus, rite eſt conſecratus. Stephanus hic, tertius dictus ab Anaſtaſio, re vera quartus, Siculus natione ſacris literis doctiſſimus, & Eccleſiaſticis traditionibus egregie imbutus Romã veniens in monaſteriũ S. Chryſogoni, quod tunc B. Greg. 3. fundabat, ab eo traditus eſt, & monachus, atq; clericus effectus eſt. Ex quo monaſterio aſſumptum Zacharias Papa ſuo Lateranenſi cubiculo præfecit, & poſt presbyterũ Card. Titu. S. Cæciliæ creauit, quẽ tamen, tum ipſe, tum Stephanus, & Paulus Pontifices propter eius modeſtiam, & caſtitatem in ſuo officio detinuerunt. Hæc de Stephano Anaſtaſius. D

Steph. 4. Anaſtaſio dictus 3.

Ante autem ordinationem Papæ Stephani, conuentu Epiſcoporum, presbyterorũ, & clericorum in Baſilica Saluatoris habito, Conſtantinus in medium productus, rite depoſitus eſt, & vniuerſo Populo Romano culpam confitente, ac deprecante; ꝙ impie ordinationi nõ reſtitiſſent, Pontifex eſt conſecratus. Poſt conſecrationẽ ab ijſdem factioſis hominibus, Duce Gratioſo Chartulario, Conſtantinus inuaſor eſt excæcatus: alij nonnulli eius fautores oculis, & lingua multati. Eadẽ pœna affectus eſt Vualdipertus presbyter, in ſuſpicionem vocatus, quòd genere Longobardus conſilia iniſſet de Roma Longobardis prodenda, & aliquot Romanis proceribus necandis. Hæc latius Anaſtaſius.

Pſeudopatr. depoſitus male mulctatur.

Pontificatu inito Stephanus Eccleſiam Romanam perturbatam conſtituendi ſtudio incenſus, per Legatos rogat Pipinum, & filios Carolum, & Carolomannum Reges, vt aliquot ſibi mittat doctiſſimos Epiſcopos. Pipino interim mortuo, a filijs, benigne excepti legati, omnia impetrant. E

Pipinus Rex rebus belli, & pacis bene perfunctus ſubægrotans, ad proximũ ſe parans obitũ, orõnis cauſa inuiſit ſepulchrũ S. Martini Turonis, inde reuerſus Pariſios, ad S. Dionyſium Deo reddidit ſpiritum, anno 14. ex quo a Stephano P. coronatus eſt. Ab vnctione vero per Bonifaciũ 15. licet perperam Ado Viennenſis tribuat ei, Regni annos 18. Porro Pipinus, tũ ob præſtantiam rei militaris, tum ob inſitam eius animo

religionem,

A religionem, tum ob egregiam munificētiam, maxime erga Romanam Eccleſiam, immortalem ſibi peperit apud homines laudem, & æternam gloriam apud Deū. De qua munificentia, præter alia veterum ſcriptorum monumenta; legebatur Rauennæ antiqua tabula marmorea, cuius tantum extat modo cum his verbis fragmentum.

PIPINVS PIVS PRIMVS, AMPLIFICANDAE ECCLESIAE VIAM APERVIT, & EXARCHATVM RAVENNAE CVM AMPLISSIMIS. Reliqua deſunt, inuidia forte tyrannorum. Humatus eſt Lutetiæ Pariſiorum ad Diui Dionyſii, cum hoc breui Elogio, poſt appoſito. — Epitaph.

PIPINVS REX PATER CAROLI MAGNI.

Conſtantinus Copronymus 28. Imperii anno, tertiam vxorem Eudoxiam coronat, filios ex ipſa genitos Cæſares creat.

B

Chriſti Annus	Stephani P.4.	Conſt.Copron.Imp.	Indictio.
769	2	29	7

CONCILIVM ROMAE celebratum, Epiſcoporum Gallicanorū (quos duodecim ſceleĉtiſſimos Reges miſerant) & Italicorum, in Baſilica Saluatoris, ad Lateranum, Præſidente Beatiſſimo P. Stephano, cuius Acta quidem non extant; ſed ſuppetunt vice illorum, quæ apud Anaſtaſium ſunt ſcripta, & apud Hadrianum Papam in eius epiſtolis.

Apud illum igitur, Conſtantini inuaſoris; in primis Comitia ſunt abrogata, & omnia eius Concilij Acta combuſta: (non vero Conſtantinus, nec ſacerdotes, quod falſo apud Marianum Scotum legitur) ſtatutum, ne quis in poſterum, niſi Diaconus, aut presbyter Cardinalis ad Pontificatum aſſumeretur: Vt omnia Conſtantini Acta Eccleſiaſtica irritarentur, præter Baptiſma, & Chriſma: Vt Epiſcopi, presbyteri, Diaconi, cæterique ab eo conſecrati, iterum a Stephano conſectarentur. Cultus præterea Sacrarum Imaginum ab Imperatore Conſtantino ſublatus, eſt confirmatus.

C — Acta oīa pſeudoſyno. abrogata & cōbuſta. Non fiat Papa qui ſaltem nō ſit Diaconus.

Lecta item eſt epiſtola ſynodalis Theodori Patriarchæ Ieroſolymitani, cui ſubſcripſerant Coſmas Patriarcha Alexandrinus, & Theodorus Patriarcha Antiochenus de cultu ſanctarum Imaginum, quam dudum miſerant ad Paulum Papam. De qua Hadrianus Papa in epiſtola ad Carolum Magnum c. 12. Abſoluto Concilio Stephanus Papa, patres, clerus, & populus, cum hymnis, & canticis, nudis pedibus, ad B. Petrum

D proceſſerunt, & ſingula Concilii Acta, ex Ambone ad populū, clara voce lecta ſunt, & tres Epiſcopi ſub anathemate interdixere, ne quis vnquam præſumat tranſgredi quidpiam de omnibus, quæ in eodem Concilio ſtatuta ſunt. Ex eo autem, quod in hoc Concilio de cultu SS. Imaginum ſtatutū eſt, planè intelligi poteſt idem ſtatutum fuiſſe in Gallicano Concilio haud pridem in Gallia celebrato; ex qua huic Concilio interfuere 52. præcipui Epiſcopi.

Non defuit idem Stephanus Papa ſuis literis ſignificare Cōſtantino Copronymo Imperatori, ea, quæ pro ſacrarum Imaginum cultu Romæ ſtatuta eſſent, & admonere, vt ab errore deſiſteret. Teſtatur id quidem Hadrianus in epiſtola ſua recitata in Actione 2. Nicæni Concilii poſterioris.

Sergius Archiepiſcopus Rauennas accuſatus, ꝙ vxorem habens auſus eſſet inua-

E dere Eccleſiam Rauennatem, Romam euocatus ad cauſam dicendam a Paulo Papa; ibi manſit, vſq; ad præſentem annum, quo ex hac vita ſubtractus, ad diuinum examen delatus eſt. Sed ſunt, qui ex antiquioribus eius Eccleſiæ monumentis tradant, calumniis appetitum, & in hoc Romano Concilio abſolutum, Eccleſiæque ſuæ reſtitutum, ſancto fine vitam clauſiſſe.

Eps Rauenn. Romæ dicit cauſam. Rub. hiſ. Rauenn. lib. 5.

Michael eiuſdem Eccleſiæ Scriniarius, nullo ſacerdotali fungens honore, per Longobardorum potentiam vi intruditur, Leone Archidiano legitime electo Ariminum deportato, & arcta cuſtodia incluſo. Michael intruſus ſtatim miſit ad Pontificem, ampla promittens munera, ſe vt conſecraret, quod non obtinuit; immo

In ſedem Rauenn. vi intruditur Michael quidā.

potius eum Reuerendiſſimus Pōtifex per legatus, & literas monuit, & obteſtatus eſt, vt ab iniquo propoſito recederet: cui ille minime acquieſcens; Deſiderio Regi multa largiendo, & Eccleſiam ipſam ſpoliando, Epiſcopatum, per vim occupatum, vltra annum detinuit. Sed tandem ſuis miſſis legatis Stephanus Papa, & Caroli Regis Francorum, qui tum forte aderant, Rauennianos impulit, vt intruſum Michaelem Epiſcopio deijcerent, & vinctum Romam mitterent; ac tum demum Leo Archidiaconus ab eodem Sanctiſſimo Papa Stephano ordinatus, & conſecratus eſt. A

Quo deiecto Leo conſecratus eſt.

Hoc item anno, habent Francorum Annales Carolum, & Carolomannum Francorum Reges rebellantem Nunaldum Aquitaniæ Ducem ſuperatum cæpiſſe: eundemque poſt biennium pęnitentiam ſimulantem dimiſſum Romam, quaſi ibi perſeueraturum: ſed non diu poſt fugam arripuiſſe, deſertorem factum, defeciſſe ad Longobardos; vbi, non diu poſt, lapidibus obrutum male perijſſe affirmant. B

Chron. a Pith. editū refert in annum 771. Sigeb. in Chron. ann. 771.

In Oriente, Græcorum Annales ſponſalia Irenes cum Leone filio Conſtantini Imperatoris, eiuſdemque coronationem factam per Nicetam Patriarcham, habent: nihil præterea.

Chriſti Annus.	*Stephani P.* 4.	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
770.	3.	30.	8.

CHriſtophoro Primicerio, & Sergio Secundicerio ſolicitè iura B. Petri a Deſiderio Rege repoſcentibus; cum is obfirmato animo reddere recuſaret, illis vehementer iratus, eos de medio tollere molitur. Romam itaque cum exercitu Longobardorum profectus, & cum Pontifice congreſſus, vt facilius falleret, ſuper corpus B. Petri iuramento promiſit Sanctiſſimo Papæ iura S. Petri illibata ſeruare, nec vllū Romanæ Eccleſiæ miniſtrum lædere, ſed nihilominus magna fraude, Chriſtophorum, & Sergium de Eccleſia Beati Petri abreptus excæcauit; ex quo dolore, Chriſtophorus eſt mortuus. Quod facinus exprobranti Stephano per legatos, cum iura B. Petri, quæ coram promiſerat repeteret; ſic excuſauit, ſufficiat Apoſtolico Stephano, quòd Chriſtophorum, & Sergium, qui illi dominabantur, de medio ſuſtuli, vt non ſit neceſſe iura requirere. Hæc ex Anaſt. in Stephano, & in Hadriano. C

Perfidus Deſideri' Longob. R. hoīes Eccl. R. excæcat.

Bertruda Regum Frācorum mater in Italiam venit, expetens filio ſuo Carolo Deſiderij Longobardorum Regis filiam, inter quos connubium hoc anno contractum, Annales Francorum referunt; Romamque progreſſa, adoratis SS. Apoſtolorum liminibus, in Galliam reuertitur. Ex Aimoino, & Eginhardo in vita Caroli. Cum autem agitari iſta de matrimonio reſciſſet Stephanus Papa, ſcripta ad ipſos Carolum, & Carolomannum Reges epiſtola, ſub grauiſſima, & ſanctiſſima adiuratione, & ſub anathemate, ne fieret, interdixit: tum quia Pipinus pater alijs eos obligaueras connubijs; tum ne perfidæ genti Longobardorum, Romanæ Eccleſiæ infenſæ fœderarentur, in præiudicium eiuſdem Romanæ Eccleſiæ: tum deniq; ne præclariſſima gens Francorū, per perfidam, horridam, & fętentem Longobardorum gentem (ſic .n. appellat) pollueretur. Obſeruandus hic vetus ritus circa literas Apoſtolicas. *Præſentem itaque exhortationem noſtram* (ſic ait Stephanus Papa, concludens epiſtolam) *atq; adiurationem in confeſſione B. Petri ponentes, & ſacrificium ſuper eam, atq; hoſtias Deo noſtro offerentes, vobis cum lachrymis, ex eadem ſacra cōfeſſione direximus. Et ſi quis (quod non optamus) contra huiuſmodi adiurationis, atque exhortationis ſeriem agere præſumpſerit; ſciat ſe authoritate Domini mei. B. Petri Principis Apoſtolorū anathematis vinculo eſſe innodatum, & a Regno Dei alienum, atque cum diabolo, atq; eius atrociſſimis pompis, & ceteris impijs æternis incendijs concremandum, deputatū. At vero, qui obſeruator, & iſtius noſtræ exhortationis extiterit, cęleſtibus benedictionibus a Domino Deo noſtro illuſtratus æternis præmiorum gaudijs, cum omnibus ſanctis, & electis Dei particeps effici mereatur. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.* D E

Bertruda RR. FFr. mater in Ital. venit & Romā. Steph. P. interdicit ne Carol. Rex accipia fil. Deſiderij. Nota veterē morem.

His acceptis literis Carolus exhortationi Pontificis acquieuiſſet, niſi mater, quod

A inceperat,plane effectum voluiſſet. Nodus hic occurrit,non facile ſoluendus; quòd Francorum rerum ſcriptores tradunt Carolomannum accepiſſe in vxorem filiam Deſiderij Regis Longobardorum,ex eaq; filios ſuſcepiſſe; ſiquidem nonniſi de vna filia eiuſdem Regis mentio habetur in literis Stephani Papæ,eandemq. Carolo nuptã,teſtis eſt,inter alios,Eginhardus,qui fuit Carolo a ſecretis; nec dici poteſt aliam filiam Deſiderij ante fuiſſe Carolomanno nuptam; nam non ipſi, ſed potius Francæ nobili fęminæ coniugio obligatum a patre,eiuſdem Stephani Papæ literæ indicant. Verum plures fuiſſe; ex eiſque alteram Carolo,alteram vero Carolomanno nuptam eſſe veteres annales docent, Carolus Magnus hoc anno curat celebrari Vuormatiæ Concilium,triaque ab hoc tempore ſingulis annis Vuormatiæ,& ad Valentinianas ab eo leguntur in vita Caroli Magni Concilia celebrata.

Nodus inſolubilis in hiſt.

Extat CONCILIVM VVORMATIANVM,SIVE VVORMATIENSE, in quo poſt dignam fidei confeſſionem 80.Canones ſubijciuntur.Porrò in Capitularibus Regum Francorum,digna memoria leguntur,tunc ſuggeſta a populis,ſupplici
B corporis habitu,coram ipſo Carolo Rege; quorum hæc ſumma eſt. Ne Epiſcopi, aut clerici permittantur procedere ad bella; niſi duo, aut tres bene docti, electione videlicet cęterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium reconciliationem: *ne vos,& nos*, inquiunt, *ſimul cum pluribus pereamus,ſed eorum precibus fulciamur* &c. plura ſubduntur de oblationibus fidelium factis Eccleſiæ,quæ magno ſacrilegio vſurpantur: ſequenti Capitularium capite hæc habentur. AVCTORITAS ECCLESIASTICA, ATQVE CANONICA DOCET NON DEBERE ABSQVE SENTENTIA ROMANI PONTIFICIS CONCILIA CELEBRARI. Ex quibus colligitur, quæcunq; ſub ijſdem Frãcorũ Regibus legimus eorũ ordinatione celebrata Concilia, ea nonniſi aſſenſu Romani Pontificis habita eſſe.

Capit.Fr. li.6.c.285 & 286.

C Interea res Chriſtianorum in Hiſpania magis,magiſque fluctuant,dum præter bellum aduerſus Sarracenos,& duram ſeruitutem,quam magna ex parte ſubire cogerentur,adijceretur ciuilis diſcordia,& domeſticum malum cum perempto Froila Rege per Aurelium eius patruum, ſiue (vt alij tradunt) germanũ, idem Aurelius Regnum inuadit,hoc ipſo anno(vt Tudenſis ſupputat)Era 808.in quo tamẽ alij variant. Huius tempore etiam ſeruili bello Regnum flagrauit,cuius cauſa, vt cum Mauris fędus iniret,infamem quoque illam conditionem ſubire non renuit,vt numerum quendam Chriſtianarum virginum loco tributi quotannis Maurorum Regi Abderhamano omnium feliciſſimo perſolueret. Huius & illud fuiſſe periniquum decretum tradit Tudenſis,vt nobiles Hiſpanæ mulieres matrimonio iungerentur cum Sarracenis.

Ciuile bellũ i Hiſp. Seruile bellum. Chriſtianæ virg. traditæ Mauris. Nobiles Hiſpanæ nuptę Sarracenis.

Apud Orientales perſecutio magis,ac magis recrudeſcit; tantum abeſt, vt ex literis Stephani Romani Pont. Conſtantinus Imperator ad meliorem frugem conuerſus
D ſit: vt qui enim Conſtantinopoli monachos oẽs ludibrio affectos male perdidit; idẽ in prouincijs per earum Rectores agi curauit; & Theophanes quidẽ refert,cum hoc anno in Thracienſi præfectura, monachos omnes, & monachas Epheſi congregatos, adegit,vel connubia inire,vel priuatos luminibus in Cyprum deportari. Ex qua occaſione multi martyres effecti, multi etiam fracti miſerè perierunt; quæ perſecutio in dies ſæuiens magis,ad Conſtantini vſq. finem durauit,vt vix vllus ſuperfuerit monachus,niſi, qui ſubterraneas latebras quæſierunt,de quibus fuit S. Plato Abbas monachus montis Olympi; cuius acta Theodorus Studita conſcripſit.

Tyrãnica pſecutio Cõſtãtini in mon.

E

Chriſti Annus	*Stephani P.4.*	*Conſt.Copron.* Imp.	*Indict.*
771.	4.	31.	9.

HOc anno impius Iconomachus Conſtantinus furorẽ vertit in monaſteria virorum,atq; mulierũ,per Prætorem Thracenſiũ,ea diuendens,& oĩa vaſa ſacra,& libros,& pecora,omniaq; fiſco addicens. libros Sanctorũ PP. vitas continentes combuſſit: Venerandas reliquias igne conſumpſit,qui illas habere deprehenderentur, vt impios,puniuit. Multos monachorum interfecit verberibus, alios gladijs trucidauit;

Oĩa quæ monachorum & monialiũ eſsẽt fiſco addicit.

alijs oculos eruit; quorundam barbas cera,& oleo perungens ſuccendebat igne; alios exilijs deſtinabat; vt in toto illo tractu, ne vnus quidem ſuperſtes fuerit. Ex Theoph. A

a Aimoi. li.4. c.68. 69.

Carol. repudiat vxorē Long ob. & aliā ducit occulta de cauſa.

Hoc anno etiam (habent Francorum Annales) [a] *Dominus Carolus Rex repudiauit filiam Deſiderij Regis Longobardorum, anno, poſtquam matris hortatu eam duxerat vxorem, & Hildegardam de genere Sueuorum præcipuæ nobilitatis fœminam in matrimonium accepit.* Eadem Eginhardus in vita Caroli.

Cęterū, quid interceſſerit impedimenti, vt matrimoniū, quod contraxerat, ſolueretur, nemo prodit, ſed aliquid oīno extitiſſe, antea incognitum, ob quod legitime ſolui potuerit matrimoninm, Caroli pietas cogit opinari. Verum, ꝙ huiuſmodi cauſa ſecreta latuit; cōplures pij viri haud leue paſſi ſunt ſcandalum, cum ſic repudiatā eam, & aliam ductam viderunt a Carolo, contradicentibus Eccleſiaſticis legibus. Fuit ex his vnus Adelrhadus eiuſdē Caroli cōſobrinus, qui hac occaſione ſe ab eiuſdē Principis palatio abdicauit; ac monaſticū inſtitutū amplectēs, in Corbeienſi monaſterio, mira claruit ſanctitate. cuius vitā fideliſſime ſcripſit Paſchaſius Rathbertus [b] q. eo tpe vixit. B

b Apud Sur. 2. Ia. Trāsl. S. Huberti Leo. epi.

Hoc eodem anno tertio Caroli, & Carolomanni Regū inuento corpore venerando Sanctiſſimi viri Huberti Epi Leodienſis, integro plane, & incorrupto, & aromatum more redolente, atq; adeo facie ſudore perfuſa, 16. anno ab eius tranſitu, facta eſt eius honorificētiſſima translatio a Carolomanno Rege, maximis muneribus deuotis, & attributis, vaſorum aureorum, & argenteorum, palliorum, peregrino opere elaboratorum, fundorū, & ſeruorū. Habetur deſcripta hæc translatio a diſcipulo eius apud Sur. [c] Opportune, dū in Oriente ſacræ reliquiæ dehoneſtātur, & diſperguntur ab impio Imperatore, in Occidente regio obſequio tolluntur, adorātur, transferūtur, & regia munificentia frequentantur. Has igitur propitiationis hoſtias præmiſit ad Deum religioſſimus Rex Carolomannus, ipſe ſuo ſubſequutus aduētu. Etenim hoc ipſo anno Pridie Non. Decemb. ex hac vita migrauit anno Regni ſui, poſt patris obitum, tertio, ſepeliturque Remis. Vxor vero eius filia Deſiderij Regis Longobardorum cum filiis in Italiam pergit. Vet. Fran. Ann. [d] C

c 3. Nou.

Carolo-man. Rex obit.

d Pith. Aimoin. 4. c. 68.

Habito conuentu Epiſcoporū, Abbatum, Ducum, & Comitum Carolus, reliquam Regni partem, quæ fratris fuerat cæpit, nec aliud actum in eo conuentu.

Chriſti Annus	*Hadriani* P.	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indictio.*
772	1	32	10

AEgrotante Stephano P. octo diebus, quàm ex hac vita migraret, factione Pauli Cubicularij cognomento Afiartæ, Sergius Secundicerius, antea eius opera excæcatus, ex cellario Lateranenſi extractus, plurimis vulneribus confoſſus in ſepulchrum proiectus eſt. Stephauus Papa moritur Kal. Feb. cū ſediſſet ann. 3. men. 5. d. 28. D

Stephani P. epiſt.

Quòd ad ſcriptas ab eo epiſtolas, ex Vaticano Codice, quinque ab eo ſcriptarum epiſtolarum argumenta redduntur. Scripſit Pontificatus initio ad Pipinum petens homines doctos mitti ad ſynodum; aliam ad Carolomannū, petens, vt liceat ſibi eſſe compater, & teſtis Baptiſmi filij eius.

Aliam ad Reges fratres gratulans de reconciliata inter eos gratia, & petens, vt cogant Longobardos reddere, quæ de patrimonio S. Petri rapuiſſent.

Aliam ad Carolum, & matrem eius, gratiam agens de defenſione Eccleſiæ, & commendans Itherium, quid diligenter mandata curaſſet.

Aliam ad eoſdem Reges, commemorans inſidias ſibi per Dodonē Francorū Præfectū ſtructas: & Deſiderij erga ſe beneuolentiam, cuius ope ſe defenſum eſſe indicat. E

Aliam de non ineundo coniugio cum filia Deſiderij ad Carolum; de qua ſupra.

Hadrianus nobilis Romanus, ex Diacono Card. No. Ianu. Pontif. creatur. Hic ab ineunte ætate honeſtis ſtudijs, & pietati impēsè deditus, ob præclaram famā a Paulo Papa in clericatum allectus, & poſt a Stephano Papa, ob eandē morū integritatem, Diaconus Cardinalis factus, eidem in Pontificatu ſucceſſit. Ex Anaſtaſio.

Leg. Ven. ad Hadr. Papa.

Legati a Senatu Veneto, Gradēſis Antiſtes, Magnus presbyter, atq; Conſtantinus Tribunus, miſſi ad Stephanū Pontificē; eo defuncto Hadrianū conueniunt, & cōgra-

A tulati ipſi de ſumma dignitate, querelas de Aquileienſi Epiſcopo, qui viribus fultus Longobardorum, res, & homines Iſtros vexaret, deponunt. Hadrianus aduerſus Ioannem Epiſcopum Aquileienſem exurgens, Apoſtolicis eum cenſuris abſterruit, continuitque Epiſc. Iſtros ſub Patriarcha Gradenſi; & cum res Longob. in deterius laberentur, quorū ille potentia nitebatur, res ad longū tēpus compoſitæ ꝑſeuerarūt.

Inter hæc iidē Veneti ex Senatuſconſulto ab eodē Hadriano Pontifice, Riuoalto, vbi ipſi populo frequentiori conuenerant, Epiſcopum petiere; primuſque Antiſtes illis datus Obeliatus nomine, filius Eneagri Tribuni: ſicque res Venetæ ſub Hadriano, pacis, ac religionis augmento floruere. Pluribus autem iſta Sabellicus.[a]

Primus Venet. Epiſc.

a Enn. 8. lib. 8. prope finem.

Ipſa hora ſuæ electionis Hadrianus Papa, omnes tam de clero, quam de militia, ad tranſitum Papæ Stephani, à Paulo Cubiculario, & eius factione in exilium miſſos, reuocauit, & reliquos arcta detentos cuſtodia abſoluit; & ita omnibus cum eo exul-
B tantibus Pontificalem ſuſcepit conſecrationem. Ex Anaſtaſio.

Deſiderius Longobardorum Rex, ipſo exordio eius conſecrationis, Legatis ad eũ miſſis, eũ de reuouando fędere obſecrauit. Quibus Hadr. ita reſpondit. Ego quidē cū oībus Chriſtianis pacem cupio habere, & cum Rege veſtro in ea concordia eſſe, quæ inter Romanos, & Longobardos eſt conſtituta, deſidero: ſed qui poſſum ei credere, qui Stephano deceſſori meo, prout ipſe mihi narrauit, fidem ante corpus B. Petri iureiurando datam de iure ſuo Eccleſiæ tribuendo, fefellit? Quibus verbis auditis Legati iurare non dubitarunt Deſiderium ipſi cumulatè ſatisfacturum, & fœdus, ſi renouaretur, conſtantiſſimè ſeruaturum. Quibus promiſſis fidem habens Hadrianus, Legatos ſuos, pro negocio tranſigendo, ad eum miſit, Stephanū Regionariū, & Sacellariū, & Paulum Cubiculariū. Deſiderius reſponſi Pontificis certior factus, diffidens impe-
C trare, quod ſtudebat, vt. ſ. Carolomanni filios, qui per eos dies cum matre ad ſe ex Frācia perfugerant, Reges inungeret; quod optabat, non tā, vt gratiā à pueris iniret, quā vt Carolum à Pontificis amicitia alienaret, aut bello Ciuili, per eandem cauſam in Francia concitato, facilius Romam, Italiamq; ſubigeret. extorquere vi cupiēs, quod vltro negatum ſibi iri videbat, nondum duobus Hadriani Pontificatus exactis menſibus in Exarchatum irrupit; ac primo aduentu Fauentiam, Ducatum Ferrariæ, & Comaclum occupauit, imminens ipſi Rauennæ, quam occupatis circum circa pręſidijs, in magnam annonæ egeſtatem coniecit. Vix Legati Peruſiam peruenerant, cum nuncium accipiunt de Ciuitatibus occupatis, & à Pontifice mandatum de illis repetendis, cum ipſius literis ad Regem eum acriter increpantis, quòd à
D promiſſis per ſuos Legatos factis, reſiliret, nec modo iura Beato Petri non reſtituiſſet, ſed & alias Ciuitates occupaſſet, quas, vt reſtitueret, monebat, rogabat, & adiurabat. Quibus Deſiderius reſpondit, ſe, niſi ipſe ad ſe veniſſet, Ciuitates non redditurum. Interim dum Paulus Legationem ad Regem obit, palam fit ipſum Paulum auctorem cędis Sergij Secundicerij fuiſſe. Clam igitur, & ſecretè mandat Archiepiſc. Rauennatum, vt reuertentem Paulum à Deſiderio, Rauennæ, aut Arimini detineret, quod & perfecit. Cępit igitur Pontifex diligenter de cæde Sergij exquirere, reque planè comperta, omnes primates cleri, & militiæ, cum vniuerſo populo proſtrati ad Apoſtolica veſtigia, vltionem de tam atroci facinore expetunt. Conſortes facinoris
E publicè ſunt examinati, & conuicti, ac Conſtantinopolim in exilium acti. Acta Rauennam miſſa, ex quibus Paulus ſe reum tanti criminis eſt confeſſus.

Deſider. Exarchatum inuadit. Rauennā obſidet.

Detegit auctor cędis Sergij.

Quæſtio habet de cæde Sergij.

Hadrianus cupiens ſalutem aīæ ipſius Pauli, rogauit Conſtant. & Leonem AA. vt ipſum Paulum ad expiationem tanti reatus in partibus Græciæ, in exilio detinerent: Rurſus Hadr. Sacell. ſuū miſit ad Regē rogatū, vt ablata reſtitueret, q ī itinere Arch. & Iudices Rauennates cōteſtat⁹ eſt ex ꝓceptione Apoſt. vt interim dū Ticino reuertit ſaluū eum, & incolumē ſeruent, ſecum Romam deportandū, & Apoſt. præſentandū; verum reuerſus, inuenit eum mandato Archiepiſcopi interfectum, dequa illum temeritate, vehementer increpauit. Sed poſt aliquot dies Archiepiſcopus propria conſcientia territus, per Legatum ſuum expetijt à Pontifice literas communionis, quaſi de morte Pauli innocens eſſet, quas non impetrauit, & diu eius expers permanſit.

Paul⁹ cędis conuictus.

Interficit ab Arch. Rauenn. contra voluntatem Papæ.

Quòd

Defider. Vmbriã inuadit. Legatio Hadr. P. ad Deſid.

Quòd autem Paulus ipſe Princeps eſſet factionis Longobardorum, aduerſus eos, qui eſſent ſtudioſi Francorum, (ita quidem maximo malo diuiſa erat Ciuitas) audita eius nece Deſiderius vehementi exæſtuans ira, cum exercitu Vmbriam inuaſit, & fines Senogalliæ, Montis Feretri, Vrbini, Eugubij, cęterarumque Ciuitatum Romanę ditionis, cædibus, deprædationibus, & incendijs vaſtauit. Vtriculum occupauit, & fines Romæ Vrbis deprædatus eſt. Quare Hadrianus flectendi hominis cauſa Abbatem Sabinenſem cùm viginti ſenioribus, ſeruis Dei, venenerabilibus Monachis ad eum deprecatores miſit; qui coram Optimatibus Longobardorum cum lachrymis ad eius pedes proſtrati; nomine Vicarij B. Petri obſecrarunt, vt à tantis malis reſipiſceret, & ſua B. Petro reſtitueret, qui nihil æqui impetrarunt: ſed ipſe Rex per Legatos rurſum ſuos, vtrunque ſe præſtitutum pollicitus eſt, & ab iniuria abſtēturum, & erepta redditurum; ſi colloquij copiam faceret. Quibus Pontifex reſpondit, ablata reſtitueret, tum demum iuramento confirmauit, ſe in congreſſum venturū, quòd ſi falleret, concedo, inquit, vt reddita rurſum inuadat. Quòd ſi recuſarit, ſciat me nunquam in eius conſpectum venturum. Indeque Pardum præfectum Monaſterij S. Sabæ, & Anaſtaſium primum defenſorem, qui Ciuitates reciperent, miſit, qui cum eodem reſponſo dimiſſi ſunt. Miſſos denique alios Legatos, non ſolum non audiuit, ſed cum graui interminatione dimiſit; ſe cum exercitu ad Vrbem venturum, eamque hoſtiliter obſeſſurum. Ex quo in magno męrore poſitus Pontifex cum populo, alias Vrbis portas claudi iuſſit, alias obſtrui, & neceſſitate compulſus maritimo itinere legationem ad Carolum Francorum Regem miſit, deprecatus, vt more Pipini patris, Eccleſiæ laboranti ſuccurreret, & iura B. Petri reſtitui curaret. Hac ſua tanta proteruia in Eccleſiam Romanam Deſiderius Rex nihil aliud profecit; quàm vt interitum Regni Longobardorum acceleraret.

Hadrian. Leg. mittit in Frãciam.

Carolus Reu. Fra. bellũ gerit c. Saxones.

Dum hæc in Italia gererentur, Carolus Rex Frãcorum aduerſus Saxones bellum gerebat, cui ad eos debellandus affuit diuinum auxilium; ſiquidem cum Fanum vellet deſtruere, & oporteret ibi triduum commorari, in ingenti aquæ penuria, ſubito, Chriſti gratia, media die, cuncto exercitu quieſcente, apparuit eis torrens ebulliens ſalubres aquas, vt cunctus exercitus, & iumenta abundè recrearentur; & tandiu ebullijt aqua viua, donec Fanum deſtructum eſt. Tunc Magnus Rex Carolus ſuper fluuium Vuiſoram veniẽs, ibi habuit placitum cũ Saxonibus, & receptis obſidibus duodecim, reuerſus eſt in Franciam. Ex vita Caroli eadem in ſæpius citato veteri Chronico habentur. Ibidem mentio eſt DE VVORMATIENSI CONCILIO habito hoc anno, quod ſecundum dictum eſt, ex quo aliqua in Capitularibus Francorum deſcripta leguntur. [a]

a Lib.7.c. 205.

Synod. in Bauaria.

Rurſum verò hoc eodem anno, qui, & Taſſilonis Bauariæ Ducis numeratur 22. eodem religioſiſſimo Principe operante celebrata eſt SYNODVS in loco, qui ab accolis dicitur Dingoliunga, cuius fragmenta extant eruta in lucem à Marco Velſero Auguſtano, in hiſtoria Bauariæ.

Sarracenorũ perſecutio.

Quòd pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ, Chriſtiani populi degentes in Syria ſubditi Regi Sarracenorum Habdahæ, perſecutionem paſſi ſunt, ea occaſione, quod cum idem Rex Ieroſolymam veniſſet, Religionis ergo, illic promulgauit Edictum, quo iuberentur Chriſtiani omnes, atque Iudæi inſcribi manibus, quo à cęteris dignoſci poſſent; cuius rei cauſa factum eſt, vt complures Chriſtianorum, cum eam ignominiam ſuſtinere nullatenus vellent, ad Romanorum ſeſe Regiones transferrent, relictis bonis, quæ inter Arabes poſſiderent. Iſta hoc anno Theophanes.

Chriſti Annus	*Hadriani P.*	*Conſtant.Copron.Imp.*	*Indictio.*
773	2	33	11

VT Hadrianus: ſic Deſiderius Legatos ad Regem Carolum miſit, perfidè ſignificans, ſe cuncta, quæ ad ſedem Apoſtolicam pertinerent, reſtituiſſe, & hoc, eo

A conſilio, vt eum detineret, ne in Italiam influeret. Cum igitur nulla ratione potuiſſet Deſiderius Hadrianum ad ſe attrahere, quo eum induceret ad conſecrandos impuberes, Reges, & à Carolo abalienaret, propoſiti ſui tenax Romam cum exercitu iter intẽdit, præmittens Legatos, qui ſuum aduentum nunciarent, quibus, cum ſe Pontifici ſtetiſſent, reſpondit; ne fatigaretur Rex: fieri enim non poſſe, vt cum eo congrederetur; niſi ſibi ante plenè ſatisfeciſſet; nec tamen propterea Rex iter repreſſit, quẽ cum appropinquantem audiret; collecto exercitu, Vrbem muniuit paratus illi obſiſtere: Baſilicas BB. Petri, & Pauli ornamentis ſpoliauit, Theſauro omni in Vrbem illato, ianuas obſerari, & muniri, vt ingrediendi nulla Regi, niſi vi illata, ad ſuæ animæ interitum, facultas eſſet. Quibus actis, extemplo ſententia anathematis ſcripto miſſa per tres Epiſcopos, ne ipſe, aut quiſpiam Longobardorum, aut Autharius Franco, (qui ad eum ex Francia profugerat) fines Romanorum calcare auderet, illum à B Ciuitate Viterbienſi confuſum auertit magna vis intentatæ excommunicationis, quæ furentem Regem coercere potuit; tanta erat etiam apud impios, & iniquos de excõmunicationis ſententia timor.

Deſider. Legat. ad Caro. mittit falſa renũciãtes.
Hadr. Vrbẽ munit aduer. Deſider.
Sẽtẽtia ex cõicationiſ auertit Deſid. R.

Audita Hadriani Legatione Carolus Rex, Legatos & ipſe miſit, qui cognoſcerẽt an re vera Deſiderius Ciuitates reſtituiſſet, qui Romam cum veniſſent, nihil de reſtitutione actum cognouerunt. Redeuntes autem in Franciam cum Legatis ipſius Hadriani, declinarunt ad Deſiderium Regem, à quo tamen, nomine ſui Regis Caroli, rogati, nihil æqui impetrarunt. Quibus auditis Carolus verè mitiſſimus, noua eum tentat Legatione, precibus, & muneribus additis, nec tamen eius poteſt animũ emollire. Tunc congregato exercitu, & Gebennæ Francorum conuentu habito, ibi exercitum C diuidens, perrexit ipſe per Montem Ciniſium, miſitque Bernardum patruum per montem Iouem; & ad clauſas exercitus ſe coniunxerunt. Ibi Carolus caſtra eſt metatus, & rurſum Legatos ad Deſiderium miſit, ſuadens, & orans, vt acceptis quatuordecim millibus auri ſolidorum aliena pacificè redderet, nec tamen perſuaſit. Cupiens autem omnino Carolus rem pacificè tranſigere, à Deſiderio petijt, vt tres tantum Longobardorum Iudicum filias obſides daret, pro reſtitutione Ciuitatum, ſeque cum vniuerſo exercitu in Franciam reuerſurum, nec ſic potuit inflecti.

Ex cõuentu Gebẽnenſi tendit in Ita. Carol. cũ exercitu.
Magna Caro. mãſuetudo.

Pridie igitur, quàm Franci ſtatuiſſent recedere, quòd clauſtra illa munitiſſima perrumpi minime poſſe viderent, tantum terrorem, & trepidationem immiſit Dominus in omnium Longobardorum animos, vt eadem nocte, dimiſſis tentorijs, & omni ſupellectile fugam omnes arripuerint, nemine perſequente: quod videntes Franci, D eos perſecuti, plurimos interfecerunt. Sic quidem Anaſtaſius. Annales verò Francorum, (quod eſt veriſimilius) habent partem exercitus per mõtana Carolum miſiſſe, quæ hoſtes à tergo inuaderet, quod veritus Deſiderius, immiſſo terrore, receſſerit, ſeque cum Optimatibus, & exercitu intra Ticinum incluſerit. Aldegiſus verò filius aſſumens ſecum Autharium Francum, vxorem, & filios Carolomanni, Veronæ, omnium ſuarum Ciuitatum fortiſſimæ, ſe muniuit. Porrò Longobardi reliqui in proprias reuerſi ſunt Ciuitates; Spoletini quidem, & Reatini plures, antequam Deſiderius ad clauſas pergeret B. Petro, & Hadriano Papæ ſe dederant, ſacramento ſe illis obſtringentes, & in morem Romanorum attendentes. Quòd ipſum cum auidè reliqui expeterent, nec auderent, poſt fugam Regis à Clauſis, generaliter ſe ad Pontificem contulerunt, orantes, vt ſe in obſequium, & fidem B. Petri, & Romanæ Eccleſiæ E ſuſciperet, & more Romano tonderi curaret. Quos ſuſcipiens Pontifex adita B. Petri Baſilica, ſingulorum iuramentum excepit; conſtituens illis Ducem, quem ipſi ſibi elegerunt Hildeprandum nobiliſſimum, qui prius cum reliquis ad Eccleſiam Romanam tranſierunt, atque ita vniuerſos Ducatus Spoletini, ſine certamine, ſub iure, & poteſtate B. Petri ſubiugauit; quod ipſum omnes habitatores Ducatus Firmani, & Anconitani, & Caſtri Fulginatis præſtiterunt. Carolus progreſſus cum vniuerſo exercitu Papiam, omni ex parte, circumuallans, arctè obſedit euocatis ad Papiam ex Francia vxore, & filijs. Paulò poſt parte exercitus Veronam adducta, profugiente in Græciam Aldagiſo, ea deditionem fecit. Autharius, vxor, & filij in poteſtatem ve-

Fuga fit Lõgobar. ad clauſas.
Reg. fil. Veronæ ſe munit.
Spoletani Reatini.
Firmani, & Anconitani ſedãt Papę.

nerunt,

nerunt,& benignè habiti ſunt. Circunducto quoque,per partes,exercitu, Tranſpadanas Vrbes recepit. Ex Anaſtaſio,& Francorum Annalibus. A

Saxones Franc.inuadunt.

Interim Saxones, magno exercitu,in fines Francorum irrumpentes, cuncta cædib. & incendijs vaſtabant,donec ad quandam Baſilicam venerunt, quam ſanctæ memoriæ Bonifacius martyr conſecrauerat,& prædixerat,quòd nunquam incendio cremaretur,quam expugnare, & incendere dum moliuntur Saxones, viſi ſunt duo iuuenes in albis,qui eam ab igne protegerent, diuina prouidentia ſuper Carolum inuigilante,dum ipſe,quæ Dei ſunt,curaret.

Chriſti Annus	*Hadr. Pap.*	*Conſt. Copron. Imp.*	*Indict.*
774.	3.	34.	12

B

Carol. ab obſidione Papia Romam tendit.

Obuijs inſpectis Crucibus Carol. ex equo deſilit.

DVrante iam per ſex menſes Papienſi obſidione,Paſchali aduentante ſolemnitate, Carolum pia inceſſit cupiditas viſitandi limina Apoſtolorum. Aſſumptis igitur ſecum Epiſcopis,Abbatibus,& Optimatibus,cum parte exercitus, per Tuſciã feſtinato itinere, ab Sabbatum ſanctum Romam peruenit. Hadrianus magnopere inde lætatus: omnes illi magiſtratus ad triginta milliaria obuiam miſit; deinde ad primum lapides vniuerſas ſcholas, cum patronis, & pueris palmarum, & oliuarum ramos præferentibus,& Caroli laudes côcinnentibus: denique venerandas Cruces; quibus conſpectis Carolus,equo deſiliens cum ſuis Optimatibus,pedeſtris ad B. Petrum inceſſit,& ſingulos ſcalarum gradus oſculatus ad Pontificem aſcendit,qui illum in Atrio,ſuper gradus expectans,benignè excepit,mutuis amplexibus,& gratulationibus initis; recuſante Carolo dexteram Pontificis in Baſilicam eſt deductus vniuerſo Clero eum celebrante,& feſtis vocibus acclamante: BENEDICTVS, QVI VENIT IN NOMINE DOMINI. Inde ſimul progreſſi ad Confeſſionem Beati Petri, ad terram proſtrati, de tanta victoria Deo, & Beatorum Apoſtolorum Principi gratias egerunt. Ea re perfecta,rogauit Pontificem Carolus,vt ſibi Vrbem inire liceret,ad viſitanda templa, & vota perſoluenda; quòd Pontifex, dato vtrinq; ſacramento ſuper B. Petri corpore, neutrum ſe alteri inſidias paraturum conceſſit: Eadem die pariter Baſilicam Saluatoris Lateranenſem adierunt, & ipſa ſanctiſſima Paſchali feſtiuitate ab vniuerſis Magiſtratibus, & omnibus officijs Palatinis honorificentiſſimè deductus ad Eccleſiam Sanctæ Dei Genitricis ad præſepe, ibique Miſſarum ſolemnibus celebratis, Rex, & Pontifex ad Patriarchium Lateranenſe reuerſi, pariter epulati ſunt. Secunda feria Hadrianus Miſſarum ſolemnibus in Eccleſia B. Petri celebratis, gratias Deo agendas, & Carolo ipſi, laudeſque ipſius celebrandas ornatiſſima oratione curauit. Quarta feria in Eccleſia B. Petri in Colloquium conuenire,ibi Pontifex eum monuit, & conſtanter obſecrauit, vt quod Pipinus pater, & ipſe cum Carolomanno fratre, & omnibus Francorum Magiſtratibus, & Optimatibus promiſerat B. Petro, & eius Vicario. (Sic ſæpius Papam appellat Anaſtaſius,) ac Stephano ſanctæ memoriæ, cum in Franciam perrexit, de diuerſis Ciuitatibus, & Territorijs tradendis in perpetuum poſſidendis,id omnino perficeret. Tabulas eius ſponſionis Carolus ſibi recitari iuſſit, & abſque cunctatione cum omnibus ſuis iudicibus probauit. Quo facto Itherio notario ſuo præſenti mandauit, vt eam donationem noua altera cumularet, per deſignationem confinium; ideſt à Lunis cum Inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in Monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma,deinde in Regio,& exinde in Mantua,& Ponte Silicis, ſimulque vniuerſum Exarchatum Rauennatium; ſicut antiquitus erat, atque prouincias Venetiarum, & Iſtriæ,necnon cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneuentanum (ipſa ſunt verba Anaſtaſij,) quam donationem propria ſua manu, ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex corroborans,vniuerſos Epiſcopos, Abbates, Iudices etiam, & Graphiones ſubſcribere iuſſit. Quam prius ſuper altare B.Petri,& poſtmodum intus in ſancta eius

C D E

Anaſtaſ. ſæpe Pap. Vic. B. Petri appellat.

Donationẽ Pipini ꝓbat Carol.ᵒ,& cumulat.

confeſ-

A confeſſione ponentes, tam ipſe Francorum Rex, quàm eius Iudices B. Petro, & eius Vicario S. Hadr. Papæ, ſub terribili Sacram. ſe omnia conſeruaturos, quæ in eadem donatione continerentur promittentes tradidere, cuius donationis exemplar per ſcriniarium huius S. noſtræ memoratæ Eccleſiæ deſcriptum ſecũ deportauit. Ex Anaſt.

Iſta dum curat Chriſtianiſſimus Princeps totus deditus obſequio Apoſtolorum; Deus illi difficillimũ bellũ conficit, immiſſa in Longob. peſte, ex ea plurimis cõſumptis, deditionẽ facere coacti ſunt, atq; ita, poſt octo dies, Ticinum reuerſus, munitiſſimã Ciuitatẽ, Rege ipſo cũ vxore, & vniuerſo Longob. Regno potitus eſt. Regem, & coniugem Carolus in Franc. deportauit. Hæc pluribus Anaſt. Adagiſus verò filius Deſiderij Regis (ex Annalibus Francorũ) Verona fuga lapſus Conſtant. ſe recepit. Ticino & Rege potitur Carolus. R. cũ vxore depoſtat ĩ Frã.

Reuerſus in Franciam Carolus, in Saxones, qui rebellauerant, immiſit partem exer-
B citus, quæ tribus pugnis victoriam cum ingenti præda reportauit. Hadrianus Papa, vt debitas gratiarum actiones S. Petro perſolueret, eius confeſſionem, quaſi trophęa, & columnas erigeret de tanta ab eo accepta victoria, ac ſtatueret velut fornicem triũphalem ipſi defenſori, & propugnatori Romanæ Eccleſiæ S. Petro, auguſtiſſime auro, & argento exornauit, impenſis pluſquam trecentis auri libris, & argenti amplius quadringentis. Deſcribit ornatum illum Anaſtaſius. Filius Adagiſ. fugit Cõſtant. Confeſs. B. Pet. eximine ornat Papa.

Hic detegenda, & confutanda deteſtabilis fraus, & impoſtura Sigeberti in fine ſuæ Chronographiæ, anno 111. qui in gratiam Schiſmatici Imperatoris Henrici, vindicantis ſibi Eccleſiarum inueſtituras, confinxit Carolum poſt receptam Papiam Romam reuerſum, habitoque Concilio 153. Epiſcoporum ab Hadriano Papa, & vniuerſali Concilio accepiſſe ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, Sigeberti impoſtura.
C & inueſtiendi Archiepiſcopos, & Epiſcopos, per ſingulas Prouincias. Atque hæc ſcribebat Sigebertus, poſt annos 338. cum nullus planè re alius reperiatur eorum, qui ante eum ſcripſerunt res Francorum, qui vel leuem eius rei, vel Synodi mentionem fecerit, nec Egirhardus, qui lateri Caroli inhærens, res eius ſcribebat, vel verbum de hoc iure Carolo collato fecerit. Creditum id à poſterioribus fuit, nullo adhibito diligentiori examine, & Eccleſiaſtici tractatores nõ hæc refellere ab Hadriano Carolo conceſſa, ſed fuiſſe poſtea reuocata, oſtendere laborarunt. Ex ijs vnus Gratianus nimis credulus, eandem Sigeberti impoſturam improuidè nimis in ſuum librum Decretorum ad verbum tranſtulit,[a] quaſi aliquod firmiſſimum Pontificium, vel Synodi Oecumenicæ Decretum. Par impoſtura ab eodem Gratiano, ibidem mox apponitur, his verbis. IN SYNODO CONGREGATA ROMÆ IN ECCLESIA
D S. SALVATORIS. *Ad exemplum B. Hadriani Apoſtolicæ ſedis Antiſtitis, qui Domino Carolo victorioſiſsimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apoſtolicæ ſedis, & inueſtituram Epiſcodorum conceßit.* EGO QVOQVE LEO EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, &c. Quibus eadem ſe concedere Othoni, quæ Hadrianus Carolo, cõceſſerat, aſſertus ille Pontifex profitetur. Sed præterquam quod illa Conſtitutio nullius ſit momenti, vt facta ab illegitimo Papa, & eo, qui viuente adhuc legitimo Romano Põtifice ſederit, commentitium planè eſſe Decretum priori par cõprobatur. Nam quod in primis ad Carolum ſpectat, cuius exemplo id factum dicitur, tantum abeſt, vt Carolus ſibi arrogare voluerit, (quod aſſeritur) electiones Epiſcoporum, vt potius ſuo promulgato Decreto ſtatuerit eas eſſe liberas, atque ex ſacrorum Canonum præſcri-
E pto decerni. SACRORVM CANONVM NON IGNARI (inquit in ſuis Capitularibus,[b] VT IN DEI NOMINE S. ECCLESIA, SVO LIBERIVS POTIRETVR HONORE, ASCENSVM ORDINI ECCLESIASTICO PRAEBVIMVS; VT SCILICET EPISCOPI PER ELECTIONEM CLERICORVM, ET POPVLI, SECVNDVM STATVTA CANONVM, DE PROPRIA DIOECESI, REMOTA PERSONARVM, ET MVNERVM ACCEPTIONE, OB VITAE MERITVM, ET SAPIENTIAE DONVM, ELIGANTVR, VT EXEMPLO, ET VERBO SIBI SVBIECTIS VSQVEQVAQVE PRODESSE VALEANT.

a d. 65. c. 22. Hadr. Papa.

b Lib. 1. c. 84. diſt. 63. c. 34.

Nec

Nec verò dicendum per hæc renunciaſſe priuilegio ab Hadriano collato: nam ſi hac eſſet, aliquam ſaltem, vel leuem mentionem de eo feciſſet; ipſum quoque nomen inueſtituræ arguit impoſturam; cum temporibus Caroli minime eſſet in vſu, nec apud vllum eius ætatis auctorem reperiatur vſurpatum. Adde, quòd apud nullum auctorem mentio eſt eiuſmodi Concilij à Leone Octauo dicto Pontifice, nec quòd huiuſmodi priuilegium ſit ab eo conceſſum Othoni: ſed & repugnant his omnibus Praxis, & leges aliorum, poſt Carolum, ſucceſſorum Imperatorũ, vt quid dici poſſit fuiſſe ab Adriano conceſſum eidem Carolo Magno de electione Romani Pontificis. Nam in electione Hadriani Secundi Papæ hæc leguntur. [a] *Cum Hadrianus Secundus ad Romanum Pontificatum, ab Eccleſia Dei Genitricis Dominæ noſtræ, quæ dicitur ad præſepe, traheretur ad Lateranenſe Patriarchium, certatim à Clero, & proceribus, & plebe deportatus eſt. Quod audientes miſſi Ludouici Imperatoris moleſtè tulerunt, indignati, ſcilicet, quòd dum præſentes eßent, non fuerint inuitati, nec optatæ à ſe futuræ præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui accepta ratione, quòd non cauſa contemptus Augusti, ſed futuri temporis proſpectu omiſſum hoc fuerit (ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præſulum expectandi mos per huiuſmodi fomitem inoleſceret) omnem indignationem medullitus ſedauerunt, & ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt.* Audiens hoc Ludouicus Imperator Chriſtianiſſimus, mox Imperialem ſcribens Epiſtolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto elegiſſent officio Præſulem, collaudauit. Sed, & in edita à ſe, pro iuribus Romanæ Eccleſiæ conſeruandis, Conſtitutione iſta; [b] inter alia, habet. QVANDO DIVINA VOCATIONE, HVIVS SANCTISS. SEDIS PONTIFEX, DE HOC MVNDO MIGRAVIT, NVLLVS EX REGNO NOSTRO, AVT FRANCVS, AVT LONGOBARDVS, AVT DE QVALIBET GENTE HOMO, SVB POTESTATE NOSTRA CONSTITVTVS, LICENTIAM HABEAT CONTRA ROMANOS, AVT PVBLICE, AVT PRIVATIM VENIENDI, AVT ELECTIONEM FACIENDI. Planè, ſi quæ priuilegia conceſſa fuiſſent ab Adriano Carolo Magno: cum per Oecumenicã 8. Synod. Hadr. II. ſanciendũ curauit, vt nullus Laicorũ penitus ſe immiſceret electionibus Epiſcoporũ, monuiſſet conceſſionis huiuſmodi, & reuocaſſet, ſaltem generatim, conceſſa Carolo priuilegia; vel ſi rata, & firma ea conſiſtere voluiſſet, omnino expreſſiſſet; ſed quia reuera conceſſio nulla facta erat, nulla de illa potuit fieri mẽtio. Omittimus recitare de his ad Lotharium, & Ludouicum Imperatores, Leonis Quarti decretum; & Henrici Primi, atque Othonis Conſtitutiones, de libera electione, ex præſcripto Canonum facienda Romani Pontificis. Sed de his ſatis.

a d. 63. capit. 29.

b d. 63. capit. 30. 31. & 32.

Inter captiuos Longobardos à Carolo in Franciam abductos, vnus fuit Paulus Diaconus Aquileienſis, qui Deſiderio Regi erat à ſecretis, de quo hæc memoratu digna habet Leo Oſtienſis in Chron. Caſſ. [c] *Cum Regi Carolo, pro ſua prudentia, carus admodum, & familiaris factus Paulus eſſet; accuſatus apud Regem, quòd ex affectu Deſiderij illi pararet inſidias, non ſuſtinens Rex eum vita, nec manibus, nec oculis multare, hominem ea ſagaciiate, & prudentia, quòd ſuadebatur, apud Diomedis Inſulam (hodie Tremiti) exilio relegauit. Inde in Aulam Arichis Ducis Beneuentani tranſiens, eo mortuo, in Monte Caßino Monachum induit, vbi rogante Abbate, expoſitionem Regulæ Sancti Benedicti perutilem edidit, & veteres Monaſterij conſuetudines protulit.* Alia quoque plura ſcripſit, ſanè quidem in tam rudi ſæculo ipſe claruit, inter primos.

c Lib. 1. cap. 17. Paulus Diacon⁹ relegat⁹.

Chriſti Annus	*Hadriani P.*	*Conſtant. Copron. Imp.*	*Indictio.*
775	4	35	13

CONſtantinus Copronymus, vbi regnaſſet annis 34. menſibus duobus, diebus 26. in expeditione Bulgaria, cum eſſet diuinitus, in cruribus plaga percuſſus, & fe-

bre

A bre validiſſima correptus, dum Conſtantinopolim verſus defertur, in Chelandio moritur, clamans, & dicens. VIVENS ADHVC, IGNI SVM INEXTINGVIBILI TRADITVS; SANCTAMQVE VIRGINEM, ET DEI GENITRICEM LAVDARI EXPOSCENS, CVM SINE FOEDERE EIVS FVERIT INIMICVS. Theophanus, Cedrenus, & alij omnes auctores Græci. Magicis maleficijs, inquit Theophanes, cruentiſque ſacrificijs, & Caballinis ſtercoribus, atque lotio delectatus, mollitiebus, atque Dæmonum inuocationibus, &c. Ab hæreſibus quidem fuit inquinatus, vt Iudæus, Neſtorianus, Manichæus, Ichonomacus vocari poſſit. Scriptorum aliqua monumenta reliquit, de quibus Theoſterictus, ait ſe vidiſſe tredecim Orationes, quas, inquit, per duas hebdomadas recitandas tradidit.

Reliquit poſt ſe filium hæredem Imperij, & alios filios; ſed & filiam à parentis moribus longè diſſimilem, Anthuſam dictam, de qua in Menologio *S. Anthuſæ* B *Conſtantini Caballini Imperatoris filiæ memoria. Quæ cum ab illo cogeretur, vt viro copularetur, non acquieuit; ſed poſt illius obitum nacta libertatem, omnes ſuas diſperſit diuitias, & has quidem datas pauperibus, has autem in Eccleſiarum, et Monaſteriorum impendens beneficia; porrò reliquas in captiuorum redemptionem; ſuas autem aureas veſtes in* Eccleſiarum *ornamenta. Fuit autem multorum mater Orphanorum. Expoſitos enim ſuſcipiens infantes educabat, & inſtruebat, & hos quidem morientes Deo tranſmittebat. hos autem viuentes ad ſeruum curam mittebat; & fœminas tondens inducebat in Monaſteria. Frequenter autem à pijſſima Irene cognata, vt cum illius filio, ac pariter ſecum regnaret, inuitata non conſenſit; ſed à S. Tharaſio, Monacha in Eumeniæ Cœnobio facta ad Dominum migrauit.* Vnde autem huic Anthuſæ nomen, ex eodem Menologio dicitur, vbi 27. Iulii de alia Anthuſa fit commemoratio. *Anthuſæ,* inquit *memoria. Hæc Anachoriticam vitam* C *deligens, miraculis clara fuit. Cognita autem à Conſtantino Caballino, quòd coleret venerandas Imagines, cogebatur negare cultum earum. Non acquieſcens diu, percuſſa fuit. At poſtea* Imper. *vxori parere non valenti, prædicens, duos filios eam genituram, maſculum alterum, alteram fœminam, à tormentis eximitur. Et erga eam Regina ſic affecta eſt, vt loco matris haberet, & filiam, quam peperit, eius nomine Anthuſam nuncuparit, demum verò ipſa in pace quieuit.*

S. Anthuſa Cōſtātini Imp.

S. Anthuſa altera.

Poſt autem perſoluta poſtrema Conſtantino patri, idem Leo Imperator ſecretò cognito à Theophane, quòd illi Conſtantinus prodiderat, de Centenarijs 17. defoſſis in vſum eius fratrum, & nobiliſſimorum; ipſe totum ſibi abſtulit, & expendere cæpit, D gratus tam Optimatibus, quàm populo, viſus ad breue tempus pius eſſe, ſanctæque Dei Genitricis, & Monachorum amicus, vnde & Monachos Metropolitanos creās, in ſummis ſedibus collocauit. Ex Theophane, [a] & Cedreno. Tunc accidit, vt ipſe Platonem Olympi montis Monachum celebrem, Ciuem Conſtantinopolitanum, in Epiſcopum Nicomedienſem prouehendum curaret, ſed renuit ipſe vir Sanctiſſimus, qui in humili gradu Apoſtolicum obire munus nō prætermiſit, prout Theodorus Studita, qui hoc viuebat tempore, & res ab eo geſtas ſcriptis proſecutus, teſtatur. Eum, ait, neceſſariis quibuſdam de rebus Byzantium ingreſſum, quaſi rediuiuum ab omnibus exceptum fuiſſe, & ſuauiſſima ſua conſuetudine, & Oratione plurimum profuiſſe. Itaque, inquit ille, in illa Vrbe Regia, tanquam vexillum quoddam erexit Orationem, ſpectatæ vitæ teſtimonio comprobatam: Adde, quòd tenui, & modeſto E habitu; eos, qui eum videbant, ad virtutem hortabatur, &c. Porrò idem Sanctiſſimus vir Apoſtolicus tandiu Conſtantinopoli manſit, quandiu hæreſi profligata fides Catholica fuit poſtliminio reſtituta: tunc demum redijt ad Monaſterium ſuum.

a Lib. 23. in princ.

De Plat. Olympi Monach.

Cęterum, quod ad ſtatum Orientalis Eccleſiæ, Leo, ipſo ſui Imperij exordio, quo ſibi conciliaret omnium animos, omnibus morem gerere ſtuduit; perſeuerabat ipſe tamen hæreticus: hæreticus pariter Patriarcha Niceta iura Eccleſiæ adminiſtrabat, adeò, vt potius fuerit, obitu Conſtantini, perſecutionis ceſſatio, quàm Catholicæ fidei reſtitutio: nam vbi habenas ipſe Imperij iam ſecurè poſſidere viſus eſt ſibi, rurſum ipſos Orthodoxos perſequi aggreſſus eſt. Qua item Orientis parte Sarraceni do-

Hæretic[9] Imper. vi ſibi ſtabiliat Imp. nulli faceſſit negotium.

minabantur, morte perſecutoris Habdahæ alleuiata eſt perſecutio, ſucceſſit illi Ma- A
di filius.

Aldegiſus, ſuperiore anno ex Italia profugus, hoc anno Conſtantinopolim venit, ab Imperatore benignè exceptus, & patriciatus honore donatus eſt, vbi, cum fruſtra tentaſſet res Italiæ, abſque ſpe aliqua Regni iterum potiundi, conſenuit.

Quod autem ad Occidentales res pertinet SYNODVM à Carolo Magno in Duria habitam, Saxoneſque duobus prælijs ab eodem Rege profligatos, docent Frãcorum Annales veteres. Planè obſeruatione digna res eſt, quòd antequam in bellũ Carolus cum exercitu proficiſceretur ad componendum Ciuilem, & Eccleſiaſticum ſtatum, Epiſcopos, & Abbates conuocare conſueuiſſe. Quæ autem in tot Synodis ab eo celebratis ſtatuta fuerint; promiſcuè ſimul in librum vnum congeſſit Anſegiſus Abbas Lobienſis, quo 168. capita continentur. His planè Carolus diuinum ſibi nu- B
men concilians aduerſus hoſtes pugnans, victor ſemper extitit.

Hoc eodem anno Rotgardus Foroiulienſis Dux fidifragus, Regnum ſibi longabardorum vindicare, comparato exercitu, tentans, Carolum rurſum elicit in Italiã.

a Lib. 4. Anglicæ hiſt.

De Offa Rege Orientalium Saxonum, Polydorus hoc anno hæc habet.[a] *Deinde metu pœnæ, quapropter peccata afficiendus erat, Deum ſibi placandum conſtituens, decimam partem omnium bonorum ſacerdotibus, aliſque inopibus hominiaus condonauit: Templum, quod Herefondiæ id temporis magnificum erat, ampliſſimis donarijs cumulauit, Reliquias corporis D. Albani magno ſtudio perquiſiuit, eaſque inuentas, ac in ſcrinio auro, & gemmis ornato coniectas locauit, in Cœnobio, quod ipſe B. D. Albano poſuerat, illudque magnis dotauit poſſeſſionibus, vbi etiam loci ſtatuit familiam* Monachorum *D. Benedicti. Huius quoque Regis opus eſſe ferunt* Cœno- C
bium Monachorum eiuſdem ordinis, quod eſt Bathoniæ, Offa tamen, quem verè ſe delictorum pœnitebat, viſus ſibi nequaquam plena manu de commiſſis Deo ſatisfeciſſe; traiecto propterea Oceano Romam ſe contulit veniæ conſequendæ cauſa Romanoque Pontifici Hadriano primo Regnum ſuum vectigale fecit, impoſito tributo ex ſingulis nummis argenteis, quos denarios vocant, domeſticatim in auros ſingulos conferendis, qui fuit annus ſalutis humanæ 775.

Regn. Angl. vectigale Ro. Pont.

S. Rumoldus mart.

Hoc eodem anno martyrio coronatur apud Mecliriam in Belgio S. Rumoldus Apoſtolicus vir genere Hibernus, qui Romam petens, & à Pontifice Apoſtolatus munere initiatus, Macliniam veniens, illic Euangelium prædicauit, populumque illum ad Chriſtum conuertit: cumque Dei Verbo, & egregio virtutum exemplo, atque miraculis ex nouis palmitibus illam plantaſſet Eccleſiam, eandem fuſo ſanguine irriga- D
uit, hoc anno à duobus occiſus ſicarijs, quorum alterum Adulterij arguiſſet. Extant eius Acta.[b] Apoſtolico viro planè digna. Claruit hoc tempore, qui eius, quoque vſus eſt amicitia S. Gummarus confeſſor, qui in Aula primum Pipini Regis, magna gloria militarat. Scriptæ fuerunt res ab eo præclarè geſtæ à Theobaldo ad Sigerum Lirenſem præpoſitum.[c]

b Apud Sur. 1. Iul. & Mol. ĩ Nati. SS. Belg.

c Apud Sur. 22. Octob. Ioan. Marian. verũ Hiſp. lib. 7. c. 6.

Hic eſt annus, qui Era Hiſpanica notatus 813. qua Tudenſis habet defunctum eſſe Aurelium Regem Gallæciæ, ſuffectumque in eius locum Silum, ſiue Silonem eius ſororis filium: referunt alij id factum anno ſuperiori, auctoritate Diplomalis donationis factæ Monaſterio, Era 812. eius Regni anno primo. De quo nobilis rerum Hiſpaniarum hiſtoricus. Eſt autem, inquit, ad memoriam inſignis, ijs in literis, contenta execratio, qua eius donationis violator iubetur eſſe, ANATHEMA MA- E
RANO, ET EXCOMMVNICATVS. Vnde intelligitur Marrani vocem vulgarem non à Mauris, quaſi Mauriani, vt quidam ſuſpicantur factam, ſed potius ex Syriaca voce Maranatha deductam, qua Anathematis ignominia, execratioque in Diuinis literis continetur.

A

Chriſti Annus	*Hadriani P.*	*Leonis 4. Imp.*	*Indictio.*
776	5	1	14

LEO Imperator, primo ſuo anno, ob liberalitatem gratus Conſtantinopolitanis ciuibus, Conſtantinum filium illis enixè petentibus, & ſacramento ſe illi obſtringentibus, dat Imperatorem, & curat à Patriarcha magna celebritate coronandũ. Ex Theophane.

Paulò poſt Nicephorus Cęſar Imperatoris frater, poſtulatus reus Maieſtatis, vnà cum alijs conſpirationis ſocijs, publicè cęſus, ac tonſus, ignominiæ cauſæ Cherſonã in exilium deportatur. Ex eodem Theophane.

B Carolus Magnus aduerſus Rotgardam Ducem Longobardorum Foroiulienſem, nouas res molientem, in Italiam nullo obice venit, & magna celeritate victum, occidit, captiſque Foroiulio, atque Taruiſio, quæ rebellauerant Ciuitatibus Francorum præſidium imponit, & Taruiſij Paſcha celebrat.

Interim rebellantibus Saxonibus, & Eresburgo Caſtello deſtructo, cum pararent magna vi Sigisburgum expugnare, diuino miraculo conterriti, & in fugam acti, ſe inuicem partim trucidantes, partim à Francis irruentibus cęſi, egregiam victoriam illis reliquerunt. Quæ cum audiſſet Carolus IN VVORMATIA SYNODO HABITA, & publico placito, atque Concilio, feſtinauit in Saxoniam. Saxones conterriti vndique ad eum conuenerunt deditionem facientes, & ſpondentes ſe Chriſtianos futuros. Baptizata itaque eſt innumerabilis multitudo, & obſidibus ad nutũ C Caroli datis, & Francis per Caſtella diſpoſitis, Carolus reuerſus eſt in Franciam.

Saxones profligati, & deditis.

Neque verò hi conuentus Laicales tantum, & Politici fuerunt, vt quidam falsò opinati ſunt; ſed planè Eccleſiaſticæ Synodi, quibus quidem non modo Epiſcopi, & Abbates, ſed & Magiſtratus politici intereſſent. Quas Synodus bis in anno fieri ſancitum fuerat apud Palatium Vernis, anno Pipini 4. & ſemel in anno, Canone Concilij Sueſſionenſis, quem Carolus eſt ſecutus, vt ſemel in anno Synodum celebraret.

Chriſti Annus	*Hadr. Pap.*	*Leonis 4. Imp.*	*Indict.*
777	6	2	15

D

REX Bulgarorum Telericus, Chriſtianæ religionis amore ſuos deſerens, confugit ad Imperatorem, à quo benignè exceptus, & ex baptiſmo ſuſceptus, Patriciatus honore donatus, etiam conſobrinam coniugis Irenæ in coniugem ab eo accepit. Ex Theophane.

Telericus R. Bulgarorum ad Chriſtianos confugit.

Theophanes, (qui & Iſaacius dictus) nobiliſſimi Ciuis Conſtantinopolitani filius, accuſatur à Socero, quòd vnà cum coniuge minimè liberis operam daret; vitam Monaſticam domi exerceret, bona ſua pauperibus diſtribueret: Leo Imperator illi interminatus, niſi à propoſito deſiſteret, ſe illi oculos effoſſurum, Cyzicum eum præclarum E illi munus committens, miſit. Hic in itinere præclaro ſeni Gregorio prophetiæ ſpiritu ornato, occurrens, certum ſibi, ait, exilium eligere voluntarium: cui ille ſpiritu diuino illuſtratus. Non eſt, quod de exilio cogites, paulò poſt, ſocero, & Imperatore defunctis, priſtinam vitam tibi repetere licebit, cui in itinere ardenti ſiti languenti, fons diuinitus erupit, quo ſitim reſtrinxit: reliqua ſuo loco, quæ à Studita ſcripta putantur.

Prędictio futurorũ.

Miraculum.

Carolus Magnus ad ſtabiliendam Saxonum Eccleſiam SYNODVM HABET PADERBVRNE, vbi Saxones baptizati iuramento firmauere, ſe Chriſtianam fidẽ perpetuò ſeruaturos, excepto vno Principe eorum Vuidichindo, qui cum paucis in Normandiam profugit.

Excepit in eadem Synodo tres Sarracenorum Principes, ab Hiſpania ſe dedentes, cum Ciuitatibus, quibus à Rege præfecti fuerant. Acta Caroli Vetus Chroni. Annales Franciæ, & Regino. A

Chriſti Annus	*Hadr. Pap.*	*Leonis 4. Imp.*	*Indictio.*
778	7	3	1.

Car. Nauarrã obtinet. Vaſcones in mõtib. Franc. cędunt.

CArolus, diſſidentibus inter ſe Sarracenorum Regibus, vſus occaſione, ducto in Hiſpaniam exercitu Nauarram ſubigit: Pampilona, & Cęſarauguſta potitus, quas mœnijs nudatas reliquit. In reditu, Vaſcones, locorum opportunitate, extrema exercitus cæciderunt, cadentibus duobus, prę alijs, inſignioribus Eggobando Regiæ menſæ præpoſito, & Ruthlando Britannici littoris præfecto. Eginhardus in vita Caroli. Franc. Annales. B

Aragon. ſe à Sarracenis in libert. vindicant.

Regnabat tum in Hiſpania in Regno Legionis, & Aſturiorum Silo gener Alphõſi Catholici, qui pace cum Sarracenis compoſita, tranquillã egit vitam ab Era, vt Tundenſis habet 813. vſque ad 821. ideſt ab Anno Domini 775. ad annum 783. Cum interea Aragonenſes Principe Anſar ſeſe à Sarracenorum iugo magna animi generoſitate vindicantes, libertatem conſequuti, indefeſſo pro ea ſtudio, decertauerunt.

a In append. ad vit. S. Suithberti, apud Sur. 1. Martij, c. 5. 6. & 7.

Vltio in ſacrileg.

Saxones, & Vueſtfali captata occaſione longè abſentis Caroli impulſu Vuidichindi rebellantes, omnia obuia cæde, & incendio vaſtarunt, vſque ad Rhenum. Vetera Chron. Franc. & Annal. Digna memoria ſunt quæ S. Ludgerus Epiſcopus Monaſterinſis narrat in Epiſtola, [a] ad Xisfridum Traiectenſem Epiſcopum de Vuerdæ oppido deſtructo, Eccleſia incenſa, Sacerdotibus cęſis à Saxonibus. Vis diuina emicuit in nefarium quendam Ogellum Oeſterbach de Paderborne, qui iactans ſe de Sancti Suithberti Eccleſia incenſa, retrorſum cadens ceruices fregit, nec vnquam in Cęmeterio condi potuit, effoſſa terra ſæpius in foſſam relabente. Quod cum auditum eſſet à duobus præcipuis Satrapis Nothelino, & Occone, indignantibus, cum dicerent id caſu accidiſſe, non ex vindicta alicuius Sancti, & minimè S. Suithberti: Nothelinus quidem lumine oculorum priuatus, & totius corporis doloribus afflict[us], non prius ſanatus eſt, quàm vouit viſitare Sancti ſepulchrum, & Eccleſiam pro viribus reſtituere. Occo verò, & ipſe dum iactat, quàm benè vlti eſſent Saxones vim à Chriſtianis illatam Vuerda deſtructa, & Eccleſia incenſa, repente ſurdus, & mutus effectus; ſic diu permanſit, donec pœnitentia ductus vouit Sancti ſepulchrum viſitare, & ſeruituti eius ſe mancipare, quo voto concepto, ſenſuum vſum recuperauit, & adita eius pie Eccleſia, ibidem Deo ſeruiens, conſenuit. Hæc pluribus S. Ludgerus genere Friſius, Friſiorumq; Apoſtolus, qui hoc tempore Friſiorum conuerſioni operam dabat, ante educatus ſub diſciplina S. Gregorij diſcipuli S. Bonifacij martyris in Eccleſia Traiectenſi, & in Anglia diſcipulus Albini, ibidem ſacras literas profitentis. Albinum hunc Eboraci ſacras literas ſumma cum Laude profitentem, Bedæ diſcipulum fuiſſe tradunt, & Caroli Magni præceptorem. Cum tamen ipſemet profiteatur Egbertum Archiepiſcopum Eboracenſem ſuum fuiſſe præceptorem in Epiſtola ad Eadbaldum Epiſcopum item Eboracẽſem, de quo Egberto Anonymus, qui poſt Bedam Anglorum res eſt proſecutus. *Hic*, inquit, (Egbertus) *omnium liberalium artium, vt ita dicam, armarium, imò ſacrarium fuit, & nobiliſſimam Eboraci bibliothecam inſtituit.* C D E

b Appẽd. de diuin. offic.

Quòd verò dicatur idem Albinus Caroli fuiſſe magiſter, de eo idem auctor iſta ſubiungit. [b] *Hic eſt Albinus, qui vt dixi, pro pace ad Carolum directus, & ibi, ſeu terræ amænitate, ſeu Regis humanitate captus, reſedit, magnique apud eum habitus, Imperialem animum (quantum ab Aulicis curis vacabat) Dialectica, Rhetorica, & etiam Aſtronomia compoſuit. Erat enim omnium Anglorum, quos quidem legeris poſt Beatum Adelmum, & Bedam, doctiſſimus.* Multis libris inge-

A nij periculum fecit. Hæc Auctor. Sed demus de Mathematicis ſcientijs, vel philoſophicis Albinum cum Carolo diſſeruiſſe: certè quidem ſacrarum rerum ſcientia adeò idem Carolus erat imbutus, vt magiſtri potius, quàm diſcipuli locum teneret. Siquidem in ea facultate, non Carolus Albinum, ſed Albinus Carolum conſulebat. Docent quidem id literæ eiuſdem Albini ad ipſum Carolum, quibus eum conſulit, & Caroli ad eũ de propoſita quæſt.[a] CAROLVS GRATIA DEI REX FRANCORVM, atque LONGOBARDORVM, & PATRICIVS ROMANORVM DILECTISSIMO MAGISTRO, NOBISQ; CVM AMORE NOMINANDO ALBINO ABBATI IN DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO ÆTERNAM SALVTEM.

Carolus quãtus in Theol.

a Appẽd. ad Abinũ de diuin. offic.

Peruenit ad nos Epiſtola miſſa à religione prudentiæ tuæ; quæ poſt laudes, & benedictiones omnipotenti Deo debitas nobis, & progeniei noſtræ benedictionem optabilem, ſummamque beneuolentiam detulit. B Poſt hæc textus illius inquirendo ſubiectus eſt; Cur ſeptuageſima, & ſexageſima, & quinquageſima in ordine per dies Dominicos ante quadrageſimam dicantur, vel ſcribantur, &c. Pluribus quidem, & quã doctiſſimis ſatisfacit propoſitis quæſtionibus; ex quibus facilè iudices, quantum ſacrarum rerum ſcientia præcelleret eum, quem magiſtrum vocat Albinum, vt intelligas magiſtri titulum, illi pòtius honoris cauſa inhæſiſſe, quàm vt Carolus loco diſcipuli eſſet habendus. Planè non tantum magnus, ſed & ter maximus bellica fortitudine, ſcientia, & pietate. Legendi, inquit Eginhardus in eius vita, atque pſallendi diſciplinam diligentiſſimè commendauit; erat enim vtriuſque admodum eruditus; quanquam ipſe, nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſſe, & in communi caneret. C Sacrorum veſtimentorum ſignificationem per Archiepiſcopos diligenter explanari curaſſe, teſtis eſt Amalarius.[b]

Carol. ter Maxim⁹.

b De diu. offic. li. 1. cap. 29.

Martyrologia, ſiue S. Hieronymi, ſiue Bedæ, quòd nimis breuia viderentur, aliquantum dilatari per Vſuardum Monachum voluit. Eſt de his ad Carolum auctoris breuis præfatio. Sed & eundem Albinum Flaccum de diuinis officijs libros, eius monitu elaboraſſe, firma eſt omnium ſententia. Quin etiam, quæ ad officia Eccleſiaſtica rite diſponenda Hadrianus Papa elaborauit, (vt Amalarius ait,) de ordine Antiphon. in præf. 1. & 2. Antiphonarium, atque Reſponſoriale, ea omnia petitione Caroli ab eo edita eſſe, pariter exiſtimantur. Sed & quod præſtat cæteris, eidem Carolo Magno; [c] debemus ingens opus illud ab eodem Albino elaboratum, quo totius veteris ſcripturæ, tam veteris, quàm noui Teſtamenti vulgata editio eſt emen- D data, cui, vt antiquiori, qui noſtra ætate in emendatione vulgatæ laborarunt, plurimũ detulerunt. Extat in Vallicellana Bibliotheca Romæ is Albini labor, ad cuius finem plura ſunt Epigrammata. Ex quibus ſufficiat duplex Diſtichon.

Martyrolog. dilatari curauit per Vſuardum, Carolus.

c Capit. lib. 6. capit. 227.

Mercedes habeat Chriſto donante per æuum

Tot Carolus Rex, qui ſcribere iuſſit eum.

E *Pro me quiſque legas verſus, orare memento:*

Albinus dicor ego: tu ſine fine. Vale.

Auctus eſt hoc anno Carolus ex Hildegarda vxore duobus maſculis, quorum altero decedente, alter ſuperſtes, Ludouicus vocatus. Apud Aimoin.[d]

d Lib. 5. cap. 1.

A

Chriſti Ann.	*Hadr. Pap.*	*Leonis 4. Imp.*	*Indictio.*
779	8	4	2.

CArolus Magnus primum, quæ Dei ſunt curans, quàm bellica inchoaret, SYNODVM IN VILLA DVRIA habuit, mox in ipſo procinctu, expoſcente Roberto Abbate SS. Vincentij, atque Germani Pariſiorum Epiſcopi, confirmauit, quæ eorum Monaſterio Pater Pipinus bona contulerat, & alia ipſe adiecit. Extat ipſum priuilegium, quod qui interfuit rebus à ſe ſcriptis, (vt ipſe teſtatur) recitat apud Aimoin.[a] His ex more præuijs pietatis officijs aduerſus Saxones profectus, fugientibus illis, incruento bello Saxoniam, atque Vueſtphaliam debellauit, receptiſque ab ijſdem obſidibus, firmatiſque rebus denuo per iuramentum, in Franciam redijt. Franciæ Annales hæc pluribus, & Regino. B

a 4. c. vlt. & 5. c. 1.

Chriſti Annus.	*Hadr. Pap.*	*Leonis 4. Imp.*	*Indictione*
780	9.	5.	3.

Martyres ſub Sarracenis.

CHriſtiana Eccleſia à Sarracenis in Syriam dirè vexata eſt: Madi eorum Principe Edictum promulgāte, vt omnes, qui ex Iudæis, & alijs infidelibus ad Chriſtianam fidem tranſiſſent (quorum ingens erat numerus, ex ijs, qui ſeruilis conditionis, cum eſſent, religionem ſuſceperant Chriſtianam) deſertores efficerentur, alioqui pœnis acerbiſſimis plecterentur. Qua occaſione plurimi martyrio coronati, mulieres etiam complures, poſt innumera ſupplicia, martyria, ſumma gloria, conſummarunt. Ab eodem iuſſæ ſunt Eccleſiæ ſolo æquari, quod factum eſt in tota Syria, Damaſcum vſque, idque contra pacta conuenta paſſi ſunt Chriſtiani, vt qui ea ſe conditione dediderant Sarracenis, vt Chriſtianæ religioni benè eſſet conſultum, ſimulque Sanctis Eccleſijs. Ex Theophane. C

Hoc ipſo anno Conſtantinopoli defuncto Niceta hæretico Patriarcha, ſubrogatur in eius locum Paulus Cyprius, conſcientia quidem Catholicus, ſed ob metum Imperatoris hæreticus Iconomaſthus. Ex Theophane. D

Leo Imperator media Ieiuniorum ſeptimana duas Imagines reperit in puluinari vxoris ſuæ Irenes, quas inquiſitione facta, depræhendit eas à Papia Palatino, Iacobo Protoſpatario, Strategio, & Theophane Cubiculario fuiſſe illatas, quos, & cruciatibus, ſupplicijſque grauiſſimis addixit: In vxoremque Irenem acriter innectus, obiecit, quod patri ſuo Imperatori, horribilibus, atque intemeratis fidei myſterijs prolatis diuerſum planè iuraſſet, conſtanter aſſeuerantem eas, non à ſe vitas, eum à ſe repulit neque poſtea is rem cum ipſa habuit. Theophanes.

Cum Leo Imperator inſaniret circa lapides pretioſos, nimis adamauit Coronam magnæ Eccleſiæ, & accipiens portauit eam. Tunc exierunt Carbunculi in capite eius, & correptus valida febre, mortuus eſt, cum regnaſſet annis quinque, & diebus ſex. Ipſa ſunt verba Theophanis. E

Tunc, perigit idem, ſexto Idus Septemb. Indict. 4. Irene pijſſima cum filio ſuo Conſtantino glorioſè Imperium diuinitus accepit. Poſt quadraginta verò dies Imperij eius, cum eius filius eſſet decem annorum, quidam Senatorum conſilium facientes, voluerunt educere Nicephorum Cæſarem, & Imperatorem ſtatuere: cum autem hæc ad eius notitiam perueniſſent, tenti ſunt Gregorius Logotheta Promi, & Bardas dudum Prætor Armeniorum, & Theophylactus Rangali Drungarius duodecimæ Inſulæ, & multi alij, quos cæſos, & tonſos in diuerſis Inſulis, exilio relegauit.

Porrò

A Porrò mariti fratres Cęſares, ac nobiliſſimos, tonſos, ſacerdotio fungi, & populo cõmunionem in feſtiuitate natiuitatis Chriſti porrigere fecit, in qua procedens, Imperatorio more, publicè cum puero reddidit Eccleſiæ ſtemma (coronam ſcilicet,) quod fuerat à marito ſublatum, pulcherrimè fabrè factum, & venuſtatum. Cęterum interea pijſſimi Principes fiducialiter agere cęperunt, & Verbum Domini dilatare, & qui volebant ſaluari, ſine prohibitione mundo abrenunciare, & glorificationem Dei exaltare, atque omne bonum manifeſtare. Hæc verba ipſius Theophanis. Pluribus autē, & elegantiùs hæc eadem Theodorus Studita in vita S. Platonis, ſubobſcurè tamen, notam omnibus illius temporis hominibus, rem geſtam paucis perſtringens. Illud planè ſignificãs, Iconoclaſtas, qui ſub duobus, vel tribus Imperatoribus ipſis fauentibus, altas radices fixerant in ſolo impietatis, haud ſimul, ac principes Catholici illuxere, dediſſe manus, ſed magnopere reſtitiſſe, refragatos eſſe, Conciliabula conuocaſſe, & alia id genus operatos eſſe, ne pietas, quæ tandiu oppreſſa iacuerat, aliquo pacto reſurgeret. B

Quod ad huius anni res geſtas pertinet, addit Theophanes admiratione dignum euentum, quem cum omnes, tam Græci, quam Latini hiſtorici æquè aſſeran t, non eſt prætermittendus. Hoc etiam anno, inquit, in longis Thraciæ muris, quidam homo fodiens inuenit arcam lapideam, quam cum expurgaſſet, & eleuaſſet, reperit virum iacentem, & conglutinatas arcæ literas, continentes hæc.

CHRISTVS NASCETVR EX VIRGINE MARIA: CREDO IN EVM, SVB CONSTANTINO, ET IRENE IMPERATORIBVS. O SOL ITERVM ME VIDEBIS.

Hoc eodē anno Carolus Magnus Lippiæ in Saxonia SYNODVM HABVIT. C In ea Synodo actum de erigendis ſedibus Epiſcopalibus in Saxonia. Colligitur ex Cratzio, qui profitetur hoc anno prima iacta fundamenta Eccleſiæ Oſnaburgenſis; ipſe verò Carolus teſtatur diplomate primam à ſe erectam Eccleſiam Oſnaburgenſem in honorem S. Petri, & SS. MM. Criſpi, & Criſpiniani. Poſt hanc autem erexiſſe liquet in Epiſc. Eccl. Salingenſtadienſem, eamq; nomine S. Steph. Protom. D.O.M. conſecraſſe. Paruam quoq; Eccl. hoc anno Padebornæ ab eodem Carolo conſtitutam eſſe Acta 15. Meinulphi Diaconi teſtantur.[a] Hæc ſunt cunabala Eccleſiæ Saxonum ſæpe Euang. ꝓfitentiũ, ac deſerentiũ, cum tandē armis Caroli in Chriſt. Relig. retenti ſunt: ſed quò tardiùs, eò ꝓpenſius, quã nouerant verã Relig. poſtea excoluere, vſq; ad noſtra tempora, quibus eiurata antiqua, & Catholica fide hæretici facti ſunt. D

[a] Apud Sur. 5. Octob.

Chriſti Annus	*Hadr. Pap.*	*Conſtant. & Irenes Imp.*	*Indictio.*
781	10.	2	4.

ANnales Franciæ ſub Caroli filio Ludouico conſcripti. *Inde anno* (inquiunt) 781. *Romam veniens Carolus, honorificè ab Hadr. ſuſceptus eſt, & cũ ibi ſanctum Paſcha celebraret, baptizauit idē Pont. filiũ eius Pipinum, vnxitque in Regē Ludouicum fratrem eius, quibus & Coronam impoſuit: quorum maior Pipinus in Longobardia: minor autem in Aquitania Rex conſtitutus eſt. Rege verò Roma* E *digreſſo, ac Mediolanum veniente, Thomas eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus baptizauit ibi filiam eius, nomine Giſlam, & de ſacro fonte ſuſcepit. Quibus geſtis in Franciã reuerſus eſt. Sed cum Romæ eſſet: conuenit inter ipſum, & Hadrianum Pontificē, vt ſimul Legatos mitterent ad Taſſilonem Ducem Baioariæ, qui eum commonerent de ſacramento, quod Pipino Regi, ac filijs eius, ac Francis iurauerat, ſcilicet, vt ſubiectus eis, ac obediens eſſet. Miſſis Legatis, acquieuit monitis, Regem ad Vuormatiam adijt, iurauit, obſides, qui imperabantur duodecim dedit, ſed non diu in fide permãſit. Vetus Chronicon his addit, eodem tempore multa ſigna apparuiſſe; inter quæ ſignũ Crucis in veſtimentis hominum frequentiſſimè viſum.*

Caro. Romã venit.

Quã coleret Carolus Ro. Eccl.

Eginhardus de pietate Caroli erga Romanam Eccleſiam, hæc habet in eius vita. *Carolus colebat præ cæteris ſacris, & venerabilibus locis, apud Romam, Eccleſiam S. Petri Apoſtoli, in cuius donaria, magna vis pecuniæ, tam auri, quam argenti, necnon, & gemmarum ab illo congeſta eſt; multa, & innumera Pontificibus munera miſſa. Nec ille toto Regni ſui tempore, quidquam duxit antiquius, quam vt Vrbs Roma ſua opera, ſuoque labore, veteri polleret auctoritate, & Eccleſia S. Petri non ſolum per illum tuta, ac defenſa; ſed etiam ſuis opibus præ omnibus Eccleſiis eſſet ornata, ac ditata. Quam cum tanti penderet; tamen intra 47. annorum quibus regnarat, ſpatium, quater tantum, illò votorum ſoluendorum, ac ſupplicandi cauſa, profectus eſt.* A

Quater Rom. Carol. Voti. cauſa adijt.

Hoc eodem anno Irene Imperatrix per Legatos Caroli filiam primogenitã Rotdrudrim nomine Conſtantino filio duodenni expetijt vxorem, & obtinuit, vt ſponderetur interpoſito vtrinque iuramento, relicto interim apud eam, qui doceret linguam Græcam, & erudiret ſecundum mores Romani Imperij. Interea verò pace ſoluta cum Francis, dimiſſa Caroli Regis filia, Irene mater ex Armenia coniugem filio quæſiuit; ex quo tempore domeſticum exortum eſt bellum, inter matrem, & filium. Ex Theophane, & Eginhardo. B

Pax inter Carol. & Irenẽ ſoluitur.

Hoc pariter anno, rebellante Helpidio Patricio, Siciliæ Prætore, Theodorus Patricius in eum cum claſſe immiſſus eſt; qui cum ſe vrgeri videret, aſſumpto theſauro, accepta à Sarracenis ſecuritate, in Africam nauigauit; ibique, vt Romanorum Imperator eſt cultus. Quæ cauſa fuit, vt cum Madi Princeps Sarracenorum Aaronem filium ſuum miſiſſet ad infeſtandum Orientale Imperium, occupato exercitu bello Ciuili, coacta fuerit Irene illi vectigale Romanum Imperiũ conſtituere. Ex Theoph. C

Rebellat Prętor Sicilię, & in Afr. fugit retinẽs rationẽ Imper.

Chriſti Annus	Hadr. Pap.	*Conſt.& Jrenes* Imp.	*Indict.*
782	11	3.	5.

Staurat. D. ouans ď Sclauis redit Cõſtant.

STauratius Dux Orientalis militiæ, ſclauis è Græcia, & Peloponneſo profligatis, ac Imperij tributarijs factis, cum captiuis, ac ſpolijs onuſto exercitu, ouans ſequenti anno reuertitur Conſtantinopolim. Ex Theophane.

Ioannici⁹ ex milite, & poſt Mon. Iconocl. Cathol. anachoreta.

Erat tunc in expeditione iſta inter Excubitores Ioannicius miles, ob egregia facta, ſpectatus ipſe quidem, qui Iconoclaſta cum eſſet, apud montem Olympum, magno Dei beneficio diuinitus admonitus per S. Anachoretam his verbis. O fili, inquit, Ioannici: ſi magnum tibi eſt Chriſtianum eſſe, & nominari, cur Chriſti Imaginem deſpiciens, efficis, vt labor virtutis à te fruſtra ſuſcipiatur? Quibus auditis miratus, hæreſi abdicata, ad Catholicam tranſijt Eccleſiam, & mirifica claruit ſanctitudine. Extant res ab eo præclarè geſtæ, ab Auctore eius temporis ſcriptæ. D

Quo pariter anno à Carolo Magno habita eſt SYNODVS COLONIENSIS, cui cum intereſſet, excepit Legatos diuerſarum gentium; cum interea, Vuidichiado ſolicitante, Saxones rebellaſſent; iterumque victi ſunt, quod ipſum ferè contigit per ſingulos annos, de quo præſtat audire, quòd Eginhardus ſimul cuncta perſtringens, vſque ad finem belli, habet his verbis:

B. Saxonicum p 33. ann. geſtũ

Suſceptum eſt, inquit, contra Saxones bellum, quod magna vtrinque animoſitate, tamen maiore Saxonum, quam Francorum damno, per continuos trigintatres annos gerebatur. Poterat ſiquidem citius finiri; ſi Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu eſt, quoties ſuperati, ac ſupplices Regi ſe dederint, imperata facturos polliciti ſint, obſides, qui imperabantur, abſque dilatione dederint, Legatos qui mittebantur, ſuſceperint, aliquoties, ita domiti, & emolliti, vt & cultum Dæmonum dimittere, & Chriſtianæ Religioni ſe ſubdere velle promitterent. Sed ſicut ad hæc facienda aliquoties proni: ſic ad eadem peruertenda ſemper fuere præcipites, vt non facilè exiſtimare poſſis, ad vtrum horum faciliores verius dici poſſent; quippe cum E

poſt

A *poſt inchoatum cũ eis bellum, vix annus vnus exactus ſit; quo non ab eis huiuſmodi facta ſit permutatio: ſed magnanimitas Regis, ac perpetua, tam in aduerſis, quàm proſperis mentis conſtantia, nulla eorum mobilitate, vel vinci poterat, aut ab iis, quæ agere cœperat, defatigari.* Ac demum concludit, omnibus, qui reſiſtere poterant in poteſtatem redactis, ac decẽ millibus ex ijs, qui vltra ripas Albis fluminis incolebãt, cum vxoribus, & liberis per Galliam, & Germaniam diſperſis, & in vnum cum illis populis coaleſcentibus, finem bello impoſitum.

Cęterum hic opportunè ingerendum eſt, quod ad memoriam inſigne teſtatur Gregorius Papa VII. in Epiſt. vlt. lib. 8. nu. 23. ad ſuos Legatos in Galliam miſſa.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, DILECTIS FILIIS NOSTRIS P. ALBANENSI EPISCOPO, ET G....... PRINCIPI SALERNITANO LEGATIS NOSTRAE APOSTOLICAE SE-
B DIS IN GALLIAS SALVTEM, ET APOSTOLICAM BENEDICT.

Vobis commiſſa negotia nõ latent; etiam vos, ita, ac ſi noſtra, imo, quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta dignè peragite. Dicendum autem eſt omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquæque domus ſaltem vnum denarium annuatim ſoluant B. Petro (ſi eum recognoſcunt Patrẽ, & Paſtorem ſuũ) more antiquo. Nam Carolus Imper. *ſicut legitur in Tomo eius, qui in* Archiuo *Eccleſiæ B. Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad ſeruitium Apoſtolicæ ſedis, ideſt Aquiſgrani; apud Podium S. Mariæ, & apud S. Egidium, excepto hoc, quòd vnuſquiſque propria ſua deuotione offerebat.*

Idem verò Magnus Imperator Saxoniam obtulit B. Petro, cuius eam deuicit adiutorio. Et poſuit ſignum deuotionis, & libertatis; ſicut ipſi Saxones habent ſcriptum;
C *& prudentes illorum ſatis ſciunt.* Hæc Gregorius, quæ cum facta dicat à Carolo iã Imperatore; nonniſi ad finem belli Saxonici ea contigiſſe putandum eſt.

Chriſti Annus	*Hadriani* P.	*Conſt. & Irenes* Imp.	Indictio.
783	12	4	6

HOC anno Hildegardis Regina vxor Caroli Magni, & eiuſdem mater, fęminæ ambæ pietate inſignes, excedunt è vita. Carolo Magno expugnante propugnacula rebellium Saxonum, Carolus iunior eius maior natu filius, infeſtiſſimos, ma- Matris, & vx. Carolo. obit.
D gno numero, Vueſtphalos profligat, in quo prælio mirandum quid, quod accidit, narrat S. Ludgerus in Appendice ad Acta S. Suithberti, de quodam Brunone viro ſtrenuo, & diuite, & bono Chriſtiano Vueſtphalo, qui ex ijs, quæ diuinitus contigerant circa Ogellum, Occonem, & Nothelinum à Deo percuſſos, & interceſſione S. Suithberti ſanitati reſtitutos, ſibi deinceps præcipuo honore colendum delegit S. Suithbertum, ad cuius honorẽ quotidie vnã orationẽ dominicã, & Angelicã ſalutationẽ recitabat orans, vt ſibi ſuo fauore propitius adeſſet. Hic igitur, coactus per ſuum Satrapã huic prælio contra Chriſtianos inuitus adeſſe, in prima acie pugnans multis vulneribus acceptis, & in pectore haſta confixus corruens ad terram pedibus equorum pro-
E culcatur, ita vt de vita deſperaret: memor autem S. Suitberti piè ſe illi ex animo cõmendauit, vouens, ſi incolumitas daretur perpetuo illi ſeruitio ſe addicturũ. Adfuit illi ſtatim S. Suithbertus, cum magno ſplendore, etiam victoribus Chriſtianis conſpicuo, & bene ſperare iuſſit. Victores ex ſplendore ſuſpicati, quod erat, conquiſitum inter cadauera reperiunt exanguem, & ſemiuiuum; quem re tota cognita ſublatum, refouent, & curant, & Deum in S. Suithberto celebrãt. Carolus hominem ſibi præſentatũ ad honorẽ Sãcti libertati reſtituit, & eũdẽ Sãctũ deinceps pcipuè coluit, diſperſos conuẽtus S. Suithberti fratres reuocauit, & eius Eccelſiam pretioſè ornauit, & locupletauit: multi quoque Saxones, & Vueſtphali miraculo cognito, eum in ſpecialẽ patronum adoptarunt. Hæc Sanctus Ludgerus latiùs.

Porrò iſta hoc anno cępta, in ſequentem annum ſunt propagata: ſiquidem Annales Franciæ peruetuſti, iſtiuſmodi bellum à Carolo iuniore confectum anno ſequenti tradunt. A

Hoc item anno Sylo Rex Gallæciæ in Hiſpania, octauo anno Regni migrat e uita, & regnat ſolus Alphonſus, ſiue Adelphonſus cognomento Caſtras, quem viuens in collegam aſſumpſerat. Huic primum pugnandum fuit ciuili bello aduerſus Mauregatum patruum, qui potens Maurorum auxilio, (quòd fœdo tributo pacto perdendi quótannis 50. Virgines nobiles, & 50. ex plebe cõpararat,) eum Regno expulit. Adoſinda Regina viro Silone Rege viduata, remittens nuncium ſæculo, Monaſticam vitã profeſſa eſt. Ea tentata ab Elipando Archiepiſcopo Toletano, Hiſpaniarũ Primate de Neſtoriana hæreſi amplectenda, quam ipſe inſtaurare moliebatur, rem prudentiſſimè detulit ad Epiſcopos, & Sacerdotes; inter quos fuit presbyter quidam (quem ſciret valdè ſanctũ, atque doctiſſimũ, nomine reque B.) necnon eius familiaris, Etherius Vxomenſis Epiſcopus. Aſſerebat hic Elipandus, Chriſtum Dei filium, quòd ad humanitatem ſpectat, dicendum eſſe adoptiuũ, & non propriũ, ac naturalem, ex quo neceſſario conſequebatur, vt duæ eſſent in Chriſto perſonæ, duoq; filij, naturalis vn⁹, alter adoptiuus, ſicque horrendum dictu, damnata olim in Oriente Synodo, Neſtorij hęreſis, in Hiſpania reuiuiſcebat. Cognito is ſtudio, & conatu Beati aduerſus falsã ſuam opinationẽ indignatus ſe impugnari ab vno presbytero, & ab Epiſcopo minoris Diœceſis, aduerſus eos exerit ſtylum, & ſcribet epiſtolam ad fidelem quendã Abbatem in Aſturia degentem. Extat ipſa data hoc anno menſe Octobris, qua eum monet, vt accerſitum B. presbyterũ, admoneat, reprehẽdat, & ſi poſſibile ſit, corrigat, atq; ad ſentiendum vnà ſecum perducat. Abbas caſu incidens, in Beatũ & Etheriũ, literas oſtendit. At illi cognita perfidia hominis, ingens volumen aduerſus illam hæreſim comparant, quod extat in Archiuo Eccleſiæ Toletanæ, teſte Morali hiſtorico Regio. Cum illi, vt Archiepiſcopum, etſi hæreticum, nondum tamen damnatum honore debito perſequentes errorem tantum firma argumentorum vi impetunt, & percellunt. Perſeueraſſe eum in errore, Concilium poſt decem annos, aduerſus eum habitum (de quo poſt) ſatis probat. De quo Beato, idem, qui ſupra auctor Moralis, tradit in Hiſpania coli, vt verè ſanctum, eiuſque reliquias in honore aſſeruari, eiuſdemque extare commentarium egregium in Apocal. ad ſuum commilitonem Sanctum Etherium inſcriptum. B C

D

Christi Annus.	*Hadr. Pap.*	*Conſt ant. & Irenes Imp.*	*Indictio.*
784.	13	5	7.

PAulus Patriarcha Conſtantinopolitanus, foris quidẽ hęreticus Iconoclaſta, intus verò benè conſcius veritatis Catholicæ, in morbum cum incidiſſet, abdicans, in Monaſterium, ad pœnitentiam ſeceſſit, deplorans apud Imperatores, & ſenatũ ſuã, propter vanum timorem, diſſimulationem veritatis, addenſque. *Niſi Sinodus Vniuerſalis fiat, & error, qui eſt in medio ueſtri, corrigatur, ſalutem non habebitis*, qui in his, ingenti cum omnium mœrore vitam reliquit; colendus enim vir erat, & ſapiens & ſupra menſuram miſericors, & magnæ apud omnes auctoritatis. Ex tunc ergo cępit dici, & diſputari impunè de ſanctis Imaginibus, antea prohibentibus Magiſtratibus: etenim tam Palatinæ, quã Caſtrenſis militiæ primates, quin & ipſe ſenatus ſuis erant irretiti laqueis impietatis. Ex Theophane. Quam poſtea licentiam firmarunt Imperatores literis ſuis,[a] quibus & Pauli egregium facinus laudibus ſunt proſecuti. Cogitantes igitur Imper. de Patriarcha ſubrogando illi non impari, q̃ nõ facilè inueniret, q. ſimul Catholicę fidei zelo, & auctoritate p̃ſtaret; ardentiq; aĩo perarduũ opus E

a Apud Nic. Syn. 2. Act. 1.

A efficeret reſtituẽdi, per Oecumenicũ Concil. fidẽ Cathol. poſt multã deliberationem, neceſſitas coegit, in laicum hominẽ, in quo hæc omnia ineſſent, Taraſiũ à ſecretis Imperatorum, conuertere aĩum, in quem eundem, & vota Orthodox. oĩum cõſpirarũt; vno ipſo refragante, & aſſenſum detrectante; quo vſque promiſſionem accepiſſet ab omnibus de celebrando œcumenico Concilio, per quod hæreſis damnaretur, & anathemate ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia ſolueretur: Ex Theophane, qui accepit ex Actis publicis. Cæterum, etſi ex laico contra Canones fuit Taraſius promotus ad ſacerdotium; ex ſacerdotalibus tamen moribus dignis Epiſcopo, in Epiſcopatum aſſumptus eſt, cui ex cognita nobilitate fulgor acceſſit. Etenim (vt Ignatius auctor eſt) ex Patricio ortus eſt genere, patre Georgio, præfecturam vrbanam magna gloria adminiſtrante, matre vero Eucratia dicta, æque pietate conſpicua: B ipſe vero Taraſius auctus Conſulari dignitate, & ob eruditionem inſignem, morumque egregiam laudem ad ſecreta curanda adſcitus fuerat ab Imp. Taraſius ex Aula vocatur ad ſed. Patr.

Imperatoribus in hac electione, quidquid bonum, & ſanum erat, aſſentiebatur, quidquid vero prauum, & infectum labe hæreſis, vt ferè turba militaris, aduerſabatur. Sed id vicit, quod iuſtum eſt. Pergit Ignatius plura ſcribere de eius vitæ inſtitutione, de ſtudio ſcripturarum, de vigilijs, de victus, & veſtitus frugalitate, qua etiam luxum correxit clericorum, de frequenti precatione, de humilitate, de effuſa in pauperes largitate, quibus etiam ipſo die Paſchæ aſſidentibus miniſtrabat, de aliarum denique eius virtutum præſtantia plura habet Ignatius, rerum harum inſpector.

Hoc eodem anno Hadrianus Papa, ea, quæ ſpectant ad ſacros ritus, quam diligentiſſime curans, librum ſcripſit, cui titulus fuit, Reſponſoriale de Circulo anni, C quæ videlicet Reſponſoria in ſingulis eſſent ſacris officijs dicenda, qui non extat: ſed Amalarius Romam veniens, ſub Ludouico Imperatore Caroli filio, eum ſe legiſſe teſtatur. Hadriani Reſpõſoriale non extat.

Sed quod rurſus ad res ſpectat Orientalis Eccleſiæ, mortuo hoc anno Moyſe Rege Sarracenorum, qui anno ſuperiori Madi ſucceſſerat, ſubſtitutus eſt in locum eius Aaron frater bellicoſiſſimus, qui tenuit Imperium annos 23. ſemper infeſtiſſimus Chriſtianis. Theophan. Sed illud admiratione dignum, quod ſcribit Eginhardus in vita Caroli Magni. *Cum Aaron Rege Perſarum, inquit, qui excepta India, totum pœne tenebat, Orientem, Carolus talem habuit in amicitia concordiam, vt gratiam eius omnium, qui toto orbe terrarum erant Regum, ac Principum amicitiæ præponeret, ſolumque illum honore, ac munificentia ſibi colen-* D *dum iudicaret. Ac proinde cum legati eius, quos cum donarijs, ad ſacratiſſimum Dei, & Saluatoris noſtri ſepulchrum, locumque Reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent, & Domini ſui voluntatem indicaſſent; non ſolum, quæ petebantur, fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illum, & ſalutarem locum, vt illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit; & reuertentibus legatis, ſuos adiungens, inter veſtes, & aromata, & ceteras Orientalium rerum opes, ingentia illi dona tranſmiſit, cum ei paucos ante annos, quem tunc ſolum habebat, roganti mitteret elephantem.* Hæc Eginhardus. ſic igitur Rex Chriſtianiſſimus Primus inter Reges Occidentales legitimus Dominus factus eſt Sacroſancti noſtri Redemptoris ſepulchri, pro quo ab impijs iterum vindicando, ſumma gloria eius poſteri riuos ſan- E guinis profudere. Nec tamen propterea Aaron remiſit odium in Chriſtianos, inter alios ab eo neci traditos, hoc tempore Irenæ, & Conſtantini Imperatorum fuiſſe Bacchum Iuniorem, teſtatur Græcorum Menologium 17. Menſis Decembris. Rex Perſarũ vnũ ſibi colendũ putat Carolũ. R. Perſnrum S. Sepulchrũ aſcribitiuri Caroli M.

A

Chriſti Annus	*Hadriani Pap.*	*Conſt. & Irenes Impp.*	*Indictio.*
785	14	6	8

IMperatores de Creatione, & Conſecratione Taraſij, quæ contigit in fine anni ſu-
perioris, vt tradit Theophanes 8. Kalen. Ianuar. eadem octaua Indictione inchoa-
ta ſcripſerunt literas, & miſerunt legatos ad Hadrianum Romanum Pontificem, ra-
tionem reddentes de ijs, quæ facta erant, & inuitantes eum ad Concilium verbis his,
quæ habet Nicolaus prima epiſtola ad Michaelem Imperatorem. *Rogamus veſtram
fraternam Beatitudinem,* inquiunt, Conſtantinus, & Irene, *magis autem Dominus* B
*rogat, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, vt det
ſeipſum, & nullam tarditatem faciat, & aſcendat huc.* & paulo poſt. *ſi non potue-
rit,* inquiunt, *aſcendere huc, eligat viros pretioſiſſimos, & dirigat huc cū ſyllabis* &c.
Recitat eas literas Anaſtaſius in præambulis Nicæni Concilij. Scripſit, & Taraſius,
vt ordinatus eſt, literas ad eundem Hadrianum, mittēs ſuæ fidei profeſſionem, ad tres
alios item Patriarchas, Alexandrinum, Antiochenum, & Ieroſolymitanum, cum ſua
item fidei profeſſione.

a Act. 2. Cōc. Nic. 2. ex verſ. Anaſt.

Hadrianus acceptis Orientalibus literis, reſcribit ad Imperatores [a] gratulans, ꝙ
diuinitus delecti ſint ad reſtituenda, quæ a prædeceſſoribus ipſorum Impp. euerſa, &
deſtructa erant, & cohortans ad perſeuerandum in illis, quæ optima inchoarunt: Diſ-
ſerit etiam de Romanæ Eccleſiæ Primatu ſuper omnes Eccleſias, & doctrinam, ac C
traditionem continuati vſus ſacrarum Imaginum in Eccleſia latè proſequitur. Mo-
net inde Conciliabulum contra ſacras Imagines aboleri, his verbis. *In primis pſeu-
doſyllogum illud, quod ſine Apoſtolica Sede enormiter, & irrationabiliter, nequi-
terque contra ſanctorum venerabilium Patrum traditiones, de ſacris Imaginibus
actum eſt; anathematizetur, præſentibus Miſſis noſtris; & tunc, ſicut antiquitus
mos extitit, iureiurando veſtra piiſſima, atque tranquilliſsima poteſtas, vna cum
Domina A. piiſſimi Imperii ueſtri Genitrice, ſeu eiuſdem Regiæ vrbis Patriarcha,
nec non, & cuncto Senatu Corporale tribuentes ſacramentum, uerbum commonito-
rium, ſicut antiquitus, pia, ſacra nobis dirigere, ueſtra dignetur Imperialis poteſtas:
quia non eſt apud uos partis cuiuslibet fauor, aut defenſio, ſed æqualitatem utriſque
partibus conſeruabitis, nullatenus neceſsitatem facientes, in quocunque capitulo eis,* D
*qui a nobis diriguntur quoquomodo, ſed omni honore cum honorificentia competenti,
& ſuſceptione dignos eos habebitis Et ſiquidem utrinque cōuenerit, iterum cum om
ni humanitate eos ad nos dirigere ſatagetis: quia dudum ibidem pro zelo fidei, ac
Sanctarum Imaginum religioſi uiri, ac Dei famuli deiecti in exilio ſunt, & bonæ
confeſsionis huiuſmodi finierunt uitam.*

Primatus Eccl. Ro. Pſeudo-ſyn. aboleatur.

Petit vſurpata patrimonia reddi.

Poſtulat deinde oblata, & conceſſa Patrimonia B. Petri in integrum, vt reſtituant
pro luminarium concinnationibus, atque alimonijs pauperum: *Conſecrationes item
Epiſcoporum, atque Archiepiſcoporum, qui ſunt noſtræ,* inquit, *Diocęſis; ut antiqua
habet traditio, ad tollendum omne ſchiſma inter ſacerdotes. Quod uero in Imperia-
libus literis pro Patriarcha Regiæ urbis directis.* inquit. *Vniuerſalem ibi reperimus
exaratum; ſed utrum per imperitiam, aut ſchiſma, vel hæreſim iniquorum ſcri-* E
*ptum eſt, ignoramus. Sed deinceps ſuademus ueſtræ Clementiſſimæ, Imperialique
potentiæ, ut minime in ſuarum exarationum ſerie, Vniuerſalis, deſcribatur, quia
contra ſacrorum Canonum inſtituta, ſeu ſanctorum Patrum traditionum decreta,
eſſe uidetur.* Et poſt pauca. *ſi quiſpiam Vniuerſalem nuncupauerit, uel aſſenſum
tribuerit; ſciat ſe orthodoxæ fidei eſſe alienum, & noſtræ Sanctæ Catholicæ, &
Apoſtolicę Eccleſię rebellem.* Mox, vt exultaſſe ſe ait, de confeſſione tam rectæ
fidei Taraſij Patriarchæ in ſynodica ad ſe miſſa, quam Dogmatum ſanctorum ſex
ſynodorum, & venerandarum Imaginum; ita vehementer conturbatum, quod ex

Conſecrationes itē Eporum diœceſis Rom.

Queritur de Taraſio ex laicu c. can. electo Patr.

A laicali ordine, & Imperialibus obſequijs deputatus, repente in Patriarchatus culmen
euectus eſt, & apocalligus, contra ſanctorum Canonum cenſuram, factus eſt Patriar-
cha &c. Rurſum excitat eos ad reſtituendas ſanctas Imagines ſpe patrocinij B. Petri
Apoſtoli ad ſubigendas barbaras nationes, exemplo prouocans eos Caroli Magni,
qui Apoſtolicæ obtemperans ſedi, omnes Occidentis ſub ſuo Regno adunauit bar-
baras nationes. &c.

Reſcripſit item ad Taraſium Patriarcham Hadrianus, magnopere ſe miratum de
eius ex laico promotione, contra Canones, & vſum Eccleſiæ, ac propterea eius ſe
electionis approbationem ſuſpendere, donec hæreſi Iconoclaſtarum profligata, Sa-
crarum Imaginum cultum reſtituat Eccleſijs. Quod ille facere iam aggreſſus, hiſce
calcaribus velociſſime currens, minime indigebat, quippe, qui ad hoc agendum ſibi
B oppignorauerat fidem Imperatorum, dum ſuæ ſe electioni minime conſenſurum pu-
blice fuerat conteſtatus, niſi eiuſdem erroris abolitionē polliciti iidem fuiſſent Impp.

Electionē Taraſij, vt ex laico, ſuſpendit.

Non ſic autem fuit facultas tribus Patriarchis Orientalibus ad Taraſium reſcri-
bendi, neque etiam legatis miſſis ab ipſo facultas data eoſdem conueniendi, cum re-
gnaret, de quo diximus, Aaron Princeps Sarracenorū acerbiſſimus Tyrannus, Chri-
ſtianis infenſiſſimus. Miſſi igitur legati a Taraſio in Palæſtinam cum perueniſſent,
audientes Theodorum Patriarcham Ieroſolymitanum exulem iam defunctum, diuer
terunt ad Sanctiſſimos monachos, a quibus acerbiſſimam, quam paterētur Chriſtia-
ni Orientales ſeruitutem, intellexerunt; quamque periculoſum eſſet adire alios Pa-
triarchas, nimirum ſi detecti eſſent, fore, vt non ipſi tantum legati; ſed etiam omnes
Orientis fideles extremum ſubirent periculum. Ceterum de illorum fide Catholica
C firma, atque ſecura, ijdē Sanctiſſimi monachi, quos penes ſe, ipſorum libellos oſten-
derant, literas videlicet eo argumento conſcriptas ad Theodorum Ieroſolymorum
Epiſcopum, cum ab eo recens creato, ex more, de fidei Catholicæ profeſſione ſy-
nodalem epiſtolam accepiſſent. Intercluſa igitur via adeundi alios Patriarchas, ne
eos vacuos redire penitus ſinerent monachi illi, ſynaxim habuerunt, & vna omnium
ſententia decreuerunt, vt pro excuſatione Legatorum, Apologeticas ad Taraſium
literas redderent, quibus pariter de fide Catholica trium illorum Patriarcharum eum
redderent certiorem, & Legatos mitterent, qui pariter ſynodo celebrandæ intereſſe
deberent: ad quod munus delecti ſunt duo ſanctiſſimi monachi Thomas, & Ioannes,
quorum alter Patriarchæ Antiocheni; alter Alexandrini ſyncellus fuiſſet. Atque
hæc habentur in literis Orientalium monachorum ad Taraſium, non quidem illis,
D quæ mutilatæ, magna ex parte, extant in tertia Actione Nicæni poſterioris Conci-
lij; ſed in illis, quæ leguntur ſinceriſſime ſcriptæ in editione Anaſtaſii Bibliotheca-
rii. In quibus literis duo hæc ſunt obſeruanda. Primum quòd ita aiunt; SECVN-
DAS ECCLESIAE PORTANT IMPERATORES; NAM PRIMVM EC-
CLESIA LOCVM POSSIDENT SACERDOTES. SACERDOTIVM
ENIM IMPERII SANCTIFICATIO EST, ET CONSTITVTIO; ET IM
PERIVM SACERDOTII FORTITVDO, ET FIRMAMENTVM, *de qui-
bus ſapiens quidam Princeps, & in Sanctis Regibus Beatiſsimus ait, Maximum
donum Deus hominibus præſtitit ſacerdotium, & Imperium. Illud quidem ador-
nans, & regens cœleſtia, hoc uero gubernans iſta terreſtria*. Deinde illud, poſt mul-
ta, *ex eo quod nullus Epiſcoporum harum partium conueniſse repertus eſt ad ſextam
E ſynodum propter nefariorum hominum dominatum, nullum ex hoc ſanctæ adheſit
ſynodo præiudicium, neque ſecuta eſt prohibitio aliqua ſtatuendi, & manifeſta fa-
ciendi recta dogmata pietatis*, PRAECIPVE CVM SANCTISSIMVS APO-
STOLICVS PAPA ROMANVS CONCORDAVERIT, ET IN EA IN-
VENTVS SIT PER APOCRISARIOS QVOS *& nunc Sanctiſsimi hoc cum
auxilio Dei ſimiliter fiet. Nam ſicut tunc illius fides in orbis terrę perſonuit fines: ita
& ſynodi, quæ nunc per gratiam Dei congreganda eſt per interuentionē ueſtrā*, ET
EIVS, QVI MODERATVR APOSTOLORVM PRINCIPIS SEDEM
prędicabitur in omni loco, qui ſub Sole eſt fides &c.

Tres alii Patriarchæ adiri non poſſunt ob tyrannidem Sarracen.

Cum

Cum ſuis his literis miſerunt, & mutuas ſynodicas trium Orientalium Patriarcharum inuicem miſſas. A

Hoc ipſo anno contigit, quod narratur a Conſtantino Epiſcopo Conſtantiæ Cypri in Act.4. Nicæni poſterioris Concilij de Agareno in ciuitate Syriæ Gabala, relatum a triginta viris inde in Cyprum remeantibus, qui interrogans Chriſtianum de Imagine quadam. Quid prodeſſet Imago illa; cum audiſſet, his quidem, qui eam honorant, prodeſſe; nocere autem ijs, qui eam inhonorant. Ecceego, inquit, effodiam oculum eius, & videbo, quid mihi noceat. Effodit igitur dextrum oculum Imaginis; & protinus dexter eius oculus in terram exilijt, idemque ignea febre correptus, aſportatus eſt in ciuitatem ſuam.

Miraculū in violante imaginem.

Hoc eodem anno Carolus Magnus Rex in Saxonia SYNODVM HABVIT PADERBVRNENSEM; in qua inter alia, ſtatus Eccleſiæ Saxonum diſpoſitus eſt, Baptizatis enim hoc anno ijs, qui rebellare conſueuerant, Vuidichindo, atque Albione Principibus, res Saxonum, in tuto quodammodo videri poterat collocata. Iacta etiam feruntur hoc anno fundamenta Mindenſis Eccleſiæ in Saxonia; Cui primus præfectus eſt Epiſcopus Erimbertus. Quomodo autem hæc ſe habuerint. ex Annalibus Saxonum iſta narrantur [a] pluribus, quæ nos paucis referemus. Vuidichindus, vt res Chriſtianorum curioſius exploraret, mendici habitu, inſeruit ſe eorum turbæ, ſed agnitus, & ductus ad Regem, & ab eo benigne exceptus, interrogatus eſt. Eequid vidiſti; quod te vidiſſe delectat? Vidi, inquit, quod mirabar, ante biduum te, demiſſo vultu, triſtem, incertus, quid contigiſſet, quod tantum Regem contriſtaret (commemoratio fuit Dominicæ Paſſionis, qua die, paraſceues Regium vultum obſcuraſſet) Rurſum, inquit, vidi hodierna te die ſolicitum, & ad rem attentiſſimum, poſtquam vero menſam adieras in templo mediam; ita hilari mihi conſpectus es vultu, vt repentinæ in te mutationis, me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quòd de manu purpurati ſacerdotis, ſinguli pulchellum puerum in os ſuſciperent, quem quibuſdam ludi bundum arridere, vltro properare, aſpexi. Hoc quid ſit, nec dum accipio. Tum Rex. *Bene*, inquit, *profeciſti. plus tibi*, inquit, *quam cunctis ſacerdotibus, & omnibus nobis eſt oſtenſum*. Inde mutata veſte manu ſecum abſtractum, docuit grande myſterium in Altaris ſacramento. Quare cognita, exhilaratum Ducem oraſſe, vt proprium illi ſacerdotem permitteret, qui diuinæ rei curam haberet, crebriuſque in conſpectu perageret altaris ſacratum myſterium. Rex etiam Pontificem illi daturum promittit, modo illi habitationem Epiſcopo dignam prouiderit. Ducem vero Arcem ſuam ad Viſeram, vtriuſque capacem oſtendiſſe, dediſſeque in eiuſdem Arcis non exiguo circo locum ædificandæ Eccleſiæ. Ferunt proinde nomen Eccleſiæ proueniſſe, quod meum, & tuum, quaſi communis duorum poſſeſſio, ſonat in lingua Saxonum vernacula. Min. Din. ornata eſt autem Eccleſia, iam tum ab initio multis SS. Reliquijs, Feliciani Fulginatis Epiſcopi, & martyris; Theodori Epiſcopi, Carpophori, & Abundii.

Synod. Paderburnenſ. in Saxon. B

a Crātius Metrop. 1.ca.9. & Hiſ. Sax. 2.c.23. C D

Chriſti Annus	*Hadriani P.*	*Conſt. & Irenes Impp.*	*Indict.*
786.	15.	7.	9.

E

COllecta ſynodo inchoata in Baſilica Apoſtolorum Conſtantinopoli. Prætoriani milites a Copronymo peſtifera hæreſi imbuti, inſtigantibus maximè Iconoclaſtis Epiſcopis, intentatis armis, negotium diſturbarunt. Quamobrem, Imperatorum prudentia in tempus magis opportunum differri iubetur: epiſcopis ad propria recedentibus, legati Sedis Apoſtolicæ iuſſi ſunt in Sicilia ſubſiſtere, opportunitatem expectantes. Theophanes: Taraſius in epiſtola ad Hadrianum, Anaſtaſius, Ignatius in Taraſio, hæc ipſa latius proſequuntur.

Hoc eodem anno Hadrianus collectionem Canonum octoginta edidit hoc titulo:

b Apud Sur. 25. Febr.

E Græcis,

A E Græcis, & Latinis Canonibus, & ſynodis Romanis, atque Decretis Præſulum, ac Principum Romanorum hæc capitula ſparſim collecta ſunt, & Ingelramno Mediomatriæ vrbis Epiſcopo a Beato Papa Hadriano data, ſub die 13. Kalen. Octobr. Indict. 9. quando ſui negotij cauſa agebatur; cum accuſatus Romam confugit, vbi abſolutus, hiſce Canonibus communitus, ſpectantibus ad accuſationes Epiſcoporum, & ad iura Romanæ Eccleſiæ, ex qua aduerſus oppreſſiones illatas Epiſcopis a principibus defenſio prodire ſolet. ea vero oppreſſa, omnes cum ea opprimi eccleſias ſit neceſſe; ex more tum CELEBRATAM ESSE SYNODVM credibile eſt.

Carolus Magnus miſſa expeditione in Britones in extrema quadam Galliæ parte Occidentali, ad littus Oceani reſidentes, minus dicto audientes, imperata facere, B & obſides dare coegit. Eginhardus. Carolus Britones cōprimit.

Chriſti Annus	*Hadriani Pap.*	*Conſt. & Irenes Impp.*	*Indictio.*
787	16	8	10

MEnſe Maio 10. Indictionis conueniunt vndique Nicæam Bithyniæ Epiſcopi, cum legatis Orientalium Patriarcharum, & Hadriani Romani Pont. Petro primo presbytero, & Petro Monacho Præfecto ad celebrandum Concilium. Conuenere illuc & nonnulli, qui gerebant magiſtratus, pietate, doctrina, & facundia C præſtantes, inter quos fuit etiam Nicephorus a ſecretis Impp. qui poſt Taraſium fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus; venerandi etiam, & eximij monachi, qui zelo diſciplinæ, & regulæ Eccleſiaſticæ mouebantur. Ex Theophane, & Ignatio. Inter hos venerabiles monachos interfuiſſe Sanctum Platonem auctor eſt Theodorus Studita in eius vita: ſimiliter magnos quoque ille Theophanes Confeſſor, ex Patricio genere, monaſticam vitam amplexus, vocatus aduenit, inſidens aſino, & vili veſte, cum magna omnium admiratione, & ædificatione, cum alij ſplendidis veſtibus conſpicerentur. Conuertitur Nicęa ad Cōcil.

Interfuit eidem Concilio S. Euthymius Sardicenſis Epiſcopus confeſſor illuſtris, cuius dies natalis, tam Græcis, quam Latinis tabulis conſignatus habetur 11. Martij. Interfuere & alij præclariſſimi Confeſſores, qui ſub Copronymo vincula, exi-D lia, & ſedium priuationes paſſi fuerant. Numerus eorum, qui ſynodo interfuerunt fuit 350. Epiſcoporum, vt eſt communis aſſenſio. Photius numerat 377. in Menologio Baſilij numerantur. 367.

Anaſtaſius in nuncupatoria epiſtola ad Ioannem Papam Octauum, de tranſlatione a ſe facta ſeptimæ ſynodi œcumenicæ prudenter admonuit, quædam in hac ſynodo ex Apoſtolorum, & ſextæ vniuerſalis ſynodi Canonibus, & ſententijs inueniri, quæ penes nos interpretata, nec habentur, nec admittuntur. Nec enim Eccleſia Romana omnes qui feruntur, Apoſtolicos Canones, recepit, *ſed & prædeceſſor veſter*, inquit Anaſtaſius, *Papa Stephanus non ex ijs pluſquam 50. recipiendos ſynodice promulgauit; ſed neque Canones eos ſextæ ſynodi qui prioribus Canonibus, vel Decretis SS. ſedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduer-* E *ſi, probauit: ſicut nec in ceterarum Patriarchalium Sedium (licet Græca vtantur lingua) reperiuntur Archiuis, nec ab illis probantur.* Differit idem deinceps, de nomine, & titulo. OECVMENICI IDEST VNIVERSALIS. vſurpati a Conſtantinopolitanis Epiſcopis, a Romanis improbati, a Græcis aliquandiu intermiſſi, etiam in Romano Epiſcopo ab illis improbati, ac demum denuo vſurpati. lege apud Innocentium Tertium, lib. 2. epiſt. 197. & 198.

Triplex porro extat interpretatio Latina ſeptimæ ſynodi. Vna ad verbum e verbo, ab omnibus improbata; Altera ab Anaſtaſio Bibliothecario elaborata, ſenſa ſenſibus reddendo, quæ extat in Archiuo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & edetur

cum editione œcumenicorum Conciliorum, quæ Romæ elaboratur. Tertia denique, ſecunda inferior, quæ in Tomis vulgatis habetur Conciliorum. A

Prima ſeſſio habita Nicææ Bithyniæ in Baſilica S. Sophiæ Imperatoribus Conſtantino, & Irene, octauo anno Conſulatus eorum 8. Kalen. Octobris Indict. 11. ab ipſo menſe Decembri inchoata. Vbi recenſitis primum legatis duobus Sedis Apoſtolicæ, alijſque duobus trium ſedium Patriarchalium, & alijs ſingulis, qui interfuerunt Epiſcopis, & magiſtratibus Impp. Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus cauſam cogendæ ſynodi præloquutus, redditaque de omnibus exacta ratione, & exhortatione adhibita, vt aduerſus exortam hæreſim ſtrenue agerent, verbis Domini fiſi, quibus dixit, PORTAE INFERI NON PRAEVALEBVNT ADVERSVS EAM. Primum omnium iuſſi ſunt adeſſe Epiſcopi eius hæreſis accuſati, qui intromiſſi ſunt. Lectæ inde literæ Impp. exhortatoriæ ad ſynodum ad iuſte, & conſtanter agendum, & explodendam omnem nouitatem. Hadriani item Romani Pont. literis ad id ipſum præſtandum; ſimul & trium Orientalium Patriarcharũ. His auditis sãcta ſynodus bene precata Impp. adeo de Catholica fide benemerentibus, ad cognitionem lapſorum Epiſcoporum conuerſa eſt. Fuerunt hi primi in medium producti Baſilius Ancyræ, Theodorus Myrenſis, atque Theodoſius Amorij, qui omnes ſtantes ante patrum conſeſſum, ſponte ex hæreſi ad Catholicã fidem conuerſi, recipi in Eccleſiam petierunt, offerentes orthodoxæ fidei confeſſionem, in his præſertim, quæ ſpectare videbantur ad condemnationem hæreſis, & hæreticorum, quibus adhæſerant. His acceptis, & a S. ſynodo collaudatis, Deoque gratijs redditis, conſenſu totius ſynodi iuſſi ſunt tres hi pœnitentes Epiſcopi in ſuis locis inter alios reſidere, productique ſunt alij Epiſcopi pariter lapſi, quorum, quòd fides haud adeo explorata eſſet, prolixior de eis cognitio adhibita eſt. Cum verò Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus vnius ex eis fidem exploraret, audiſſetque multo ipſum tempore in eadem hæreſi permanſiſſe; illam auream memoratu dignam ſententiam dixit, Diuturniores paſſiones difficiliores ſunt ad curandam: ſic & anima, quæ in obſcuro eſt hæreſeos, lumen orthodoxiæ difficile recognoſcit. Quomodo autem hi recipiendi eſſent in Eccleſiam, & qui ab eis ordinati fuiſſent, ex ſacris antiquis Canonibus ſanctorumq; Patrum aſſertionibus, ex Codicibus e Patriarchio in ſynodo allatis facta eſt prolixior diſquiſitio, & inter differendum idem Taraſius interlocutus, oſtendit, eiuſmodi hæreſim iam diu ante ab improbis hæreticis eſſe plantatam a Marcioniſtis, videlicet, Manichæis, a Petro Fullone, Xenaia Hierapolitano, atque Seuero nefandiſſimis hæreſiarchis; ſicque renouatam hanc hæreſim magis dici poſſe, quàm adinuentam.

Tres Epi ab hæreſi recepti in ſuis ſedibus. B C

Iconoclaſtarum hęreſis a quibus duxerit originem. D

Cum autem quidam difficiliores ſe exhiberent ex numero orthodoxorum Epiſcoporum, qui ſynodo præſentes erant, ad eoſdem lapſos recipiendos Epiſcopos; alij tamen plures ſe æque peccatores publicè clamantes, veniam lapſis deprecati ſunt; quorum receptionem in ſequentem actionem placuit differre.

Secunda Actione poſt biduum 6. Kalen. Octob. lectæ ſunt literæ Hadriani Papæ ad Impp. & ad Taraſium Patriarcham, de quibus interpellatus Taraſius, an illis conſentiret; dixit. Sacratiſſimus Paulus Apoſtolus, qui illuſtratus eſt lumine Chriſti, & genuit nos per Euangelium; cum Romam ſcriberet, approbans ſtudium ſinceræ fidei eorum, quam in Chriſtum verum Deum habebant, ſic ait: fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo. Hoc teſtimonium ſequi neceſſarium eſt, & inconſulte agit, qui huic conatur reſiſtere. E

Illud Apoſt. de Ro. fide. Fides veſtra annũciatur in vniuerſo mundo, Taraſius ad fidem Papæ refert.

Vnde Hadrianus Præſul ſenioris Romæ, cum eſſet particeps eorum, qui prædicto teſtimonio muniri meruerant, ſcripſit expreſſe, ac veraciter pijs Impp. noſtris, atque ad humilitatem noſtram affirmans, bene, ac optime ſe habere antiquam traditionem Eccleſiæ Catholicæ: nam & ipſi nos ſcrutando ſcripturas, & ſyllogiſticè approbando rimati ſumus; ſicque confeſſi ſumus, & confitebimur, conſonamus, & confirmamus, atque permanebimus in ſignificatione literarum, quæ lectæ ſunt, Imaginales deſcriptiones (quæ ſcilicet ad ſacras Imagines pertinent) ſuſcipientes, ſecundum

Hadriani litteræ ad Impp. probantur a ſyno. PP.

A cundum antiquam Patrum noſtrorum traditionem, & has affectuoſo amore &c. Interpellata rurſus ſancta ſynodus ab Apoſtolicæ ſedis legatis; Reſpondit. Sequimur, & ſuſcipimus, & admittimus, quæ ſecuta ſunt hæc. In primis legatorum trium Patriarcharum præconia de literis Hadriani, & fide recepta a Taraſio Patriarcha, deinde aliorum Epiſcoporum ſingulis elogijs eos laudantium, & ſubſcriptione probantium. Præſtiterunt idem Venerabiles Archimanditæ; inter quos habetur ſubſcriptus S. Plato, de quo ſupra; ſicque finem accepit ſecunda Actio.

Tertia Actio habetur celebrata. 3. Kalen. Octobr. apud Anaſtaſium, ex quo corrigenda eſt vulgata editio. In hac primum cauſa Gregorij Neocæſareæ Epiſcopi cognoſcenda propoſita eſt. Hic enim Anteſignanus ferebatur Iconoclaſtarum hæreticorum, quique perſecutionis tempore grauiter vexaſſe orthodoxos diceretur. Quorum cauſa, etſi pœnitens admittendus eſſet in Eccleſiam, non tamen eſſet reſtituendus B in Epiſcopatum. Verum quia perſecutio probata non eſt: Decreto in primis Legatorum Sedis Apoſtolicæ iuſſus eſt cum Collegis recipi in ſedem ſuam. Poſt hęc autem legi S. ſynodus præcepit litteras Taraſij ad tres Orientales Patriarchas, & viciſſim a monachis Palæſtinæ eorũ nomine ipſi redditas, quibus probatis, & aſſertis, aduerſus aliter ſentientes anathema illatum eſt ab ipſis Apoſtolicæ Sedis legatis nomine 318. Patrum, qui ante in eadem ciuitate Nicæna primum Concilium collegere, quibus ſancta ſynodus in omnibus annuit; ſequutaq; eſt ſubſcriptio cęterorum Epiſcoporum; Cuius diei finita eſt Actio, cum fauſtis acclamationibus, ipſis Imperatoribus, illo nouo Conſtantino, iſta noua Helena nuncupatis.

Ipſis Kal. Octobr. (iuxta Anaſtaſium) 4. Actione conuenientibus Patribus ex omC nium ſententia, recitata ſunt ex ſacris voluminibus teſtimonia de cultu Sacrarum Imaginum, primum ex diuina ſcriptura, tam veteris, quam noui Teſtamenti; inde ex SS. Patrum voluminibus; ſed ex verſione Anaſtaſij hic corrigendum inter alia, quæ habentur in vulgata ſynodi Editione, Templum Romæ Saluatoris ſacris Imaginibus iuſſum decorari, non a Ioanne, ſed a Conſtantino. Aedificato enim templo Saluatoris Romæ, inquiunt legati Sedis Apoſtolicæ, in duobus parietibus templi, hiſtorias veteris, & noui Teſtamenti deſignauit; hinc Adam de Paradiſo exeuntem, & inde latronem in Paradiſum introeuntem figurans. Hic autem aduertendum in vulgata Suriana editione, hiſtoriam de Imagine Crucifixi Beryti, habere admixta quædam Apocrypha de Imagine Chriſti facta a Nicodemo, & alia, quæ integram ipſam narrationem ſuſpectam faciunt. Eadem autem puta narratio habetur in verD ſione Anaſtaſij, ex ſermone Athanaſij, non quidem illius Magni, ſed alicuius longe poſterioris, etiam poſt ætatem S. Ioannis Damaſceni, qui longa narratione id factum proſequitur, de Imagine fortuito relicta in domo, in quam commigrauit Iudæus, qui minime eam aduertens ab alio Iudæo, qui obſeruarat, accuſatus fuit apud ſeniores Iudæos, quòd Iudæus, cum eſſet, Chriſti Imaginem apud ſe haberet. Conuenientes igitur in eam domum Iudæi, omnia, quæ audierant olim a ſuis maioribus in Chriſtum patrata, ſatanico furore in ſanctam Imaginem expromunt. Lancea igitur latus cum ferijſſent, profluxit ſanguis, & aqua, & quidem magna copia, ex quo in admirationem verſi, nec tamen conuerſi, nouum experimentum tentant; ſi male affecti, & morboſi eo ſanguine aſperſi, ſanarentur, quod cum re vera præſtitum eſſe, Deo tangente corda, omnes, abnegata perfidia, in Chriſtum crediderunt, & baE ptiſmum ſuſceperunt. *Sigebertus* narrat factum id anno Redemptoris 765. cum imperaret Conſtantinus Copronymus Iconoclaſta. Adeodato Epiſcopo eius ciuitatis, qui ſanguinem per ampullas diuiſum longe, lateque dirigens prædicabat magnalia Dei, obteſtans omnes, vt ſingulis annis 5. Idus Nouemb. celebraretur Paſſio Dominicæ Imaginis. Sed forte magis audire placeat, quod in veteribus Eccleſiarum lectionarijs id factum hoc tempore dicatur, ſub Irene, & Conſtantino filio.

Celebris namque olim fuit tantæ rei in Eccleſia commemoratio, quæ vniuerſum fere Chriſtianum orbem in ſui admirationem commouerat; Etenim rei veritate accurate perſpecta, in tabulas eccleſiaſticas ad poſterorum fidem eſt relata; quæ in Ro-

Cõſtãtin. M. ſacris ornat imaginib. Tẽplum Saluatoris Romæ.

Apocrypha de Xp̃i imagine facta a Nicodemo.

Sanguis fluens de Imagine Saluatoris Beryti.

mano etiam Martyrologio 5. Idus Nouembr. ita reperitur conſcripta. Beryti in Syria. Commemoratio Imaginis Saluatoris, quæ a Iudæis crucifixa, tam copioſum emiſit ſanguinem, vt Orientales, & Occidentales Eccleſiæ ex eo vbertim acceperint. Tanta quidem Deus hoc tempore, cum vigeret impietas Iconoclaſtarum, & Sarracenorum idem docentium, & cogentium ad abdicandum venerandarum Imaginum cultum, operatus eſt, quo, vel vno ſigno ex aduerſariorum officina deprompto (nequid poſſit impoſturæ adſcribi) eorundem impietas confutaretur, penituſque aboleretur, ſed docuit experimentum, hæreticam prauitatem, etiam ipſa Iudæorum perfidiam ſuperare. A

Poſt hæc autem, & ad Acta ſynodi redeamus, alijs innumeris allatis de veneratione Sacrarum Imaginum teſtimonijs, lectiſque epiſtolis Gregorij Papæ Secundi, & Germani Epiſcopi Conſtantinopolitani ad diuerſos eodem argumento, conſcriptis, ad poſtremum ſancta ſynodus inhærens antiquis traditionibus, & Patrum ſententijs, plures anathematiſmos aduerſus hæreticos Iconoclaſtas, promulgauit. Quæ omnia ſecuta eſt ſubſcriptio omnium Epiſcoporum quinta Actione 4. Non. Octobr. celebrata, cum Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus oſtendiſſet, hęreticos Iconoclaſtas ſectatos eſſe Iudęos, Sarracenos, Gentiles, Samaritas, & Manichęos, vſum ſacrarum Imaginnm reſpuentes. Allata ſunt alia teſtimonia redargutis hęreticorum argumentis. Poſt hęc autem patefactę ſunt eorundem fraudes, tempore vrgentis perſecutionis admiſſæ, in corrumpendis, abolendis, & incendendis ſacris Codicibus, in quibus de venerando cultu Sacrarum Imaginum, mentio aliqua eſſet inuenta. Quibus peractis, iterati ſunt omnium ſententia, aduerſus hęreticos Iconoclaſtas, Anathematiſmi. B

Sequenti rurſum die 3. Non. Octob. (ex Anaſtaſio) habita ſexta Actione, recitata eſt definitio facta ab hæreticis Iconoclaſtis in pſeudo ſeptima, ab eis, appellata ſynodo ęcumenica, cui per ſingula capita, paratum fuit ad venenum, antidotum, & titulus quidem, itaque confutatus eſt, vt dicerent, nullum Epiſcoporum Conuentum, mereri nomen œcumenicæ ſynodi, cui non interfuerit Romanus Pontifex pręſens, nec per legatos, neque per literas ſynodales. Poſt multa ab hæreticis calumnioſe, ſubdole, & mendaciter dicta confutata de ſacris Imaginibus eo peruentum eſt inter legendum, vbi illi; poſtquam omnes, humana opera factas Imagines, ſe deteſtari, & anathemati tradere profeſſi ſunt, eam ſe venerari, tantum Imaginem dixere, qua filius Dei ſeipſum, in ſacramento panis & vini ante paſſionem expreſſit. Ita ipſi quidem, cum tamen veritatem corporis, & ſanguinis Chriſti confiterentur. At quantum exhorruerint Patres vocem iſtam Imaginis in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento; reſponſione omnium declaratum eſt, ex qua magis, magiſque redarguas noſtri temporis Nouatores Iconoclaſtis iſtis deteriores. Vt igitur, tam, ab hæreticis, quàm a Catholicis Nouatores, prædamnatos intelligas, non reddam quidam hic, breuitatis ſtudens ipſum caput, ex ſeptima ipſarum Pſeudoſynodo hæreticorum depromptum, & in hac legitima, & ęcumenica recitatum, & confutatum, ſed prouoco tamen quemque ad id legendum in ipſis Annalib. hæreticorum pſeudoſynodo depromptum, & in hac legitima, & ęcumenica recitatum, & confutatum. C D

Non põt dici ęcumenica ſyno. cui non adſit Papa per ſe, vel per Legatos. Iconoclaſtæ verit. corp. & ſãg. Chriſti confitẽtes, imaginem appellatur. Calũniæ Nouatorum.

Quod ipſum (vt magis mireris) contra nos obijciunt Nouatores, calumniantes a noſtris ea eſſe dicta; quæ ab Iconoclaſtis ſunt aſſerta, ſed a noſtris, ab orthodoxis ſcilicet confutata: nam ad iſta reſponderunt Patres. Verbum Imaginis in Sacratiſſima Euchariſtia penitus deteſtantes. E

Epiphanius Diaconus legit. *Patet qualiter omnis ſermo propoſitus, quando ſemel a veritate auerſus eſt, multas, & periculoſas prauitates a conſequentia ſeductoria proferat. Quippe, & iſti præceptores nouitatis paſſi ſunt: auerſi enim a veritate propter Imaginum fractionem, etiam in alteram extremam apoplexiæ inſaniam delapſi ſunt, &c.* NVLLVS ENIM ALIQVANDO TVBARVM SPIRITVS, SANCTORVM VIDELICET APOSTOLORVM, AVT ILLVSTRIVM PATRVM NOSTRORVM INCRVENTVM SACRIFICIVM NO-

STRVM,

A STRVM QVOD IN COMMEMORATIONEM CHRISTI DEI NOSTRI, ET OMNIS DISPENSATIONIS EIVS EFFICITVR, DIXIT, IMAGINEM CORPORIS EIVS; NEQVE ENIM ACCEPERVNT *a Domino ſic dicere, vel confiteri; ſed audiant* Euangelia *dicente eo.* [a]

Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et, qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Et accepto pane, gratias agens, fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & ait, accipite, & comedite. Hoc *eſt Corpus meum. Et Accipiens Calicem gratias egit, & dixit, & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Et non dixit, accipite, & comedite* I*maginem corporis mei.*

B *Sed & Paulus Diuinus Apoſtolus, & ex diuinis Domini vocibus hauriens ait.* [b] *Ego accepi a Domino, quod, & tradidi vobis; quoniam in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & comedite: Hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. ſimiliter, & calicem poſtquam cenauit dicens.* H*ic calix nouum teſtamētum eſt in meo ſanguine.* Hoc *facite, quotieſcunq; biberitis in meam commemorationem. Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis; donec veniat. Ergo liquido demonſtratum eſt, quòd, nec Dominus, nec Apoſtoli, aut Patres imaginem dixerunt ſacrificium ſine ſanguine, quod per ſacerdotem offertur, ſed ipſum corpus, & ipſum ſanguinem. Et ante ſanctificacionis quidem celebrationem, typos, ſiue Antitypa, quibuſdam ſanctis Patribus hæc pie viſum eſt nominare; quorum eſt Euſtachius propugnator orthodoxæ fidei, & Arianæ deſtructor* C *veſaniæ, & Baſilius eiuſdem infelicis ſuperſtitionis depoſitor, qui omne, quod ſub Sole eſt, planam rectorum dogmatum baſim edocuit: ex eodem enim vnoque ſpiritu diſputantes: vnus quidem eorum interpretans Salomoniacum dictum, quod in prouerbijs legitur* [c]*. Comedite panem meum, & bibite uinum, quod miſcui uobis. hæc dicit. Per panem, & uinum, typos Corporalium Chriſti prædicat membrorum. Alter uero, ex eodem fonte hauriens (ut nouerunt omnes ſacerdotij myſtici cultores) in oratione Dominicæ oblationis, ita dicit. Confidentes appropinquamus ſancto altari, & proponentes typos ſancti corporis, & ſanguinis Chriſti tui, te deprecamur, & te rogamus: Et quod deinceps infertur, certiorem patris huius perfecit ſententiam, qualiter antequam ſanctificata fuerint, uocata ſint typi, Imagines ſcilicet.* Po*ſt ſanctificationem autem corpus proprie, & ſanguis* C*hriſti dicuntur, & ſunt, & creduntur.* D *Ipſi uero uiri fortes, uolentes uenerabilium* I*maginum demoliri uiſionem, aliam imaginem introduxerunt, quæ, non eſt Imago, ſed* Co*rpus, & ſanguis. Porro improbitate, & aſtutia referti, ſophiſmate prauo ſemet decipientes, adoptione nominauerunt fieri hanc Diuinam oblationem. Et quemadmodum hoc dicere apertæ eſt dementiæ: ita, & imaginem dicere, ampliorem indiſciplinationis habet impietatem. Deinde dimiſſo mendacio, tangunt pauxillum quid ueritatem. Diuinum Corpus dicentes, fieri. At ſi Imago eſt, non poteſt eſſe hoc Diuinum Corpus. Ergo hinc inde circunductis, inualida omnino manent, quæ ab illis ſuſurrata ſunt; ſicut enim oculus turbatus non rectè videt; ita & ipſi prauarum confuſione cogitationum, ſenſum ſuum turbantes, ac turbulentum reddentes, id* E *ipſum patiuntur, quod inſanientes, ſcilicet pro aliis phantaſticè paſſi, aliquando quidem Imaginem, dicentes Sancti Corporis Chriſti, intelligibile ſacrificium noſtrum. Aliquando verò poſitione Corpus. Porrò hæc paſſi ſunt, quemadmodum diximus Imaginalium formationum cultum ab Eccleſia volentes exterminare, gaudentes ſuper euerſionem Eccleſiaſticarum traditionum.*

Hoc longius volui recitaſſe, quo grauior eſt controuerſia, & pugnatius, & impudentius a nouatoribus agitata.

In ſeptima Actione 3. Idus Octob. celebrata, damnata perfidia Iconoclaſtarum.

Nullus veterum PP. Euchariſtiā appellauit imaginem.

a Io. 6. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22.

b 1. Cor. 12.

Typus, et Antitypa ante sāctificationē.

c Prou. 9.

Poſt ſanctificationē Corp⁹ nō imago Quā Iconoclaſtæ appellant imaginē, non eſt imago, ſed corpus. Si imago; nō eſt corpus.

In Symb. 7. ſynodi expreſſa a Patre Filioq; Spiritum S. ꝓcedere.

ſancita eſt Catholicæ fidei definitio, in qua mentio primum facta eſt reliquarum ſex ſynodorum vniuerſalium, & confirmatio earundem eſt ſequuta. Catholicum pariter eſt Symbolum recitatum, vbi cum ad Spiritus ſancti Confeſſionem ventum eſt, his eſt ipſa verbis expreſſa. ET IN SPIRITVM SANCTVM DOMINVM, ET VIVIFICANTEM, QVI EX PATRE, FILIOQVE PROCEDIT. QVI CVM PATRE, ETC. Habet id vulgata verſio eius Concilij, ita & vetus Tranſlatio Anaſtaſij Bibliothecarij ad Ioannem VIII. Papam conſcripta. Idipſum continet & Græcus textus; nequis impoſturam arguere poſſit, Cum enim eiuſdem fidei definitio recitata in Concilio Florentino, in ſeſſione quinta Ferrariæ habita. hæc de Germana textus lectione Acta habent. Lecta ſeptimi Generalis Concilij definitione; Latini quendam vetuſtiſſimum librum in medium attulere, in quo quidem eadem ipſa definitio. SANCTVMQVE SPIRITVM, EX PATRE, FILIOQVE PROCEDERE, ſcriptum erat. Qua de re non mediocris contentio in illa ſeſſione fuit exorta, Græcis videlicet reluctantibus, cum & Iulianus Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Tituli S. Sabinæ hæc ad Imperatorem, qui præſenſerat. Septimi Concilij Symbolum, Sereniſſime Imperator, quod modo fecimus recitari, in vetuſtiſſimo volumine ſcriptum eſt; ita, vt nemo poterit ſuſpicari corruptum fuiſſe; cum præſertim quidam hiſtoricus noſter antiquus, quidē ac litteratus, inter alia id quoque teſtatur, hoc ipſum Symbolum in ſeptimo Concilio recitatum fuiſſe. Tali præterea ſymbolo cum hac additione, vel declaratione. EX FILIOQVE. non mediocrem tribuimus auctoritatem. Ceterum liber ille dictus Capitulare, aduerſus Nicænam ſynodum miſſus a Carolo Magno per Engilbertum Abbatem, & Cappellanum ſuum ad Hadrianum Romanum Pont. quæ nam germana fuerit lectio eius textus, edocet; vt pote, quæ ab aduerſario reprehendatur, quod Taraſius in Actione 3. non dixerit. A PATRE, FILIOQVE. Fuit enim iſta prima reprehenſio aduerſarij his verbis concepta. Quod Taraſius non recte ſentiat; qui Spiritum ſanctum, NON EX PATRE, FILIOQVE, ſecundum Nicæni ſymboli fidem, ſed ex Patre per Filium procedentem, in ſuæ credulitatis lectione profiteatur. ſi ergo hoc ipſum ſcriptum fuiſſet, in totius ſynodi fidei profeſſione, quæ in hac ſeptima habetur Actione. Spiritum ſcilicet a Patre per Filium procedentem, & non potius, (vt habet) a Patre Filioq; procedentem: certè quidem ab aduerſario non vnus Taraſius in crimen vocatus eſſet, ſed ipſa ſynodus vniuerſa, quā acriter impugnabat. Sed quod (vt ſuperius dictum eſt) Iconoclaſtarum prima fuit illa repræhenſio, & prohibitio, ne diceretur Spiritus ſanctus a Patre Filioq; procedere: Patres ipſi, ne, vel in hoc communicarent cum illis; contra ipſorum ſententiam dixerint. A Patre, Filioque procedit. Cum non vniuerſam ſynodum, ſed Taraſium, tantum erraſſe in tertia Actione dicat; euidens teſtimonium eſt, in ſynodi profeſſione fidei, Actione ſeptima, aliter ſcriptum eſſe: ſicque germanam eam fuiſſe lectionem, quam vetus Latinus Codex dicitur habuiſſe. Quod etiam ex Reſponſione Hadriani Papæ, colligitur; dum Taraſius defenditur, & aſſeritur ab Eccleſia Romana vtrumque receptum fuiſſe, vt poſſet dici Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere, & a Patre per filium. Et Gennadius [a]. *Diuinus*, inquit, *Taraſius Conſtantinopolis Patriarcha in epiſtola ad Orientis Pontifices, quæ incipit. Multis, & ingentibus prouidentijs, ſic ait. Et in Spiritum ſanctum, qui ex Patre per Filium procedit, & eum eſſe Deum cognoſcimus. Audis. Ex Patre*, inquit, *per Filium procedere? Quòd vero Dictio. Per, cauſam ſignificet, antea dictum eſt.* &c. Hæc Gennadius contendens, quòd idem ſit dicere. Per filium: quod ex filio. Atque hic quoque caput integrum viſum eſt deſcribendum, propter peruicaciam Græcorum. Quem vero cultum impartiri voluerint ſancti Patres ſacris Imaginibus, his verbis ſignificarunt His, *ita ſe habentibus; Regna, quaſi euntes ſemita, ſequentes diuinitus inſpiratum Sanctorum Patrum noſtrorum magiſterium, & Catholicæ traditionem Eccleſiæ (nam Spiritus ſancti hanc eſſe nouimus, qui nimirum in ipſa habetur) definimus in omni certitudine, & diligentia; ſicut figuram pretioſæ, & viuificæ Crucis: ita venerabiles, ac*

Eccleſia Ro. vtrūq; admittit Sp. S. a P. p Fil. procedere & ex vtroque. a Pro Cōcil. Flor. c. 1. ſec. 6. prope finem.

Definitio S. Synodi cult. imaginum.

Sanctas

A *Sanctas Imagines proponendas, tam de coloribus, & taxellis, quam ex alia materia*
congruenter, in ſanctis Dei Eccleſiis, & ſacris vaſis, ac veſtibus, & in parietibus,
ac in tabulis, domibus, & viis, tam uidelicet, Imaginem Domini Dei, & Saluatoris
noſtri Ieſu Chriſti, quàm Intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctę Dei Genitricis eius,
honoraliumque Angelorum, & omnium ſanctorum ſimul & almorum uirorum.
Quanto enim frequentius per Imaginalem formationem uidetur, tanto, qui has con-
templantur, alacrius eriguntur ad primitiuorum earum memoriam, & deſiderium,
& ad oſculum, & ad honorariam his adorationem tribuendam; non tamen ad ueram
latriam, quæ ſecundum fidem eſt, quæque ſolam diuinam naturam decet, impertien-
dam: ita & iſtis, ſicut figuræ uerificę Crucis, & Sanctis Euangeliis, & reliquiis
ſacratis monumentis incenſorum, & luminum oblatio, ad harum honorem efficien-
B *dum exhibeatur. Quemadmodum, & antiquis pię conſuetudinis erat.* IMAGI-
NIS ENIM HONOR AD PRIMITIVVM TRANSIT, ET QVI ADO-
RAT IMAGINEM; ADORAT IN EA DEPICTI SVBSISTENTIAM,
PERSONAM VIDELICET. SIC ENIM ROBVR OBTINET SANCTO
RVM PATRVM NOSTRORVM DOCTRINA, IDEST TRADITIO
SANCTAE CATHOLICAE ECCLESIAE, *quæ a finibus, uſq; ad fines ter-*
rę, ſuſcepit Euangelium &c. Hactenus Definitio fidei ex verſione Anaſtaſij. Eadem
quoque ſuis ſcriptis profeſſus eſt S. Ioannes Damaſcenus de Hæreſ. prope finem,
qui libro 1. & 3. Apologetici ſæpius repetit. Imagines nullo modo coli debere cul-
tu latriæ, numeratque inter hæreticos illos, qui Imagini cuipiam duxerint tribuen-
dum eſſe latriæ cultum. Ceterum nequaquam in horum claſſem coniecerimus Scho-
C laſticos illos, qui Chriſti Redemptoris Imagini, & Sanctiſſimæ Cruci latriæ cultum
tribuendum eſſe dixere; cum ipſi idem ſenſerint reuera cum orthodoxis, ob diuerſi-
tatem tantum vocum, adhibita aliqua diſtinctione, ſeu declaratione, haud ab illis
vllo modo ſunt ſeparandi. Siquidem conſtantiſſima eſt etiam ipſorum aſſertio, nul-
li creaturæ diuinum cultum, qui ſoli Deo conuenit eſſe impertiendum. Cum vero
eiſdem ſacris Imaginibus latriæ adorationem eſſe impendendam ijdem aſſeruere:
vtique dicendum, intellexiſſe improprie, & non propter ſe, aut ex ſua natura, ſed per-
accidens, & relatiue ad aliud: vt tunc non Imago colatur, vt Deus propriè, ſed Deus
in Imagine, ſeu per Imaginem. Sic etiam, cum coluerunt antiqui Patres Deũ (quem
nemo vidit vnquam, neq; videre poteſt)[a] in diuerſis formis, ſeu Imaginibus apparen-
tem, in quibus conſtat repræſentatum fuiſſe Deum; eos non peccaſſe; ſed meruiſſe di-
D cendum, dum illas ipſas Imagines, vt Deum coluere cultu latriæ, quas ſcirent repræ-
ſentare Deum. Quòd igitur nemo ipſorum dixerit adorandas Imagines cultu latriæ
propter ſe (id enim eſſet re vera Idololatria) ſed propter aliud, vtique non proprium
per ſe exiſtentem latriæ cultum illis tribuiſſe noſcuntur, ob quod damnandi eſſent,
ſed cultum latriæ, illum tantum, qui fit ob aliud, & per accidens, & relatione ad pri-
mum exemplar. Quòd autem, cum vna, eademq; ſit eorumdem, & omnium orthodo-
xorum ſententia de ſacrarum Imaginũ cultu, diuerſis tamen, & plane contrarijs ver-
bis vſi ſint, non aliunde accidiſſe putandum, quàm ꝙ eiuſmodi tam firma, conſtans, &
certa, tanquam ſerio pertractata, & definita, atque in canonem redacta ſententia Ni-
cæni poſterioris Concilij, minime ijſdem ſanctis, & doctis viris innotuit: niſi forte
per leuem aliquam hiſtoriarum lectionem tantum de eo Concilio cognitionem ha-
E buerunt, quod cum intellexiſſent in ſynodo Francofordienſi improbatum, nullam
decretationem habendam eſſe ſtatuerunt.

Vel ſi ijdem (quod forte verius) ipſum œcumenicum eſſe ſciuerunt, probatum-
que a Rom. Pont. damnatum vero ab aduerſarijs. tamen quod in eo mentirentur ad-
uerſarij, definitum eſſe cultum latrię ſacris Chriſti imaginibus tribuendum: verum
id eſſe putantes in contrarium, niſi calumniam non intelligentes, (de qua fuſius ſuo
loco cum de Conc. Francofordienſi agendũ erit) pro ipſo Concilio cautã agere ſe pu
tauit, ſi quõcunq; improprietate verborũ licet, latriæ cultũ in ſacris Xpi imaginibus
tuerẽtur, ſicq; ex ignoratione rerũ geſtatũ diuerſitas iſta loquẽdi accidiſſe cognoſcit.

Latria ſoli Deo nõ imaginibus tribuenda.

S. Damaſc. de imaginibus. Inter hæreticos cẽſendi, qui latriã tribuũt imaginib.

Nõ tamẽ D. Scholaſtici, Catholica.n. ſenſerũt.

Scholaſticorũ ſnĩa de latriæ cultu dando imaginib. explicatur.

a 1. Io. 4. 1. Tim. 6.

His igitur in ſynodo definitis, acceſſit omnium Epiſcoporum ſubſcriptio, quã ſubſecutæ ſunt publicæ eiuſdem ſynodi acclamationes, additis anathematiſmis. A

Præter Catholicæ fidei Decretum ab eadem ſacroſancta ſynodo Canones ſanciti ſunt 22. quorum Tertius, totidem verbis hic reddendus eſt, planè dignus, qui Regum omnium Palatijs foribus inſcribatur, vna cum titulo ipſi præfixo.

QVOD NON OPORTEAT PRINCIPES ELIGERE EPISCOPOS.

Omnis electio a Principibus facta Epiſcopi, aut presbyteri, aut Diaconi irrita maneat ſecundum regulam quæ dicit. SI QVIS EPISCOPVS SAECVLARIBVS POTESTATIBVS VSVS, ECCLESIAM PER IPSOS OBTINEAT, DEPONATVR, ET SEGREGENTVR OMNES, QVI ILLI COMMVNICANT. *Oportet enim ut, qui prouehendus eſt in Epiſcopum, ab epiſcopis eligatur: quemadmodum a ſanctis Patribus, qui apud Nicæam conuenerunt, in Regula definitum eſt, quæ dicit.* B EPISCOPVM CONVENIT MAXIME AB OMNIBVS, QVI SVNT IN PROVINCIA EPISCOPIS ORDINARI. SI AVTEM HOC DIFFICILE FVERIT PROPTER INSTANTEM NECESSITATEM, AVT PROPTER ITINERIS LONGITVDINEM, TRIBVS, TAMEN OMNIMODIS CONVENIENTIBVS, ET ALIIS PER LITERAS CONSENTIENTIBVS, TVNC CONSECRATIO FIAT. PRIMATVS TAMEN EORVM, QVAE GERVNTVR, PER SVAM QVAMQ. PROVINCIAM METROPOLITANO TRIBVATVR ANTISTITI. Hæc Canon, quibus videas penitus inhibitum eſſe Principibus, Eccleſijs præficere ſacerdotes. Habent tamen aliquid id ex ſedis Apoſtolicæ priuilegio.

Can. 12. Suſtulerunt pretioſum veſtitum clericorum, qui ab Iconoclaſtis fuerat introductus. C

Ex ſynodo demum ſynodales emiſſæ epiſtolæ ad diuerſos: Vna ad ipſos Impp. Alia vero encyclica ad omnes Eccleſias: Tertia ad Hadrianum ipſum Romanum Pontificem: Alia ab eodem Taraſio ſcripta habetur epiſtola erudita, atque prolixa ad eundem Hadrianum Pont. de Simoniaca hæreſi profliganda, quæ extat ad finem ſeptimæ ſynodi, & apud Balſamonem in appendice ad Nomo. Can. Photin.

De Simoniaca hæreſi profliganda.

Porro ipſa dies 12. Octobris, qua ſynodus eſt feliciter abſoluta, relata fuit a Patribus in tabulas Eccleſiaſticas anniuerſaria memoria celebranda, qua Deo gratiæ agerentur de profligata hæreſi, & ſeruata veteri Eccleſiæ in cultu ſanctarum Imaginum obſeruantia. Menol. Baſil. Imp.

De his autem, quæ poſt abſolutam ſynodum ſunt conſequuta, Ignatius huius temporis hiſtoricus in Taraſio, hæc, inter cetera habet, lapſos Epiſcopos, & clericos Eccleſiæ per pœnitentiam reconciliatos, & in ordine, quemque ſuo, receptos. Id quidem magno Taraſio inuidiam peperit. Etenim Sanctiſſimi qui videbantur monachi aduerſus eum inſurrexere, & qui inter illos eminebat. Saba. Teſtatur id Theodorus Studita [a] qui & addit alibi [b] ſtatim poſt ſynodum ab aliquibus factam eſſe diſcuſſionem in Taraſio, quod dicerent pecuniariam ab eo factam ordinationem, quod non fuiſſe verum idem tradit, licet dicat, in ſuſpicionẽ ea de re fuiſſe adductum, quã ſuſpicionẽ, vt aboleret, ad huiuſmodi crimen radicitus ab Orientali Eccleſia conuellendũ, viribus totis inſurrexit. vt ex Ignatio monacho conſtat in eius vita. At reperitur (quod mirandum eſt, ſi verũ eſſe monſtrari poteſt) eiuſdem Taraſij epiſtola ad Hadrianum Papam aduerſus ſimoniacam prauitatem, arguens eundem Hadrianum, quod ea ſit labe pollutus. Certè quidem nuſquam apud quemlibet ſcriptorem aliquid huiuſmodi de Hadriano dictum reperitur, vt mirum admodum videri poſſit, vt, qui a ſuis, erroris argueretur; ipſe in Rom. Pont. tale crimen impingat, eumq; acerbe nimis corrigat. Certe quidẽ, qui eã primus edidit Theodocus Balſamo Rom. Eccl. acerbiſſimus hoſtis in ſuſpicionẽ adducit impoſturæ, vt pote ſchiſmate ſciſſus hõ, qui nihil magis ſcribendo laboret, quàm, vt Eccleſiæ Romanæ notam inurat, eandemq; contemptibilem reddat. Laborauit, & ipſe Theodorus Studita alia ſuſpicione circa Nicænam ſynodum, quod eam nõ œcumenicam, ſed localem dixiſſet in epiſt. ad Arſeniũ. Theodor. [c] D E

a li. 1. ep. 38. ex codic. col. Biblioth.
b lib. 1. ep. 13.

Epiſt. Taraſ. ad Hadr. de Simon. ſuſpecta eſt impoſturæ.

c ep. 38.

Certe

A Certe quidem ea epiſtola, tam aperta habet mendacia, vt conficta haberi debeat: ſed Theodorus ea calumnia, & alijs egregie ſe purgat epiſt. 127. ad Petrum Nicænũ Epiſcopum, *obiectiones, & criminationes deducemus, quas contra nos, neſcio vnde, pacis opifices concinnarunt: ſchiſmaticos nos depinxerunt, a diuini Pontificis noſtri Conſortio auerſos, Idionomos appellarunt, ideſt priuati viris auctores in eorum pœnis, qui hæreticæ Communioni adhæſerunt, aliaque multa, quæ epiſtola includere moleſtius foret. Verum ad ſingula, vt diximus, appoſitè precibus tuis reſpondentes. Cum ſacro Pontifice Communicare nos oſtēdimus, qui, & ſumma humanitate nos excepit, & amanter tractauit, & dimiſit, nullo verbo de his, quæ per dolum conficta fuerunt, interiecto. Quinetiam, cum mentio fieret de Domino, & Beato Taraſio (nam, & ab eo dixerant, Patrum ſcilicet amatores nos deſciuiſſe, & ſecundam in Nicæa ſanctam ſynodum localem appellare) probauimus nos, & illum in Sanctis Patribus* B *habere, & ſynodum verbis, ſcriptiſq; œcumenicam confiteri.* Hactenus de rebus Orientalibus. Occidentales iam longo interuallo reuiſamus.

Studita purgat ſe de calumnijs.

Hoc anno, (vt habent Annales Francorum, & qui eoſdem collegit Regino) *Carolus Magnus Romam venit, & a Pontifice* Hadriano *ſuſceptus, ibi aliquot dies moratus eſt. quod cum audiſſet* Heregiſius *(an Arichiſius) Dux Beneuentanorum, timore perterritus, miſit Romaldum (an Romualdum) filium ſuum cum magnis muneribus ad Regem, & promittens ſe omnem voluntatem eius facturum. Sed his ſuaſionibus minime Apoſtolicus credidit.* (quod peculiare eſſe Principum Longobardorum fidem frangere, ſæpe fuiſſet expertus) *ſed magis exhortatus eſt Regem, vt Beneuenti fines intraret, quod, & fecit, & cum Capuam veniſſet,* Heregiſius *re-* C *liquit Beneuentum, & Salernum ſeceſſit, ibique ſe muniuit. Et exinde miſit filium ſuum Grimaldum (nam Romaldum Rex ſecum detinebat) cum magnis muneribus offerens obſides, & promittens omnem fidelitatem, tantum ab impugnatione ceſſaret. Tunc Rex cum conſulto fidelium, & ſacerdotum, ne penitus Epiſcopatus, & monaſteria deuaſtarentur, elegit duodecim obſides præter filium ſupradicti Ducis Grimaldum, & accepit munera, & iurauerunt omnes Beneuentani, & reuerſus eſt Romam, ibique celebrauit* Paſcha *cum Præſule Sedis Apoſtolicæ.* Hæc Regino. Eadem reliqui omnes res Francorum proſecuti. Qui poſt Paulum Diaconum proſecutus eſt res Longobardorum: Herempertus vir illuſtris (ita enim inſcribitur) plura his addit, quæ, quòd fabuloſa multa commiſceat, nobis non omnino probantur. Hoc anno menſe Auguſto mortuus eſt Archiſius Dux, vt eſt in Epitaphio a Paulo D Diacono deſcripto, poſt cuius mortem dimiſſum fuiſſe Grimoaldum filium obſidem a Carolo Magno, & Patri ſucceſſiſſe, Leo Oſtienſis teſtatur [a], itemque Herempertus in hiſtoria Longobardorum. Mortuo Arichiſi. Paulus Diaconus ad Caſſinenſe monaſterium venit, vbi plures vixit annos. Carolus Beneuento victor rediens Caſſinum ad corpus Sancti Patri Benedicti adijt, ſeque omnium Deo ſeruientium orationibus commendauit: Abbati quoque Theodomario, agrum, quem poſſidebant, & aquas confirmauit. Ab hoc eodem Abbate ex Francia per Aldigarium Epiſcopum idem Carolus monachos expetijt, qui regularem diſciplinam pene extinctam renouarent. Quibus temporibus Anglus quidam mutus, & ſurdus veniens cum quibuſdam ſuæ gentis ad limina Apoſtolorum, inde ad memoriam B. Michaelis Archangeli in monte Gargano tendens, ad Caſſinēſe monaſterium venit, vbi proſtratus E ante corpus Sanctiſſimi Benedicti, diutius orans, recepto auditu, & loquela, non modo patria; ſed etiam Romana lingua abſolutè loqui cæpit. Ex Leone Oſtienſi [b].

Carol. Beneuētanorum D. in deditionē accipit.

a li. 1. c. 16.

Miracul.

b lib. 1. c. 14. & 17.

Romæ, dum Carolus cum Domino Apoſtolico Paſcha celebraret, orta contentione inter Romanos, & Gallicos Cantores, vti melius cantarent. ſeque alteri alteris præferentes, Carolus præſtantiam Romanis adiudicauit, cum diceret fontem riuulis puriorem eſſe, ac proinde ad ſuos, inquit, reuertimini vos ad fontem Sancti Gregorij, quia manifeſte corrupiſtis Cantilenam Eccleſiaſticam. Mox igitur acceptos ab Hadriano Papa Cantores in Franciam duxit, qui Francicum cantum corrigerent, Theodorum, & Benedictum a Sancto Gregorio eruditos.

Contētio inter Ro. & Gallicos cant.

Quorum vnum cantorem miſit in Metenſem ciuitatem, & per ſingulas ciuitates inſtituit magiſtros ſcholæ cantus, a quibus omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam. Quantum autem magiſterium Romanum ſuperat Metenſe in arte cantilenæ; tanto ſuperat Metenſis cantilena ceteras ſcholas Gallorum. Similiter erudierunt Romani cantores ſupradicti cantores Francorum in arte organandi. Dominus item Carolus Roma artis Grammaticæ, & computatoriæ magiſtros ſecum adduxit in Franciam, & vbique ſtudium literarum expandere iuſſit. Ante enim ipſum Domnum Carolum Regem in Gallia nullum ſtudium fuit liberalium artium. Hæc fere ex veteri Chron. edito a Pithoco. Porro de Cantico Romano recitando in Gallijs eſt Conſtitutio ipſius Caroli Magni in Capitularib. Fr. [a] his verbis. *Monachi, vt cantum Romanum pleniter, & ordinabiliter per nocturnale, vel gradale officium peragant, ſecundum quod Beatæ memoriæ genitor noſter Pipinus Rex decretauit, vt fieret, quando Gallicanum cantum tulit, ob vnanimitatem Apoſtolicæ Sedis, & Sanctæ Dei Eccleſiæ pacificam concordiam.* porrò de cantu Eccleſiaſtico, eiuſque diuerſitate apud Gallos, & Romanos, a quibus illi didicerunt, legendus Amalarius de ordine Antiphonarij in Prologo, & cap. 68. Dum adhuc Romæ Carolus eſſet, venerunt a Taſſilone Bauariæ Duce legati, petentes ab Apoſtolico, vt pacem inter Ducem, & Regem conciliaret, quam tamen ipſi legati non ſunt auſi confirmare Cognita igitur eorum inſtabilitate, & fraude, ſub anathemate mandauit Apoſtolicus Duci, & conſortibus eius, vt quæ ſacramento promiſerat Pipino, & Carolo, plene obſeruaret, & Regi Carolo, eius filijs, & genti Francorum pareret. Reuerſus Rex Carolus in Franciam; Vuarmatiæ cum eſſet, euocauit ad ſe Taſſilonem Ducem, vt quæ Apoſtolicus mandarat, perficeret, quo renuente, tribus exercitibus inuaſit Bauariam, quibus perterritus Dux tradidit ſe Carolo, & obſidibus datis, ipſoque Theodone filio, permiſſus eſt Dux Bauariæ permanere. Hæc autem auſus erat Dux, inſtigante vxore Deſiderij Regis Longobardorũ filia, e Regno a Francis pulſi, & fœdere cum Hunnis inito, quibus confiſus Magno Regi bellum inferre non formidauit. Ex Eginhardo.

A B C

a li. 1. c. 8.

Chriſti Annus	*Hadriani P.*	*Conſt. & Irenes Impp.*	*Indict.*
788.	17.	9.	11.

D

Conſtantinus Imperator inuitus, nolenſque, Irenæ tamen matris impulſu, deportatam ſibi Caroli Magni filiam, repudiauit, quam deſpiciebat, vxoremq; accepit Mariam Armenam, a matre Irene ipſi procuratam. Hæc Theophanes. Ex quo principio plurima ſunt mala conſequuta. Porro Maria iſta humili loco nata, vt ſolium Imperiale aſcenderet, ſanctitas effecit eius patrui S. Philareti cognomento Miſericordis, de quo agitur dies natalis in Menologio Baſilij die 2. Decembris. Cauſa autem, cur Irene Imperatrix ſe a Francorum fędere, amicitia, & affinitate ſeiunxerit, alia non eſt, quæ afferri poſſit; niſi, quòd Carolus Ducatum Beneuentanum inuaſerit, quem, vna cum Duce, in ſuum patrocinium, Orientales Impp. ſuſceperant. Porro vna cum Beneuentano Ducatu, reliqua omnia a Carolo ablata eſſe, quæ interiacent, vſque ad Adriaticum mare, certum eſt. Nam de Dominio Caroli Magni in Italia; hæc Eginhardus in eius vita. *Totam Italiam, quæ ab Auguſta Prætoria, vſque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum, & Beneuentanorum conſtat eſſe confinia decies centum, & amplius paſſuum millibus longitudine porrigitur,* occupauit ſcilicet: & inferius. *Erat*, inquit, *ſemper Romanis, & Græcis Francorum ſuſpecta potentia; Vnde illud Græcorum extat prouerbium.* E

Τὸν φράγκον φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς,

Ideſt. Francum amicum habeas: Vicinum non habeas. *Eodem anno*, inquit Re-

gino,

A gino, *commiſſum eſt bellum inter Græcos, & Longobardos, Ducibus* Hildeprando *Spoletano, & Grimoaldo Beneuentano, & Vuinigiſo a Rege Francorum directo cum Francis, & fugati ſunt Græci, & victores extiterunt Franci, & Longobardi.* Qui putarunt non repudiatam ab Imperatore, ſed negatam fuiſſe a Carolo Magno filiam Conſtantino, hac de cauſa, huiuſmodi bellum conflatum eſſe, dixere. Nam in Annalibus ſub Ludouico Imperatore conſcriptis, hoc habetur, & Græcos cæſos, ac profligatos, relata a Francis ingenti præda, & numero captiuorum. Ceterum quantum ex Theophane colligi poteſt, Aldigiſus Deſiderij Regis Longobardorum filius, qui Conſtantinopolim profugerat, fuit malorum omnium Architectus. Sperans enim ſi eiuſmodi nuptiarum fœdera inter Carolum, & Conſtantinum ſoluerentur, bellumq; inter eos accenderetur, fore, vt ipſe ad ſuos reuerſus, ab illis reciperetur, Francis exploſis, in Regem; ſpe ſua falſus eſt; nam miſſus cum exercitu in Longobardiam a Francis captus, & interemptus eſt. Quo pariter anno Carolus Magnus Taſſilonem Bauariæ Ducē Maieſtatis conuictum, damnatum legibus, commiſeratione motus, exemptum a gladio, cōceſſit ingredi monaſterium, vna cum filio Theodone, vbi tonſura, & monaſtico habitu permanſerunt. Porro ſolicitati ab eo Hunni, qui & Auares, duobus exercitibus, altero Marcham Foroiulienſem, altero Baioariam ingreſſi a Carolo ſemel per ſeipſum, ſæpius per Pipinum filium, & Præfectos, per octo annos, quibus bellum durauit, incruentis prælijs ex parte Francorum, profligati, & ad Internecionem cæſi ſunt; ipſa Pannonia pęne ad vaſtitatem redacta; loco ipſo, in quo Regia Cagani erat, ita deſerto, vt ne veſtigium quidem eius appareret; ſpolijs ex plurimarum gentium, per tot annos, direptione congeſtis, Franci potiti, & ditati ſunt. Hæc ex Eginhardo. Atque hic finis Barbaræ gentis Auarum, ſeu Hunnorum, quæ Orientem, & Occidentem innnmeris cladibus affecerat, Conſtantinopolitanum Imperium ſub tributo redegerat, ſæpeque mœnia Conſtantinopolis ferro pulſauerat: Vt intelligamus ſic Deum permittere ad peccata populorum plectenda, barbaros interdum inuincibiles reddi, vt eoſdem poſt, cum vult, per fideles, pioſque Duces, ſubigat, atque deleat. quæ tot ac tanta Carolum pietate magis, quàm armis obtinuiſſe conſtat.

Deſider. fil. cū exercitu, a Græcis ĩmiſſo, ꝓfligatur, & occiditur.

D. Bauariæ M. cō uictus cū fil. recluditur in monaſt.

Hunni profligātur ſępius a Carolo.

Hoc anno Hadrianus Papa præfecit Bremenſi Eccleſiæ in Saxonia S. Vuillehadum, probe ſibi Romæ cognitum, cum venit ad limina Apoſtolorum. Quem Apoſtolicum virum Carolus M. Hadriani iuſſa, pro ſua pietate capeſcens, excepit, & Eccleſiam illam ampliſſimis redditibus auxit, fineſque eius Eccleſiæ certis finibus circumſcripſit. Extat de his omnibus Diploma Regium apud Crant.[a] eiuſdem Caroli.

Hunnorū opibus potiti Franci.

[a] In Sax. li.2.c.14.

Sedit S. Vuillehadus annos duos, menſes tres, dies 26. relatuſque inter ſanctos, celebratur, quo die obijt 6. Idus Nouem.

Chriſti Annus	*Hadriani* P.	*Conſt.* & *Irenes* Impp.	*Indictio.*
789	18	10	12

DIſſenſio orta inter Imperatores, matrem, & filium, illa quidem ſola regnare ambiente; hoc vero iam viginti annorum, imperare, vt decebat, expetente. Conſpirant igitur cum paucis filius in matrem; eamque in Siciliam in exilium deſtinare moliens, re patefacta, mater, qui cum filio ſentiebant comprehenſos, cæcidit, totondit, & in exilium egit, filium multis conuitijs affectum, & percuſſum, per plures dies, ne procederet, continuit: exercitum ſacramento obſtrinxit, ipſa viuente filium imperare non paſſurum. Turbulentum, & nutabundum Imperij Orientalis ſtatum natura euidentiori expreſſit ſigno, horribili terręmotu, vt omnes ſub dio in hortis, & tentorijs agerent, accidit, vt cum de Protoſpatario graues, & acerbę haberentur quęſtiones, is obſeruato tempore profugeret ad Eccleſiam, & ingreſſus in adyta altare teneret. Cuſtodes inſequentes circundato adyti ambitu, obſeruabant,

Diſſidentib. matre & filio, Impp. p̄ualet Mater.

vt neceſſitate cogente, egreſſum comprehenderent. Re cognita Taraſius Epiſcopus, A
opem, quam poterat illi afferens, ſacra indutus veſte accedens ad adyta, neceſſaria ſuppeditabat, & occultis vijs ducebat ad requiſita naturæ, & reducebat: milites in occultis illis cuniculis in inſidijs poſiti, eum improuiſo correptum, in Regiam abſtrahunt. Epiſcopus dolens, & mœrens, cum ad Imperatricem non admitteretur; omnes excommunicat, qui Eccleſiæ ſupplicem aliquo damno affeciſſent. Illi veriti excommunicationem, de reo non amplius quæſtionem habent per tormenta, ſed verborum ſolis examinationibus, & tãquam innocentem abſoluunt. Ex Ignatio in vita Taraſij.

Eccleſiæ immunitas.

Sed, & illud præclare accidit hoc eodem anno, quòd Theophilus Præfectus Imperatoriæ claſſis, cum ante aciem pugnans aduerſus Sarracenos captus, & perductus ad ipſorum Principem Aaron, nec donis, nec minis flecti poſſet, vt Chriſtum negaret, gladio cæſus eſt, vt eſt in Martyrol. 11. Kal. Auguſt. B

S. Theophil. mar.

Quòd ad res pertinet Occidentales, cũ laici homines ſolerent bona Eccleſiarum, & monaſteriorum inter ſe diuidere, clericis, & religioſis tantum relinquentes, quantum ſufficeret, vt velut Canonici, & monachi viuerent, Carolus Magnus pie inter cetera ita ſanxit.[a]

a Capit. Franc. li. 1. c. 72. & 73.

Quia iuxta ſanctorum Patrum traditionem nouimus res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum & patrimonia pauperum, cuiq; non ſolum habita conſeruare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus: tamen, vt ab Eccleſiaſticis de non diuidendis rebus illius ſuſpicionẽ dudũ conceptã penitus amoueremus: ſtatuimus, vt neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram, vel progenitorum noſtrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus diuiſionem, vel iacturã patiatur. In quam ſententiam C
S. Hildegardis Abbatiſſa res proſecuta S. Deſibodi[b] hæc habet. *Poſt annos autem plurimos, & aliquot Regum deceſſũ rurſum ingentia orta ſunt bella in Regione iſta. Itaque maiores natu, & principes terræ illius, Carolum Magnũ, qui tunc Romanum Imperium ſuſceperat, adeuntes, dixerunt, æquũ non eſſe, vt ij, quos non carni, ſed ſpiritui, non mundo, ſed Deo ſeruire oporteret, mundi pompas, & opes ſuperfluas obtinerent; quemadmodum facerent illi, qui in morte S. Deſibodi degerent: cũ ipſi præ lijs, & anguſtijs preſſi, diuitijs, & facultatibus egerent: Vnde tum ſeruire Regno, tum ſibi conſulere poſſent. Eorum orationem Imperator, & prudenter audiuit, & ſapienter diſſimulauit, reſponditq; ſe patribus illis, nec fundos, aut poſſeſſiones, neque alias res, quas eis fideles contuliſſent, vlla ratione ademptuꝛum. Et accepto reſponſo, illi deinceps acquieuerunt.* D

b Apud Sur. 8. Iul.

Militaris querela ẽt non ſæpe vſurpata.

Sapiens Caroli reſponſum.

Hæc Hildegardis, quæ principes audire debeant, ſi Caroli ſummæ gloriæ, ſummique Imperij hic æmuli, & æterni in Cœlo Regni eius velint eſſe participes.

Chriſti Annus.	*Hadriani P.*	*Conſt. Solius* Imp.	*Indictio.*
790	19	1.	13.

Legiones in Armenia degentes Conſtantinum ſolum Imperatorem acclamant, quas aliæ in alijs prouincijs ſequuntur, iuramento etiam publicè id conteſtantes, quantumuis antea Irenæ iuraſſent.

Mater ſibi timens, filium a ſe dimittit, quem pene carcere cuſtoditum hactenus aſſeruaſſet. Qui habenas ſuſcipiens Imperij, vltus eſt in Præfectos a matre conſtitutos, in eosque potiſſimum, qui amicos ſuos expelli procurauerũt, vt Stauratium, & alios. Inter hæc diſcordiarum incendia, etiam pars Conſtantinopolis conflagrauit, in qua Triclinium Patriarchæ; & ſubiectæ ei Cameræ, in quibus repoſita erant ſcripta vniuerſa, quibus ſacram ſcripturam S. Ioan. Chryſ. fuerat interpretatus. Theoph. E

Filius capeſcit Imper. fauentib. illi legionibus.

Defuncto Mauregato Rege Gallæciæ, ſuccedit Veremundus Diaconus, qui inde magnam ſibi laudem comparauit, quòd Alfonſum ab illo è Regno eiectum, reſtituit. Tudẽſis, & alij.

A

Chriſti Annus 791 *Hadr. P.* 20 *Conſtant. Solius Imp.* 2 } *Indictio.* 14

COnſtantinus Imperator rogatus à matre, & ab Optimatibus, pronunciat eandem iterum Imperatricem, amboque ſimul acclamantur Imperatores, adhuc tamen Armenis militibus contradicentibus. Theophanes. — Vterque mater, & filius imperant.

Dum minus cautè bellum gerit Imperator, deceptus à Pſeudoprophetis, certam victoriam pollicentibus, ſuperatur à Bulgaris, & fugatus redit Conſtantin. compluribus, occiſis, & primoribus magiſtratibus, & ipſo Pſeudopropheta Pãcratio. Theoph. B

Collectis ordinibus militaribus in Vrbem, cum comperiſſet Conſtant. Imper. velle eos conſtituere Imperat. Niceph. Conſtantini aui ſui Imperat. filium, eum quidẽ oculis priuat; quatuor autem eius Fratres, Chriſtophorũ, Nicetam, Anthinaum, atq; Eudoxium, linguis. Alexium quoq; Patricium, quẽ Legiones Armeniæ quæſierant prouehere in Imperatorem, ſuadente matre, & Stauratio, obcęcat. non diu impunè tulit tantam crudelitatem Imperator, poſt quinquennium eodem menſe Auguſto, & eodem die Sabbati à propria matre oculis orbatus. Ex Theophane. — Crudelit. in propinquos.

Sed ſicut in Oriente, vbi ſęuitia cum iniquitate graſſatur, Barbari pręualent in Imperium: ita in Occidente Caroli Magni Regis pietas, triduano ieiunio, & litanijs, ſolemnique celebratione Miſſarum, roborato exercitu, fide potentior, quàm armis, inuictus hactenus, Auares Barbaros ſuperat, innumerabili eorum cęſa multitudine incruenta victoria. Et Annalibus Franc. C — Caro. qb armis profligat Auares.

CONSILIVM FOROIVLIENSE ſub Paulino Patriarcha Aquileienſi. Hic doctrina inſignis, egregia etiam enituit ſanctitate, frequenterque à Carolo Magno ad Synodales Conuentus euocari ſolitus. Eum, vt inſignis nominis virum citat Vualfridus Strabo de rebus Eccleſ. [a] qui paulò poſt claruit ſub Ludouico Caroli Magni filio. Paulinus rationem reddit diuturnæ intermiſſionis Conciliorum, frequentia bella, quæ cum modo, inquit, ceſſarint, opportunum eſt ea celebrare. — a Cap. 25.

Ad duplicem errorem corrigendum Paulinus viſus eſt huiuſmodi Synodum potiſſimum conuocare; pręter ea, quæ ad diſciplinam eccleſiaſticam benè reſtituendam pertinent. Vnus error erat in Oriente; Quæſtio inquam de proceſſione Spiritus ſancti, quæ in Oriente exagitari cępit, indeque dilapſa in Italiam, Gallis cum Hiſpanis contranitentibus. In Occidente alter; in Hiſpanijs, ab Epiſcopo Toletano Elipando, & Felice Vrgelitano Neſtorianiſſimo reſtitui cępto, dum aſſererẽt filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſecundum humanitatem dicendum eſſe filium adoptiuum, ac proinde duos Dei filios in Chriſto, naturalem, & adoptiuũ eſſe. Quòd ad primum ſpectat, hæreticos cum nominet negantes Spiritum ſanctũ à Patre, filioq; procedere, diuerſum planè eſt ab eo, quod aliqui ſimpliciter dixere, ex Sancti Euangelij præſcripto, Spiritum ſanctum à patre procedere, non negando tamen, etiam ex filio procedere. Hos quidem non eſſe cenſendos hæreticos, Hadrianus Papa excuſat, in Reſponſionibus ad Carolum Magnum datis aduerſus Synodi ſecundę Nicęnę detractores, vbi Taraſium excuſat, qui ſpiritum dixerat ex patre procedere per filium, cum ait. [b] *Hoc Dogma Taraſius, non per ſe explanauit, ſed per doctrinam Sanctorum Patrum confeſſus eſt, quorum Capitula pro veſtro nimio amore, quem erga veſtram perfectiſſimam à Deo protectam Regalem excellentiam gerimus, breuiter exeramus, Athanaſius, &c.* Recitat nonnullorum Græcorum, & Latinorum Patrum ſententias, Taraſij aſſertioni conſentientes, quòd ſcilicet Spiritus ſanctus à Patre procedat per filium, de quibus videas, quæ diſputat diffuſius S. Thomas. [c] Non ergo conſenſit Hadrianus illis damnantibus Græcos ob id, quod dicerent Spiritum ſanctum à Patre procedentem, non tamen negarent à filio æquè ipſum procedere. At quod addita Symbolo illa verba fuerint, FILIOQ; hanc affert Paulinus rationẽ. — D — Duplex error tum iactatus. — E — b Hadr. Epiſt. ad Carol. c. 1. — c parte 1. q. 36. ar. 3. — Spir. S. à patre, & filio pcedit.

Hæc enim, inquit, *& cętera, quæ ſequuntur in Nicæni Symboli ſacro dogmate non habentur: ſed & poſtmodum propter eos videlicet hæreticos, qui ſuſurrant Spiritum ſanctum ſolum eſſe patris, & à ſolo procedere patre, additum eſt*, QVI EX PATRE FILIOQVE PROCEDIT. Quomodo autem nonniſi ex diuinarum ſcripturarũ auctoritate id factum ſit, pluribus idem Paulinus docet, licet quando ſit factum non dicat, ſed Origo eius rei in Leone Magno habetur, ad Annum Domini 447. cum in Hiſpanijs id primum factum eſt, & poſtmodum in Gallijs, licet autem eandem doctrinam Eccleſia Romana receperit, in Symbolum tamen nunquam admiſit, niſi ſub Nicolao Papa, vt ſuo loco dicetur. A

Chriſtus, fil. Dei adoptiu⁹ nõ dicẽdus.

Quòd ad ſecundum errorem, Paulinus in hac Synodo pluribus diſputans de Sanctiſſima Trinitate, hæreſes aduerſus eam obortas, prædamnatas confutat, atque demum de Verbi Incarnatione tractans, redarguit eos, qui filium Dei factum hominẽ, nominant adoptiuum, eodemque Catholicæ fidei Symbolo eoſdem condemnat errores. B Demum verò in hac eadem Synodo, poſt tractationem Dogmaticam, ſanciti ſunt 14. Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantes: in quibus quàm accuratus fuerit Eccleſiaſticæ diſciplinę reſtitutor, & cuſtos, vel ex eo intelligitur, quòd nec cum permiſſis à Nicæno Concilio mulieribus, matre, ac ſorore, permiſerit ſuos clericos habitare.

San. Burchardi Epiſc. Herbipol. obitus.

a Apud Sur. 14. Octob.

Hoc eodem Redemptoris anno migrauit ex hac vita ille Apoſtolicus ſanctitate illuſtris Burchardus Epiſcopus Herbipolenſis, cum ſediſſet annos 40. cuius res geſtas proſecutus eſt [a] Egilardus eius Monaſterij Monachus. Hic, haud diu ante obitum exemplo S. Bonifacij, qui auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſibi delegerat ſucceſſorem, & ipſe auctoritate Lulli Moguntini Epiſcopi Apoſtolicæ ſedis, ad inſtar Bonifacij, fungentis legatione, & aſſentiente Carolo Magno, Mengingardum ſibi ſucceſſorem ſubſtituit, relatus inter ſanctos, anniuerſario cultu celebratur 14. Octob. C

Tiberis inũdatio ingens.

In fine autem anni huius menſe Decembri, mirum in modum exundans Tyberis, portam Flaminiam à fundamentis auellens, longiùs deduxit, muros in aliquibus trãſcendit locis, progrediens ad Pontem Antonini illum euertit; in via lata ſupra duas hominis ſtaturas excreuit. A Ponte B. Petri ad Pontem Miluium ſe extendit: in receſſu verò domos euertit, agros, auellens arbuſta, & ſegetes, perdidit, vnde magna egeſtas imminebat, poſt triduum ceſſauit, quo triduo Papa in mœrore poſitus, proſtratus, in preces, miſericordiam impetrauit. interim per ſcaphas domi concluſos alebat, & conſolabatur. Ex Anaſtaſio.

b Lib. 13. cap. 38.

Hoc ipſo anno Alphonſus Cognomento Caſtus, à Veremundo Rege Gallæciæ in Collegam Regni aſſumitur. D fuit vir pius, & præclaris ornatus virtutibus, bellica etiã virtute inſignis. Bertam vxorem Caroli Magni ſororem, habuit. Solium ſuum Oueti forti, & pulchro opere firmauit; Arcam, quam Pelagius Toleto in Aſturias detulerat ſanctorum reliquijs plenam, Ouetum intulit. Crucem auream Angelico opere perfectam præcipuo in honore habuit. Iſidorus Pacenſis, Tudenſis, & Morales.[b]

Chriſti Annus	*Hadr. Pap.*	*Conſtant. Solius Imp.*	*Indictio.*
792	21.	3	15

E.

CONCILIVM RATISPONAE HABETVR, quo damnatur Felix Vrgelitanus Epiſcopus, qui ab Elipando Toleti Epiſcopo per literas cõſultus, quid de humanitate Saluatoris Dei, & Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſentire deberet, contra antiquam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, adoptiuum non ſolum pronunciauit; ſed etiam ſcriptis ad memoratum Epiſcopum, libris pertinaciſſimè prauitatem opinionis ſuæ defendit; quem ſic damnatum Angelbertus Abbas Romam perduxit ad Hadrianum Pontificem, vbi rectæ fidei Confeſſione facta, hæreſim damnauit Annales Franciæ, Regino, & Ionas Aurelian. contra Claud. Taurin.[c]

c Lib. 1.

Angil-

A Angilbertus, ſeu Engelbertus gener fuit Caroli Magni, vitæ benè inſtitutæ, meritis clarus, Abbas poſtea S. Ricarij in Centulo, quod ipſe magnificè ſtruxit; de quo filius eius Nithardus, hæc obiter, agens, de translatione eius, meminit eiuſdem Angilberti Albinus Flaccus in Epiſtola Nuncupatoria ad Carolum Magnum, quę eſt prę-fatio ad vitam S. Ricarij, quam ſcripſit. Extat apud Sur. 26. Apr.

Chriſti Annus.	Hadr. Pap.	Conſtant. Solius Imp.	Indictio.
793.	22	4	1.

B ALfonſus, ſiue Adefonſus cognomento Caſtus, zelo diuinæ legis, indigniſſimè ferens, proſtitui tributi nomine pudicitiam Virginum nobilium Hiſpaniarum, vindex exurgens, licet longè imparibus viribus aduerſus Mauros, ad ſeptuaginta millia ex eis occidit, vnà cum ipſorum Duce Mugait; & alijs pluribus cum illis prælijs, ſemper victor, compreſſit Maurorum audaciam, & Chriſtianorum animos erexit ad perfectam libertatem conſe juendam. Ex his victorijs celebris factus, amicitiam cum Carolo Magno contraxit, ſeque inuicem legationibus frequentarunt, quod æſtimationi ipſius plurimum attulit virium. Ex Tudenſi.

Hic in gratiarum actionem de tanta victoria in honorem Saluatoris Oueti Magnificam Eccleſiam erexit. Morales, in hiſt.[a] a Lib. 3. cap. 32.

C Hoc ipſo Anno Sarraceni piraticā exercentes, improuiſo agmine inuadentes prouinciam Narbonenſem, graue damnum Septimaniæ, & Gothiæ intulere. Qua accepta clade Carolus Mediterraneum littus, & oſtia fluminum, diſpoſitis præſidijs, muniuit, & ab eiuſmodi incurſibus tuta reddidit: Annales Franciæ, & Eginhardus: Arelatenſem quoque Vrbem à Sarracenis occupatam, idem Carolus obſeſſam vi cępit, illis ad montana dilapſis, & grati animi ergo; Eccleſiam, & Monaſterium conſtruxit in honorem Sanctæ Crucis. Inſcriptio, quæ etiamnum non extat.

Chriſti Annus	Hadr. Pap.	Conſt. Solius Imp.	Indictio.
794	23	5	2.

D FRANCFORDIENSE CONCILIVM IN GERMANIA HABETVR: Epiſcoporum (ex Italia, Gallia, Germania, atque Britannia circiter 300.) præſentiaque ſedis Apoſtolicæ Legatorum plenarium appellatum. Cauſa congregandæ Synodi hæc fuit. Succeſſor S. Iſidori, Theodiſcus, natione Græcus, primus in Hiſpania, circa Annum Domini 636. aſſeruit Chriſtum Dei filium eſſe adoptiuum Dei patris omnipotentis, qui vt hæreticus depoſitus, tranſijt in Maometanam impietatem. ſuſcitauit hunc errorem poſt circiter Annum Domini 783. Elipandus Epiſcopus Toletanus, nec monitus ab eo deſtitit, ſed & Felicem Vrgelitanum in Pyrenęis Epiſcopum in conſortium erroris traxit, quem ſuperiori Anno RATISPONENSI E CONCILIO damnatum, coram Romano Pontifice reſipuiſſe, & hæreſi damnata, ad Epiſcopatum redijſſe ſcripſimus. Non contentus Elipandus Hiſpanias infeciſſe, & Felicem Vrgelitanum ad errorem reuocaſſe, tentauit magna vafritie, & ſubdola arte Chriſtianiſſimum Regem Carolum corrumpere, & ipſos Galliarum Epiſcopos, priuatis quidem ad Carolum literis, publicis autem, & generalibus ad Epiſcopos, hæreſim ſtudens comprobare ſententijs SS. Patrum, ſed corruptis, & deprauatis; atq; adeò prædeceſſores ſuos Toletanos magni nominis Epiſcopos, tum vitæ ſanctitate, tum etiam ſacrarum ſcripturarum doctrina, Eugenium, Ildefonſum, & Iulianum, in conſortium hæreſis trahere: quos conſtat ſemper fuiſſe Catholicos, & peculiariter S. Ildefonſus, lib. de Virginitate S. Mariæ,[b] & altero de perpetua eius Virginitate,

Theodiſ⁹ Epiſc. Toletan⁹ ex hæreſi in Maumetiſmū labitur.

Elipādus & Felix Vrgelit. Epiſc. hęreſim vulgant.

Gallias tentant.

b Cap. 6. & c. 11.

qui à Feuardentio Theologo Patiſienſi ad nuper editi ſunt in lucem, diſertis verbis hæreſim de filio Dei adoptiuo euertit, & Catholicam doctrinam aſſeuerat. Veruntamen Gallici illi Epiſcopi, quòd non haberent ad manus Codicem, vnde de citatis ab Elipando cognoſcere poſſent, uera, an falſa diceret; ex ſuppoſitione reſponderunt. *Hæc ex parentum veſtrorum dictis poſuiſtis, vt manifeſtum ſit, quales habeatis parentes, vt notum ſit omnibus, vnde vos traditi ſitis in manus Infidelium. Quia hominem Chriſtum verum Dei patris filium eſſe negaſtis, vobis defenſor eſſe noluit; ſed tradidit vos in manus inimicorum ſuorum, qui dominantur veſtri, qui eum recipere noluerunt.* Iſta quidem cum Neſtorio Elipandū ſenſiſſe (ne aliquo modo ignorantia excuſari poſſet) ex eo euidenter probatur, quod in eadem ad Galliarum Epiſcopos Epiſtola, cum ſingulos nominatim damnat hæreticos, Neſtorium indemnatū præterit, quem primo loco, ſi bona fide rem egiſſet, nominatum, cum omni execratione, & deteſtatione, & anathematizatione oportuiſſet, quo ſignificaret, ſe quàm longiſſimè ab eius ſententia diſcrepare, licet eidem affinis exiſtere videretur. Vbi igitur Elipandi dictæ literæ ad Carolum Magnum redditæ ſunt; nihil antiquius habuit, quàm quaterna Legatione Hadrianum Pont. conſulere, ET DE EIVS CONSENSV SYNODVM CONVOCARE. Hadrianus re diligentius examinata, inuentaque in hæreſim declinare, publicas literas ſcripſit ad Epiſcopos Gallæciæ, & Hiſpaniarum, pluribus confutans aſſertam de Chriſti adoptione ſententiam. Congregato Concilio præſente Carolo Magno Rege, lectiſque Elipandi literis, aſſurgens Rex, locutus eſt de cauſa fidei prolixo ſermone. Rogata, & conceſſa per dies aliquot moroſa dilatione, placuit Regi, vt die ſtatuto quiſque ſcripto afferret, quod ſentiret. Paulinus Aquileienſis libellum ſacroſyllabum aduerſus reſurgentem hæreſim elaboratum obtulit Sanctæ Synodo, nomine etiam Petri Mediolan. & vtrique ſubiectorum Epiſcoporum, cui Synodo placuit, vt in Hiſpanias mitteretur ad confutandos exortos in eis errores; Ad cuius libelli finem eiuſmodi aduerſus Elipandum, atque Felicem, ſententiam profert his verbis. *Elipandum namque, atque Felicem nouos hoſtes Eccleſiæ, ſed æternos fæce perfidiæ pollutos, niſi ab hac ſtultitia reſipiſcant, & per rectæ fidei ſatisfactionem lamentis ſe abluant pœnitentiæ, indignos, & ingratos, eos etiam, qui poſt hanc tam ſaluberrimam definitionem, quam plenaria Synodus ſancto afflata ſpiritu concorditer ſubtili ſinceritate terminauit, falſiſſimis eorum aſſertionibus, ſiue clam, ſiue in publica voce præbuerint aſſenſum, ſimili eos ſententiæ vindicta, ſancimus eſſe plectendos, reſeruato per omnia iuris priuilegio ſummi Pontificis, Domini, & patris noſtri Hadriani primæ ſedis Beatiſſimi Papæ,* illo nimirum priuilegio, quòd nouas condemnare hæreſes, & Hæreſiarchas, eſt Solius Pontificis, vel eo, quo Romana Eccleſia Conciliorum omnium Acta cognoſcit, probatque, vel improbat ipſa. Accepto, atque perlecto à Paulino oblato, nomine Epiſcoporū, libello, ab ipſa ſancta Synodo, condemnata eſt hæreſis, & aduerſus eam, & ab Elipando Epiſcopo Toletano miſſum perfidiæ libellum; ſcripta fuit Synodalis Epiſtola ad Hiſpaniæ Epiſcopos, qua patres confutauerunt ſingulas ab hæreticis aſſertas, pro errore defendendo, ſententias. Extat ipſa integra habens in fine admonitionem ad eoſdē, vt abdicato errore, ſanam ſequantur Sanctæ Eccleſiæ doctrinam. Sed, & ipſe Carolus Magnus, quòd priuatas ab Elipando, (vt diximus) pro errore defendendo literas accepiſſet, ad eundem, & alios Hiſpaniæ Epiſcopos ſcripſit Epiſtolam, tanto Principe dignam, qui pietate, & doctrina præſtaret, eandemque vnà cum literis Pontificijs, libello à Paulino conſcripto, & Synodali Epiſtola, ad eos miſit, vt ab errore Elipandi deſiſterent. Hactenus Acta, quæ extant Francfordienſis Concilij. Quoniam autem nonnulli affirmant in hoc eodem Concilio damnatam fuiſſe ſeptimam Synodū Oecumenicam, eandem & poſteriorem, ſeu ſecundam Nicænam dictam; verum id ne ſit, & an aliquod præiudicium attulerit veritati, & an dicta Synodus ex eo paſſa ſit aliquod detrimentum, diligentiſſimè fuit ab Auctore Annalium, & luculentiſſimè, quòd res grauiſſima ſit, pertractatum. nos rem, pro more, in pauca redigemus. Non videtur poſſe dubitari, quin in Synodo Francofordienſi ſeptima Synodus dam-

Inſultat Synodus Hiſpanis ob hæreſī traditis in ſeruitutē Sarrac.

Paulini Aquileiē ſis libell[9], c. hæreſim Elipandi.

Sententia in hæreticas:

Synodal. Concil. Frācofor dienſ.

Examinatur, quod fertur de ſeptima Synodo dānata in iſto Francofordiē ſi Concil.

nata ſit; tam multi antiqui, & graues id aſſerunt Auctores. Ex Chronicis quidem: Vetuſtiſſimum, hæc ætate, ſub Ludouico Imperatore Caroli filio, conſcriptum: cuius verba deſcripta leguntur apud Aimonium: alterum eodem tempore ſcriptum, & à Pithoco nuper Editum. Ado item Viennenſis Epiſcopus, qui ſcripſit ſub Carolo Magni, nepote: Regino, & alij. Ex Eccleſiaſticis Tractatoribus, Ionas Aurelianenſis, Vualfridus, Amalarius, Hincmarus, alij plures. Aduerſarios quidem habuit ſeptima Synodus ipſo illo tempore, qui contradictiones aduerſus eam collegerunt; & duas, maximè, falſas, & fraudulentas Synodo ingeſſerunt. Alteram, quòd in ea definitum eſſet, vt cultus latriæ, ſoli Deo debitus, etiam Imaginibus tribueretur. Alteram verò, quòd ea Synodus caruiſſet approbatione ſedis Apoſtolicæ, quę cum nimis oſcitanter, & leuiter ab Epiſcopis, maximè, Gallicis, vt Græcis, alioqui fortè infenſioribus, credita fuiſſent, reclamantibus etiam ſedis Apoſtolicæ Legatis in damnationem Synodi, quam crederent impiam, & minimè à ſede Apoſtolica probatam, proruperunt; cum alioqui, & definiſſet de cultu Imaginum iuxta doctrinam, & traditionem Romanæ Eccleſiæ, & probata fuiſſet à ſede Apoſtolica. Huiuſmodi contradictores ſugillat Anaſtaſius in præfatione interpretationis Latinæ ſeptimæ Synodi ad Ioannem Octauum Papam. Quæ enim inquit, ſuper venerabilium Imaginum adoratione præſens Synodus docet; hæc & Apoſtolica ſedes veſtra, ſicut nonnulla cõſcripta innuunt, antiquitus tenuit, & vniuerſalis Eccleſia ſemper venerata eſt, & hactenus veneratur; quibuſdam dumtaxat Gallorum exceptis, quibus vtique nondum harum vtilitas reuelata, aiunt namque quod non ſit quodlibet opus manuum hominum adorandum, &c.

Qui Auctores aſſirment.

Contradictiones duæ adu. Synodũ.

Anaſtaſ. adu. contradict. 7. Synodi.

Vbi verò ſenſiſſet Carolus impugnari ab illis Nicęnam Synodum, defendi verò à Legatis Apoſtolicæ ſedis, tunc illud, more ſuo, ſalubre conſilium inijt, vt collectas in vnum propoſitas contradictiones illorum, eaſdem per Legatum Angilbertum Abbatem S. Ricarij mitteret ad Hadrianum Romanum Pontificem, quæ, quòd pluribus capitibus continerentur, Capitulare ſunt dictæ. Ad quæ ſingula capita reſpondit Hadrianus, ſecutus, vt ipſemet affirmat, prædeceſſorum doctrinam, & Eccleſiæ traditionem. Quod igitur ex dicto Capitulari volumine, haud accuratè perſpectis ijs, quæ in eo eſſent conſuta mendacia, conclamata fuerit in eodem Francofordienſi Concilio damnatio ſeptimæ Synodi, eiuſdemque Nicænæ ſecundæ, quodque idem liber aduerſarius vbique vulgatus, & abſque veritatis diſcuſſione receptus à compluribus fuerit; Synodoque abſoluta æque putauerint in eo tractata, retractatione minimè indiguiſſe, ex his accidit, vt nonnulli abſque aliqua hæſitatione conſcripſerint, in eodem Francofordienſi Concilio damnatam fuiſſe Nicænam Synodum. Poſteriores verò nonnulli id ex eius Actis, nempe dicto Capitulari volumine, ſiue ex Actis Pariſienſis Concilij (de quibus ſuo loco) falſa ipſorum aſſertione decepti, putantes eſſe vera, quæ in eis falsò reperirentur aſſerta, abſque vlla dubitatione idipſum aſſeruerunt, nempe Nicænæ Synodi condemnationem in Francofordienſi Concilio. Sic igitur aſſerimus, cum antiquis auctoribus, damnatam in Francofordienſi Concilio Nicænam ſecundam Synodum, vt deficiente conſenſu Legatorum ſedis Apoſtolicæ, quorum erat Synodum comprobare, negemus omnino ꝑ Francofordienſ. Concilium eam eſſe damnatam, vt non mireris ſi quæ ſunt ab eis tunc Acta conſcripta, nuſquam appareant; vtpotè quòd abolita, perpetuoque fuerint ſepulta ſilentio, quæ non probaſſent Legati Apoſtolicæ ſedis, & Hadrianus, qui eos miſerat, magnopere contradixiſſet, vt confutatio, & redargutio aduerſariorum ad Carolum Magnum conſcripta palam oſtendit. Conſenſiſſe porro, & adhæſiſſe Carolum Magnum in cultu Imaginum ipſi Eccleſiæ Romanæ, & nominatim doctrinæ Beati Gregorij, ita vt Epiſtola ad ſeruum Maſſilienſem Epiſcopum, [a] ſit interpretatio, ea quæ eſt ad Secundinum [b] vltimum Capitularis illius caput, quod vnum eſt Caroli, ſatis indicat, in quo iſta leguntur.

Contradictiones Gall. adu. 7. Synod. miſſæ ad Papam. Reſp. Hadr. Pap.

a Lib. 9. Ep. 9.
b Lib. 7. Ep. 33. Indict. 2.

Vt ſciat Dominus Apoſtolicus, & Pater noſter, & cuncta ſimul Romanorum Eccleſia, vt ſecundum quod continetur in Epiſtola Beatiſsimi Gregorij, quam ad Serenum Maſsilienſem Epiſcopum direxit. Permittimus imagines Sanctorum, quicunque eas formare voluerint, tam in Eccleſia, quamque extra Eccleſiam, propter amorem Dei, & Sanctorum eius: Adorare verò eas nequaquam cogimus, quam noluerint. Frangere, vel deſtruere eas, ſi quis uoluerit, non permittimus. Et quia ſenſum Sanctiſſimi Gregorij ſequi in hac Epiſtola vniuerſalem Catholicam Eccleſiam Deo placitam indubitanter libere profitemur. hactenus *vltimum eius libelli Capitulum, quod vnũ eſſe Caroli Magni, reliqua verò aduerſariorum, teſtificatione eiuſdem Pontificis Hadriani apparet. Vbi ait mox iſta ſubijciens*, de quo ſic Hadrianus. *Hoc ſacrum, & venerandum Capitulum multum diſtat à totis ſupradictis Capitulis, & idcirco agnouimus veſtræ à Deo ſeruatæ, Orthodoxæque Regalis excellentiæ eſſe proprium in eo, vbi rectæ fidei plena, penitus confeſſa eſt, ſenſum Sanctiſsimi Gregorij, ſequi, &c.* & poſt nonnulla. *Iam verò, & nos eundem ipſum irreprehenſibilem, & Orthodoxum ſenſum Sancti Gregorii Papæ ſequentes, & amplectentes, dudum Irenæ, & Conſtantino Imp. pro ſacris Imaginibus prædicandis, & ipſarum erectione, emiſimus, dicentes. Quia in vniuerſo mundo, vbi Chriſtianitas eſt, ipſæ ſacræ Imagines permanentes, ab omnibus fidelibus honorantur, vt per viſibilem cultum, & inuiſibilem diuinitatis Maieſtatem mens noſtra rapiatur ſpirituali affectu pro contemplatione figuratæ Imaginis, ſecundum carnem, quam filius Dei pro noſtra ſalute ſuſcipere dignatus eſt, eundem Redemptorem noſtrum, qui in Cœlis eſt, adoramus, & in ſpiritu glorificantes, collaudamus, quoniam iuxta quod ſcriptum eſt: Deus ſpiritus eſt. Et ob hoc ſpiritualem eius diuinitatem adoramus. Nam abſit à nobis, vt ipſas Imagines, (ſicut quidam garriunt) deificemus, ſed affectum, & dilectionẽ noſtram, quàm in Dei amorem, & ſanctorum eius habemus, omnino proferimus, & ſicut diuinæ ſcripturæ libros, ipſas imagines, ob memoriam venerationis habemus, noſtræ fidei puritatem obſeruantes*, & reliqua. *Quidquid namque de ſanctis Patrum Opuſculis aliquantula ibidem exarauimus teſtimonia in eodem ſenſu, atque tenore, (vt in præſenti diximus) cum prædeceſſore noſtro S. Gregorio Papa eundem fidei ſenſum tenentes, emiſimus prædicantes, &c.* Hactenus de Concilio Francofordienſi, quod deceptum relatione perfidorum, quantumuis damnauit ſeptimam Synodum, nullum præiudiciũ veritati, nec ipſi ſeptimæ Synodo attulit, in ea parte ab Hadriano improbatum. A B C

Quod verò hac ſua reſpõſione Hadrianus minimè tetigerit ea Caroli verba quibus dixerat: Adorare verò eas nequaquam cogimus, qui noluerint; ratio id temporis poſtulabat, ne cogendo ſchiſma aliquod conflaretur, cum eius ſententiæ eſſent viri, qui ſcientia in hoc rudi ſæculo, eminere viderentur. Videbat enim prudentiſſimus Pontifex id quod ex Anaſtaſio recitauimus, in Epiſtola ad Ioannem Papam, eos, de quibus ſcribebat, nondum veritatis eius eſſe capaces. Verum ipſe Hadrianus oblique verba illam reprehendit, dum laudat S. Gregorij Papæ ſententiam, ex qua colligeretur Imagines quidem non eſſe adorandas, quaſi eadem eſſent dij quidam, ſed tantum eſſe venerandas ob relationem, quam haberent ad Chriſtum, & Sanctos, quos effigie repræſentant. Et ideo caute Hadrianus non laudat omnia, quæ habentur in vltimo Capitulo Epiſtolę Caroli, ſed ea ſolum quæ pertinent ad ſententiam S. Greg. quam recipi, tum à Carolo, tum ab aduerſarijs, (vt profitebantur) Synodi Nicęnæ videbat: ſic enim loquitur Hadrianus. *Et idcirco eum agnouimus veſtræ à Deo ſeruatum Orthodoxæque regalis excellentiæ eſſe proprium in eo vbi rectæ fidei plena penitus confeſſa eſt ſenſum Sanctiß. Greg. ſequi.* Viſum eſt autem ſummo Pontifici, ad tempus diſſimulare in eos, vt ijdem non cogerentur ſacras Imagines, quas habere ſolerẽt, adorare, eo quod ſic errantes, nondum inter hæreticos erant annumerati, ſicut Iconoclaſtæ, ſed tolerabantur, quam diu diuinæ gratiæ lumine illuſtrarentur, quod poſtea factum eſt. D E

A In eadem Apologetica Epiſtola pro ſeptima Synodo, Carolo ſignificat, Græcos ab vno errore liberatos, in alijs duobus hærere, videlicet, quòd vſurpatas detinent Eccleſiæ Romanæ proprias Diœceſes, & eius patrimonia pro luminarium concinnatione, atque pauperum alimonijs, de quibus ait, ſe Græcorum Imperatorem commonere. Etſi, inquit, noluerit, ea Sanctæ Eccleſiæ noſtræ reſtituere, hæreticum eum pro huiuſmodi erroris perſeuerantia eſſe decernemus, &c. Vbi rurſum notandum, quod aliàs S. Gregorius Papa dixit, nimirum tranſire in hæreſim obſtinatam occupationem Iurium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & hæreticum eſſe dicendum, & vt hæreticum eſſe condemnandum, qui huiuſmodi errore tentus, monitus non corrigit, quod deliquit.

Quod ad eandem de Imaginibus quæſtionem attinet, longè poſt Hadriani Pontificis obitum; Aduerſarij in Conciliabulo Pariſienſi, omnem adorationem Imaginũ, quaſi ex ſententia S. Gregorij, quem ſe plurimi facere præſeferunt, tollere contenderunt. Eius verba Epiſtola ad Secundinum, [a] quæ contra eos faciunt, quaſi pro ipſis B facerent violenter interpretantes. Summa eorum ſententia de Imaginibus erat. Retinendas quidem illas in Eccleſia, hiſtoriæ, & repræſentationis cauſa, ſed minimè adorandas, quaſi per eam diuinitati iniuria inferretur, cui ſoli adoratio deberetur. At ſenſus totius Catholicæ Eccleſiæ, & expreſsè ſeptimæ Synodi is fuit, non modo eſſe retinendas, ſed & venerandas, & adorandas, non quidem eo modo, quo Sanctiſſima Trinitas ſumma quadam, & ſingulari ratione adoratur, nec inferiori ea, quæ B. Virgini, & Sanctis debetur, ſed alia quadam longe differenti, & inferiori, ratione exemplaris, qualem intellexit San. Gregorius Epiſtola ad Secundinum, & qua ipſum ante Imagines ſe proſtraſſe Hadrianus Papa in Apologetica ſua affirmat. Sed omnino ſtudioſus hanc quæſtionem ſubtilius cognoſcendi plenam Annalium tractationem C legere ne omittas.

[a] Lib. 7. Epiſt. 53. Indict. 2.

Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ hoc anno, Theodorus ille cognomento Studita, lumen Orientalis Eccleſiæ in tanta huius ſæculi obſcuritate refulgens, vbi annos tredecim vixiſſet ſub Regulari obſeruantia in Monaſterio S. Platonis, creatus eſt eiuſdem Præfectus, annos natus 35. coactus planè, ſeu potius deceptus à Magno illo S. Platone Præfecto eiuſdem Monaſterij, qui cum eum renitentem omnino, & reluctantem expertus eſſet, ad dolos conuerſus, finxit ſe ad mortem ægrotare, & conuocatis fratribus eos ſibi ad Præfectum eligendum hortatur (norat enim in quem omnium ſuffragia propenderent) conſentientibus votis, Theodorum, vt aptiſſimum delegerunnt. Quibus cum ille refragari omnibus non poſſet, impoſitum onus, non ſine animi dolore, vix tandem ſubijt. Ex Michaele Monacho eius temporis ſcripto D re, qui, quæ conſpexerat, ſcripſit.

Quo artificio S. Plato Præfecturã ſuã in Theod. Studitam reclinauit

Chriſti Annus	*Hadr. Pap.*	*Conſtant. Solius Imp.*	*Indictio.*
795	24.	6	18

E HAdrianus Pontifex cum ſediſſet annos 23. menſes 10. dies 16. ſeptimo Kal. Ianuarij ex hac vita migrauit. Huius ſedes omnium feliciſſima exiſtimanda eſt, tum rerum temporalium proſperitate, tum etiam gloria Crucis, ſub Principibus Chriſtianis eidem obſequentibus, defendentibus, locupletantibus, & in omnibus eam venerantibus, aucta noua ſobole conuerſorum ad fidem Infidelium populorum; vindicata à Longobardorum perfidia, & protecta à Græcorum ſuperbia, & illis adhærentium inſolentia. Quæ luculentius quidem deſcribenda fuerant, & non ferreo ſtylo detruncata, poſteritati tradenda, ſed acceſſit ad damnum, quod cum 44. eiuſdem Pontificis Hadriani Bibliotheca Vaticana poſſideret Epiſtolas, ex quibus locupletanda fuiſſet hiſtoria, illis deperditis, earundem fuerint tantummodo argumenta relicta, quæ, vt earum compendia, Compendio inſerere fortaſſe alienum non erit.

Prima, de Archiſio Duce Beneuentano, qui poſtquam Carolus Capua reuerſus eſſet, ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Legatos direxerat, petens auxilium, & honorem Patriarchatus; promittens tam in veſtitu, quam in Tonſura cum Græcis ſimilitudinem. Hæc Gregorius presbyter Capuanus Hadriano Papæ narrauit. Hadrianus Capuanis,ſibi,& B.Petro iurare fecit. Carolum in auxilium pro Exaltatione S. Eccleſiæ vocat. A

Secunda, pro exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ gratias Regi agit: Ermemberto Epiſcopo, vt Carolus petierat, vſum Gallij concedit.

Tertia, gratias agit pro Roſellis, Populonio, & Beneuento, quas Vrbes Carolus ipſe dederat. Quæritur de inobedientia horum; item de inſidijs, & malilia Græcorum. Exercitus, cum neceſſe fuerit, vt Carolus paratos habeat, atque tranſmittat, ſicut promiſerat, petit. B

Quarta, multa de ſuo erga ipſum amore indicat. Item, quod pro eo in Confeſſione B. Petri totis viribus preces fundat. Gratulatur Carolo, quòd per eius laborioſa certamina, San. Petro ſuffragante hoſtium Eccleſiæ conatus ad nihilum redacti ſint. Hortatur,vt vſque in finem perſeueret. Quod promiſerit, ſe nihil pro Eccleſiæ deminoratione, ſed pro eius exaltatione ſe omnia facturum; gratias agit. Siquis mendacia de ſe ſparſerit, eum,vt Romam mittat, rogat,vt ſecundum ſua peruerſa merita puniatur. Poſtea ſcribit multa de Parœcijs Epiſcoporum.

Quinta, indicat ſe iuſſiſſe,vt Veneti Rauenna, ſeu Pentapoli expellerentur. Germanum Ducem res, ac poſſeſſiones Rauennatis Eccleſiæ inuaſiſſe exponit. Quare Carolum orat, vt pro amore San. Petri, eum expellat, vt ſua Territoria intacta remaneant. C

Sexta, Paulum Ducem ſuum Carolo commendat, qui ad ipſum miſſus fuit, vt ſe, & Conſtantinum Ducem de mendacijs falſis apud Carolum ſparſis purgaret.

Septima, gratiarum actiones, ſeu benedictiones continet, & ſimul indicat ſacramentarium, quod Carolus Rex petierat, ſe per Ioannem Monachum, atque Abbatem Rauennatem miſiſſe.

Octaua, pro Cruce miſſa, gratias agit, & ſcribit ſe ſemper pro Carolo orare, & pro genitore eius ſanctæ memoriæ Pipino. Precatur,vt Legatos dirigat,qui Romanæ Eccleſiæ Populonienſem,ac Roſellanum agrum cum Ducatu Beneuentano reſtituant. Mercedem eius ei à B.Petro promittit.

Nona, indicauerat Carolus Rex Hadriano per Itherium, & Monegarium Abbates, Saxones quoſdam in Paganiſmum relapſos eſſe, deque ijs,quid agendum eſſet, interrogauit. Reſpondit Hadrianus Papa, poſt longam pœnitentiam, illos ad conſortium Eccleſiæ recipi poſſe. D

Decima, pro Abbate Monaſterij S.Vincentij intercedit, qui falsò apud Carolum accuſatus fuerat.

Vndecima, de Epiſcopis, ac presbyteris agit,ne arma militaria induant, ſed ſpiritualia,ideſt Ieiunijs,& Orationibus vacent. Laudes quaſdam Caroli commemorat, cum gratiarum actione pro Exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ, indicat de agro Sabinenſi, quod Monegarius fideliſſimus eiuſdem Regis ipſum Sancto Petro tradere voluerit; ſed quòd propter iniquos, atque peruerſos homines, id minimè præſtare potuerit.

Duodecima, Carolo Regi muſiua,& marmora Vrbis Rauennæ, tam in Templis, quàm in parietibus, & ſtratis ſita; ſicut petierat,donat, pro equo miſſo gratias agit. Orat ſibi mitti equos, qui ad ſuam faciant ſeſſionem, oſſibus, atque plenitudine carnis decoratos. E

Decimatertia, ad Carolum indicat Itherium, & Monegarium agrum Sabinēſem S.Petro reddere voluiſſe, ſed propter iniquos homines, id minimè præſtare valuiſſe

Decimaquarta, gratiarum actiones pro Exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ, eo de agro Sabinenſi, petit, vt ſicut pollicitus fuerat Sancto Petro, in integrum contradi iubeat.

A Decimaquinta, Carolum rogat, vt Trabes maiores, quòd ad Eccleſiarum reſtaurationes pollicitus fuerat, celeriter, & ſtannum ad Eccleſiam B. Petri cooperiendam mitteret. Præterea de diſſidijs inter Neapolitanos, & Amalfitanos nonnihil monet.

Decimaſexta, de ſuis, & Romanorum orationibus, pro Carolo, indicat. Romanos excuſat, quòd non vendiderint Sarracenis Chriſtianos, ſed in Longobardos, & Græcos culpam iſtam transfert: Sacerdotes etiam ſuos defendit, quòd non ſint polluti libidinibus, de quibus ad Carolum accuſati fuerant. Quòd Græcorum naues plurimas combuſſerit, & ipſos Græcos in vinculis diu detinuerit, eum demum monet.

Decimaſeptima, apud Carolum Neapolitanos, & Græcos accuſat, quòd conſilio Arichis; Ducis Beneuentanorum Terracinam inuaſerint. Et à Carolo S. Petri amore auxilia poſtulat, vt ipſam, & alia in Ducatu Neapolitano ad B. Petrum pertinentia recipere poſſit, quod virtus, atq; gloria Pontificis vnà cum B. Petro ipſe Carolus ſit

B Decimaoctaua, de ſuo, ac populi amore erga Carolum multa ſcribit; & orat, vt quod pollicitus fuerat, reuertens è Saxonia ad limina S. Petri Apoſtoli properet, & legatos eius poſſeſſorem Epiſcopum, & Rabigandum à fidelitate in ſeruitio S. Petri commendat.

Decimanona, orat pro exaltatione S. Dei Eccleſiæ, & ſimul de orationibus Romanorum pro Carolo, & ſuis indicat.

Vigeſima, per Oddonem Diaconum trabes, ſeu ligna ad Eccleſiam S. Petri cooperiẽdam à Carolo petit, erat etiam, vt Vuilcharius Archiepiſcopus Romam mittatur. De corpore ſancto, quod Oddo Diaconus, cum Fulrado Abbate olim ſibi dari petierat, indicat, quomodo abſterritus ſit ad ipſum mittere. promittit ſe miſſurum Cādidi martyris corpus, ſi petat Carolus. Quod Beneuentani, ac Neapolitani conſul-

C tare cum Gręcis ſoleant, aperit: ſed quid, Oddonem Diaconum indicaturũ promittit.

Vigeſimaprima, Conſtantinum Imperatorem obijſſe indicat, adiunctis ea de re literis Stephani Neapolitani Epiſcopi. Reginaldum Ducem Eluſmnæ accuſat, quòd multa mala in Caſtello felicitatis continuè committat B. Petri bona auferendo. petit vt officio amoueatur.

Vigeſimaſecunda, queritur Hildebrandum Arogin, Rodgaum, & Reginaldum Duces, conſilium inijſſe cum Græcis, & Aldagiſo terra, marique contra Romam, & Italiam dimicare, quare multis adiurationibus auxilium contra eos poſtulat.

Vigeſimatertia, indicat quale conſilium legatis eius dederit. Item monet de legatis Græcorum, qui cum Diſpoſitore Siciliæ, & cum relicta Arichiſij Ducis egerint,

D qua nam ratione Ducatum Beneuentanum Carolo Regi eriperent. Orat, itaq; Carolum, vt ſic omnia pertractet, vt ſuam, & Romanę Eccleſiæ tutelam procuret.

Vigeſimaquarta, queritur ſe deſpectum à poſſeſſore Epiſcopo, & Rabigando Abbate, Caroli Legatis. Indicat ipſos non veniſſe Romam, ſed Spoletũ ad Hildebrandum Ducem, & inde Beneuentum profectos eſſe, in quanto ob id mœrore conſtitutus ſit, ſcribit. Orat Carolum, vt ſe conſoletur, exaltando Eccleſiam Romanam, & Spoletinum Ducatum reddendo.

Vigeſimaquinta, quod patrimonium S. Petri apud Rauennates, non integrè receperit, teſtificantibus id ſenioribus Eccleſiæ, teſtibus eiuſdem vrbis; Petri patrimoniũ Sabinenſe in integrum S. Eccleſiæ reſtitui. indicat ſe nullorum irrationabiliter finibus indigere.

E Vigeſimaſexta, gratulatur Carolo pro victoria, quam ipſi Ausfridus Abbas Piſanus narrauerat, quam diligenter pro ipſo preces faciat: Ausfridum Carolo commendat. pro Piſano, & Lucenſi Epiſcopis orat, vt ipſos pro ſua pietate ad proprias ſedes, atque Eccleſias redire permittat.

Vigeſimaſeptima, indicat, quòd in partibus Italiæ, atque Tuſciæ, Epiſcopi quidam alienas Diœceſes, & Parœcias inuadant, veſtem Monaſticam contra ſanctos Canones relinquant, matrimonia contrahant veſtibus ſęcularibus induti; orat itaq; Carolum, vt iſta emendet, fidem Catholicam, & Apoſtolicæ Sanctæ Romanæ Eccleſię ſemel amplexam, continuò tueatur, vt cum ſanctis omnibus fęlix permanere poſſit.

Vigeſimaoctaua, propter inobedientiam Leonem Rauennatem Epiſcopũ accuſat. A
Vigeſimanona, vberrimæ benedictiones pro exaltat. S. Dei Eccleſiæ continentur. Indicat ſe mittere Epiſtolam Gradenſis Patriarchæ. Hanc à Leone Archiepiſcopo Rauennate prius apertam, & lectam fuiſſe queritur. Idem Leonem iterum accuſat.

Trigeſima, orat Carolum, vt meminerit, quæ Petro Apoſtolo promiſerit: quanta etiam ab ipſo beneficia acceperit; ſcilicet prouinciam Longobardorum, & quòd eius circumuallatus ſuffragijs, cęteras omnes nationes ſibi ſubijcere poſſit. De Leone Archiepiſcopo Rauennate indicat, gratum ſibi eſſe, quòd ad Carolum profectus ſit.

Trigeſimaprima, iterum vehemẽter Leonẽ Rauennatẽ Archiepiſc. accuſat, ꝙ inobediens, ac proteruus factus ſit, ab illo tẽpore, quo à Carolo redijt, & Carolũ orat, ne S. Petro auferri patiatur, quæ ab ipſo, & Pipino patre eius ipſi B. Petro oblata ſunt.

Trigeſimaſecunda, multa admodum de fide, & conſtantia ſui amoris Carolo ſcribit; B Admonet illum, vt amicitiæ, & promiſſionis ad confeſſionem B. Petri factæ recordetur. Cum eodem expoſtulat, quod Legatum ſuum Anaſtaſium in Francia detineat. Accuſat Longobardos, hortaturq; Carolum, vt in ipſos vindictam exerceat, & S. Petri iuſtitias, quas promiſit, faciat. Indicat ſe Carolo Paulinum quendam vinctũ miſiſſe, quòd malè de eo locutus eſſet, ipſumq; adiurat, vt idem de ſuis inimicis faciat.

Trigeſimatertia, gratiarum actiones continentur, cum petitione, pro exaltatione Sanctæ Dei Eccleſiæ. Item de Legatis Caroli Regis, qui Autumni tempore Romam venire debuerant.

Trigeſimaquarta, de præda Perſarum in finibus Græcorũ, & inter ipſos diſcordia.

Trigeſimaquinta, gratiarum actiones pro reſtitutione Patrimonij B. Petri meminit donationis, Conſtantini temporibus S. Siluestro Papæ factæ, & aliorum, qui pro C animæ ſuæ ſalute multa donarint B. Petro, quæ à Longobardis erepta ſint: ac dicit in Lateranenſi ſcrinio, eas donationes haberi. Carolum nouum Conſtantinum nominat: orat, vt ſibi filium eius ex ſacro Baptiſmate ſuſcipere liceat.

Trigeſimaſexta, Sanctum Petrum Carolo maximè commendat, & orat, vt Sabinenſem agrum integrum Eccleſiæ Romanæ reſtitui faciat. Profitetur Romanam Eccleſiam totum quartum Chalcedonenſe Concilium amplecti, & venerari.

Trigeſimaſeptima, ipſum fidei, ac dilectionis, quam erga B. Petrum Apoſtolorũ Principem habere viſus eſt, admonet, vtque illam inconcuſſam, & inuiolatam conſeruet, & nulla callida verſutia ab Apoſtolico amore animum diſiũgi patiatur, orat. Poſtea Eleutherium, & Gregorium quendam accuſat, & petit, ne illos apud ſe agere ſinat; ſed Romam mittat. D

Trigeſimaoctaua, commendat Carolo Legatos Monaſterij S. Hilarij in Calligata: orat, ne ipſum, ſeu Hoſpitales Domos, quæ per colles Alpium ſitæ ſunt, in ſuſceptionem peregrinorum, ab vlla magna, paruaque perſona inuadi permittat; & Gundibrando Duci Florentino mandet, vt quæ eidem Monaſterio abſtulerat, reſtitueret.

Trigeſimanona, ipſum mendacij arguit, & obiurgat, quòd Rauennam ad electionem noui Pontificis Legatos ſuos direxerit.

Quadrageſima, indicat, quomodo contentionem Monachorum ad ſe miſſorum compoſuerit, & quòd Potho Abbas, cum decem Monachis ad Carolum Regẽ proficiſci noluerit, vt ibidem quoque de obiectis criminibus ſe purgaret.

Quadrageſimaprima, Carolus per Georgium Epiſcopum Papæ de ſuis certaminibus, & laboribus pro B. Petro ſuſceptis, indicauerat: quare Hadrianus ipſi maximas gratias agit: commendans ipſi Georgium Epiſcopum. E

Quadrageſimaſecunda, indicat Adalgiſum Deſiderij filiũ in Calabriæ partes aduenisse: orat Carolum, vt contra hunc bellum gerat, & Beneuentanus cum alijs obedire cogat. Item, ne Grimoaldum Beneuentanum Ducem conſtituat: vt Beneuentum, Roſellas, Populonium, & alia loca S. Petro reddat.

Quinquageſimatertia, indicat Offæ Regis Anglorum Legatos, cum Caroli oratoribus honorificè ab ſe ſuſceptos fuiſſe, quod Carolus per Nuncios petierat. Adijcit ſe permittere Diuinum Verbum Gentilibus prædicare.

A Quadrageſimaquarta, indicauerat Carolus Rex, quòd per laborioſa certamina Saxones ad fidem Catholicam, ac baptiſmatis fontem perduxiſſet: petierat ob id ab Hadriano vna, aut duabus ferijs litanias fieri. Reſpondet Papa ei, in omnibus Occidentalibus partibus 23. 26. & 28 menſis Iunij, ideſt vigilia Ioannis Baptiſtæ, Natale SS. Ioannis, & Pauli. & vigilia SS. Apoſt. Petri, & Pauli debere fieri litanias. Iubet, vt Carolus ijſdem diebus omnibus ſuis regionibus litanias celebrari curet: Indicat, quòd Romæ continuò pro Carolo gratias agāt, & Deum orent. Scripſit etiā ad alios, vt ad Egilam in Hiſpania Epiſcopum, ipſumq; hortatur de fide Orthodoxa tuenda; pro ieiunio ſexta feria, & ſabbato celebrando. Idem ad Egilam Epiſcopum, ſeu ad Ioannem presbyterū de conſeruatione continentiæ in Hiſpaniæ partibus prædicāda Epiſtolam ſcripſit. Ac de paſchali feſtiuitate, vt eo tempore celebretur, quando à Ro-B mana celebratur Eccleſia. Item eum monuit de prædeſtinatione hominis, ſiue ad bonum, ſiue ad malum: de coinquinatione eorum, tam in Eſcis, quàm in potu: de diuerſis erroribus, & de eorum Pſeudoſacerdotibus, qui viuente viro ſortiuntur vxorē. De libertate arbitrij, ac de alijs multis capitibus in partibus illis contra fidem Catholicam exortis. In fine ipſos hortatur, vt Canones ſciant, vt omnes non obedientes ſalubribus præceptis excommunicent.

Idem Hadr. ad oēs Hiſpaniæ Epiſc. ſcripſit; maximè tn̄ ad Elipandū, & Aſſaricū: In cuius Epiſt. initio Romanā Eccleſ. caput oīm Eccleſ. nominat; & quicunque ab hac ſe abſcindit, hunc Chriſtianæ Relig. exortem fieri dicit. Deinde refutat Elipandi, ſeu Aſſarici errorem, quo filium Dei adoptiuum dixerat. Opponens, inter alia, dictū ad Rom. 7. proprio filio ſuo non pepercit Deus. & citat Athanaſium Alexandrinū, Gre-C gorium Magnū, Amphilochiū Iconij, Greg. Nyſſenū, Epiſcopos, Chryſoſt. Auguſt. Hilarium, Leonem Papam, & alios. Hactenus ex Hadr. Epiſt. inuenta ſummaria.

Quod rurſus ad alia eiuſdē Pont. ſcripta ptinet, præter alias Epiſt. ſupra recitatas; conſtat Collegiſſe Conciliorū Volumē, illudq; miſiſſe ad eundē, qui petierat, Carolū Magnū, præfixa ad eū præfatione, & epigrāmate Acroſtichicis verſibus. Eſt præterea auctor Ioannes Diaconus ab eodem Hadriano, ex Epiſt. S. Greg. Papæ, duos conſcriptos libros. meminimus ſuperius de alijs eiuſdem Pontificis lucubratiunculis ad Eccleſiaſticos ritus ſpectantibus. ſed iam, quæ poſt eius mortem ſecuta ſunt, videamus. Hadr. P. ſcripta.

Obitum eius, multis lachrymis, proſecutus eſt Carolus Magnus, qui eum, vt patrē coluit, & vt amicū plurimū dilexit: nam audi quæ habeat Eginhardus in Caroli vita. *Nunciato etiam ſibi Hadr. Pont. obitu, quem amicum præcipuum habebat, ſic fleuit,* D *ac ſi fratrem, aut cariſſimum filium amiſiſſet. At non fletu tantum, ſed religioſis officijs, atque ſuffragiis, ipſius proſecutus eſt animam, pro ipſa longè, lateque per prouincias ſibi ſubiectas, & alias externis Regibus ſubditas, erogans eleemoſynas: cuius rei monumentum extat in Epiſtola eiuſdem Caroli ad Offam Marciorum in Anglia Regem;* cuius fragmentū recitat Gulielmus Malmesberius hiſt. [a] in qua hæc verba. *Direximus in eleemoſynam* Dalmaticas, & pallia *Domini Apoſtolici Hadriani, deprecantes, vt pro eo, intercedi iubeatis, nullam habentes dubitationem, beatam illius animam in requie eſſe, ſed ut fidem, & dilectionem oſtendamus in amicum nobis cariſſimum.* De largitate porro eleemoſynarum Caroli: Eginhardus ſic in eius vita. *Circa pauperes ſuſtentandos, & gratuitam liberalitatem, (quam Græci eleemoſynam vocant) deuotiſſimus, vt qui non in patria ſua ſolum, & in ſuo Regno facere curauerit;* E *verum tranſmaria in Syriam, & Aegyptum, atque Africam, Ieroſolymam, Alexandriam, atque Chartaginem, vbi Chriſtianos in paupertate viuere cœperunt; penuriæ eorum compatiens, pecuniam mittere ſolebat. Ob hoc maximè Tranſmarinorum Regum amicitiam expetens, vt Chriſtianis ſub eorum Dominatu degentibus, refrigerium aliquod, ac releuatio perueniret.*

a Clar. A. D. 1100. Extat ī hiſto. Angl. in addit. ad Bedā, lib. 2. c. 14.

Carolus, q̄ deditus eleemoſ.

Præterea verò ſepulchrum eius in Vaticana Baſilica collocatum Regio ipſemet Epitaphio decorauit, quod hodieque extat, pro foribus eiuſdem Baſilicæ, verſibus ſcriptum, quorum quatuor tantum, hic adſcribam, cum plures ſint.

A

Poſt patrem lachrymans Carolus hæc Carmina ſcripſi.
Tu mihi dulcis amor: te modò plango, Pater.
Tu memor eſto mei: ſequitur te mens mea ſempr
Cum Chriſto teneas Regna beata Poli, &c.

Colebat Carolus, inquit Eginhardus, *pre ceteris ſacris, et uenerabilibus locis, apud Romam, Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, in cuius donaria, magna vis pecuniæ, tam auri, quàm argenti, nec non, & gemmarum ab illo congeſta eſt. Multa, & innumera Pontificibus munera miſſa; nec illo toto Regni tempore, quidquam duxit antiquius, quã vt vrbs Roma ſua opera, ſuoque labore, veteri polleret auctoritate; & Eccleſia S. Petri, non ſolum per illum tuta, & defenſa: ſed etiam ſuis opibus præ omnibus Eccleſiis eſſet ornata, ac dotata.* Mirum eſt, quanta ſcribat Anaſtaſius Hadrianum contuliſſe in reſtaurationem, ornatum, & dotationem Romæ Eccleſiarũ, ac aliorum publicorum operũ, vt nulla ferè Eccleſia eius piæ expers fuerit beneficentiæ. Is igitur Anaſtaſius, poſtquã recenſuit in Eccleſia B. Petri veſtem ab eo factã miræ pulchritudinis ex auro, & gemmis, habentẽ præfiguratam hiſt. B. Petri à vinculis ereptı: ab introitu Baſilicæ ad pauimentũ confeſſionis ſpatium veſtitum de argẽto puriſſimo: pretioſas Cortinas miræ magnitudinis: vela ſexagintaquinque; Candelabrum in formã Crucis factum pendens ante presbyterium, habens candelas mille trecentas ſeptuaginta, quod quater in anno accendebatur; In Natali Domini, in Paſcha, in Natali Apoſtolorum; & in Natali Pontificis: Ciborium ex auro puriſſimo: totam Confeſſionem laminis aureis veſtitam, & alia plura vaſa, Calices, Imagines, lampades ex auro puriſſimo; ſummam colligit his verbis. *Quæ fiunt ſimul, quæ ſunt in altari intus, & in ſacra, vltro, citroque confeſſione, & in ambone Euangeliorum, & in poſtibus inferioribus, & ſuperioribus, atque cancellis ſimul, & corpore, auri obrizi libræ mille trecentæ viginti octo.* Pergit percenſere alia varia eiuſdem Eccleſiæ ornamenta aurea, & argentea. Tranſiens inde ad reſtaurationẽ eiuſdem Baſilicę, ait, Pauimentũ, Tectũ, Turrim, Porticum gradus, atque adeò porticum à Tiberi ad gradus B Petri reſtaurata. mox memorat bona relicta eidem Baſilicæ, & alia ab eodem eidem in vſum pauperum attributa. Quod verò ſpectat ad cultum Diuinum in pſalmodia; conſtituit congregationem Monachorum, vt ſedulas laudes in Eccleſia S. Petri perſoluerent: ſicut & cętera tria Monaſteria. Quod ipſum in Lateranenſi Baſilica San. Mariæ ad Præſepe, & in alijs præſtitit, reſtauratis Monaſterijs. Reſtaurauit, & magnificè ornauit alias Baſilicas, S. Pauli, Lateranenſem, B. Virginis, ad Præſepe, ad Martyres, & Tranſtiberinam, S. Laurentij, quæ dicitur extra muros, & quæ dicitur Damaſi, Sanctæ Crucis in Ieruſalem, S. Petri ad Vincula, SS. Apoſtolorum, S. Marci, denique alias quadraginta, & amplius, quas recenſet Anaſtaſius. Plura etiam Cœmeteria inſtaurauit: aliquot item Diaconias, quas & redditibus auxit, ad alimoniam pauperũ. Statuit, vt per vnamquamque hebdomadam quinta feria, cum pſalmodia pauperes, vſque ad balneum pergerent. Formam pariter Sabbatinam dictam, per quam decurrebat aqua, inquit Anaſtaſius, per Contenarium in atrium B. Petri Apoſtoli, ſimul & in balneum iuxta eandem Eccleſiam ſitum, vbi Fratres noſtri, Chriſti pauperes, qui ad accipiendam eleemoſynam in Paſchalem feſtiuitatem annue occurrere, & lauari ſolebant, & ex qua diuerſæ molæ macinabant, confractam, & dirutam a fundamentis: refecit: ſed & reſtitutam aquam Claudiam ad Baſilicam Lateranenſem, in Vrbem magna copia deduxit. Aquam item Virginem, forma ante plures annos diruta tanta copia vrbi reſtituit, vt ex ea vniuerſa ſatiaretur. Muros deniq; vrbis, & Turres iamdiu dirutas, & proſtratas, confluentibus opus Tuſcia, Campania, toto Eccleſiaſtico patrimonio, vnà cum populo Romano magno ſtudio renouauit, & decorauit, in quod opus mille centum auri libras expenſas ſcriptum reliquit Anaſtaſius.

B C D E

A Vltimis Hadriani temporibus Offa [a] Rex Anglorum reperto corpore S. Albani Martyris, cum alijs reliquijs, Romam venit, vt probarentur ab Hadriano, priuilegiumque acciperet pro Monaſterio eius nomine Verolamij erigendo, vtque ſuorum peccatorum remiſſionem à Chriſti Vicario conſequeretur: quibus omnibus acceptis eſt reuerſus in Angliam.

a Matth. Vueſtm. ann. 794.

Eodem die obitus Hadriani, Leo Tertius magno omnium conſenſu ſubrogatus eſt, Romanus à parua ætate in Veſtiario Patriarchij educatus, cuius laudes perſequitur Anaſtaſius. Quæ fertur de eo fabula, quòd initio ſui Pontificatus, paſſus carnis incendium ob mulierem eius manus exoſculantem, eam ipſe ſibi præciderit, ſtatueritque, ne manus, ſed pedes oſcularentur Pontificis, reijcienda eſt, vt quæ nulla firmitate ſubſiſtat, cum ante hæc tempora, reperiatur, moris fuiſſe, oſculari pedes, manus nunquam, multaque alia ſint, quæ repugnent.

B Quod ad res pertinet Orientalis Imperij, hoc anno Conſtantinus ſine matre regnans, iuuenili temeritate, ardore libidinis, abdicata iam Maria legitima coniuge, & Monacham fieri coacta, quaſi Imperium affectante, & illi mortem, per venenum moliente, Theodoten Cubiculariam ducens, Auguſtamque coronans, nuptias celebrat anno Imperij 6. Indict. 3. non prima, vt mendosè eſt apud horum auctorem Theophanem, ex quo ſcelere, magnæ ſunt in Eccleſia illa, inter Catholicos, cōflatæ diſcordiæ, turpi adulatione, alijs probantibus nefarium ſcelus, alijs verò, quibus Eccleſiaſtica diſciplina cordi erat, illud ipſum magnopere deteſtantibus, & execrantibus. Ex Theophane, & Ignatio hiſtorico.

Adulterinum cōiugiū Cōſtāt. Imp.

Taraſius Patriarcha, cum animo quidem angeretur ob ſcelus Imperatoris, vereretur tamen, ne nimis exaſperando, & ab Eccleſia remouendo, eum faceret Catholicæ C fidei deſertorem: ſic erroris redarguere voluit Imperatorem, vt tamen eum, licet pęna illa dignum, noluerit excommunicare.

Cum igitur conceptum ſcelus animo Imperator perficere apud ſe ſtatuiſſet, aduerſus legitimam coniugem confictum veneficij crimen detulit ad Patriarcham, vt ea dimiſſa, quam ardebat, ducere poſſet. Primum quidem per primorem quendam, poſt verò per ſeipſum, cauſa vehementius, & ardentius acta; At Taraſius inani prætextu cognito, pluribus id nullo modo fieri diſſeruit ex Euangelica lege, & rei indignitate, & probro apud omnes, propoſito ex ſententia dimouere inſtitit, intentata quoque excommunicationis ſententia. Quibus ira incenſus Imperator, eum à ſe expulit, legitimam vxorem à ſe abiecit, & adulteram admiſit. Taraſium verò, adhibitis cuſtodibus variè afflixit, ſi fortè eum à conſtantia deturbaret. Hactenus hæc de Taraſio Ignatius D hiſtoricus, ſed pluribus.

Taraſius verit[9] diſceſsū Imper. à fide Cath. abſtinet ab inferēda excomm.

Plato autem Abbas à Taraſij communione abſtinuit, quòd redargutum Imperatorem ab Eccleſia non ſeparaſſet, neque eum, qui adulteram coronaſſet ab Eccleſia abieciſſet. Quod cum audiſſet Imperator, euocatum in vrbem Platonem, in Palatio reclusit, reliquoſque Monachos, cum nepotibus eius cęſos, relegauit apud Theſſalonicam, quibus fauebat mater Imperatoris, quòd filio reſiſterent, eumque probro afficerent. Hæc breuiter Theophanes, quæ latiùs Theodorus Studita perſequitur, conferens Platonem cum Ioanne Baptiſta; Conſtantinum cum Herode, Theodoten cum Herodiade, cauſam cum cauſa. *Cum*, inquit, *omnes ferè iniquo illi facto* E *aſſentirentur; ſolus hic, (vt ita dicam,) cum ſuis diſcipulis ſtabilis permanſit. Ob idque quot, & qualia per totum annum certamina eum ſubiiſſe putamus? nuncia nuncijs, minæ minis addebantur, flagella, exilia, membrorum mutilationes proponebantur.*

Plato ob id abſtinet ab ei[9] communione.

His conſentientia Michael Monachus rerum ipſe quoque ſui temporis ſcriptor in rebus geſtis magni illius Theodori Studitæ habet; & quòd quidem Studita de Platone refert, certamen, & victoriam modeſtè ſilens de ſe, hic Michael de Studita narrat, nimirum magnum Theodorum ob tantum flagitium ab Imperatore admiſſum, incredibili tactum dolore, & reformidantem vehementer, ne permaneret malum, & in legem abiret flagitium, auctoris ſui viribus, & potentia ſubnixum; eum palam excō-

Theodo. Stud. cauendum à cõmunione Imper. denũciat ſuis Monachis.

municatum pronunciaſſe, & in ſcelus inuectum, ipſum omnibus Monachis denun- A
ciaſſe, vt ab omnibus vitandum: Cuius rei fama vulgata, cum ad aures quoque Im-
peratoris veniſſet, furorem ſimulatione lenitatis tegens, blandè ſibi priùs agendum
putauit, cum ſanctum virum timeret, vt qui eum apud omnes in magna ſanctitatis
opinione eſſe ſciret, ſi qua fortè illum ratione demereri poſſet, quo vno deuicto, cęte-
ros omnes ſuperaret. Quin, & adulteram ipſam ad captandum ſanctum virum ſub-
miſit multo auro, & muneribus inſtructam, & generis propinquitatem opponentem
(erat enim Theodote ipſi Theodoro ſanguine iuncta) quæ cum irrita omnia animad-
uertiſſet, ſemet Imper. ſpecie repentini alicuius, vrgentiſque negocij ad eum adit, ſed
eius omnes ſermonem, & conſpectũ declinant, & auerſantur Monachi. Tunc ille ar-
dentiori incenſus ira, in palatium reuerſus, flagellis cędi ſanctum iubet, & conſtan-
tiſſimos quoſque alios Monachos, ſic vexatos, atque verberibus conciſos Theſſaloni- B
cam relegat. Sed exilium contigit anno ſequenti. Vndecim numero erant cum pa-
tre vincti, qui dura omnia ſereno, & alacri animo pertulerunt. Quorum exemplo
Conſtantiæ Cherſonenſes, & Boſphorani Sacerdotes, & Monachi, & quotquot per
vicinas circum oras, atque Inſulas populos regebant, & ipſi ſanctum æmulantes, Im-
peratorem excommunicatum pronunciant, quos variè tentatos, & immobiles reper-
tos, exulare iuſſit. Miſit etiam Theodorus Epiſtolas, & Tabellarios ad Romanum
Vrbis Antiſtitem, eum de tota re commonefaciens, à quo reſponſa viciſſim accepit,
de prudentia, & Conſtantia laudatus.

Non quidẽ quod Mon. excõmunicarent Imp. Epiſcop. munus vſurpãtes, ſed quod à Deo ob flagitiũ excõmunicatũ auerſarẽtur.

Aulicorum autem, & aliorum Imperatori adulantium illa erat aduerſus Theodo-
rum, & alios accuſatio, ſiue quærela, quòd non, niſi ob læſam Catholicam fidem, Cõ-
municationem Catholicam liceret abrumpere; deque his Stephanus à ſecretis coram C
egerat cum Theodoro, ad quem ſtatim reſcripſit Epiſtolam. Epiſt.[a] cuius partem hic
viſum opportunum adſcribere.

Vnde nam verò dicti huius (Stephani, & Aulicorum) abſurditatem tibi oſtende-
mus? Primum quidem ex Veteri Teſtamento. Quid enim de Daniele cenſes? [b]
Num ſeniores, quamuis nondum ea ætate, quę legitimam loquendi libertatem daret,
in diuinæ Suſannæ condemnatione præuaricantes, non ſolum admonens, verum etiã
condemnans, laudatus eſt an non? Deinde, non animaduertis Ioab [c] in populi enu-
meratione, cum in Dei tentationem res vergeret, ſupplicantem, obteſtantem, perſua-
dere Dauidi conantem, ne id faciat? Nota enim tibi eſt hiſtoria. Me verò mouet,
& Ietro [d] Magnum Moſem admonens, & exhortans non ſic regere populum, ho-
minemque rudimentis quodammodo inſtituens, traducenſque ad conſilium ſuum. D
Et quid nam ipſe? Alienigena, etſi ſocer. Cui loquens? ei, qui omnia ex Diuina re-
uelatione agebat. Atque hæc quidem paucis, ne longiores ſimus. Tranſeundum
eſt ad nouum Teſtamentum, ſcilicet. Reuereamur, ſi placet, glorioſiſſime, clariſſimi
Orbis terræ præconis Edictum. [e] Si poſtremo reuelatum fuerit, primus ſileat. non,
ſicut obijcit Charitas tua, de fide ſola. Et, quod me propemodum fugiebat, Magnus
præco [f] veritatis Ioannes, Herodem reprehendit. Quæſo reſponde mihi. Sed ex-
plodar, (vt video,) & deridebor; quòd æquiparem me prophetæ. Abſit non ita eſt,
optime. Hæc verò, inquit, ſcripta ſunt ad correctionem noſtram. [g] Et iterum Paulus.
[h] Imitatores mei eſtote; ſicut, & ego Chriſti. Qui autem fieri poteſt, vt rectè quis
ſentiat, agẽs perverſè, Diuino Iacob [i] affirmante, ex operibus oſtendi fidem, & ijs, qui
circa vnum aberrent, neque alterum ineſſe? Tot igitur, & tanta cum ſint teſtimonia, E
non puto habere nobilitatem tuam, quid contradicat, & poſt pauca. Reprehendere
enim tantummodò facilè eſt, & cuilibet volenti, promptum, vt legiſti; ſuam verò ſen-
tentiam ſacræ ſcripturæ teſtimonijs confirmatam inducere, hominis eſt ſanæ mentis,
ac iudicij, &c. ſubijcit ad finem loca S. Baſilij, quibus, quæ dicta ſunt, confirmantur.

a V. in Codic. Col.
b Dan. 13.
c 2. Reg. 14.
d Ex 18.
e 1. Cor. 14.
f Matth. 14.
g 1. Cor. 10.
h 1. Cor. 11.
i Iac. 2.

Alia Epiſt.[a] ad Nicephorum conſobrinum ſuum, eundemque Præpoſitum. poſt
alia, in eo verſatur tantum argumento, vt demonſtret perperam factum ab Imperato-
re, dimittendo vxorem, & aliam ducendo, contra Apoſtoli Pauli præceptum, & ſan-
ctorum Patrum doctrinam.

A Hoc eodem Anno,vt habetur ex Theophane, Ioannes præficitur Eccleſiæ Ieroſolymitanæ. a In eodē Cod.Columna.

Quod verò ſpectat ad res Occidentales, hoc ipſo Anno Carolus Magnus, deſertores Chriſtianæ Religionis Saxones rebellantes, cum exercitu aduerſus eos profectus,coercuit. Vbi cum eſſet,excepit Legatos Hunnorum,ſiue Auarum Regis Theodonis,ſeu Theoduini,qui ſe cum ſuis ſubijceret Carolo,[a]ſpondens etiam fidem Chriſtianam omnes ſuſcepturos,quod & præſtitit. Rex cum ſuis ad Carolum profectus, & regie donatus redijt. Ex Adone. Id in annum ſequentem reijciunt alij,defeciſſeq; eum à Chriſtiana fide ſuſcepta,confirmant.Bellum verò aduerſus Hunnos,ſiue Auares per Henricum Ducem Foroiulienſem, geſtum teſtatur Ado, per eumque debellatos,atque auitis Theſauris ſpoliatos, quos idem, inquit, pio Regi Carolo poſtmodum miſit, & ille Deo gratias referens, ad memoriam SS. Apoſtolorum partem inde
B miſit, partem officialibus Regni, & Eccleſijs alijs diſtribuit. Conuerſos verò poſt hæc Hunnos ad Chriſtianam fidem,ab eiſque primam erectam Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, produnt Annales Hungarici. Oblationem verò Caroli ex Theſauro Hunnorum ad Baſilicam S.Petri Romæ miſſam, in annum ſequentē reijciunt.

Sed & hoc ipſo anno primum Epiſcopum datum Paderbornenſi Eccleſiæ in Saxonia, Harimarum Saxonem hominem, diſcipulum S. Burchardi ſanctitate clarum produnt Annales Saxonum. [b] Verum qui proſecutus eſt res Saxonum, & ipſe Saxo antiquior ſcriptor,res S.Libonij proſecutus, non hoc anno, ſed longe poſtea, paucos ante annos obitus ipſius Caroli Magni factum eſſe teſtatur.

C

Chriſti Annus	*Leonis P.3.*	*Conſtant.Solius Imp.*	*Indictio.*
796	1	7	4

b Crant. hiſt.Saxo. lib.1. c.11.

IMperator iuſtiſſimè, vt par erat redargutus à Theodoro, quòd dimiſſa legitima coniuge,aliam præter ius,& fas,ſibi matrimonio copulaſſet,huius anni initio eum mittit in exilium,de quo,& itinere ad ipſum exilij locum,extat Theodori Epiſtola ad Platonem,[c] & alia:prima,ibidem ad ipſum adhortatoria,qua fratres confirmarentur, ac rurſum alia eiuſdem argumenti.

Bene Imperatoris mater,per ſe,& per alios nacta opportunitatem,promiſſis,& mu
D neribus,Duces,& Princeps attraxit ad ſe omnes,vt filio depoſito ipſa ſola imperaret.

Hoc eodem anno Indict.4. delatum eſt Conſtantinopolim ex Lemno Inſula Corpus Sanctæ Euphemiæ, quod à Copronymo impio, & ſacrilego Imperatore cum capſa, in profundum abiectum fuerat; repertum autem id fuit,& in Lemno depoſitum, cum hac marmori inciſa inſcriptione. c 3. ī eod. Cod.

HOS SERGIVS, ET SERGONAS NAVIGANTES PER HELLESPONTVM, CVM EX PROFVNDO SVSTVLISSEMVS RELIQVIAS BENEDICTÆ, ET SANCTÆ MARTYRIS CHRISTI EVPHEMIÆ, EIVS IVSSV HIC DEPOSVIMVS: deſcribitur fusè hæc translatio à ſcriptore huius temporis, quæ extat apud Surium 2. Iul. de qua, & Theophanes his verbis. *Hoc ſtupendum, & dignum ſcriptura miraculum poſt 22. Annos poſt iniqui Prin-*
E *cipis mortem, vnà cum piiſſimis Imperatoribus, & Taraſio Sanctiſſimo Patriarcha, nos vidimus, & cum eis amplexi ſumus, licet indigni, magnam gratiam promerentes.* Translatio S.Euph. Conſtant.

Leo Romanos Pontifex,vbi primum ſedere cæpit,Legatos cum muneribus,claues ſcilicet aureas ex S.Petri confeſſione,de more acceptas,& Vexillum Romanæ Vrbis, ad Carolum Magnum miſit. Rurſum verò hæc eodem anno ab ipſo Chriſtianiſſimo Principe Carolo Magno, Engelbertum Abbatem Legatum ad Leonem Romanum Pont. ad munera deferenda, quæ ex Theſauro Hunnorum erepto, idem Rex fuerat conſequutus Annales Francorum affirmant.

a De geſt. Angl. in Cōtin. li. 1. c. 12.

Eodem anno miſſa eſt Legatio, [a] cum literis, & muneribus ad eundem Leonem Pontificem ex Britannia à Rege Mercionum Remulpho, qui Offæ ſucceſſerat, quæ literæ extant, vt & quas ad eum reddidit ipſe Leo, licet hæ ſint imperfectæ. A

Eodem anno idem S. Pontifex Leo animum adiecit, vt Caroli Magni de Hunnorum Theſauris miſſam largiſſimam oblationem ad ſacra limina Apoſtolorum; in ornamenta Eccleſiarum conuerteret, & in Clericos erogaret, omniaque perfecit, quæ ante perſecutionem illatam, recenſet Anaſtaſius. *Eum igitur, ait, Clericis ſtipendia auxiſſe, plurimas Eccleſias, & Cœmeteria reſtauraſſe, ſed in primis Titulum B. Suſannæ, vbi ordinatus fuerat, magnificentiſſimè extructum, pretioſis muneribus locupletaſſe. Varijs Eccleſijs veſtes ſericas, holoſericas, pretioſas, gemmatas, cortinas, & vela cōtuliſſe, Cruces, Imagines, Calices, Coronas, Thuribula, Ciboria, Canthara, Candelabra, Lampades obtuliſſe, in quorum ſumptum, ſubducta ratione, expenſas, ait pluſquam* 150. *libras auri, & mille quingentas argenti.* B

Chriſti Annus	*Leonis Pap.* 3.	*Irenes iterum* Imp.	*Indictio.*
797	2	1	5

Imp. excęcatur, & moritur.

Conſtantinum Imperatorem conſpirantes proceres, conſilio eius matris Irenes, comprehenſum, luminibus priuant, ex quo ſtatim moritur. Iuſſionem matris fuiſſe, Religionis ſtudio, & amore iuſtitiæ aiunt tantum, vt teneretur. nec amplius imperaret. ex quo ab Orientalibus nonnullis, qui facto aderant, viris ſanctiſſimis, meruit laudari. Theophanes tamen, ſecundo eius anno recēſens, vt oculos alijs effoderit; alijs linguas præciderit, ſubdidit. Non in longum Dei iuſtitiam hanc iniuſtam vltionem miſiſſe inultam, poſt quinquennium namque eodem, inquit, menſe, & C

Prodigiū

eodem ſabbato orbatus eſt oculis à propria matre, idem Conſtantinus. Obtenebratus eſt autem ſol per dies ſeptemdecim, ita, vt errarent naues maris, omneſq; dicerent, quòd propter obcæcationem Imperatoris ſol obcæcatus radios ſuos retraxit.

Porrò in Conſtantino ſic genus Copronymi extinctum tradunt. Irene adepto Imperio exilium omnibus relaxat; ſed in primis Platoni Abbati, & Theodoro Studitę, quos reuertentes, omnium hominum occurſus excepit, atque adeò ipſe Patriarcha, & Regina; eiecto Ioſepho illo Oeconomo, & ſacerdotio priuato, qui adulteros coniugatos coronare auſus fuerat, omnes in Communionem conuenerunt, quantumuis rationes diuerſas tenuiſſent, Taraſius Patriarcha, & Theodorus, ille quidem de ſummo iure nonnihil remittendo, ne in hæreſim Iconomachorum, quod minabatur, ille ſe præcipitaret: hic autem flagitium propalam arguendo, & acri obiurgatione longius progredi prohibendo, tum eos, qui peccarant, tum cęteros, qui ſimile aliquid meditabantur. His ergo in hunc modum tranſactis Theodorus Regia Vrbe relicta in Monaſterium reuertitur, optimique Paſtoris exemplo, ſegregatas oues congregat, & innumerabiles, tum Monachos, tum ſæculares ad ſe, tum gratulationis cauſa, tum etiam cohabitationis, confluentes excipit. Hæc ferè ex ipſo Theodoro, de Platone, & ex Michaele Monacho de ipſo Theodoro. D

Quod ſpectat ad res Occidentales; Barcinona Ciuitas, quæ à Francis defecerat, per Zatum Sarracenorum Præfectum Carolo Magno reddita eſt. Habdalla Sarracenorum Princeps in Africa à fratre pulſus ad eundem Carolum Magnum confugit, quem cum filio ſuo Ludouico in Hiſpaniam proficiſci iuſſit, quo anno pariter res bellicæ eidem Carolo proſperè ceſſere. Cum autem degeret Aquiſgrani, accepit Legationem à Conſtantino Imper. miſſam, vel, vt alij tradunt anno ſequenti, Conſtantino ſuperſtite, cuius audita nece, omnia vana ceſſere. E

A

Chriſti Annus	Leonis Pap. 3.	Irenes iterum Imp.	Indictio.
798	3	2	6

IN Oriente Arabes Sarraceni ſub Duce Habdimelechi Romano Imp. infeſtiſſimi, negata pace Irenæ petenti, infeſto agmine progreſſi Cōſtantinopolim, vſq; ad eius ſuburbia depredantes, onuſtiq; ſpolijs ſunt reuerſi. Theophanes hæc pluribus. Quorū occaſione factum eſt, vt Theodorus, quo ab horum infeſtatione monachos ſibi ſubditos ſaluos redderet, atque ſecuros, eoſdem Conſtantinopolim duxerit, atque ſtudij monaſterium, olim quidem celeberrimum, ſed a Copronymo ad vaſtitatem pene re-
B dactum magnopere rogante Imperatrice in habitandum acceperit, eiuſque præfecturam aſſumpſerit.

Hoc ergo cœnobium Pater cum inſigni Templo aptiſſimum, & ornatiſſimum nactus, ex conditoris mente, tum ſuos, tum, quos in eo reperit, tum deinde accedentes ex magna nominis celebritate ſæculares magno numero, vt ad decem centenaria peruenerint, monaſticis inſtitutis excolebat, & ad perfectionis apicem perducebat. Ex Michaele monacho, ex eis vno, Theodori diſcipulo, qui pergit pluribus dicere de monaſticis, ab eo ſuis traditis inſtitutis metris ſcriptis. *Edidit præterea,* inquit, *inſtitutiones Iambicis verſibus conſcriptas, quemadmodum vnumquemque imperata facere oporteat, & initio a Prępoſito ducto, ad infirmum vſq; percurrens definit, ac ſtatuit, quibus pœnis quiſque affici debeat.* &c. Qui pariter occaſione laboris manuum ſin-
C gulis præſcriptorum, primum in deſcribendis codicibus, *qui apud nos,* inquit, *extant adhuc pulcherrimi,* eius labores memorat, deinde eiuſdem ſcripta recenſet. *Cōpoſuit,* ait, *& alios libros, quos propria lingua dictauit, quorum ſenſus, manifeſtam quādam diuinæ gratiæ vim oſtendunt. In his primum locum tenet, qui parua, dicitur, Cathecheſis 134. diſtincta ſermonibus, quos quidem fratribus ipſe pronunciauit, congruentes cuique diei, ſingulos, lectiſſimis ſententiis, verbiſque ornatiſſimis perſeuerantia, & membrorum mortificatione: nunc de Conſtantia in quotidianis certaminibus, & præſtanti aduerſus caſus omnes animi contentione. Ex hoc libro tres ſermonum particulæ, prima quoque die hebdomadis, in Eccleſia recitari conſueuerant. Alterū deinde librum elaborauit Magnum Cathechiſticum tribus membris, ſeu partibus comprehenſum, qui egregia cœnobii inſtituta ſigillatim declarat, diſciplinam tradens, ſupra*
D *quam dici poſſit vtiliſſimam. &c.*

Scripſit præterea vir Diuinus Panegyricū volumen, in quo inſignes Domini dies feſtos enarrat, & præclaris orationibus exornat, nec Domini ſolum, verū etiam Deiparæ, & præcurſoris item Ioannis Baptiſtæ &c. Scripſit, & librū Iambicis verſibus, in quo, & primi parentis ortum, lapſumq; deſcripſit, et plura deinceps, & deniq; vniuerſam Iconomachorū hæreſim. Epiſtolarū aūt eius libri quinq; ſunt numero. Præter hos oēs, dogmaticum ēt librum compoſuit, in quo validę inſunt diſputationes refutatoriæ, mirabiliter contextæ ad diſſoluenda Iconomachorum ſophiſmata &c. optandū eſt, vt hmōi præclara opera ex vetuſtis bibliothecis, diligenter conquiſita, eruantur.

Theodori Studitæ lucubrationes.

Miſiſſe hoc anno Irenem A. legatos ad Carolum Magnum veteres tradunt Annales Franc. auditoſque eos Aquiſgrani, redditumque illis ab ipſo, quem petierant, Si-
E ſinnium fratrem Taraſij, Patriarchæ olim in bello captum.

Hoc anno, (vt habent Annales Franc. ex Chronicon a Pithoco editum) *Hadefuns* (quod idem eſt, ꝙ Adefonſus, ſiue Alfonſus) *Rex Gallæciæ, & Aſturiæ, per Troium legatum ſuum, Papilionem* miræ pulchritudinis Regi Carolo miſit. & inferius *eodem anno.* Adefons quoque ſupradictus Rex prædata Vlyſſipona Hiſpaniæ ciuitate, inſignia victoriæ ſuæ loricas, mulos, captiuoſque Mauros per Troium, & Baſiliſcum, legatos ſuos Carolo miſit. Hæc ibi. Ex quibus patet, magnam amicitiæ conſuetudinem interceſſiſſe inter Alfonſum Caſtum, & Carolum Magnum, ambos Reges pietate præſtantes; quod ipſum teſtatur Eginhardus.

Chriſti Annus	*Leonis* P. 3.	*Irenes iterum* Imp.	*Indictio.*
799	4	3	7

Atrox facinus in Pôt. Ro.

ANnus Eccleſiæ Romanæ lugubris, ob immane ſacrilegium admiſſum in Romanum Pontificem a ſceleſtis, & impijs Eccleſiæ Romanæ potentioribus clericis. Nepotes ſiquidem Hadriani Pontificis Paſchalis Primicerius, & Campulus Sacellarius cum aſſeclis, militantes in Romani cleri primis ordinibus, inuidia tabeſcentes ob Leonis electionem, odio implacabili ipſum proſecuti, calumnijſque inſectati, tandem eo furoris, & inſaniæ ſunt prouecti, vt in ipſum ſacrilegas manus inijcerent, in terram proijcerent, diſpoliarent, conciderent, oculos eruerent, linguam radicitus præciderent, idque in ſacri muneris functione, expiando per litanias populum ritu ſolemni: ſed & ſacrilegia ſacrilegijs cumulantes, rurſus in eccleſia ante altare iuxta confeſſionem tractum tantum repetiuerunt rabido furore flagitium, & ſemiuiuum in ſanguine reuolutum ante altare dimiſere. Veriti autem ne a fidelibus inde eriperetur, abſtractum in monaſterio Sancti Geratimi in arcta cuſtodia recluſerunt, quæ tam nefanda, tam horrenda, & execranda, pro ſceleris immanitate, declarata vbique facinora, tam Occidentales, quàm Orientales hiſtoriarum ſcriptores, ſunt proſecuti. Sed paulo latius Anaſtaſius eius ſæculi ſcriptor. In ea cuſtodia, cooperante Domino, & B.Petro Apoſtolo ſuffragante, magno miraculo Pontifex, & viſum recepit, & lingua ad loquendum ei reſtituta eſt:

Ingẽs miraculum.

vnde eodem diuino nutu, ab Albino Cubiculario, & alijs pijs, ac fidelibus viris extractus, & ad Baſilicam Beati Petri deductus eſt, omnibus de ſancti Pontificis liberatione gratulantibus, & de tanto miraculo Deum celebrantibus. Vbi dum agit, adueniens cum exercitu Vuinigiſus Dux Spoletanus, eum aſſumptum, magna cum veneratione Spoletum deducit. Quo audito, de vniuerſa Romana ditione plures fideles ad eum accurrunt;

Deducitur in Frãciã Papa.

Epiſcopi etiam, & omnis generis clerici, & Primates, qui eum ad Carolum Magnum deducunt, cuius is aduentu cognito, Epiſcopos, & proceres, ac propium filium Pipinum obuiam mittit, ac mox ipſe etiam procedit, excipiens eum cum omni veneratione, pietate, & honorificentia. Interim ſcelerati illi carnifices poſt incenſam domum Albini fidelis Sancti Petri, & ipſius Pontificis, ac depredationem poſſeſſionum Romanæ Eccleſiæ, falſa aduerſus eum crimina confingunt, quæ apud Carolum illi intendant. At ſummus Pontifex cum aliquandiu apud Carolum in magno habitus honore fuiſſet,

Reuertitur.

Romam cum ingenti, & nobiliſſimo comitatu Eccleſiaſticorum, & ſæcularium procerum reuertitur, exceptus ad Pontem Miluium, ab omnis generis, gradus, ſexus, conditionis viris, & fęminis, etiam ſanctimonialibus, cum ingenti gratulatione, & honorificentia in Eccleſiam B. Petri deductus, vbi & miſſarum ſolemnia celebrauit, & omnes communiter corpus, & ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti fideliter participati ſunt. (ſic loquitur Anaſtaſius) & alia die ſecundum antiquam conſuetudinem Natale B. Andreæ Apoſtoli celebrantes Romam ingrediens, cum multo gaudio, & lætitia in Patriarchium Lateranenſe introiuit.

Quęſtione habita carnifices eius côuicti, damnantur capitis, ſed relegari tantũ permittit.

Poſt aliquot dies, ab ijs, quos Carolus Magnus miſerat Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Comitibus, habita per hebdomadam eſt quæſtio de illis, qui tam immania ſcelera perpetrarant, qui cum nihil aduerſus eum haberent, quod dicerent, conuicti, & Maieſtalis damnati, capite plectendi erant, niſi Papa pio affectu apud Carolum interceſſiſſet, vt vitam, & membra eis donarent: ſed pro facinoris atrocitate exilio deportati ſunt in Franciam. Ex Anaſtaſio, cui conſentiunt vetera Chronica, in eo tantum diuerſa, quòd hæc referunt in annum ſequentem, minus id quidem probabiliter.

apud Sur. 23. Iul.

Quæ porro Leo egerit, cum apud Carolum in Germania eſſet, prætermittendum non videtur: vt de altari Paderburnæ dedicato, de quo hæc in translatione Sancti

Libonij.

A Libonij. *Religioſum Caroli, & ſalutare Chriſtianitatis dilatandæ ſtudium nobiliter inchoatum,* Leo *Papa Apoſtolica auctoritate firmauit, atque in Eccleſia tunc ibidem nouiter inſtituta quoddam altare conſecrans, adorandas in eo reliquias Protomartyris Stephani, quos ſecum Roma detulerat, collocauit, fiducialiter id Principi promittens, quòd oratorium illud tanti martyris patrocinio munitum non vlterius paſſurum foret iniuriam, quam ipſo referente prius ei contigiſſe cognouit, vt videlicet ob* Incolarum *loci perfidiam, & odium in Chriſtianam Religionē, aliquoties igni traderetur, & ob hanc maxime cauſam eaſdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non ſine effectu congruæ fiduciæ, ſponſionisque ſuæ; cum nihil tale poſtmodum illic perpetratum eſſe certiſsimum ſit.* Hoc *igitur ordine* Paderburnenſis Eccle*ſiæ ſedis* Epiſcopalis*, tam Imperatoris ſanctione, quàm Apoſtolicæ benedictionis*
B *auctoritate primitus conſtituta, ob cauſam ſuperius memoratam, commendata fuit aliquandiu tuitioni* Præſulum *capellæ Orientalis Franciæ, quod ſermone barbaro Vuirtzaburgh appellatur.* Hæc de his auctor.

Hoc eodem anno idem Leo Papa dedicauit capellam a Carolo Magno conſtructam in Eresburgh, eundemque locum huiuſmodi priuilegio muniuit.

LEO SERVVS SERVORVM DEI CAROLO MAGNO REGI FRANCORVM.

Piæ tuæ petitioni per omnia congaudentes, quod iubes annuere, non tardamus. Igitur hunc montem Eresburgh, quem expugnatum cum tota Saxonia Deo obtuliſti, & per nos B. Petro conſecraſti, liberum ab omni humana poteſtate eſſe, et fratrum inibi ad Chriſti ſeruitium adunatorum ditioni tantummodo parere cenſemus. Qui ne Extat apud Regeſt. Innoc. 4.
C *aliquid in hoc impedimenti patiantur, neue Regni veſtri inuaſoribus aliqua rebellandi fiducia præparetur, ſub anathemate, S. Petri auctoritate interdicimus, ne quis vnquam bellica in ipſo monte præſidia collocare, aut per ſe collata prædia, aut decimas circa montem per duas Saxonicas roſtas, quas illuc delegaſti, audeat diripere.* Hæc *conſeruantibus ſit pax a Deo* Patre*, infringentibus excommunicatio, & a Beatorum* Collegio *ſit ſeparatio in æternum. Datum Eresburgh, per manus Ioannis Bibliothecarij, & Cancellarij Eccleſiæ Romanæ. 8. Kal. Ianuarij Anno Domini 799. Leonis Tertij 4. Ind. 7.* (an potius octaua?) *die dedicationis capellæ in Eresburgh.*

De Saxonia oblata a Carolo Magno S. Petro, extant etiam literæ Gregorij P. 7.

Eodem pariter anno Patriarcha Ieroſolymorum per ſuum monachum miſit ad Carolum Magnum Sacroſancti Sepulchri Redemptoris noſtri claues, quem dimit-
D tens ipſe Carolus, Zachariam presbyterum illi adiunxit, qui dona ad loca illa ſancta deferret. Annales Franc.

Porro, pro reſtauratione Eccleſiarum Ieroſolymorum Carolus collectam more maiorum indixit. Eſt de ea re titulus in eius Capitularibus.[a] a Cap. li. 4. in appēd. c. 31.

Chriſti Annus	*Leonis P.* 3.	*Irenes iterum Imp.*	*Indict.*
800.	5.	4.	8.

E CArolus Magnus celebrat Paſcha in Centula, celebri monaſterio, apud B. Richarium, ab eius genero Angilberto erecto, vbi poſtea præfectus Abbas, vitam duxit Angelicam. Aderat vna cum Carolo tunc, inter alios, Albinus Flaccus, qui rogante Angilberto ſcripſit vitam[b] Sancti Richarij Confeſſoris, ad ipſum Carolum: & idem, itemq; S. Vulebrardi, qui, & Clemens dicitur[c] & alia plura id genus. b Apud Sur. 26. Apr.

Carolus inde per littus Oceani venit Rothomagum, indeque per Sequanam profectus eſt ad ſepulchrum S. Martini orationis cauſa: vbi & defunctam, pridie nonas Iunij Luitgandam coniugem ſepeliuit piam valde feminam S. Liobæ virginis obſeruantiſſimam, cuius Acta extant. Poſt hæc habuit conuentum Generalem Maguntiæ, inde in Italiam iter intendit: Rauennam cum veniſſet, ibi ordinata expeditio- c Ext. apud Sur. 7. Nou.

A ne in Beneuentanus, in Romanam Eccleſiam tunc infeſtos, poſt ſeptem dierum inducias, præmiſſo exercitu, cum Pipino filio, aduerſus eos, Romam peruenit ad 8. Kalen. Decemb. pridie quàm Romam veniret, Leo Papa apud Nomentum occurrit, & eum magna veneratione ibidem ſuſcepit. Poſt cœnam, qua ſimul refecti ſunt, ibi, illo manente, Pontifex ad vrbem proceſſit, poſteroque die miſſis obuiam Romæ vrbis, vexillis, ordinatis, etiam, atque diſpoſitis, per congrua loca, tam peregrinorum, quàm ciuium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipſe Leo cum clero, & Epiſcopis, equo deſcendentem, graduſque aſcendentem, ſuſcepit, dataque oratione in Baſilicam B. Petri, pſallentibus cunctis, introduxit. Poſt ſeptem vero dies, Rex Concione vocata, reſidentibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus; ſtantibus reliquis ſacerdotibus, & Optimatibus Francorum, & Romanorum; obiecta in almum Pontificẽ propoſuit examinanda. Qui vniuerſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates vnanimiter audientes, dixerunt. B

Apoſt. ſedes iudicans oẽs, a nemine iudicat.

NOS SEDEM APOSTOLICAM, QVAE EST CAPVT OMNIVM DEI ECCLESIARVM IVDICARE NON AVDEMVS: NAM AB IPSA NOS OMNES, ET VICARIO SVO IVDICAMVR; IPSA AVTEM A NEMINE IVDICATVR; quemadmodum ANTIQVITVS MOS FVIT: *ſed, ſicut ipſe Summus Pontifex conſueuit, iubeat, Canonicè obediemus.* At venerabilis Leo præſul, cum nullus probator eorundem criminum exiſteret, inquit. PRAEDECESSORVM PONTIFICVM VESTIGIA SEQVOR, ET DE TALIBVS FALSIS CRIMINATIONIBVS, QVAE SVPER ME NEQVITER EXARSERVNT, ME PVRGARE PARATVS SVM. Sequenti die coram omnibus conſcenſo ambone ſacra tenens Euangelia, cum iuramento dixit. NOTA C

Iuramentum purgationis Leonis P.

RES EST FRATRES CARISSIMI, MALOS ADVERSVM ME HOMINES INSVRREXISSE, MEQVE AC VITAM MEAM GRAVISSIMIS CRIMINIBVS INFAMASSE. CVIVS REI COGNOSCENDAE GRATIA CLEMENTISSIMVS HIC, ET SERENISSIMVS REX CAROLVS, VNA CVM SACERDOTIBVS, AC PRINCIPIBVS SVIS IN HANC VRBEM SE CONTVLIT. QVAMOBREM EGO LEO PONTIFEX SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE A NEMINE IVDICATVS, NEC COACTVS, SED MEA VOLVNTATE IMPVLSVS PVRGO ME PRAESENTIBVS VOBIS, CORAM DEO, ET ANGELIS EIVS, QVI CONSCIENTIAM NOVIT, ET B. PETRO PRINCIPE APOSTOLORVM, IN CVIVS CONSPECTV CONSISTIMVS, NEQVE SCELERATAS RES, QVAS MIHI OBIICIVNT, PERPETRASSE, NEQVE PERPETRARI IVSSISSE; DEVM TESTANS, IN CVIVS IVDICIVM VENTVRI SVMVS, ET IN CVIVS CONSPECTV CONSISTIMVS. ET HOC FACIO, NON VLLIS LEGIBVS OBSTRICTVS, NEQVE HANC CONSVETVDINEM, AVT DECRETVM IN SANCTAE ROM. ECCLESIAE SVCCESSORIBVS MEIS, ET FRATRIBVS COEPISCOPIS IMPONERE CVPIENS, SED, VT CERTIVS INIQVIS VOS SVSPICIONIBVS LIBEREM. Hæc ex Annalib. Franc. Anaſtaſio, & ex ſacris Ritibus Romanæ Eccl. prodita ſunt. D

Poſt hæc adueniente die Natali Domini N. Ieſu Chriſti, in iam dicta Baſilica Beati Petri Apoſtoli, inquit Anaſtaſius; omnes iterum congregati ſunt; & tunc venerandiſſimus Almificus Pontifex manibus ſuis proprijs pretioſiſſima corona Carolum coronauit. Tunc vniuerſi fideles Romani videntes tantam defenſionem, & dilectionem, quam erga ſanctam Rom. Eccleſiam, & eius vicarium habuit, vnanimiter altiſona voce Dei nutu, atque Beati Petri clauigeri Regni cęlorum, exclamauerũt. CAROLO PIISSIMO AVGVSTO A DEO CORONATO, MAGNO, PACIFICO IMPERATORI; VITA, ET VICTORIA. Ante ſacram Confeſſionem B. Petri Apoſtoli, plures ſanctos inuocantes, ter dictum eſt ab omnibus, & conſtitutus eſt Imperator Romanorum. Illico Sanctiſſimus Antiſtes, & Pontifex E

A vnxit oleo ſancto Carolum Imperatorem, & Excellentiſſimum filium eius Italiæ Regem. Tunc ſe obligauit Carolus Romanæ Eccleſiæ defenſorem. quod iuſiurandum his verbis concipi a poſteris etiam conſueuit. IN NOMINE CHRISTI SPONDEO, ATQVE POLLICEOR, EGO CAROLVS IMPERATOR CORAM DEO, ET B. PETRO APOSTOLO, ME PROTECTOREM, AC DEFENSOREM FORE HVIVS S.R.E. IN OMNIBVS VTILITATIBVS, QVATENVS DIVINO FVLTVS FVERO ADIVTORIO, PROVT SCIERO, POTEROQVE. Ordo Romanus.

Id, ipſo Carolo inſcio, factum affirmat Eginhardus in eius vita. *Romam veniens, inquit, propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hiemis tempus protraxit; quo tempore Imperatoris, & Auguſti nomen accepit, quod primo tantum auerſatus eſt, vt affirmaret ſe, eo die, quamuis præcipua* B *ſolemnitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi conſilium Pontificis præſcire potuiſſet. Inuidiam tam ſuſcepti nominis, Conſtantinopolitanis ſuper hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua ijs proculdubio præſtantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epiſtolis fratres eos appellando.* Huius porro tranſlationis Imperialis dignitatis, Imperij Occidentalis in Carolum Magnũ, teſtes ſunt Latini omnes, & Græci ſcriptores, quam quidem tranſlationem diuina factam diſpoſitione, & optimo conſilio, nullo modo eſt dubitandum, eaque omnis ratio ſuadebat, vt fieret per Romanum Pont. omnium animarum Paſtorem, & orbis totius, Chriſtianorumque Imperiorum, certa quadam ratione, moderatorem: nec vero conferri potuit in alium digniorem Carolo M. pijſſimo, fortiſſimo, mitiſſimo, iuſtiſſimo, doctiſſimo, & de Eccleſia Catholica, & ſtatu C publico, ſemper in omnibus, optime merito, optimis Chriſtianis Principibus in omnibus coæquando, & in multis & præferendo. Sed & quando opportunius, quam hoc tempore? iacebant abſque poſſeſſore titulus, iuraque Occidentalis Imperij, a Græcis ob hæreſes, quibus pertinacius inhæſiſſent, iuſte, Pontificia authoritate, ſublata: nec enim dignus eſt habitus Conſtantinus, licet Catholicus, & de fide Catholica benemeritus, cui reſtitui deberet, vt pote qui ablatos a prædeceſſoribus, hæreticis Imperatoribus Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, qui eſſent immediate ſub iuribus Rom. Eccleſiæ, & dempta eius ampliſſima patrimonia, admonitus licet per Hadrianum Pontificem, minime reſtituere voluiſſet, ob quam cauſam, eius ſententia excommunicandus eſſet, atque hæreticus decernendus. Sed quod conueniens D fuiſſe dictum eſt, idem pariter vtile, & neceſſarium etiam extitiſſe, ſi quis tempora poſteriora, & varia euenta conſiderabit, non negabit. Quod vero extitit hac ætate qui impudentiſſime, & arrogantiſſime ſcriberet, Occidentis Imperium, per Romanum Pont. in Carolum mine tranſlatum fuiſſe; nec vero transferri potuiſſe; non defuit etiam qui illum accerrime, & doctiſſime confutarit Robertus Bellarminus, Societatis Ieſu Theologus, poſt S.R.E. Cardinalis, omnibusque irridendum, expoſitis eius mendacijs, & ineptijs, expoſuerit.

Poſt Coronationem idem Carolus Abacum argenteam, & diuerſa vaſa, ex auro puriſſimo fabrefacta, ingentis precij, Baſilicæ Vaticanæ obtulit; Lateranenſi vero crucem eximiam ex hyacinthorum gemmis conflatam, quam Leo in ſupplicationibus præferri, Carolo obſequutus, inſtituit; & alia alijs Eccleſijs pretioſa munera E contulit.

Per id tempus Zacharias presbyter anno ſuperiori a Carolo miſſus ad loca Sancta Ieroſolymorum, cum eleemoſynis, bene perfunctus legatione reuerſus eſt, cum duobus monachis, vno de monte Olіueti, altero de Sabæ monaſterio, a Io: Patriarcha ad Regem miſſis, qui benedictionis cauſa claues ſepulchri Dominici, ac loci Caluariæ, claues etiam ciuitatis, & Montis Olіueti, cum vexillo, detulerunt. Quos Rex benigne ſuſceptos, & per aliquot dies apud ſe retentos, Aprili menſe ſequentis anni dimiſit. Ex Ann. Franc.

Cum Aaron Rege Perſarum, qui, excepta India, totum pene tenebat Orien-

Caro. M. creatus Imp. Occid.

Trãſlatio Imperij fieri debuit per Papam.

Græci ob hæreſes amittunt iura Occid. Imp. Conſtãt. et Catho. aliam ob cauſam.

Dona a Carolo Baſil. Vatic. oblata.

Aaron Rex Perſarũ legatis, & muneꝛib. Carolũ Imp. colit.

tem, talem Carolus habuit in amicitia concordiam, vt is gratiam eius, omnium, qui toto orbe terrarum erant Regum, ac Pontificum amicitiæ præponeret, ſolumq; illum honore, & amicitia ſibi colendum iudicaret; ac proinde cum legati eius, quos cum donariis ad ſacratiſſimum Domini, ac Saluatoris noſtri Sepulcrum, locumque reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent, & ei Domini ſui voluntatem indicaſſent, non ſolum, quæ petebant, fieri permiſit, ſed etiam ſacrum illum, & ſalutarem locum, vt illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit, & reuertentibus legatis, ſuos adiungens, inter veſtes, & aromata, & cæteras Orientalium terrarum opes, ingentia illi dona tranſmiſit, cum ei paucos ante annos, eum, quem tunc ſolum habebat, mitteret elephantem. Hæc Eginhardus, non tamen vnius anni geſta recenſens. Quod vero ex huiuſmodi traditione clauium ſcriptum ſit Carolum recuperaſſe terram Sanctam, inde aliqui armis id factum, per errorem, ſcripſerunt. B

Chriſti Annus 801. *Leonis P. 3.* 6. *Caroli M. 1. Irenes iterum 5.* } *Impp. Ind. 9.*

Terræmotus ingẽs, per Italiã.

CVm Carolus Imperator Roma profectus, Spoleti eſſet, terræmotus maximus factus eſt, quo tota Italia grauiter contremuit, & Romæ tectũ Baſilicæ D. Pauli procubuit, & in quibuſdam locis vrbes monteſq; ruerunt &c. Ann. Fr.

Ingẽs impenſa in Eccl. vrbis.

Leo Pont. Baſilicam in meliorem, quam antea, ſtatum reſtituit, renouauit, & ornauit tot ac tantis argenteis ornamentis, vt ſumma excedat bis mille ſexcentas libras argenti, & centum vigintiquinque auri puriſſimi, exceptis pretioſiſſimis veſtibus, quibus non modo Baſilicam S. Pauli, ſed & S. Petri, & alias quattuordecim Eccleſias mirifice ornauit, atq; hæc omnia Leonem poſt reditum ſuum ex Germania feciſſe, Anaſtaſius plurimis refert, ſingulis Eccleſijs, & denis enumeratis, nominibus quidem, magna ex parte obſcuris, & noſtro ſæculo incognitis. C

a Sigon. de Regno Ital. lib. 4.

Hoc eodem anno ab ipſo Imperatore datæ reperiuntur leges, quæ Mutinæ adhuc legi dicũtur [a] hoc anno, ſed Eginhardus in vita de eius legibus loquens inter cętera, *ſed in iis,* inquit, *nihil aliud ab eo factum eſt, quam quod pauca capitula, & ea imperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum, quæ ſub eius ditione erant, iura, quæ ſcripta non erant, deſcribi, ac litteris mandari fecit.*

b d. 19. c. 3

Numerat 23. capitula legum Caroli M. duoq; ex illis reperiuntur recitata a Gratiano, atque primum illud Rom. Eccl. [b] his verbis. *In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus Sanctam Romanam, & Apoſtolicam Sedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas,* VT LICET VIX FERENDVM AB ILLA SANCTA SEDE IMPONATVR IVGVM, TAMEN FERAMVS, ET PIA DEVOTIONE TOLEREMVS, *Si vero (quod non decet) quilibet, ſiue ſit presbyter, ſiue Diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolica Sede detuliſſe epiſtolam, vel aliud aliquid, quod inde non venerit: Salua fide, & integra circa Apoſtolicum humilitate, penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut aliam detrudat cuſtodiam, vſque quo, per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis legatos, Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimum tam Sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus, iuſto ordine, ſtatuat lex Romana definire, vt & is corrigatur, & cęteris modus imponatur.* Recitatum hoc ipſum capitulum, & repetitum apparet in Concilio Triburienſi cap. 30. vt tanto Principe Chriſtianiſſimo dignum. D E

Penes epiſcopũ, ait, nõ per magiſtratum laicum.

Vidiſti, lector, Caroli M. erga Sedem Apoſtolicam reuerentiam, animique ſubmiſſionem erga Rom. Pont. omnibus Chriſtianis Principibus poſitam in exemplum, vt pote potentiſſimi atque prudentiſſimi Principis? cui idcirco dederit Deus ſubijcere ſibi Reges, & populos, cum nouerit ille ſe ſubijcere propter Chriſtum, ſucceſ-

A ſori hominis piſcatoris. Conſideraſti pariter, quàm modeſte agat de cognitione Apoſtolicarum litterarum, vt nolit ipſe, nec aliquis ex ſuis Prouincialium Præſidibus, eas, an veræ ſint vel falſæ, cognoſcere, & perſcrutari, etiam ſi de læſa Maieſtate cauſa tractetur, ſed totum iudicium vult per Epiſcopum agitari, & eius ſententiam expectari. Iſta cum egit, & adeo ſe legibus Eccleſiaſticis obſequentem exhibuit, bene conſuluit Regno Francorum, vt Deo protegente, licet ciuilibus & externis bellis diu multumque fuerit fatigatum, permanens ſemper fuerit, liberumque a gente Sarracenorum longe lateque vbique locorum terrarum orbis dominantium; atque ſemper diuino auxilio fuerit integrum feliciter propagatum ad poſteros.

Ex alia autem lege, quæ extat apud eundem Gratianum[a] mutilata, integra autem in capitularibus [b] Regum Francorum; vide, quam fauerit, Theodoſij exemplo, iudicio Epiſcoporum. a 11. q. 1. cap. 37. b lib. 6. c. 281.

B *Volumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante, ſubiecti, tam Romani, quam Franci, Alamanni, Baioarij, Saxones, Thuringij, Freſones, Galli, Burgundiones, Britones, Longobardi, Vaſcones, Beneuentani, Gothi, Hiſpani, cæterique nobis ſubiecti omnes, licet quocunque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc ſnīam, quam ex ſextodecimo Theodoſii Imp. libro, capitulo videlicet vndecimo ad interrogata Ablanij Ducis, illi, & omnibus reſcriptam ſumpſimus, & inter noſtra capitula, pro lege tenendam, conſultu omnium fidelium noſtrorum, tam clericorum, quàm laicorum, poſuimus, lege cunctis perpetua tenendam, ideſt, Quicumque litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis; ſiue cum negotium peroratur, ſiue cum incæperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit Sacroſanctæ legis Antiſtitis: illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum iudicium, cum ſermone litigantium, dirigatur. Multa enim, quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inueſtigat, & promit ſacroſanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, Epiſcoporum ſententijs terminatæ, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur. Illud eſt enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a Sacroſancto homine, conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hæc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus, hoc perpetua lege firmamus, malitioſa litium ſemina comprimentes, vt miſeri homines longis, ac pene perpetuis actionum laqueis impliciti, ab improbis petitionibus, vel a cupiditate perpetua maturo fine diſcedant. Quidquid itaque de ſententijs Epiſcoporum clementia noſtra cenſuerat, etiam hac ſumus lege complexi, grauitatem tuam, & ceteros, pro vtilitate noſtra, in perpetuum obſeruare conueniet.* Iſta ſunt, quæ ex Theodoſio Carolus Imp. ab Imp. mutuatus, iuſtus a iuſtiſſimo, vtroq; Chriſtianæ religionis decore maximo, & ornamento, ſiue virtutem militarem ſpectes in eis, ſiue cultum fidei orthodoxæ, vel erga ſubditos ſibi populos regimen probatiſſimum. Hæc audiant, & erubeſcant illi, qui his penitus aduerſarias leges ſtatuunt, & contraria edicta proponunt, timoribus exagitantes populos, nouis ad inuentionibus inhibentes, & quacunque occaſione prætenſa, via indirecta procurant ne laici ipſi attingant limen Eccleſiaſtici fori. Timeo, timeo iſtis, ne quando, ſi iſta facere pergant (quod abſit) Deus vindex tandem exurgens virga furoris ferrea, ſecundum illud Dauidicum: tamquam vas figuli confringat eos. Vnde, & ob imminens quod aſtat periculum, æque cum eodem ipſo ex alto corde vociferor. Nunc Reges intelligite, & erudimini qui iudicatis terram. & exemplo diſcite Caroli, ex obedientia, & obſeruantia erga Apoſtolicam Sedem, Regna, & Imperia propagare, atque firmiter ſtabilire: Hæc latius, quam pro ratione epitomes, ſed admonitionis neceſſitas id perſuaſit. Quod autem ad eundem Carolum in his ſpectat, quã parciſſimus fuit in nouis condendis legibus; adeo, vt cum tandiu vixerit Rex atque Imperator, perpauca legum capita ſanxiſſe dicatur: ſed in veteribus reſtituendis, vt ſeruarentur, multus fuit. Quod autem colligi iuſſerit, 168. capitula legum Eccleſiaſticarum, ex ſacroſanctis concilijs atque decretis ſummorum Pontificorum, vt, per

Quã faueat iudicijs Epiſcoporũ.

Diſcãt legiſlatores a Carolo M. pietatem erga Eccl.

ea, in Eccleſia diſciplina vigeret: ne vel ex hoc videri poſſet præſcribere ipſe leges Epiſcopis; collectioni ſuæ religioſiſſimam præmiſit præfationem, de ſuo conſilio, ad prouehendum, per hæc, Dei honorem, & populorum ſalutem, mox his verbis compellat Epiſcopos, *Quapropter placuit nobis veſtram rogare ſolertiam, o Paſtores Eccleſiarum Chriſti, & ductores gregis eius, & clariſſima mundi luminaria, vt vigili cuſtodia, & ſedula admonitione populum Dei per paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis &c.* poſt pauca. *Qua propter, & noſtros ad nos direximus Miſſos, qui, ex noſtri nominis auctoritate, vna vobiſcum corrigerent, quæ corrigenda eſſent. Sed & aliqua capitula ex canonicis inſtitutionibus, quæ magis nobis neceſſariam videbantur, ſubiunximus. Ne aliquis quæſo, huius pietatis admonitionem eſſe præſumptuoſam putet, vel iudicet, qua nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta connectere ſtudeamus, ſed vt magis beneuolo caritatis animo ſuſcipiet &c.* B

Carol. ſtudioſus immunit. Eccl.

Cum audiſſet idem Carolus, non ſolum liberos homines, ſed & eccleſias, & monaſteria varijs oneribus, & exactionibus premi, grauiſſime monet filium Pipinum Regem, vt diligenter inquirat, & integræ immunitati eorum conſulat, hactenus de Caroli legibus.

Rediens in Gallias, inter Vercellas, & Eporediam excepit legatos Regis Perſarum Aaron, & Amirati Abraam de Africa. Ex Ann. Franc. ſub Ludouico.

S. Salui9 martyr.

S. Saluius Epiſcopus Engoliſmenſis veniens ab Aquitania ad Fiſcum Valentianas a Vuinigrado filio Genardi procuratoris ipſius Fiſci comprehenſus, & in capite ſecuri percuſſus, vna cum Superio, comite, mortuus eſt martyr. corpora in iumentorum ſtabulo defoſſa: taurus locum a reliquis animalibus, & ab immunditia conſeruauit. Viſa ſunt etiam a diuerſis luminaria in ſtabulo. Carolus M. Imperator tertio diuinitus admonitus, corpora, ex indicio ipſorum martyrum, inuenit, & honorice in Eccleſia Sancti Martini ſepeliuit, vbi hodie quoque ſignis, & miraculis clara corruſcant. Natalis eorum dies agitur 6. Iun. eleuatio autem Idib. Octob. ex Sigeberto, & Molano in Natalibus SS. Belgij. C

Relaxatio multiplicis tributi ab Irene.

De rebus Orientalibus anni huius illud viſum magni momenti quod Theophanes ait, menſe Martio, nona Indictione, piam Imperatricem Byzantij ciuilia donaſſe tributa, quanta quamque late patens hæc fuerit munificentia, indicat Theodori Studitæ epiſtola ad Irenem. num. 7. omnia redigentibus ſub tributo, curioſe legenda.

Christi Annus	*Leonis* P. 3.	*Caroli M.* 2. *Nicephori* 1.	*Impp.* *Ind.* 10.
802	7		

D

Carol. expetit Irenē in vxorem.

Niceph. inuadit Imp.

Niceph. hæretic9.

CArolus Imp. per legatos Conſtantinopolim miſſos expetijt coniugium Irenæ Imperatricis, Leone etiam Papa, per ſuos legatos, ſuffragrante, nec ipſa conditionem abnuit. Sed ſtatim tota rerum facies eſt immutata, depoſita enim Irenæ, Nicephorus Patricius, & Legotheta inuadit imperium, & contra fidem iuramenti, eam relegat prius in Principem Inſulam, in monaſterio ab ipſa ædificato, & poſt in Leſbum Inſulam, vbi cautiſſime cuſtoditam, & ab omnium conſpectu remotam detinuit Legati Caroli, acceptis a nouo Imp. litteris pacis, ad eum vna cum legatis reuerſi sūt, qui anno ſequente pacta fœderis ad eum retulerunt. ex Theophane, Zonara, Adone. Quod pertinet ad Nicephori fidem. licet Catholicus haberetur, tamen impius apparuit, quod fauerit Iconoclaſtis, probarit Manichæos, & pro eorum hæreſi ſtabilienda ſynodum congregarit; quod omnem Eccleſiaſticam immunitatem ſuſtulerit, ſanctis eccleſijs, & omnibus religioſis domibus redactis ſub tributo, quod deniq; auerſatus ſit Rom. Pont. communionem, nec paſſus ſit Nicephorum Catholicū Patriarcham, recens, poſt Taraſium creatum, mittere, pro more, litteras pro communione Catholica ad Rom. Pontificem. ex Theophane, rerum inſpectore. E

Chriſtophorus homo Græcus, Oliuolenſis Epiſcopus, Io: Duce Venetiarū con-

A cedente, ac gratiæ Nicephori Imp. ea in re ſeruiente, fuerat conſtitutus. Quam rem, cum iniquo animo ferrent Venetiarum Tribuni, Ioann. Gradenſem Patriarcham ne illum conſecraret, orarunt. Itaque Ioannes obſequutus, Chriſtophorum non ſolum non conſecrauit, ſed etiam a piorum communione remouit. Quo facto Ioan. Dux, vſque adeo exarſit ira, vt, Mauritio filio Duce aſſumpto, claſſem Gradum adduxerit, atque oppido primo aduentu capto, Patriarcham arreptum ex celſiſſima turri præcipitarit. Ioanne inde mortuo ſuffectus eſt, ſtudio Tribunorum, Fortunatus ſanguinis illi coniunctione propinquus. Hic autem ob turbas, inter Venetos, ciuili bello, mutuo inter ſe concertantes, abire iuſſus, ad Carolum M. in Gallias ſe contulit, in quo ſecuritatis ſuæ diploma retulit. Occaſione huius immanis ſceleris a Duce Venetorum patrati, celebrata reperitur hoc anno SYNODVS ALTINENSIS ab Epiſcopis eius prouinciæ, præſidente ipſi Paulino Patriarcha Ieroiulienſi, ſiue Aquileienſi, a quo ſcripta extat epiſtola ſynodalis ad Carolum M. in qua, inter cætera, hæc habentur. *De Sacerdotibus autem plagis impoſitis ſemiqueiuis relictis, uel certe Diabolico feruescente furore, per eius ſatellites interemptis, non meum, ſed ueſtrum definitionis erit iudicium, in ueſtræ itaque poteſtatis altitudine, in quodam iudiciali libello a ſanctis olim PP. ſalubriter prælibato, legiſſe me recordor reſeruatum. ob quam igitur cauſam hæc fecerint, ueſtris certius ſcio omnino non latuiſse, neque latere ſacris memorijs &c.* & poſt pauca, *egrediatur qua propter (ſi placet) una de hac re, per uniuerſam Regni ueſtri late diffuſam monarchiam, decretalis ſententiæ ultio, quæ nulla unquam poſſit inimica ueritatis, & aduerſatrix iuſtitiæ, quælibet urgente refragationis inſtincto obliuio abolere. Valde enim Lucius ſceleris truculenta præſtigia, ob iniuriam diſciplinæ, per cunctas mundi Eccleſias præualuere partes. Vnde ueſtri ex cenſura magiſterij reſecanda hæc noxialis morbi modis omnibus peſtis, & potentiſſima docilique funditus manu extirpanda, quatenus ſit ſancta Eccleſia, ueſtris adiuta præſidijs, libera ab humano ſanguine impolluta, quæ Chriſti eſt precioſo ſanguine purpurata. &c.* Ex Vaticano mendoſiſſimo codice. Sed & hoc anno defunctum eſſe ipſum Paulinum veteres Annales Francorum a Pithoeo editi, habent. In monumentis Aquileienſis Eccleſiæ habetur, ipſum Paulinum, dum vixit, & poſt mortem miraculis claruiſſe. Meminit eiuſdem Paulini Vualfridus Arabo [a] his verbis.

Patr. Gradenſis a D. Venet. de turri præcipitatur.

B

Paulini Patr. epi. ad Carol. M.

C

Traditur quidem Paulinum Foroiulienſem Patriarcham ſepius, & maxime in priuatis Miſſis circa immolationem ſacramentorum, hymnos uel ab alijs, uel a ſe compoſitos celebraſſe. Ego uero crediderim tantum tantæque ſcientię uirum hoc, nec ſine auctoritate, nec ſine rationis ponderatione feciſſe. Fuit is, antequam ad Patriarchatum vocaretur, artis Grammaticæ profeſſor, quod eiuſdem Caroli diploma ſignificat, his verbis, *Igitur notum ſit omnium ueſtrum magnitudini (nominauit Epiſcopos, Abb. Duces, Comites, &c.) qualiter cedimus, & donamus, a nobis uiro ualde uenerabili Paulino artis Grammaticę Magiſtro &c.* Fundum donat Laberianum dictum &c. Dat. 15. Kalen, Iul. anno 8. Regni noſtri. &c. Qui fuit Domini Ann. 773. quo ipſe Carolus aduerſus Deſiderium in Italiam venit. Artes liberales, inquit Eginhardus in vita Caroli, ſtudioſiſſime coluit, eorumque doctores plurimum veneratus, magnis afficiebat honoribus. In diſcenda Grammatica Petrum Piſanum Diaconum ſenem audiuit. Teſtatur Lupus [b] monaſterij Ferrarienſis Abbas, huius temporis auctor, ſe didiciſſe Grammaticam ab Aldrico Archiepiſcopo Senonenſi. Quo rudi ſæculo qui ſciret tantum Grammaticam, doctiſſimus habebatur. Quod idem Lupus ſatis indicat illis verbis, *A Grammatica ad Rhetoricam, & deinceps ordine ad ceteras liberales diſciplinas tranſire hoc tempore fabula eſt.* &c.

a De reb. Eccleſijs, c. 25.

D

Litteras coluit, & litteratos fouit Carol. M.

b epiſt. 1.

E

Hoc nomine etiam plurimum Carolo debet hoc ſæculum, quod bonas litteras, penitus collapſas, reſtituit, vt Lupus ſupra citatus ibidem profitetur; Ionas item Aurelianenſis, in exordio libri aduerſus Claudium Taurinenſem. Anſegiſum inſuper hæc, in eandem ſententiam, *Carolus ſiquidem conſtituit in ſingulis monaſterijs,*

Car. reſtituit bonas litt.

A *& Epiſcopijs ſcholas eſſe, vbi ingenuorum, & ſeruorum filij Grammaticam, Muſicam, & Arithmeticam doceantur.* De qua Caroli conſtitutione in Concilio Cabilonenſi [a] mentio habetur his verbis. *Oportet enim ſicut Dominus Imperator Carolus vir ſingularis manſuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, iuſtitię, & temperantiæ præcepit, ſcholas conſtituant, in quibus litteraria ſolertia, diſciplinæ, & ſacræ ſcripturæ documenta diſcantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a Domino* [b]. *Vos eſtis ſal terræ, &c.* Sed excitatæ, quaſi a morte, per Carolum bonæ litteræ, cum ipſo defuncto, & ipſę adeo elanguerunt, vt pene emortuæ viderentur, vt vitio, & probro litteris operam dare verteretur, vt eſt apud eundem Lupum [c].

a cap. 5.
b Matt. 5.
c ep. 1.

B

Chriſti Annus	*Leonis P. 3.*	*Caroli M.* 3.	*Impp.*
803.	8.	*Nicephori* 2.	*Ind.* 11.

Nicephorus ab equo manſuetiſſimo in terram deiectus, pede attritus eſt. Paucis poſt menſibus Bardanes Patricius, & Prætor Orientalium, cognomento Turcus, inuitus & renitens a ſuis appellatus Imperator, nec ab alijs receptus; veritus ne cædes fierent, cautiorum exegit a Nicephoro ipſius manus, Taraſij item, & omnium Patriciorum ſubſcriptione firmatum, vt ſalus, & incolumitas ſibi & ſuis præſtaretur: atque ita attonſus, & monachum indutus in Inſula Prima, in monaſterio a ſe conſtructo ſe recepit. At perfidus Nicephorus omnibus eum facultatibus, & poſt etiam luminibus priuauit. Ex Theophane, qui & addit. *Verum quis ſermo enarrare ſufficiet digne cetera, quæ diebus illis ab eo geſta ſunt propter indulgentiam Dei pro commiſſis noſtris? Nona vero die, menſe Auguſto,* 11. *Indictionis defuncta eſt* Imperatrix *Irene Auguſta in exilio, in* Inſula *Lesbo, & translatum eſt corpus eius in* Inſulam *Principis, in monaſterium quod ipſa conſtruxerat. Eodem anno, ſecundo Imp. ſui Nicephorus coronauit filium ſuum Stauratium per Taraſium ſanctiſſimum Patriarcham in ambone maioris* Eccleſiæ *in Imperatorem, cum eſſet inutilis modis omnibus ad tantam dignitatem, tam aſpectu, quam robore, & ſenſu.* Theoph. qui addit menſe Auguſti in prælio aduerſus Arabes Nicephorum poſteriores tuliſſe, in diſcrimenque vitæ inductum, a ſuis vix ereptum. C

Niceph. perfidia, & crudel.

D

Chriſti Annus.	*Leonis P. 3.*	*Caroli M.* 4.	*Impp.*
804	9	*Nicephori* 3.	*Ind.* 12.

CVm perlatum fuiſſet præcedenti anno ad Carolum M. Chriſti ſanguinem Mantuæ fuiſſe repertum, miſit ad Papam, vt huius famæ veritatem inquireret. Qui accepta occaſione exeundi, primo in Longobardiam, & Mantuam profectus eſt. Re multum examinata, inuētum eſt, & comprobatum illum ſanguinem fuiſſe, qui ex Chriſti corpore tempore paſſionis eius, fluxit; non autem illum, qui Berythi ex ſacra Crucifixi imagine fluxerat, de qua veritate extare dicuntur ſacra Diplomata Rom. Pont. vt de his, non ſit dubitandum: poſt vero ad Imperatorem vſque perrexit, a quo honorificentiſſime ſuſceptus, aliquot Eccleſias, capellas, & altaria, ipſo petente per Alemaniam, & Gallias conſecrauit, & Indulgentias impertiuit: ac denique Vuerdæ in Eccleſia S. Suuiberti coram ipſo Papa, Carolo, & celeberrimo conſenſu Cardinalium, aliorum Prælatorum & Procerum lecta ſanctiſſima ipſius Suuiberti vita, cum innumeris miraculis, conſcripta per venerabilem presbyterum Marcelli- E

A num ſocium, & conterraneum ipſius Sancti, S. Papa Leo de aſſenſu pariter, & conſenſu Cardinalium, & aliorum aſtantium Prælatorum ſolenniter eum Catalogo Sanctorum Confeſſorum adſcripſit. Ingens tum miraculum operatus eſt Deus in puero nobili Bertholdi Præfecti filio, qui in Rhenum delapſus, & per quindecim fere horas in profundo demerſus, extractus, & a matre ante ſepulcrum Sancti Suiberti depoſitus, deuote orantibus omnibus, reuixit, coram ingenti multitudine, ſtupentibus omnibus, attonſus igitur, & ordinatus in clericum, & perpetuo Sancti obſequio in eius ſe monaſterio addixit, vt a matre, ſi ex mortuo rediuiuus eum reciperet, deuotus erat. Hæc pluribus S. Ludgerus [a] in epiſtola, cap. 9. & Annales Fran. breuius. S. Suuib. cat. SS. aſcribitur.

Hoc eodem anno (vt ijdem Annales Francorum habent, & Eginhardus in vita) B Carolus Saxonum vltra Albim, decem millia, propter frequentes illorum rebelliones, per Germaniam, & Gallias diſperſit, ſicque triginta & trium annorum bellum eſt confectum. Romam quoque eorundem Saxonum coloniam fuiſſe translatam, aſſignatumque locum ad habitandum, prope Baſilicam S. Petri, qui ob id nominatus eſt Vicus Saxonum, legimus apud Anaſtaſium. Is locus, nunc Saxia, pro Saxonia appellatur, vbi eſt celebre hoſpitale dictum Sancti Spiritus in Saxia. a Apud Sur. 1. Mart. Bellũ Saxon. 33. ann. confectum.

De Saxonia, & Gallia vectigali facta Eccleſiæ Rom. a Carolo, extat epiſtola breuis Gregorij Papę 7 [b] ad P. Albanenſem Epiſcopum & G. Principem Salernitanum, legatos miſſos in Gallias. *Dicendum eſt autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam pręcipiendum, ut unaquaque domus ſaltem unum denarium annuatim ſoluant B. Petro, ſi eum recognoſcũt Patrem, & Paſtorem ſuum, more antiquo. Nam* C *Carolus Imp. ſicut legitur in Tomo eius, qui in Archiuo Eccleſiæ B. Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras, ad ſeruitium Apoſtolicę Sedis, ideſt Aquiſgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Aegidium, excepto hoc, quod vnuſquiſque propria deuotione offerebat. Idem uero M. Imp. Saxoniam obtulit B. Petro, cuius eam deuicit adiutorio, & poſuit ſignum deuotionis, & libertatis, ſicut ipſi Saxones habent ſcriptũ, & prudentes illorum ſatis ſciunt.* b li. 8. ep. vlt. Saxon. & Gallia vectig. Eccl. Rom. Ep. Gregor. 7. De vectigali Saxonia, & Gallia Eccl. Ro.

Idem, Priuilegium hoc anno contulit Eccleſiæ Oſnaburgenſi, [c] in Saxonia, *quam nos*, inquit, *primam in omni Saxonia, in honorem S. Petri Principis Apoſtolorum, & SS. MM. Criſpini, & Criſpiniani conſtruximus*. quo nemus, certis finibus definitum, cum iure venationis attribuit. &c. *Inſuper uero eidem Epiſcopo eiuſque ſucceſſorbus*, inquit, *concedimus licentiam, libertatem, & ab omni regali imperio abſo-* D *lutionem, niſi forte contingat vt Imp. Rom. & Rex Græcorum coniugalia fœdera inter filios eorum contrahere diſponant; tunc Eccleſiæ illius Epiſcopus cum ſumptu a Rege, uel ab Imp. adhibito, laborem ſimul, & honorem illius legationis aſſumet. Et ea de cauſa ſtatuimus, quod in eodem loco Græcas, & Latinas ſcholas in perpetuum manere ordinauimus, nec unquam clericos utriuſque linguæ gnaros deeſſe confidimus. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur &c.* Dat. Aquiſgrani. &c. c Apud Crãt. hiſ. eccl. Sax. lib. 1. c. 2. Priuileg. Eccl. Oſnaburg.

Hoc eodem anno Alcuinus, qui & Albinus, Flaccus cognomento, idemque Abbas Sancti Martini ex hac vita migrauit, vt Odorannus eſt auctor: meminit de ipſius ſcriptis Sigebertus anno Redemp. 790. pariterque Honorius Auguſtodunẽſis, ſed copioſius Helinandus. Præter Abbatiam S. Martini, cellam S. Iodoci Carolus M. illi ad eleemoſynam exhibendam peregrinis commiſerat. Lupus Ferrar. Abb. ad Lotha- E rium Regem epiſt. 11.

Chriſti Annus	Leonis Pap. 3.	Caroli M. 5. } Impp.
805	10	Nicephori 4. } Ind. 13.

PRinceps Sarracenorum Aaron aduerſus Nicephorum Imp. duxit exercitum trecẽtorum milliũ armatorũ, cum Nicephorus videns ſe illi reſiſtere minime poſſe, Princeps Sarracen. vectigale facit Ro. Imp.

miſſa legatione, pactus eſt illi dare annuum tributum tricenorum millium numiſmatum, & tria millia numiſmata in tributum capitis Imperatoris, & tria filij eius. quibus conditionibus acquieſcens Aaron, exacto tributo diſceſſit. Ex Theophane. A

Hũni vrgentur a Sclauis e ſuis finib. De rebus Orientalis Imperij anni huius hæc reddunt Annales Francorum. Non multo poſt Caganus Princeps Hunnorum (ſiue Auarum) propter calamitatem populi ſui, Imper. Carolum adijt, poſtulans locum dari ſibi ad habitandum Sabariam, & Caruantum quia propter infeſtationem Sclauorum, qui Behemanni vocantur, in priſtinis ſedibus eſſe non poterant (illi enim omnem terram Hunnorum depopulantes Lichonem tunc Ducem habuerunt.) hunc Imp. benigne (erat enim Caganus Chriſtianus, nomine Theodorus) ſuſcepit, & precibus eius annuens muneribus donatum redire permiſit, qui non multo poſt obijt. Cuius Caganus ſucceſſor, miſſo vno de ſuis Optimatibus, petijt ſibi honorem Caganis apud Hunnos præſtari ſolitum, concedi, cui annuit Imper. & ſummam totius Regni iuxta priſcum eorum ritum habere præcepit. Eodemque anno miſit Carolum filium cum exercitu, qui omnes terram Sclauorum, qui Behemanni vocantur, depopulatus, eorum Ducem occidit. Ita plane Chriſtianiſſimo Principi de Eccleſia iugiter benemerenti omnia feliciter contigiſſe videmus, vt dum ipſe pro Eccleſia laborat, Deus pro ipſo pugnet. B

Hunni Chriſtiani.

Caroli fil. Sclauorũ Ducẽ occidit eorũ regionem populat⁹.

a Apud Sur. 8. Ia.

Subijciunt his ijdem Annales de venatione Caroli, in qua quid admirandum acciderit, habetur in rebus mirifice geſtis Sanctæ Gudilæ virginis [a], de vrſo miræ magnitudinis, qui venando actus in planitiem latæ patentem, vnde non eſſet effugium, retro propero curſu tetendit, & in Sancto Saluatoris irrupit Eccleſiam, &, quaſi ratione pollens, ad reliquias Sanctæ virginis ſe inferens a ſtrepitu inſequentium ſecurus procubuit; ac deinde oblitus feritatis ſuæ, flexa ceruice, ſubmiſſoque humiliter capite ſanctimonialium aduenientium veſtigia lambebat, ac more laſciuientium catulorum omnibus blandiebatur, hoc ipſo ſatis indicans, ſe fuiſſe defenſum patrocinio famulæ Dei, eiuſque deinceps paratum eſſe ſeruire obſequijs, magna Regis, & omnium admiratione. Iam vero vrſus e Syluestri cæpit eſſe domeſticus, & deinceps apud eiuſdem loci ſanctimoniales non aliter vixit, quam ab illis iuſſus eſſet. C

Vrſus mãſueſcit diuinitus.

Hoc anno depreſſum valde fuit Regnum Merciorum in Britannia. Bulredus Rex patria deturbatus, Romam diffugiens apud Scholam Anglorum in Eccleſia Sanctæ Mariæ tumulatus eſt. Vxor poſtea virum ſequens Papiæ deceſſit. De rebus geſtis Anglorum [b]. D

b Contin. li. 1. c. 17.

Chriſti Annus	*Leonis* Pap. 3.	*Caroli M.* 6.	Impp.
806	11	*Nicephori* 5.	*Ind.* 14.

Taraſij Patr. Cõſtãtinop. obitus.

TAraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus ſanctitate clarus, moritur 22. ſedis anno, cuius res præclares geſtas ſcripſit Ignatius Monachus; qui morienti præſens fuit, & de eius ad Deum tranſitu præclara, & memoria digna ſcripſit. Inter cetera, refert eum morbo, & ſenio laborantem a celebratione ſacroſancti myſterij non ceſſaſſe; & ad extremum magno conflictu cum dæmonibus eum accuſantibus, & calumniantibus depugnaſſe. narrat quoque miracula poſt eius obitum diuerſi generis ab eo edita. E

Nicephorus Imp. cogitans de ſucceſſore Taraſij, vt ſpeciẽ ſaltem pietatis oſtenderet, conſuluit Theodorum Studitam, vt ederet, quem tanto ſacerdotio ſciret dignum. Arte enim regnandi ſceleſtiſſimus Imper. præferebat pium, religioſum, in omnibus,

A induens lupum, Paſtoris habitu: tyranni diluens nomina, iuſtis quibuſdã rationibus: quod videlicet non liceret vni feminæ Rom. Imp. moderari habenas, nec quidem expedire in tanto orbis diſcrimine, imminentibus vndique Sarracenis, vni feminæ creditum periclitari Imperium. Hæc, & alia ipſe populo ingerens, & viris religioſis monachis ſeruis Dei non ſolum tyranni nomen aboleuit, ſed bonum quoque nomen fuit conſecutus, vt de eo, quæ eſſent optimi Principis prædicarent, nõ adulantes Aulici tantum, ſed viri quoque ſanctiſſimi, vt Theodorus inter alios. Qui ab eo conſultus has ad eum litteras dedit.[a]

a epiſ. 16. in cod. columm. Cõſultus Studita de ſucceſſore Patr. ab Imp. ſic ſcrib. ad eum.

Omnino ſic futurum erat, vt bonus Deus noſter Eccleſiæ ſuæ curam gerens, pietatem veſtram, hac ætate, Imperio præficeret Chriſtianorum; vt non ſæcularis ſolum dominatio male conſtituta rectius componeretur, ſed Eccleſiaſticus etiam Principatus, ſi quid deſideraretur, aſſurgeret, & noua quædam conſperſio fieret in vtroque. B *Quod quidem, in altero membro præclare, ipſius gratia, iam præſtitum eſt a Chriſti amante Imperio veſtro, atque adeo præſtare perget, cæleſti numine corroboratum. Reliquum modo eſt, vt alterum pari cura fruatur, parique prudentia. Id vero poſt Deum, & cum Deo a vobis tribuetur per approbationem legitimæ electionis futuri Archiepiſcopi. De quo quando ex nobis etiam peccatoribus ſciſcitari voluiſti, coram Deo qui nos iudicaturus eſt, de eo quod dicturi ſumus in die Iudicij hic eſt ſenſus noſter. Non nouimus, nec ſcimus vllum (non quod defecerint viri vita, & ſermone illuſtres, ſunt enim & Deo perfecti, & hominibus, impari licet ratione, atque in primis præclaræ menti tuæ) ſed quia talem ratio depoſcit, & deſiderium Imperij veſtri, qui poßit corde perfecto Dei iuſtificationes exquirere;* C *qui gradu atque ordine ab inferiore ſenſim ad ſuperiorem aſcenderit, qui tentatus fuerit per omnia, qui ex eis quæ paſſus eſt, tentatis poſſit opem ferre. Et quid multis apud te verbis opus eſt, qui omnia noſti, & ex tui ipſius ſtatu, ac dignitate tantum virum tibi repræſentas? Prælucere ceteris, oportet non ſecus, ac Solem inter sydera. Cum igitur talem non videamus, nec ſuffragium ferre audemus. Hoc vero memoriæ cauſa non ſine metu, & reuerentia ſuggerimus, quod ipſum plane non fugit perfectiſsimam, & diuinam prudentiam tuam, vt ex Epiſcopis etiam, & ex Præpoſitis, & ex ſtylitis, & ex incluſis: tum deinde ex clero delectum habens, ex illis ipſis perfectis deſumas, prudentia, ſenſu, ac vita ceteris præſtantiorem. Deſcendat enim ſtylita, exeat incluſus; quandoquidem publicum eſt commodum quod quæritur. Diſcerne, & confer, & cum ipſis deprehendas digniorem. Et beatus eſt, &* D *vere ter beati, ſi hæc omnia exequamini Chriſti imitatores Domini noſtri. Hinc magis magiſque confirmabitur Imperium veſtrum, magnificabitur nomen veſtrum in generationes, augebuntur denique anni Principatus veſtri. Duo ſiquidem hæc Chriſtianis munera tribuit Deus, Sacerdotium, & Imperium, per quę colitur per quę ornantur, & gubernantur cœleſtium exemplo terrena. Vtrumuis ergo pręter dignitatem ſe habuerit, totum vna periclitari neceſſe eſt. Quare ſi optima Imperio veſtro decernere vultis, & per Imperium veſtrum omnibus Chriſtianis, æqualem, quo ad fieri poteſt, Imperatoriæ uirtuti veſtrę ſortietur Eccleſia Pręſulem ſuum, vt exultent cœleſtia, lętenturque terrena. Dux vobis ſit Dei manus, in qua & cor veſtrum eſt, oſtendatque meliora, & ab ea recipietis, ob ſuſceptos, pro opere hoc, labores, curas & ſolicitudines Regnum ſempiternum.* Hactenus Theodo- E rus ad Imperatorem.

Quæſiuit idem Imperator, & S. Platonis de futuro eligendo Patriarcha ſententiam, vt eſt apud Theodorum in eius vita. Cum autem diuerſa ſuffragia, in diuerſos pro affectione cuiuſque ferrentur, placuit tandem eligere Nicephorum, laicum adhuc hominem, nobilem ciuem, quique diu apud Imp. a ſecretis fuerat. Hic iam ante iſta inquietum, & periculoſum ſæculi ſtatum agnoſcens, vt animæ ſuæ conſuleret, nuncium remiſerat ſæculo, & in ſolitudinem ſe contulerat, non vt ſtatim monachus fieret, ſed vt experiretur, & aſſueſceret vitæ monaſticæ, quam meditabatur. Cum ergo placuiſſet Imper. vt abſtractus Conſtantinopolim reclamans, &

Niceph. ex laico, qui ſeceſſerat inuitus abſtrahitur, ad thronum Conſtantinopolitanum.

renuens cogitur impoſitum onus Epiſcopatus ſubire, qui, vt vni animæ ſuæ vacaret, abdicata honorifica functione, iam aufugerat in ſolitudinem. Ipſe met de ſe epiſtola ad Leonem Papam. A

Ioſephus ille profanus depoſitus reſtituitur. Imperator, quaſi caritate impulſus, Ioſephum illum œconomum, qui adulterinas illas nuptias conciliarat, & Reginam coronarat, a Taraſio ſacerdotio depoſitum, & excommunicatum, reſtituere in animum induxit, & Nicephorum in ſuam ſententiam pertraxit, ac tandem congregato paucorum Epiſcoporum CONCILIO, qui Conſtantinopoli erant, cõtra iura, & canones perditus ille Ioſephus eſt reſtitutus. De quo conuentu Theodorus poſt biennium ad Nicephorum Patriarcham ſcripſit [a], & ad Leonem, vocat Concilium hæreticorum, ſeu adulterantium. Sequenti autem die a ſynodo congregata, idem Theodorus ad Nicephorum Patriarcham ſcripſit epiſtolam [b], ſtudens auocare eum ab ijs, quæ ſtatuta eſſent, de receptione damnati, ſe excuſans pariter, ſi illius communicationi minime admiſceri velit. ex qua pauca quædam decerpere libet. *Neque enim*, inquit, *veritatem prorſus tenet is, qui rectam fidem habere ſe exiſtimans, diuinis canonibus, non rogatur*. AD HAEC LEGITIMAS A SANCTIS, PRO TEMPORE VSVRPATAS DISPENSATIONES ADMITTIMVS &c. *Nec alia re diſcrepamus, quam propter œconomum, per ſacros canones depoſitum, multis modis, ac præcipue, quod poſt nouem annorum excommunicationem iterum ſacris operetur, neque id in abdito (ferendum enim id eſſet, nobis eius rei minime conſciis) ſed in ipſo fonte ſacerdotii noſtri, hoc eſt cum ſincera conuerſatione tua aſſidue pergens ad ſacrificandum &c.* B

a ep. 25.

b epiſt. 30. lib. 1. Ex epiſt. Studitæ ad Patr.

Verum teſtor ſanctitati tuæ coram Chriſto, & Sanctis Angelis audientibus, magnum a te ſchiſma conflari in Eccleſia noſtra. C

In ſumma monet, & exigit vt prohibeat eum a ſacrificio, ſic enim fore vt omnes a ſcandalo redimat, ne vnius ſcabie tota Eccleſia inficiatur. Non reſcripſit Patriarcha, vt eſt in Theodori epiſtola ad Simeonem [c], *de Patriarcha enim* inquit, *quid attinet loqui? Qui nec reſponſa dare vult, nec admittere qui uerba faciat, qui in omnibus Cæſari inſeruit.*

c ep. 26.

Teſtamẽtum Car. M. Quod pertinet ad res Occidentales, produnt Annales Francorum hoc anno habitum eſſe conuentum ab Imperatore Carolo in villa Theodonis, atque ex teſtamento tribus filijs, Carolo, Ludouico, & Pipino, tripartitum eſſe ipſum Regnum, ſingulas ſingulis partes eſſe diuiſas, ſi contingat eos poſt Patris obitum eſſe ſuperſtites. Extat ipſum quaſi Parergon appoſitum ad vitam ipſius, atque recens editum [d]. In eo multa pie, & ſapienter prouidit, & cauit ad pacem & charitatem inter fratres conſeruandam. Addit filijs præceptum tanto Chriſtianiſſimo Principe dignũ, dicens: SVPER OMNIA AVTEM IVBEMVS, VT IPSI TRES FRATRES CVRAM, ET DEFENSIONEM S. PAPAE SIMVL SVSCIPIANT. *Sicut quondam ab Auo noſtro Carolo, & beatæ memoriæ genitore Pipino Rege, & a nobis poſtea ſuſcepta eſt, ut eam cum omni adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam, quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulat, habere faciant. Similiter, & de ceteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, ut iuſtitiam ſuam, & honorem habeant, & paſtores, & rectores uenerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus regnis illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint &c.* Decretum hoc D

d Ex Pithoc. Biblioth.

De Imp. decernendũ relinqt Papæ. ſiue teſtamentum de diuiſione factum in villa Theodonis ſubſcriptum fuit ab Optimatibus Francorum, & Romam miſſum per Eginhardum a Secretis, ad Leonem Pontificem, ab eo confirmatum, & ſubſcriptum fuit. Sub cuius Pontificis diſpoſitione de Imperio decernendum reliquiſſe viſus eſt, vt cui vellet, Pontifex daret, cum nullam de eo in teſtamento mentionem habere voluerit, de quo ante omnia fuiſſet ipſi teſtandum, ſi hæreditarium exiſtimaret, & non potius Romani Pontificis arbitrio electiuũ. hæc veteres Ann. Fr. Verum etſi dum viueret totius Imperij, & Francorum Regni Carolus apud ſe retinuit plenum dominium, tamen adminiſtrationem illis conceſſit, Conſiliarios illis tribuens, viros prudentes, ac religioſos. Pipini E

ſi quidem.

A ſi quidem lateribus iunxit Hadelhartum virum ſanctiſſimum, cuius vitæ admirandæ monumenta extant [a].

Huius occaſione conuentus habiti in villa Theodonis, hic mentio habenda eſt de *Concilio* 32. *Epiſcoporum* in eodem loco [b], occaſione necis Io. Epiſcopi celebrato, in quo aduerſus percutientes Eccleſiaſticos omnes, in ſacro ordine conſtitutos, antiquæ ſunt renouatæ cenſuræ, atque aliæ ſuperadditæ. præſertim vero aduerſus inſidiantes Epiſcopis viguit Eccleſiaſticæ cenſuræ ſeueritas. Sed alij referunt in annum 812. vrgentibus autem diuerſorum ſacerdotum accuſationibus, factum eſt vt ex ſynodo per Carolum M. miſſa fuerit conſultatio ad Leonem Rom. Pont. [c] rogatum de ipſis ſacerdotibus criminoſis quid agendum, cum probatio certa deficeret. Quid autem ſtatutum fuerit, habet conſtitutio eiuſdem Caroli [d], in qua in ſumma continetur, B vt legitime, & canonice accuſatus, & probato crimine, canonice damnetur; ſi minus probari poſſit, ſe ſacramento, coram populo, ſuper quatuor Euangelia dato, purgatum Eccleſiæ reddat.

a Apud Sur. 2. Ia.
b T. 3. Cóc. edit. Ven.
c Capit. 5. c. 33.
d li. 5. ca. 34.

Hoc inſuper anno Carolum Imp. audiſſe legationem Venetorum, & Dalmatarum ijdem habent Annales. — *Legatio Ven. ad Car. M.*

Diuerſas præterea expeditiones hoc eodem anno a filijs eiuſdem Imp. feliciter geſtas, ſummatim referunt. — *Expeditiones filiorum.*

Deſcribunt item munera ab Aaron Rege Sarracenorum in Oriente ad Carolum M. & inter alia horologium admirando opificio elaboratum. — *Munera Aaron.*

Tunc temporis (inquit Ado in chronico) *delata ſunt oſſa Beati Cypriani Carthagine cum reliquiis BB. Scillitanorum MM. Sperati ſociorumque eius, & poſita ſunt* C *in Eccleſia B. Io: Baptiſtæ, ciuitate Lugdunenſi.* — *Reliquiæ S. Cypr. & aliorũ mart. ex Africa delata.*

Locupletatæ ſunt tunc, & Venetiæ eodem theſauro S. Cypriani reliquijs, quas legati redeuntes a Carolo dono acceptas in patriam detulerunt, quibus a Venetis erecta eſt in Murano nobilis S. Cypriani memoria, quæ hactenus perſeuerat. ex Adone; ex quo, in tempore, corrigendus eſt Sigebertus. — *Memoria S. Cypr. Ven. qñ erecta.*

Chriſti Annus	Leonis Pap. 3.	Caroli M. 7. / Nicephori 6.	Impp. / Ind. 15.
807	12		

D

AAron Sarracenorum Princeps in Oriente, peſſundata Rhodo, valida claſſe, Miram Liciæ aggreſſus, vt Arcam Reliquiarum Sancti Nicolai deijceret, in aliam ſuppoſitam irruit, & ſic deluſus, pœnas tum dedit prauæ voluntatis, agitata, diſiecta, & fluctibus, magna ex parte, obruta claſſe, ipſe vix ſaluus euaſit, pœnitens temeritatis, ex Theophane.

Nicephorus, ad alia ſcelera & hæc addidit, vt Theophaniam cognatam Irenes defunctæ Imperatricis, alij deſponſatam viro, Stauratio filio coniungeret: & duas ipſe virgines pulcherrimas, inter alias ſelectas, conſtupraret: cruentaret vero ciuitatem ſanguine nobilium ciuium, qui aduerſus eum, pro vindicanda Rep. conſpiraſſent. — *Niceph. Imp. nequitia.*

E Arſacium Quæſtorem & Patricium, virum pium, & prudentiſſimum, a multis proceribus electum ad imperium, cæſum & attonſum monachum fecit, & in Bithyniam relegauit, alios cædibus, tonſuris, publicationibus, & exilijs ſubdidit non laicos tantum ſed & Epiſcopos, & monachos, & maioris Eccleſiæ Syncellum, & Sacellarium, & Chartophylacem, viros venerabiles. Theoph. — *Crudelitas.*

Hoc eodem anno, (vt attingamus res Occidentis) aduerſus Mauros Carolus, ſub Duce Burchardo, claſſe immiſſa, in Sardinia atque Corſica eos pugnans iterum profligauit; qui ijdem Sarraceni, & alijs in locis pugnãdo tulere poſteriores; quod ſibi ea de cauſa contigiſſe confeſſi ſunt, quod anno ſuperiori piraticam exercentes in Pa- — *Carol. proſpere agit adu. Sarracenos.*

telaria Inſula 60. monachos captiuos in Hiſpaniam ductos vendidiſſent, quorum aliquos poſtea Carolus M. redemit, qui in priſtinum locũ ſunt reuerſi. Annales huius temporis, ex quibus Regino, & alij. A

Pietatis ſtudioſus Carolus. Porro idem Carolus non minus religione quam armis pollens, curauit hoc anno fieri, quod habet Sigibertus. *Carolus Imp.* inquit, *per manum Pauli Diaconi decerpens optima quæque de ſcriptis Catholicorum PP. lectiones unicuique feſtiuitati conuenientes, per circulum anni in Eccleſia legendas compilari fecit.* *Legendi, atque pſallendi diſciplinam,* ſcribit Eginhardus in eius vita, *diligentiſſime emendauit: erat enim utriuſque admodum eruditus. quamquam ipſe nec publice legeret, nec niſi ſubmiſſe, & in commune cantaret.* Fecit, & iiſdem ferme temporibus aliam collectionem idem Carolus ad componendos bonos mores, regularium perſonarum tam feminarum, quam virorum, de qua mentio eſt in capitularibus [a]. B

a Cap. li. 1. c. 85.

Interea Ludouicus Caroli filius in Aquitaniæ Regnum ſibi contraditum, illuc profectus, collapſam diſciplinam reſtituere laborauit, reparauit & exædificatis in ea prouincia pluribus monaſterijs, quæ 22. enumerat huius ſęculi ſcriptor, Aimoinus [b] præter alia plurima, vndecunq; adductis magiſtris, ſcholas inſtituit, legendi, cantandi & ſcientiarum tam diuinarum, quam mundanarum. Præcipuo autem affectu colens monachos, eorum collapſam diſciplinam ſic coluit, vt ipſe etiam aui Carolomanni imitari geſtiret memorabile exemplum, a quo conſilio adductus a Patre dicitur, vt eius pietatis fructus ad plures latius dimanarent.

b li. 5. c. 8. Ludo R. Aquitan. 22. ædifi. mon.

Sed & Italia, ſub Pipino Rege, optime per S. Adelardum Abbatem, diſpoſita eſt, ex teſtimonio Paſchaſij Ratberti, huius & ipſo temporis ſcriptore, qui & ait Adelardum ſic exceptum Romæ a Leone Papa, vt nullus alius Francus. C

Chriſti Annus 808. *Leonis P.* 3. 13. *Caroli M.* 8. *Nicephori* 7. *Impp.* *Ind.* 1.

IAm biennium, Theodorus, Ioſephus eius frater Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, qui Conſtantinopoli degebat, & Plato diſſimulanter abſtinebant a publica communicatione cum Patriarcha Nicephoro, quod is in ſacris communicaret cum Ioſepho illo œconomo, qui adulterinas illas nuptias inter Theodoten, & Conſtantinum Irenes filium conciliarat, & ob id a Taraſio per nouem iam annos excommunicationem pertuliſſet. Rem primus occultam in apertum deduxit, & tumultuari cæpit, Logotheta Dromi, nobilis magiſtratus. Theodorus igitur rem videns patefactam, nec tergiuerſationi eſſe locum, cum res ad Patriarchæ notitiam, ac totius populi perueniſſet, imminentem præuidens tempeſtatem, epiſtola [c] ad monachos ſuos Saccundionis manet, & rem totam illis exponit. D

c 31. in Cod. col.

FRATRIBVS QVI SVNT IN SACCVNDIONE.

Quam diu tempus fuit diſſimulandi, & occultandi conſilium non communicandi cum Ioſepho *œconomo, fecimus id ſtudioſe, filii ac fratres, non metu correpti, quamuis peccatores ſimus, ſed diſpenſatione condeſcendentes, imitantesq; quodammodo SS. PP. noſtros, quatenus & illi opportuno tempore, & id obſeruantes, ſubduxerunt ſe ipſos tentationibus, partim quidem ut infirmioribus, & uexantibus parcerent, partim ut aliquantulum remittentes, gubernatorum more, ſcopum ſuum poſtmodum attingerent. Poſtquam uero nũc Deo sic uiſum eſt, ut in apertum res prodiret, ſcribimus & ipsi. Quomodo autem? Per Logothetæ Dromi interrogationem, & Archiepiſcopi reſponſionem.* & paulo poſt exaggerans nefarium ęconomi facinus, recitat ex Rituali libro ſolemnes preces, in hunc modum. TV DOMINE MITTE MANVM TVAM EX SANCTO HABITACVLO TVO, ET CONIVNGE E

Solemnia verba in

FAMVLO

A FAMVLO TVO FAMVLAM TVAM, CONNECTE ILLOS IN MVTVAM CONCORDIAM, VNI EOS IN CARNEM VNAM, QVOS TIBI PLACVIT INTER SE COPVLARI, HONORABILES NVPTIAS, REDDE IMMACVLATVM EORVM THORVM, CVSTODI SINE MACVLA IPSORVM CONTVBERNIVM, PERMANERE CONCEDE IN PVRO CORDE. conciliãdo matrimonio.

Non exhorruiſtis hæc audientes. Quantam cenſetis Spiritus Sancti indignationem fuiſſe ob huiuſmodi blaſphemiam? &c. Prorſus enim quæcunque enunciat ſacerdos, eadem Deus confirmat, ac rata habere ſe profitetur, iuxta magnum Dionyſium. Attamen, qui flagitium hoc cōmiſit, exemplum ſubditis ad improbitatis imitationem præbuit, vt res ipſa docet; quin etiam procul poſitis Principibus, & Ducibus, B *ſicut imitando iam factum eſt in Longobardia, & Gothia eius confinibus, neque enim apud Gentiles, tale quid perpetratur. Et non erubeſcit miſer, ſed ſacrificat,* ſicut dictum eſt *profanus, & eos qui ipſum merito auerſantur, relegare conatur, &c. Quamobrem confidite filij, ac fratres, & ne terreamini, nec ſuccumbite, tempus confeſſionis, tempus reſiſtentiæ, tempus certaminum fortaſſe, aliorumque afflictionū, ſed & coronarum, & gloriæ cęleſtis, &c.*

An verò in Theodoro, & alijs ſatis iuſta cauſa fuit, vt ſe ſubducerent vitarentque communicare cum Patriarcha in ſacris ſolemnibus, coram populo, in magna Eccleſia? Sane quidem iuſta, & digna. Res enim erat huiuſmodi: quod nulla præuia pęnitentia, ſceleriſque admiſſi deteſtatione, & deploratione, idem Ioſephus œconomus tanquam innocens nulliuſque tranſgreſſionis reus, fuerat in Eccleſiam admiſſus, & C ſacerdotio reſtitutus, eo nimirum prætextu, quod & ſi factum illud ab eo perpetratum illicitum eſſet, tamen per diſpenſationem licite abſque culpa dicerent fieri potuiſſe; ſicque vti nullius criminis reus Ioſeph innocens iudicatus, in communionem admiſſus fuerit, & reſtitutus in ſacerdotium, quod quidem grande piaculum fuit, & ſatis dignum, vt ob eam cauſam ipſe cum ſuis Theodorus, ab eorum communione, qui iſta fecerant, ſe ſubtraheret. Rem plane ita ſe habuiſſe ex eiuſdem Theodori Epiſtola, [a] ad Theoctiſtum intelligitur, in qua diſputat de legitima diſpenſatione, & diſſipatione canonum, & obiecta diluit aduerſariorum. in qua illud eſt inſigne ad memoriam, quod ait circa finem, mandatum enim habemus ab ipſo Apoſtolo, præter id quod accepimus, [b] præter id quod canones ſanciunt, Synodorum vniuerſalium, & localium, quæ diuerſis temporibus fuerint, ſi quis dogmatizet, aut facere aliquid iu- D beat, recipiendum non eſſe, nec cenſendum illum in ſorte ſanctorum, vt omittā male ominoſum illud, quod Apoſtolus imprecatur, &c.

An iuſte ſe ſubduxerit Theod. à communione cum Patriarcha.

a Lib. 1. Epiſt. 24.

b Gal. 1.

Scripſit & eadem de re Theodorus nomine San. Platonis incluſi, duas Epiſtolas, quo maioris ponderis apud aduerſarios eſſent, in quarum altera rogans Simeonem, vt placet infenſos ſibi, & cauſæ, pijſſimos Impp. *Non enim* inquit, *aduerſus illos nobis ſermo eſt vitatæ communionis, nec cauſa controuerſiæ; quin potius honor, veneratio, amor, & congreſſus, prout res exigit; ſed aduerſus illum qui præter ius faſque omne manifeſtum, ex Domini ſententia, adulterum coronauit; qui auſus eſt tanti ſceleris adiutor, & aſſertor fieri coram vniuerſo mundo, quem Chriſtus ipſe depoſuit, duorum canonum reum, vt alios omittam; vnius quidem, qui nec epulari presbyterum in bigami nuptijs permittit, (adulteri enim ſcribere non eſt auſus canon) quanto* E *minus coronare? Alterius verò, quoniam qui in crimen aliquod lapſus ſit, ac propterea excommunicatus, niſi intra annum pro reconciliatione ſua pugnet, amplius admitti eius vocē non licet. hic verò, qui nouem annos exceſſerat, inſilijt in Eccleſiam. Si igitur hic nocens, multo magis adulter ipſe; ſi verò reus iſte peccati, quis de eo ambigat, qui coniunxit, & in Spiritum ſanctum blaſphemauit, quin impurior ſit & deteſtabilior?* Hæc *ſunt Pater, quæ cor noſtrum contrahant, & timorem incutiunt. Hanc ob cauſam, quod cum iſto non communicarem, nec cum præcedente Patriarcha, qui adultero communionem dabat: excluſus ego quidem fui, in quo reſides loco; Prępoſitus autem* Theodorus, *& reliqui Theſſalonicam relegati, ſed congregauit nos*

Deus

Deus precibus tuis. At nec ſic quidem temere nos adiunximus Patriarchæ Tara- A
ſio, *niſi poſtquam faßus eſt rectè nos feciſſe. Si ergo cum regnaret adulterium, &*
Canonũ traſgreßiones metu minimè dißimulauimus Dei virtute freti; quomodo nũc
pro dominante Imperio, vnius presbyteri cauſa timidiores erimus, prodemuſque cum
aperto animæ periculo veritatem? nequaquam, ſed ferenda nobis potius omnia vſq;
ad mortem, quam vt ei communicemus, vel cum iis, qui cum illo ſacrificant, quo ad
priuetur, quemadmodum ſub Priore Patriarcha, ſacerdotio. Eſto œconomus. Cur
etiam indignè ſacris operatur? Deſiit eſſe presbyter. Quod ſi hæc illis non placent,
qui cum eo ſacrificant, videbunt quomodo ſe gerent: parcant humilitati noſtræ, qui
non prouocamus, nihilque ad hunc vſque diem locuti ſumus, ſed biennio nos toto con-
tinuimus, ex quo ingreßi ſunt, vt pacatius hoc modo viueremus, &c.

Ceterum pergit paulo poſt, *oramus bonitatem tuam, & tanquam ſacris veſtigiis* B
tuis aduoluti obſecramus obteſtamurque, vt miſericordiam nobis impertias, & com-
mune emolumentum, tam piis Imper. noſtris, quam Patriarchæ Santiſſimo, & Ec-
cleſiæ vniuerſæ, vt deſinat vnus, ad gloriam Dei, & non perturbetur eius Eccleſia.
ſin minus, at ſaltem hoc ſecundum, vt maneamus nos in eodem ſtatu, quo per decem
annos. Nam de ceteris, quamuis innumerabiles ſint Epiſcopi, Sacerdotes, & Præ-
poſiti, qui cum eo communicant; nihil mirandum; quandoquidē iidem ipſi cum adul-
tero conſenſerunt, & nemo quidquam locutus eſt. Hæc Deus per nos, licet audax ſit
dictum, *& hortatur, & denuntiat, & ſicut iubet.*

Hactenus Theodorus, Platonis nomine, qui cum ſuis inuentus eſt ſolus, qui im-
probitati ſe opponeret, tanta boni, rectique penuria tunc inerat Eccleſiæ Orientali.
In altera Epiſt. [a] ſub eiuſdem Platonis titulo fuſius aduerſus canonum peruerſorem C
Ioſephum diſſerit: & obteſtatur Simeonem, vt impetret ab Imper. & Patriarcha ip-
ſis audientiam, quam etiam Archiepiſcopo denegabant: vt conſtat ex eiuſdem Ar-
chiepiſcopi Epiſtola, [b] ad eundem Simeonem Monachum, qui quamuis ſequeſtrum
ageret, nō bona fide agere ex Theodori Epiſtola, [c] ad alterum Simeonem colligitur,
dum Imper. agerent in Caſtris aduerſus Crumum Bulgarorum Regem, qui Sardicam
dolo captam diripuerat ſex millibus militum Romanorum interfectis, abſque multi-
tudine priuatorum, nec ab iis tamen quidquam dignum ſermone geſtum, ait Theo-
phanes, qui & ſubdit de cędibus, & exiliis ab eo hoc anno factis, cum tumultuantem
populum repreſſit, ob recens vectigal impoſitum ob reſtaurationem Sardicæ Ciui-
tatis. Cum autem interea magis magiſque perſeueraret auerſio Nicephori Patriar-
chæ aduerſus Theodorum, & alios eiuſdem ſententiæ viros, eoſdemque ſchiſmati- D
cos appellaret, ad tantam diluendam calumniam ipſe Theodorus ad Patriarchā ſcri-
pſit purgatoriam Epiſtolam, [d] in qua inter cętera, ſic habet. *Non ſumus apoſchitæ,*
ideſt ſegregati, nempe ſchiſmatici. *O ſanctum caput, ab Eccleſia Dei, abſit ut id nun*
quam nobis eueniat. ſed quamlibet aliis peccatis obnoxii teneamur, ſumus tamen Or
thodoxi, & Eccleſiæ Catholicæ alumni, hæreſim omnem repudiantes, omnemque uni-
uerſalem, aut localem Synodum approbatam recipientes, necnon editas ab illis cano-
nicas conſtitutiones.

NEQVE ENIM PERFECTVM ESSE ORTHODOXVM, SED DI-
MIDIATVM, QVI FIDEM QVIDEM RECTAM HABERE VIDEA-
TVR, DIVINIS VERO CANONIBVS NON REGATVR. Obſecrat de- E
nique, & obteſtatur, vt œconomum non patiatur ſacrificare, ne ſcandalum, & ſchiſma
in Eccleſia oriatur. His rebus euulgatis, & Romam vſque perlatis, malè Theodo-
rus audire cępit, & haberi ſchiſmaticus, adeo vt Baſilius Abbas S. Sabæ Romæ degēs
intimus illi alioqui amicus, ſe ab eius communione ſeparari, & anathema, vt in ſchiſ-
maticum, quem putabat, ſe indicere ſignificarit. litteras tamen ei, & munera miſit, vt
amicū à ſchiſmate reuocaret. Quas vbi Theodorus accepit, ingenti dolore percuſſus
reſcribens tum de ipſo, tum de Leone Papa conqueritur, paulo quidem licentius, ex
vehementi animi angore turbatus, poſtea verò æquanimior redditus longe diuerſas
ad ipſum Leonem litteras ſcripſit. in qua Epiſtola inter cętera hæc ſcribit. Quo-

a 22. eiuſdē Cod. colum.
b 23. li. 1.
c 26.
d 25. li. 1.

Notent q̃ ſe Catholicos iactant, & Canones negligũt.

A modo enim ſi canonice ad nos ſcribit pietas tua, canones ignorat, & quod iuxta illos depoſitus vir fuerit? Nam ſi in bigami nuptijs epulari presbyterum vetant, quod ius in eum, qui bigamum coronat? & quidem in adulterinis nuptijs triginta totos dies conuiuari? Quid quod pernicioſius eſt, etiam coronare eum, qui ex Domini ſententia ſit adulter? Sacras in coniugio preces recitare adulterij copulatorem, & diuinam gratiam impie pro impio inuocare? Execrandus profectò iuxta magnum Dionyſiũ, Deo eſt, profanuſque qui hæc facit. Superuacaneum fuerit alios in eum canones proferre. Quod verò ex quo depoſitus ab altero Patriarcha fuit, nouem annorum ſpatium exegerit, & canon, niſi intra annum abſoluatur, abſolui poſtea quemquam vetat, quo loco reponemus? At obijcitur prorſus, abſolutum fuiſſe. Verum ſi ſolutus fuerat, cur non ſacrificabat? etſi ſolutus erat, cur abſolui à Synodo petijt? planũ enim eſt ſolutionem ab eo peti, qui vinctus ſit, non qui ſolutus. Quare hic etiam in ſe ipſum impegit, contra veritatem erigi nolens. Sacrorum enim profanatio eſt, frater, iſtum ſacris operari, canonumque magna perturbatio talia negligere, &c. Eodem impetu in Pontificem ipſum de quo falſa audierat, mouit ſtylum, quo non ratio, ſed dolor impelleret. ſed poſt ſe correxit, & demiſſe, ac modeſte cum ipſo egit, &c.

Epulari ĩ bigami nuptijs p̄sbytero ĩterdictũ.

Qui negligit per annũ abſolutiõẽ, ampli⁹ nõ audiẽdus

Quod rurſus ad res Orientales pertinet, hoc eodem anno, mortuo Rege Sarracenorum Aaron, eius filij Maumat, & Nabdalla de Primatu Regni certantes, & inter ſe cędes agunt, & Chriſtianos, cędibus, incendijs, & rapinis infeſtantes, deſertas reddunt Eccleſias ſanctæ Ciuitatis, & Monaſteria duarum magnarum laurarum, ſanctæ videlicet memoriæ Charitonis, & Cyriaci, atque Sabæ, & reliqua ſanctorum Cœnobia Euthymij, & Theodoſij, quæ erant in deſertis Paleſtinæ. Theophanes.

C Quo ad res Occidentales, illud memoria dignum referunt Annales Francorum, de Rege Nerdannumbrorum Arnulfo regno pulſo, & confugiente ad Carolum, ac Leonem Pontificem; à cuius vtriuſque legatis, reductus eſt in Regnum, auctoritati Pontificis Anglis qui illum expulerant cedentibus.

Reuertens poſt Romam Adolfus Cardinalis ſedis Apoſtolicæ legatus, à Piratis captus, à Cenulpho Rege redimitur, ijdem Annales.

Chriſti Annus	*Leonis Pap.* 3.	*Caroli M.* 9. *Nicephori* 8. *Impp.*	*Indictio.*
809	14		2.

D

CVm iactari audiret Theodorus vanas quaſdam, & falſas de ſe ſuſpiciones, ſcribens ad Nicolaum Chartularium, [a] ſe purgat, his verbis inter cętera. *Nulla nobis eſt cum Patriarcha de communione dubitatio, præterquã œconomi cauſa, eo quod depoſitus ſit per ſacros Canones. Et quando prohibebitur à ſacro miniſterio, ſicut ante, Dei beneplacito, & Sanctiſſimi Patriarchæ, priorumque dominorum noſtrorũ, nimirum, quia œconomus eſt, & honorem gerit, cum protinus, & ſimul ſacrificabimus, & communicabimus, & manum porrigemus, nihil inquirentes de triennio hoc, quo cum eo ſacris operatus eſt; pacis ſtudio, neque id metu aliquo, ſed communis vtilitatis, & ſalutis gratia. Sileant enim linguæ mendaces aduerſus Dei pacem incitatæ, vt dicant, nos poſtquam deiectus ſacerdotio fuerit œconomus, accuſationem aggreſſuros Patriarchæ noſtri, ut qui cum depoſito iam ſacrificauit, deinde etiam deceſſoris Sanctiſſimis Patriarchę, labioſa, doloſa, quę hęc loquuntur; calumniatorum inuidorumque inuentum, & qui ſanari nolunt inflictum vulnus* Eccleſię: *nullo modo abſit, &c.* Verum de his nullum reſponſum accepit Theodorus, ſed eius fratrum ſocietas noctu abrepta eſt, & in carcere concluſa, vt idẽ aſſerit in hiſtoria S. Platonis. *Quo facto*, inquit, *Synodi conſtitutus eſt dies, in quo vir ille Sanctiſſimus Plato à militari manu vna cum tribus alijs, velut maleficus quiſpiam ad ipſam Synodum ductus fuit, mirabile certe ſpectaculum, &c.* de qua Synodo, ſic Theophanes. Tunc phorus Imper. occaſione percepta, cum Epiſcopos, & Egumenos congregaſſet, Syno-

a Epiſ. 32 lib. 1.

E

Decreta Mœcho ſynodi.

dum aduerſus illos celebrari præcepit, per quam à Monaſterio, & vrbe deiecti, exilio ſunt deſtinati menſe Ian. Indict. 2. Porrò ſtatuta in hac Pſeudoſynodo, quam & Mœchoſynodum vocat Theodorus. idem recenſet Epiſt. ad Leonem Rom. Pontificem, & ad Euprepianum. Primum illud fuit decretum, quo anathemati ſubijcerent omnes, qui ipſorum errori non adhæreſcerent, quo canone, inquit Theodorus vniuerſam Catholicam Eccleſiam condemnarunt. Decretumque inſuper fuit, vt coniugiũ Conſtantini cum Theodote, viuente adhuc legitima coniuge, quam detruſerat in Monaſterium, ex diſpenſatione dici deberet legitimum. Ad hæc etiam addiderunt decretum illud nefarium plane, & pudendum, nempe leges diuinas aduerſus Reges nihil poſſe. A

Haud dubium fuiſſe liquet iſtam Imper. ſententiam, ad hæc illud adiecere; Ne qui pro veritate, & iuſtitia vſque ad ſanguinem reſtitiſſent, eos Præcurſorem, vel Chryſoſtomum imitatos dicerent. Præter hæc etiam turpe illud, Epiſcoporum vnũquẽq;, in ſacros canones, præter ea, quæ in illis ſtatuta ſunt, diſpenſando poteſtatem habere pronunciarunt. Atque hæc tam fœda, & enormia decreta, quæ ſint ſequuta triſtia, atque crudelia illata in Platonem, & ſeruos Dei perſequitur Theodorus, inquiſitiones, perſecutiones, carceres, exilia, diſiunctiones, atque exterminationes. Quarum afflictionum, & ærumnarum, cum pars magna, imò potiſſima eſſet, nec tamen quidquã magnificum de ſe loqueretur, aut ſcriberet Theodorus, extitit, ex ijs vnus, qui eius lateri inhærebat, Michael Monachus, qui poſt eius obitum præclara certamina, & victorias deſcripſerit. Relegato igitur Theodoro in inſulam cum alijs, & ſeorſum ſingulis in cuſtodijs recluſis, ne mutuo aſpectu conſolarentur, aggreditur nefarius Imp. eius filios, ac diſcipulos, & multipliciter tentatos ſuaſionibus, hortationibus, blanditijs, promiſſis, minis denique, & terroribus, & conſtantes inuentos, nec diſceſſuros ab exẽplo magiſtri proteſtantes arctæ eos cuſtodiæ addixit, grauius poſtea excruciãdos. B C

Theodorus autem dum attineretur in exilio, nihil prius habuit, quam ad ſacram ſedem Apoſtolicam confugere, eiuſque opem implorare, quod fecit per Epiphanium Archimandritam, litteris per eum miſſis, & poſt per Euſtathium ad Leonem Romanum Pontificem, quarum particulas hic inſerere libet, vt Græci hominis eiuſdemque doctiſſimi, & ſanctiſſimi.

SANCTISSIMO, ET SVMMO PATRI PATRVM, LEONI, DOMINO MEO, PAPÆ APOSTOLICO, THEODORVS MINIMVS PRESBYTER, ET PRÆPOSITVS STVDIENSIS. D

Primatũ Eccl. R. ꝑfitetur.

Quandoquidem Petro *magno Chriſtus Deus poſt claues Regni cœlorum, Paſtoralis etiam principatus contulit dignitatem: ad Petrum vtique, vel eius ſucceſſorem quidquid in Eccleſia Catholica per eos innouatur, qui aberrant à veritate, neceſſe eſt referri. Quod nos quoque humiles, & minimi à ſanctis olim* Patribus *noſtris edocti, poſtquam in Eccleſia noſtra nouitas quædam nuper exorta eſt, et prius quidem, per religioſum Archimandritam fratrem, & conſeruum noſtrum Epiphanium, & nunc per ſimplices litteras noſtras ad ſupremæ beatitudinis tuæ Angelum de ea referre nos debere arbitrati ſumus.* Pergit deinceps exponere, quæ per duas Pſeudoſynodos nefaria, & iniqua decreta ſunt, & perſecutionem in ſe, & ſecum ſentientes commotam, de quibus ſupra dictum eſt. indeque implorat auxilium. *His ergo*, inquit, *à ſimplicitate noſtra ſine fuco expoſitis, vocem nunc illam, quam Coriphæus cum reliquis Apoſtolis Chriſto emiſit, cum maris fluctus excitarentur apud Chriſti imitatricem beatitudinem tuam, adhibemus. Salua nos Archipaſtor Eccleſiæ, quæ ſub cœlo eſt, perimus: Imitare magiſtrum Chriſtum, manumque Eccleſiæ noſtræ porrige, ſicut ille Petro: niſi quod ille incipienti in mare mergi, tu autem iam merſæ in hæreſis profundo. Aemulare, precamur, cognomen tibi* Papam, *atque, vt ille, pullulante tum hæreſi Eutychiana, Leoninum in morem ſpiritu experrectus eſt, vt omnes norunt, dogmaticis ſuis Epiſtolis: ſic & tu* dicere audeo *iuxta nomen quod geris ir-* E

Auxiliũ implorat ſed Apoſtolicæ.

rugi

A *rugi diuinitus, vel potius intona contra præſentem hanc hæreſim, vt decet. Si enim iſti, arrogata ſibi auctoritate, hæreticam Synodum cogere veriti non ſunt, qui ne Orthodoxam quidem abſque cognitione veſtra, (vt antiquitus mos obtinet) cogere potuerunt: quanto æquius, atque adeo neceſſarium fuerit (cum timore ſuggerimus) à diuino tuo principatu legitimam Synodum conuocari, vt Orthodoxum Eccleſiæ dogma hæreticum excluderet: & neque ſuprema dignitas tua cum Orthodoxis omnibus anathemate notetur à nouis nugatoribus; neque iniquitatis porrò claſſicum adulterinam hanc Synodum nacti, quibus id placet, in peccatum facile prolabantur.* Synod. abſq; R. Pôt. cogi non pôt. Petit legitima Synodo dânari dogma Mœchianorũ

Hæc ſicut paruitati noſtræ conueniebat, vt minima Eccleſiæ membra repræſentantes, & diuino paſtorali veſtro principatui parentes; obſecramus de cętero ſanctā animam veſtram, vt nos, ſeu proprias oues, reputet, & ſacris precibus ſuis eminus illuſtret, atque confirmet: quod ſi etiam documentis tuæ id fuerit diuinæ benignita
B *tis, quemadmodum & Chriſtum ad Abgarum ſcripſit, & multi etiam de ſubditis digni habiti ſunt, qui ab Apoſtolis, ſanctiſque acciperent litteras. A me autem ſolo peccatore, & in carcere detento mittitur hæc Epiſtola, propterea quod Pater Plato, ſcilicet, & conſeruus meus incluſus, & Theſſalonicæ Archiepiſcopus germanus noſter, in alijs inſulis pariter cuſtodiuntur. Ipſi nihilominus per me, & mecum eadem dicunt, & ſacris beatitudinis tuæ ueſtigijs aduoluuntur.* Hactenus Theodorus in litteris, quas per Euſtathium Monachum miſit.

Acceptis Theodorus litteris Apoſtolicis, ad eas quas per Epiphanium antea miſerat, (quæ non extant) paterno amore plenis, quæ nec ipſæ ſuperſunt: illæ quidem, ſed tales fuiſſe, quas iam tertio ad eundem Leonem ſcripſit, declarant, [a] quibus aduerſus errorem, nouumque dogma Mœchianorum fortiſſime diſputat. a Lib. 1. Epiſt. 34.

C ÆQVALI ANGELIS BEATISSIMO, ET APOSTOLICO PATRI LEONI PAPÆ ROMÆ, PLATO INCLVSVS, ET THEODORVS PRESBYTER, AC PRAEPOSITVS STVDIENSIS. Sic inſcriptio. Nam Epiſtola ipſa omittitur ſtudio breuitatis, ſed plane digna quæ legatur, ita copioſe, & valide ex ſcripturis vtriuſque Teſtamenti Mœchianam hæreſim impugnat, & euertit, eorum, qui Adulterium ex diſpenſatione excuſabant. miſit eam per Epiphanium, quem remiſit Romam, cui & aliam Epiſtolam, [b] addidit ad Baſilium S. Sabæ Abbatem, eum qui ignorans, zelo tamen pietatis in eundem Theodorum, vt vidimus, dixerat anathema, ſed poſt veritate cognita redditus eſt illi propenſiſſimus. In qua, præter alia plura, hoc habet, Vtile autem fuerit, inquit, (quod verum eſt cõſilium noſtrum, & deſiderium) per ſupremum Apoſtolicum, ſicut ab initio ſemper factũ eſt, Synodice damnari eos, qui contra Euangelium Chriſti cœtum inierunt, & anathemate illius defenſores appetierunt: quod adulterium, & adulteri cõiugium, & adulterij patrocinium mox receperint, tanquam diſpenſationem ſanctorum, ſicut Mœchiani ſtatuerunt, ſanctorum nomen dantes iniuſtis, quoniam nullus ſanctorum partem poſuit cum adultero, ne dum, & adulteros coronauit, & diuina eius dona tradiderit, quando nec igni tecto ue, quamuis Reges eſſent, impertiendos docuerunt. Quid autem, quod Deum ipſum contumelia affecerunt coronarijs illis myſterijs, & anathema in eum dixerint, eos qui legem eius propugnabant, anathematizantes? &c.

b Lib. 1. Epiſt. 35.

D Petit rurſũ dãnari Mechianos ĩ legitima Synodo.

E Scripſit, & alias tum Theodorus Epiſtolas, ad Euprepianum [c] in fide ſtare monẽs cum ſuis, & errores hæreticorum confutans: ad Arſenium, [d] diluens argumentationes aduerſariorum, quibus per diſpenſationem crimen licitum factum affirmarent. Sed & ad Theophilum [e] Præfectum eodem item argumento, obiectioni illi reſpondens, cur ipſe Theodorus vocet hos hæreticos, quibus cum haud pridem ſecreto ſaltem communicaſſet. *Quod ſi quęrat,* inquit, *ſanctitas tua, quid cauſę ſit, cur hęc ipſi ante diſpenſationem non dixerimus, ſed & commemorationem ipſi fecerimus in Byzantina Ciuitate? hoc habeto. Synodum eo tempore nondum fuiſſe, nec promulgatum adhuc erat prauum dogma, & anathema. Et ante hæc tutum non erat diſcedere penitus à pręuaricantibus, ſed apertam illorum ſolum communionem refugere, & congruenti diſpenſatione ad tempus cõmemorare* Patriarchæ, & Imp. nomina, ſcilicet.

c Lib. 1. Epiſt. 30. d Lib. 1. Epiſt. 38. e Lib. 1. Epiſt. 39.

At

At poſtquã in apertũ nunc erupit impietas hæretica per Synodũ, oportet religionẽ tuã vna cũ ceteris Orthodoxis libere agere, nec cõmunicãdo cũ hæreticis, nec vllius nomẽ cõmemorando ex iis, qui in Mœchoſynodo affuerunt, aut qui cũ ea ſentiunt. Verũ cũ eiuſmodi Theodori Epiſtolæ circunferrentur, quibus Synodi illius errorem iam eſſe conuerſum in hæreſim, conſtantiſſime affirmaret: non ab aduerſarijs tantũ, ſed ab aliquibus ex ijs, qui prius ipſi adhæreſcere viſi erant, contradictum eſt, inter quos vnus Athanaſius fuit, ad quẽ idem Theodorus, ea ex cauſa, Epiſt.[a] ſcripſit, qua oſtenditur, quibus niterentur aduerſarij rationibus ad purgandũ perpetratum facinus; quibuſue Theodorus, & factum vere hæreticũ, & eos qui fecerunt, hæreticos eſſe demonſtret. In ea igitur poſt multa, & præclara. *En igitur*, inquit, *frater ex Euangelio, & prophetis, necnon ex patribus oſtendi tibi, ſi modo fidem habere vis verbis veritatis, Mœchoſynodũ omnis hæreſis numeros, ſine controuerſia, expleſſe, tametſi paulum quiddã in medio ſubtraxit, eo quod adulterinã tantum coniunctionem nominauit, vel potius prædicauit, diſpenſationẽ eſſe in Eccleſia Dei. Nec verò mirere, ſi vox vna hæreſim pariat, cum Dominum dicentem audiat, Iota vnum, aut vnum apex non præteribit à lege donec omnia fiant, & caue dicas, quid opus eſt nimis anxie laborare, & per vnã dictionem doctas ſpeculationes reuocare, atque hoc illudue concludere, ne forte impingas in hæreſim Gnoſimachorũ, de qua hæc auctor, Gnoſimachi ſunt,*[b] *qui omni Chriſtianorum agnitioni, ac ſcientiæ ita aduerſantur, vt vanum, & minus neceſſariũ laborem eſſe dicant eorum, qui in diuinis ſcriptis aliquam exquirunt ſententiam; neque enim Deum aliud à Chriſtianis poſtulare, niſi præclaras, & bonas actiones. Itaque aliquem ſimplici rudiq; animo inſtitutum ſuum perſequi melius eſt, vt aiunt, quam omnem curam in agnoſcendis decretis, atque ſcientiis ponere. Ad hunc ergo modum Gnoſimachi. Doce verò tu, ſi potes, ex diuinis litteris hæreſim non eſſe: & ne mihi multitudinem obiicias, &c.* Et deinceps pluribus diſſerit non eſſe in malo ſequendã multitudinem, cum & S. Baſilius dicat, Qui depoſita quæſtione rationem reddere nõ põt, ideoq; perfugiũ habet in multitudine, is victũ ſe fatetur. *Multitudo n. ſine demonſtratione, auctoritatẽ ſibi vindicans, tenere quidem poteſt, perſuadere nõ poteſt, &c.*

At non hic finis certaminis: quoniã hæreſim ſtabilire conantes rurſum alijs argumentis eundem Theodorum appetiuere, ijdemq; ex diuina ſcriptura petitis, nec ſolũ qui Mœchoſynodo interfuerunt, ſed etiã alij; & eo potiſſimũ innitebantur argumẽto, ab exẽplis petito, oſtendẽtes nimirũ Sãctiſs. PP. ab Apoſt. Paulo incipiẽtes, qui ex diſpenſatione Timotheum circuncidit, diſpenſatione aliquando vſos eſſe. Ad horum vero deſtruenda omnia argumenta idẽ ipſe Theodorus volumen de diſpẽſatione vniuerſali conſcripſit, (hortante maxime fratre Ioſepho Archiep. Theſſalonicæ) non ex ingenio, ſed ex Patrum ſententijs: *Quoniam*, inquit, *nec lege iuſtius, nec canone rectius quidquam eſſe poteſt*. Optime conſuluit Deus ſua prouidentia, his temporibus perditiſſimis, Eccleſiæ Orientali, dando tam doctũ, tam piũ, & fortẽ Ducem Theodorum, qui alios etiam plurimos ad reſiſtendũ hæreſi excitaret, cum malorum operatorum, & peſſimorũ Impp. conatu vniuerſum ferme Euangeliũ, & reliqua diuina ſcriptura in maximũ diſcrimen adduceretur, dum quod diuina eſſet lege prohibitum, id per diſpenſationẽ poſſe fieri aſſerebatur, quod & carnalis populus auide amplecteret, qui iã exẽplo Conſtantini contra canones, & Eccleſię morẽ veterẽ incõceſſa tentaret.

Idem Theodorus alios celebrat cõfeſſores hoc perſecutionis tẽpore eadẽ de cauſa coronatos, vt Epiſt. ad Naucratiũ Philippũ,[c] atque Philonẽ, qui in pſecutione obierant, & alia[d] ad eundẽ. *At de ſacro quidem Athanaſio*, inquit, *eiuſque ſociis deſideratiſſimis, ac de fortiſſimo item meo Theoſeſto, et de ſeptemdecim eius ſtrenuis comitibus, cum ſatis dictum ſit in meis ad illos Epiſtolis, omittendũ eſt hoc loco, quãuis longiore digni ſint oratione, ac laudibus, qui diuinitus, ac fortiter decertarunt. Quis vnquã adeo iniqua, et abſurda Chriſtianus audiuit, vt geſta ſunt à nefariis Mœchianis, nomine Epiſcopis, re autem ſacrilegis, ex Apoſtolico, & Patrum teſtimonio, etiã ſi hæreſim excipias? Hominem verberans quis vnquã ſic cęcidit, non Chriſtianam dico manũ, ſed etiã barbaricã, bis 166. verberũ, ac nõ multo poſt, bis 200. boiarũ ictibus*

a Epiſt. 48. lib. 1.
Excuſationes aduerſariorum.
Męchianorum error, tranſijt in hęreſim.
Vox vna hæreſim parit.
b Damaſc. de hæred.
Gnoſimachorũ hæreſis quæ.
Multitudo ĩ malo nõ ſequẽda.
Theod. ſcripſit de diſpenſatione.
Celebrat alios Cõfeſſores i hac porſecutione.
c Epiſt. 50. lib. 1.
d Epiſt. 51. lib. 1.

A *bus in humeros inflictis,vti generoſus Archiepiſc. ſeu potius Allotri Epiſc.i.alienæ ſedis inſeſſor,Epiſc.Theſſalonicæ,neq; gregariū quēquā,ſed Monachū eumq; Prępoſitū,et quidē Religioſiſſ. Euthymiū,ſecuri rectiq; animi reuera nomini reſpondentē. Expauit cęlū hoc ſpectaculo,et ego miſer audiens inhorrui,et mecū opinor oēs quibus aliquis ſenſus eſt humanitatis,ac miſericordiæ. Quē ad Chriſti exēplū cōponi oportebat,et percuſſum nō repercutere: is immanior feris extitit,nullū Chriſtiani veſtigiū retinens nedū Epiſc. Et quamobrē hæc dilaniatio? Vt Chriſti athletā eo impellat,vt ipſum cōmemoret,tāquā Epiſc.ſed ò fortē,atq; inuictū aīum beati. Sic.n. loqui æquū eſt,quia poſt tot plagas,tātāq; profuſi ſacri ſanguinis copiā, vt tingerentur aſtātium veſtigia,et in limū quodāmō cōcreſceret purpureus ille puluis, ad ædificatienē Eccleſiæ Dei,cū ſic iaceret pœne exanimis,et elinguis,inſtarētq; tortores,vt cōmemoraret,*
B *Tyrannū dixerim,nō Archiepiſc. Minime,ait,Beatus. Eo modo ad mortē propemodū perſeuerās,immobili aīo fixoq;,in ijs quæ recte ſemel decreuerat. Bene omiſerā quod in primis obſeruandū. Templū ipſum Dei Prætorium factum fuiſſe Pilaticū. Ibi.n. in ſacra quā vocāt Archangeli æde uerberatum martyrē ais,quē implacabiles quidē carnifices ſemimortuum reliquerunt. Chriſti verò imitator quidē in domum ſuā eum recepit, impoſitaq; ad defluentis cruoris lacerǫque carnis plagas recens iugulati agni pellicula,virum refocillauit,viribuſq; paulaī cōfirmatis,clā emiſit euocātemādato. Ita euaſit,qui iā mortuus erat,et mirabiliter reuixit ad Orthodoxæ fidei decus,triūphumq; de hæreticis. Quid his impium magis eſſe poſſit? Quis Orthodoxus in hereticū talia vnquā exercuit?* Et paulopoſt de ipſo,ad quē ſcribit, Naucratio,iſta ſubijcit. *Tu verò fili cariſſime,tametſi alibi cuſtodiris,vt indicas,gaude,quia plures tibi coro-*
C *næ texuntur,et q̄muis Leōtius diſcipulus olim nunc negator,illis pręſit locis,in quib⁹ incluſus teneris,nihil miſere.hoc.n. tēpus lōganimitatis Dei,ut cognoſcātur electi,etc.*

In hac graſſatione Pſeudoepiſc.verus Archiep. Ioſeph.augebat,de quo angore ſuo ſcripſit Epiſt.ad Theod.[a] q. illi cōſolatoriā reddidit. Furore illo primo ꝑſecutionis efferueſcētis nōnihil ſedato,factū eſt,vt ijdē ipſi, qui eū fuerāt ꝑſecuti, in honore haberēt,& veneratione etiā ꝓſequerēt,ipſeq; Nicephorus Patriarcharū mitteret ſalutatum,& alij rurſus alijs officijs ipſum demerere ſatagerent. Significat id ipſe Theod. Epiſt.proxime citata: Iſta tamen Theod.vſq; ad biennium paſſus,ad obitum, ſcilicet Nicephori Imp. Hactenus hiſtoria epiſtolaris fideliſſime collecta.

a Lib. 1. Epiſt. 43.

Anno 8. Nicephori Imp. Theophanes multa recenſet, de incredibili, & turpiſſima ipſius auaritia,rapacitate,& tyrānicis exactionib.ſacrilegijs,& crudelitate. *Quæ.n.in*
D *regia vrbe*,inquit, *primorib mediocrib.et exiguis oſtenſa ſunt mala,nequeunt ſcribi.*

Quod ad res ꝑtinet Occidentales,celebratū fuit hoc anno [b] CONC. AQVISGR. occaſione motę quęſtionis de proceſſione Spiritus S. cuius definiēdæ cauſa legati duo Epiſcopi,& Abbas vnus à Carolo Romā miſſi ſunt. Nec verò Conciliū habitū,aut legatio miſſa,quod dubitatū,vel tractatū fuerit, nū Spiritus S. à Patre,Filioq; ꝓcederet: Sed quod tum apud Hiſpanos,(vt ſupra dictum eſt,) tum apud Gallos additum fuit Symbolo illud, FILIOQVE: num id bene factum eſſet, vt & ita auctum Symbolum in Eccleſia caneretur. acceperant enim licentiam à Leone ipſo Romano Pontifice Franci,vt liceret eis Nicęnum Symbolū, ſiue dixerimus Conſtantinopolitanū, in Eccleſia canere. ſed cum ipſi illud canerent cum eo additamento, FILIOQVE, inde oborta eſt controuerſiā, num licitè illis appoſitis ſyllabis, legitime in Eccleſia
E cani poſſet, cum alioqui ipſa proceſſio Spiritus ſancti in controuerſiam minime adduci debuerit, quandoquidem Sancti Leonis Magni auctoritate conſtaret, (vt ſupra dictum eſt,) rectè dici Spiritum Sanctum A PATRE FILIOQVE procedere. Acta legatorum Caroli,cum Leone Papa, de hac controuerſia, an canendum eſſet Symbolum,cum illa additione, FILIOQVE, extant in Smaragdi Epiſtola ad Carolum, ex vetuſtis codicibus nunc primum prodita in lucem, in quibus Proceſſio Spiritus ſancti à Filio, à Pontifice aſſeritur: & petentibus legatis, vt cantare liceat, quod creditur,abnuit Pontifex,cum nec omnia quæ creduntur,cantentur in Symbolo. ac demum ſuadet Papa non canendum Symbolum, interrogationi ipſorum, ſic

b Annal. Franc.

De ꝓceſſione Spiritus S.

reſpondens. *Si prius, quam ita cantaretur, interrogatus eſſem; ne inſereretur vtiq; reſpondiſſem. At nunc* quod tamen non affirmando, ſed vobiſcum pariter tractando dico, *quantum menti occurrit, ita mihi videtur poſſe vtrumque fieri, vt paulatim in Palatio,* quia in noſtra Sancta Eccleſia non cantatur, *cantandi conſuetudo eiuſdem Symboli intermittatur: ſicque fiat, vt quod id ipſum, vt cantaretur, non quælibet imperantis auctoritas, ſed potius audiendi id fecerat nouitas. ſi dimittatur à vobis, dimittetur ab omnibus, & ita fortaſſe, quantum eſſe poteſt, non incongrue vtrunque fieri poſſit, vt quod iam nunc à quibuſque prius neſcientibus recte creditur, credatur; & tamen illicita cantandi conſuetudo, ſine cuiuſque fidei læſione tollatur.* Hactenus ex Actis. A

Poſt hæc autem Leo Papa cuſtos antiquitatis, licentiæ ab eis præſumptæ abſque conſenſu Apoſtolicæ ſedis, vindex aſſurgens, non ſolum verbis diſſerendo, & præcipiendo, quod fieri vellet, patefecit, ſed indelebile monumentum erigendum putauit, quo poſteris innoteſceret in ſacro Symbolo, nihil eſſe addendum. Siquidem in Baſilica S. Petri (non autem Pauli, vt aliquis aſſeruit, [a]) duas tabulas argenteas ad confeſſionem eiuſdem S. Petri affigendas curauit, in quarum altera Symbolam latine ſcriptum legeretur; in altera verò Græce exaratum abſque aliquo quattuor illarum ſyllabarum aditamento FILIOQVE. B

a Mag. ſent. lib. 1. diſt. 11.

Symb. duplex in ſcutis argenteis.

Eſt mentio harum tabularum apud Anaſtaſium in ipſo Leone. *Hic verò*, inquit, *pro amore, & cautela Orthodoxæ fidei, fecit, vbi ſupra ſcutos argenteos duos, ſcriptos vtroſque ſymbolo, vnum quidem litteris Græcis, & alium Latinis, ſedentes dextra læuaque ſuper ingreſſum corporis, penſantes argenti libras nonaginta quattuor, & vncias ſex.* Quando autem, & qua occaſione illa verba FILIOQVE, auctoritate item Rom. Pontif. in Symbolum in Rom. Eccleſia ſint recepta, alia poſcente cauſa, ſuo loco dicturi ſumus, ac quando pariter cęptum ſit idem Symbolum in eadem Eccleſia cani. Vualfridus Arabo. [b] temporis huius ſcriptor tradit, vſum hunc cantandi Symbolum à tempore damnatæ Felicianæ hæreſis in Gallia, atq; Germania frequentatum; atque ea ratione factum, vt Conſtantinop. potius, quam Nicęnum in Eccleſia caneretur, quod ſcilicet Conſtantin. aptius videretur modulis muſicis. Sed cur non potius, quod hoc plenius ſit, vtpote, quod de Spiritus ſancti diuinitate habeat magis expreſſam ſententiam? Sed de Symbolo ſatis. C

b De reb. Eccl. cap. 22.

Symb. quñ caniceptũ in Eccleſ. Conſtan.

S. Ludgeri Epiſc. obitus.

Moritur hoc eodem 7. Kal. Apr. Ludgerus Monaſterienſis Epiſcopus egregia ſanctitate conſpicuus; cuius res geſtas, & miracula poſt obitum ſinceriſſime conſcripſerunt Monachi Vuerdenſes, quæ extant. extat & ipſe in Eccleſia anniuerſaria memoria celebris. D Tradunt ijdem ſcripta ab eo opuſcula quædam, & inter alia, res geſtas à S. Bonifacio Epiſcopo Moguntino, & martyre, necnon vitam SS. Gregorij, & Alberici. Euocauit eum aliquando, ob Reip. cauſas Carolus Magnus, & hoſpitatum apud Palatium, primo ſtatim mane per cubicularium eum ad ſe venire præcepit, qui tum inſiſtens, cum ſuis conſuetis recitandis precibus, ſe illis abſolutis venturum reſpondit, & ſecundo, ac tertio euocatus omnino ire diſtulit, donec cęptam pſalmodiã conſummaret. Poſt verò in conſpectum Regis cum veniſſet, & cur ad eius imperium venire diſtulerit interrogatus, vultu intrepido conſtantiorique mente reſpondit. *Ego Imper. tuum ſemper præceptum ita in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deum tibi ubique preferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum eſſe omnes norunt, omnes fatentur, quod & ipſe mihi pręcepiſti, cum Paſtoralis curæ ſolicitudinem mihi commendabas, ut Deo primum ſeruiendum ſcirem, poſt hęc tuis cõſequenter imperijs cognoſcerem eſſe obtemperandum.* E Quam eius reſponſionem Rex optimus amplexus. *Gratias*, inquit, *habeo, Epiſcopo, quia qualẽ te eſſe credidi ſemper, talem nunc te eſſe expertus ſum, qui uerò factum tuum ad meam iniuriam retorquendum putarunt, minus deinceps, ut tui inuidos, gratos habebo: & nullius de cętero contra te accuſationem auditurum me, Deo nolente, promitto. Tu ut hactenus feciſti, Dei ſemper operare uoluntatem, & ſimul nobis deuotius, & fidelis pro noſtri imperij ſtatu orare memento, &c.*

Sanctus ante vult preces abſoluere, quam parere vocãti Imper.

A

Chriſti Annus	*Leonis Pap.3.*	*Caroli M.* 10. *Nicephori* 9. *Impp.*	*Indictio.*
810	15		3.

NIcephorus Imperator inchoatam perſecutionem in Monachos damnantes hæreſim Mœchianorum proſequens, in alios etiam conuertit tyrannidem. de qua Theophanes, qui præſens iſta ſpectabat. *Denique militares Principes more ſeruorũ vti Epiſcopis, & inferioris ordinis clericis, iuſsit: Adituris Epiſcopia, & Monaſteria tributum impoſuit perſoluendũ: Aurea, & argentea* Eccleſiæ *vaſa improbabat, eademque licet ſacrata, pro communibus habebat, illud Iudæ de vnguento exhibito Domino vſurpans,* [a] *vt quid perditio iſta?* Ait idem Theophanes, ipſum deridere conſueuiſſe omnem Chriſtianum proximum diligentem, nimirum ipſe occulte Manichæus, & Manichæis fauens, qui in pauperes commiſeratione execrabantur. Quorum familiaritate, & magicis abutens incantationibus Bardanium Patricium, qui aduerſus eum inſurrexerat, permittente Deo, propter multitudinem peccatorum noſtrorum, ſubegit, inquit idem Theophanes. Fuiſſe quidem ipſum addictum ſectæ Manichæorum Theodorus Studita huius tẽporis ſcriptor teſtatur in Platone, ſed & fauiſſe Iconomachis, idem, qui ſupra Theophanes habet. At quoniam innouatã hæreſim Manichæorum rurſum in Oriente ſub Cõſtantino Heraclij nepote, ſuperius, pro ratione temporum, ſumus proſecuti, ex Luca Siculo, qui floruit ſub Baſilio, & filijs Impp. qui de his ſcripſit hiſtoriam ad Archiepiſcopum Bulgarorum, hic appoſite reliqua proſequamur, quæ non hoc tempore ſolum ab ijſdem nefarijs fieri contigerunt, ſed ab Irenes Imperio, vſque ad Michaelem, & eius ſucceſſorem Leonem, annis tredecim. Non longo poſt tempore, inquit, exortum eſſe alterum quendam veritatis inimicũ nomine Sergium, qui Manichæorum hæreſim, Paulicianorum etiam dictum collapſam reſtituit, cuius deſcribens primordia, oſtẽdit quomodo adhuc iuuenis à Manichæa quadã fęmina in fraudẽ inductus, præcurſor factus ſit Antichriſti, cuius impiæ fęminæ, falſæ doctrinæ Cathechiſmum, quo Sergium ſeduxit, deſcribit.

a Matth. cap. 26.

Dogma Manich.

B

Lucas Siculus de Manich.

C

Sergius hic igitur Tychici diſcipuli Pauli cognomine aſſumpto, Pauli ſe diſcipulum iactans, longe lateque prædicans, diuerſis eius regionis locis, nomina locorum, & populorum, quibus ſcripſit Paulus, impoſuit, & plurima crudelia flagitioſa, nefanda commiſit. cumque multos diſcipulos aggregaſſet, Baanem quendam ex illis vnũ ſibi aduerſantem acriter impugnauit, atque ita eorum hæreſis in Baanitas, & Sergiotas diſciſſa eſt. Poſt obitum inde Sergij non ferentes eius diſcipuli ſuam ipſorum ignominiam, & probra, quibus paſſim ab omnibus onerabantur, Baanitis violentas manus intulerunt, vt eorum ab ſe conuicia abſtergerent, ac delerent. hæc ex Luca Siculo, vſq; ad tempus Michaelis, qui ſucceſſit, poſt annum ſequentem, Nicephoro.

D

Quo ad res Occidentales attinet. *Hoc anno* habent veteres Annales Francorum à Pitheo editi. *Veniente Legato Conſtantinopoli Carolus Magnus Nicephoro Imperatori* VENETIAM *reddidit.* Quæ vt facilius percipiantur, altius eſt repetenda narratio ex ijs, quæ in vita eiuſdem Caroli Magni Imp. ab auctore eius ſęculi, per annos ſingulos digeſta leguntur. atque in primis quæ habentur anno Redẽptoris 806. quod cum Carolus ſubegiſſet ſuo Imperio Dalmatiam, & alias circum poſitas regiones, à Nicephoro Imperatore Conſtantinopoli claſſis miſſa eſt ad recuperandã ipſam Dalmatiam, ſed fruſtra, nam nihil perfecit, quæ cum continuerit ſe Venetijs, ſequẽti anno pace facta cum Pipino Italiæ Rege Conſtantinopolim redijt. Poſt biennium verò, anno nimirũ Redempt. 809. cum iterum Conſtant. claſſis in Dalmatiã miſſa tentaſſet expugnationẽ Cemoclij Inſulę, à pręſidialibus militibus male habita, Venetias redire cõpulſa eſt. Cum verò eiuſdẽ claſſis Dux Paulus interim pacem tentaret cum Pipino Italiæ Rege: aduerſos ſenſit Venetorum Duces Guillariũ, & Beatũ, eius conatus impedientes, eidemq; inſidiantes: quamobrẽ inde diſceſſit. Cuius ſceleris vltor ſurrexit Pipinus, qui & eorundẽ Ducũ defectione inuitatus, Venetiã ipſam bello, terra, mariq; ſtatuit apetere. Factuſque voti cõpos eſt, vt ex imperato Venetiam ſubigeret, eoſdẽq.

E

Duces in deditionem acciperet. Poſt hæc autem contigit, quod dictum eſt; nempe vt legationibus intercurrentibus, firmata pace inter Nicephorum, & Carolum Magnũ Impp. idem Carolus Venetiam ipſi reddiderit: quod quidem hoc anno cęptum, ſequenti verò impletum, ijdem Annales docent, cum alioqui non deſierint ijdem Imp. legationum internuncio interſe mutuo ſtabilire concordiam. Hæc ſunt quæ vſque ad annum ſequentem 811. inter Carolum Magnum, & Nicephorum Imperatores, atque Venetos tranſacta ſunt, eademque ex ſcriptoribus, (vt dictum eſt) eius temporis in lucem prodita, ex quibus inuenias, in quo de rebus Venetis recẽtiores hiſtoricos erroris arguas, & emendes. His addimus ea, quæ Eginhardus, huius etiam temporis auctor, qui fuit Carolo Magno à ſecretis, in eandem ſententiam habet; nimirum Carolum Magnum redegiſſe ſub tributo Iſtriam, Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis maritimis Ciuitatibus: *Quas*, inquit, *ob amicitiam, & iunctum cum eo fœdus Conſtantinop. Imp. habere permiſit*. Et inferius de concordia inita cum Nicephoro, & ſucceſſoribus Impp. firmiter conſeruata iſta habet. *Impp. etiam Conſtantinop. Nicephorus, Michael, & Leo, ultro amicitiam, & ſocietatem eius expetentes, complures ad eum miſere legatos, cum quibus tamen propter ſuſceptum à ſe* Imperatoris *nomen, & ob hoc quaſi qui Imperium eis eripere vellet, valde ſuſpectum, firmiſſimum fœdus ſtatuit, vt nulla, inter partes, cuiuslibet ſcandali remaneret occaſio*. Hactenus Eginhar.

Recentiores ſcriptores, ex veteribus de rebus Ven. corrigendi.

Porro fœdus pactum cum Carolo, etiam poſt Carolum à Ludouico Caroli filio confirmatum perſeueraſſe, qui eius res geſtas per annos ſingulos proſecutus eſt domeſticus eius Annalium ſcriptor, affirmat.

Chriſti Annus 811 — *Leonis Pap.* 3. 16 — *Caroli M.* 11. *Nicephori* 10. *Impp.* — *Indictio.* 4.

HOC anni initio, inquit Theophanes, qui his temporibus agebat Conſtantinopoli obuiam facti Sarraceni Leoni Prætori Armeniacorum deferenti militare donatiuum illud abſtulerunt, quod erat talentorum 16. ideſt librarum 1300. & multos captiuos abduxerunt, nec ſic redargutus Nicephorus, ab auaritia ſua ceſſauit, & quaſi nouus Achab ſignis non eruditus, bellum cum Stauratio filio parat contra Bulgaros. Itaque à Regia vrbe digreſſus mãdat Nicætæ Patricio, & generali Logothetę, vt Eccleſijs, & Monaſterijs cenſus imponat, & octo annorum præteritorum redhibitiones à Principum domibus exigat, omnibus conquerentibus. Cum verò Theodoſius Salibara Patricius eius domeſticus, diceret Nicephoro. Omnes O DOMINE CONTRA NOS CLAMANT, ET IN TEMPORE TENTATIONIS CASVI NOSTRO CONGRATVLABVNTVR, ſic ait ad eum. SI DEVS OBDVRANS OBDVRAVIT COR MEVM, VT PHARAONIS, QVID BONI ERIT HIS, QVI SVB MANV MEA SVNT, A NICEPHORO? THEODOSI, NOLI EXPECTARE PRÆTER QVÆ A TE CONSPICIVNTVR. HÆC (DOMINVS NOVIT,) inquit Theophanes, EGO IPSE CONSCRIPTOR HORVM VIVA VOCE AVDIVI A THEODOSIO. Collecto, itaque exercitu in Bulgaros mouit. Quorum Rex Crunnus tantam veritus multitudinem, pacem præbat, quam ille à ſuis male perſuaſus dare abnuit. Pergens igitur, & Syrio milite omnia vaſtãte, illud ſubinde dicebat, Quis ibit, & decipiet Achab? Quis, ſiue Deus, ſiue aduerſarius trahit me nolentem? Pugnis aliquot victor, non Deo, ſed Stauratij filij bonæ fortunæ, & conſilio victoriã tribuebat. Quibus victorijs Crunnus vehementer afflictus, ſe victum confeſſus, cõditiones, quas vellet pacis offerebat, vt ex ſuo regno recederet. qui cum nihil obtineret, quaſi in furorem verſus, per noctem eum fortiter inuadens, profligauit, & occidit, cum magna parte nobilitatis, & caſtra obtinuit, ac diripuit. Nicephori caput

Nicephorus exigit ab Eccl. Tributa.

Niceph. abnuens pacẽ dare Bulgaris pfligatur & occiditur.

Crunnus

A Crunnus reciſum lignoque impoſitum oſtentui habuit,& poſt ex carnio auro conueſtito poculum fecit, ex quo ipſe, & ſela vinorum Principes biberunt. Huius Principatu Chriſtiani grauiorem nullum vllo tempore ſunt experti. omnes enim, qui ante imperarant, ambitione, auaritia,luxuria, & barbaricis crudelitatibus ſuperauit, quæ ſingula perſequi,& ad poſteros inuidioſum,& nobis laborioſum eſſet. hæc ex Theophane Hic verò non prætereundum eſt,quod Michael Studita in vita Theodori Studitæ,de præuiſo,& prænunciato Nicephori interitu narrat. *Qui mouens in Scythas,* (ſic ille Bulgaros appellat,) *& probro tibi ducens à ſancto uinci,miſit,qui minis,uel blanditijs ad acta ſua comprobanda eum compellerent, per quos illud reſponſum remiſit. Aequum erat, Imper. te actorum tuorum pœnitentia duci, & medicinam malo facere, ne temporis progreſſu difficile ad ſanandum,aut penitus etiam inſanabile redB deretur. Sed quoniam haud vllum morbi tui ſenſum habes,vt non ſolum,ipſe vltro te in laqueum inducas, ſed alius etiam in eundem impellere conaris, & ruinam nolentibus, ac perniciem pares: hæc tibi omnium vindex, & ſpectator oculus verbis meis prænunciat: ſcito te,quam viam nunc ingrederis, ex ea nunquam reuerſurum.* Poſt pauca de eius cauſa conſentientia ijs, quæ Theophanes Michael, de eius filio. *Et Stauratius,* inquit, *eius filius cum plagis quas in eodem prælio acceperat, ægrè in regiam vrbem delatus,duobus,vt ferunt,menſibus ſuperuixit. Michael qui Curopalatæ dignitatem habebat,tum ſceptra ſuſcepit, vir imperio plane dignus, & in adminiſtrando æquiſſimus.* De Petro Patricio ex eo prælio in Monachum conuerſo, ſic in Menologio. *Petrus Sanctus Pater noſter ex Conſtantinopoli quidem,ſub piiſſimo fuit* Irenæ *imperio,Patricii filius* Conſtantini,*à quo etiam omnem ſcripturam* C *didicit Gentilem,& Chriſtianam. Poſtmodum & vxori copulatus factus eſt Patricius. Et propter fortitudinem electus familiaris miles à Nicephoro Principe Stauratij genitore. Et cùm Imper. profectus in expeditionem aduerſus Bulgaros, poſt ipſius cædem, & filij Stauratij fugam, fuit interceptus cum aliis quinquaginta, & à vinculis per orationem, & apparitionem S. Joannis liberatus, mundo relicto monaſticam vitam aſſumpſit,& in Olympo monte,cum Sancto exercuit Joannitio. Poſt eius verò tranſitum vrbem regiam petens, & à templo à ſe in Euandri loco extructo reſidens,& omnem obiens virtutem,multaque patrans miracula, conſummatus eſt.* In eodem pariter Menologio extat memoria eorum,qui tunc capti ſunt à Rege Bulgarorum; nec acquieſcentes deficere à fide necati ſunt, ab eodem necari iuſſi, martyrij coronam ſunt conſequuti.de ijſdem agitur in Latino Martyrologio, ſed mendoſe D fortaſſe per Nicephorum,quod ſub Nicephoro factum eſt, dicitur. Diuiſa ſtudia in Stauratium,& Michaelem Curopalatam, in hunc tandem conuenerunt.

Nicephorus igitur Patriarcha exacta à Michaele rectę fidei,propria manu ſubſcripta profeſſione,& à ſanguine Chriſtianorum,& maxime ſacrorum hominum temperandi promiſſione, eum à ſenatu, & omnibus ordinibus Imperatorem appellatum, coronauit. Stauratius autem his auditis ſtatim coronam totondit,& Monachum induit. Porrò ab eiuſdem Michaelis Imperio Ioan. Curopalata ſuam eſt auſpicatus hiſtoriam,quæ habetur in manibus; ſed præſtat in his,quæ huius ſunt tẽporis, Theophanem audire: qui pergit narrare de eius munificentia erga Patriarcham, Clerum, Senatum,& exercitum: &,vt pro ſtudio Catholicæ fidei,eam reſtituere,& omnes ad concordiam,& pacem adducere laborauit; diſcidio ſublato,quod inter S. Platonem, E & alios SS. Monachos, ac Patriarcham interceſſerat, ipſo Patriarcha ſe purgante, quod quæcunque occiderant Imperatoris violentia facta fuiſſent; quæ eadẽ Theodorus Studita habet in vita S. Platonis: & Michael Studita in vita ipſius Theodori. *Placuit,* inquit, *hoc in primis Romano Antiſtiti, qui per litteras nuncioſque ſuos ſententiam confirmauit; nam & illum ſequeſtrem pacis, & conciliatorem ad deuinciendum Patrum animos prius Imperat. adhibuerat. exinde verò Sanctus Patriarcha creſcente inter illos amore mutuo, perſliterunt de cętero, non tam corporibus,quam animis inuicẽ arctiſſime colligati,ita vt alter alterius, & vterq; vtriuſq; conſuetudine vehementer caperetur.* Ita Michael.

Porrò ad hanc ineundam concordiam eo viſus eſt conſilio Michael Imper. quo humior eſſet, vt non prius Confeſſores carcere liberarentur, quam Nicephoro Patriarchæ amplectenti, quæ ſunt ſecundum ſanam doctrinam, & deſtruenti, quæ male fuerant conſtructa, communicarent. Qua libenter accepta conditione à Sanctis Platone, Theodoro, atque Ioſepho, vt alij eidem conſentirent, ſequeſtres ipſi fuerũt, vt declaratur Epiſt.[a] hoc argumento tunc conſcripta ab ipſo Theodoro ad Antoninũ Abbatem, qui vna cum ſuis, eâ de cauſa coniectus fuerat in carcerem, & adhuc eo detinebatur, multa paſſus. Sed quæ ſunt reliqua anni huius ipſius noui Imp. ex Theophane audiamus. *Miſit*, inquit, *Ad Carolum Regem Francorum pro parte, atque contractu nuptiarum in Theophylactum filium ſuum*, de qua legatione agitur in Annalibus Francorum, anno ſequenti, quando peruenit in Gallias. Pergit Theophanes dicere de coronatione Theophylacti filij in Imperatorem à Nicephoro Patriarcha, & de precioſiſſimis muneribus Eccleſiæ oblatis, & donis Patriarchæ, & venerabili clero datis: denique de Synodicis litteris à Patriarcha ad Sãctum Leonem Papam Romanum, (quod antea per impium Imperatorem Nicephorum facere non licuerat) per Legatum Epiſcopum, cum muneribus ſacris miſſis. extat Epiſtola, in qua primum de ratione vitæ ſuæ ante Epiſcopatum, vt poſtquam inter eos, qui à ſecretis ſunt, vixiſſet in aula Imperatoris, inde ſeceſſerit ad Monaſticam, ſeu Eremiticam vitam à qua abſtractus ſit rurſum in curiam, & Epiſc. inuitus conſtitutus, qui ſe eo munere indignũ admodum, & ineptum agnoſceret. inde addit fidei ſuæ profeſſionem ſane copioſam, in qua omnia ſe tenere dogmata diſerte confitetur, quæ ſemper, & nũc maxime tenet Catholica, & Romana Eccleſia, de vnitate, & Trinitate perſonarum, de Incarnationis myſterio, & alijs fidei articulis, de cultu, veneratione, & interceſſione Sanctorum; de venerandis eorum reliquijs aſſeruandis, & omni honore habendis, de cultu imaginũ, & de ſeptem Synodis, quas recipere profitetur, omnes hæreſes condemnans, &c. denique purgat ſe de miſſæ Synodicæ tarditate, & veniam petit, & eius expoſcit litteras in Symbolum communionis.

Quod ad res pertinet Occidentales, memorabile eſt teſtamentum Caroli Magni, de rebus mobilibus, quod hoc anno feciſſe, auctor eſt Eginhardus in vita ipſius. Poſt multa, hac igitur, inquit, intentione, atque propoſito omnem ſupellectilionem, atq; ſubſtãtiam ſuam, tam in auro, quam in argento, gemmiſque, & ornatu regio, quæ illa die in camera eius inueniri poterat, primò quidem trina diuiſione partitus eſt: deinde eaſdem partes ſubdiuidendo, de duabus partibus viginti vnam partes fecit, & tertiã integram reſeruauit. & duarum quidem partium in viginti vnam partes facta diuiſio, tali ratione cõſiſtit, vt quia in regno illius Metropolitanæ Ciuitates viginti vna eſſe noſcuntur, Roma, Rauenna, Medolanum, Forum Iulij (quo translata fuerat ſedes ab Aquileia.) Gradus, Colonia, Maguntiacum, Viuanum, quæ & Salzburgum, Retomagus, Treueri, Senones, Veſuntium, Lugdunum, Rhemi, Arelatum, Vienna, Tarantaſia, Etrodunum, Burdigala, Turrones, Bituriges, vnaquaque illarum partium ad vnamquamque Metropolim per manus hęredum, & amicorm ſuorum, eleemoſynę nomine perueniat. Et Archiepiſc. qui tunc illius Eccleſiæ rector extiterit, partẽ quæ ad ſuam Eccleſiã data eſt, ſuſcipiẽs, cum ſuis ſuffraganeis partiatur, eo ſcilicet modo, vt pars tertia Eccleſiæ ſuæ ſit, duæ verò partes inter ſuffraganeos diuidantur. Inde proſequitur tertiæ illius partis diuiſionẽ, quam in quatuor partes diuiſit, quarum vnã illis viginti vnis partibus addereteur: altera inter filios filias, ac nepotes ex æquo diuideretur. Tertia verò conſueto Chriſtianitatis more, in vſum pauperum erogaretur. Quarta ſimili modo nomine eleemoſynæ in ſeruorum, & ancillarum vſibus Palatij famulantium ſuſtentationem diſtribueretur, &c. & de capella, ideſt Eccleſiaſtico miniſterio, vaſis, & libris, quorum in ſua bibliotheca magnam copiam habebat, quid fieri ſtatuerit. denique de tribus menſis argenteis, & vna aurea præcipuę magnitudinis, & ponderis, diſpoſitionem; quarũ vnam ex ijs, forma quadrangula, deſcriptionẽ Vrbis Conſtantinop. continentẽ Eccleſiæ Romanæ; alteram forma rotunda Romanæ Vrbis effigie inſignitam, Rauennati attribuit. Tertiam, quæ cęteris, & operis pulchritu-

A dine, & ponderis grauitate multum excellit, quæ ex tribus orbibus connexa, totiuſ- mundi deſcriptionem ſubtili,ac minuta figuratione complectitur,& aureã illam quæ quarta eſſe dicta eſt in tertiæ illius, & inter hæredes ſuos, atque inter eleemoſynam diuidendæ partis augmentũ eſſe conſtituit. ſubſcriptio ſubditur ꝑ Epiſcopos, Abbates, Comites. Hæc omnia filius Ludouicus,qui diuina ei iuſſione ſucceſſit, inſpecto eodem breuiario,quam celerrime poterat, poſt eius obitum,ſumma deuotione adimplere curauit. Hactenus apud Eginhardum.

Hoc anno Carolus filius maior natu Caroli Imper.ex hac vita migrauit:id veteres Annales Francorum,& reliqui omnes auctores. Sed & præter duos filios Carolum, & Pipinum Reges, ex teſtamento relictos hæredes, obijt etiam anno ſuperiori primogenita filiarum eius,quam mirifice diligebat,Rothrudis. Olim Conſtantino Im-
B peratori deſponſata,quorum omnium mortes pro magnimimitate,qua excellebat,minus patienter tulit: pietate videlicet, qua non minus inſignis erat, compulſus ad lachrymas. Ex Eginhardo, qui tribus his annis vltimis Caroli vitæ deſcribit ſigna viſa,atque portenta in cęlo,& terra,cognita,& ab ipſo eſſe eius obitus indices.

Chriſti Annus	*Leonis Pap.* 3.	*Caroli M.* 12. *Impp.*	*Indictio.*
812	17	*Mich.Curop.* 1.	5.

MIchael religioſus Imperator Manichæos Orientales regiones ſua nefaria hęreſi polluentes,miſſis in omnes partes litteris gladio addixit. quorum plurimi pœnam vitantes in vnum coacti,cędes, & prædas catholicorum agere cęperunt. hæc
C latius Theophanes,& Lucas Siculus,atq; hæc mala ſub nefario Nicephoro ſerpſerunt Conſtantinop.cuius Eccleſiæ huius temporis turpem faciem deſcribẽs Theophanes, oſtendit iacta zizaniorum ſemina ſub Niceph.Imp eadem excreuiſſe diuerſarum hęreſum, non Manichæorum tantum, ſed & iconoclaſtarum, & aliorum hæreticorum, ad quas ſuccidendas improbas ſegetes pij Michaelis Imp.ſtudiũ vigilans non defuit. Sed præter hæreſes, prauis quoque moribus imbutum populum ſub Nicephoro, ita fuiſſe liquet,atque boni odium adeo inſitum in Chriſtianorũ animis,vt aduerſus Michaelem,probitatem reſtituere ſatagentem,tumultuati fuerint,cum cõtra gratias plurimas Deo rependere debuiſſent,quod ſublato tyranno, omnium vitiorum ſatore, & nutritore,miſiſſet Michaelem Angelum ſuum,quem ingratus populus diu habere nõ meruit,& propterea,eo ſublato alterum tyrãnum vltorem immiſit Leonem, Niceph.
D deteriorẽ. Sed hæc anno ſeq. Contigit hoc anno è vita migrare magnũ illũ miræ Sanctitatis virũ Platonẽ cõfeſſorẽ,multiplicibus,ex plurimis certaminib.inſignẽ,à nobis ſupra ordine tẽporũ recenſitis,anno ætatis 99.cũ iã carcere à Michaele Imp.eductus, & ſuo Monaſterio redditus eſſet.cuius obitum pluribus proſequitur Theodorus Studita,in eius vita;& funus à Nicephoro Patriarcha magna celebritate luminum,& ſuffitus,incredibili hominũ cõuerſum deductũ, deſcribit Mich Studita in Theod. vita. S. Platonis Mon. obitus.

Eodem anno,cum pax inter Imperatorem, & Crunnum Bulgarorum Regem tractaretur,inter alias traditiones,à Rege Barbaro illa eſt appoſita,vt fugitiui redderentur. Venit igitur in conſultationem,aduocatis Magiſtratibus,Patriarcha, Epiſcopis, & alijs magnis viris,an cum ea conditione pax admittenda eſſet.

Theophanes Abbas Monaſterij Agri,ſic dicti,auctor hiſtorię,ſcribit Patriarchã,&
E Metropolit. aſſenſiſſe,vt ea cõditione fieret,cũ quibus & ipſe ſentiret,ea maximè ratione ductus,quod pluris ſit facienda multorũ ſalus,q̃ paucorũ. cũ raro accideret,vt ex Bulgaris aliqui ad Rom.confugerent:prauos verò cõſiliarios, inquit idẽ Theoph. cũ Theodoro Egumeno ſtudij diſſenſiſſe, quod nimirũ, eum qui [a] venit nõ eijciã foras,ait Dñs.quæ ſententia obtinuit,ex qua multa imperio parta ſunt mala. At Cedrenus hac de re agens,hoc differt à Theophane,quod de Theodoro Studita,nihil meminit;& Patriarchã,ac Theoctiſtũ Magiſtrũ,alioſq; nõ paucos ĩ cõtraria fuiſſe ſentẽtia. Nã hi,inquit,Deo cõmittendã ſuã ſalutẽ iudicabant, neq; perfugarũ deditione Barbarorum placãdam ſuperbiam,omnipotentis Dei auxilio poſthabito. Sic Cedrenus. Diſſentiunt pij, & graues viri in cõditiõe paci apponenda. a Ioan.6.

Eodem anno, pergit Theophanes, multi Chriſtianorum ex Palæſtina, & Syria in Cyprum venere fugientes immenſam Arabum afflictionem, quod verò Syria, Aegyptus, & Africa ſuprema adminiſtratione deſtitutæ eſſent, vbique homicidia, rapinæ, adulteria, & omnia nefanda opera perpetrabantur, & in Sancta Ciuitate loca Sancta polluebantur,& ſacræ Eremi,ac famoſiſſima Monaſteria deſerebantur.delatis in Cyprum pius Imper. talentum miſit: his verò, qui venerant Conſtantinopolim inſigne donauit Monaſterium. Erat quippe, ait Theophanes, Michael circa omnes Suauis, & Clemens, circa negotiorum verò diſpoſitionem iners, ſeruitute ſubactus Theoctiſto Magiſtro, & cęteris Principibus. A

Hoc eodem anno initio ſui imperij legatos ſuos miſit ad Carolum Magnum, & ad Leonem Papam, iunxitque eos legatis illis redeuntibus, quod idem Carolus Imperator anno ſuperiori miſerat ad Nicephorum Imperatorem confirmandæ pacis cauſa, (inter quos numeratur Vuilharius Dux Venetorum,) qui occiſo Nicephoro, cum Michaele agentes,promptum ad pacem inuenerunt. Hi igitur hoc anno Aquiſgranum peruenerunt, & Græca oratione Caroli laudes proſecuti ſunt, Auguſti nomine eum celebrantes. Qui in reditu, Romam, vt habebant in Mandatis, Leonem Romanum Pontificem adierunt, & in Baſilica Sancti Petri, edita Catholica fidei, vt credibile eſt,profeſſione communicatorias Papę litteras, ad Imperatorem retulerunt. Ex Francorum Annalibus. B

Conuentus Aquiſgran.

Hoc ipſo anno ab eodem Carolo Magno habitum eſſe generalem conuentum Aquis,veteres Francorum Annales teſtantur. Nam quod Concilium, in conciliorum voluminibus, apud Theodoris Villam à Carolo Magno celebratum, male ponitur hoc anno, relatum eſt à nobis in ſuum locum, ideſt in Anno Domini 806. C

De Francorũ clade in Pirenæis.

Ad hæc vltima Caroli Imper.tempora,qui res Hiſpanas ſunt proſequuti,referunt decantatam Francorum cladem illam acceptam in ſaltibus Pyrenęis,cum tamen omnes Chronographi, qui res geſtas Caroli per annos ſingulos digeſſerunt, ijdemque eiuſdem ſæculi ſcriptores, abſque dubitatione pari conſenſu teſtentur contigiſſe Anno Domini 778.

Turpini fabuloſa hiſtoria.

Nec illud eſt veriſimile per AlphonſumCaſtum ea perpetrata,qui ſumma neceſſitudine Carolo coniunctus, ſcribitur. Sed nec dici poteſt duas ab eo fuiſſe clades in Pyrenęis acceptas diuerſis temporibus,quod aliqui confinxerunt,niſi eoſdem Caroli Proceres bis mortuos affirmemus, qui ijdem in vtraque occiſi clade ſcribuntur. nimirum decepit huiuſmodi auctores,ſub nomine Turpini, quiſquis ille fuerit,fabuloſa hiſtoria, & nimius amor prædicandi ſuos, quorum quæcunque facta laude, & admiratione digna inuenirent, arriperent. D

Chriſti Annus	*Leonis* P.3.	*Caroli M.* 13. *Mich.Curop.* 2. *Impp.*	*Indictio.*
813	18		6

Imp.fraude Duces profligatur à Bulg.

Leo Armenus acclamatur Imper.

ABrupta omni ſpe pacis, Michael Imperator aduerſus Crunnum Bulgarorum Regem,cum exercitu progreſſus, dolo Leonis Armeni, vno ex ſuis Ducibus, fuga ingenti facta, vt nec vix hoſtem aſpicerent, profligatus eſt, Leone ipſum, vt ſegnem,& inertem diffamante, & exercitum ſolicitante ſe, vt Imperatorem appellaret. Quibus auditis Michael Imperat vt erat ingenio mitis,pius, & pacis ſtudioſus, reiectis,qui contentiones, & pugnas ſuaderent,per intimum quendam ſuum, Imperatoris inſignia,purpurã,diadema, & coccineos calceos miſit, cedens Imperio,& attonſis capillis Monachum induit. Leo autem acclamatus Imperator, Conſtantinopolim veniens à Nicephoro Patriarcha coronatur, in qua coronatione triſte omen futurorum præſenſit,dum imponẽdo eius capiti coronam,videtur ſibi ſpinis,ac tribulis manuum compungi. hæc ex Cedreno. Nam Theophanes aliter multo rem narrat, Michaelem profligatum, vel deponere imperium voluiſſe, vel aſciſcere conſortem Leo- E

nem

A nem Patricium, tanquam pium, & fortiſſimum, & per omnia ſtrenuum: quod ille recuſarit fidelem ſe præſtans Imperatori. Senatum verò, & Principes pertæſos Michaelis ignauiam, cum aduentus Crunni ad vrbem Conſtantinopolim timeretur Leonem ad Imperium euocaſſe, & pęne recuſantem adegiſſe: Ipſum verò tandem ſcripſiſſe Nicephoro Patriarchę de fide ſua recta, & petijſſe, vt ex eius nutu, & oratione imperaret. Is porro nactus Imperium, haud permiſit Michaelem cum coniuge Procopia, & filijs priuatim inter Monachos degere, ſed eoſdem relegauit in inſulam Protam, adijciens ad crudelitatem, vt filios eius Theophylactum natu maiorem, necnon Ignatium, qui ſedem Conſtantinopolitanam poſtea gubernauit, caſtrari iuſſerit.

Mox coronatus Leo Imper. cuſtodes ad vrbis portas adhibuit, & muros die, ac nocte circumiens, cunctos ſtudioſe, & ſtrenue exercebat, in ſpem diuini auxilij excitãs, B per interceſſiones B. Mariæ, & Sanctorum. Interea Crunnus, fratre cum parte exercitus ad oppugnandam Hadrianopolim relicto, poſt ſex dies, quam coronatus eſſet Leo, ſuperuenit Conſtantinopolim obſeſſurus, ſed conſpectis muris, & bene inſtructa acie Imperatoris, deſperans de expugnatione, de pace verba facere cępit, qua arrepta occaſione Imperator inſidioſe intentauit illi necem, quæ non ſucceſſit, cum non eſſet lethaliter vulneratus. Ex quo ira incenſus, incendia fecit, & Leonem Hippodromi æreum cum alijs præclari operis ſtatuis aſportauit, & obſeſſam Hadrianopolim cępit. Tunc contigit, & eius Ciuitatis Epiſcopum Manuelem martyrio coronari, quẽ & alij poſtea ſecuti ſunt ad triumphum. Crunnus ob hanc crudelitatem excęcatus, & inuiſus populo, ab eo fuit ſtrangulatus. Zocus verò frater, Bulgarorum ſuſcepto regno omnes captiuos Chriſtianos, Chriſti fidem abnegare recuſantes, diuerſis affe- C ctos tormentis, obtruncauit. Bulgari Hadrian. expugnãt Marty. à Bulg.

Ad hunc vſq; diem captæ Hadrianopolis Theophanes perducens hiſtoriam, ei finem impoſuit. ſcribit Anaſtaſius, qui in Latinum eam tranſtulit, vſque ad Leonem hunc ipſum eam ſcriptionem perduxiſſe. Cur autem reliqua Leonis Imperij non ſit proſequutus, perſecutio ab eo excitata, qua & exatus eſt ipſe Theophanes, in cauſa fuiſſe videtur, quem & pœnituiſſe oportuit (ſi eius illa ſunt, & non ab alio addita) Leonem antea laudaſſe, vt pium, & iuſtum, excuſaſſeque ab inuaſione Imperij Michaelis. Cęterum ſi Cedreno credimus, qui ait Theophanem, vſque ad exitum tantum Nicephori hiſtoriam ſuam produxiſſe, affirmare neceſſe eſt, cuncta quæ ab eo tempore in hunc diem ponuntur, alterius eſſe auctoris additamentum, factumque, vt aliquis eiuſdem Imperatoris ſtudioſus, illa de probitate Leonis commentus ſit. Quod D autem ad ipſum ſcriptorem Theophanem ſpectat, Anaſtaſius Bibliothecarius, qui in Latinum verſit eam hiſtoriam, (quæ falſo nomine Pauli Diaconi notatur, qui longe ante hæc tempora dictus eſt ex hac vita migraſſe,) ipſum illum fuiſſe Theophanem magni nominis Monachum ſanctitate celebrem, & miraculis clarum, aſſerit, in præfatione à ſe editæ verſionis. Porrò, & alterum Theophanem æque Monachum, & confeſſorem conſtat hoc tempore claruiſſe, & ſub eodem Leone Armeno coronatum fuiſſe, qui Sabæ Abbatis Monaſterij in Palæſtina Monachus fuit Theodori frater, de quibus ſuo loco. Sed de ipſo Anaſtaſio interprete non ſilendum, quod ipſe de ſe affirmat, ſic Theophanem latinitati donaſſe, vt tamen aliqua omiſerit, aliqua breuius contraxerit, nihil verò de ſuo addiderit. Theoph. ad captã Hadrian. terminat hiſt. Theoph. hiſtoriæ quis. Theoph. Monach. cõfeſſor. Anaſtaſius vt Theopho. hiſt. latinè verterit.

Quod autẽ pertinet ad res Occidentales, hoc anno veris initio Carolus Magnus, E dum eſſet Aquiſgrani, ad confirmandam pacem cum Michaele Legatos decreuit Amalharium Treuerenſem Epiſcopum, & Petrum Abbatem Monaſterij Nonantulæ in Italia, qui à Leone auditi, atque dimiſſi ſunt anno ſequenti. Caro. M. legat. Cõſtantin.

Eodem anno, idem Carolus, habito GENERALI CONVENTV AQVISGRANI, filium ſuum Ludouicum Aquitaniæ Regem, optimis præceptis inſtructũ de diligendo præ omnibus Deo, & Eccleſia tuenda coronauit Imperatorem, & Bernhardum ex Pipino nepotem, Italiæ Regem præfecit. Ex Annalibus Francorum, quę latius Eginhardus in vita. & Theganus Chorepiſcopus Treuerenſis, huius temporis ſcriptor, qui addit Carolum, dimiſſo filio Imperatore in Aquitaniam, ſe totum ora- Caro. M. Coronat. fi. Imp. et Bernardũ nepotem Regẽ Italiæ.

tionibus, eleemoſynis, & libris corrigendis impendiſſe. *Nam & quatuor*, inquit, *Euangelia in ultimo cum Græcis, & Syris optime correxerat.* Addunt Annal. Franc. A
fuiſſe conſilium Caroli, non ſolum, vt ita, bene conſuleret rebus imperij, ſed & ſtatui Eccleſiæ, ac propterea quinque diuerſis in locis voluiſſe celebrari CONCILIA, MOGVNTIACI, RHEMIS, TVRONIS, CABILONI, ARELATI. Extant huiuſmodi Conciliorũ Canones. Moguntini quidẽ 17. Canon obſeruandus. *Nos*, inquit, *qui reliquimus ſæculum, id modis omnibus obſeruare volumus, vt arma ſpiritualia habeamus, ſæcularia dimittamus. Laicis verò, qui apud nos ſunt, arma portare non præiudicemus, quia antiquitus mos eſt, & ad nos vſque peruenit.* In Rhemenſi Can. 17. item iſta habet, digna memoria de menſa Abbatum, & Epiſcoporum. *Pauperes, & indigentes ſecũ ad menſam habeant, & lectio diuina ibi perſonet, & ſumant cibum cum benedictione, & laude Dei.* In Turonenſi, de menſa pariter Epiſcoporum, iſta itidem. B *Peregrini, & pauperes conuiuæ ſint Epiſcoporum, cum quibus nõ ſolum corporali, ſed ſpirituali reficiantur alimento.* In Cabilonenſis Can. 3. mentio habetur de præcepto Caroli Magni, quo voluit omnes Epiſcopos ſcholas erigere, in quibus bonæ litteræ, atque in primis Theologicæ docerentur. Ad curandum verò ſacerdotibus auaritiæ morbum eiuſmodi antidotum parat. *Oportet etiam, vt ſi quando ſacerdotes, fruges, vel quoſdam redditus terræ congregant, ac protelant, non ideo hoc faciant, vt carius vendant, ſed vt pauperibus tempore neceſſitatis ſubueniant.*

Laicis, apud Eccleſ. arma geſtare pmiſſum.

Sed illa eodem Concilio, ſtatuta de peregrinationibus ad loca Sancta, quando probandæ, & quanto improbandæ, conſideratione digna ſunt: *A quibuſdam*, habet Synodus, *qui Romam* (ad limina Apoſtolorũ) *Turonumue* (ad San. Martinũ,) *& alia quædam loca, ſub prætextu orationis, inconſulte peragrant, plurimum erratur. Sunt* C *presbyteri, & diacones, & ceteri in clero conſtituti, qui negligenter viuentes, in eo ſe purgari à peccatis putant, & miniſterio ſuo fungi debere, ſi præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici, qui putant ſe impune peccare, aut peccaſſe, ſi hæc loca oraturi frequentent. Sunt quidam potentes, qui acquirendi cenſus gratia, ſub prætextu Romani, ſeu Turonici itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt: & quod ſola cupiditate faciunt, orationum, ſiue ſanctorum locorum viſitationis cauſa ſe facere videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideo id faciunt, vt maiorem habeant materiam mendicandi, de quorum numero ſunt illi, qui circunquaque uagantes, illo ſe pergere mentiuntur, vel quia tantum ſunt vecordes, vt putent ſe ſanctorum locorum ſola viſitatione à peccatis purgari; non attendentes, quod ait B. Hieron.* NON IEROSOLYMAM VIDISSE, SED IEROSOLYMÆ BENE VIXISSE, LAVDANDVM EST. D *De quibus omnibus Domini Imperatoris, qualiter ſint emendanda, ſententia expectetur.* Quæ nam verò, quorumue ſit peregrinatio proficua, Patres, ibi ita definiunt. *Qui vero peccata ſua ſacerdotibus, in quorum ſunt parochijs, confeſſi ſunt, & ab his agendæ pœnitentiæ conſiliũ acceperunt, ſi orationibus inſiſtendo, eleemoſynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apoſtolorum limina, vel quorumlibet Sãctorum inuiſere deſiderant, horum eſt deuotio modis õibus laudãda.* Abſtinuerunt Epiſcopi de peregrinis illis quidquam decernere, abſque Caroli ipſius ſcientia, eo quod ſcirent in colligendis huiuſmodi peregrinis eundem Carolũ fuiſſe ſtudioſiſſimum. de cuius in his propenſiſſimo ſtudio iſta habet Eginhardus. *Amabat peregrinos, & eorum ſuſcipiendorum magnam habebat curam, adeo vt eorum multitudo non ſolum Palatio, verum etiam Regno non immerito videretur oneroſa. Ipſe* E *autem pro magnitudine animi, huiuſmodi pondere minime grauabatur, cum etiam ingentia incommoda, laude liberalitatis, ac bonæ famæ mercede, compenſaret.* Non deſijt tamẽ huiuſmodi, lucri cauſa, peregrinãtes cohibere, vt eſt in Capitularibus,[a] in quibus, quod ad hoſpitalitatẽ ſpectat, hæc eius ad clerũ accipe.[b] *Ut de hoſpitalitate, & cura pauperum memores ſitis, & propter quod res Eccleſiæ à fidelibus oblatæ, & ab Eccleſia receptæ ſint; & eo modo illas diſtribuatis, vt ab illo, cui de his rationem reddituri eſtis, non damnationem, ſed æterni gaudii mercedem accipere mereamini.* Hactenus de Cabilonenſi Concilio.

Admonitio de peregrinationibus.

Vt peregrinãdũ.

Studioſ' peregrinorũ Carolus.

a Lib. 1. ca. 79. & 124.

b cap. li. 1. ca. 221. & cap. 15.

A IN ARELATENSI VERO V. CONCILIO, SICVT ET IN MOGVNTINO illud præcipitur c. 13. VT EPISCOPO OBEDIANT COMITES, ET IVDICES SAECVLARES. Demum his quinque Concilijs Eccleſiæ eſt optime conſultum a Carolo proxime e vita diſceſſuro, qui dum vixit, de ea ſemper optime eſt meritus. ſed illud maxime intendit vt Eccleſiam omni ex parte liberam relinqueret, cuius rei gratia Epiſcoporum electionem vſurpatam a prædeceſſoribus, in priſtinam libertatem reſtituit, eiuſmodi lege vna cum Ludouico ſancitam relinquens. [a] SACRORVM CANONVM NON IGNARI, VT IN DEI NOMINE SANCTA ECCLESIA SVO LIBERIVS POTIRETVR HONORE, ASSENSVM ORDINI ECCLESIASTICO PRAEBVIMVS, VT SCILICET PER ELECTIONEM CLERI, ET POPVLI, SECVNDVM STATVTA CANONVM DE PROPRIA DIOECESI, REMOTA PERSONARVM, ET B MVNERVM ACCEPTIONE, OB VITAE MERITVM, ET SAPIENTIAE DONVM ELIGANTVR, VT EXEMPLO, ET VERBIS, SIBI SVBIECTIS VSQVEQVAQVE PRODESSE VALEANT.

a Cap. li. 1. c. 84. & d. 63. cap. 34.

Praxis de Epiſcoporum electione, ex lege Caroli, ſecundum canones, apparet ex epiſtola Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi ad Carolum poſtea ſcripta, ex qua intelligitur voluiſſe electiones omnino liberas eſſe, ex præſcripto canonum, ſed viſitatorem a Rege mitti Epiſcopum, cuius præſentia, vt legati Regis, rixæ, & contentiones, ob diuerſa ſtudia comprimerentur. Ex quibus magis erroris redarguuntur, qui Carolo aſſerunt datam facultatem ab Hadriano omnes ſui Regni Epiſcopos eligendi, de quibus ſuperius actum eſt, cum tantum mendacium eſt patefactum.

C

Chriſti Annus.	*Leonis P.* 3.	*Ludouici* 1. *Leonis Arm.* 1.	*Impp. Ind.* 7.
814	19		

QVinto elapſo menſe a ſua Coronatione, Leo Imp. cum antea Catholicus, & ſacrarũ cultor imaginũ extitiſſet, vt eſt veriſimilius, a nefarijs & impijs quibuſdã D monachis deceptus, abreptus eſt in foueam impiæ Iconoclaſtæ, quam & inducere in eccleſiam, & omnibus perſuadere, ſenſim primum & leuiter, deinde violenter, inſtitit. Fruſtra igitur ſeorſum tentato Nicephoro Patriarcha, ipſum, Epiſcopos, & monachos ad ſe in Palatium euocauit, & orthodoxiam in cultu ſacrarum imaginum ſimulans, aliquos eſſe dixit, qui eas improbarent & damnarent, cum quibus eos congredi vellet, eos audire, & ſi recte ſenſerint, aſſentiri, vel tentare eos de ſententia abducere; ſe, vt Imperatorem, non potuiſſe rem tantam negligere. hæc ſere ex Michaele in vita Theodori Studitæ, & ex Theoſterioto [a] in Niceta. Videri poſſet rerum Eccleſiaſticarum rudibus petitio iſta Imperatoris æquiſſima, vt de dogmatis veritate inter ſe conferrent coram Imp. ad veritatem conquerendã orthodoxi, atq; hæretici. At longe aliter se res habet. Vbi enim aliquid per ſynodũ ęcumenicam E ſemel definitum eſt, amplius ad differendum, & contradicendũ hæretici non ſunt admittendi, ſed docendi, ſi velint, quod pluribus docuit S. Ambroſ. ſuis ſcriptis Valentinianum A. Deinde quod ſacerdotum eſt non Imp. & in Eccleſia non in Palatio de fide agere, vt in Conſtantium Imp. Mediolani a Patribus dictum eſt. Iuſte quidem, ac probe (licet non deeſſent inter eos, qui & ſcientia, & dicendi facultate præſtarent, & inter alios, magnus ille Theodorus Studita) noluerunt PP. id concedere Imperatori illicita præſumenti. *Illi vero*, inquit Theoſterictus, nempe orthodoxi, *cum neque paſſi eſſent eos homines, de quibus Imp. dixerat, coram ſe prodire, neque dicendi facultatem dandam eſſe dicerent, ſed velut execrabiles quoſdam eos haberent.*

Iconoclaſtia inducitur a Leone Imp.

b Apud Sur. 3. Apr.

Ad hæc,

ad hæc, cum certo ſcirent Imp. voluntatem ad malum procliuem eße, neque ſe vn- A
quàm illi perſuaſuros fore, quàmuis totam ſcripturam teſtem ei afferrent. & mox ſub
dit, reſponſiones acres & liberas aliquot Epiſcoporum, & concertationes cum Imp.
Theodori quoque Ducis Studitarum. *Ne tentes nunc, o Imp.* inquit, *Eccleſiaſti-*
cum ſtatum diſſoluere, ait enim Apoſtolus.[a] *Quoſdam quidem poſuit Deus in eccle-*
ſia primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio Paſtores, & Doctores ad perfectio-
nem Sanctorum. NON DIXIT, REGES. *Tibi quidem ò Imperator ciuilis ſtatus,*
& exercitus commißus eſt. hæc igitur cura. ECCLESIAM AVTEM PASTO-
RIBVS, ET DOCTORIBVS, (vt ait Apoſtolus) DERELINQVE. *At ſi non*
vis hæc facere: ſi quis peruertendæ fidei noſtræ cauſa de cęlo nobis aliquid annuncia-
uerit, ipſum non audiemus; tantum abeſt vt te audituri ſimus. Tunc Imperator fu-
rore admodum exardeſcens, & quod recte dictum fuerat, velut iniurioſum quiddam B
accipiens, omnes eiecit, S. vero Theodorum in exilium miſit. Iſta Theoſterictus, ſum
matim perſtringens, quæ latius Michael in vita Theodori exequitur. Deſcribit enim
longiorem concertationem Theodori cũ Imp. in qua refellit ex lege veteri ſumptum
ex eadem contra imagines argumentum: Deum factum hominem iuſte pingi aſſerit:
profitetur natum cum Euangelio imaginum cultum: Impie imagines vocari Idola:
fruſtra impugnare imagines, qui crucem colit. *Mihi vero,* pergit Theodorus, *mi-*
rari uenit in mentem quomodo eos ad iudicium uocaueritis, qui ſic animo, & conſi-
lio comparati eſtis. Ecquis enim erit, qui inter utroſque dijudicet? Quis de uictoria
ſententiam ferat, cum occupati a uobis omnes, potentiaque perculſi fuerint ſupplicio-
rum metu? minæ ſiquidem & tormenta iis proponuntur, qui partibus ueſtris non fa-
cient. Recte ſane quidam e maioribus ueſtris, primum hoc bonum eße dixit, a uobis C
longiſſime recedere, humana ſpecie feras, hæreticos uocans, eorumque ſermones,
atq; inſtituta pernicioſa eſſe docens. ac penitus exitioſa; quos deuitare omni ope opor-
teat, ac ne occurrere quidem illis, ſi fieri poteſt. ex quo ſequitur, ſcum eis colloqui quo-
quomodo non ſolum ſuperuacaneum, ſed damnoſum plane ualdeque noxium eſſe. Ex
quibus, & alijs quæ ſubdit Michael, excandeſcens ira Imp. omnes a ſuo conſpectu
eiecit, ne propius accederent, ne ve amplius loqueretur interminans. *cæterum vix*
domum quiſque redierat, pergit Michael, *cum afferuntur ad ſingulos Præfecti Vr-*
bis edicta, quibus continere ſe iubet unumquemque, nihilque prorſus cum alijs tra-
ctare, nec inter ſe conferre aut docere, aut de fide prorſus loqui, ita enim inquit, ab
Imperatore decretum eſt. Monaſteriorum Præpoſiti miſere acquieuerunt iuſſioni
Imp. atque etiam ſcripto polliciti ſunt, ſe de ſacro cultu imaginum amplius non lo- D
cuturos, aliosve docturos, ſecundum præceptum Imperatoris. quod quidem ita eue-
niſſe plane conſtat, ex epiſtolis Theodori; ſed Michael modeſtiæ cauſa ſcribere præ-
termiſit, quod illi adhuc fortaſſe viuerent, & conuerſi eſſent ab errore. *Ut uero,* pergit
Michael, *ad ſanctum uenerunt (Theodorum) qui miſſi fuerant. Aequum ne illis, ait,*
ſit nobis an Deo parere, uos ipſi rem ratione æſtimantes, dicite. Nobis uero ſcitote,
certum eſſe linguis potius amputatis carere, quam ut fidei noſtræ teſtimonio deſi-
mus. Quæ enim ratio eſt, uos deteriora defendere conari, & nos in multo meliore
cauſa ſilentio uti? Quare non committemus, ut uel ad horam ſermonem abdi-
tum teneamus, & populum præſenti eius utilitate fraudemus. Unde congruen-
tia omnibus incunctanter ſuggerebat hos uocans, illos adiens; alios litteris confir-
mans, abiectosque & proſtratos erigens, uerbiſque excitans pro uirili. Ad om- E
nes igitur monaſticam vitam agentes ſcripſit epiſtolam[c] Theodorus: & Nicepho-
rum Patriarcham ſilentio ſcandalum afferentē erexit, & confirmauit, & paulo poſt
in exilium relegatum, ſummis laudibus, epiſtola ad eum ſcripta, celebrauit.[d]
Erecto Patriarcha, inquit Michael, nefarij homines ſacras imagines violarunt.
Obſeruandum quod refert Cedrenus, Theophanem confeſſorem magni monaſte-
rij Agni Præfectum diuino inſtinctu ſentientem Patriarcham præter vehi in exilium
abductum, ſuffitu, & cereis ipſum fuiſſe proſecutum: ſed & Nicephorum diuino
item inſtinctu, intenſis manibus, & flexis genibus Theophanem eſſe veneratum;

b 1. Cor. 12.

Theodor. reſponſio ad Imp.

b li. 2. ep. 2. ex eod. colum.

c li. 2. ep. 18.

dum

A dum neuter alterum videret, ſed acie ſpiritus ſe mutuo viderent. Nec multo poſt Theophanes quoque, ab Eccleſia eiectus, infinitisque vexatus modis, confeſſoris coronam deportauit.

Relegato Nicephoro ſolium Archiepiſcopale indigne cōſcendit Theodotus quidam Meliſſenus, & Spathariorum numero, homo leuis, rudis, & impurus, qui poteſtate fretus Imperatoris plano, & pleno ore Iconoclaſtarum hæreſim promulgauit. ex Theoſterićto, & Cedreno. Tunc & Niceta Patricius, qui Dux fuerat Siciliȩ, relicta dignitate factus monachus, non acquieſcens Imp. circa imagines, relegatus eſt: Aemilianus item Epiſcopus Cyzici, & Michael Synnadorum, vel Sinnaculorum: Menologium. *Theodorus*, inquit Michael, *proculcationem imaginum ægerrime ferens, rem excogitauit, qua, & hoſtes ſimul vlciſci poſſet, & nos magis*
B *magiſque confirmare. Monachos omnes, qui in eius monaſterio erant, imagines accipere iubet, eaſque manibus ſublimes geſtare totumque monaſteriu ambitum circumire, hymnum illum dicendo,* IMMACVLATAM IMAGINEM TVAM ADORAMVS O BONE, *& quæ ſequuntur hymni ſacri, atque alios pariter victori Chriſto triumphales hymnos.* Quibus auditis, indignatus Imperator minas mortis intentat, ni deſinat. At is non modo nihil remiſit, ſed maiorem fiduciam ſumpſit. Indixerant hæreſis propugnatores cum nouo Patriarcha Concilium, ad illudq; euocarunt Epiſcopos & monachos, qui confluentes ad Sanctum Theodorum, quærebant quid agerent. At ille nomine omnium Præpoſitorum grauiſſimam epiſtolam ſcripſit hoc titulo [a]. Iconomachia ſyno. ali. 2. ep. 1.

ICONOMACHICAE SYNODO. eandem recitat Michael, ſed contractim.
C ſumma eſt non licere ſibi, ex diuinis canonicisque legibus, præter Epiſcopi ſui ſententiam, in ijs quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinent, nedum quæ ad Dogmaticas quæſtiones deducunt, quidquam dicere agere ve. eoque minus, quo audiant eam ſynodum comparatam ad ſecundam Nicænam euertendam, indeque exclamant, & deplorant tantam rei indignitatem, & dogmaticam circa imagines firmam cultus imaginum profeſſionem edunt. Quibus perlectis iras effundunt in latores, ipſos plagis afficientes. Interim vero quid malignantium Concilium ſtatuerit, paucis ſignificat Theodorus epiſt. ad Patriarcham Antiochenum. *Synodus facta eſt*, inquit, *ueterem illam impiam confirmans, & orthodoxam, Nicænam ſcilicet, anathemate damnans.*

Tunc & S. Pater noſter Niceta, inquit Theoſterictus, *in carcere maleolente, &*
D *ſordido clauſus fuit, per multos dies, indeque in exilium abreptus. Theodorus uero*, ait Michael, *accepto exilii decreto, omnes ad ſe diſcipulos euocat, & ſalutaribus monitis inſtructos, flens flentes; triſtis triſtes relinquit, qui longe in exilium, & in carcerem abſtractus, non deſiuit uerbis, & ſcriptis fidem ſanctarum imaginum omnes docere, & profiteri.* hæ vero ſunt epiſtolæ in carcere ſcriptæ, quæ ferme omnes integræ diuinitus conſeruatæ ſunt; præclare ille quidem, & repręſentantes Apoſtolicam dictionem. Primum omnium patentem circularemq; epiſtolam [b] dogmaticam, ſiue cathecheticā, (ſic enim ipſe eam appellat) ſcripſit ad eos, qui cauſa ſacrarum imaginum cultus exules, vel extorres, vel in carcere eſſent, hortans omnes vt perſtent in fide Catholica, roborans infirmos, & puſillanimes erigens. digna plane quæ legatur, eam nos, vt pleraſque alias inſtitutæ breuitatis cauſa prætermittimus. b li. 2. ep. 8. ex cod. colum.

E Porro aduerſus Theodori monachos inſurgens tyrannus, per Bardam quendam propinquum ſuum tentauit a fide Catholica, vt Paſtore deſtitutos, diuellere. hic primum nactus Thaddæum monachum, ad aliorum terrorem, eum in fide conſtantem, adeo ſæue verberari iuſſit, vt inter impacta verbera emiſerit ſpiritum. Eſt de his Theodori ad Naucratium [c] diſcipulum epiſtola, quam tamen vult eſſe communem, certe ſuauiſſima, cuius ſaltem partem libet adſcribere. Thaddȩ⁹ Martyr. c lib. 2. ep. 3.

Gaudium mihi, & dolor; Iubilatio & luctus; in affectuum duorum medio poſitus, nec ſtatuere poſſum ad utrum me conuertam. Veruntamen uincit, qui Satanam uicit, & Principes, & tortores ſæculi huius. Morti pro Chriſto datus eſt, Chri- Elogium martyris.

ſti agnus

ſti agnus flagellis concißus Thadæus, ramus meus, viſcera mea, filius obedientiæ, ſurculus pietatis, Apoſtoli cognominis. Gaudium immenſum, inſuperabilis lætitia, non mihi tantum puſillo, ſed Angelis pariter, & hominibus. Quam magnificata ſunt opera tua Domine, quod nunc etiam in humili generatione iſta incorruptum veritatis tuæ teſtē produxiſti, & hunc non ex ſapientibus, aut nobilibus mundi eius, &c. ex quonam mihi abiiſti, o beate fili, vbi tam cito exaltatus es in martyrum album adſcriptus? o ſortem tuam, o generoſitatem tuam; o prudens conſilium tuum, vno die infinita ſæcula promeruiſti, per cruciatuum tormenta inexpugnabilem lætitiam adeptus es. centum, & triginta verberum ſuffragio plenam laboris mercedem a ſancta Trinitate cum martyribus accepiſti &c. Oro te Sanctæ Thadæe, intercede pro me indigno famulo tuo: neque enim audeo te filium appellare &c. Inde deplorat lapſos ex ſuorum numero, & alios hortatur ad martyrium. A B

Quod ad Leonem Imp. ſpectat, qui res Venetorum ſunt perſecuti, & inter alios Sabellicus, tradunt ab eodem Imperatore miſſas ad Ducem Venetiarũ (hic erat Angelus Patriciacus) ſacras reliquias: quod mirum videri debet, vt quas ipſe non coleret, aliјs colendas mitteret; niſi dixerimus hiſce muneribus deuincire ſibi conatum animum externorum, quæ ipſe contemneret, & ab illis plurimi fieri cerneret. Sunt hæc auctoris verba. MISIT (inquit) LEO, PVBLICE VENETIAS ZACHARIAE CORPVS, CVM PARTE SACRATISSIMAE CRVCIS, AC DOMINICAE VESTIS, ET ALTERIVS, QVAE DEIPARAE FVIT VIRGINIS. QVAE PATRICIACVS NOVO INTVLIT TEMPLO, QVOD ZACHARIAE NOMINE STATVENDVM CVRAVIT.

Caroli M. Imp. obitus.

Hoc anno, menſe Ianuario, ſeptimo die, quàm decubuerat Carolus M. perceptis rite ſacramentis, moritur anno ætatis 72. Regni 47. Imperij 13. & Aquiſgrani ſepelitur, enſe accinctus, cum ſceptro, & corona, Euangelium aureum tenens manibus, plane habitu Imperiali, genibus flexis, magno vniuerſorum luctu. Hæc fere conſentientes, qui eius vitam ſcripſerunt, Eginhardus, Monachus Engoliſmenſis, & Theganus. Meminit Eginhardi vitæ Caroli Lupus Abbas Ferrarienſis epiſtola ad ipſum Eginhardum, vt de ea dubitari non poſſit. Carolus vere Magnus talis, ac tantus fuit Imp. vt nullus fortaſſe illi æquari poſſit, ſiue rerum geſtarum magnitudinem, ſiue religionem ſpectes, ſed nec in moribus haberet æqualem, niſi coniugalem caſtitatem, concubinarum introductione fœdaſſet. ſed poſterior, maculas iſtas pœnitentia iugis abſterſit, dum carnem ſuā ſenilem licet, cilicino, ſuper nudum corpus inhærente iugiter indumento attriuit. Porro egregiarum ipſius virtutum merito Eccleſia Gallicana eius diem natalem celebrat, habentque inter ſanctos recenſitum Aquiſgranenſis Eccleſiæ tabulæ. C D

Colitur ĩ Eccl. Belgica. a Cardin. Oſtienſ. & Io. Andr. in c. 1. de Reliq. & vener. SS.

Friderico Imp. poſt annos 166. Paſchalis Papa dictus in numerum Sanctorũ eum adſcripſit. cuius rei geſtæ aſſeruari Diploma in Aquiſgranenſi eccleſia tradunt. Verũ quod Paſchalis ille haud legitimus Pontifex fuit, ſed ſchiſmaticus, eiuſmodi canonizatio haud recepta eſt ab Eccleſia Romana, ob quam cauſam nec nomen eius illatum eſt in Rom. Eccleſiæ Martyrol. Sed quod non reperiantur legitimi Pontifices illud Diploma aboleuiſſe, aut impugnaſſe, aut prohibuiſſe, res ſic, tacita permiſſione, ſiue tolerātia perſeuerat, vt ſcilicet in propria Eccleſia, vbi ſepultus fuit in Galiјs coleretur. Ita quidem canonum præcipui interpretes declararunt [a]. Cæterum propagatus poſtea noſcitur eius cultus in alias Eccleſias Belgij, atque Germaniæ, in quibus idem Carolus colitur, & celebratur, quibus fauent plures Francorum hiſtorici. E

Mortuo Carolo, Ludouicus filius Imperator Aquiſgranũ de Aquitania veniens, poſſeſſionē oĩum eius Regnorũ ſuſcepit, abſq; vlla cōtradictione. De theſauro Patris dedit ſororibus partē legalē, & quod amplius remanſit, dedit pro aĩa Patris. Maximā partē theſauri Romā miſit ad Leonē Papā, & quidquid ſuper hoc remanſerat, ſacerdotibus, pauperibus, aduenis, viduis, & orphanis diſtribuit, nihil ſibi reſeruās, præter vnā menſam argenteā ob amorē patris, & tamen eā dato pretio redemit, qđ pro Patre tradidit. Ex Thegano ſcriptore rerũ Ludouici eius tpis; qui pgit narrare de aduētu

legatorum

A legatorum ex omnibus Regnis fidem, & ſpontaneum obſequium offerentium, legatorum item Imp. Conſtantinopolitani cum legatione Caroli ad eum. Eodem anno, inquit, Ludouicus, Imperator iuſſit renouari omnia præcepta, quæ ſub temporibus fratrum ſuorum geſta erant in eccleſijs Dei, & ipſe manu propria ea cum ſubſcriptione roborauit. Subdit de alijs legationibus ad nouum Imperatorem, & ipſius ad diuerſos Principes.

Chriſti Annus	*Leonis* P. 3.	*Ludouici* 2. / *Leonis Armeni* 2.	*Impp.* / *Ind.* 8.
815	20		

B

CArolo Magno Imperatore, qui Romanæ Eccleſiæ, & Leonis Rom. Pont. protectionem ſuſceperat, de medio ſublato, quaſi iam omni deſtitutus eſſet Ro. Pont. auxilio, aliquot Proceres Rom. conſpirarunt, vt eum occiderent, cuius rei indicio ad eum delato, omnes eius factionis auctores eius iuſſu trucidati ſunt. Quod cum ad Imperatorem in Germaniam agentem delatum eſſet, ægerrime tulit, & Bernhardum Regem Italiæ nepotem ſuum, ſtatim in Italiam ad rem cognoſcendum, miſit. Is Romam cum veniſſet, quæ comperta habuit, per Gerholdum Comitem, qui ad hoc ei legatus erat datus, Imperatori nunciauit. Quem legati Pontificis Io: Epiſcopus C Siluæ candidæ, Theodorus Nomenclator, & Sergius Dux ſubſequuti, de ijs quæ Domino ſuo obijciebantur, per omnia Imp. ſatisfecerunt. Hæc ex Annalium ſcriptore Ludouici domeſtico. qui ſubdit; Leone Papa grauiter ægrotante, Romanos eius inimicos collecta manu, villas, quas per ſingularum ciuitatum agros conſtruxerat, inuaſiſſe, & direptas incendio concremaſſe: indeque Romam, vtque ſibi erepta quærebantur, reciperent, iter intendiſſe. quo comperto, Bernardum, per Vinigiſum, Ducem Spoletarum, eorum conatum repreſiſſe, atque de omnibus Ludouicum edocuiſſe. Eadem fere, & alij eius temporis ſcriptores.

Quod vero pertinet ad res Orientales, Imperator cum cogitaſſet exilijs Patrum nihil aliud perfici, quam vt illi alacriores redderentur, conſilium mutat, & poſt quinque dies euocatos, & liberos per aliquot dimiſſos, quo ad ſtatueret, qua ratione illos in ſuam ſententiam pertrahere poſſet, tradit Ioanni cuidam nefario homini excru- D ciandos, qui tetris illos incluſos cuſtodijs, varie affligebat. erat enim Imperatori propoſitum, vel in ſententiam ſuam adducere, vel vita priuare. Cum autem aduerſarij illos vidiſſenr malle mori, quam veritatem prodere, dederūt operam, vt illos eo nomine deciperent, quod nihil aliud ab eis quæreretur, niſi, vt ſemel cum Theodoto Patriarcha communicarent, neque quidpiam aliud facerent: deinde ſinguli ad ſua monaſteria regredi poſſent, cum ea fide, & ſententia quam haberent. Hac conditione exiernnt Patres illi, ſi decet eos Patres appellare, qui velut in palæſtra quadam ſupplantati ſunt, quamuis eam rem in ardentem quendam feruorem poſterius cōuerterint, ob idq; carcere detenti fuerint. Qui venientes ad B. Nicetam perſuadere illi inſtiterunr, vt in modica re illa ſecum conſentiret, ne totum perderent. ceſſit illis tandem ſanctus Senes illos reueritus. Quamobrem omnes ad Theodotum adducti, E cum eo communicant, manum illi dantes. cum diceret; Qui non adorat imaginem Chriſti, anathemati ſubijciatur. Reliqui Patres, in ſuum quiſque monaſterium, quod regebat, abierunt. S. vero Niceta, cum quantum deliquiſſet agnoſceret, longius abire ſtatuit, ibique errorem emendare. Sed cum longius nauigio prouectus eſſet, mutata ſententia, vbi, inquit, erratum eſt, illic opus emendationem fieri, atque ita redit Conſtantinopolim in priore ſua confeſſione perſiſtens. Quod vt cognouit Imp. & tentatum, firmum in ſententia perſtare vidit, in Inſulam Glyceriam deportari mandat, & homini ibi crudeliſſimo cuſtodiendum tradi, qui per ſex annos illum

Monachi excruciātur.

Fraude ad cōionē cū pſeudo patr. adducuntur.

S. Niceta errore cognito, cōmunionē eius auerſatur.

Relegatꝰ, & carcere maceratꝰ.

varie afflixit. Hæc ex Theoſterićto paulo breuius in Niceta. Sed ad Theodorum redeamus, qui non fuerat euocatus cum alijs, ne ſua præſentia, & verbis alios confirmaret: hic igitur audito naufragio tot Præpoſitorum monaſteriorum magno dolore affectus ſcripſit ad Ioſephum [a] germanum ſuum Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, eorum caſum deplorans, eumque hortatus eſt ad conſtantiam. Eodem fere argumento ſcripſit ad Naucratium [b] vnum ex diſcipulis ſuis, valde carum, & per eum ad alios. qua etiam expoſtulat de lapſu Præpoſitorum, plurimum deteſtans Ioſephum illum inuerſorem canonum, omnium peccatorum licentiam prædicãtem, ex diſpenſationis indulgentia, A

a li. 2. ep. 9.
b li. 2. ep. 10.

Cum ad aures Imperatoris perueniſſet ſedulum Theodori ſtudium, verbis, & ſcriptis omnes inſtituendi, & confirmandi in cultu ſanctarum imaginum, Nicetã quemdam miſit, cui omnia fidere ſolebat, vt longius abductum ſanctum omnium allocutione priuaret, & incluſum verberibus concideret. Qui cum eum ſponte nudaſſe corpus ad excipienda flagella, vt rem optatam, vt iampridem expectatã vidiſſet, compatiens, ac repente miſericors, venerandas illas carnes, quas ætas, & ieiunia ad ſummam maciem perduxerant, ne attingere quidem ſuſtinuit, nedum flagris dilaniare. cum obſeruaſſet igitur vt ſoli eſſent, ad fallendum Imperatoris imperium callidum quiddam excogitauit vt ouis tergore recens detracto, illius humeris impoſito, in eos verbera innocua diſtrinxit, & ſanguine de vena lanceolæ ictu ſibi detracto, flagra imbuit, & anhelitum ex fatigatione ſimulauit. Ita pius ille benedictionem a ſancto referens, eiuſque precibus comitatus redijt maxima pulcherrimi operis mercede honeſtatus. Nec vero diuinus Pater mollior deinceps, aut remiſſior fuit, ſed conſtantior & erectior perſtitit, omnes, quos poſſet, litteris confirmans, & ad perſeuerantiam in cruciamentis adhortans. B C

Theodo. cędendus traditur. Carnifex mitis factus præclaro cõmẽto Imp. iuſſa eludit.

Eodem tempore in Occidente, cum Hiſpaniæ duriſſimo Sarracenorum iugo premerentur, complures populi diræ ſeruitutis impatientes, inde migrarunt, bonis ſuis relictis, in Gallias. Quos Imp. maxime pius Ludouicus tantum abeſt, vt ſuſcipere eos voluerit in ſeruos, vt æqua conditione qua Francos, illos omnino voluerit eſſe liberos, concedens eiſdem quoque agros, quos colerent, vnde viuerent. Sed & quod maius eſt, a tributorum exhibitione voluit eſſe immunes. Extant de his Diplomata duo eiuſdem Imp. a Pithoco edita ex Archiuis Metropolitanæ Narbonenſis Eccleſiæ in Annalium Francorum Tomo, quæ tibi auctor in Annalibus ſuis exhibuit. Sed quid poſt primam conſtitutionem accidit? Qui ſua patria extorres a Ludouico Imperatore ſunt tantam miſericordiam conſecuti, ijdem a ſuiſmet hominibus qui inter eos potentiores erant, Hiſpanis pati cœperunt diram tyrannidem, cum ab eis cultis priuarentur agris, & redigerentur in ſeruitutem. Ita male ſuaſit cæca dominandi libido, vt Comites Hiſpani, qui nuper ſub iugo præmebantur Sarracenorum, eo liberi, iam illo ipſo ſuorum colla Gentilium, qui in libertatem fuerant vindicati a Ludouico, prægrauare tentarent, eoſdemque conſtituere dira tyrannide ſibi ſeruos. Quamobrem miſeri illi cum conqueſti eſſent apud Ludouicum, ab eo aduerſus eos reſcriptum ſunt conſecuti, anno ſequenti. D

Hiſpani ſeruitute preſſi migrant in Gallias.

Hoc ipſo anno Ludouicus aduerſus Nortmannos miſit exercitum, qui, abſque pugna, acceptis obſidibus, redijt. Ita veteres Annales Francorum, cuius etiam expeditionis meminit Claudius Scotus huius temporis ſcriptor, in præfatione ſuæ interpretationis in Matthæum. E

Ludo. Imp. exercitũ mittit i Nortmãnos.

Chriſti Annus	*Leonis* P. 3.	*Ludouici* 3.	Impp.
816	21	*Leonis Armeni* 3.	Ind. 9.

HOc eodem anno, Theophanes Præfectus monaſterij Sigriani, qui & Iſacius dictus, cuius rei geſtæ extant Græce ſcriptæ, ab incerto, ſed eius temporis auctore, ad certamen vocatur.

Perſecutio Leon. Theoph. Conf.

Hunc

A Hunc Leo Imp. prætextu quod profecturus ad bellū, eius precibus armari vellet, ad ſe euocauit. Qui cognita hominis malitia, cum ex calculi morbo decumberet, naui deductus Cōſtantinopolim venit. Sed eius conſpectum non ferens Imp. ad eum miſit, qui blanditijs, & minis eū tentaret in perfidiam pertrahere. At ille tale reſponſum reddidit, vt admiraretur quidem Imperator eius animi conſtantiam, ſed non deſperaret victoriam. tradit illum igitur Sophiſtæ cuidam præſtigiatori & Mago, qui, ſe victum faſſus, ſuaſit Imperatori, vt illum dimitteret. At tyrannus in carcerem eum compingit, adhibitis cuſtodibus, ne vllius conſolatione frui poſſet. vbi duos annos cum fame, & mille incommodis paulatim contabeſceret, in Samothraciam deportatur, ibique tribus, & viginti diebus cum vixiſſet, ſpiritum Deo reddidit. Corpus piorum manibus in lignea arca compoſitum, & cantibus, pro more, elatum, admirandis gratijs a Deo fuit illuſtratum.
B

Cum enim lues in pecora illius inſulæ deſæuiret, aqua ad eius ſepulchrum admota, pecora peſte laborantia, ea aſperſa, liberabantur. Eius obitus contigit 10. Martij, quo anniuerſaria memoria in Eccleſia celebratur.

Tunc & Stephanus (alter a priori) idem ſubiens certamen, poſt multa ſupplicia relegatus, eandem promeruit coronam. Menologium 27. Martij. Stephan. Cōfeſſor.

Exulauit pariter & Coſmas Chalcedonenſis Epiſcopus, qui & ipſe inter ſanctos confeſſores receptus celebratur in Menologio 18. Apr. Coſmas Conf.

Hoc eodem anno, creſcente in dies magis perſecutione, Theodorus Studitarum Præfectus, actus in exilium, rurſus reuocatur ad verbera, in eodem carcere in quo detinebatur, ob clericum Aſiaticum, ex hæretico, ab eo conuerſum ad fidem Catholi-
C cam, cuius rei cauſa ab Epiſcopo loci illius delatus eſt Theodorus ad Imperatorem, cuius iuſſu, quam diriſſime eſt laceratus verberibus, ac poſtea arctiori carcere preſſus. Hæc Michael pluribus, quæ tu legas in Annalibus. ex eo diriori carcere, auditis Naucratij, & aliorum fuſtigationibus, ad ipſum ſcripſit epiſtolam [a], ipſis in primis congaudens, ſimulque iungens, quæ ipſe paſſus ſit verbera, non oſtentans, ſed ſumma animi demiſſione recenſens. Cum autem viderentur aduerſarij velle illos fame conficere, & extinguere, inquit Michael, Theodorus, inter alia, ſic ad ſocium. Et quoniam mihi, præ cæteris, Dominici corporis participatio, corporis ſimul, & animæ alimentum eſſe ſolet (habebat enim vbique Pater ſecum partes aliquas viuifici corporis, peragebatque diuina myſteria quandocumque celebrandi facultas erat) hunc ego ſolum cibum capiam, alium penitus nullum deguſtans: tibi vero vni ad vi-
D ctum cedant, quæ duobus præberi ſolent: quamquam id ægre ſibi ſuffecturum ſit, vt pote exiguum. Sed ſic fortaſſe corpuſculum ſuſtentabis, hoc leui ſolatio, & vitam produces; exceſſumque meum œconomo, & fratribus, nunciabis, ſi quidem ita ſtatuet Dominus. Verum qui implet omne animal benedictione, haud quaquam famulum ſuum deſpexit, ſed per illuſtrem quemdam, primas apud Imp. obtinentem, illac iter facientem illi prouidit. Is enim audito Sancti ſtatu, fiduciam præbente potentia, victum affatim præberi illi iuſſit in poſterum. Sed, & ante hæc, magna Dei prouidentia factum, vt ipſe Theodorus, & Nicolaus concaptiuus a ſancta virgine iam vetula de ſupernis domus eius, qua detinebantur, in carcere alerentur, vt indicat eiuſdem Theodori epiſtola [b] ad ipſam data, quæ extat, ſine principio; qua eius laudes prædicat. Cum igitur ſic Magnus Theodorus in carcere detineretur, de lapſis
E ad ipſum Naucratius ſcribit, ijs videlicet, qui hoc anno, vt vidimus, per hæreticos in tranſuerſum acti; admiſſi mox ſceleris pœnitentes, ad ſuos rediere, ab eis in eccleſiam recipi poſtulantes.

Theodo. verberat.
a li. 2. ep. 34.
Participatio Dñici corporis, corporis, & aię eſt alimentū.
Theodo. circūferebat Euchar. ſub altera tantū ſpecie.
b li. 2. ep. 94.
Ad Naucrat. de lapſis.

Ad quem, hæc, inter cætera. *De illis autem quod ſcribis, erroris ſui pœnitentia duci, erga eos qui e corpore noſtro ſunt (noſtris ſcilicet monachis) medici ſumus, quamuis indigni. Quam igitur pœnam Oreſti, qui ad nos huc venit, per fratres indiximus, (neque enim conuenire multas ob cauſas viſum eſt, vt in conſpectum noſtrum admitteretur) hanc eandem, & cæteri ſuſcipiant vna cum aliis obſeruationibus. Quouſque tandē rogas? Quo ad orthodoxæ fidei redeat trāquillitas. ſi mors interueniat,*

communi-

communicent. remiſſum illis peccatum arbitramur. Quod vero ſignificaſti vos de hac, & illa re inter vos diſſidere; tollite quæſtiones iſtas, & mutuam pacem habetote. Non ſicut qui ab hæreſi conuertuntur, recipiendi ſunt iſti, quamquam & illic quoque non leue diſcrimen ſit, huius ad illam; ſed tanquam qui Dei nomen abnegarint, vel ad eius abnegationem Chriſtomachis communicarint, ſeu metu adacti, ſeu aliam ob cauſam. Ad huius enim abnegationem manifeſto communicarunt ſacram eius imaginem negantibus: quia imaginis negatio ad prototypum tranſit, vt clamans clamat. S. Baſilius, nec aliter res ſe habet, tametſi negationem eleuare quidam velint. & paulo poſt. *De his autem qui extra fraternitatem noſtram ſunt, quis ego ſum, vt verba faciam? ſi cogat tamen quiſpiam, quoniam quæ plenitudo legis eſt dilectio, ſuam quoque medelam habet: hoc ipſum dico, quod de noſtris, nam & noſtri ſunt etiam illi &c.* Sed de his, lapſis ſcilicet recipiendis, aliæ plures extant Theodori epiſtolæ tempore carceris ſcriptæ.[a] A B

a li. 2. ep. 6. 19. 20. 32. 40. 45 50 68. 95 101. 119. 134. 154. 202. 211.

Quicumque enim ſalutis ſuæ cupidi eſſent, ad ipſum, vti virum ſanctiſſimum, & doctiſſimum confluebant. Ipſe vero regulam diſciplinæ adhibens, ex ſacrorum canonum præſcripto cuncta moderabatur. diuerſis enim caſibus, diuerſæ reſponſiones debebantur. Sicut cum ad Tabalæum [b] diſcipulum, inter alia, ſcribit. *Contra voluntatem eſt,* inquit, *ſi quis orthodoxi os violenter aperiens, hæreticam communionem infundat. quod fecerunt olim hæretici, & faciunt,* (vt accepi) *huius* temporis Chriſtomachi.

b li. 2. ep. 32.

Moniales 30. vnius monaſterij pro imaginib. patiũtur.

Sed quid accidit admiratione dignum? Quo tempore tot Præpoſiti monachorum, & alij qui videbantur eſſe columnæ, corruerunt, erigunt vexillum confeſſionis feminæ; ſexu fragiles, moniales ſiquidem 30. vnius monaſterij, ea de cauſa & carcerem, & verbera pertulerunt, ad quas extat eiuſdem Theodori epiſtola [c], qua ipſas commendat, & hortatur ad perſeuerantiam. C

c li. 2. ep. 59.

d li. 2. ep. 182.

Ad Reginam Mariã olim deiectam in monaſterium, Theodo.

e Matt. 11.

Enituit & tunc Imperatricis Mariæ confeſſio: hæc illa eſt quæ nupta Conſtantino Irenæ filio, (cum ipſe præter ius faſque mœcham ſibi in coniugem coniunxiſſet) in monaſterium detruſa, ea occaſione bene vſa, adeo profecit vt hoc perſecutionis tempore victricem ſibi texuerit in confeſſione coronam, exilium paſſa, prout ipſius Theodori ad eam epiſtola [d] ſcripta ſignificat. *Pertuliſti ergo, vt ab initio proueha*tur oratio, *iniuſtum coniugis diuortium, ab imperio ſimul itidem auulſa, cuius rei cauſa concuſſus eſt mundus. Miſerandum ſpectaculum. Adultera purpuram gerens, & Regina pullo amictu tecta. Famula imperans, & domina ſeruiens. atque, vt cetera omittam, quæ tibi, quæ paſſa es, notiora ſunt, quam nobis ignorantibus: exilium pro veritate pertuliſti, a proprijs viſceribus ſeparata. Ex quo, & dolor tibi ſummus, & laus præcipua erga Deum pioſque omnes. Tertia plaga hæc eſt, de qua, quid deceat, proferre iuſſi ſumus. & alia quidem alij pronunciant. Filiam matri adeſſe, eamque ſequi oportere. Hoc enim, aiunt, videre eſt in belluis natura fixum inſtinctum. At nos tenues, illud Domini, quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?* [e] *atque iterum. Si quis venit ad me, & non odit filiam, non eſt me dignus. religioſam pietatem tuam domi manere, Auguſta palatium tenente, in quo cernitur Euãgelicus gladius ſectionem inducere. Hæc ignoſce, Domina, cum multa cordis attentione, & ſolicitudine auſi ſumus, tamquam in aurem loquentes, ſcribere, pro ambabus orantes meliora, & ſaluti propiora. & nunc, & in futurum.* Hæc Theodorus ad Mariã, cum eius filia Auguſta tunc regnans, matrem Mariam ad ſe ſtuderet; vt ſecum degeret, euocare. quod fieri non debere, ex Euangelica lege admonuit, ne, ne cum hæreticis communicaret aliquo modo, vel communicantibus cum hæreticis communicatione vllatenus iungeretur. D E

Theodo. plurimas, ſcrib. litt. varij generis

Credi vix poteſt, quot hoc tempore litteras ſcripſerit, hortatorias ad Martyrium, cathecheticas ad inſtructionem, dogmaticas aduerſus hæreticorum obiectiones, conſolatorias ad concaptiuos, luctuoſas ad lapſos, canonicas ad reſipiſcentes, remedia ex præſcripto canonum continentes: vt plane in ſummo ocio, & maxima libertate conſtitutum fuiſſe quis dixerit, qui cuncta ab eo hoc tempore conſcripta conſideret, &

A plures illi inſeruiſſe notarios, famulos aſtitiſſe, tabulas ex confertis armarijs miniſtrantes, & tabellarios aſtitiſſe paratos. Summa eſt hæc potentia verbi Dei, qui omnia quæcunque voluit fecit in cęlo, & in terra.

Numerum excedit ducentarum epiſtolarum ſumma, quas exul, & in carcere conſtitutus conſcripſit. Extant ipſæ ſingulæ, ex quibus paucas, quæ magis ad contextum hiſtoriæ ſpectare noſcuntur, Auctor in Annalibus, tibi deſcribit, nos breuiter indicamus. Hoſtis humani generis cum plurimum cruciaretur ipſe ſanctorum cruciamentis, ad fraudes confugit, & per hæreticorum linguas ſpargit non expectandas martyrijs coronas de ſupplicijs pro imaginum cultu; ſed ſicut pro imaginibus fuiſſet ſuſceptum certamen, ita imaginaria ſpes eſſet de præmio conſequendo. Quibus mox occurrens Theodorus ad omnes Chriſti confeſſores vbique degentes, ſcribit epiſtolam [a], qua primum eos laudat, qui talia paterentur; deinde, ex eo quod imago refertur ad prototypum, probans, qui Chriſti imaginem neget, Chriſtum negare, itemque qui patitur pro cultu imaginum, patitur pro cultu prototypi, Chriſti, Mariæ, Angelorum, Sanctorum; eodem argumento aliam [b], ipſo quoque tempore ſcripſit ad Abb. quemdam in carcere conſtitutum. Quod autem ærumnis confectus putaret haud diu ſe ſuperſtitem eſſe poſſe, & hoc prouidit, vt quaſi proxime moriturus, vice teſtamenti, epiſtolam [c] ſcriberet, qua veniam peteret, ſi quem ex fratribus offendiſſet, ſignificans & ipſum pariter ignoſcere illis, a quibus eſſet offenſus, manens tamen lapſos de perpetrato delicto debere peragere pœnitentiam.

(Margin: a li. 2. ep. 21. — Imaginē Chriſti q. negat, Chriſtū negat. — b li. 2. ep. 23. — c li. 2. ep. 22.)

Quod ad hoc ipſum quoque tempus ſpectat, poſt elapſum ſcilicet perſecutionis biennium, idem Theodorus litteris [d] veneratus eſt Theophylactum Epiſcopum Nicomedienſem, egregium confeſſorem. & rurſum ad eundem eodem argumento ſcribens [e] deplorauit ſtatum deformem eius temporis Eccleſiæ. Enituit quoque hoc tempore Theophili Epiſcopi Epheſi, decorata ſanguine, clara confeſſio, quo nomine, duplici epiſtola [f] plurimum a Theodoro commendatur. Inter alios Epiſcopos confeſſores nobilitatus eſt valde Ioſephus ipſius Theodori Germanus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, de quo ſuperius ſæpius. qui, tum verbis, tum ſcriptis fidem Catholicam aduerſus Iconomachos fortiſſime propugnauit, vt indicant eiuſdem ad eum redditæ Theodori litteræ [g] in quibus memorat de aliquibus lapſis, & incentibus, vt Leontio, *qui antea*, inquit, *mœchis adhæſit, & nunc Princeps eſt Iconomachorum, & ob eam cauſam, & Studianum obtinuit, & Saccundioni iniuſte dominatur.* Monaſteria hæc erant, quorum alteri ipſe, alteri S. Plato præfuerat. de alijs iam erectis, & de alijs fortiter ſtantibus.

(Margin: d li. 2. ep. 4. — e li. 2. ep. 26. — f li. 2. ep. 41. & 70. — g li. 2. ep. 31.)

Petrum quoque Nicænum Epiſcopum, cum cecidiſſet ad horam, monaſteriorum Præfectis communicans, & poſt erectus iacturam Epiſcopatus feciſſet, laudat epiſtola [h], qua omnis illa prior ex ea contagione infamia prorſus abſtergitur.

Quod vero perdifficile eſſet, quot reperirentur Epiſcopi exules, totidem ad ſingulos ſcribere litteras, vnas [i] communes omnibus dedit, conſolatus eos & hortatus pariter, vt ſua auctoritate alios confirmarent. In quibus illud, inter cætera. *Si qua virtus, ſi qua eſt laus diſciplinæ, hanc perſcribite. & quomodo adorādus ſit imagine expreſſus Chriſtus homonyme, an ſynonyme: quoniam quidē hoc orthodoxæ, illud vero contrariæ eſt ſententiæ. Et quomodo intelligatur adoratio erga Chriſtum, eiuſque imaginem; vna ne an duæ: quandoquidem hoc noſtrum, illud vero Iconomachorum. quorum enim vna eſt, & hypoſtatica eſt ſimilitudo: horum vna, & eadem eſt adoratio, præterquam quod imaginis ſubſtantia nequaquam adoratur.*

(Margin: h li. 2. ep. 24. — i lib. 2. ep. 87.)

Quod ad res Occidentales pertinet, hoc eodem anno Prid. Id. Iun. Leo Papa cum ſediſſet annos 20. menſes 5. & dies 17. vt Anaſt. habet, ex hac vita migrauit. cuius aliæ res geſtæ, certo anno non conſignatæ, deinceps ſunt deſcribendæ. Scriptores oēs, qui res Hiſpaniarum ſunt proſecuti, æque teſtantur, huius auctoritate Pontificis factum, vt ſedes Epiſcopalis Hirienſis Eccleſiæ transferretur Compoſtellam, id expoſcente Alfonſo Rege, cognomēto Caſto, per Carolum M. ab eodē Leone Rom. Pont.

(Margin: Inuentio S. Iacobi Apoſtoli.)

cuius rei illa fuerit cauſa, quod reperto Compoſtellæ venerando corpore Sancti Iacobi Apoſtoli fratris Ioannis, atque miraculis inſigniter illuſtrato, Apoſtolici culminis reuerentia dignum viſum, vt locus ille Epiſcopalis ſedis inſigniri deberet honore: quod per eundem Leonem 3. Rom. Pont. feliciter impletum affirmant, hiſque initijs iacta eſſe Compoſtellanæ Eccleſiæ fundamenta. Sed longe poſt iſta tempora aliquando accidit vt Præſul eiuſdem eccleſiæ Compoſtellanæ ſibi ſumeret maiora conceſſis, erigens ſe aduerſus Archiepiſcopum Toletanum. Quæ res tanta agitata eſt in Concilio M. Lateranenſi ſub Innocentio 3. vbi Toletanus refutata Sancti Iacobi prædicatione in Hiſpania, cuius certi nihil extet, refutauit etiam eiuſdem Eccleſiæ Compoſtellanæ antiquitatem, quam ille prædicabat, ſic dicens. SI ANTIQVITATEM inquit, COMPOSTELLANAE ECCLESIAE PRO TE FACERE EXISTIMAS, ANTIQVITAS ISTA CENTVM, ET NOVEM ANNORVM. (*alias, minus nouem*) SPATIO CONTINETVR, *quod ſic perſuadeo. Dominus Calliſtus Papa ad inſtantiam Principis, & populorum Hiſpaniæ Metropolicum ius antiquæ, & celeberrimæ ciuitatis Emeritenſis Compoſtellam tranſtulit, Anno D.* 1124 *tum quia ciuitas Emeritenſis erat ſub dominio Sarracenorum conſtituta; tum quia peregrinantium deuotio ob reuerentiam Beati Iacobi, cuius corpus ibidem creditur eſſe ſepultum, in melius ſemper creſceret. nam vſque ad hæc tempora oratorium quoddam admodum paruum erat locus ille, in quo nunc ſita eſt Compoſtellana Eccleſia*. Aduerſus quæ cum non haberet Compoſtellanus quid afferret, cauſa cecidit: qui & ſponte, credo, abſtinuit a citatione fabuloſi Turpini, (ſi tamen commentitius ille liber tum extabat) PſeudoIſidori, PſeudoBedæ, vel aliorum quos aſſertores eius ſniæ poſtea prodidere. A B C

De Tranſlatione venerandi corporis Sancti Iacobi, eodem anno, quo truncatus eſt capite, facta, ad Iriam Flauiam in Gallæcia, inde vero Compoſtellam, citatur epiſt. eiuſdem Leonis 3. poſt vero vrgentibus perſecutionibus, mortuis, qui detulerant, & occuluerant, eius memoriam penitus interijſſe; ſatis colligitur ex Venantij Fortunati carmine de Bodegiſilo Duce, qui quidem Fortunatus floruit ſub Iuſtino Imp. circiter A.D. 570. quo vſque tandem, poſt tot ſæcula, ſub pio Principe Alfonſo Caſto, lumine cælitus indicatum eſt, opportuno ſane tempore, ad vindicandam Hiſpaniam e manibus impiorum. Ex quo tempore ille totius orbis concurſu ſacer locus, quod ingentibus corruſcaret miraculis, cæptus eſt frequentari: ſed de tota re legendi ſunt Annales.

Tudenſis & Rudericus auctores ſunt eundem Alfonſum Regem obtinuiſſe ab eodem Leone Pontifice, vt Ouetenſis Eccleſia, quam ipſe tot religionis monumentis illuſtrarat, Archiepiſcopatu inſigniretur. D

Ad hunc potius, quam ad vllum alium Leonem Pontificem ſpectat, quod Valfridus Strabo ſcribit in libro de rebus [a] Eccleſiaſticis, Fidelium relatione virorum ad ſuam notitiam perueniſſe, eum vna die ſepties vel nouies, Miſſarum ſolemnia ſæpius celebraſſe: Bonifacium vero Archiepiſcopum, & Martyrem ſemel tantum per diem Miſſas feciſſe: qui & non longe ante noſtra, inquit, fuerunt tempora, & ambo tam ſcientia quam gradu præcipui. Sed de pluritate Miſſarum vna die agendarum tractatio prolixiorem requirit diſputationem. hæc autem modo tantum occaſione rerum geſtarũ S. Leonis Papæ, qui cum eſſet grauiſſimis afflictionibus vexatus, frequentiorem adhibuit, ad implorandum diuinum auxilium, celebrationem Miſſarum. E

[a] cap. 21.

Leo Papa ſæpius 1 die Miſſas celebrat.

Sed iam ad ea quæ de eiuſdem Pontificis munificentia apud Anaſtaſium leguntur, veniamus. Quod enim tot annis, quibus in Pontificatu vixit, multiplicibus oblationibus Caroli Magni, & aliorum Regum Romana locupleta Eccleſia admodum fuerit, necnon ex peregrinantium iugiter frequentiſſimo cętu ad ſacra limina, ex remotiſſimis regionibus, populorum muneribus, totius Occidentalis orbis Chriſtiani diuitiæ in vnum, velut ærarium, in ipſam Romanam Eccleſiam congeſtæ eſſent; idem Pontifex Leo quidquid ſupereſſet cleri atque pauperum alimonijs, addi voluit ornamẽtis Eccleſiarum, de quibus, per ſingula idem Anaſtaſius, eodem ordine, quo diuerſis tem-

poribus,

A poribus, diuerſis in locis ab eo oblata ſunt; vt non mireris ſi ſæpius de iiſdem Eccleſijs contingat fieri mentionem. Præter illa igitur, quæ recenſuimus ſuperius, tum quæ ſedis ſuæ exordio, tum etiam quæ poſt reditum ex Germania, ante terræmotum, Baſilicę Sancti Pauli ab eo ſunt donata, hic quæ per diuerſa poſt hæc tempora ab eodem Pontifice ſunt tradita diuerſis Eccleſijs, ſigillatim perſequitur, quæ nos his, pro inſtituta breuitate, in ſumma colligimus. Enumerat igitur veſtes ſericas varij generis, & operis, alias varijs figuris diſtinctas, alias auro, argento, gemmis ornatas, cortinas, & vela amplius trecenta viginti: Imagines, calices, patenas, coronas varij generis vaſa, librarum auri puriſſimi mille amplius octoginta; quibus conficiantur centum millia aureorum nummorum: alia vaſa, & varij generis ornamenta argentea, nouem amplius millium, & centum quadraginta quinque librarum argenti ſubducta ſumma, niſi ratio fallat, nonaginta millium, & quadringentorum quinquaginta aureorum, vt argenti, & auri ſumma aſcendat ad ducenta circiter millia aureorum. Receſet præterea plures reſtauratas ab eo Eccleſias, & varia marmorea addita & refecta ornamenta. Leonis munificētia in Eccleſias.

B Vacāte ſede per decem dies, Leonis morte, iuxta Anaſtaſium 22. menſis Iunij creatur ex Diacono in eius locum Pontifex Stephanus 5. dictus 4. Romanus, nobiliſſimus, & in Patriarchio Lateranenſi educatus, & ſacris litteris eruditus. Qui ſtatim iuſſit omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico, (ex Thegano) idque vt tumultuari ſoliti Romani in Rom. Pont. ſic ſaltem coerceri poſſent. mox legatos ad Ludouicum miſit, qui dicerent ſe cupiditate eum videndi teneri, & de communibus rebus eum eo agendi. Ludouicus ob id mire exultans, ſummos homines, & in his Bernardum Regem Italiæ, nepotem ſuum obuiam, qui Rhemos deduxerunt, miſit: appropinquanti, alios, & in primis Archicapellanum Palatij, & alios Epiſcopos infulis ſacris ornatos; ad vltimum milliare ipſemet Imp. venientem excepit, & ter in terram proſtratus in Eccleſiam deduxit. Dominica ſequenti, eum Impeſatorem inungit, & aurea corona, quam ſecum attulerat, vna eum Inningarda vxore coronat, Auguſtos appellans. Poſt quotidianos ſermones de ſtatu Eccleſiæ habitos, plurimis donatum, & ampliſſimis muneribus Pontificem Imperator, cum honeſtiſſimo comitatu in Italiam dimiſit: eique petenti, Romanos, propter flagitia aduerſus Eccleſiam, & Leonem admiſſa, in Francia captiuos conceſſit. Non poſt multos dies quam Romam venit, claruit (inquit Theganus) Dei manifeſtatione, in nonnullis miraculis, quod ipſe erat verus Dei cultor. Papa Pop. Rom. obligat ſacramento Ludouico Imp. Papa cōuenit Imper. Rhemis. C

D Hoc anno tertio Ludouici, celebratum ab eo conſtat CONVENTVM PROVINCIALEM AQVISGRANI, in eoque S. Meinulphum accepiſſe facultatem ædificandi monaſterinm, virginibus, Canonicis Regularibus, habent eius vitæ acta a Gobelino conſcripta. fuit hic Diaconns Eccleſiæ Paderbornenſis, qui egregia claruit ſanctitate, vt eius vitæ Acta ſignificant.

Stephani autem ipſius Papæ apud Gratianū [a] de Romani Pontificis electione decretum extat, quod ſuſpectum impoſturæ merito habet auctor Annalium, cum diuerſum ſit a Conſtitutione [b] facta anno ſequenti a Ludouico; adeo, vt aut non ſancitum, eiuſmodi decretum, vel, ab ipſo Ludouico non acceptatum, opus ſit affirmare.

a d. 33. c. 28. Quia ſancta.
b 63. c. 30. ego Ludouicus.

E

Christi Annus	*Paschalis P.*	*Ludouici* 4.	*Impp.*
817.	1.	*Leonis Arm.* 4.	*Ind.* 10.

STephanus Papa cum ſediſſet menſes ſeptem, & dies tres. 8. Kalen. ſiue 9. Febr. migrat e vita. Poſt biduum vacationis ſedis, miro totius cleri, & populi conſen-

ſu Paſchalis Rom. ex presbytero S. Praxedis inuitus, & reluctans, e monaſterio Sancti Stephani eductus, cui præſidebat, Pontifex creatur; de cuius vitæ integritate, doctrina, in egentes beneficentia, plurima ſcribit Anaſtaſius. Is ſtatim ac eſt conſecratus, legatos cum muneribus ad Ludouicum miſit. A

Imp. periclitatur.

Eodem anno feria quinta, vltimę hebdomadæ Quadrageſimæ Imp. magnum diſcrimen adijt, ſublicia porticus per quam tranſibat, procumbēte, ſecum Imp. cũ Optimatibus viginti in ruinam tractis, paruo cum Imp. damno, qui viginti diebus ex omni contuſione ſanatus eſt.

GENERALI INDE HABITO CONVENTV AQVISGRANI, Imperator, pro zelo diuini cultus, quæ Abbates cum monachis conuenientes, in commune, pro regularis ſtatus diſciplina, obſeruanda ſtatuiſſent, obſeruari mandauit, & ea, octoginta capitibus diſtincta, per idoneos homines, per omnes ciuitates, & monaſteria ſui Imperij tranſcribi, & euulgari iuſſit. Extant in prima editione, poſt ſeptimum librum Capitularium. Quæ omnia, (inquit Leo Oſtienſis [a] in Chronico Caſſinate) apud nos perinde fere, ac ſi regula eſſet S. Benedicti, obſeruantur. Plura etiam alia in eo Concilio ſtatuta, ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinētia, atque tum primum, iuuante maxime Imperatoris exemplo, qui in pomparum ſublimitate conſtitutus, imitando Chriſtum humilitate altius eminebat, cæperunt deponi ab Epiſcopis aurea, & ſęcularia ornamenta, in veſtitu & cultu. hæc ex ſcriptore huius temporis, cui conſentiunt alij huius ſæculi hiſtoriæ auctores. B

a li. 1. c. 18

Exemplo Imp. Epi aurea ornamenta deponũt.

In hoc eodem conuentu Aquiſgranenſi, quod Apoſtolicæ ſedis legatione petebatur, Ludouicus Imp. confirmauit quæcunque a prædeceſſoribus ſuis donata, vel reſtituta fuiſſent Rom. Eccl. de his ſcribens publicā cōſtitutionem, quam tum ſua, tũ ſuorum ſubſcriptione firmauit, atq; ſigillo muniuit. De qua Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinate ſic, Hic, (Ludouicus Imperator) pactum conſtitutionis & cōfirmationis B. Petro Apoſtolo, eiuſq; Vicario Dño Paſchali, parentes ſuos Pipinum, & Carolum imitatus, manuſq; ſuæ, ac filiorum ſubſcriptione corroborans, decem Epiſcopos, octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Manſionariũ, & Oſtiarium vnum ſubſcribere fecit, & per Legatum S. Rom. Eccl. Theodorum Nomenclatorē Domno Paſchali Papæ tranſmiſit. eandē conſtitutionē ex parte tantũ, quæ ſcilicet inſeruirēt argumento, Gratianus [b] poſuit in ſuo quem collegit libro Decretorum nemine principium & finem, cam aũt integrā, ex quattuor Vaticanis Codicibus, reddidit Auctor Annalium: quā tu ibi legas, & videbis proceſſu temporis plura detracta de illa donatione, & confirmatione, præcipue Inſulas Corſicam, & Sardiniam, & Siciliam, quas ſe tradere ait, ſub integritate, cum omnibus adiacentibus, & territorijs maritimis, littoribus, portubus, ad ſupra dictas ciuitates, & Inſulas pertinentibus. Ad extremum ſancit, vt electio & conſecratio Rom. Pont. omnino libera ſit. C D

b d. 63. Ego Ludouicus.

Maiorũ donationem confirmat Ludo. Imp.

Quibus rite ordinatis Lotharium filium primogenitum Imperatorem appellari, & eſſe voluit, & duorum filiorum ſuorum alterum Pipinum in Aquitaniam, Ludouicum alterum in Baioariam miſſos, Reges eſſe voluit.

Bernardus Nepos, Italiæ Rex factus, eo maxime apud Carolum patrem adnitente, prauis principum conſilijs ſeductus, quaſi ad ſe magis, qui fratre natu maiore natus eſſet, Franciæ Regnum pertineret, de illo occupando, in eum coniurat, firmis præſidijs locis obſeſſis, quibus in Italiam aditus eſſet. Imperator re cognita, contractis vndique copijs, cum magno exercitus robore Cabillorum vſque peruenit. At Bernardus cum ſe cerneret viribus imparem, & ſuos quotidie a ſe deficere, deſperatis rebus, cępti pęnitus, eius ſe pedibus proſtrauit. cuius exēplũ primores ſequuti, armis depoſitis eius ſe poteſtati, & iudicio ſubdiderunt. Re tota patefacta, & iudicio conſtituto, Bernardus, & fautores capite damnati, paucos Imperator obtruncari paſſus. Bernardum, & aliquos luminibus priuari conſenſit. Epiſcopi a Synodo damnati, & depoſiti, in monaſteria detruſi, alij exilio, alij attonſione mulctati. Bernardi obitum, qui poſt triduum deceſſit, moleſtiſſime Pater tulit, & lacrymis, ac ſanctis operibus factũ expiare curauit. Mediolani ſepultum in eccleſia S. Ambroſ. inſcriptio E

illic

A illic poſita docet. Detruſos pariter narrant in monaſterium Caroli filios naturales, in eiuſdem criminis ſuſpicionem adductos, Drogonem, Theodoricũ, & Hugonem, inter quos Drogo laudatiſſimus habebatur, & liberalibus diſciplinis excultus. Adelardus quoque Caroli Magni conſobrinus exulare iuſſus, alioqui ſanctitate conſpicuus. ex ſcriptoribus eius temporis.

Hoc eodem anno legatio miſſa eſt a Leone Imperatore ad Ludouicum A. de amicitia, & ſocietate, & de finibus Dalmatarum, Romanorum, & Sclauorum, quibus ſtaduend's, & controuerſijs dirimendis, miſſus eſt Abigarius, cum Chadalone eorundem finium Principe. ex Thegano.

Vbi innotuiſſet in Oriente Paſchalem Pontificem creatum, *miſit vir egregius*, inquit Michael, *Theodorus Studita quattuor Patriarchis epiſtolas, prudenter admodum atque opportune: antiquioris dico Romæ, & Ieroſolymorum, Antiochiæ, &* B *Alexandriæ. Quæ ſingulæ commemorabant quemadmodum Chriſti imago contumelioſe a perſecutoribus tractata eſſet, & orthodoxi omnes in carcerẽ, & exilium miſſi. tum deinde vnumquemque excitabat ad defenſionem opemque ferendam periclitanti fidei, ac veritati*. Extant ipſę dignæ quidem ſingulæ quæ legantur, ſed maxime a Græcis, legent enim, in ea, quæ ad Papam [a], hæc inter cætera. In titulo quidem, vocat eum, LVMEN MAGNVM, PRINCIPEM SACERDOTVM PRIMO &c. Et deinceps. AVDI APOSTOLICVM CAPVT, A DEO PRAEPOSITE PASTOR OVIVM CHRISTI, IANITOR REGNI CAELORVM, PETRA FIDEI, SVPRA QVAM AEDIFICATA EST CATHOLICA ECCLESIA. PETRVS ENIM TV, PETRI SEDEM EXORNANS, ET GVBERNANS. &c. Et aliquanto poſt. C OPITVLARE NOBIS, QVI ES A DEO AD HOC ORDINATVS, PORRIGE MANVM QVANTVM FIERI POTEST. HABES POTESTATEM A DEO, EO QVOD OMNIVM PRINCEPS ES, IN QVO POSITVS ES &c. Citat hæc Gennadius Scholarius in expoſitione pro Concil. Florentino [b].

a li. 2. ep. 12.

Præconia Ro. Põt.

b c. 5. ſect. 16.

Accidit vero vt & creato Romæ eodem Paſchali Pontifice, ex veteri conſuetudine, etiam Theodotus Pſeudopatriarcha Conſtantinopolitanus ad eum mitteret Apocryſarios, pro reſponſis Eccleſijs, communionem hac via conatus ſubripere ab ipſo Romano Pontifice. Quos cum audiſſet Paſchalis in vrbem aduentare, eoſdem ne proprius accederent, execratus valde prohibuit. Contra vero miſſum nuncium a Theodoro, & Archimandritis, quam benigniſſimo animo excepit; litteraſque datas cum legiſſet, D magno animi dolore, ex compaſſione affectus eſt, & quibus potuit ſtuduit periclitantibus præſto eſſe, reddens ad eos affectus paterni pleriſſimas Apoſtolicas litteras, quibus tum Theodorus, tum reliqui eas accipientes magna ſunt conſolatione affecti, & fortitudine roborati, Caremus tam litteris illis a Paſchali Pontifice ad Archimandritas redditis; cæterum hæc ita, vt narrata ſunt, ſe habuiſſe fidem faciunt aliæ litteræ ab iiſdem monaſteriorum Præpoſitis ad eundem Paſchalem Pontificem ſcriptæ; miſſa rurſum alia legatione anno ſequenti, per Epiphanium [c].

In ea porro quam ad Alexandrinum, ad Antiochenum, & ad Ieroſolymitanum Patriarchas ſcripſit [d], hæc ad finem addidit. Quo autem ex parte cognoſcar, qualia ſint impiorum dogmata his ea litteris adiunxi in quaternionibus: quæ & piorum rogatu E refutanda imperitus ſuſcepi: oro autem ſapientiam tuam, vt omnia videat, & veniam mihi tribuat erratorum, meique es in inutilis filij in Deum flectentibus precibus ſuis recordetur. His addidit & alias Theodorus ad Abbates Lauræ S. Sabæ [e], & Lauræ S. Charitonis [f]. At quid profecerit his litteris datis ad Patriarchas, nulla eſt affirmatio Theodori, in epiſtola poſtea, occiſo Leone, tempore Michaelis ſcripta [g], ad eundem Ieroſolymit. Patr. Thomam, in qua hac ex parte tantummodo laudat nauatam operam a Romano Pontifice.

c li. 2. ep. 14.
d ep. 15.
e li. 2. ep. 16.
f ep. 10.
g li. 2. ep. 121.

Quod ſane Occidentis Apoſtolicus, inquit, cum præſtitiſſet, quãtũ profuerit, quid opus eſt loqui? partim quidem reſiſtentiũ mentes ſummopere cõfirmãs (vel exiguum

Laborãti Cõſtãtin. Eccleſiæ Papa Ro. opitulari ſtudet.

quippe momentum vim ac robur feſſis, ac laborantibus addere ſolet) partim impiorum inſolentiam, a ſpiritu profecta reprehenſione, profligans. quo quid eſſe potuit ſalutarius? At vero qui idem facere cum poſſent, minime præſtiterunt, ſed contrarium; dicere miſer nequeo, beatitudinis veſtræ Angeli reuerentia, quanta illis debeatur reprehenſio. Cæterum querela iſta Theodori magis pertinet ad Alexandrinum, & Antiochenum, quam ad ipſum Ieroſolymitanum, qui non defuit, vt potuit periclitante, ſub impio Leone, ſuccurrere Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Si quidem ſelectos duos ſanctitate, & doctrina conſpicuos monachos, ex S. Sabæ Laura Theodorum, & fratrem eius Theophanem, miſit Conſtantinopolim, qui libere pſeudopatriarcham arguentes, & hæreſim exprobrantes, illum ab impio errore, ad veram pietatem traducere ſtuduerunt. A

Imperatorem quoque ipſum intrepide adeuntes, de tota ratione dogmatis ſacrarum imaginum copioſe apud eum diſſeruerunt: qui vehementer illorum præſtantem virtutem admiratus, cum eos inflectere ad ſuum prauum dogma probandum non poſſet, vtrumque diu flagellis cæſum relegauit ad Oſtium Ponti. Ex auctore eius temporis, qui amborum certamina eſt proſecutus. B

Chriſti Annus	*Paſchalis* P.	*Ludouici* 5.	Impp.
818	2	*Leonis Armeni* 5.	Ind. 10.

ACceptis iam litteris per Dionyſium a Paſchale Romano Pontifice Theodorus Studitarum Præpoſitus in carcere conſiſtens; rurſum legat ad Occidentẽ Epiphanium diſcipulum ſuum ad eumdem Romanum Pontificem, cui & litteras dedit[a], quarum obſeruanda eſt inſcriptio Græci hominis, maxime a Græcis. PER OMNIA RELIGIOSISSIMO PATRI, SVPREMO LVMINI, VNIVERSALI DOMINO NOSTRO, APOSTOLICO PAPAE &c. Et illa encomia Eccleſiæ Romanæ VOS, INQVIT, ILLIMIS AC SINCERVS AB INITIO FONS ORTHODOXAE VERITATIS. VOS ADVERSVS OMNEM HAERETICAM PROCELLAM TRANQVILLVS SEPOSITVS PORTVS ECCLESIAE VNIVERSAE. VOS A DEO ELECTA CIVITAS REFVGII SALVTIS, SED QVONIAM TEMERARIVM EST A NOBIS MISERIS AC INDIGNIS ENCOMIA CONGERI DIVINO NOMINI NOSTRO, QVOD DIVINAE OLIM LINGVAE BEATVM PRAEDICARVNT, PRAESTAT VT AD AERVMNAS NOSTRAS VENIAMVS. citantur hæc a Gennadio pro defenſione Concilij Florentini. C D

[a] li. 2. ep. 35.

In epiſtola porro Theodori ad Epiphanium, qua illi legationis onus iniungit, mentio eſt Methodij Romæ tum Apocryſarij Nicephori Patr. Conſtantinopolitani; hic eſt, qui poſt fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus, de quo Curopalata, & Cedrenus mirum quiddam narrant, ab eo, quadam occaſione, narratum: quod cum hanc legationem Romæ obiret, eſſetq; aliquando vehementibus ſtimulis carnis agitatus, Beatum Petrum Apoſtolorum Principem enixe rogarit, vt ſe libidine illa liberaret: eumque noctu aſſiſtentem virilia ſibi manu combuſiſſe, ſimulque dixiſſe. Nihil eſſe quod in poſterum ſibi ab iſta metueret voluptatis concupiſcentia. Seque ob vehementem dolorem ſomno excuſſum, talem repertum eſſe, qualem ipſi vidiſſent. E

Interea Theodorus non quieſcit, qui & hoc anno pariter quinto perſecutionis ſcripſit epiſtolam [b] cathecheticam ad vbique diſperſos fratres, hoc quidem conſilio, quod cum ſciret ſuos Monachos, & alios diuerſorum monaſteriorum confeſſores vagari a monaſterijs expulſos extorres, ac a perſecutore Imp. abripi: timens ijs, ne quos terror non ſubegiſſet, mundana voluptas vinceret, occaſione verſandi cum feminis, vt cauti ſint, datis his ad eos litteris, monuit vehementer.

[b] li. 2. ep. 37.

Poſtquam igitur monuit ſuos, ne carnis illæcebris capiantur, exhortatur ad lon-

A ganimitatem, exemplo eorum qui diuturnas perſecutiones perpeſſi ſunt, & ad extremum monet de Leontio ex monacho diro perſecutore effecto.

Poſt hæc autem venerunt Conſtantinopolim legati a Paſchali Romano Pontiſice cum litteris aduerſus Iconomachos, quibus erroris arguerentur, & indicaretur eis, quod ab Eccleſiæ Romanæ communione eſſent ſeparati. De qua legatione mentio eſt in epiſtola [a] Theodori ad Iconomachos cathechetica, in qua illa leguntur. a li. 2. ep. 66.

Si enim a Coryphæo abrupti ſunt, & ab alijs tribus Patriarchis, vtique, & a Chriſto, qui caput eſt prædictorum. Papa Ro. caput Patriarcharum: ergo Cōſtantinop. acephalos.

Sanctiſſimus Paſchalis Pontifex nihil antiquius habens, quam de fide Catholica bene mereri, orthodoxos omnes extorres Conſtantinopoli vel aliunde Romam confugientes quam benigniſſime excepit, quia & Græcis monachis egregium conſtruxit monaſterium, apud S. Praxedem, quem presbyteralem titulum collabentem reſtaurauit, mirifice exornauit, donisque quam pluribus auxit: multa denique corpora Sanctorum ex cœmeterijs dirutis, magna ſolemnitate, ad illum tranſtulit. alia plura ornamenta illi Eccleſiæ collata recenſet Anaſtaſius. B Tit. S. Praxed. reſtauratus, & Gr. Mon. attributus.

In eos autem qui remanſerant, renouata eſt perſecutio, per occaſionem, quod Rom. Pontif. legatione complurium concaluerunt animi ciuium ad hæreſim reſpuendam, & veritatem profitēdam, excitatiq; pariter ad errorem publice deteſtandum, palamq; cultum ſacrarum Imaginum confitendum. Ex quo & complures qui lapſi erant, rurſum confeſſionis ingrederentur certamen, ipſique impietatis miniſtri in eos acrius ſęuirent. Extant autem pleræq; e carcere tum datæ ab ipſo Theodoro Studita ad ſuos conſolandos, & roborandos litteræ: tum ab eodem ſcripta eſt cathecheſis ad Simeonem [b], & alios nouem de his, qui ſe ipſos vltro obiecerunt martyrio. Tunc & data videtur epiſtola [c] ad Leonem Patriciū, & Sacellarium, qua deplorat acerbitatem perſecutionis, quam & ille dolebat. nec non & illa ad Irenam [d] Patriciam poſt lapsū confeſſam, & flagella, atque exilium paſſam, hortans eam, vt forti animo ærumnas perferat, nec frangatur. Extat pariter ad Gregoram laicum hominem [e], qui primus tunc ex Imperatoris aula ad ſtadium perſecutionis progreſſus eſt. C b li. 2. ep. 44. c li. 2. ep. 56. d ep. 68. e li. 2. ep. 55.

Quod vero perſecutores ipſi, vt alias dictum eſt, orthodoxis martyrium inuiderent, haud mortem violentam palam inferebant, ſed fatigationibus eos frangi & ærumnis confici voluerunt, vt longiore ita ducto martyrio, ipſorum conſtantiam emollirent. Verum cum in carcere conſtitutos cernerent haud illos permoueri ſupplicijs, illud excogitarūt, vt eos per diuerſa longinquaque itinera, & aſpera fatigarent, quod vidimus in ipſo Theodoro Studitarum omnium patre, ſed & de alijs monachis confeſſoribus id factum, ipſius ad Simeonem monachum datæ litteræ [f] docent, cum alias ab eo de his omnibus certum nuncium accepiſſet. D f li. 2. ep. 30.

Ipſe vero Theodorus, de his, quæ varia, & grauia paterentur confeſſores audiens, eadem, vt pretioſa monilia cuſtodiens, auro ea veſtienda, & ornanda ſuſcepit, cum videlicet ocio carceris bene vſus, eorumdem tum verba tum facta verſibus conſcripſit, a poſteris, canticis proſequenda, de quibus ipſemet ad Naucratium [g], Mitto ad te, inquit, libellum, & quaterniones quatuordecim, in quibus ſunt ſermones, & vita fratrum metricis verſibus. Quæ legens tu, & aliqui e fratribus fidis diligenter abſcondito. Equidem nihili facio frater, quod nullius mométi ſint. ſed quandoquidem ocium ſuppetit, & extimuler quodammodo a S. Patre meo; rurſumque audiens B. Paulum dicentem, Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, tamquam indignus cum timore, & tremore facio quæ facio: hæc de his Theodorus, qui & ſoluta oratione ſcriptis epiſtolis, eorum encomia proſecutus id ipſum præſtitiſſe cognoſcitur, vt de Thaddæo, in epiſtola [h] ad Naucratium, & de Iacobo, in ea quam ſcripſit [i] ad Hypatium, ſed ex multis paucos recenſet, cum tamen Græcorum Menologia ſuis quibuſq; diebus, quibus paſſi ſunt, plures contineat. E g li. 2. ep. 61. h li. 2. ep. 5. i lib. 2. ep. 100.

Vt autem de rebus Occidentalibus aliquid attingamus, dicenda ſunt aliqua de cœnobio Caſſinate, vbi vigebat his temporibus Monaſtica diſciplina, ex quo, tamq̃ ex fonte fluenta regularis diſciplinę manabāt, cū floreret viris ſanctiſſimis, & inter alios,

qui creatus fuit hoc anno eiuſdem cœnobij Abbas Apollinaris, qui eo miraculorum A
gratia eſt ſublimatus, vt lirim amnem ſicco veſtigio pertrãſiret, vt Leo [a] Oſtienſis eſt auctor. Porro dictũ cœnobiũ haud pridem S. Adelhardus, conſobrinus Caroli M. petijt, Monaſtica diſciplina imbuendus, vt Paſchaſius [b] in rebus ab eo præclare geſtis enarrat. Sed & ſub eodem quoque Imp. Carolo M. etiam ille ſanctitatis nomine inſignis, primus Monaſterieñſis Epiſcopus Ludgerus noĩe, in idem S. Benedicti monaſterium peregrinatus, illic annis duobus, & ſex menſibus, excolendus Monaſticis inſtitutis, permanſit; qui poſtea propagauit in Friſios atque Saxones. nam Friſiorũ eſt delegatus Apoſtolus. teſtantur hæc acta [c] ipſius a monachis Vuerdenſibus quam fideliſſime ſcripta. licet autem de remotis alijs partibus ad dictum cœnobium frequens eſſet acceſſus: illorũ tamen qui ex diuerſis regionibus Italiæ, tamquam ad ciuitatem refugij, atque ad aſylum Chriſtianæ libertatis illuc cõfluere ſolerent, ſeque illic cum B
ſuis diuitijs Deo offerrent, frequentior eſſet aduentus, vt ex Leone Oſtienſe res eiuſdem monaſterij deſcribente, quiſque poterit intelligere.

[a lib. 1. c. 21.]
[b Apud Sur. d. 2. Ian.]
[c Apud Sur. d. 26. Mart.]

Chriſti Annus. 819 — *Paſchalis P.* 3 — *Ludouici* 6. *Leonis Arm.* 6. } *Impp.* *Ind.* 12.

LVdouicus Imperator, (vt veteres Annales Francorum produnt) habuit hac hieme AQVISGRANI CONVENTVM, in quo multa de ſtatu Eccleſiarũ, & monaſteriorum tractata atq; ordinata ſunt, legibus ẽt capitula quædã per neceſſaria, quia deerant, addita ſunt. Imp. ſi quidem maxime pius Apoſtolicæ ſedis auctoritate, (vt di- C
cetur inferius) quibus valuit ope, & conſilijs conſulere laborans Eccleſijs Gallicanis, per ſingulas prouincias legationes inſtituit mittens Epiſcopum, & cum eo comitem vna cũ legũ Eccleſiaſticarũ capitibus, quæ ſingulis darent deſcribẽda eccleſijs, & obſeruanda, in hoc laborans, vt vigeret vbiq; in Gallicanis Eccleſijs cultus pietatis, & ſacrorũ canonũ obſeruantia. Extant [d] ipſa Ludouici capitula, immo, & ipſa miſſio legatorum per diuerſas prouincias. In qua quidem functione cum ipſe teſtetur Ludouicus Imp. ſe genitoris ſui in his exemplũ ſectari, quo ſtuduerat rebus Eccleſiaſticis bene conſulere, cõſtetque Carolum M. (quod ipſe præfando priori libro teſtatur) in eo inuigilaſſe, omneq; ſtudium adhibuiſſe, vt Conciliorũ decreta; ſimulq; Rom. Pont. conſtitutiones, vt ẽt in ipſis capitularibus ſæpe inuenitur expreſſum; dum Rom. Pont. decreta citat Leonis, Innocentij, Gelaſij, Hadriani, & aliorũ, plane apparet nõ nouas D
in eccleſia eundem Ludouicum Imp. ſanciuiſſe leges, ſed ſancitas ſeruãdas eſſe ſuis legibus ſtatuiſſe. etſi quæ nouæ additæ eſſe reperiũtur, eaſdẽ illas oẽs, Epiſcoporum conſpirante ſnĩa, conſcripſiſſe, atq; per dictos legatos ſeruandas mandaſſe, atq; auctoritate Pontificia roboraſſe. Quod quidem varie comprobatur. Qui Ludouici leges collegit Benedictus Leuita in præfatione ipſa præpoſita, hæc hẽt. AGNOSCANT OMNIA HAEC PRAEDICTORVM PRINCIPVM CAPITVLA MAXIME APOSTOLICA AVCTORITATE FORE FIRMATA, &c. Recitat idẽ eiuſdem Ludouici Imp. decretum de cuſtodia Pontificiorum decretorum his verbis. ITA [e] VNANIMES DIVINIS, ET APOSTOLICIS CONSTITVTIONIBVS SERVIATIS, VT IN NVLLO PATIAMINI PIA CANONVM DECRETA VIOLARI. VT NVLLI FAS SIT SINE STATVS SVI PERICV- E
LO VEL DIVINAS CONSTITVTIONES VEL APOSTOLICAE SEDIS DECRETA TEMERARE. Et in ſecundo Capitularium libro [f] a ſe addito. Hæc habet in titulo. EX CAPITVLIS DOMINI LVDOVICI IN INGILHEIM APOSTOLICA AVCTORITATE, ET SYNODALI SANCTIONE OMNIVM VIDELICET CLERICORVM, ET LAICORVM GENERALITER CONSENSV ATQ; HORTATV DECRETIS. Porro nõ auctoritate ſolũ id eoſdẽ Frãc. Reges agere cõſueuiſſe, ſed & hortatu ẽt Apoſtol. ſedis teſtatur eiuſmodi Caroli M. ad legẽ [g] quã de militari expeditione ſãxit, ꝓlocutio verbis iſtis.

[d li. 2. cap. Frã. c. 24.]
[e li. 6. cap. 267.]
[f cap. 96.]
[NOTENT HAEC POLITICI.]
[g li. 2. capit. 104.]

CAROLVS,

A CAROLVS, DEI GRATIA, REX, REGNIQVE FRANCORVM RECTOR, ET DEVOTVS ECCLESIÆ DEFENSOR, ATQ; ADIVTOR IN OMNIBVS, APOSTOLICÆ SEDIS HORTATV; OMNIVMQVE FIDELIVM NOSTRORVM, ET MAXIME EPISCOPORVM, AC RELIQVORVM SACERDOTVM CONSVLTV, SERVVS DEI, &c. Quæ eadem confirmat alibi.[a] *In quantum valemus*, inquit, *& poſſumus adiuncto Leonis Papæ, & omnium Epiſcoporum, quorum conſilio vſi, hoc egimus. itemque rurſum*[b] *omnibus vobis, tam præſentibus, quàm futuris ſcire cupientibus, quia ideo conſultu ſedis Apoſtolicæ, & omnium noſtrorum Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium noſtrorum, &c.* Sed & cum aliquid arduum incideret, id abſq; conſultu ſedem Apoſtolicæ definire non audebant. vt cum de Chorepiſcoporum auctoritate eſt dubitatum.[c] *Quod iurgium cum enucleatius diſcutere voluiſſemus, placuit ex hoc Apoſtolicam ſedem conſulere, iubente canonica auctoritate, atque docente*: SI MAIORES CAVSÆ IN MEDIO FVERINT DEVOLVTÆ, AD SEDEM APOSTOLICAM, VT S. SYNODVS STATVIT, ET BEATA CONSVETVDO EXIGIT, INCVNCTANTER REFERANTVR. *Quapropter Annonem Archiepiſcopum miſimus ad Leonem Apoſtolicum, vt inter cætera quæ ferebat, etiam eum, & hoc interrogaret, vt quidquid ſuper his definiendum eſſet, Apoſtolica auctoritate à noſtris Epiſcopis regulariter ſopiretur.* Et quid amplius? nullius prorſus eſſe auctoritatis, quod contra Apoſtolica decreta ſanciretur, idem ipſe Imper. conſtituit eo capitulo, vbi ait.[d] CONSTITVTIONES CONTRA CANONES, ET DECRETA PRAESVLVM ROM. SEV ALIQVORVM PONTIFICVM, VEL CONTRA BONOS MORES NVLLIVS ESSE MOMENTI. Quin etiam Statutas ab eis Synodos per ipſos Rom. Pont. atque eius Vicarios irritas poſſe reddi, idem Sancita lege, decreuit, quæ ſic ſe habet.[e] VT PROVINCIALIS SYNODVS RETRACTETVR PER VICARIOS VRBIS ROMAE EPISCOPI, SI IPSE DECREVERIT. Nouerunt quippe ijdem Imperatores nullius eſſe momenti Synodum, quę abſque auctoritate Apoſtolicæ ſedis quibuſlibet ex cauſis cogeretur: quod & his ingenuę ſunt verbis profeſſi.[f] *Nullus Epiſcopus, niſi canonice prouocatus, & in legitima Synodo ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata,* (CVIVS IVSSIONE DOMINI, ET MERITIS B. PETRI APOSTOLI SINGVLARIS CONGREGANDORVM CONCILIORVM AVCTORITAS, ET SANCTORVM CANONVM, AC VENERANDORVM PATRVM DECRETIS MVLTIPLICITER TRADITA EST POTESTAS,) *ſuper quibuſlibet criminibus pulſetur, ideſt iudicetur, audiatur, vel impetretur.* Sed & quę ex ſedis Apoſtolicæ auctoritate definita eſſent, putarunt Chriſtianiſſimi Imperat. indigere Rom. Pont. confirmatione antequam in publicum ederentur. teſtatur hæc quidem ipſe Benedictus Leuita, qui in fine libri ſeptimi capitularium à ſe collectorum hæc habet. *Maxime trium vltimorum capitula iſtorum librorum Apoſtolica ſunt cuncta auctoritate roborata; Quia his cudendis maxime Apoſtolica interfuit legatio. Nam eorum nomina, præter trium, ideſt Leonis, Sergij, & Gregorij, hic non inſeruimus, licet per ſingulos conuentus inſerta inueniſſemus vitantes legentium, atque ſcribentium faſtidia. Si quis autem plenius ea noſſe voluerit, illorum legat authentica, quibus illa inſerta reperiet.* Iſta quidem copioſius commemorata ſunt ad confutandam Nouatorum perfidiam, & impudentē audaciā, qui exemplo Caroli, Ludouici, & aliorum Chriſtianorum Principum ius condendarum legum Eccleſiarum tribuunt Regibus, & Imperatoribus. Tantum enim abfuit Ludouicus à condendis legibus, ad Eccleſiæ perſonas, & res ſpectantibus, vt nec putaret licere ſibi ſuiſque Epiſcopis, abſq; auctoritate Rom. Pont. de his, quæ ſpectant ad Eccleſiaſticas controuerſias, vel tantū pertractare, atque diſſerere, niſi primum de his licentiam accepiſſent ab ipſo Rom. ſedis Epiſcopo, vt tum ex ipſius Ludouici, tum etiā ex Epiſcoporum litteris, de quibus ſuo loco, apparebit.

(margin letters B, C, D, E)

a Eod. li. cap. 91.
b Eod. li. cap. 104.
c Lib. 7. cap. 187.
d Lib. 7. cap. 265.
e cap. 267
f Addi. 4. ad lib. 7. cap. 12.

a Lib.6. cap.96.

Eodem anno alio conuentu habito, actum eſt de his, qui res, ſiue perſonas Eccle- A
ſiaſticas infeſtant.[a] *Qui de rebus Eccleſiaſticis,* inquit, *aliquid abſtulerit, grauius inde iudicetur, quia ſacrarum rerum ablatio ſacrilegium eſt. Infames quoque tales perſonæ, vſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ, quam læſerint, ſint habendæ. inde de his qui armis appetunt perſonas Eccleſiaſticas.*

b Rubr. hiſt.lib.5. ſub hoc anno.

Hoc eodem anno Paſchalis Papa confirmauit priuilegia Rauennatis Eccleſiæ per litteras Apoſtolicas,[b] ad Petronacem Archiepiſcopum.

Iam verò ad res Orientales recurrat oratio. Triennio exacto carceris Theodori, cum vna ex eius Epiſtolis ad manus veniſſet Imperatoris, eam miſit ad Magiſtrum militum Orientis cum mandato, vt ipſemet ad eum profectus, litteras oſtendat, eũq; ad extremum vſque ſpiritum acerrime diuerberet, vt tandem, inquit, deſiſtat à contumacia. abijt, & diriſſime eum, ac Nicolaum concaptiuum cecidit: Quo tempore B
in Bithynia mulier energumena hæc eloqui audita. *Leo meus verbera iterum miſit ad Theodorum, eiuſque carnes lacerauit: Ite,* inquit, *& afferte mihi reſponſum. Veruntamen nolite ad eum prope accedere, ne vos flamma exurat, quam ore gerit.* Deinde, interpoſito breui ſilentio, iterum vociferabatur. *Quid hoc rei eſt? Nihil eorum factum eſt, quod volebamus, ſciebam illum propter plagas minime flectendũ, vt qui auxilio habet præſentem, & humeris ſuis inſidentem virtutem.* Et hæc quidem mulier Energumena, procul licet poſita, ad indicandam viri virtutem, & vt præſentis ſæculi, & ſequentium omnibus innoteſceret, in hac dògmatũ pugna a qua parte ſtaret diabolus, &c. Nonaginta totos dies intolerabili dolore perfunctus Pater, nulla prorſus, vel temporis puncto percepta requie, in medijs adhuc laboribus nouos ſubire cogitur, inde Smyrnam vſque diſtractus. Eſt de his, præter ea quæ ſcripſit Mi- C

c Lib. 2, Epiſt.38.

chael, egregia eiuſdem Theodori Epiſtola,[c] ad diſperſos fratres, pro quibus continendis in officio, & in perſeueranti confeſſione multum laborauit, digna plane Apoſtolico ſpiritu. Eo cum perueniſſet arctiori etiam ſeptus cuſtodia, rurſum ibi iam tertio cæſus, centenis per vices ſingulas ictibus perlatis, vt habet Michael. Vnde fur-

d Ep.62.

tim arrepta facultate, ad ſuos Monachos ſcribit Epiſtolam Cathecheticam.[d] *Nuper à vobis lectus,* inquit, *ex Orientalibus, nunc ex Thracenſibus aduenio. Smyrnam enim nos tranſtulerunt Principes ſæculi huius, & arctius, quam in priori carcere, ſeueriuſque cuſtodiunt. Sed verbum Dei non eſt alligatum, nec quieſcit amor, & cęt.* Inde inuehitur in Conſtantinopolitanam Eccleſiam non acquieſcentem monitis Romani Pontificis. *Venit vox,* inquit, *ad eam commonitoria, velut è cœlo miſſa, à ſupremo, à Rom. Throno. Quid feciſti, clamans, Chriſtum negaſti, Chriſti abnegans* D
imaginem, & Deiparæ, & Sanctorum omnium. Aperi obedientem aurem, audi Euangelica, Apoſtolica, Prophetica, paterna verba, & non admiſit, &c. Sed quid accidit? Cum neque verberibus, neque alijs afflictionibus flecti poſſe videretur magnus iſte Theodorus Confeſſor, Præfectus blandimentis ſtuduit eum allicere, viſitãs eum, ac potum dans, educenſque de carcere, atque honorans eum, ſed hæc omnia fruſtra, perſtans ſemper ipſe eadem animi fortitudine, vt ex his, quæ ipſe in Epiſtola hoc tempore ad Naucratium data, declarat, cum aliam ipſe accepiſſet ab eo Epiſtolam, Conſtantinopoli detento in carcere, qua certiorem eum reddebat de rebus geſtis Cõſtantinopoli, & inter alia, de litteris illuc miſſis à Romano Pontifice, atque de alijs.

e Lib.2. Epiſt. 63. Pręconiũ Eccl.Ro.

f Pro Cõcil. Flor. ſect. 17. cap.5.

In ea igitur ad Naucratium.[e] *Teſtor nunc coram Deo, & hominibus, ſeipſos auulſerunt à corpore Chriſti, & ſupremo verticali Throno, in quo Chriſtus Fidei claues* E
poſuit, aduerſus quem non præualuerunt vnquam, nec præualebunt vſque ad conſummationem ſęculi portę inferi, ora ſcilicet hæreticorum, ſicut pollicitus eſt, qui non mentitur. Citatur hic Theodori locus totidem verbis à Gennadio Patriarcha Conſtantinopolitano. Legendus, & expendendus à Græcis. Sed & idem ex eodẽ Theodoro Cathecheſi 15.[f] quam legitis, at non intelligitis, quia non vultis, inquit, alloquens Græcos, illa profert præclara. *Videtur enim doctor hic aduerſus impugnatores imaginum pugnare, quando dicit: Audio autem, quod Romæ Principis Apoſtolorum claues proponuntur ad adorandum, atque in honore haberi, quamquam non*

claues

A *claues ſenſibiles Dominus ei tradidit, ſed intellectuales ad ligandum, atque ſoluendum. at illi argenteas proponunt ad adorandum. Tanta igitur apud eos eſt fides, & ibi ſolida petra fidei, ſecundum Dei verbum fundata. Hic verò, vt videtur, abundat infidelitas, ac improbitas. Vides quod & Beatus hic, ibi confitetur ſolidam eſſe fidem, nec in Petro tantum, ſed & in eius ſucceſſoribus.* Hæc Gennardius. — Magna Roma. fides.

Chriſti Annus	*Paſchalis P.*	*Ludouici* 7. *Leon. Arm.* 7. *Impp.*	*Indictio.*
820	4		13

B IDem ipſe Orientalium copiarũ Præfectus victus deſperatione abducendi Theodorum à recta fide, Conſtantinopolim profectus eſt, minitans, ſe rogaturum Imperatorem, vt caput, vel linguam abſcinderet, in qua expectatione erat Theodorus, de qua re idem in Epiſtola ad Naucratium,[a] in qua hæc habet. *Ad ea verò*, inquit, *quæ indicaſti quid dicam, aut quid loquar? niſi quod hæreſeos atrocitati cõgruat acerbitas perſecutionis. Quid enim videre velis, quãdo Chriſtus negatur per ſanctæ imaginis ſuæ contumeliam? &c.* alia plura de attrocitate perſecutionis. quę cum magis, ac magis ſæuiret, ipſe Deus ad confitendum, atque patiendum excitauit multorum animos non modo Monachorum, ſed omnis omnino generis, & cõditionis, & ſexus, idque, poſtquam auditum eſt ex litteris ſedis Apoſtolicæ, Iconomachos auulſos eſſe ab Eccleſia, & eſſe à ſpe ſalutis prorſus extorres. Eodem tempore Bardas ille Patri- C cius, Imperatoris cognatus, acer perſecutor, militaribus ibi copijs Pręfectus, Smyrnę degebat, graui morbo correptus, & ęgrè ſpiritum ducens. apud quem, cum omnia remedia fruſtra tentata eſſent, ex familiaribus quidam Orthodoxus mentionem Theodori intulit, quantumque illi gratiam Deus contuliſſet, expoſuit, hortatuſque eſt, ad eum vt confugeret, vt illi opem ferret in extremis laboranti. Quo mox annuente, (flexibiles enim ſunt, quos vrget neceſſitas,) feſtinanter ad eum acceſſit, & ægro ſalutem popoſcit. At ille de infirmo, vt cognouit, quis, & qualis eſſet, curationem differens, ea illi ſuggerit quæ ad pœnitentiam, & vitæ emendationem profectura ſint; quibus ille auditis timore perculſus, præteritæ vitæ culpas agnoſcens, veniam petit tantorum facinorum, oratque ſe vt præſenti periculo eripiat, ſe deinceps in eius poteſtate futurum, & ex eius præſcripto vitam acturum. Theodorus commiſeratione mo- D tus, & ſanitatem illi impetrat, & cũ corpore, vt animæ ſimul melius ſit, mittit illi Deiparæ imaginem, quam totius vitæ cuſtodem haberet. At ille vecors, vt conualuit, ad ingenium, & adhæreſim redit, peſſimo conſiliario vſus Smyrnenſi Pſeudoepiſcopo, à quo olei vaſculo donatus, ad valetudinis confirmationem, vt primum illo inunctus fuit, morbus eum illico inuaſit, ex quo & animam efflauit. Atque ille quidem hunc temeritatis ſuæ quæſtum cępit. Chriſti verò famulus annum integrum, ac dimidiũ Smyrnæ degens in carcere, viſitatus eſt à nonnullis ſuis antiquis diſcipulis, ex quorũ conſpectu conſolatus eſt. hæc pluribus Michael in Theodori vita.

a Lib. 2. Epiſt. 71.

Dirus pſecutor Bardas, curatur à Theod. Redit ad hæreſĩ, & veteri morbo corre ptus efflat animam.

Hoc eodem anno, ſeptimo perſecutionis, ipſis Domini Natalitijs Leo Imperator interficitur à coniuratis in eum incitatis à Michaele Amorienſi, Maieſtatis reo, & in cuſtodia ferreis compedibus vincto, à quibus euehitur in Imperium Leonis vxore, & E filijs Aula eiectis, & in inſulam Protam delatis, ibique caſtratis. Michael cuſtodia liberatus, ita vt pedes adhuc in ferreis habebat compedibus incluſos (eorum enim claues in ſinu Leonis aſſeruabantur) Imperatorio ſolio conſedit, eſtque ab omnibus, qui tum in Palatio erant, Imperator ſalutatus, & adoratus. ſub meridiem verò fama iam vndique diſſipata, malleo per vim diffiſis compedibus, neque manibus ablutis, neque Dei metu in animam ſuam inducto, neque vlla re alia, quam decebat fieri, peracta, ad magnum S. Sophiæ Templum prodijt, cupiens manu Patriarchæ coronari, & ab vniuerſo populo ſalutari, ſolis fidens coniurationis ſocijs, & Leonis percuſſoribus. Fuit hic Michael Amorij natus ſuperioris Phrygiæ vrbe, in qua ab antiquis tempo-

Michael ex cõpedibus euehitur ĩ Imp. occiſo Leone.

ribus

ribus Iudæorum, & Athinganorum, aliorumque impiorum multitudo habitabat. ex quorum inter ſe conſuetudine multiplex quædam, & varia hæreſis erat conflata, qua hic imbutus, nec plane Chriſtianus erat, nec Iudæus, ſed monſtrum ex pluribus nefarijs, & prauis opinionibus conflatum. hæc paucis ex Cedreno, qui ea pluribus ex eius temporis ſcriptore perſequitur. A

Michael Imp. monſtrum hęreſum.

Quod ad res ſpectat Occidentales, laboratum eſt in Gallijs potiſſimum peſte hominum, & animalium: ob nimiam pluuiarum abundantiam ſecuta eſt & penuria, cum nec à bello ceſſatum fuerit: hæc Annales, pluribus. opportune hic reuocanda ſunt in memoriam, quæ Carolus Magnus eiuſmodi temporibus à ſibi ſubditis populis præſtari voluit. iſta enim in Capitularibus ipſius leguntur. [a]

Peſtis. Fames. Bellum. a Lib. 1. Capitul.

De fame, clade, & peſtilentia, ſi euenerit. B

De hoc ſi euenerit fames, clades, peſtilentia, & inæqualitas aeris, vel alia qualiſcunque tribulatio, vt non expectetur Edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur Dei miſericordia. Et in præſenti anno de famis inopia, vt ſuos quiſque adiuuet, prout poteſt, & ſuam annonam non nimis care vendat, & ne foris Imperium noſtrum vendatur aliquid alimoniæ. Et inferius. [b] *De Mendicis, qui per patrias diſcurrunt, volumus, vt vnuſquiſque fidelium noſtrorum ſuum pauperem de beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat alibi ire mendicando. Et vbi tales inuenti fuerint, qui ſibi manibus laborent, nullus ei quidquam tribuere præſumat.* Et inferius mandat omnibus, qui beneficia regalia, tam de rebus Eccleſiaſticis quamque de reliquis habere videntur. [c] *Vt vnuſquiſque ſuo beneficio familiam ſuam nutricare faciat, & ſua proprietate familiam ſuam nutriat.* Sed & pretium ſtatuit, dicens. *Non carius vendat, niſi modium de auena denarios duos; Modium de hordeo denarios quattuor: Modiũ vnum de ſigele denarios quattuor; Modium vnum de frumento parato denarios ſex.* C

b Lib. 1. cap. 124. De Mendicis, q̃d præcipiat Carolus. c Capit. 132.

Sed & hoc ipſo anno, qui & tertius incipit Apollinaris Caſſonẽſis Abbatis, auctor eſt Leo Oſtienſis [d] Sarracenos inuaſiſſe Siciliam, atque poſitos eſſe Panormo.

d Lib. 1. Chr. Caſſin. c. 28.

Iam verò antequam anni huius claudatur periodus, de translatione Sancti Marci Corporis agendum eſt.

Iam diu ante ſedes eiuſdem Euangeliſtæ ab Heraclio Imperatore dono data fuerat Reipublicæ Venetæ, quæ eiuſdem Euangeliſtæ ſtudioſiſſima eſſe ſciretur, vtquæ gloriaretur ab eodem Sacrum Euangelium accepiſſe, antequam idem Sanctus Marcus Alexandriam mitteretur à S. Petro. D

Venetis ab Heraclio donatur Cathedra S. M. Ven. Euãgel. accipiunt à S. Marco e Mar. 19. f Luc. 16. Venet. S. Marcũ in patronũ adoptant.

Accidit plane ex diuina diſpenſatione, ſecundum illud dominicum, Habenti dabitur, vel illud, Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis erit; vt qui hactenus, quàm religioſiſſime anniuerſarijs ritibus ſolenniter colere conſueuiſſent eiuſdem S. Euangeliſtæ memoriam, quem & in præcipuum patronum recepiſſent, cuius & præſens patrocinium ſæpe experti fuiſſent; Eiuſdem quoque ſacras reliquias poſſidere meruerint. Accidit id ſub Leone Imperatore, & Iuſtiniano Venetiarum Duce, vt eſt in tabulis Vaticanæ Bibliothecæ, in quibus eiuſmodi hiſtoria prolixe deſcripta habetur, nos paucis referemus.

Cum Sarraceni Aegyptum obtinerent, Leo Imperator per diuerſas Imperij prouincias edixit, ne quis negotiorum cauſa Aegyptum adiret, quod ipſum Venetiarum Dux ſuis præcepit. Accidit autem, vt decem Venetorum naues, in quibus, præter cęteros nobiles, erant Clariſſimi, Bonus, Tribunus Metaucacenſis, & Ruſticus Torcellenſis, vi ventorum Alexandriam deferrentur. Vbi cum aliquandiu agerent, & ſepulchrum Beati Marci orationibus frequentarent, & oblationibus eius patrocinium expeterent, contracta familiaritate cum eius cuſtodibus, Stauratio Monacho, & Theodoro presbytero, illis perſuaſerunt, vt barbarorum ſeruitute abdicata, & S. Euangeliſtæ Marci Corpore furtim in nauim impoſito, cum ipſis Venetias nauigarent. Proſpera igitur vſi nauigatione, & pluribus interim miraculis ad veritatis Sancti Corporis cõfirmationem editis, Venetias perueniunt, & à Iuſtiniano Duce, ac Vrſo Oli- E

Corpus S. Marci deferũt Venetias.

nolenſi

A uonenſi Epiſcopo, magna ſolemnitate Sancto Corpore excepto, in loco, qui apud eius Palatium, nunc quoque oſtenditur, ordinatis cantoribus, & miniſtris, qui ibidem Deo laudes dicerent, collocatur. Cum verò Iuſtinianus Dux ſupra B. Corpus Eccleſiam vellet conſtruere, morte præuentus eſt. Eius frater Ioannes vir pius, Ducatu excepto, elegantiſſimæ formę Baſilicam, ad eius ſimilitudinem, quam ſupra Domini tumulum Ieroſolymis viderat, cõſtruxit, in eaque venerabile Corpus depoſuit, per quod multa beneficia præſtantur credentibus, maxime autem in liberandis à dęmone obſeſſis. Atque hæc breuiter ex Vaticanis monumentis. Cum autem ingentem theſaurum Veneti eſſent adepti, ne quo caſu eo priuarentur, ita in ſumptuoſa à ſe ædificata baſilica eadem ſacra pignora collocarunt, vt vbi locorum in ea poſita eſſent, penitus ab alijs fuerit ignoratum. cum tamen certo ab omnibus, ex maiorum aſſertione tredatur, ip-
B ſa eadem Sancta Baſilica contineri.

Chriſti Annus	*Paſchalis P.*	*Ludouici* 8. *Mich. Balbi* 1. *Impp.*	*Indictio.*
821	5		14

HOC Anno à Paſchali Romano Pontifice, Corpus Sanctæ Cæciliæ Virginis, & Martyris, ipſa reuelante in cęmeterio S. Sixti, ſeu Prætextati repertum eſt, aureis velatum indumentis, ſanguine adhuc infuſis, quod inuentum ſimul cum Corporibus Sanctorum Martyrum Valeriani eius ſponſi, Tiburtij, Maximi, necnon Vr-
C bani, atque Lucij Rom. Pontificum tranſtulit in Eccleſiam eiuſdem S. Cæciliæ nomine nuncupatam, quam & plurimis donis auxit. *Inuentio S. Cęcilię Virg. & Mart.*

Narrat hæc Anaſtaſius, accepta ex eiuſdem Paſchalis Papæ litteris Apoſtolicis, quibus totius rei geſtæ ſeriem prodit, quæ extant in Vaticana Bibliotheca.

Accidit autem, poſt annos fere octingentos, A. D. Milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, quo ſuorum Annalium, nonum Tomum, propediem prælo ſubijciẽdum, ipſe Auctor Cardinalis Baronius recognoſcebat, vt eiuſdem S. Virginis, & Martyris Cæciliæ ſepulchrum, dum aliud agitur, detegeretur, Clemente VIII. Summo Pontifice à quo, Tuſculi podagræ doloribus laborante, idem præmiſſus eſt Cardinalis Baronius ad rem totam explorandam, cuius rei exploratiſſimæ relatione facta; cũ poſt aliquot dies idem Summus Pontifex Romam incolumis redijſſet, & ipſum ſa-
D crum Corpus pie veneratus eſſet, ipſo tandem ſacro die Sanctæ Cæciliæ, cum celebri pompa, arcam ipſam cupreſſinam, in qua poſitum Virginis corpus repertũ fuit, in argenteam aureis ſtellis fulgentem, quam idem Pontifex, curarat, ea conſuetis adhibitis precibus collocauit, atque intra lapideum monumentum vtramque ita ſimul compoſitam, clauſit. In arca argentea eiuſmodi poſita, eſt foris inſcriptio. *Inuentio altera.*

Corpus Sanctæ Cæciliæ Virginis, & Martyris,
a Clemente VIII. Pont. Max. incluſum.
Anno M. D. IC. Pont. VIII.

E

Intus verò in argentea lamina ab eiuſdem Tituli Paulo Cardinali presbytero totius rei ſeries, ita deſcripta fuit.

Hic requieſcit Corpus Sanctæ Cæciliæ Virginis, & Martyris, quod à Paſchali primo Pont. Max. ipſa reuelante, repertum, & in hanc Eccleſiam translatum, & ſub hoc altari vna cum corporibus SS. Martyrum Lucij, & Vrbani Pontificum, necnon Valeriani, Tiburtij, & Maximi reconditum, iterum poſt annos ferc octingentos Clemente VIII. Pont. Max. cum ijſdem SS. Martyribus lucem aſpexit, die xx. Octobris. A. D. Incarn. M. D. IC. Cuius S. Virginis Corpus prædictus D.N. Papa Clemens

veteri lignea capſa, in qua iacebat, argenteæ incluſa intactum immutatumque, hoc eodem loco, in quo fuerat collocatum, poſt peracta Miſſarum ſolemnia, maxima cum deuotione, & lachrymis, toto ſpectante populo, repoſuit 22. Nouembris, ipſo Feſto Virginis die M.D.IC. Ad cuius latus in alia ſeorſum capſa prædicti tres Martyres Valerianus, Tiburtius, & Maximus requieſcunt. Necnon ſub ipſo Virginis corpore, in alia ſimiliter arca prædicti duo Martyres, ac Pontifices Lucius, & Vrbanus, pro ut à Paſchali Pontifice omnes in ijs conditi ſunt. A

Ego Paulus, Tituli Sanctæ Cęciliæ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis Sfondratus, cui licet miſerrimo peccatori prædicta corpora, quæ diuturnitate temporis fere in tenebris iacebant, & inuenire, & videre, & venerari à Deo Optimo Maximo datum eſt, memoriam hanc hiſce litteris conſignaui. Plura, per eos dies, quibus magno populi concurſu eodem frequentabatur Eccleſia, miracula edita fuiſſe, ait idem Cardin. Baronius. B

Quod rurſum ad Paſchalem pertinet, duas hoc anno miſiſſe ad Ludouicum Imperatorem Legationes, habent Annales rerum geſtarum eius, ſed quibus de rebus non conſtat. Addunt etiam perlatum hoc anno nuncium Ludouico Imperatori de nece Leonis Imperatoris Conſtantinopolitani, & ſubrogatione Michaelis Balbi, de quo deinceps dicendum, ſimulque de ſtatu Orientalis Eccleſiæ ſub eodem Michaele. Cũ igitur innotuiſſet vbique Leonis Imperatoris perſecutoris Orthodoxorum interitus à catholicis omnibus, qui vel in carcere, & vinculis, vel relegati tenerentur in inſulis, vel deliteſcerent in montibus, & ſiluis, ſiue extorres profugi huc illucque diſperſi eſſent, Deo redditæ ſunt immenſæ gratiæ, quod liberati eſſent de ore Leonis, inter quos Theodorus Studitarum Præpoſitus, quo plus cęteris fuerat ærumnis preſſus, eo alacrius gratias ingentes Deo, qui tyrannum abſtuliſſet, digne perſoluit, & imitatus Gregorium in Iulianum ſcriptis inuectum, ſuis item Epiſtolis eundem, vt Apoſtatam lacerauit, Dei prædicans in his potentiam, & fortitudinem. Cùm igitur à Naucratio, qui Conſtantinopoli detinebatur, de omnibus certior factus eſſet, mox ad eum ſcripſit, in qua Epiſtola, [a] poſt aliqua. *Hoc verò adijciam*, inquit, *ad ea quæ dixi, oportuiſſe Apoſtatam eo quo ſcripſiſti modo, vitam abrumpere: oportebat noctu tenebrarum filium occumbere: oportebat eum qui diuina templa deuaſtarat, in Dei templo nudatos in ſe gladios cernere: oportebat ad diuinum altare confugientem non ſaluari, qui altare ipſum deſtruxerat: in eam manum, quæ extenſa in Sancta fuerat, ſectionem inferri; in fauces, quæ impia eructarant gladium diſtringi: in humerũ eius, qui contumelioſe Chriſto inſultabat, opportunum vulnus infligi; pro iuſti ſanguinis effuſione, iniuſtum ſanguinem ſpargi; pro ſectione, & dilaniatione membrorum, atq; tergorum, inuiſa Deo membra concidi; pro morte Sancta, impiam mortem exhiberi; & pro purpura panniculis indui ſemen inglorium. Hæc verò de caſu gaudens impij, quin gemens, & lugens mortis genus ſugillo, &c.* C D

a Epi. 73. lib. 2.

Inſultatio in impij Leonis mortem.

Eiuſdem in omnibus argumenti ſcripſit Epiſt. [b] ad Ioan. Logothetam, vnum ex Confeſſoribus.

b Lib. 2. Epiſt. 80.

Inter hæc autem Michael potitus Imperio tertia die edicto reuocauit omnes exules Orthodoxos, & omnes carcere incluſos liberauit. *Etſi enim*, inquit Michael in Theodoro, *hæreticarum is partium erat, haud quaquam tamen impudentia ſimilis priori, nec moleſtus vlli erat, quod ei obſequi nollent, quæ vellet agere ſinens vnumquemque*. Theodorus exilio liberatus, exiſtimans Imper. re vera Orthodoxum, ipſum mirum in modum præconijs extollens, ad eum ſcribit Epiſt. [c] in qua poſt pauca. *Sicut in imperio veſtro expreſſæ imaginis ſuſceptio, confeſſio eſt imperij veſtri, & contra; ita & in Chriſto Rege vniuerſæ terræ idem ſumere licet, ac multo magis, quia regni eius non erit finis. Si ergo in negatione imaginis Chriſti negare Chriſtum ipſum omni ueritate demonſtratum eſt; perſpicuum eſt, & in adorationis eius improbatione, Chriſti quoque ipſius adorationem abrogari, &c.* Et mox. *Vt uniamur nos vertici Eccleſiarum Dei Romæ, & per eam tribus Patriarchis, &c.* Sic igitur Theodorus ſolutus vinculis, nihil antiquius habuit, quam iter Conſtantinopolim verſus E

c Lib. 2. Epiſt. 74.

Negatio imaginis Chriſti, ipſius Chriſti negatio eſt.

dirigere,

A dirigere, quo diſperſos diſcipulos congregaret, ſuumque repararet monaſterium. *Poſt ſeptimum Annum, quam eiectus fuerat*, inquit Michael, *age qualis eius reditus, quales omnium, quam illuſtres, quacunque tranſibat occurſus, honoris, & gratulationis ergo intueamur. Per familias enim, & ſodalitates diſtributi, certatim omnes contendebant, qui prius eum tecto exciperet, quis ei prius lautia præpararet, probrum ducentes, idque maximum, in hoc officio, poſteriorem uideri.* Quos occurſus longius, & luculentius perſequitur Michael. Sed quæ à Sancto in via edita ſigna ſunt, idem Michael quam fideliſſime recenſet de puella oleo ab eo benedicto à febribus liberata: de Pardali hominem inuadente, per eius inuocationem in fugam auerſa: de energumena, per impoſitioné manus, à dæmone liberata: de fluuio ſæpe inundate, & agros vaſtante, intra terminum ab ipſo præſcriptum Cruce in ripa defixa, repreſſo. (Miracula p Theodorum edita.) B Iſta Leo ſui temporis res geſtas, & quæ ſpectauit oculis proſecutus. Ita plane Deus hiſce ſignis, ceu diuinis characteribus illuſtrauit ſanctum ſuum, vt orbi innoteſceret, veritatis eum Orthodoxæ eſſe prædicatorem, Deo ipſius prædicationem confirmante, ſequentibus ſignis. Omiſſis autem reliquis, quæ ab auctore narrantur miraculis, cęptum Conſtantinopolim, vſque iter ipſius proſequamur. Viſitauit in itinere Nicephorum Patriarcham; Petro anachoretæ, ſingulare quoddam vitæ, & aſperum genus ſectanti, & miraculis non exignis illuſtri, ex quo aliqui offenderétur, conſuluit, vt illud, ad aliorum vtilitatem aliquantum remitteret; & eius calumniatores admonuit, nè tantum virum temere proſcinderent, quia potius talem virum adularentur, & laudarent.

Interea aduenit legatio miſſa ad Nicephorum Patriarcham ab Epiſcopis in Cher- C ſone relegatis, cum nondum de Imper. Edicto relaxationis ab exilio, cognouiſſent, qui legato Agapeto Sanctiſſimo Monacho dederant in mandatis, vt Theodorum Studitam ſolueret, qua occaſione ſcripſit tunc Theodorus ad ipſos Epiſcopos Epiſt. [a] & ſtatim petijt Conſtantinopolim, Patriarcha cum Epiſcopis minime eam adeunte, quod intruſus Pſeudopatriarcha adhuc ſederet. (a Lib. 2. Epiſ. 92.)

Poſt hæc autem iubet Imper. vt Epiſcopi omnes tam Catholici, quam hæretici cõuenientes, de dogmatibus conferant. His auditis conuenientes interſe Epiſcopi Orthodoxi confirmauerunt non decere in Concilium vnum cum hæreticis conuenire, id vetantibus Eccleſiaſticis regulis: ſupplicauere tamen Imperatori, vt ſe audire velit, excuſantes interea ſibi non licere cum hæreticis habere conuentum, nec audire penitus, niſi ad correptionem. haſque ad eum litteras omnium nomine conſcripſere, hoc D Titulo. [b] (Cath. p uocati ad cõferēdū cū hæret. negāt ſibi licere. b Lib. 2. Epiſt. 86.)

Epiſtola ex perſona omnium Epiſcoporum, & Præpoſitorum ad Michaelem Imper.

Extat inter Epiſt. Theodori, vtpote quæ ab eo putetur fuiſſe conſcripta. In ea primum gratias agunt, & eum laudant ſupplicantes audiri, inde aiunt non arbitrio Imperatoris tractanda diuina, nec ſibi licere conuenire cum hæreticis. *Quod ſiquid eſt*, aiunt, *huiuſmodi, de quo ambigat, aut diffidat diuina Magnificentia ueſtra pie à Patriarcha diſſolui poſſe, iubeat magna ipſius, & à Deo confirmata manus, ad com-* E *munem utilitatem* A VETERE ROMA SVSCIPI DECLARATIONEM, PROVT OLIM, ET AB INITIO PATERNA TRADITIONE TRANSMISSVS MOS FVIT. *hæc Chriſti æmule Imperator* SVPREMA EST ECCLESIARVM DEI, *in qua Petrus ſedem primus tenuit, ad quem Dominus dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* (Dubiorū declaratio, Roma, p vetere mor petenda.)

Locum hunc recitat Gennadius, [c] ad demonſtrandam Apoſtolicæ ſedis auctoritatem ſemper in Eccleſia cognitam, & prædicatam. (c Expoſ. p Cõcil. Flor. c. 5. ſect. 17.)

Epiſcopi

Epiſcopi igitur, & Theodorus conuenientes apud Imper. preces obtulerunt, vt & ipſi proprias Eccleſias reciperent, & qui eas occuparent hæretici, pellerentur, & de fide copioſe diſſeruerunt, ſed ſurdo, & nihil intelligenti, quare hoc ſolum abſurde ſtul teque illis reſpondit. Tametſi, inquit, egregia, & honeſta ſunt, quæ dixiſtis, & mihi nequaquam amplectenda, qui hactenus imaginem nullam colui, vel adoraui. Quo circa, & me æquum eſt eum manere, qui fui, & vos pariter priſtinum ſtatum retinere, opinioneſque veſtras ſequi. Per me enim licebit; nec cui iam obſiſtam, niſi quod imagines in regia Vrbe à vobis erigi prorſus nolo, ſed extra eam procul, & vbicunq; volueritis. Quo audito ſtatim exierunt. Theodoro ad Creſcentis loca redeunte, ibique cum diſcipulis vitæ ſtadium decurrente. pergit Michael dicere de Thoma quodam Imperij rebelle, & Tyrannidem affectante, qui populari omnia circum, & infeſtis armis peruagari cum cœpiſſet, omnes in regiam Vrbem confluebant, in his quoque diuinus Pater Theodorus, in eaque vixit, donec ſeditio reprimeretur. Poſt congreſſum cum Imper. Theodorus de omnibus, quæ tranſacta cum eo eſſent certiorem fecit Nicephorum Patriarcham, iam enim eodem ferme argumento, quo Epiſcopi, ipſe Niceph. Patr. Epiſtolam ad eum ſcripſerat, vt Cedrenus tradit, petens ſacrarũ imaginum reſtaurationem, & pietatis reuocationem. cui reſponderat Michael ſe nullum decretum de fide conuellere ſtatuiſſe, neque quidquam eorum, quæ tradita iam & conceſſa haberentur damnaturum, vel mutaturum. Quiuis ſecure id ſequeretur, atque ageret, quod ſibi probaretur, atque liberet. Quo ipſo etiam tempore reddidit idem Niceph. Patr ad Theodorum Epiſtolam, condolens quod nondum ſua, re vera pacem conſecuta eſſet Eccleſia, per necem perſecutoris Leonis. ea accepta Theodorus, eundem ſpe meliorum niſus eſt conſolari, ad eum reſcribens. [a]

Politici, an magis athei, aut ſtulti Imper. reſpõſum.

Seditio adu. Imp.

Cum igitur degeret Conſtantinopoli Theodorus, Imperator vero ob motus Tyranni totus eſſet in rebus bellicis, ſumma fruebatur tranquillitate, beneque vſus occaſione, nihil prætermiſit loquendo, ſcribendo, vel quiduis agendo, quod conducere poſſet Catholicæ pietati, cuius rei gratia ſcripſit eodem tempore Epiſtolam Cathecheticam, [b] ad ſuos Monachos, nondum in vnum collectos: in qua de reuocatis ex diſperſione mentio. Inter alios autem Monachorum Præpoſitos lapſos fuit Euſtraſius, qui hęreticis manus dederat, occulte tamen, ob quam cauſam haud ſe inter lapſos pœnitentes conſtituit, ſed inter ſanctos, atque iuſtos profitebatur, velut omni macula carens. Quod ergo quam longiſſime hic à ſalute eſſet, niſi ad curandum, vlcus aperiretur, Theodorus paterna charitate id minime facere prætermiſit, ex multis arguens ipſum lapſum, & amanter ad pœnitentiam inuitans. [c] Porrò diuerſus ab hoc ille Euſtraſius Monachus Monaſterij Agri, qui flagrans ſtudio ſacrarum imaginum adiuit S. Ioannicium Anachoretam ſciſcitaturus de fine eius perſecutionis, quando foret, vt deſineret. A quo de Leonis proximo interitu reſponſum propheticũ accepit, vt eiuſdem Ioannicij admirandæ res geſtæ continent. Inter hæc verò ille olim lapſus, inde verò vltroneus Confeſſor S. Niceta. qui in Glyceriam inſulam relegatus, illic in anguſtijs ſex egerat annos, & ipſe edicto Imper. ſolutus exilio ſolitariam vitam agens, haud diu ſuperſtes, Deo ſpiritum reddidit, cuius ex hac vita migrationi duo Sanctiſſimi Archiepiſcopi Theophilus Epheſi, & Ioſephus Theſſalonicæ nobiliſſimi confeſſores, accurrerunt. Teſtatur iſta omnia Theoſterictus eius diſcipulus, qui & de eius corporis translatione facta ad eius Monaſterium, per eius diſcipulos, cum ſolẽni pſalmodia, memorat, & de energumenis liberatis, & de muliere à fluxu ſanguinis ad eius reliquiarum contactum, ſanata. Porro dies, quoad ſuperos tranſijt tertia Aprilis anniuerſarie celebratur.

a Lib. 2. Epiſt. 79.

b Lib. 2. Epiſt. 90.

c Lib. 2. Epi. 106.

S. Ioãnici⁹ ꝑdicit mortem Imp.

S. Nicetæ obitus.

Miracula.

Translatum & tunc fuit venerandum Corpus S. Theophanis Confeſſoris Præfecti Monaſterij Sigriani, qui cum poſt biennium carceris in Samothrace inſula obdormiſſet in Domino, inde delatum corpus conditum fuit in Eccleſia Sancti Procopij Martyris, vbi & ipſe innumeris fuit illuſtratus miraculis. Ad cuius adorandum ſepulchrum è monte in quo habitabat, cum adueniſſet S. Ioannicius, & Thaſo appuliſſet, Monachique, & omnes accolæ ad eum adeuntes, quererentur de vexatione, quã à

S. Theopha. Abb. trãslatio, & Miracula.

ſerpentibus

A ſerpentibus paterentur, & obteſtarentur ſupplices, vt opem ferret, precibus, quaſi ſagittis, in eos emiſſis è cauernis extractos in mare demerſit. Erat autem Ioannicius hic decus Anachoretarum ſæculi huius, & ornamentum, ſtudioſiſſimus ſacrarum imaginum, cuius rei ſpecimina haud vulgaria edidit, cum ſæpius experiri accidiſſet. inter alia autem illud plane memorabile, cum piam fœminam ſigno Crucis à graui morbo liberauit, maritum verò ſororis, oſorem imaginum, vincens naturam, precibus orbauit. hæc, qui res eius geſtas ſcripſit. S. Ioanicij Miraculum.

Theodorus, & Theophanes fratres Palæſtini San. Sabæ cœnobij profeſſores, ſub Leone, ob Orthodoxam fidem in Pontum relegati, per edictum Michaelis ab exilio relaxati, Conſtantinopolim cum veniſſent, & pietatem libere prædicarent, multos ex magiſtratibus, & ex reliqua multitudine in ſuam trahebant ſententiam: Quorum tantam virtutem non ferens Ioannes Magus Ægyptius, eo deterior, quod habitum Monaſticum gerebat, & ad decipiendum aptior, quantumuis Imper. ceſſationem à perſecutione indixiſſet, tantum ſibi ſumpſit, pro ea gratia qua valebat apud eum, vt eos in carcerem conijceret, & poſt etiā expelleret è ciuitate. Contigit & tunc ipſum Theodorum Studitam ab Vrbe eijci, alioſque fugari, teſtatur Epiſtola [a] ad Thomam Patriarcham Ieroſolymitanum, à quo litteras acceperat. a Lib. 2. Epiſ. 121.

Hic idem pariter annus numeratur primus [b] Habdarrhagman Regis Sarracenorum in Hiſpania, cuius primordijs Cordubæ, vbi ſedem Regni fixerat, coronati ſunt martyrio Adulphus, & Ioannes, quorum glorioſum Agonem latiſſime ſcripſit Speraindeo Abb. quod teſtatur S. Eulogius in ſuo Memoriali [c] Sanctorum. b Meral. in Sch. ad Eulog. c Lib. 2. cap. 8.

Hoc eodem anno reddunt Annales Francorum, in rebus geſtis Ludouici Imperatoris motus Fortunati Gradenſis Patriarchæ, Maieſtatis rei, quem referunt ad Palatium euocatum, quod Ludouicum in perfidia confirmaret, & artifices ad Caſtella munienda illi ſuppeditaret. eum verò furtim Conſtantinopolim fuiſſe profectum. ex quo intelligitur Gradenſem Ciuitatem fuiſſe ſub Ludouico, & perſeueraſſe in eo ſtatu, quo eius Pater Carolus reliquerat, in cuius prouinciarum Archiepiſcopatibus numerantur ab Eginhardo Forum Iulij, (idest Aquileiæ,) & Gradus Eccleſiæ. Fortunatus Grad. Maieſtatis reus.

Chriſti Annus	*Paſchalis P.*	*Ludouici* 9. *Mich. Balbi* 2. *Impp.*	*Indictio.*
822	6		15.

D LVdouicus Imperator extimulante eum aſſidue conſcientia eorum, quæ in nepotē Bernardum, & conſobrinum Adelardum, & alios cognatos peccaſſe ſibi videbat, publicam, magno humilitatis exemplo, tantus Imperator ſubire voluit pœnitentiam, in celeberrimo Atiniacenſi conuentu Epiſcoporum, Abbatum, Principum, & magiſtratuum, vt habent veteres Annales, & alij omnes rerum Francorum ſcriptores. De ritibus, & tempore huius publicæ pœnitentiæ multa extant in Capitularibus Francorum. [d] Sed cur hoc potius anno de admiſſis culpis pœnitentiam egerit Ludouicus, ex Paſchaſio Ratberto, huius temporis ſcriptore, qui res geſtas S. Adelhardi ſcriptis eſt proſecutus, [e] poſſumus intelligere. Acciderat enim, vt qui ante ſeptennium San. Adelhardus Corbeiæ in Gallia Abbas, idemq; conſobrinus Caroli Magni, (de quo ſuperius dictum eſt) ab eodem Ludouico, quibuſdam calumnijs circumuentus, exu- d Lib. 5. ca. 5 § 59. 63. & 71. e Apud Sur. 2. Ia.

E lare ſit iuſſus: poſt liminio reſtitutus, ipſum libere monens, ad id agendum prouocauerit Imper. qui & ex eo nimio afflictus eſt dolore, quod in virum Sanctiſſimū adeo enormiter deliquiſſet. ſubdit etiam quomodo idem fuerit auctor eidem Ludouico Imper. vt in expiationē delictorum admiſſorum Corbeiam in Saxonia erigeret Monaſterium, à Corbeia Galliæ, cui inſeruierat Abb. nomen accipiens, cui & idem Adelhardus præficeretur Abbas. Hoc namque anno iacta eſſe fundamenta Corbeiæ Saxoniæ æque Lambertus affirmat, ſequenti vero Adamus. [f] Corbeia Saxonica ædificata. f Lib. 1. cap. 15.

Fuit autē aliquādiu idē Monaſteriū Schola Sanctiſs. virorū, inter quos primus enituit S. Anſgarius Apoſt. Sueuorū, atq; Danorū, reliquorumq; interiorū Germanorū.

Tho. Tyran. obſidet Conſtantin. Tyrãnus Thomas capitur, & interficitur.

A Quod ad res pertinet Orientis, Conſtantinopolis à Thoma Tyranno, vnius anni ſpatio inchoato à præcedenti Decembri, obſeſſa perſeuerauit, vt ex antiquioribus auctorib. ſcripſit Cedrenus. Hic ex obſcuriſſimo genere transfuga ad Sarracenos, apud quos, eiurata fide Chriſtiana per annos permanſit: poſteà rediens ad Romanos Conſtantinũ Irenes Imperatricis filiũ ſe finxit eſſe, qua arte cõparata ſibi perditiſſimorum hominum manu, ſub Leone Armeno occupauit Armeniam, & alias regiones. Creato verò Michaele Imperatore maioribus collectis copijs diuerſarum gentiũ, Rom. Imperij inimicis Conſtantin. terra mariq; obſedit, & loca complura munita cępit. Michael autem auxilio Regis Bulgarorum Thomã profligauit, & Hadrianopolim profugum à ciuibus deditum cępit, itemque eius adoptiuum filium Theodoſium ex Monachum quos manibus pedibuſque mutilatos lento ſupplicio interfecit.

Terræmotus.

B Fuit item hoc tempore ingens terræmotus, quo dirutis muris Caſtelli cuiuſdã Michael potitus eſt. Qui tot felicibus ſucceſſibus elatus magis, ac magis in ſua confirmatus eſt impietate, ex proſperis euentibus metiens ſuæ fidei veritatem. Verum tantam cladem per Tyrannum in Rom. Imp. illatam, & alias cęlitus à Deo irato diuerſis modis immiſſas, nonniſi in vltionem perfidiæ accidiſſe, qui ſanioris fuere mentis intellexerunt, vt eſt apud Cedrenum.

Quo autem tempore bello ciuili laborabat Conſtantinop. Ciuitas: Sarracenos, qui erant in Hiſpania, occupaſſe Cretam Inſulam Græcorum Annales teſtantur. Qui vt eam retinerent, Monachi vſi conſilio in loco tuto Candace nominato vrbẽ munitam extruxerunt, ex qua vniuerſæ inſulæ dominarentur. factũq; eſt ex eo, vt inſula Cãdax, & deinceps Candia appellaretur, habet iſta de loco munito Cedrenus.

C

Chriſti Annus	*Paſch. Pap.*	*Ludouici* 10.	*Impp.*
823	7	*Mich. Balbi* 3.	*Ind.* 1.

LOtharius Cęſar à Ludouico Patre Imp. in Italiã miſſus, ad Rempubl. ordinandã, euocatus Romam à Paſchali Pont. Imp. coronatus, & Auguſtus eſt appellatus, indeque redijt ad Patrem in Germaniam. ex Ludouici Imper. vita.

Imp. cognoſcit de cæde Romæ facta.

Interim perfertur ad Imper. Ludouicũ, Theodorũ Primiceriũ, & Leonẽ Nomenclatorem Luminibus priuatos, ac inde decollatos in Patriarchio Lateranenſi; in cuius rei crimen vocaretur ipſe Romanus Pontifex Paſchalis, qui ſtatim legatos de ſua purgatione ad eum miſit, qui tamen ſuos etiam legatos ad rem totam perquirendam, & cognoſcendam, Romam ire iuſſit. qui reuerſi nunciarunt Paſchalem Papã de interfectorum nece, cum plurimis Epiſcoporum ſacramento ſe purgaſſe, ſed & eos, qui interfecti eſſent, iure cęſos aſſeueraſſe. Quibus auditis Ludouicus Legatos Paſchalis dimiſit. hæc ex vita Ludouici: eadem reliqui eiuſdem temporis ſcriptores. D

Paſchalis Papa miraculis clarus.

Sed ſuſpicio tanti criminis in tantæ virtutis, & ſanctitatis hominem non cadit, qui ingentia etiam miracula patraret, in quibus illud refertur ab Anaſtaſio. Quod cum ędes in quibus diuerſarentur Angli, ingens noctu incendium corripuiſſet, iamq; pęne tota porticus, quæ duceret ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, conflagraſſet, Beatiſſimus Pontifex nudis pedibus accurrerit, ſeq; flammis obiecerit, quæ eius precibus, & circunſtantis populi, Dei opitulante miſericordia reſtinctæ ſint.

Prodigia.

Porrò hoc eodem anno, ſicut Oriente, in Occidente etiam crebra viſa, atq; audita prodigia, ex terręmotibus inuſitatis, ex igne de cęlo lapſo; ex quo factæ ſunt conflagrationes locorum, pluuia lapidum cum grandine admixtorum, inuſitatis fulminibus, peſtilentiaque hominum, & animalium, & alia plura. Imperator, his auditis, in conuentu apud Compendium habito, crebro fieri ieiunia, orationumq; inſtantia, atq; Eleemoſynarũ largitionib. diuinitatẽ ꝑ Sacerdotũ officiũ monebat placandã, certiſſime dicẽs ꝑ hæc portendi magnã humano generi imminere cladẽ. Ex Ludouici vita. E

Quæ autem facta fuerit præcum indictio, cum ſubſequens peſtis, fames, & alia mala clades vexaret Gallias, ex Capitularibus[a] Francorum habetur. Quarum cladium meminit Eginhardus, in Marcellino,[b] & Petro.

a Lib. 5. cap. 136.
b Lib. 3. c. 15. apud Sur. 2. Iu.

Hoc

A Hoc ipſo anno conceſſione Paſchalis Papæ Ebbo Archiepiſcopus Rhemenſis ad Danorum conuerſionem profectus eſt, eique Halithgarius adiunctus. Sic Adam Canonicus Rhemenſis.

Quod ad res ſpectat Orientales, hoc ipſo anno, cum adhuc etiam bello ciuili Imperium fluctuaret, veritus Michael ne acceſſione Orthodoxorum Tyranni potentia nimium augeretur, aſtuto conſilio laborauit, vt eos cum hæreticis conciliaret, & pacem ſtabiliret, refragantibus Catholicis, quod id canones prohiberent. Qui tamen rationem ſanciendæ pacis propoſuerunt, litteris [a] per Theodorum Studitam ſcriptis ad Leonem Sacellarium, in quibus, poſt multa. *Quod ſi roget*, inquit, *quiſpiam. quo pacto id fieri poſſit*, nimirum, vt Eccleſia vniatur, *ſi excedant inquã, Eccleſia Heterodoxi, & propriam ſedem recipiat Nicephorus Sacer Patriarcha. Qui coacto eorum* B *conuentu, cum quibus certamen ſuſtinuit, ſi fieri non poſſit, vt ab aliis Patriarchis adſint Vicarii, (quod certe fieri poteſt, ſi velit Imper. Occidentalem intereſſe, cui & poteſtas ſumma defertur Synodi œcumenicæ,) attamen pacem conficiet, & coniunctionem, ſynodicas ſuas ad primæ ſedis Præſulem mittendo. Quod ſi hoc minime probet Imper. deflexitque, (vt ipſe ait) à veritate Nicephorus Antiſtes:* MITTENDA EST AD ROMANVM, EX VTRAQVE PARTE LEGAATIO, ET INDE FIDEI ACCIPIENDA CERTITVDO. *Etenim ſic res habet, vt ſi aberret vnus è Patriarchis, à ceteris eiuſdem ordinis (quemadmodum diuinus Dionyſius tradit) correctionem admittat, non ab Imperatoribus iudicetur, exurgant licet omnes quotquot vnquam fuerant Imperatores Orthodoxi.* Hactenus ex litteris Theodori. At verò quod ad Orthodoxos pertinet, ne cum hæreticis ſubterfugiendo C congreſſum, quem expeteret Imperator, viderentur diffidere iuſtę cauſæ, atque errorem fouere, placuit eidem Theodoro, nomine omnium vbique exiſtentium Orthodoxorum, Apologeticam ad ipſum Imperatorem, & eius filium Epiſtolam dare, qua de fide Catholica, quam profiterentur, redderent rationem cuique petenti. in qua poſt probatas, & receptas ſeptem œcumenicas Synodos, pergit ſecundum tria probationum capita, ex naturali nimirum doctrina; ex Patrum auctoritatibus; ex Synodicis decretis, & ex antiqua conſuetudine, de ſacrarum Imaginum veneratione doctrinam firmiter ſtabilire.

Ad hoc tempus ſpectat, quod Michael res geſtas à Theodoro proſequutus, ait, Thoma ſuis copijs repente deſtituto, & in poteſtatem Imp. redacto, Theodorũ Conſtant. iterum reliquiſſe, & in Acritorum peninſula ſedem fixiſſe, ex qua ſæpius ad Pa- D triarcham ventitaret; Patriarcha viciſſim amoris officia reddente, animique ſtudium multis argumentis declarante. idque vterque præſtabat, vt calumniatores conuincerent falſitatis, qui Theodorum Schiſmaticum confinxerant, & à Patriarcha auerſum, & Idionomum appellarent, ideſt priuati vicis auctorem, vt ipſemet Theodorus teſtatur Epiſtola, [b] ad Petrum Nicææ Epiſcopum. in qua affirmat ſe poſt viſitationem Patriarchæ, alios etiam Sanctos Patres inuiſiſſe, in quibus per hos ferme dies viſitauit & B. Ioannicium, de qua viſitatione extant hæc in Actis eiuſdem. *Ioannicio Patri*, inquit auctor, *erat ſtudio, ſi quos ad ſe audiebat aſcendere, e monte deſcendere, & eis obuiam procedere. cur hoc faciens? magnam in aſſenſu reſecans vexationem eorum, qui ad ipſum aſcendebant. eſt enim aſper, & accliuis ad montem aſcenſus, & non facile, nec expeditum præbens iter aſcendentibus.*

E *Aliquando itaque is cui obtigerat Chalcedonenſis Pontificatus, & cui Nicæte, & Theod. Præfectus inſignis gregis ſtudii cũ Ioſeph, & Clemente ad ipſum accedebant. Hoc antẽ cũ cognouiſſet Sãctus, volẽs eorũ magnã leuare viæ moleſtiã, ad eos deſcẽdit de mõte. Cũ verò hominis Dei eſſent partes, & facere, & dicere ea quæ eſſent Deo grata: in ſermone quẽ apud ipſos habuit, cenſebat humilitatẽ eſſe præferendã omnibus virtutib. Poſtquã autẽ ad cibũ ſumendũ iã acceſſiſſent: Ne conturberis, inquit, fratri Ioſephi, ſed eis paratas ad exitum:* Hoc quidem tunc ſic dictum, quidnam ſibi *vellet dubitabatur ab iis, qui audierant. Cum autem poſt decem, & octo dies Ioſeph è vita deceſsiſſet, recte intellexerunt quid ſibi vellet, quod magnus dixerat.*

a Lib. 2. cap. 129.

A Rom. Pont. petẽda fidei certitudo.

Audis Græcule S. Patrem Græcum?

Patriarcha aboĩbus ſimul Orthod. Imp. iudicari non poteſt.

b Lib. 2. Ep. 127.

Hæc de his auctor. Accidit inter hæc mirandum quidpiam, quod filius Leonis Armeni, Baſilius nomine, qui erectus Michaelis Balbi Imper. iuſſu, vocem amiſerat, ad ſtatuam S. Gregorij Nazianzeni vocem receperit, & cum ea catholicam pariter fidem in cultu ſacrarum imaginum ſit conſecutus, necnō mater eius Theodora, ſeu Theodoſia nuncupata, in Monaſterio relegata pariter ſe Orthodoxis adiunxerit. hæc Curopalata, ex quo Cedrenus, qui licet de matre eius Auguſta nihil meminerit, liquet tamen Theodori Studitæ teſtificatione ipſam vna cum Baſilio filio fidem catholicam eſſe profeſſam in manibus quorundam Orthodoxorum Monachorum, paratamq; fuiſſe eius rei gratia, ſi oporteret, ſuſtinere quoque martyrium. Extat ſiquidem ad vtrumq; eius Epiſtola,[a] in qua poſt multa ad gratulationem, & inſtructionem, hæc habet ad hiſtoriam ſpectantia. *Cæterum poſtquam deſignata nobis fuit à magno Imperatore Chalcita Inſula ad domicilium habitationis, non mediocriter contriſtauit, non ſolum nos, ſed multos etiam ex Patribus, quod vniuerſorum fratrum cœtus, cum Antiſtite vetere ſuo monaſterio eiecti ſunt, & nunc huc illucque circum agantur, & quod viſi ſimus linguas aperire ad priſtina conuicia. Veruntamen quoniam per Clementem ſpiritualem filium noſtrum reſpondiſtis, ita atque ita cōſtitutam ex regia auctoritate rem fuiſſe, triſtitiam depulimus. Hoc verò obteſtamur, vt quantum conniti vobis licet, egredientium dolorem mitigetis, &c.*

a Lib. 2. Ep. 204.

Porrò Clemens iſte, cuius hic mentio habetur, Præpoſitus eiuſdem erat Monaſterij, tabellarij tamen munere fungens, pietatis cauſa, vt idem Theodorus affirmat in Epiſtola,[b] ad diſperſos fratres.

b Lib. 2. Epiſt. 90.

Chriſti Annus	*Eugenii* P. 2.	*Ludouici* 11. *Mich. Balbi* 4. *Impp.*	*Indictio.*
824	1		2

PRæter ea quæ dicta ſunt, hæc de rebus geſtis Paſchalis leguntur, incerto tamen Pontificatus anno, apud Anaſtaſium: Multa Sanctorum corpora diligenter perquiſita honeſte intra Vrbem recondidit, ſtipendium clericis auxit; Captiuos in trāſmarinis regionibus, viros, & mulieres, & in partibus Hiſpaniæ, & alijs longinquis regionibus, ſicut bonus Paſtor, redemit: Eccleſias plures reſtaurauit, ornauit, dotauit. Veſtes plurimas, & vela pretioſa ad ornatum Eccleſiarum comparauit: Ad varias imagines, vaſa, & alia ornamenta ad 360 amplius auri libras impendit; argenti pluſquàm 400. quod conſtet; nam plurium deeſt numerus, præter gemmarum, & variorum marmorum genera.

Papa redimit captiuos. Eccl. reſtaurat, & ornat.

Hoc ipſo anno Paſchalis Papa, cum ſediſſet annos 7. m. 3. d. 16. ſecundum Anaſtaſium, ſiue 17. moritur pridie Idus Maias, & poſt quattuor dies creatur 14. Kal. Iun. Eugenius, ex presbytero Card. Tit. S. Sabinæ; de quo Anaſtaſius.

Hic venerabilis, & præclarus vir magnæ ſimplicitatis, ac humilitatis fuit, doctus ſcientia, & ſermone præcipuus, forma decorus, largus petentibus, mundi contēptor: ſola, quæ Chriſto eſſent placita, diebus, ac noctibus cogitabat.

In rebus geſtis Ludouici, vbi de hac electione fit mentio, ſic habetur. *Cum duo per contentionem populi fuiſſent electi, Eugenius tamen Archipresbyter Tituli S. Sabinæ vincente nobilium parte, ſubrogatus, & ordinatus eſt.*

Veruntamen cū vniuerſa Vrbs diſſenſionibus agitaretur, de illis à Pōt. Ludouicus per Legatū admonitus, cum ad Britannicā expeditionē per ſe faciendā eſſet intentus, Lotharium filium Imperij conſortē Romam miſit, qui ab Eugenio Pont. honorifice ſuſceptus, cum iniuncta ſibi patefaceret, ſtatum Pop. Rom. iamdudum, quorundam Præſulum peruerſitate deprauatum, memorati Pontificis beneuola aſſenſione, ita correxit, vt omnibus qui iacturam bonorum paſſi, erant ſatisfieret. Ex rebus geſtis Ludouici Imper. Quæ per ipſum Lotharium in Vrbe facta ſint, ex ipſius tunc ibidem edita conſtitutione,[c] accedente conſenſu Rom. Pont. intelligitur: ſic enim ſe habet.

c Apud Sigoniū, d Regno Ital. i Ludou. anno 825.

VOLVMVS,

A VOLVMVS, VT AD ELECTIONEM PONTIFICIS *nemo audeat venire, neque liber, neque ſeruus, qui aliquid impedimentum inferat, exceptis illis tantũ Romanis, quibus antiqua fuit conſuetudo conceſſa per conſtitutionẽ SS. PP. eligendi Pont. Quod ſiquis contra noſtram iuſsionem facere auſus fuerit, exilio afficiatur. Volumus, ut cunctus Pop. Rom. interrogetur, qua lege uelit uiuere, ut ea qua profeſsus ſit uiuere uelle, uiuat, eique denuncietur, ut hoc unuſquiſque ſciat, tam Duces, quam iudices, uel reliquus populus. Quod ſi in offenſionem ſuam contra eandem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur, ex conſtitutione Pontificis, & noſtra ſubiacebunt. De rebus Eccleſiarum iniuſte occupatis per occaſionem, quaſi licentia accepta à Pontifice, & de iis quæ nec dum redditæ ſunt, & tamen fuerunt à poteſtate Pontificum occupatæ, uolumus, ut per legatos noſtros reſtituantur.* Et poſt pauca. *Nouiſſime admonemus, ut omnes homines ſicut Dei gratiam, & noſtram habere deſiderant, ita pręſtent in omnibus obedientiam, ac reuerentiam huic Pontifici.* De libera electione Rom. Pont.

B Quo pariter anno Lotharij in via Comes Orthigarius Epiſcopus Mogontinus Corpora SS. Seueri Epiſcopi, & vxoris eius Vincentiæ, & filiæ Innocentiæ Rauenna ſublata, in ſuam Eccleſiam Moguntiam tranſtulit. hęc eadem Rubeus in hiſtoria Rauennate, additq; ex Agnello hiſtorico, qui his tẽporibus vixit, Lotharium ex S. Apollinaris Eccleſia in claſſe dicta, lapidem Porphyreticum in Gallias abſtuliſſe, pretioſum admodum, in quo ſepultum fuerat Mauri Archiepiſcopi cadauer, quod in Gallijs S. Sebaſtiani altaris vſui ceſſit.

Michael Imperator penitus liberatus tyrãnide Thomæ, repreſſis omnino bellis ciuilibus, vna cum Theophilo filio iam antea Imper. creato legationem cum litteris miſit ad Ludouicum.

C Qui cum Iconomachus eſſet, Catholicus tamen volens apparere adiecit, & alias litteras ad Romanum Pontificem, vna cum oblationibus inferendis in Ecclebam S. Petri, vt huiuſmodi pietatis velamento pios falleret. Hæ litteræ acceptæ ſunt ex conuentu Pariſienſi, in eadem cauſa cultus ſacrarum imaginum, habito, ſub eodem Imperatore, anno ſequenti. In titulo Michael non vocat abſolute Ludouicum Imperat. ſed Regem Francorum, & Longobardorum, & vocatum eorum Imper.

Scribit de prouectione ſua ad Imperium, & de bellis ciuilibus per Thomam excitatis, (cuius hiſtoriam perſequitur) ob quas prius legationem mittere non potuerit. ambit hæreticus communione iungi cum Catholico Imperatore Ludouico, multas ingerens calumnias in catholicos, circa cultum ſacrarum imaginum, iactans Conciliabulum Ichonoclaſtarum.

D Legatione audita, & reſponſo dato Ludouicus Imperator Romam eos deduci iuſſit, adiunctis ſuis etiam Legatis ad Romanum Pontificem: Porrò Legatorum Michaelis vnus fuit Fortunatus Archiepiſcopus Venetiæ, vt ipſemet Michael Imperator appellat. quem de ſua fuga percunctatum Ludouicus Romam ire voluit, vt à Pontifice examinaretur, vt eſt in rebus geſtis Ludouici.

Allatos autem tunc in Gallias per Occonomum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, vnum ex Legatis ſuperius nominatum Theodorum Diaconum libros San. Dioniſij Areopagitæ Hilduinus in Epiſtola reddita Ludouico teſtatur, his verbis. *Authenticos autem eoſdem libros Græca lingua conſcriptos, quando œconomus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & cęteri miſsi Michaelis, legatione publica ad ueſtram gloriam* Dionyſ. Areopa. opera in Gallia, delata.

E *Compendio functi ſunt, in ipſa uigilia ſolemnitatis S. Dionyſii, pro magno munere ſuſcepimus. Quod donum deuotioni noſtræ, ac ſi cęlitus allatum, adeo eſt diuina gratia proſecuta, ut in eadem nocte decem, & nouem nominatiſsimæ uirtutes in ægrotorum ſanatione uariarum infirmitatum ex notiſsimis, & uicinitati noſtræ perſonis contiguis, ad laudem, & gloriam ſui nominis orationibus, & monitis excellentiſsimi Martyris Chriſtus Dominus ſit operari dignatus.* Hæc Hilduinus Abbas Monaſterij San. Dionyſij apud Pariſios, qui & eiuſdem Ludouici iuſſu eadem Dionyſij opera ex Græco in Latinum vertit. Extat de his eiuſdem Imper. ad ipſum Hilduinũ Epiſtola, & alia Hilduini ad ipſum reddita.

Interea verò vbi ipſe Imperator Ludouicus ex legatione Michaelis, inter alia, ea quæ ad cultum SS.imaginum viderentur ſpectare, cognouit, vt de omnibus diligentiſſima poſſet haberi diſcuſſio,legatos miſit ad Romanum Pontificem, qua ab eo peteret, non Synodi cogendæ dari facultatem, ſed tantum colligendi viros doctos, qui ea de re exquirerent, ac diſputarent: conſtant hæc ex conuentu Pariſienſi,[a] & ex litteris Ludouici Imperatoris anno ſequenti datis.[b] Cum igitur miſſi à Ludouico Rege Legati Romam perueniſſent: Rom.Pont.temeritatis eos redarguit,quod antiquam coalitam per multa ſecula Eccleſiaſt. de ſacris imaginibus conſuetudinem immutare temere conarentur. Ceterum ne videretur agere auctoritate potius, quam ratione, petitam ab Imperatore licentiam de his agendi,ac diſputandi conceſſit.

a pag.22. & 23.
b Eadem Syn. pag. 153.&156

A

B

Chriſti Annus 825 | *Eugenij P.2.* 2 | *Ludouici* 12. *Mich.Balbi* 5. *Impp.* | *Indictio.* 3.

Collatio de imaginum veneratione.

IVSSV Ludouici Imperatoris, ſecundum petitam, & acceptam licentiam à Romano Pontifice, prope Pariſios facta eſt collatio de imaginum veneratione, quæ male inſcribitur Synodus Pariſienſis, plurimum namque differre inter Synodum, & collationem, maiores noſtri ſuis ſcriptis reliquere teſtatum. Erubuiſſe viſa ſunt poſteriora ſæcula, quæ in hac collatione facta ſcriptiſque mandata ſunt, ac ea de cauſa Acta ipſius occuluiſſe, vt amplius non ſint viſa, nec vllus reperiatur de tot ſcriptoribus,quibus Gallia abundauit,qui vel leuem mentionem de ea habuerit, quæ demum his proximis annis Francofurti excuſa in lucem prodijt, auctore editionis minime ſe prodente, quod non leuem malæ fidei ſuſpicionem inducit, qui opus perpetuis tenebris dignum in odium, & inuidiam catholici nominis euulgarit. Sed tantum abeſt, vt quod voluit,aſſecutus ſit auctor,qui edidit,vt potius contrarium nolens, & inuitus ſit operatus: cũ ex litteris quas recitat Ludouici Pij ipſa pietas in tenebris eluceſcat, nimirum quantum ſit apud Romanum Pontificem in vniuerſa Eccleſia iuris, & poteſtatis,& quanta Imperatores proſequi eos debeant reuerentia, & colere obſeruãtia. Quod in primis ſpectat ad ipſos, qui adfuerunt collatores, (vt omnis erroris origo, & cauſa pandatur.) ſciendum eſt, quod ex male percepto ſenſu S. Gregorij Papæ,in Epiſtola ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum, inualuit apud eos error ille,quo dicerent, ſacras imagines in Eccleſijs ad docendum tantum, non ad eas adorandas exponi debere. Ex qua falſa aſſumpta ſemel aſſumptione, in illud ſimul præcipitium ſponte ferrentur,vt ſeptimam œcumenicam Nicænam Synodum,eo nomine cõdemnarent,mentientes quod in ea latriæ adoratione iuberentur imagines adorari. Sic igitur occaſione legationis hæretici Imper. Michaelis cicatricem male obductam refricantes,vulnus periculoſius induxerunt,quod antea inflictum in Francofordienſi Cõcilio, iam fuerat abolitione Actorum illorum plene curatum, ſed nunc ob inſcitiam collatorum,& nequitiam pariter,vt apparebit, dira exulceratione recruduit.

C

D

Collatores igitur iſti, quibus data fuit à Romano Pont. tantum inquirendi facultas, definierunt ipſi, ſententiamque protulerunt in Epiſtolam Hadriani, & in ipſam œcumenicam ſeptimam Synodum, & quid de imaginibus ſentiendum ſit ipſi primæ ſedi legem præſcribere ſtuduerunt, vt conſtat ex ipſorum Epiſtola ad Ludouicum,& Lotharium Imperatores: Conſuluerunt ſuaſeruntque ijdem eadem Epiſtola Ludouico Imperatori, vt nomine Romani Pontif. litteras ſcriberet ad Michaelem Imperatorem de ratione imaginum.

E

Quin, & illud amplius præſtiterunt, vt litterarum formam, quas ipſe Ludouicus ſcribere deberet, pro ineunda concordia omnium Eccleſiarum ad ipſum Romanum Pontificem,ipſi ſcriberent, & ad ipſum Ludouicum tranſmitterent. In quibus illud maxime notandum, quod aiunt,non nimiũ Rom. Pont. addicti,ſed vi veritatis adacti.

Unde

A *Vnde ſicut dignum eſt, & uere dignum, & iuſtum eſt, ut præeunte Spiritus ſancti uirtute, ille inter eos in nomine Domini talia correcturus, & ad uiam ueritatis ſanctiſsimo moderamine reducturus, primus in hominibus arbiter occurrat, quem Deus omnipotens in ſede Apoſtolica collocare, eorumque Vicarium eidem Sanctæ ſuæ Eccleſiæ dare dignatus eſt, & ob hoc ei nomen ſpeciale in toto orbe terrarum ab eadem S. Dei Eccleſia, præ omnibus Pontificibus decretum eſt, ut ſolus, non ſua abuſione, ſed SS. Apoſt. auctoritate, Vniuerſalis Papa dicatur, ſcribatur & ab oïb. habeatur, &c.* Papa vniuerſalis dr, & habetur ab omnib.

Qui igitur ſibi adeo viſi ſunt eſſe ſapientes, præter hæc, formam quoque præſcripſerunt earum litterarum, quas Ludouicus nomine Pontificis mitteret in Orientem ad Michaelem, atque Theophilum Imperatores, quas antiquitas nominauit pacificas, quod eſſent pacis conciliatrices. Sed quod eas abſque conſenſu eiuſdem Rom. Pont. B mittere non liceret: idem Ludouicus Imperator, per legatos ſuos, eaſdem ipſas miſit ad eundem Romanum Pontificem inſpiciendas, ſuadens, vt ad ſanciendam concordiam totius Eccleſiæ illis vti deberet: Ita boni iſti Imperatorem maxime pium pro arbitrio traducentes, abuſi Zelo ipſius, quæ pietate eius indigniſſima eſſent, præſtare fecerunt, quæ præter id quod plura continerent indigna Rom. Pontif. complures admixtos haberent errores, eoſque grauiſſimos. Extant ipſæ in eodem libello Pariſienſis, quam vocant, Synodi [a] quas Ludouicus Imperator cum ſuis litteris, & Legatis miſit ad Romanum Pontificem, [b] cum admonitione facta ſuis Legatis, vt cum Rom. Pont. modeſte agerent, nec eum ea de re nimium vrgerent. Atque ita Gallicani iſti conſultores, male conſulti, parum abfuit quin in errorem traherent pium Imperatorem, ſed Deus cadere illum non permiſit. Qua in re mali ſultores ipſius ar- C guendi ſunt magis, vt qui poſt œcumenicum Nicænum concilium, poſt Romanum illud ad quod conuocati ſunt doctiores Epiſcopi Gallicani, poſtque alias itidem Synodos Romæ habitas ea de re aduerſus Iconoclaſtas, poſt tot decretales Epiſtolas Rom. Pont. poſt Hadriani Papæ aduerſus eoſdem Gallos Apologiam, ad Carolum Magnum miſſam, poſt Acta illa Francofurdienſis Synodi, quibus ab eis impugnatus eſſet idem cultus imaginum, poſt etiam, (ne hoc prætermittamus) Orthodoxorum Orientalium doctiſſima ſcripta, & per tot Confeſſores effuſum ſanguinem, atq; conſummata martyria, poſt denique conſenſum quatuor ſedium Patriarchalium totiuſq; Catholicæ Eccleſiæ, ipſi adhuc ſuæ ipſorum pertinaciæ immobiles hactenus inhærerent, & alios ipſam Apoſtolicam ſedem, ſi licuiſſet, in eundem ſecum errorem adducere adeo laborarent.

[a] Pag. 126.
[b] Pag. 153.

D Quod autem ad Eugenium Pontificem ſpectat, certum eſt, nec minimum quidem deflexiſſe à maiorum ſuorum confirmata traditione, ſcriptiſque ſententia. Imò & cōiectura eſt, ea qua par erat ſeueritate, redarguiſſe Legatos illos, cum nunquam poſt hæc reperiantur ipſi, vel alij Occidentalis Eccleſiæ ea ex cauſa, vel verbum feciſſe. Quod autem directam legationem ſequenti anno ab ipſo Romano Pontifice ad Ludouicum Imperatorem Francorum Annales, ſub ipſo Ludouico conſcripti, teſtentur, licet quid detulerit, nihil dicant, tamen veriſimile valde videtur, ad hoc legationem ab Eugenio in Galliam miſſam, quo ab aſſertis erroribus reuocaret Pontifex Ludouicum. Inhæſiſſe quidem omnium ſuorum prædeceſſorum veſtigijs Eugenium Papam ex Præfatione ad ſeptimam Synodum, ab Anaſtaſio Bibliothecario ſcripta ad Ioannem Octauum Romanum Pontificem ſatis certo intelligi poteſt, dum ab eo aſ- E ſeritur inconcuſſam ſemper manſiſſe Apoſtolicæ ſedis eandem aſſertionem de cultu ſanctarum imaginum: ſimulque traditur Gallorum aliquos ad ſua tempora in eodem errore perſeueraſſe, & per Romanum Pontif. corrigi hactenus minime valuiſſe.

An autem Legati Ludouici profecti ſint in Orientem ad Michaelem Imperatorem, ignoratur, nec ſi profecti ſint, eaque ſcripta detulerint, recepta tamen fuit ab Orientalibus illa Gallorum tranſactio, vt conſtat ex Theodori Studitæ Epiſtola, [c] ad Nicætam Monachum.

[c] Lib. 2. Epiſt. 172.

Ceterum etſi iſta haud parui momenti interceſſerunt, inter Ludouicum Imperatorem eiuſque conſiliarios, cum Romano Pontifice haud quidem eo progreſſa ſunt,

vt vel iſti, ob eam cauſam ſeparauerint ſe à communione Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, vel Pontifex eos ipſa priuauerit, ſed magis in eadem catholicæ communione Eccleſiæ connexi vno eidemque capiti iuncti, bellum aduerſus Iconomachos conuerterent. Etenim, qui ea legatione functus eſt Ionas Aurelianenſis Epiſcopus, contra impium Nagiomachum, hominem ſceleſtiſſimum, Claudium Taurinenſem Epiſcopum, ſtylum exacuit. A

Extant eius tres libri aduerſus eundem Claudium, quorum primo impugnat fractionem ſacrarum imaginum: ſecundo eundem vrget impugnantem Sanctæ Crucis adorationem: tertio, quo defendit ſanctorum cultum, & peregrinationem Romam pro venia peccatorum, quæ cuncta feliciter præſtitit. diſcipulus hic Claudius fuit Felicis illius Vrgelitani, qui damnatus fuit in Concilio Francofurdienſi. aduerſum verò impiam Iconochaſtam, non modo Ionas ſcripſit, ſed antea quoque Theodominus Abbas, contra quem Claudius edidit Apologeticum; Dungalus item eiuſdem temporis non ignobilis ſcriptor; Eginhardus quoque ſcriptor vitæ Caroli Magni, libellum de adoranda Cruce, ex occaſione forte hæretici Claudij, vt teſtatur Lupus Ferrarienſis.[a] Qui contra fractionem imaginum Ionas ſcripſit, eas tamen adorandas negauit, in hoc diſſentiens ab Eccleſia, qui cum cęteris tum tolerati ſunt ab Eccleſia, quouſque reſipiſcerent, forte ob cultum Sanctæ Crucis, & improbationem fractionis imaginum, ex qua parte ſentiebant cum Eccleſia. B

a Epiſ. 4. ad Eginhardum.

Translatio Corporis S. Vberti Epiſc. Leodic.

Eodem pariter anno translatum eſt S. Huberti Epiſcopi Leodienſis corpus in ſuæ diœceſis Monaſterium in Arduennam, vbi adhuc miraculis claret, confluentibus multis ex longinquis etiam regionibus. Acta vitæ eius, & Molanus.

Sed ad res Orientales ſe conuertat oratio. Hoc quidem anno 5. Michaelis Imperatoris mirandum quiddam per magnum illum Anachoretam Ioannicium perpetratrum narratur ab auctore eius vitæ, eius temporis ſcriptore. Hic igitur cum audiſſet multos Romanorum, in expeditione Bulgarorum ante 14. annos facta, in duriſſima teneri ſeruitute, diuino inſtinctu, illuc profectus, nec ab vllo viſus, per ſignum Crucis diffractis feris, & repagulis omnes eduxit, & per totam noctem in luce eduxit ad fines Romanorum, eos admonens, vt memores, & grati eſſent diuinorum beneficiorum, & ipſe ad ſuum montem ſe recepit ad ſolitam quietem. C

Ad hunc autem, quem ante annum, vna cum Epiſcopis, & alijs inuiſit, vt diximus Theodorus Studita, idem reuerſus eundem Sāctiſſimum virum memoria iugiter verſans, eiuſmodi ſcripſit Epiſtolam,[b] inſcriptam Ioanni Eremitæ, in qua inter alia rogat, vt Theoctiſtum Eremitam in plures hæreticas opiniones lapſum, & iam reſipiſcentem ad ſe euocet, & congruentia ediſſerat, &c. in eadem ad Ioannem Epiſtola meminit ſe eum per litteras commonefeciſſe, & hortatum eſſe, vt ab obſcuris illis, & dæmoniacis ſermonibus abſtineret, quæ extant litteræ.[c] Præſtitit id Ioannicius, quod rogatus fuerat, & Theoctiſtus Eremita ſuos condemnauit errores, & ad ipſum Theodorum libellum miſit ſuæ pœnitentiæ, atque rectæ fidei profeſſionem; qua accepta, ipſe ad eundem aliam reſcripſit Epiſtolā,[d] quæ extat, & ex qua iſta, quæ ſcripta ſunt, comprobantur. In ea repetit omnes errores, quos Theoctiſtus anathematizat, & mittit ad eum Fidei profeſſionem, quam ſubſcribat corā Domino Ioannicio. Hæc forte vltima Theodori Epiſtola, ſiquidem anno ſequenti eum ex hac vita migrare cōtigit. Cęterum quanti faciendæ ſint eiuſdem Sanctiſſimi viri Epiſtolæ, Deus ipſe inſigni miraculo comprobauit, quod inter alia, Michael Studita, eius diſcipulus ſcriptor fidelis deſcribit, de nobili quadam muliere narrante diuino ipſi Sophronio, quod cum aliquando ſua domus ingenti incendio conflagraret, nec vlla vi reſtingui poſſet, Epiſtolam B. Theodori, quam apud ſe habebat, in medias flammas iniecerit, inclamans: Sanctę Theodore adiuua periclitantem famulam tuam: ſtatimque atrocem illam vim ignis reſtinctam ſubito elanguiſſe, ac cinerem ſolum fumumque poſt ſe reliquiſſe. D E

b Epiſt. 110.

c Lib. 2. Ep. 138.

d Epiſt. 167.

Miraculum p Epiſt. San. Theod.

A

Chriſti Annus 826. | *Eugenii P.* 2 3. | *Ludouici* 13. *Michaelis Balbi* 6. } *Impp.* Ind. 4.

HABITA ROMAE SYNODVS SEXAGINTA TRIVM EPISCOPORVM PRAESIDENTE IPSO APOSTOLICO. 38. canones in eo ſanciti. ſunt quidem ſumpti, paucis immutatis, ex Concilio Gregorij 2. ſicut & hi Eugenij a Leone 4. Pontifice repetiti in ſynodo ab ipſo celebrata. Cum hæc ſynodus nondum in lucem prodierit, ſingulorum canonum indicem ſaltem ſibi deſcribendum putauit auctor in Annalibus. Nos duos tantum canones apponemus.

B VBI CLERICI CONSISTERE DEBEANT, qui quidem canon ſic habet. *Neceſſaria* [a] *enim res exiſtit, vt iuxta eccleſiam clauſtra conſtituantur, in quibus clerici diſciplinis Eccleſiaſticis vacent. Itaque omnibus ſit unum refectorium, ac dormitorium, ſeu ceteræ officinæ ad uſus clericorum neceſſariæ. Miniſtri uero, poſt Epiſcopum, ſuper eos tales eligantur, quorum uita atque doctrina illos potius exornent quam dehoneſtent.* & infra cap. 10. eadem q. 1. prohibentur omnino in domibus ſæcularibus ſacerdotes habitare. (a 12. q. 1. Neceſſaria.)

DE CONVIVIIS FESTIS DIEBVS NON FACIENDIS. *Sunt quidam, & maxime mulieres, qui feſtis, ac ſacris diebus atque Sanctorum Natalitiis, non pro eorum quibus delectantur deſideriis aduenire, ſed ballando, uerba turpia decantando, choros tenendo, & ducendo, ſimilitudinem Paganorum peragen-*

C *do aduenire procurant. Tales enim ſi cum minoribus ueniant ad Eccleſiam peccatis, cum maioribus reuertuntur. &c.* adiecit excommunicationem Leo 4. ſi admoniti non ceſſarent [b]. (b Apud Iuonē p. 2. c. 77.)

Hoc eodem anno factam eſſe translationem reliquiarum Sancti Sebaſtiani Roma in Gallias, petente id Hilduino, & apud ciuitatem Sueſſionem S. Medardi collocata, veteres Francorum Annales, & qui Ludouici vitam ſcripſit, produnt, qui & illud magno conſenſu addunt, dum adhuc inhumata in loculo, in quo allata fuerant, iuxta S. Medardi tumulum iacerent, tantam ſignorum, ac prodigiorum multitudinem claruiſſe, tantam virtutem in omni genere ſanitatum per diuinam gratiam in nomine eiuſdem Beatiſſimi Martyris emicuiſſe, vt a nullo mortalium enunciari poſſint. De hac eadem re eiuſdem ſæculi ſcriptor Ado ſic in Chronico. Huius Imp. tēpore pars (Innumera miracula ad reliquias S. Sebaſt. m̄. delatas in Galliam.)

D corporis Beati Sebaſtiani martyris ad Sueſſionem vrbem delata, vbi multa miracula in laudem Dei omnipotentis varia genera ſanitatum infirmis collata.

Quo pariter anno, habito a Ludouico conuentu, auditi ſunt ab eo Eugenij Papæ legati, qui tamen quid attulerint, eſt incompertum.

Hoc eodem anno ſublatæ ſunt Romæ reliquiæ SS. MM. Marcellini, & Petri, vt teſtatur Eginhardus, qui inter alias ſuas, tanto auctore dignas lucubrationes, reliquit quattuor libros conſcriptos de inuentione, euectione ſeu translatione atque miraculis eorundem SS MM. Marcellini & Petri. Egregium quidem monumentum, quo cum hiſtoriæ ſinceriſſima aſſeratur veritas, Deum plane mirabilem in ſanctis ſuis, nouis ſignis, atque prodigijs omnes qui legunt, intelligant. Repræſentantur enim per quandam imaginem ſaltem ex parte, tempora illa Africanæ Eccleſiæ feliciſſima, qui- (SS. MM. Petri & Marcell. innumera teſtatiſſima miracula.)

E bus illuc ſacra Prothomartyris pignora ſunt allata: ſic enim conſueuit Deus antiqua nouis occaſionibus renouare miracula, quo tepeſcens in Chriſtianorum animis fides incaleſcat. Duos Eginhardus de miraculis ad reliquias SS illorū Martyr. factis ſcripſit libros. Ceterum, inquit, de his oībus miraculis ea primū ſcribenda videntur, quæ in eo loco geſta, & a me ipſo viſa ſunt, ad quē ſuos ſacratiſſimos cineres ijdē Beatiſſ. Martyres transferri præceperunt. Deinde illa quæ in Aquenſi Palatio ſub ipſis aulicorū obtutibus facta memorantur. Tū ea quæ per diuerſa loca ad quæ religioſis viris petētibus, ac me tribuēte, ſacræ illorū reliquiæ delatæ ſunt, geſta referūtur, cēſui eſſe ponēda. hęc ipſe, qui duobus illis poſterioribus, triēnij ſpatio facta miracula comple-

xus, non ordine temporis, quo ea fieri contigerunt, deſcribens, ſed locorum potius A
ſeruato ordine, eſt proſecutus. Hos, inquit auctor Annalium ex illis huc ea tantum inferemus. (non enim omnia proſequi eſt in animo) quæ quo potiſſimum anno ſint geſta, pro inſtituti ratione, certa nota temporis diſtinguuntur, nos breuiter attingemus, ad recentium hagiomacharum probrum, & eorum inſaniam coarguendam.

Danorũ conuerſio. Hoc eodem anno, Regem Danorum Haraldum, vna cum coniuge, & non parua manu Danorum ad fidem Chriſti conuerſum Moguntiæ in Eccleſia S. Sebaſtiani baptizatum eſſe, qui res Ludouici proſecuti ſunt ſcriptis, vetereſque Francorum Annales tradunt, ſed, quibus Apoſtolis, iſta Danorum (qui & Northmanni dicuntur,) conuerſio facta ſit, inquirendum. Apud Aimoinum [a] habetur, Ebbonem Rhemorum Archiepiſcopum conſilio Imp. & auctoritate Rom. Pont. prædicandi gratia ad fines Danorum acceſſiſſe, & cum multos ex eis ad fidem venientes baptizaſſet, reuerſum eſſe. B Hic Ebbo, cum nec in Apoſtolatu, quem ad Danos ſuſceperat, perſeueraſſet, infamatus poſtea molitionibus aduerſus ipſum Imperatorem Ludouicũ, Epiſcopatu Rhemenſi priuatus fuit. Sanctus autem Anſgarius, ex Corbeia Galliæ monaſterio monachus, vir doctiſſimus non tantum Danorum, ſed & Aquilonarium celebratur Apoſtolus, qui ob exantlatos immenſos in Gentilium conuerſione labores a Gregorio Quarto conſecratus eſt primus Archiepiſcopus Danorum, Suedorum, ſiue Suenorum, Sabanorum etiam & generatim omnium Aquilonarium illarum partium, ſede tamen in Hamburgenſi ciuitate conſtituta. Eius porro res geſtas ſcriptis mãdatas eſſe a S. Ramberto eius diſcipulo, & in Eccleſia ſucceſſore, auctor [b], qui res ipſius S. Ramberti conſcripſit, teſtatur. ſed non putantur extare. pauca vero tantum de eo in vita eiuſdem S. Ramberti ſcripta reperiuntur: nec non apud eos, qui C ſunt perſecuti res Saxonum [c], qui & pariter tradunt creditam ei fuiſſe a Romanis Pontificibus legationem ad omnes Boreales gentes, laborioſamque duxiſſe apud Barbaras nationes vitam, affirmant. Quin igitur eius communionem, & fidem ſequuntur a quo, & per quem Euangelium acceperunt, Romanum Pontificem? Legendus eſt verus ſcriptor [d] Canonicus Bremenſis, Adamus ab aliquibus vocatus, qui iſta latius eſt perſecutus.

S. Theod. obitus. Hoc ipſo anno iam inchoata a menſe Septembri Ind. 5. 11. die Nouembris ex hac vita migrat magnus ille Theodorus Studitarum Prępoſitus, confeſſione crebrius iterata clariſſimus, doctrina inſignis, vita admirabilis, & miraculis celeberrimus, anno ætatis 67. cuius corpus ad Principem Inſulam, quanto cum honore dici non poteſt, translatum, vix tandem tradi potuit ſepulturæ, inhibente, quoad poterat, confluentis turbæ multitudine, ac deponi vetante, vt ſcripſit Michael, cuius fideliſſimam relationem migrationis præſtat in Annalibus legere. D nos hic pauca attingemus, morbum acerbiſſimum; ingentem concurſum ad eius periculoſi morbi famam, Epiſcoporum, Monaſterijs Præpoſitorum, Monachorum, & aliorum plurimorum eius ſtudium, ad extremum vſque ſpiritum omnibus, præſentibus, abſentibus, voce, ſcriptis aliquod obſequium, & opem afferendi: Teſtamentum quod reliquit [e], de quo pauca delibanda. Præmiſſa igitur de Sanctiſſima Trinitate, atque Chriſti Incarnatione, confeſſione, ſubijcit profeſſionem eorum quæ a præſentis temporis hæreticis impugnabantur. In quibus illud. CONFITEOR, inquit, INSVPER MONASTICVM STATVM SVBLIMEM ESSE, ET EXCELSVM, ET ANGELICVM, QVI ET PECCATA OMNIA EXPVRGET ABSOLVTAE VITAE PERFECTIONE, E *tum nimirum ſi ex diuini magnique Baſilij Aſceticorum legibus plene exigatur, & non dimidiata ex parte, vt ſolent quidam, qui aliqua deſumunt, alia, vt placet, omittunt. &c.* Inde ad Præpoſitum conuerſus.

Perfectio ſtatus monaſtici. His, inquit, ita conſtitutis, proximum eſt, vt dicam etiam de Præpoſito. *Primum igitur Dominum & Patrem meũ, ac patrem vnicum relinquo Sanctiſſimum Recluſum, eundem & Patrem, & lumen, & magiſtrum. Ille mihi & vobis pręfuit in Domino, caputque noſtrum eſt, quamuis ſe ipſum ſubduxerit, ob Chriſti æmulam humilitatem, degens in ſilentio, cuius ductu, ac precibus confido vos ſaluos fo-*

re, ſi modo

a li.4.c.3.

b Apud Sur. d. 4. Febr.
c Crant. Metrop. li.1.c.19.
d li.1.c.16 17.

e ex cod. column. quod & Græce extat in biblioth. Sfort.

A re, ſi modo congruentem erga illum fidem obedientiamque præbeatis. Deinde quem ipſi, communi calculo diuinitus, paterno conſilio præeunte, præficietis. In quo enim conſenſerit fraternitas vniuerſa, & huic ego libens volenſque ſuffragor. Verum ades Pater ac fili, quicunque futurus es, en fidei tuæ trado in oculis Dei, electorumque Angelorum eius totam in Chriſto fraternitatem, vt eam ſuſcipias, At quomodo accipies? Quo pacto reges? Qua ratione cuſtodies? TAMQVAM AGNOS CHRISTI, TAMQVAM MEMBRA TVA CARISSIMA, FOVENS, PROCVRANS, ET DILIGENS. Unumquemque iuxta æquam charitatis menſuram, quoniam ex æquo membra corporis diligit unuſquiſque. Aperi uiſcera tua in commiſeratione: introduc omnes in miſericordia: lacta illos, reforma illos, perfice illos in Domino. Acue mentem tuam prudentia: excita diligentiam fortitudine: confirma pectus fide, ac ſpe; præcurre illis ad omne opus bonum; propugna B aduerſus ſpirituales inimicos, defende, dirige, produc illos ad uirtutis ſedem &c. pergit inde monere nequid proprium a quoquam poſſideri permittat, uſque ad acum; ex propriis monaſterii rebus nihil propinquis, amicis aut ſodalibus dandum: omnia agenda, & dicenda ex præſcripto ſcripturæ, aut ex paterna conſuetudine: cum feminis ſolum non colloquendum: feminarum Monaſteria non intranda, niſi ex neceſſitate: quæ redundant de bonis Monaſterii, indigentibus largienda: non gerendam curam œconomicam, ſed animarum; aurum autem & alia neceſſaria œconomis, cellariis, & ceteris, ut cuique conuenit ex officio, ita nimirum ut omnium habeas poteſtatem, & transferas in hunc, uel in illum. &c. Ad ſubditos conuertit admonitiones, & de ſe ipſo humiliter confitetur cum fiducia ſalutis. hæc ibi pluribus.

Docmēta Præpoſito data. Subditis. Abdicanda proprietas.

C Defuncto itaque, vt dictum eſt magni nominis, & meriti apud Deum, & homines Theodoro Imperatorum cenſore grauiſſimo, imperterrito monitore, atque acerrimo reprehenſore Principum, perinde ac ſi cum ipſo extinctæ eſſent omnes Eccleſiæ leges, Imperatori inconceſſa tentandi aditus eſt patefactus. Etenim cum ſemel ad mala laxaſſet habenas, addidit & alia ſcelera, ſacrilegium illud, vt defuncta vxore, deſponſatam Chriſto, veteri Chriſtiano ritu, virginem monialem a pueritia eductam in monaſterio, Conſtantini, vt ferebatur, Imperatoris filiam, nomine Euphroſynam, vxorem duxerit, nemine reclamante, vt ſæpe fecerat magnus ille Theodorus, quaſi alter Ioãnes. Sequuta ſunt ob Michaelis ſcelus ingentia mala: nam omnis exercitus Imperatoris in Cretam miſſus aduerſus Sarracenos ad internecionem eſt cæſus, & Dalmatia ab Orientali Imperatore defecit. Quod horruit olim in Imp. D ſacrilegium orbis, iam frequentatur a nefandiſſimis hæreticorum huius ſæculi Patriarchis eorumque ſectarijs. idque ex infamium, & ſacrilegarum legum præſcripto.

Chriſti Annus	Valentini P.	Ludouici 14.	Impp.
827	1	Michaelis Balbi 7.	Ind. 5.

DE miraculis per ſanctos Martyres Marcellinum, & Petrum innumerabilibus editis, & ab Eginhardo deſcriptis, quæ hoc potiſſimum anno 14. Ludouici E Imper. fieri contigerunt, libellus Georgij [a] Veneti docet, qui ab eodem Eginhardo acceptas reliquias in monaſterio S. Saluij, cuius rector erat, religioſiſſime collocauit, de quo Eginhardus iſta. Anno 14. Chriſto propitio, Imperij Ludouici A. cum ad corroborandam Chriſtiani populi fidem, ſicut in initio naſcentis Eccleſiæ ſigna, & prodigia in ipſo Regis Palatio, per merita ſanctorum ſuorum, dignaretur oſtendere, petijt & obtinuit Georgius presbyter. &c. pergit narrare plura miracula ad inuocationem Sanctorum in vico Valentianis patrata, quorum reliquiæ deferebantur, paralyticorum, mutorum, ſurdorum, cæcorum, & aliorum. Hic eſt Georgius Veneticus qui de patria ſua ad Imperatorem venit, & in Aquenſi Palatio Or-

a Egin. li. 4. c. 10.

ganum

ganum quod Græce Hydraulica vocatur, mirifica arte compoſuit. hæc Eginhardus. A
Sed iam ad cladem Siciliæ ſe conuertat oratio. Euphemius militum in Sicilia Dux raptam ex monaſterio ſacram Virginem, inuitam ſibi matrimonio copulauit, Imperatoris exemplo. Imperator a virginis fratribus appellatus, mandat Præfecto Siciliæ naſum illi vt amputet. Euphemius in Africam transfugit & Sarracenorum Præfecto promittit, modo ab ipſo Imperator Romanorum declaretur, omnẽ ipſi Siciliam ſubiecturum, ac grande tributum ſoluturum. Accepta conditione, inſtructus exercitu Sicilia potitur. quam cum obiret, omnes ad ſe attracturus, longius a ſuis, ad Syracuſas progreſſus obtruncatur. Agareni non Siciliam tantum ex eo cunctam, ſed & Calabriam, & pleraſque Italiæ partes occupauerunt, omnia incurſionibus, ac populationibus infeſtantes. hactenus ex Curopalata, ex quo Cedrenus.

Siciliæ clades a Sarracenis.

Hoc pariter anno Sarraceni, qui potiebantur Hiſpaniæ compluribus regionibus, Chriſtianos, qui reliquas partes tenebant Hiſpaniarum, aggreſſos, eorum fines ferro ignique vaſtarunt. Ita Dei occulto iudicio datum eſt Sarracenis robur in Dei populum, ad eius peccata vlciſcenda. B

Sarraceni vaſtãt Hiſpan.

Hoc anno Eugenius Papa cum ſed. annos 3. men. 2. d. 20. moritur 11. Auguſti. Anaſtaſius, & Francorum Annales. Epiſcopi, clerus, Romani proceres, & populus in Laterano conuenientes, magno conſenſu, Valentinum Pontificem acclamarunt, & multum ac diutius renitentem, in ſede Pontificia collocarunt.

Valentini Pap. I.

C

HIc natione Romanus ex Archidiacono, magnæ ſanctitatis vir eligitur. Sedet dies 40. alij menſem dicunt. Poſt dierum trium vacationem 24. Sept. creatur Gregorius huius nominis 4. ex presbytero Cardinali Tit. S. Marci, omni virtute ornatus, & ipſe inuitus & renitens, ac latebras quærens.

Gregorij Pap. 4. I

D

E Specula ſublimis throni contemplatus vniuerſum Chriſtiani orbis ouile, ſibi a Deo in Petro creditum ad tantam præfecturam expaueſcens, ſuis penitus diffidens viribus, diuinum auxilium conciliandum ſibi per ſanctos ſuos primum putauit, & inter alios per Magnum Gregorium, cuius ſepulchrum, quod frequentare ſolebat, iam pre vetuſtate videns deforme redditum, nec ſatis dignum quod tantum theſaurum concluderet, venerabile eius corpus poſt ducentos viginti annos in honeſtiorem locum tranſtulit, egregio fabricato oratorio, & plurium Sanctorum Martyrum reliquijs locupletato & illuſtrato. Quod autem ait Anaſtaſius corpus S. Sebaſtiani translatum in illud Oratorium, cum Sancto Tiburtio, ruriſus vero dictum ſuperius, ex pluribus huius temporis ſcriptoribus, illud ipſum opera Hilduini ab vrbe euectum in Gallias, reconditumque in Monaſterio Sancti Medardi, nec fas ſit dubitare de Anaſtaſij fide iſthæc oculis ipſis ſpectantis, neceſſario fatendum erit, quod ſuperius ex Adone proditum eſt, non niſi partem corporis S. Sebaſtiani delatam eſſe in Gallias. ſed & nos ſæpe ſumus experti, cum ſunt factæ in vrbe eleuationes atq; tranſlationes, non ipſa integra eſſe corpora ſanctorum inuenta, immo in nonnullis neque dimidiam ipſorum partem, reliquam vero aliam deportatam. Verum nequaquam dolo malo, & fallendo animo per impoſturam pietas fidelium poſſidere ſe ſanctorum corpora profiteri conſueuit, quorum non niſi partem acceperit: cum in eis non E

Tráslatio corp. S. Gregor. Papæ. Per corp. mart. ſæpe intelligit pars.

A dimidiatum, vel diminutum aliquo modo ſe ſentiant poſſidere in operatione virtutum, ſed plane integrum atque perfectum. Vt qui acceperint S. Martyris Sebaſtiani reliquias, non mentirentur ſi ſecum habere ipſum dixerint Sebaſtianum. teſtante præſertim ipſo Theologo ſua inuectiua in Iulianum quælibet paſſionum ſigna idē præſtare, quod integra ipſorum corpora, & quod corpora idem poſſint ꝙ animæ in cęlo beatæ, adeo vt idem Martyr in quolibet corporis ſui tenuij puluere integer perſeuet, oblatrent licet æmones, & blaſphement hæretici hagiomachi. Hoc pariter anno ſui Pontificatus initio eundem Gregorium collapſam eccleſiam S. Saturnini martyr. in via Salaria a fundamentis reſtituiſſe atq; picturis ornaſſe, idem Anaſtaſius tradit. Gregor. Nazianz. de particulis reliquiarum SS.

B *Chriſti Annus.* 828 *Gregorii P.* 4. 1 *Ludouici* 15. *Michaelis Balbi* 8. } *Impp. Ind.* 6.

HOc anno mirifice illuſtratæ ſunt Galliæ ex ſacris Sanctorum Martyrum illuc Roma delatis reliquijs, Marcellini inquam & Petri. Marij Martyris & vxoris Marthę, Audifacis, & Abachuc filiorum martyrum, multiplicibus, & innumeris, & maxime admirandis ſignis, coram millibus teſtium, ipſis ciuitatibus, & populis, media luce, ſpectantibus, a nobiliſſimo ſui temporis ſcriptore, Caroli M. a ſecretis, & eius vitæ ſcriptoris,[a] qui ex hoc tempore Ludouico Pio Imp. fidus Conſiliarius inhærebat, deſcriptis, quæ partim ipſemet vidit, partim a fide digniſſimis audiuit, & partim ex Actis publicis accepit, libellis a monaſteriis S. Bauonis, & S. Seruatij ſibi delatis. Innumera miracula per SS. MM. a li. 3. Trāſlat. SS. Marcell. & Petri c. 11. & 12.

C Accidit interim mirandum quiddam, præter omnem expectationem, cum, Deo extorquente, peſſimus dæmon ex energumena ruſtica, peccatorum ſuorum, Latina lingua, redarguit Francos, quorum cauſa tot illi mala, Deo vlciſcente, iugiter pati ſolerent, frugum penuriam, peſtem hominum & animalium, & alia multa. Ad quæ auertenda hoc eodem anno inuigilare cæpit pietas Imperatoris. Cum enim hæc omnium ore vulgata, aures quoque eius penetraſſent, primū omnium, per vniuerſum regnum publicum indixit triduanum ieiunium, atque preces, iuſſitque ad correctionem morum deprauatorum QVATTVOR DIVERSIS IN LOCIS PER GALLIAS CELEBRARI CONCILIA, MOGVNTIACI, PARISIIS, LVGDVNI, TOLOSAE. De quibus eſt eiuſdem Imperatoris edictum[b], hoc pariter anno promulgatum, quo deplorantur eædem immiſſæ cęlitus clades. In eo, quod ait, cum ante voluiſſet conuentum agere, & de communi correctione tractare, ſed commotione inimicorum præpeditum fuiſſe, Bulgaros intelligit, qui, vt ſignificant Francorum Annales, Regnum Francorum inuaſerant. Cuius rei cauſa hoc ipſo anno in conuentu habito menſe Februario Aquiſgrani Baldreuus Dux Foroiulienſis, quod eius ignauia Bulgari inuaſiſſent, vaſtaſſentq, regiones ad Imperium Occidentale ſpectantes, pulſus eſt Ducatu, cuius poteſtas inter quattuor fuit diuiſa conſortes. Sed quod & in eodem edicto eſt querela Imperatoris de exurgentibus in Regno Francorum tyrannis, alluſiſſe viſus eſt ad Aizonem, qui haud pridem ab Imperatore deficiēs cum fratre, Sarracenorum copijs, quibus inhæſit, plura intulit damna populis, ſub dominio Francorum conſtitutis; hæcque per totum biennium vſque ad præſentē diem; cum & hoc ipſo anno in eodem publico Aquiſgranenſi conuentu, Duces, qui aduerſus eos miſſi fuerant, quod rem ſocorditer peregiſſent, in ordinem ignominioſe redacti ſunt. Hæ ſunt clades huius temporis, præter penurias, & mortalitates, quæ in eadem conſtitutione Ludouicus deplorans, per pęnitentiam morumq; correctionem emendari curauit.

D Imp. ad clades auertēdas, indicit ieiun. & p̄ces. b Extat ante Concil. Pariſ. ſub Lud. 3. p. Cōc. Bulgari inuadunt Gallias.

E Tyrānus in Gallia. Duces ob rē ſocorditer geſta in ordinem redacti.

Inter eos, quos mirabiliter a cæcitate, & paralyſi liberatos refert Eginhardus, vnus fuit Albricus nomine, Aquitanus, qui oculis etiam mentis ſic illuſtratus eſt, vt prophetiæ donum fuerit conſecutus, & inter alia Angelica reuelatione admonitus eſt de nonnullis, quæ eſſent Ludouico Imperatori ſignificanda, vt ab ipſo corrigerentur.

rigerentur. quæ libello deſcripta a ſe, eidem Imperatori, vt rogatus fuerat, tradita refert Eginhardus. Quid autem illa capita continerent, aut quid ab eo factum aut dimiſſum ſit, alio potius in loco, quam in hoc commemorandum eſt. pauca tamen de his, quæ monitus fuerat adimplere curauit. A

Hoc eodem anno Nicephorus Conſtantinopolitanus Epiſcopus Confeſſor, cum ageret in exilio annum 14. ex hac vita, poſt plures, ex longa perſecutione contextas coronas, ad Deum feliciter migrat: ſepultus iuxta templum Sancti Martyris Theodori in monaſterio, quod ipſe a fundamentis conſtruxerat, in quo tempore exilij piam, & ſanctam vitam traduxit. celebris eſt eius memoria apud Latinos 3. Idus Martij. apud Græcos 2. Iunij.

B

Chriſti Annus	*Gregorij* P.4.	*Ludouici* 16.	Impp.
829	2	*Michaelis Balbi* 9.	Ind.7.

GRegorius Papa Tit. ſuum Sancti Marci a fundamentis reſtaurat, & nobili ſtructura exornat, pretioſis additis ex ſerico, auro & argento, ſuppellectilibus, illato in illum etiam S. Hermetis corpore. Anaſtaſius. Porro eiuſdem Martyris articulus translatus in Gallias miraculis inſigniter eſt illuſtratus. Eginhardus libro 4. [a] de ſupra citatis, qui & ibidem meminit reliquiarum SS. Proti, & Hyacinthi, per quas ad ſe delatas, edita miracula commemorat.

Miracula. a lib. 4. c. 25.

Accidit autem, vt cum Sarraceni iam potiti Sicilia, (vt ſuperius dictum eſt) vniuerſas Italiæ oras claſſe piratica infeſtarent, iamque adijcerent animum, vt vniuerſa potirentur Italia; Gregorius Papa imminens malum anteuertere, quibus valuit viribus, feſtinauit. Sicque Oſtia Tiberina iam vetuſtate mœnibus collabentibus, eamdem ciuitatem nouis muris munire aggreſſus eſt, & veterem in nouam mutare, quam abſolutam Gregoriopolim appellauit. Anaſtaſius in Gregorio. & Sigebertus de eo anno ſequenti, Gregorius Papa, inquit, dolens crebris Sarracenorum incurſionibus vexari, & veſtari ſuburbium Vrbis Romanæ circa Eccleſiam Beati Petri Apoſtolorum Principis, intendit illic vrbem nouam ædificare. ad quod conſilio, & auxilio Imp. animatus nouam fabricam cœpit, ſed non perfecit: Leo enim, eius nomine 4. cœptum opus abſoluit. C

Hoc pariter anno, ipſis Kal. Octobris Michael Balbus cũ imperaſſet annos octo, menſes 9. & dies 7. ex hac vita receſſit, ſepultus ad Sanctos Apoſtolos, maledictionibus omnium, pro panegyricis infamatus. Curopalata. Hic licet ipſius Imperij exordio æquus viſus ſit in Catholicos exules ſub Leone, in ſua quoque liberos reuocans, haud multo poſt tamẽ, (inquit Zonaras) eos oppugnauit, ac præter multos alios crudeliter tractatos, etiam in S. Methodium graſſatus, Euthymium Sardium Archiepiſcopum, ob ſanctarum imaginum cultum in exilium miſit, deinde Methodium in Acrita concluſit. Inclytum vero Euthymium filius eius Theophilus crudeliter flagris cæſum in Martyrum numerum retulit. Copronymum in omnibus imitatus, & Iudæis addictus Sabbata ieiunari iubebat, reſurrectionem mortuorum nõ credebat, eoque futura bona ſugillabat, & prophetas irridebat, dæmones eſſe pernegabat, ſcortationem peccatum non iudicabat, iurandum ſeſe Deum vniuerſi moderatiorem monebat, Iudæ ſalutem ominabatur, inter beatos eum annumerans, Paſcha alieno celebrari tempore affirmabat. hæc Zonaras, Curopalata, & Cedrenus. Litteraturam (idem inquit,) quoque adeo eſt auerſatus, vt ne pueros quidem ea permiſerit erudiri, ne vel væſaniæ ipſius coarguendæ, atque refellendæ inſtrumenta alij inde peterent, vel diſciplina adiuti, cum oculorum ac linguæ velocitate in legendo vterentur, ipſi palmam huius rei præriperent, adeo enim in litteris componendis tardus erat & ſyllabis conficiendis, vt librum alius facilius perlegeret, quam ipſe ſui nominis elementa recenſeret. hæc Zonaras. D E

Balb[9] vexauit orthodoxos

Balbi impia dogmata.

A Theophilus iam adultus, poſt Patris mortem, patrium excipit imperium, iuſtitiæ laudem vehementer affectans, ac propterea a principio omnes qui cum Patre in Leonis Imp. necem conſpiraſſent, occidi iuſſit. Nouercam quoque ſuam e regia domo eiectam in Monaſterium redire coegit. Ex Curopalata.

Quod vero ad res geſtas Ludouici Imperatoris pertinet, huius anni exordio, data reperitur conſtitutio pro conſeruatione, & augmento rerum Monaſterij Sancti Germani Pariſienſis, digna memoria [a].

Quop rurſus ad anni huius res geſtas ſpectat, hæc habentur in rebus geſtis Ludouici Imperatoris eodem tempore ſcriptis. *Hieme tranſacta, cum Quadrageſimæ ſacrati dies celebrarentur, intempeſta nocte terræmotus adeo validus extitit vt ædificiis cunctis ruinam minaretur. Porro venti violentia ſubſecuta, non modo minora,*
B *ſed etiam ipſum Palatium Aquenſe, vehementia ſui ita agitauit, ut etiam laterculis plumbeis, quibus tecta erat baſilica S. Dei Genitricis Mariæ, maxima ex parte detegeret.*

a Apud Aimoinũ lib.5.c.10. in fine.

Terræmotus ingẽs. Vẽt⁹ violentiſſimus.

Superiori anno indicto triduano ieiunio ad auertenda vrgentia mala, mandauit Imperator in quattuor Regni præcipuis ciuitatibus celebrari Concilia, quorũ vnum tantum extat Pariſijs [b] celebratum, cum ſynodica ad Impp. Cum igitur multa ſtatuiſſent Epiſcopi quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam moreſque fidelium ſpectarent, & (quod idem expetierat Ludouicus) ex Sanctorum Patrum ſcriptis pariter deprompſiſſent, quæ ad ipſum Imperatorem pertinere poſſent: quia tamen ea tantum generatim ingeſſiſſent, prætermiſſis ſpecialibus, de quibus in primis monendus fuiſſet, timore fortaſſe ne ea ipſe animo haud æquo tuliſſet: viſum eſt ipſis eadem quaſi per
C tranſennam ita illi ſignificare vt ſi voluiſſet emendare etiam potuiſſet. Ne igitur apud Deum ſilentij redargui poſſent Epiſcopi, quod Regi non aperuiſſent, quæ in primis corrigenda eſſent, ne ve aperiendo eum in iram prouocaſſent, ita inter eos deliberatum, vt id facerent per appendicem. Hic in memoriam reuocetur quod Eginhardus dolens de Ludouico teſtatus eſt, cum quæ diuinitus monitus eſſet, non niſi ex parte ſeruaſſe, alijs magna iactura imperij prætermiſſis, vt exitus declarauit. At quænam erant iſta, quæ per appendicem appoſuerunt Epiſcopi? Læſa nimirum, negligentia Regum, Eccleſiaſtica iura, & oppreſſa ab eis libertas Eccleſiæ. de qua cum aliqua dixiſſent, concludunt his verbis. Porro de Epiſcopali libertate, quam, Deo annuente, veſtroq; adminiculo ſuffragante, adipiſci ad Dei ſeruitium peragendum cupimus, ſuo tempore nobis dicenda atque vobiſcum conferenda reſeruauimus, quatenus ita
D ſit, vt & noſmetipſos ſaluare, populoq; nobis ſubiecto vtiliter ſalubriterque prodeſſe, atq; pro vobis, & ſtabilitate imperij veſtri valeamus Domini miſericordiam exorare, & de veſtris obſequijs, & Regni adiutorio ſolatium debitum minime ſubtrahatur, ſed ſi poſſibile fuerit potius augeatur. hucuſq; Patres.

b Tom.3. edit.Ven.

De opp̃ſſa libert. Eccl. quærũtur Epi apud Imper.

Chriſti Annus 830. | *Gregorii P.4* 3. | *Ludouici* 17. *Theophili* 1. } *Impp. Ind.8.*

THeophilus, qui viuente Patre S. Euthymium Sardium Archiepilcopum, ob cultum ſanctarum imaginum flagris cæſum, occidi iuſſerat, liberas nactus habenas
E Imperij, pro arbitrio in orthodoxos inſurgens, tum obuium quemquam tantum adortus eſt, ſed exquiſita arte ſingulos indagans, de ijſdem haberi voluit quæſtionem, dato quæſtoribus in mandatis vt a ſingulis ſub Orientali ſibi ſubiecto Imperio conſtitutis, cum tributum capitationis exigerent, pariter de cuiuſque ipſorum fide quæſtionem haberent, eſſet ne quiſquam ex eis cultor imaginum, quem mox conijciebat in carcerem, pœnas daturum acerbiores, niſi ipſum cultum ſacrarum imaginum publice deteſtaretur. Quot fuerunt tunc lapſorum funera præ metu negantium? Et quæ confitentium pœnæ, exilia, atque mortes. Eſt de huiuſmodi

Theophyli tyrãnis.

Imperatoris edicto mentio in Actis S.Ioannicij Anachoretæ. Hic eo culminis ſanctitatis euectus erat, vt ſicut Herodes Ioannem, Pharao Moyſem, ita metuerent ipſum ijdem Imperatores perſecutores; fama namque notiſſimus vbique erat, atque omnibus reuerendus. Blanditijs quidem, & illecebris eum Imperatores allicere tentarunt, a vi tamen abſtinuerunt. Accidit aliquando vt Imperator duos viros illuſtres, & ad perſuadendum idoneos ad eum allegaret in cauſa imaginum, qui diuina eius perſuaſi ſapientia, Catholici redierunt. A

Hiſtoriam hanc rerum Orientalium proſecutus eſt Io: Curopalates eam excipiēs, vbi finem fecit Theophanes, in Nicephoro, non tamen, vt ille, per ſingulos eam annos digerens. Cum igitur aliquid ponitur, non ſub certo anno, ſed tempore tantum; ſub eodem id accidiſſe Imp. intelligendum ſed incerto anno.

Conſpiratio Imp. — Quod ad res Francorum attinet, maximo eæ ſunt hoc anno obiectæ diſcrimini. Ingentes enim in Ludouicum Imperatorem conſpirationes ſunt detectæ, exortæ a filijs, & Principibus regni, & compluribus Epiſcopis. Peperit ſiquidem inuidiam omnibus præſertim aulicis, quod Bernardum Hiſparum, Hiſpaniarumq; limitum Comitem, defenſionis ſuæ cauſa, Imperator vocauit in aulam, conſtituitq; Præfectum cubiculi. Ex inde ſparſus rumor auctaque ſuſpicio, creditumque a pluribus eundem Bernardum admiſceri Iudith Imperatrici. Id quidem cū filiorum quoque animos haud leuiter ſauciaſſet, commouiſſet vero amplius odium in nouercam, auxiſſet vero magis ingens amor, quo proſequi viſus eſt Imperator natos ex ea Carolū, atq; Rodulphum: his fomitibus admotis ingens accenſa flamma, mox erumpere in incendium viſa eſt; adeo vt Pipinus Ludouici ipſius filius, contra patrem parauerit exercitum. B

Huius timore percitus Imperator mox præcipuam iurgiorum cauſam dimouere conatus, Bernardum a ſe dimiſit, Iudith vero Imperatricem Lauduni in monaſterio S.Mariæ morari prȩcepit. ſed nec iſta ſatis fuere aduerſarijs, qui eductam e monaſterio Imperatricem, ipſam promittere coegerunt, perſuaſuram ſe Imperatori, vt depoſito Imperio, retruderet ſe ſua ſponte in monaſterium; id ipſumque ſe eſſe facturam, comiſque præciſis monaſticam vitam ſe profeſſuram. C

Hac facta promiſſione ad ipſum Ludouicum Imperatorem cū cuſtodia miſſa eſt, cumque ſecreto eum allocuta eſſet, monaſticum ipſa ſibi velum impoſuit: Imperator vero ad deliberandum de hoc tempus accepit. Illa vero ſic velata in monaſterium S.Radegundis a Pipino detruditur. Cum interea rediens ex Italia Lotharius Rex, quæ eſſent facta, probaret, non tamen in patrem quid vlterius peragi paſſus eſt: remque geri non armis, ſed iure voluit. Sicque conuentum publicum indici iuſſit, ex Imperatoris ſententia, Neomagi, ad quem veniret ipſe Imperator, non armata manu, ſed ſimplici comitatu, quod faciendum æque filio perſuaſit. cuius rei gratia Hilduinus Abbas, & Vualach Abbas Corbeiæ cum armatis venientes ab Imp. iuſſi ſunt abire. Ibi cum eſſent, Lotharius a Patre vocatus, ſecreto admonitus, flexus tandem atq; ſuaſus eſt, patri debere eſſe ſubiectum, eidemque firma pace conciliatum iri. Sicque factum, vt Imperator qui totam æſtatem abſque imperij viribus tranſegiſſet, Lothario eidem obſequente, priſtinum vigorem receperit imperandi. qui ſolita vſus benignitate criminis reos diuerſis multatos pœnis, abſoluit, parcens omnibus adeo iuſte maieſtatis iudicio poſtulatis. hicque finis rerum geſtarum præſentis anni, quæ hic ſummatim perſtricta, in vita ipſius Ludouici pluribus enarrantur. D

Compoſitis rebus Amalarius Fortunatus Epiſcopus Treuerenſis, Albini olim diſcipulus, miſit ad Ludouicū Imperatorem libros de Eccleſiaſticis officijs, quos cum accepiſſet, & probaſſet, miſit idem Imperator ipſum Romam ad Gregorium Papam, vt quod deeſſe ad opus videretur, illic addijceret, atque ſcriberet ordinem Antiphonarij, ex quo libro [a] apparet tantos viros oīum huius temporis diſertiſſimos, & apud Imperatorem primarios non ſolum Theoricam calluiſſe rerum Eccleſiaſticarum, ſed & practicam exercuiſſe, cātumq; Eccleſiaſticum ſuis rythmis publice in eccleſia modulari ſolitos, quod certe non nihil illos redarguit, qui negligunt, antiquo more, in eccleſia canere, dum per alios explent eiuſmodi in eccleſia, quod exercetur in cȩlo E

[a] De ord. Antiph. c.38.

munus

A munus Angelicum. Certe quidem & ipſum Theodorum Archidiaconum S.R.E. cantare in Eccleſia conſueuiſſe, ſatis oſtendit idem auctor in prologo ad librum de ordine Antiphonarij.

Chriſti Annus 831 | *Gregorii P.* 4. 4 | *Ludouici* 18. *Theophili* 2. *Impp.* | *Indict.* 9

THeodora A. & mater eius Theoctiſte, pietate præſtantes, ſacras occulto imagines colebant. ea de re delatæ ad Imperatorem, in diſcrimen adductæ, callida tergiuerſatione ipſum deluſerunt. Theoctiſte, Theodoræ A. filias, quæ quinque erant, ad B ſe ſæpius accerſebat, & puellaribus munuſculis, & blanditijs, (puellæ enim erant) ad venerationem, & cultum Sanctarum imaginum paulatim adducebat. accidit aliquando, vt interrogatę ab Imperatore quid apud auiam vidiſſent, quid ab auia accepiſſent, infantula diceret ſe vidiſſe pulchras imagunculas in arca repoſitas, quas oſculandas ſibi exhiberet. ea re ira incenſus eſt Imperator, nec tamen propter reuerentiam erga mulierem, quidquam moliri auſus, tantum prohibuit ne filiæ ad eam amplius accederent. Alias ſcurra palatij quidam, pro libertate, Auguſtæ cubiculum improuiſo ingreſſus ſacras vidit imagines: indeq; ad Imperatorem conuiuantem ingreſſus, & interrogatus vnde veniret, reſpondit, ab Auguſta, apud quam pulchras imagines viderit. Ira percitus Imp. in Auguſtæ cubiculum ſe proripuit eam increpitans, & probris C lacerans, & Idolorum cultricem appellans, quid a ſcurra audiſſet exponens: at illa iram deliniens, male ſuſpicatus es, inquit, Imperator, & ſcurra deceptus eſt, ex reſultantibus imaginibus ex ſpeculo quod ego & puellæ meæ intuebamur. quibus verbis acquieuit. Ex Curopalata.

Imperatrix cultrix imaginum.

Hoc anno Romam ſe veniſſe legatum ab Imperatore ad Gregorium Papam teſtatur Amalarius de ordine Antiphonarii c. 38. datumq; ſibi ab eo Theodorum Archidiaconum S.R.E. qui de ordine Rom. Officii eum inſtrueret.

Chriſti Annus 832 | *Gregorii P.* 4. 5 | *Ludouici* 19. *Theophili* 3. | *Impp.* *Ind.* 10.

D THeophilus Imperator in cultores ſanctarum Imaginum ſæuus, & crudelis, ſuperiores omnes crudelitate ſuperare contendebat. nam Leo coli eas vetarat, Michael nomen Sancti ad eas adpingi interdixerat: at hic ne pingi quidem, & coloribus formari patiebatur.

Monachis quoq; aditus ad vrbes intercluſit, & omnes edicto expelli iuſſit. ex quo plures deſides, & ignaui habitum abijcere, a ſacris hymnis & cantionibus abſtinētes; aliis, qui ſacras imagines colerent, maxime Epiſcopis & monachis, & iis, qui eas pingerent, carceres pleni erant, montes quoque & ſpeluncæ, qui ſiti, & fame interierunt. Non defuerunt tamen qui ſinguli, & gregatim magna libertate eum coarguebant, quos cæſos ex vrbe exterminauit, & paulo poſt cęleſti quiete dignati ſunt. quorum E veneranda corpora in terram inſepulta proiecta, integra & ſalua diutius permanentia, tandem ſepulta, & vt Martyrum debito honore culta.

Inter pictores, quos omnes perdere cupiebat, Lazarus quidam Monachus pingendi arte celebris erat, quem blanditijs & obſequijs tentatum, cum omni adulatione ſuperiorem vidiſſet, ad mortem vſque tormentis excruciauit: rurſusq; cum recuperata valetudine imagines pingeret, laminas ferreas eius palmis iuſſit admoueri; ſed intercesſione Reginæ emiſſus e carcere, & in templo Præcurſoris occultatus, diuina vi, eius imaginem expreſſit, quæ diu conſeruata, ſanat ægrotos. Superfuit etiam hic ipſi Imperatori, haud ceſſans ſacras pingere imagines. Ex Curopalata.

Lazarus pictor tormentis excruciatur ob imaginū picturam.

Quod ad res Francorum pertinet. Pipinus filius Ludouici, rurſum recedit a Patre, & alios in eum commouet. quare a Patre in carcerem conijcitur, ſed a ſuis noctu ſubductus eripitur. Quamobrem ipſum regno priuat, quod inter Lotharium atq; Carolum diuiſit, ſed res effectum non eſt conſecuta. A

Hoc pariter anno, cum S. Anſgarius magnum retuliſſet ex Gentilium prędicatione prouentum, pius Cæſar ſtatuta Amaburg ciuitate Metropoli Danorũ, Sueuorum itemque Slauorum, & omnium Trantalbianorum, eum primum illi cathedræ ordinari curauit Archiepiſcopũ, confirmante Gregorio P.4. & pallio, inſigni plenitudinis poteſtatis ad eum miſſo. Ex Adamo [a] alij [b] male referunt in ſequentem annum.

a li. 1. c. 17
b Cranc. Eccl. hiſt. Sax. lib. 1. c. 20.

Chriſti Annus 833 | *Gregorii P.4.* 6 | *Ludouici* 20. *Theophili* 4. *Impp.* } *Indictio.* 11 B

THeophilus male cæptam aduerſus pios ſacrarum Imaginum cultores perſecutionem proſequens, in peregrinos homines Catholicæ fidei profeſſores Theodorum atque Theophanem fratres, iram conuertit, quos dire plagis affectos, exilio tandem multauit, deportari eos iubens in Inſulam Aphuſam. Ex ſcriptore eius ſæculi, qui res eorum geſtas proſequutus eſt.

Quod ad Theophilum ſpectat, ſuperauit quidem impietate prædeceſſores Imperatores, quo ad ſacras imagines, quas penitus auerſabatur; Hagiomachus tamen non fuit, vt potè qui ſanctos coleret, Dei Genitricis Eccleſias frequentaret, &, quod maius eſt, erigeret, vt Io: Curopalata tradit. C

Grauiori inter hæc turbine quatitur rurſum Imperium Occidentale, cum Ludouicus Imp. ſe cogitur abdicare, conſpirantibus iterum in eum filijs, ſimulq; Epiſcopis, quorum ſuaſu idem rurſus ad publicam peragendam redigitur pęnitentiam. Hæc ſingula quomodo ſe habuerint, ſunt accuratius exploratā. Quod enim Pipinus a Patre priuatus eſt Aquitania, quæ Carolo puero ex Iudith nato data fuit, magnam ſibi Imperator cum odio concitauit inuidiam, non Pipini tantũ, ſed aliorum etiam filiorum Lotharij & Ludouici, quo factum eſt, vt ad bellandum pararentur vtriuſq; exercitus.

Interea vero Gregorius Papa, pacem inter filios atque parentem cõciliaturus, Roma profectus, ad ea quæ prius obuia habuit caſtra filiorum acceſſit, diutiuſq; ibidem cõmoratus eſt, vt ad concordiam filios adduceret. Quæ res in deteriorem partem accepta eſt a Ludouico, inſuſurrantibus nonnullis ſtudere nimirum Pontificem filijs Imperatoris: iactantibus inſuper fore, vt eſſet excommunicaturus Pontifex quotquot inhærerẽt Imperatori. Quo factum eſt, vt veniens ipſe Gregorius ad Ludouicũ, haud eo ſuſceptus ſit honore, quo conſueuerunt prædeceſſores Reges Francorum ire obuiam, & excipere Ro. Pont. Conteſtatus aũt ipſe Pontifex, ſe non aliā ob cauſam eſſe Roma profectum, niſi vt ortum domeſticũ bellum ſedaret, pacemq; inter parentem, & filios conciliaret: ab eodẽ Ludouico dimittitur ad filios, rem cum ipſis tractaturus. Sed cum nihil conficeretur, illis implacabili odio in ipſum commotis; Gregorius, re infecta, męrens reuerſus eſt Romam. Hæc quidem ex vita eiuſdem Ludouici Imperatoris; quæ auctor, qui appendice auxit hiſtoriam Aimoini, ex eodem totidem verbis appoſuit. Ceterum etſi ſint qui dicant, in ſuſpicionem adductum Gregorium Papam apud Ludouicum, quod diutius apud filios manſiſſet, tamen euentus hanc penitus ſuſpicionem diſiecit; ſi quidem ipſe, quod eis aduerſus Patrem non fauerit, inſenſos ſibi reddidit, Cuius rei cauſa Lotharius reuerſus in Italiam acerbiſſimũ odium aduerſus eundem Gregorium, ipſam Romanam Eccleſiam perſequendo, manifeſte declarauit: quod ipſe Ludouicus intelligens, eidem, quibus valuit auxilijs, præſto fuit, vt ſuo loco conſtabit. At vero tantum abeſt vt ſceleratis filiorum actibus conſenſerit Greg. Pont. vt ab eis factum Patris abrogationis decretum reſciderit, quod teſtatur Paulus Aemilius, qui res Francorum eſt proſecutus. Hæc fere eadem etiam Theganus Treuerenſis Eccleſiæ Chorepiſcopus, Ludouico fauens; qui, narrationẽ pro-

A ſequens, ſcribit Ludouicum a ſuis deſtitutum in poteſtate veniſſe filiorum, qui vxore Iudith in Italiam Derthonam,ſub fida cuſtodia,amandata, ipſum Compendium adductum, CONCILIO EPISCOPORVM HABITO, Imperio ſe abdicare, & publicam ſubire pęnitentiam coegerunt. Extant adhuc eiuſdem Ludouici Imperatoris publicæ pœnitentiæ ſcripta,quibus eiuſmodi inſcriptio præpoſita eſt.Quæ [a] ſequuntur geſta ſunt apud Compendium Palatium, contra Chriſtianiſſimum Imperatorem Ludouicum, poſtquam Regno ad tempus priuatus eſt. Acta ſunt autem ſtudio non imitandæ deiectionis eius ab Ebbone auctore eius mali, & ceteris Epiſcopis, vel errore admittentibus, vel timore conſentientibus. Non ſunt hæc vt ſalubris Concilij decreta amplectenda, ſed vt exitialis commenti molimina reſpuenda. Quibus iniquiſſime peractis,magna inde commutatio rerum ſecuta.certatim populi Franciæ B Burgundiæ, Aquitaniæ, Germaniæ, cum proceribus ijs maxime qui coniurationis expertes fuerant, conuenientes, Ludouici libertatem, intentatis armis expetebant. Dum hoc in Ludouicum Imperatorem aguntur,adueniunt Theophili Imp.Conſtantinopolitani legati ad Ludouicum,qui a Lothario excepti, & dimiſſi ſunt.

a In Ann. Franc. ex Pith. Biblioth.

Chriſti Annus. 834 | *Gregorii P.4.* 7 | *Ludouici* 21. *Theophili* 5. } *Impp.* *Ind.12.*

LOtharius, audita Principum conſpiratione ad Ludouicum Patrem liberandum, eo in Monaſterio S.Dionyſij relicto, diſceſſit. Ludouicus libertati redditus,per C Epiſcopos eccleſiæ reconciliari,& armis quibus exutus fuerat ſolemniter accingi voluit,& deinceps ſe iterũ per Imp. magna omnium exultatione geſſit.Paulo poſt filios ad ſe,venia petita,adeuntes,Pipinum & Ludouicum excepit. Quod publicam perturbauit lætitiam miſeranda Cabilonenſium clades fuit, quam ciuitatem in itinere ſibi aduerſantem,& factione rebellium proditam Lotharius ferro igniq; vaſtauit,vna ſalua,miraculo,Baſilica in honorem S.Georgij fabricata. Dei Eccleſias per Lotharium expoliatas,occiſoſq; omnes qui patri ſtuduiſſent,& ſororem Bernardi Sanctimonialem in dolio incluſam in Ararim proiectam, ſcribit Theganus, nefanda eius opera deteſtatus.

Ludou.reſtituitur ĩ Imp.

Cabilon. clades per Lothariũ.

Tunc aduerſus Lotharium,tum pater Ludouicus,tum reliqui eius filij Ludouicus atque Pipinus caſtra mouentes,coegerunt Lotharium, vt ſupplex veniam petiturus D veniret ad patrem,cui vna cum ſectatoribus Ludouicus indulſit,atque accepto ab eis fidelitatis iuramento,in Italiam ire præcepit,ac ſaltus Alpium, ne poſt hac ſe inuito, tranſiret,firmis impoſitis præſidijs,obſeruari præcepit. hæc ex vita Ludouici, quæ & apud Theganum fuſius leguntur. Cæterum quod ſpectat ad reſtitutionem Ludouici in Imperium, id factum auctoritate Gregorij Papæ, Paulus Aemilius haud obſcure ſignificat, dum ait, decretum abrogationis Imperij Ludouici ab ipſo Gregorio Papa fuiſſe reſciſſum,ſed vt Marianus Scotus addit ei Iudith Auguſtam pariter voluntate Gregorij Papæ reſtitutam. Porro Ludouicum indulſiſſe omnibus, qui in eum peccaſſent inuiti Theganus affirmat.

Lothari⁹ recipitur in gratiã Patris.

HABITO GENERALI CONVENTV IN ACTINIACO PALATIO, inter cætera, mandatum filio Pipino vt quæ in ſuo Regno ablata fuiſſent Eccleſijs, E abſque cunctatione reſtituerentur. Legatis etiam per ciuitates,& monaſteria miſſis, ſtatum Eccleſiaſticum pene collapſum in antiquum ſtatum erigi iuſſit: multa etiam ad politicum ſtatum pertinentia illic fuere conſtituta.

Quod autem in Baſilica S.Dionyſij prope Pariſios reſtitutus fuiſſet in Imperium, eius memoriæ ſancti effectus,ad eam illuſtrandam animũ intendit, Hilduinoq; eiuſdem monaſterij Abbati mandauit,vt quæ tum ex Græcis,tum ex Latinis fontibus,de eodem Dionyſio ſcripta,reperiri potuiſſet,in vnũ corpus collata,ſtylo hiſtorico proſequeretur. Extat epiſtola,præfixa ipſius Hilduini Areopagiticis,quam ſequitur Hilduini epiſtola ad Ludouicũ Imp.inde nuncupatoria ad cunctos Chriſti fideles,quam

Colliguntur oĩa q̃ ad Dion. M. ſpectant.

ſequuntur Acta Paſſionis ipſius, ac denique reuelatio facta Stephano Papæ vna cum Actis coronationis Pipini, & filiorum eius in Francorum Reges. Sed præter illa, quę ipſe Hilduinus collegiſſe potuit ex antiquorum ſcriptis, viuentes etiam doctiſſimos viros S. Michaelem Syncellum Ieroſolymitanum, nec non S. Methodium presbyterum Conſtantinopolitanum viſus eſt ad eadem præſtanda hortatus eſſe Græcos Patres, & nobiliſſimos Confeſſores, ſi quidem vterque ipſorum hoc eodem tempore in eodem ſcriptorum genere verſatus eſſe reperitur. Etenim ſcripſit hoc tempore Michael Syncellus encomiaſticam orationē de eodem Dionyſio, ſed & Methodius eiuſdem res geſtas hiſtorico ſtylo eſt proſecutus. A

Dum vero iſta geruntur in Occidente, in Oriente Theophilus Imperator in dies magis aduerſus orthodoxos commotus, noua, in eoſdem in confeſſione perſtantes, decreuit ſupplicia. Si quidem in expeditione aduerſus Sarracenos, Methodio ſecū ducto, ob ingentem viri prudentiam, & ſapientiam, cum ab eis profligatus eſſet, magno cum ſuæ vitæ periculo, reuerſum Conſtantinopolim quod non eius adiutus precibus victoriam reportaſſet, occaſione capta ex offenſa religione, ob cultum Idolorum (ſic enim imagines appellabat) in eum furorem conuertit. poſtque diram verberibus de ipſo habitam quæſtionem, cum viuum in ſepulchrum, cum duobus latronibus includi fecit, appoſito qui ei tantum cibi miniſtraret, quantum ad trahendam vitam ſufficeret. ſicq; manſit, velut alter Ionas cęti vtero clauſus, donec Theophilus vixit. Ex Curopalata. Verum ſunt qui dicant, ipſum viuente adhuc Theophilo, ab eodem reuocatum fuiſſe Conſtantinopolim Conſtantinus Manaſſes, atque Glicas, (quod in ſcripta quædam difficilia Imp. incidiſſet, quæ non alius quam Methodius interpretari poſſe crederetur) & deinceps in honore habitum. B

S. Methodius ſupplicijs afficitur.

Hoc anno, Era Hiſpanica 872. notato, in Hiſpania apud Canadignam ducenti monachi interfecti a Sarracenis, conſecuti ſunt coronā martyrij, in clauſtri pauimēto monaſterij ſepulti, quod, qua die ſunt trucidati, apparet ſanguineo ſudore reſperſam. C

Ducenti Monachi Martyr. ſub Sarracenis.

Chriſti Annus	*Gregorij Pap.* 4.	*Ludouici* 22.	*Impp.*
835.	8.	*Theophili* 6.	*Ind.* 13.

IN THEODONIS VILLA MAGNO HABITO CONVENTV EPISCOPORVM & aliorum, Ebbo Rhemenſis, auctor, vt Ludouicus Imp. priuaretur Imperio, ſuaſu Epiſcoporum, Epiſcopatu, vt eo indignus, ſe abdicauit, reliquis, qui aſſunſerant, neceſſitatem excuſantibus, venia data. Condemnatus autem eſt Agobertus Lugdun. Archiepiſcopus, qui vocatus ad ſynodum venire diſtuliſſet. De his autem qui in Italiam confugiſſent, quod ſcilicet viſi eſſent ad ſedis Apoſtolicæ iudicium acceſſiſſe, nihil eſt actum. Paulopoſt in Metenſi ciuitate omnibus ſimul conuenientibus, ſeptem Archiepiſcopis, ſeptem reconciliationis Eccleſiaſticæ orationes, ſuper eundem Imperatorem inter Miſſarum ſolemnia, pro plenaria reſtitutione Imp. magnis Deo ab omnibus gratijs actis cecinerunt. Ex vita Ludouici Imperatoris. D

Eodem tempore, cum Theodulphus Abbas Floriacenſis, vocatus cum alijs, vt particeps Bernardi coniurationis in Ludouicum Imp. Andegaui incluſus eſſet in carcere, præ cęteris huius ętatis poeticæ facultatis excultus, ibidem Eccleſiaſticū carmen ad diem Palmarum in Eccleſia canendum accomodatum ſcripſiſſet, obſeruato tēpore, cum ea die Ludouicus inde tranſiret e feneſtra carceris illud cecinit, quod cum eidem Imperatori mirifice placuiſſet, e carcere eum educi iuſſit, & poſt etiam Aurelianenſem Epiſcopum creandum curauit. Eccleſiaſticum autem melos illud eſt gloria, laus, & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor. &c. Scripſit & alia plura. Extat præterea epiſtola ipſius ad ſuū clerum Aurelianenſem, qua munus ſacerdotale, & animarum cura qualis eſſe debeat, inſinuat, nunc primum ab auctore Annalium euulgata. E

Theodulphi carmē in die Palmarū. Epiſtola de munere ſacerdotali 46. capitib.

Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ, hoc anno, mortuo Theodoro Conſtantinopolitano Pſeudo Patriarcha, Iconoclaſta, Io; eius nominis ſextus Theophili pe-

dagogus,

A dagogus, illius excipit thronum, antea Syncellus, ex magiæ peritia magnam apud ipſos hæreticos adeptus exiſtimationem, Iconoclaſta & ipſe, altero deterior.

Interea Theophilus, pro ardenti deſiderio trahendi in ſuam perfidiam Theodorum,& Theophanem fratres,euocatos ex inſula, vbi iam biennium relegati agebant, cum fruſtra obſecrationes, blanditiæ, & minę adhibitæ eſſent acerrime cædi, & facie inſcribi iuſſit duodecim iambos, vt mirum ſit quomodo tot verſus exarari in hominis facie potuerint. hęc pluribus, ipſorum Epiſt. ad Ioan. Epiſcopum Cyzicenum. poſt tam inhumanum, & nouum ſupplicium, ſtillantibus adhuc vultibus ſanguine, in carcerem retruduntur, & poſt Apameam Bithyniæ in exilium eijciuntur. Ex Curopalata. At in itinere quid illis acciderit refert Cedrenus, incidiſſe nimirum in piſcatorem eum, cui cura data præbendi Methodio cibum, à quo cum de ſtatu eius didiciſſent, per eundem in hanc ſententiam ad eum. SS.Mon. faciebus ĩ ſcripti.

B

Qui uiuus inter uiuos eſſe deſiit
Vitamque præbet mortuus, terram incolens,
Polumque obit; uincto grauati uinculis,
Frontes ei ſcribuntque inſcripti litteris.

Reſcripſit Methodius opera eiuſdem piſcatoris.

Quorum libris inſcripta ſunt cęleſtibus
Nomina, piæque frontes inſcriptæ notis,
Nos qui ſepultus ante funus eſt ſuum
Vinctos ſalutat, & ipſe uinculis grauis.

C

Ad hæc autem ſubdit his Io.Curopalata. B. quoque Michaelem Syncellum Eccleſiæ, quæ eſt in Sancta Ciuitate, multis cum alijs Monachis Theophilus Imperator in carcerem coniecit, diuturnis cruciationibus eos in ſuam ſententiam adducere ſperãs. Deſunt Acta tot inſignium Confeſſorum. Ad hunc Michaelem Syncellum Theodorus Studita ante aliquot annos, cum in humanis eſſet Nicephorus Conſtantinop. Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam, [a] quando ipſe Michael alio pergens, Dei voluntate, actus maris tempeſtate Conſtantinopolim venire compulſus eſt. a Lib.2. Epi.213.

Hoc anno Gregorius Romanus Pontifex, (vt auctor eſt Sigebertus, & alij) monuit Ludouicum Imperatorem, vt in Gallia, atque Germania Feſtiuitas omnium Sanctorum Kalendis Nouembris, celebraretur, quæ hactenus Romani, ex Bonifacij Papæ inſtituto, celebrare conſueuerunt. Quod tum ab ipſo, tum ab Epiſcopis omnibus Franciæ, atque Germaniæ mira conſenſione acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum. de his agens Albinus in commentario de diuinis officijs, qui floruit ſub Carolo Magno, oſtendit ſe ad hæc fuiſſe tempora ſuperſtitem. Porrò ante hæc tempora in Gallijs, atque Germanijs eiuſmodi ſacram omnium Sanctorum ſolemnitatem minime celebratam fuiſſe docent diuerſarum canones de ferijs, in quibus, de hac feſtiuitate nullum verbum, vt neque apud eos, qui de officijs Eccleſiaſticis ad hanc diem commentarios conſcripſere.

Chriſti Annus.	*Gregorii P.4.*	*Ludouici* 23.	*Impp.*
836	9	*Theophili* 7.	*Ind.*14.

E

LOtharius moleſte ferens ſe titulo nominatum Italiæ Regem, & non niſi Longobardiæ, earum ſcilicet, quas poſſederant Longobardi regionum potiti dominio, inuidere cępit Romanæ Eccleſiæ, quæ liberalitate Regum Francorum prædeceſſorũ ſuorum, nobiliorem videretur Italiæ partem poſſidere. Quam ob rem contra iuſiurandum eidem Romanæ Eccleſiæ, cum corona ornaretur, ab eo præſtitum, contraque ipſius parentis Ludouici, Caroli aui, proauique Pipini ſancitas pro Romana Eccleſia ſanctiones dominandi vniuerſæ Italiæ flagrãs cupidine, Romanam Eccleſiam vexare Loth. Imper.& R. Ital.inuidet Eccl. Rom.ſuã ditionē.

cępit,& eius homines crudeliter tractare. Quæ res animũ Ludouici, licet mitiſſimũ, A
adeo exaſperauit,vt legatos ad eũ ſumma feſtinatione deſtinarit, ab incepto deterrẽs, reuocans illi in memoriam, quod quando illi Regnum Italiæ donauit,etiam Eccleſiã Romanam commendauit,& quam ab aduerſarijs defendẽdam ſuſceperat, nequaquã à ſuis diripi permitteret, monens de præſtitis nuper ſacramentis, quæ ſi contemneret, non impune illi futurum. Iuſſit etiam,vt militares annonę,& ſtatiua ſibi parata eſſent mox in Italiam ad limina Apoſtolorum venturo. quod ne faceret,irruptio Normandorum in Friſiam impediuit: aduerſus quos pergens Legatos duos ad Lotharium, qui reſponſum ſibi ab eo referrent,miſit,& ad Gregorium vnum,qui de neceſſarijs eũ conſuleret,& bonam ſuam erga Eccleſiam voluntatem ſignificaret. Lotharius de rebus quarundam Eccleſiarũ ablatis,alia reſtituit,alia reſtituere ſe non poſſe reſpondit. Gregorius Ludouici legatione,grauiter decumbens,mirifice eſt recreatus,& miſit ad B
eum duos legatos,qui gratias illi agerent, & Lotharium accuſarent, quos Bononiam progreſſos Lotharius ne longiùs procederent,impediuit. Epiſtolam tamen Imperatori deſtinatam occulte perferendam curarunt.

Ludouicum Imperatorem pro Eccleſia Romana adeo ſolicitum,Deus copioſe remuneratus eſt,ſi quidem aduerſarios,quibus ipſe pepercerat,lues ingruens extinxit,& Normandos graſſantes in Friſios,abſque cæde,in fugam conuertit. quo ſuſcepto nuncio de morte aduerſariorum pius Imperator pugno pectore tacto lachrimiſque oculis oppletis, Deum illis propitium fieri cum ingenti gemitu precatus eſt. Hæc pluribus ſcriptor aulicus Ludouici Imp.

Hoc eodẽ anno,octauo Id.Februarij Indict.14. celebrata reperitur SYNODVS AQVISGRANENSIS,ſub eodẽ Ludouico Imp.anno eius 23.non verò anno 833. C
quem numerum, nota numeri, ſed mendoſa indicat: nec Imperij 24 In ea præcipue actum de vtilitatibus Eccleſiæ,& bonis ablatis reſtituendis. Itaque ex Imperiali auctoritate,& Epiſcoporum monitus eſt Pipinus,& ſui quanto cũ periculo res Eccleſię vſurpentur. quæ libenter monita ſuſcipiens Pipinus etiam per auunculi inuaſionem vſurpata libenter reſtituit. ex Auctore domeſtico Ludouici. Subijcitur his apud Aimonium conſtitutio Pipini Regis,pro Monaſterio S.Dionyſij, expoſcente Hilduino eius Abbate pro confirmatione villarũ,& à Ludouico Imp.conceſſarũ.Sed quę reperitur data anno 17.Ludouici Imp. plene ad dictũ cõciliũ minime ſpectare cognoſcit.

Quod quidẽ, admonitione,(vt ipſi in eo præfantur Epiſcopi) eiuſdẽ Imp.collectũ conciliũ conſtat; monuit ipſe Epiſcopos, vt de tribus capitibus potiſſimum agerent. nimirũ de his,quæ ad Epiſcopos pertinere noſcerentur,de vita,& doctrina ipſorum. D
De his quæ ad inferioris ordinis Eccleſiaſticos. Tertio vero loco ad ipſum Imper. eiuſq; filios,ac miniſtros recte diſponẽdos videri poſſent congrua eſſe. Porrò in hoc cõcilio itidẽ repetita habetur, & iterũ inculcata cauſa, ex qua tot tãtaq; mala prouenerint in Regnũ Francorum. quia nimirũ principalis poteſtas, diuerſis occaſionibus interueniẽtibus, ſecus, quam diuina auctoritas ſe habet in cauſas Eccleſiaſticas proſilierit, & ſacerdotes, partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate in negotijs ſæcularibus, & ſolicitudinibus, vltra quam debuerant, ſe occupauerint, & hac occaſione aliter,quã diuina auctoritas deceat in vtraq; parte extitiſſe dubiũ nõ eſt,&c.

Sed & eodem quoque anno APVD LVGDVNVM ALIVS CONVENTVS HABITVS EST EPISCOPORVM,cui & idem Ludouicus,cum filijs interfuit, excepto Lothario,qui eſt impeditus,eo quod hoc anno morbo laborauit, ita flagellis à E
Deo correptus, cum inconceſſa tentaſſet. Porrò in hoc Concilio agitata eſt cauſa Epiſcoporum Lugdun.& Viennenſ. qui rei coniurationis in Imper. vocati non comparauerunt. in quos abſentes ſententiam ferre detrectarunt.

Hoc anno eodẽ S.Viti M.corpus, quod ſub Pipino Rege, per Fulradiũ Abb.S.Dion. Roma trãſlatũ fuerat in Gallias, à Varino Abb. [a] nouę Corbeię impetratũ ab Hild. Abb.S.Dion.in nouã Corbeiã Saxoniæ eſt tranſlatũ, tanta miraculorũ benedictione, dum venit, atq; permãſit, quantã liber ipſe de eius tranſlatione conſcriptus ſignificat.

Quo eodẽ anno Dani,atq; Normãdi Gallias inuaſerũt. Legat.Car.apud Vitichĩdũ.

a Apud Sur. 15. Iun.

Miracula in tranſlatione S. Viti.

A Sed & nouella Eccleſia Paderbornenſis in Saxonia adhuc lacte indigens, miraculorum gratia mirum in modum illuſtratur, ex facta, hoc item anno, tranſlatione ſacri[b] corporis S. Liborij Epiſcopi Cenormanenſis in ipſam, qđ per Legatos ab Epiſcopo, & Ciuitate impetrarat. Extat ad hũc diẽ libellus de hac trãſlatione, & miraculis ab eo cõſcriptus presbyt. qui miſſus expetijt reliquias, detulit, & miraculorũ ſpectator fuit.

a Apud Sur. 23. Iul. Crãt. lib. 1. hiſt. Sax. c. 28. Mirac. in trãslatione S. Liborij Ceno.

Chriſti Annus	*Greg.* P. 4.	*Ludouici* 24. *Theophili* 8. *Impp.*	*Indictio.*
837	10		15

B COmeta apparente, Ludouicus Imperator ſciens mutationem Regni, mortemq; Principis per hæc ferè ſigna portendi, pro ſua magnanimitate, & prudentia. *Non alium*, inquit, *timere debemus, præter illum, qui noſtri, & huius ſyderis creator eſt. Sed eius clementiam non ſatis laudare, & imitari poßumus, qui noſtram inertiam, cum ſimus peccatores, & impœnitentes talibus indiciis dignatur admonere. Quia ergo, & me, & omnes communiter hoc oſtentum tangit; omnes, pro poße, & ſapere, ad meliora feſtinemus, ne forte miſericordiam illo prorogante, & noſtra impœnitudine impediente, nos illa inueniamur indigni.* His dictis, & ipſe paulisper mero indulſit, & omnibus id facere iuſſit, & vnumquemque ad ſua ſe colligere præcepit, noctemque illam, (vt nobis perlatum eſt) peruigilem, ac Dei laudibus, & obſecrationibus honoratã luci ſuperuenienti præſentauit. cuius crepuſculo miniſtros au- C licos vocauit, & eleemoſynas, quam largiſſimas pauperibus, ac ſeruis Dei, tam Monachis, quam Canonicis porrigi iuſſit. Miſſarumque ſolemnia per quoſcũque potuit, celebrare fecit, non tantum ſibi metuens, quantum Eccleſiæ ſibi creditæ proſpiciens. In his Imperat. tota æſtate conſiſtens, induxit GENERALEM CONVENTVM IN CARISIACO, cui & Pipinus filius ex Aquitania interfuit; Vbi Imper. Carolum filium Regem partis Neuſtriæ declarauit, & vtrumq; ad ſua regna dimiſit. Hęc fere ex Aſtronomo ipſo, qui res geſtas Ludouici, quam fideliſſime poſteris tradidit.

Ludouic. Imp. præparatio ad mortẽ, viſo Cometa.

Chriſti Annus	*Gregorii P.4.*	*Ludouici* 25. *Theophili* 9. *Impp.*	*Indictio.*
838	11		1

D

MOrtuo Pipino Rege Aquitaniæ, Carolo filio eam tribuit prouinciam; partito inter Lotharium, atque Carolum vniuerſo Imperio, tradidit Ludouico Baioniam. Ex qua diuiſione rurſus obortæ diſcordiæ, Ludouico indignante, & pro Pipino puero, filio Pipini Regis, nonnullis nobilibus inſurgentibus, eo quod à patris Regno viſus eſſet excluſus.

Reperitur autem alias ſæpius à Ludouico Imperatore diuerſis occaſionibus facta eſſe Regnorum partitio, vt inter alias illa, quam ex veteribus monumentis Pithocus in lucem prodidit factam inter tres filios Pipinum, Ludouicum, & Carolum; in qua inter cætera, illud adſcriptum eſt caput de obligatione defenſionis Romanæ Eccleſię, E maiorum ſuorum exemplo, quod in omnibus alijs ab ipſo factis diuiſionibus annexũ fuiſſe, dubitari non debet, secũdum promiſſionem Deo factam à maioribus ſuis, cum ab Apoſtolica ſede Coronam fuerint Regni conſecuti, eſt huiuſmodi.

SVPER OMNIA AVTEM IVBEMVS, ATQVE PRÆCIPIMVS, VT IPSI TRES FRATRES CVRAM, ET DEFENSIONEM ECCLESIÆ SANCTI PETRI SIMVL SVSCIPIANT, *ſicut quondam à proauo noſtro Carolo, & auo noſtro Pipino, & b. m. genitore noſtro Carolo Imper. & à nobis poſtea ſuſcepta eſt, vt etiam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam, quantum ad ipſa pertinet, & ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter de*

cęteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate, præcipimus, vt iuſtitiam ſuam & honorem habeant; & paſtores, atque Rectores uenerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinerent, in quocunque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint. A

a Mol. de SS. Belg. 18. Iul. b Apud Sur. 18. Iul.

Hoc anno Fridericum Traiactenſem Epiſcopum martyrium [a] conſummaſſe tradunt, ob eam cauſam, quod cum Ludouicus Iuditham Ducis Bauariæ filiam, ſuā ſanguineam abſque diſpēſatione vxorem duxiſſet, isque excommunicationem illis minaretur, Iuditham ſicarios ſubmiſiſſe, qui eum occiderunt. Ex Actis, [b] quæ extare dicunt in Eccleſia Traiectenſi, quibus cum nullus ex veteribus auctor teſtis accedat, ſuſpecta ſunt impoſturæ, aliāq; potius cauſā extitiſſe cędis Sanctiſsimi viri putandū eſt.

c Apud Sur. 12. Iun.

Claruiſſe autē ijſdem tēporibus Oidulphus presb. perhibetur, qui eidē Friderico in Euāg pdicatione fidus miniſter acceſſit, cuius quoq; res geſtę ſcriptis pditę extāt. [c]

Lupꝰ Abbat. Ferrarié. i Gal.

Hac eadē Indict. 1. Lupus Monach. S. Benedicti, Rabani diſcipulus, educatus ſub Aldrico Abbate, qui poſtea fuit Senonenſis Epiſc. ante Gunilonem, vir doctrina, & vitæ moribus præſtans, vocatus in aulam à Iuditha Imperatrice, paulo poſt à Ludouico Imperatore deligitur in Abb. Cœnobij Ferrarienſis, à loco frequētius ſic dicti; cū alias S. Petri, itēq, S. Iudoci, & Bethlehē dictū reperiaſ, atq; hæc ex eius Epiſtolis. B

Hoc eodem anno Rabanus Abbas Fuldenſis, abdicans ſe, quietis amore, in Hattonem refudit onus: ex Lupi. Epiſt. 40.

Chriſti Annus 839 — *Gregorii* P.4. 12 — *Ludouici* 26. *Theophili* 10. } *Impp.* *Ind.* 2. C

LVDOVICVS IMPERAT. CABILLVNI CONVENTVM HABVIT, quo de rebus Eccleſiaſticis, atque politicis componendis actum eſt. Imp. Ludouicum filium rebellantem, ducto in eum exercitu, ad ſpontaneam reconciliationem adegit. Aquitaniamque, ob nepotem Pipinum inofficioſe prætermiſſum, commotam compeſcuit. Qnod autem, & inter Epiſcopos, æmulatione exorta, alter in alterius vindictam intenderet, & inter alios Aldricus Cenomanenſis Antiſtes grauem à Comprouincialibus Epiſcopis pateretur inuidiam, atque experiretur perſecutionem, Gregorius Papa his cupiens occurrere, alijſque conſulere, Epiſtolam ſcripſit ad vniuerſos Epiſcopos, in qua multa de auctoritate ſedis Apoſtolicæ, & iure ad eam appellandi habentur. Eam ex veteribus Biblioth. Vaticanæ monumentis editam, lege in Annalibus. ex ea Gratianus complura decreta intulit in Decretorum volumen. D

De aucto rit. ſed. A poſt.

Chriſti Annus 840 — *Gregorij* P.4. 13 — *Ludouici* 27. *Theophili* 11. } *Impp.* *Ind.* 3.

LVdouicus filius indignans, quod Carolus, ex alia congiuge genitus, & natu minimus, ſibi pralatus fuiſſet, rurſum ad arma conuerſus Alamanniam cum Saxonibus, & Turingis incurſauit, aduerſus quem Ludouicus Imperator, per Quadrageſimam mouens exercitum eum fugauit, & ad proprium Regnum redire compulit. INDICTO GENERALI CONVENTV IN VRBE VANGIONVM, Lotharium ex Italia acciuit, cum Carolus cum matre Iudith in Aquitania longe abeſſet. Quo tempore ſole prodigioſe obſcurato, Ludouicus ex fatigatione corporis, & animi ægritudine in morbum grauiſſimum incidit. E

Lud. ppa ratio ad mortem.

Aderant illi venerabiles Epiſcopi, & alij ſerui Dei cōplures, in quibus Drogo frater, Metentis Epiſc & ſacri Palatij Archicapellanus. Per eundē quotidie confeſſionis munꝰ, ſacrificiū ſpiritꝰ cōtribulati, & cordis humiliati, qd̄ Deꝰ nō deſpicit, offerebat

A Cibus eius erat ſolummodo per dies quadraginta Dominicum corpus, laudante eo iuſtitiam Dei, & dicente IVSTVS ES DOMINE. AT QVIA QVADRAGESIMÆ TEMPVS NON IEIVNANS EXEGI, SALTEM COACTVS IDEM IEIVNIVM TIBI EXOLVAM. Priuatum theſaurum diſtribuit; Inſignia Imperialia ad Lotharium miſit. Ludouico filio omnes iniurias remiſit, rogans Epiſcopos, vt illum grauiter de violata paterna pietate admonerent, & paulo poſt è vita migrauit anno ætatis 64. Regni Aquitannici 37. Imperij 27. cuius corpus Metas translatum in Baſilica S. Arnulphi conditum eſt. Hæc ex domeſtico eius ſcriptore, qui plenius iſta eſt perſecutus.

Non prætermittenda, quin hic adſcribantur, quę Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis, libello de translatione S. Remigij ſcripſit de his, quę miranda, & terribilia auditu, ſub Ludouico Imperatore, & poſt eius obitum contigerunt in nonnullis, qui bona Eccleſiæ inuadere, & violare præſumpſerunt. B — *Vltio diuina ĩ ſacrileg. vſurpatores bon. Eccl. Mirac. in transl. S. Remigij.*

Hoc eodem anno, qui à Leone Oſtienſi Tertius numeratur Baſſacij Abb. Monaſt. Caſſinatis translatum ponit corpus S. Bartholomæi Apoſtoli ex Lipari Inſula Beneuentum, ſub Sicardo Principe Beneuentano. de quo Sigebertus in Chronographia anno 831. his verbis Sarraceni Siciliam incurſantes, etiam Liparim Inſulam deuaſtant, vbi Corpus Bartholomæi Apoſtoli quieſcebat, quod olim loculo plumbato iniectum, & in mare merſum à Paganis non ferentibus illud, propter nimiam ſignorum charitatem ab omnibus venerari, ab India vſque ad hanc inſulam vltro delatum fuerat. Cuius oſſa modo à Sarracenis huc illuc diſperſa, à quodam Monacho, ipſo reuelante, collecta, Beneuentum transferuntur. Hæc ipſe. Verum de translatione ex Indis in Liparim Inſulam diuerſa diuerſorum eſt narratio. C — *In Chro. Caſſinen. lib. 1. capit. 26. Translatio S. Bartholom. Apoſt.*

Chriſti Annus	*Gregorii P.*4.	*Lotharii* 1. *Theophili* 12. *Impp.*	*Indictio.*
841	14		4.

INgraueſcente in dies magis Theophili Imper. aduerſus Orthodoxos perſecutione in Oriente, Sanctus ille admirandus Ioannicius de reddenda cito Eccleſiæ pace diuinum reſponſum accepit, quo conſolatus eſt afflictos, ſpeque iam deſtitutos miſeros Orthodoxos. — *B. Ioãnicij vaticinium de ceſſatiõe perſecutionis.*

D Per annum quoque fatidicam, quæ explorarit Theophilus, futurorum curioſus inueſtigator, narrat Curopalata; de illis, qui poſt illum regnaturi erant; de Ioanne Pſeudopatriarcha, ſede priuando, de honore debito venerandis Imaginibus reſtituendo, denique de multis alijs, quæ Theophilus grauiter tulit.

Hoc eodem anno confligens Theophilus cum Sarracenis profligatus eſt, magno cum vitæ periculo, pluribus nobilibus captiuis relictis, qui martyrium ſubire cum cohorte quadragintaduorũ militũ, quorum præcipui nominati ſunt, Theodorus fortis, Theophilus, atque Boburzicus duces exercitus. Tunc horrendum Amorij factum eſt excidium à Sarracenis, quibus cladibus conſternatus Imper. in morbum incidit. Eadem pluribus Curopalata, & alij.

Hoc item anno ciuili bello Gallia flagrante, atque Lothario aduerſus Ludouicum, & Carolum fratres agente, qui crebris ante legationibus redimere pacem fruſtra laborantes, cum ipſo rem dolis agente, confligere coacti victoriam, fauente iuſtitia, cruento tamen certamine, reportarunt, periurum fratrem vincentes, quo vnico prælio relictum ſibi Carolus Regnum à Patre firmiter ſtabiliuit. Hæc autem, quomodo geſta ſint. qui interfuit, Nithardus Caroli Magni nepos ex Berta filia, quam fideliſſime ſcripſit. Rei indignitate commoti Reges, & populi etiã victores, de tanta ſtrage populi Chriſtiani Epiſcopos cõſulunt, QVI STATIM IN CONCILIVM COEVNT, & re conſultata, hoc iudicium edunt. Quod pro ſola iuſtitia, & æquitate decertauerint, & hoc Dei iudicio manifeſtum effectum ſit, ac per hoc immunis E — *Frat. RR Fr. Confligunt.*

omnis

omnis Dei miniſter, in hoc negotio haberi, tam ſuaſor, quam effector deberetur. A
At quicunque conſcius ſibi, aut ira, aut odio, aut vanagloria, aut certe quolibet vitio quidquam in hac expeditione ſuaſerit, geſſeritve, vere confiteatur occultum delictum, & pro modo culpæ ſatisfactio imponatur. Veruntamen in veneratione, & laude tantæ declarationis iuſtitiæ, & pro remiſſione delicti mortuorum fratrum, & ad promerendum deinceps etiam auxilium diuinum, triduanum ieiunium eſt indictum, & libenter celebratum eſt. hæc quoque ex Nitardo. Qui, poſt hæc, ſubdit. Monachos Sanctus Medardi rogaſſe Carolum, Sueſſioniam Vrbem petentem, vt corpora Sanctorum in Baſilicam, magna ex parte ædificatam, transferret, quibus libenter annuerit, & proprijs humeris, ſumma cum veneratione tranſtulerit, illique Baſilicæ Villam quandam attribuerit.

B

Chriſti Annus	*Gregorii* P.4.	*Lotharii* 2. *Michaelis* 1. *Impp.*	*Indictio.*
842	15		5

Lotharius reparato exercitu rurſum in fratres mouet, à quibus fugatus, regnum deſeruiſſe viſus eſt. Fratres igitur Palatium Aquis, quod tunc ſedes prima Franciæ erat, petunt: & quid de fratris regno agendum ſit, Epiſcopos, quorum pars maxima aderat, conſulunt. in quo agnoſcas pietatem Regum Francorum, qui haud auſpicari audent magna, abſque conſilio Epiſcoporum. Quibus Epiſcopis Lotharij geſta conſiderantibus, quomodo Patrem Regno expulerit: Quoties periurus ipſe patri fratribuſque populum Chriſtianum periurum, ſua cupiditate, fecerit, quot homicidia, adulteria, incendia omnigenaque facinora, ob eius regnandi cupiditatem, patrata. Cum nullam Rempublicam gubernandi ſcientiam habeat, nec bonam voluntatem, quibus ex cauſis non immerito, ſed iuſto Dei omnipotentis iudicio, & prę- C
lijs fugatus ſit, & à proprio regno fugam inierit, & illud omnium conſenſu, & iudicio fratribus, ſe melioribus ad regendum, tradiderit, nec prius tamen illud eis tradiderunt, quam rogati, ſe illud, iuxta Dei voluntatem, & legem, quantum ſcirent, & poſſent, adminiſtraturos. Proptera, inquiunt, auctoritate diuina illud ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem illud regatis, monemus, rogamus, atque præcipimus. Notate Politici Neccatores, vt Epiſcopi Francorum Iudices ſederint de Regno, & D
Regibus iudicaturi, atque ſua ſententia, (quod maius eſt) Imperatoris Lotharij Regnum hæreditarium tranſtulerint in Ludouicum, & Carolum, appoſita, vt audiſtis, ea præceptione, quę & mox fuit executioni mandata; delectis ſiquidem ab vtraque parte duodenis, illis Regni partitio permiſſa, in quibus Hithardus vnum ſe fuiſſe, ait. quanto magis Romanus Summus Pontifex Francorum Regnum ab Hilderico ſtupido transferre potuit in Pipinum, quod vos abnegatis. Hactenus in Conuentu Aquiſgranenſi.

Quo ad res Orientales pertinet, Theophilus ob cladem à Sarracenis acceptam mœrore confectus, & ſpe fruſtratus auxilij à Francis expetiti, graui morbo oppreſſus Senatui, & claris Ciuibus filio vxoreque commendatis; obtruncato ad extremum Theophobo, de affectato Imperio calumniam paſſo, ad vitæ finem appropinquauit. E
Cęterum in ipſo fine exhalaturum ſpiritum, pœnituiſſe Theophilum erroris ſui, ſacras Imagines adoraſſe, & piæ vxoris Theodoræ precibus, à Deo conſecutum fuiſſe miſericordiam, ex antiquioribus monumentis prodidit Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus in expoſitione pro Concilio Florentino: qui & mirabiles quoſdam de eius anima refert viſiones.

Mortuo Theophilo Imperatore Tutores, & Curatores filio relicti, eum ad populum produxerunt, qui illum accepit, & probauit, eique ſe ſacramento obſtrinxit. Theodora, vt cum filio accepit firmatum Imperium, de reſtituendo cultu Sanctarum

Imagi-

A Imaginum cogitare cœpit. re igitur cum Magiſtratibus, & Primoribus, & doctis, ac pijs viris communicata, CONSTANTINOPOLI CONVOCATVR CONCILIVM, hæreſis damnatur, cum Pſeudopatriarcha Ioanne, Methodius verò eligitur: cultus Sacrarum Imaginum reſtituitur: Sancta Nicæna ſeptima Synodus œcumenica comprobatur. hæc apud Theophanem presbyterum, huius temporis ſcriptorem, plenius continentur in oratione in S. Nicephorum Patriarcham, & apud Curopalatam.

Sic igitur hæreſis illa, quæ Conſtantinopoli ante centum viginti annos è portis Inferni, magno faſtu, auctore Imperatore, potens, ac furens erupit, & repreſſa ſæpius, rurſus ſanguine Sanctorum ebria audacius in Eccleſiam Orientalem eſt debacchata, hoc anno tandem penitus extincta fuit, Methodio iuxta prædictionem Beati B Ioannicij, in Thronum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ euecto, & fide Orthodoxa, iam omnia obtinente, diſſenſio quædam orta eſt inter ipſos Catholicos. *Nam alij quidem*, inquit Theophanes ille presbyter, *volebant habere in miniſterio, qui dignitatem Sacerdotij acceperant ab Ichonomachis, vtpotè, qui per hoc nihil pietati officerent*: quod ſcilicet ea hæreſis non dogmata de diuinitate, vel humanitate Chriſti, vel quid huiuſmodi Eccleſiæ Orthodoxæ tetigerit, ſed ritum, & traditionem labefactarit. *Illi autem*, ſubdit auctor, *profanis ſancta tradere manibus, putabant omnino eſſe impium, & minime Deo gratum, nec admittendum.* Et Methodius quidem, pro ſua ingenti charitate, omnes illos comminiſtros habere deſiderabat, qui in reliquis eſſent Orthodoxæ ſententiæ, cum illis ſentiens, qui erant prioris opinionis. Ac Sanctus quidem Ioannicius eadem cum Methodio ſentire per litteras C ſignificauit, ſuadens illos procul tantum facere ab altari, qui adhuc eſſent hæreſi inquinati, non pœnitentes erroremque deteſtantes, & præ cæteris, Iconomachos. Sanctus autem Methodius ſua eximia ſapientia, reliquos omnes in ſuam traxit ſententiam. Intentus igitur Sanctus Methodius reuocandis lapſis ad Eccleſiam, quod hi reperirentur variæ ætatis, diuerſæque conditionis, ne vileſceret Eccleſiaſtica diſciplina, eoſdem omnes diuerſo modo Eccleſiaſticæ cenſuræ voluit eſſe ſubiectos. Quamobrem pro ſalute omnium promulgauit edictum, cui eiuſmodi titulus reperitur inſcriptus. METHODII SANCTISSIMI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI DE IIS, QVI ABNEGARVNT PER DIVERSOS MODOS, ET ÆTATES. [a]

a Biblioth. SS. PP T. 6. col. 619. & addit. ad Balſam.

At nec de ipſo illud prætermittendum, quod tradit Glicas, his verbis, *Quia* D *Methodii malę propter ſacrarum Imaginum propugnationem contundendo læſæ ſolutæque fuerant a Theophilo, neceſſe habebat, vt eas tenui quadam faſcia linea obligaret. Unde, mea quidem ſententia, mos inoleuit, hodieque durans, vt Pontifices ab anteriori parte lineas faſcias alligatas habeant.* Hæc ipſe. At de Theodora, Curopalata hæc. *Theodora Auguſta de reſtituta fide Catholica exultans, hilaris conuiuium Orthodoxis Confeſſoribus preparauit. in quibus affuere Theodorus ille, & Theophanes illuſtres Confeſſores, notis ora, pro fide, compuncti, quos ſubinde intuens Imperatrix ſuſpiria edebat, & lachrymas, ſuſcipiens eximiam illorum conſtantiam, & fortitudinem.* quod ſi verum eſt de Theodora, illud non verum, quod Theodori vitæ ſcriptor habet defunctum eſſe in carcere, ante pacem Eccleſiæ. Porrò eundem Theophanem Confeſſorem Theodori germanum glorioſæ Confeſſionis merito creatum fuiſſe Archiepiſcopum Nicææ in Bithynia teſtatur, qui eius certamina E ſcripſit, & alij Græcorum hiſtorici.

At verò reſtitutio iſta ſacrarum imaginum in Eccleſijs Conſtantinopolitanæ Ciuitatis ſolemni ritu celebrique facta eſt pompa, conuenientibus Impp. vna ſimul cum ſacro clero, atque venerandorum ordinibus Monachorum, confluente infinita populi multitudine, prima Dominica Quadrageſimæ. Quam celebritatem, eadem die, quotannis recoli ſtatuerunt. In qua, inter alias diuinas laudes, ſacra victoriæ Cantica duo in Eccleſia publicè ad hanc vſque diem occinuntur, Theophanis Confeſſoris alterum, alterum verò Theodori Studitæ titulo prænotatum, cũ tamen eius

eſſe non poſſit, (ſed alterius fortaſſe confeſſoris Studitæ,) cum is ante hæc tempora è vita migrarit. Quod verò hymnus hoc tempore, cum pax Eccleſiæ eſt reſtituta, ſcriptus ſit, ipſe auctor manifeſte demonſtrat, dum in eius ſeptima oda vigintiocto annos perſecutionis huius numeret, à tempore, ſcilicet, quo regnare deſinente Irena Auguſta pacis Eccleſiæ conciliatrice, ſucceſſit Leo Armenus Imperator Iconoclaſta, Eccleſiæ perſecutor, à cuius Imperij exordio, vſque ad Theophili Imperatoris obitum, quo extincta eſt perſecutio, tot anni, nempe vigintiocto interiacent. Qui hos hymnos legere deſiderat, habet in Annalibus, ex Triodio Græcorum Græce, & Latine tranſcriptos: duos autem item ſermones, alterum ex eo tempore in matutinis precibus recitari ſolitum, alterum in die feſto erectionis Sanctarum Imaginum dictum, quibus ſingulis continetur narratio varij ſtatus venerandarum imaginum, & profanationis, & denique reſtituti cultus earundem, qui nunc primum in lucem apud Latinos ſunt proditi. B

Chriſti Annus 843 | *Greg. Pap.* 4. 16 | *Lotharii* 3. *Michaëlis iii.* 2. | *Impp.* *Indict.* 6.

Hæreticorũ impudens calumnia.

ADuerſarij ſanctarum Imaginum, Io: in primis exautoratus Sede Coſtantinopolitana, & Arſaber Patricius eius frater, non ferentes tantam orthodoxorum exultationem, de proſtrata Iconoclaſtia, calumniam excogitarunt, qua illorum gloriam obſcurarent: multo auro corrupta muliere, quæ Methodium affirmaret ſecum rem habuiſſe. At is, in medium adductus, calumniam re ipſa confutauit, nudatis verendis, & oſtenſis, ita quaſi morbo quodam conſumptis, vt naturalis prorſus eſſent virtutis expertia, ex quo, pudore ſcelerati ſuffuſi, & pij gaudio ſunt cumulati. Interrogatus Methodius Sanctiſſimus Patriarcha de cauſa, qua ei ita virilia contabuiſſent, narrabat ſe aliquando Romæ cum eſſet, pro cauſa Nicephori Patriarchæ, ſtimulis carnis incenſum, cum lapſum timeret, B. Petrum imploraſſe, eumque ſibi nocte in ſomnis viſum manu attigiſſe pudenda, & incendiſſe, nec poſt amplius ſenſum voluptatis expertum. C

Method. calumniã purgat.

Miraculũ.

Procax mulier intentatis tormentis, retecta fraude, & pecunia prolata, auctores quoque criminis prodidit, qui omnino pænas dediſſent, niſi Sanctus Patriarcha impunitatem illis obtinuiſſet, ſic, vt tantum quotannis publica celebritate a templo B. Virginis, quod eſt in Blachernis, cum facibus ad S. Sophiæ templum procederent, ibique ſuis auribus anathema perciperent, quod vſque ad exitum vitę ipſorum ſeruatum eſt. hactenus ex Curopalate, & alijs hiſtoricis. nec tamen hi deſtiterunt ab impietate: nam audi quid ſubijciat de Io: qui ad pœnitentiam detruſus fuerat in Monaſterium, idem qui ſupra Curopalates. *Execrabilis vero* Io: inquit, *in quoddam Monaſterium detruſus, cum in quadam parte conſpicatus eſſet reſtitutam imaginẽ Chriſti Dei, eiuſque matris, & Angelorum, ſuo diacono pręcepit, ut eo aſcendens uenerandarum Imaginum oculos effoderet. Quod vbi audiuit pia Regina, zelo diuino incenſa, eidem oculos effodi iuſsit. Verum hoc factum non eſt, quod quidam probi, & idonei uiri interceſsere; ſed miſsis ſatellitibus, ducentis eum uerberibus, loris percutiendum curauit.* D E

Method. Lenitas.

Quod ad res ſpectat Occidentales, Lotharius a fratribus victus, amiſſo Regno, pluribus legationibus, quod amiſerat, ſuppliciter ſibi reddi poſtulauit. cui aſſentientes pij fratres, paci populorum conſulentes, nouam Regni partitionem, arbitrio Epiſcoporum permiſere. Rem totam deſcribit Nithardus [a], qui præſens aderat. Quæ autem hoc anno, quo facta eſt partitio Regni inter fratres, contigiſſe narrat Hincmarus huius temporis auctor magni nominis, in translatione priori corporis S. Remigij, digna plane ſunt, quæ hic breuiter deſcribantur.

Pax inter Lothariũ, & fratres.

a lib.4.

Partitio Regnorũ permiſſa Epiſ.

Cum

A Cum igitur ſacrilega occupatio bonorum Eccleſiaſticorum his maxime temporibus inualuiſſet, mirifica Dei indignationis, in delinquentes, ſupplicia oſtenſa ſunt. Eccleſiam Rhemenſem tenente Fulcone presbytero, Carolus Rex bona eius inter homines ſuos diuiſit, & Villam Iuliacam Richuino Comiti in beneficium dedit. Cum autem vxor eius, nomine Berta, in cubiculo villæ ipſius iaceret, viſus eſt illi Sanctus Remigius dicens: Non eſt iſte locus tuus ad iacendum, alterius meriti, & officii eſſe debet, qui hanc villam habere, & in hoc cubiculo iacere debet: ſurge quam tocyus, & hinc abſcede. Quod illa paruipendit, putans ſe viſum inane videre, quod ipſum, cum iterum fruſtra contigiſſet, tertio tandem interminans, & virga illam percutiens, toto corpore in maximum tumorem conuerſo, quod viderat, viro ſuo Richuino, & aliis quàm plurimis dixit, & per aliquot dies ſeueriſſime cruciata, vi-
B tam finiuit. *Licet*, inquit, *Hincmarus, non tam frequenter exerat Deus in pernicioſos vindictam, non tamen vſquequaque inulta noſtris temporibus deſerit præſumptorum piacula. Nam cum quidam de bonis Eccleſiæ Rhemenſis locum emiſſet, indeque famulos Sancti Remigii cum flagellis eieciſſet; inclamantibus autem eis Sanctum Remigium, & emptore eos irridente, inter verba, cum maximo clamore, ingemuit, & incredibiliter inflando intumuit, ſicque medius crepuit, & mortuus eſt*. plura addit in deteſtationem ſceleris, admonens fideles ab huiuſmodi peccatis abſtinere.

Diuina vltio in occupantes bona Eccl.

Hoc anno Gregorius Papa IIII. cum ſediſſet annos ſexdecim, diem clauſit extremum. Cum autem res ab eo geſtas, per annos ſingulos, digeſſerimus: hic ad extremum attingenda ſunt, quæ, quo certo eius ſedis anno facta ſint, ignoratur, ab
C Anaſtaſio, eo ordine recenſita, quo deſcripta reperit in libro rationum expenſarum. Is igitur, poſt culturam gregis, culturæ etiam & reſtaurationi locorum intendit animum; atque ita ad Baſilicam Beatæ Mariæ Tranſtiberinæ, quæ frequentabatur miraculis, monaſterium extruxit, ad quod monachos Canonicos aggregauit, qui diebus & noctibus, laudibus Deo canendis, inſiſterent. In eadem quoque Baſilica ad ſimilitudinem eius, quod eſt in Baſilica, quæ dicitur Maior, præſepium fecit, & laminis aureis, & argenteis decorauit; pretioſa quoque dona obtulit plurimis, & pretioſis varii generis gemmis ornata. tranſtulit quoque in honeſtiorem locum ſancta corpora Beatorum Martyrum Calliſti, Cornelii, & Calepodij; & præter egregiam ſtructuram factam in eadem Baſilica, alia pretioſa dona argentea, & veſtes contulit.

Greg.4. moritur.

Greg.4. fabricæ, & dona Eccl. oblata.

D Baſilicam quoque Beati Petri, vetuſtate quaſſatam, reſtaurauit, & dona obtulit. Villas etiam ſuburbanas ad hoſpitium Pontificum amplas exædificauit. Formam item Sabbatinam fractam & deſtructam, præclaro opere refecit, vt aqua ad Ianiculum, & ad Eccleſiam Sancti Petri affluenter decurreret. In Baſilica quoque Lateranenſi, plura extruxit ædificia, & precioſas multiplicesque veſtes attribuit. In Baſilica vero Sanctæ Dei Genitricis, ad Præſepe, fecit Ciborium de argento puriſſimo librarum quadringentarum, præter alia ornamenta & veſtes. Quæ præterea plurimis aliis eccleſijs contulerit dona, & pretioſas veſtes, longum eſſet per ſingula recenſere. Poſtremo autem & inter Gregorij adnumerandum eſt monumenta, quod fulgens illud, temporibus iſtis, Germaniæ ſidus, Rabanus Maurus, Albini Flacci auditor, tricenarius ſcribere aggreſſus
E Sanctæ Crucis myſteria, atque præconia metrico ſtylo canenda, egregium opus dedicauit ipſi Gregorio, quod eo morte præuento, ad Sergium ſucceſſorem miſſum conſtat.

Rabanus opus dedicat Greg. 4.

Porro hic ipſe, quo Gregorius Papa, ex hac vita deceſſit, annus, fuit Italię lugubris, ex ingenti clade, a Sarracenis illata vniuerſæ Campaniæ atque Samnitibus, cũ illi Beneuentum ceperunt, Capuam exuſſerunt, atque alia mala innumera perpetrarũt, quæ cępta hoc anno, ad annos viginti in poſterum ſunt propagata. De quo fidem facit Nithardus [a] huius temporis ſcriptor, & veteres annales Francorum, a Pithœo editi. rem totam Leo Oſtienſis in Chronico Caſſinenſi [b] plane exponit; vt Radelchis

Mala Italiæ p Sarracenos illata.

a lib. 4.
b li.1.c.27

Princeps Beneuentanus aduerſus Siconulphum, ſeu Sigenulphum Principem Capuanum Sarracenos in belli ſocietatem aſciuerit; quorum auxilio totã eius regionẽ deuaſtarit, Capuamq; in cinerem redegerit: vt rurſum Siconulphus euocatis ex Hiſpania Sarracenis frequentibus prælijs, omnes fere per circuitum, præter Sipontum, a Radelchis iure vrbes abſtulerit, Beneuẽtumq; expugnare cęperit. quibus diſcidijs & prælijs, totum non modo Principatum, verum etiam Italiæ regnum ferro, & igni per annos ferme triginta deuaſtarint. Sed, & quæ tunc damna paſſum eſt nobile monaſterium Caſſinenſe, idem Leo deinceps exequitur [a], vt Siconulphus, mutui nomine, vniuerſum fere Theſaurum, quem inclytę memoriæ Reges Carolus, & Pipinus frater eius, & Carolomannus, & Ludouicus eiuſdem Pipini filii, & alii plurimi Reges, & Principes religioſi eidem monaſterio contulerant, Agarenis tribuendum, abſtulerit. Nam primo quidem tulit in varijs vaſis, & ſacris inſtrumentis, auri puriſſimi libras centum triginta: pro aliis nonnullis promiſit ſe redditurum ſolidos Siculos decem millia. item ſecundo trecentas ſexaginta quinque argenti libras, & quatuordecim millia ſolidos aureos ſignatos: rurſum argenti libras quingentas: ac denique aliis vicibus ipſe, & alii alia vaſa aurea, & ſolidorum viginti tria millia, ſub reſtitutionis quidem ſacramento. quæ, cum non haberent, nunquam reſtituerũt. Et iſta quidem omnia ſacrilegus ille, inquit Leo Oſtienſis, S. Benedicto auferens, nihil inde ſibi vel patriæ emolumenti quæſiuit. Ex quo tempore nulla vnquam victoria potitus eſt. hæc autem cum facta aſſerat ſeptimo Maſſacii anno, ſequenti facta conſtat.

a li. 1. c. 28

Theſaur[9] S. Benedicti, ſub ſpecie mutui aufertur.

Chriſti Annus	*Sergii Pap.* 2.	*Lotharii* 4. *Michaelis* 3. 3. *Impp.*	*Indict.*
844	1		7

Conſultantibus proceribus cleri Romani, optimatibus, vniuerſoque populo, pro eligendo Pontifice; in Sergium Archipresbyterum conſenſerunt. cum repente Ioannes quidam Romanæ Eccleſiæ Diaconus, collecta agreſti turbulentorum, & ſeditioſorum turba, telis armata, in Patriarchium Lateranenſe per vim irrupit, omnibus, qui in eo erant, ſtupore defixis. Sed poſt horæ ſpatium, turba illa, timore correpta, eo relicto, defluxit. Principes vero Romani rei indignitate commoti, communi conſilio vniuerſi conuenientes ad Baſilicam Beati Martini, Sergium Archipresbyterum omnibus virtutibus probatiſſimum de eccleſia extractum, magno comitatu, laudes eius reſonantes, cum hymnis & canticis ſpiritualibus, in Lateranenſe Patriarchium deduxerunt, & Pontificem elegerunt. Prædictum vero Ioannem Diaconum arcta, pro tanta temeritate, incluſum cuſtodia, a Concilio Antiſtitum ſuo priuari honore, & membratim laniari voluerunt; quod fieri minime paſſus eſt clementiſſimus Sergius Præſul. Ac tum demum exultantibus omnibus Sanctiſſimus vir in Apoſtolica Beati Petri ſacratiſſima ſede ordinatus, conſecratuſque eſt Pontifex. Quæ conſecratio cum ad aures Lotharij A. perueniſſet, Drogonem Metenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, cum excellentiſſimo filio Ludouico, exercitu, & Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus Romam miſit De quo Ludouici Romam aduentu, Ado Viennenſis,[b] huius ſęculi ſcriptor, ſic habet. *Lotharius filium ſuum Ludouicum, quem in Italia Regem fecerat, vt Imperatoris nomen ſortiretur, per Drogonem patruum Romam miſit. Cui Sergius iam tunc Pontifex coronam impoſuit, & acclamante vniuerſo populo Imperator, & Auguſtus eſt ſalutatus*. Hæc Ado, de

Sergius P. liberat Ioã nece.

b ſub anno 841.

A quibus redarguas impudentiã ſchiſmatici Sigeberti, dũ ait, miſſum a Lothario Romã Ludouicũ ad confirmandam electionem Sergij Papæ. hęc ipſe pro animi libitu, in gratiam eius, cui inhæſit, contra Pontificem, Schiſmatici Imperatoris. At quid actum eſt? ſtimulis prauorum conſiliariorum exagitatus iuuenis concepit animo ſubiicere ſibi Romam tyrannide: cuius rei cauſa ſecum duxit exercitum. impellebatur ad hęc ipſe male conſultus, ab Epiſcopis, qui eum ſunt comitati, omnes in Romanum Pontificem flagrantes odio. Ex quo igitur fines Bononienſium ingreſſi ſunt, tantas Franci cædes & ſtrages populorum ediderunt, vt præ terrore tantæ tyrannidis, ex vrbibus & agris profugientes latebras quærerent. Cumque eadem feritate Romam progrederentur, accidit in itinere, vt ſereno cœlo, magna repente nubium denſitas, & nimboſa procella, corruſcationes & fulgura exiſterent: B quibus nonnulli de Primatibus interierint, nec tamen ob id animi ferocitatem depoſuerint. Aduentanti Regi Papa Sergius ad nouem fere millia paſſuum vniuerſos iudices obuiam miſit, ad vnum milliare vniuerſas ſcholas, & denique cruces, & ingenti cum honore ſuſcipiendum curauit. Ipſe vero cum vniuerſo clero, & populo Romano in gradibus Baſilicæ Sancti Petri illum excepit, mutuoque ſe complectentes, Papa dextera Regem deduxit in interius atrium ad portas argenteas, vbi vnus de exercitu a dęmone correptus in conſpectu omnium Francorum valde vexatus eſt, magna Dei prouidentia, vt vnius uexatione reliqui conceptam ferociam deponerent. Tunc Papa claudi ſex templi ianuas iubet; & Regem ſic appellat; *Ludouice, ſi pacis ac ſalutis Eccleſiæ cauſa aduenisti, iuſſu meo hę tibi ædes patebunt, ſin minus, nunquam tibi per me aperientur*. quo reſpondente ſe puro, & ſincero animo aduenisse, C omnibus oſtiis, ad nutum Pontificis patefactis, ingreſſus, ad confeſſionem Beati Petri acceſſit, vniuerſo clero concinente, Benedictus qui venit in nomine Domini, & gratiis actis, ac populo ſalutari carmine per Pontificem expiato, diſceſſerunt. Qui in caſtris erant, ſuburbana ædificia uaſtarunt, agros, ſegetes, & prata corruperunt, ac propterea, cupientes inire Vrbem, & ſacra templa inuiſere, portis clauſis & munitis Pontifex uetuit. Petenti autem Lothario Imperatori, & Ludouico filio Regi exigenti, ſe ut coronaret Imperatorem, ne armato occaſionem præberet Vrbem inuadendi, indulſit, & ſuis manibus ſacro inunctum oleo coronauit Imperatorem, & Longobardorum Regem, & regalem tribuens gladium, eo ſe accingi iuſſit. Deinceps per ſingulos dies Drogo Metenſis, & alii Eccleſiaſtici Proceres, aduerſus uniuerſalem, & caput omnium Eccleſiarum Romanam Eccleſiam D infenſi, concertationes cum Sanctiſſimo Papa, Epiſcopis, & optimatibus Romanis habuerunt, ſed ſapientia almi Pontificis ſuperati, & pudore affecti, receſſerunt.

Sigeb. mẽdax.

Francorũ feritas.

Excipitur honorifice Lud a Papa.

Qua conditione ad miſſus Ludouicus a Papa.

Lud coronat⁹ Imp. a Papa.

Gallicani Epi cõcertant cũ Papa, & ſuperantur.

Poſtulabant ut omnes Primates Romani fidelitatem Ludouico Regi, per ſacramentum promitterent, quod prudentiſſimus Pontifex abhorruit: ſed ut præſtarent Lothario Magno Imperatori permiſit, & tunc demum aſtantibus ſacerdotibus, & Romanorum, & Francorum optimatibus, tam Beatiſſimus Pontifex, quam Magnus Rex, & omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi fidelitatem Magno Imperatori Lothario ſemper Auguſto promiſerunt. Mirum uero eſt quod Anaſtaſius, ex quo tota hæc narratio ſumpta eſt, & qui præſens eſſe potuit, non niſi Regem Longobardorum Ludouicum a Sergio coronatum aſſerat, cui faueant Acta Romani E Concilii, & ipſa quidem legitima, anno ſeptimo Leonis Papæ IIII. celebrati, Anno Domini 853. in quibus bis ponatur eum annum Ludouici Imperatoris eſſe quintum, nempe ut Anno Domini 848. Ludouicus coronatus ſit Imperator, anno ſecundo Pontificatus eiuſdem Leonis Quarti. Hoc anno tamen 844. creatum Ludouicum Imperatorem, præter Adonem, & Leonem Oſtienſem, [a] etiam plura Lotharii Diplomata [b] indicant. Poſt hæc Ebbo Archiepiſcopus Rhemenſis, & alius quidam Archiepiſcopus, ob crimina exautorati, petentes a Sanctiſſimo Pontifice Eccleſiæ reconciliari, non niſi inter laicos communione digni habiti ſunt. Per idem tempus Siconulphus Beneuentanorum Princeps Romam ueniens magno cum exercitu

a li. 1. c. 29

b Sigõ. de Reg. Ital. lib. 1 hoc anno.

Ebboni Rhem. oli Archiep. pmittitur cõicare inter laicos.

citu a Rege honorifice ſuſceptus eſt, a quo & liberaliter poſtulata obtinuit. Pedes A quoque Pontificis humiliter oſculatus, & ab eo benedictione ſuſcepta, Deo gratias referens, abſceſsit. His igitur perfectis, Rex Papiam regreſſus eſt, & Senatus ac pop. Rom. timore tyrannidis redempti, Sanctiſsimum Pontificem, vt ſalutis auctorem, celebrarunt, qui rem totam in Deum retulit. & certe viſum fuit quaſi miraculum a Deo, ſine armis extitiſſe victorem. Tranſit inde Anaſtaſius ad celebranda opera Pontificis, & dona ſanctis locis oblata, & in primis Baſilicæ Saluatoris Conſtantinianæ, apud quam ſcalam ſanctam latentem populis expoſuit.

Scala ſancta latẽs, expoſita.

Ingens de Sarracenis victoria.

Appar. S. Iacobi dimicantis cõtra Sarracenos.

Hiſpania S. Iacobo vectigalis facta.

Hoc anno Secundo Regni Ramiri ſiue Ranimiri Regis, Oueti in Hiſpania contigit admiranda illa omnium celeberrima, omni ſcriptorum genere celebrata victoria, aduerſus Sarracenos, obtenta diuinitus, cum renuente Rege, turpe illud tributum Sarracenis pendere, quinquaginta puellarum nobilium, & quinquaginta de plebe, B & bellum aduerſus eos parante, viſus eſt illi Sanctus Iacobus Apoſtolus, diuini ſpe auxilii, in bellum impellens, & denique viſus eſt ante aciem aduerſus barbaros impios dimicare. Teſtantur iſta vetuſtiſſima monumenta, nimirum eiuſdem Regis diploma, cum pro gratiarum actione, eidem Sancto Hiſpaniam reddidit vectigalem, ſunt etiam Rom. Pont. litteræ, quas citant, iſta firmantes, ne ſeriem auctorum texamus, quorum Tudenſis rem geſtam in compendium retulit.

Bernard. Dux Barcinon. incautus occiditur.

Vuilelmus tranſit ad Sarracen.

a Hiſt. Fr. lib. 3.

S. Eulogij peregrinatio.

Quod vero ad res Francorum pertinet, hoc eodem anno, cum inter fratres Reges pax eſſet, Carolus Aquitaniæ Rex, Bernhardum Barcinonenſem Ducem, a Patre Ludouico Imperatore donatum Septimaniæ Ducatu, cuius cauſa, vt ſupradictum eſt, aduerſus Patrem Imper. filii inſurrexere, incautum, nihil huiuſmodi cogitantem, occidit. Hoc veteres Francorum Annales a Pithœo editi. Fuit Bernhardo C huic Vuillelmus filius, magni animi iuuenis, qui Patris necem vlturus Sarracenorum Regi inhærens, eius fretus auxilio, omnia, quæ potuit, cædibus miſcuit. eſt mentio huius apud Nithardum [a] hiſtoricum huius temporis. Sunt hæc illa infelicia tempora, quorum meminit Sanctus Eulogius Cordubenſis martyr in epiſtola ad Vuilieſindum Pompilonenſem Epiſcopum, atque deplorat; male ab aliis relata in annum Domini 820. Ea epiſtola, ſuam enarrans peregrinationem, celebrat ſummam eius Epiſcopi caritatem, & benignum erga ſe hoſpitalitatis ſtudium, a quo commendatus, ab Aſceterio pene centenario Monachorum, Sancti Zachariæ dicto, ad radices montium Pyrenæorum, magna caritate exceptus eſt, quorum egregias virtutes prædicat: & patria Corduba, poſt longam peregrinationem, repetita, & ſuis incolumibus repertis, expetitas Sancti Zoili reliquias, & Sancti præterea Aciſcli D ad eum miſit.

S. Theodori Studitæ tranſlatio Conſtant.

Quod ad res Orientales ſpectat, hoc anno, qui numeratur decimus octauus ab obitu Sancti Theodori Studitæ, egregii Confeſſoris, contigit eius corpus transferri Conſtantinopolim magna celebritate, & in monaſterio Studii honorifice condi, in quo & Magni Platonis, & Beati quoque Ioſephi corpora aſſeruantur. Ita plane decebat, vt, qui ſuo ſanguine ſæpe fuſo, ſæpe viam ſtrauerat ad victoriam, aduerſus Iconoclaſtas, illis penitus ſuperatis, magna gloria triumphum duceret in terra etiam, qui anima iam triumpharat in cœlo. rem totam Michael Studita ad finem vitæ ipſius ſummatim perſtringit.

E

Chriſti Annus	Sergii Pap. 2.	Lotharii 5. / Michaelis 3. 4. Impp.	Indict.
845	2		8

S. Niceph. Patr. tranſlatio.

Hoc anno factam tranſlationem corporis Sancti Nicephori Patriarchæ celebris

confeſſoris,

A confeſſoris, ex loco exilii, vbi deceſſerat, Conſtantinopolim in templum Apoſtolorum, ingenti cum celebritate, curante S. Methodio, luculenter deſcribit Theophanes, qui præſens fuit, & de ea habuit ad populum orationem.

Vix credi poteſt quot ſecum bona adduxerit reſtituta antiqua religio Coſtantinopolim, ſumma pax, ſine ferro, & armis parta, fœmina moderante Imperium, & Bulgarorum feram & indomitam gentem adducente ad fidem: quæ a Ioanne Curopalate nobili huius ſæculi ſcriptore deſcribuntur. Bogaris, inquit, Bulgarorum Princeps, cum audiſſet mulierem, cum tenero adhuc puero, Romanis imperare, audacia elatus, nuncios ad Reginam miſit, per quos minabatur ſe fœdera ſoluturum, & Romanorum fines inuaſurum. At Regina nihil humile, vel effeminatum cogitans: *Et me*, inquit, *inuenies paratam ad reſiſtendum in acie, Deique nutu ſuperiorem. ſi autem* B *(quod abſit) victor ipſe fueris, hoc quoque pacto, mea erit victoria, viceris enim non virum, ſed mulierem.* Quibus verbis confuſus, & deterritus, quieuit: & priſtina fœdera renouauit. Miſerunt autem vltro citroque Legatos, & Regina, & Princeps. pergit narrare modum conuerſionis ad fidem per Theodorum quemdam captiuum Chriſtianum, & ſororem ipſius Principis, in quadam excurſione captam, & in Regia de Chriſtianis myſterijs inſtitutam, maxime vero per impetratum remedium ſæuienti fami, Deo Chriſtianorum inuocato; ad quam rem maximum etiam adiumentum attulit, quod cum Methodio cuidam Monacho, pingendam domum dediſſet, nihil præcipue præſcribens, ſed tantum vt pingeret, quæ ſpectantibus terrorem, & metum incuterent; ille ſecundum aduentum Chriſti, quo nihil terribilius noſſet, depinxit; quo Princeps ita commotus eſt, vt propria perfidia eiurata, imbutus C ſit diuinis myſterijs, Michael vocatus. Ob hanc mutationem religionis Proceres Gentis conſpirantes in eum, parua manu, præeunte crucis ſigno, fuſi fugatiq; ſunt, & Chriſtiani effecti, petentes deſertam ſibi concedi regionem, cum anguſtius habitarent, a Regina libenter obtinuerunt. hoc ex Curopalate, a quo Cedrenus, & alij Græcorum deſcripſerunt.

Imper. pclarum reſponſum.

Chriſtus adeſt inuocatus, etiã Gentilib.

Bulgarorũ Princeps ad fidẽ cõuertitur.

His autem tum idem Curopalates, tum reliqui rerum Græcarum ſcriptores ſubijciunt, eiuſdem Theodoræ Imperatricis optimum conſilium de Manichæis extirpandis, qui in immenſum iam creuiſſent, adeo, vt, non niſi comparato exercitu, tentanda res eſſet. Complures, vt vidimus, prædeceſſores Imperatores idem fuerant opus aggreſſi, ſed nulli datum, vt Orientis Romanum Imperium ea liberaret peſte longe lateque graſſante. Qui igitur miſſi ſunt cum poteſtate, non moderate, ſed cru- D deliter vtentes Imperio, varij generis cruciatibus circiter centum hominum millia interfecere, bonis eorum publicatis. reliqua multitudo cuncta ad rebellandum, Sarracenis iuncta, Romanum Imperium inuaſit.

Imper. Manicheos armis perſequitur.

Manicheorum ingẽs cædes.

Iam vero, quod ſpectat ad res Occidentalis Eccleſiæ, hoc anno celebratum eſt in Gallia CONCILIVM BELLOVACENSE, in quo decennio poſt Ebbonis depoſitionem, (de qua ſuperius actum eſt) occupata interim Eccleſia Rhemenſi a Fulquuo presbytero, & ab Othone ſucceſſore, Hincmarus Monachus Sancti Dionyſij Pariſienſis, a clero, a populo, & a Concilio electus & ordinatus eſt. quam electionem Carolus Rex, Caluus dictus, gratiſſimam habuit. ex Frodoardo [a] hic, Hincmarus, inquit, ab adoleſcentia litteris humanioribus eruditus, & in diſciplina monaſtica, in monaſterio Sancti Dionyſij, ſub Hilduino Abbate, educatus; in- E de, tam propter ſuorum parentum nobilitatem, quam ingenij ſui acumen, in Ludouici Imper. cui familiaris erat, palatium adductus fuit. A quo, & a ſuo Abbate, ſub auctoritate Epiſcoporum exorauit, vt ordo, & ſtatus Monaſticus, deprauata quorundam vita, collapſus, in priſtinum nitorem & ſplendorem, prædicto in Monaſterio S. Dionyſij, reſtitueretur. Et vt facto adimpleret, quod verbo conſulebat, ipſemet corpus ſuum caſtigando, & in ſeruitutem redigendo, cum alijs reformationem ſubire voluit. Cum autẽ temporis progreſſu ſuus Abbas Hilduinus Archicapellanus Capellæ Imp. cum alijs multis nobilibus Regni Imp. indignationẽ incurriſſet, & ſuis Abbatijs ſpoliatus, in Saxoniam relegatus fuiſſet: hunc Hincmarus, cum licentia, &

Bellouac. Conciliũ.

a lib 3. de Eccl Rhẽ.

Hincmarus Mon. qui vir, & quãtus.

Curat reſtitutionẽ diſciplinæ ſui monaſterij.

permiſſione ſui proprij Epiſcopi, & benedictione ſuorum confratrum Monachorum in exilium ſequutus eſt. Verum ob primam familiaritatem, quę ſibi cum Imper. interceſſerat, diuina annuente ope, tanta valuit gratia apud Imp. Principes, & alios nobiles, vt Hilduinus ab exilio, in ſuas Abbatias, poſtliminio redierit. Similiter cum Papa Gregorius huc veniſſet, & Regnum Franciæ ab ipſo Imp. defeciſſet: Hilduinus hunc ad ſe pellicere, contra fidem Imp. conatus eſt; ſed id ipſe præſtare noluit. Et poſt reſtitutionem Imp. totus incumbens in vtilitatem ſui Abbatis, pacificus manſit in monaſterio ſuo. vbi tamdiu reliquiarum Eccleſiæ, & corporum ſanctorum Martyrum cuſtos extitit, quamdiu in Regis obſequium vocatus, monaſterij Deiparæ Virginis Marię, & Sancti Germani prouinciam, & adminiſtrationem Regis, ſui Epiſcopi, & Hilduini Diaconi, ſui Abbatis imperio ſuſcepit. Inſuper Rex illi poſſeſſionem bonorum, & ſeruorum largitus eſt, poſtquam fuit conſecratus Epiſcopus, & monaſterio Sancti Dionyſij, in quo militauerat, teſtamento legauit. hæc Frodoardus. Poſthæc autem, æſtiuo tempore ingenti perturbatione contigit Regnum Caroli exagitari, cum videlicet Northmanni Gallias inuadentes, omnia tam profana, quam ſacra, cæde, rapina, & incendio miſcuere. hæc autem hoc anno contigiſſe, veteres Annales Francorum, ab auctore huius temporis ſcripti, teſtantur. CONCILIVM ITEM MELDENSE, hoc eodem anno, poſt cladem acceptam celebratum, non vero ſequenti, vt Aimoinus habet in hiſtoria, & in libellis de translatione, & miraculis S. Germani. Northmanni igitur, habent Annales, Regnum Caroli vaſtantes, per Sequanam vſque Pariſios nauigio venerunt; & tam ab ipſo, quam ab incolis terræ, accepta pecunia copioſa cum pace diſceſſerunt. in Friſia quoque tribus prælijs conflixerunt, in primo quidem victi, in duobus ſuperiores effecti, magnam hominum multitudinem proſtrauerunt. Caſtellum quoque in Saxonia, quod vocatur Hamaburg depopulati ſunt, nec inulti reuerſi ſunt. Et Aimoinus,[a] plus his, iſta ſummatim. *Gens Northmannica Galliam irrumpens, Pariſios vſque peruenit, monaſteriumque Beati Germani Pont. depopulata eſt. Quorum Dux Ragenarius nomine, ſub Principe Borico, (alias Horich) hanc deuaſtationem peragens, dum ante dictum Principem ſuum ſe iactaret, opulentiſsimum Regnum Caroli acquiſiſſe, & monaſterium almi Germani deuaſtaſſe, & quod ibi maiorem mortui, quam viui virtutem haberent, nullumque ſibi reſtitiſſe, præter Germanum ſenem mortuum: continuo virtutem Beati viri expertus concidit, ac poſt triduum expirauit; non ſolum ipſe, verum etiam & ceteri raptores, & violatores ſancti loci dyſenterię morbo perierunt.* hæc ipſe. Porro idem, ſiue alius Aimoinus dictus, locupletiorem de omnibus quot tunc miranda acciderunt, iubente Carolo Rege, ſcripſit hiſtoriam, cuius eſt titulus. DE TRANSLATIONE ET MIRACVLIS SANCTI GERMANI EPISCOPI, deſcriptam prius a duobus Monachis, ſeorſum poſitis, quorum ipſe labores vna coniungens, duobus libris digeſſit, omni ſinceritate & veritate, vt pote, qui his interfuit; & quæ non vidit a teſtibus fide digniſſimis, accepit. Partem eius hiſtoriæ intexuit auctor in Annalibus; integram legere qui volet, habet apud Surium 25. Iulij. Plane digniſſima eſt quę legatur, propter admirabilitatem miraculorum, quæ in vindictam ſacrilegorum oſtendit Deus. Hæc vero, quod teſtati ſunt barbari, & ſuo experti ſunt damno, mortuos viuentibus fortiores, id non ſolum declaratum eſt in Sancto Germano Epiſcopo Pariſienſi, ſed etiam in S. Martino Epiſcopo Turonenſi, cum alius Dux Regis pariter Northmannorum, nomine Haſtingus, eodem ferme tempore obſidens, expugnare conaretur ciuitatem Turonenſem, ſiquidem Turonenſes in magno poſiti diſcrimine, *tandem diuina inſpirante gratia* (inquit Odo Abbas Cluniacenſis in libello de translatione Sancti Martini) *in ſe reuerſi, Beati patroni ſui Martini corpus pie rapiunt, & ad locum, in quo belli violenter impetus erat, deferentes, mortuum pro viuis propugnatorem opponunt. O admirabilem per omnia virum, qui, dum adhuc viueret Signi potens appellatus, uigorem uirtutis aſtris intulit, defunctus etiam belli potens triumphatos hoſtium cu-*

neos

Meldenſe Concil.

a de geſt. Fr. lib. 5. c. 20.

Mortui (i. Sancti) viuis pl[9] poſſunt. Miraculũ.

Miracula.

Turon. ciuitas liberata ope S. Martini.

A B C D E

A *neos ſola ſui præſentia, confecit. Vere mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Sancti ſi quidem patrocinante ſuffragio, & obſeſsis ſecuritas, & confidentia redditur, & obſeſſoribus formido & pauor non modicus immittitur. Fugiunt ergo Dani, fugientes Turonici perſequuntur; fugientium pars gladio cadit, pars capta reducitur, & pars fugæ ſubſidio elapſa eſt, & uſque ad ſextum lapidem ab urbe perſecuti ſunt Danos, triumphatoris ſui corpus cum hymnis deferentes cum gloria, per quem ſibi triumphus ceſsit & uictoria. Unde & in eiuſdem belli triumphalis memoriam, in ipſo loco, in quo ſancti conſtitit corpus, in honorem ipſius fabricata eſt Ecclesia, quæ propter belli euentum* SANCTI MARTINI BELLI *ſortita eſt uocabulum*, & paulo poſt, *ea propter igitur Synodo celebrata, auctoritate Archiepiſcopi, & ipſorum qui conuenerant, ſtatutum eſt, ut ſingulis deinceps annis per vniuerſam diœceſim ſubuentionis huius feſtum, 4. Idus Maii ſolemniter celebraretur, quę nullo alio no*B*mine rectius, quam ſubuentio cenſeretur.* Hucuſque Odo. Memoria victoriæ cõſecrata

In tot autem tantiſque malis, quibus Chriſtianus populus in ijs Galliarum Prouincijs eſt afflictus, vna illa conſolatio fuit, quod eius Prouinciæ Epiſcopi dolentes, anguſtiati, afflicti *Meldis in Concilium conuenientes* cauſam illam tantorum malorum aperuerunt, & potiſſimum eam eſſe manifeſtarunt, quod ſcilicet res Eccleſiæ per Reges traderētur laicis hominibus poſſidendæ, quorum ſacrilegiorum cauſa ira diuina cœlitus inſtar fulminis, per barbaras gentes, eo modo quo dictum eſt, vibraretur in populum. Legendum illud Concilium, quod extat [a]; quo alia etiam de eadem re habita commemorantur Concilia, & ab Epiſcopis deploratur eorum temporum miſeranda conditio. Qui præ ceteris in ea Synodo ſcientia eminebat, Hinc- C marus Rhemenſis Epiſcopus, ceteros in ſuam trahens ſententiam, non ipſis tantum, ſed poſteris relinquens exemplum, dixit, in emendatione peccatorum Eccleſiæ filiorum, ab ipſis Regibus inchoandam eſſe correctionem, quæ ſi negligatur, vanus cedat omnis labor de Eccleſia reformanda, ac bonis moribus reſtituendis ſuſceptus; fruſtraque pariter tentetur placari numen offenſum, & immiſſa diuinitus damna vitari, niſi primum omnium quod delinquunt Principes, corrigeretur. Ad poſtremum autem, ijdem, qui conuenere Patres, monuerunt, inter alia, Regem, vt promulgari debeant capitula Eccleſiaſtica, a Carolo M. atque a Ludouico collecta; vtque ea obſeruari præcipiat. Eadem capitula ab Anſegiſo primum collecta, quattuorque diſtincta libellis, in lucem iam prodierunt. hoc vero tempore, id exigente Concilio, quæ deerant, collegit Benedictus Leuita, tribuſque alijs libris digeſsit, & Ludoui- D ci Imp. regnantibus filijs dedit, Lothario, Ludouico, atque Carolo. teſtatur id ipſe in præfatione. Ceterum non niſi poſt annos octo capitula iſta a Carolo promulgata, docet inſcriptio. Porro dicta omnia Capitula fuiſſe auctoritate Romanorum Pont. confirmata, ne putarentur Reges Eccleſiaſticas, auctoritate ſua, ſancire leges, idem Benedictus collector affirmat, vt ſupra etiam oſtenſum eſt.

Meld. Cõcil. Vſurpatio bon. Eccleſiæ cauſa cladium Reip. [a] Tom. 3. Cõc. edit. ven. Correctio morũ a prĩcipibus inchoanda. Reges ex auctoritate Eccleſię eccleſiaſtica ſãciũt.

Verum etſi Decreta Patrum Meldenſis Concilij, haud, vt dictum eſt, recepta fuere ab ipſo Carolo Rege, tamen in gratiam Hincmari, quem plurimum diligebat, recens creati Rhemenſis Epiſcopi, quæ ab illa Eccleſia, iam ante fuerant ab ipſo ſublata, quantum tunc opportunum fuit, eidem reſtituenda curauit, ſcripto de his, hoc anno, diplomate ad eundem Hincmarum, quod recitatum a Frodoardo, & inſertum annalibus; nos, pro inſtituto, ex parte tantum hic ponimus, abuſus prodendi cauſa.

E IN NOMINE SANCTÆ, ET INDIVIDVÆ TRINITATIS CAROLVS DEI GRATIA FRANCORVM REX. & poſt præfatiunculam, *Omnes igitur*, inquit, *fideles Dei ſerui & noſtri ſciant, quod hoc noſtro mandato, & auctoritatis noſtræ edicto in præſentiarum omnia Epiſcopatus Rhemenſis bona in integrum reſtituimus. quæ, magna quadam neceſſitate coacti, dum hic Sanctus conuentus Paſtore deſtituebatur, in commendam, ad tempus, noſtris ſubditis contulimus; vt nobis ſeruientes, aliquo ſubſidio temporali gauderent; nos inquam reſtituimus Hincmaro Spiritus ſancti gratia, diſpoſitione diuina, & noſtra electo & ordinato huiuſce Sanctę ſedis Archiepiſcopo, nimirum Eſperneum,*

Iullum, Cormiacum, Capellam, quam Rabanus presbyter poſsidebat, & omnia ſin- A
gula quoque bona, quę de hoc Epiſcopatu Richuinus Comes, Odo, Pardulus, Algar-
da Abbatiſſa, Robertus, Amalbertus clericus, Altmarus, Io: medicus, Raba-
nus paruus nanus, Rathboldus, Goderanus, Hereboldus, Donatus, & Giluinus te-

Reſtitutio bon. Eccl.

nuerunt, & adhuc tenent &c. Et (vt paucis perſtringam) Sancti Remigii teſtamen-
to in preſentia noſtrorum ſubditorum, tam clericorum, quam laicorum a nobis uiſo;
hoc noſtro mandato nunc reddimus, & in integrum reſtituimus eccleſię Sanctę Ma-
rię matris Dei, eccleſię Sancti Remigii, & Archiepiſcopo Hincmaro id omne, quod
de hoc Epiſcopatu eripuimus &c. vt ſine ulla contradictione, omnibus litteris, & con
ceſsionibus initis, reuocatis, reſciſsit, & annullatis &c. D. Andegaui &c. Subij-
ciuntur ab eodem Frodoardo duo alia diplomata eiuſdem Caroli alterum de perſol
uendis eidem Eccleſię Nonis, & Decimis. D. anno Regni VIII. alterum, quo idem B
Rex Carolus Caluus conceſſit eidem Eccleſiæ Rhem. immunitates atque exemptio-
nes, quæ a prædeceſſoribus fuerant eidem conceſſæ. D. an. X. Subiicit his idem Fro-
doardus, quæ in reſtaurationem & cultum Eccleſiarum ipſe Archiepiſcopus Hinc-
marus effecit: & quot inſuper eadem Dei genitricis Eccleſia illis temporibus fuerit
illuſtrata miraculis.

Hoc eodem anno inuentum translatumq; eſt venerandum corpus S. Mauri Abb.
diſcipuli S. Benedicti, ex quo monachiſmus eius ordinis, in Galliis mirifice propaga
tus eſt, quaſi per reuelationem, monaſteriorum fundatoris, exurgente vindice Deo,
de ſoluta monaſtica diſciplina, & laicis monaſteria inuadentibus. Rei geſtæ hiſto-

a Extat in Bibl. Vat. M.S.

riam Odo [a] ſcripſit, qui hoc ſæculo vixit. Qui primum quomodo vltus ſit idem
Sanctus Guidulphum Rauennatem, qui acceptum a Rege Francorum Foſſatenſe mo C
naſterium, ipſum, eiectis monachis, ſolo æquatum, ac profanum redditum, vſurpaue-
rat, hanc memoratu dignam texit hiſtoriam, cui in conuiuio procaciter iactanti, quæ

Vltio diuina in euerſorem monaſter. S. Mauri.

impie fecerat, in contemptum Monachorum, viſus ſuper menſam altare B. Maurus
ferulam manu geſtans, qua illum valide in capite, & ventrem calce, forti conamine,
percuſſit, qui illico amens effectus, inclamare cępit, Maure tu me interficis. cumque
hæc, & alia cunctis qui aderant, audientibus, frequenter repeteret, effuſis inteſtinis,
infelicem finiuit vitam. Addit poſt hæc de vſurpatione eorum bonorum a Comite
Andegauenſi, & aliis; præterea de reſtauratione monaſterii, diuino monitu, facta
per Rorigonem religioſiſsimum Comitem; denique de Præfectura eiuſdem monaſte
rii collata a Carolo filio Ludouici, Ganzelino; deque Sancti Mauri corporis trans-
latione ab ipſo facta. Qua eadem die reliquiæ protomartyris Stephani, quæ a Ber- D
tulpho Abb. tempore Lotharii Regis, iuxta eiuſdem B. Mauri corpus reconditæ
fuerant, intactæ repertæ ſunt. B. quoque Petri patrocinia ibidem ſunt reperta: quæ
non alia putandum eſt fuiſſe, quàm vela, a S. Gregorio, Brandea appellata, ſiue ſan-
ctuaria, quæ ad primum vel ſecundum foramen confeſſionis B. Petri Apoſtolorum
Principis demiſſa, tactu eius ſepulchri ad curanda mala omnia virtutem accipe-
rent, vt ſupra viſum eſt.

Chriſti Annus	*Sergii Pap. 2.*	*Lotharii*	6.	Impp.
846	3	*Michaelis iii.*	5.	*Indict. 9.*

Sarraceni diripiunt Baſilicas Apoſtol.

EXtitit hic annus lugubris Eccleſiæ Rom. ſi quidem peccatis ingraueſcentibus, E
Deus, ad indignationem prouocatus, immiſit gentem feram Sarracenorũ in eam.
Nam Sarraceni ex Africa, inſtructa claſſe, venientes improuiſo agmine ſuburbia,
trans Tiberim poſita, deprædati ſunt, & ipſas ſacroſanctas Baſilicas Principium Apo
ſtolorum Petri & Pauli, auro, argento, gemmisque locupletes ſpoliarunt. Vetus Fran

b li. 1. c. 29

corum Chronicon, & Leo Oſtienſis in hiſtoria Caſſinenſi, [b] qui narrat, vt cogitarint
ijdem Sarraceni inuadere Caſſinenſe monaſterium, illudq; ſpoliare, vaſtare, & incen-
dere; ſed exundatione ſubita Liris fluminis impediti ſint, & vt in Africam onuſti præ
da redeuntes, procella ingenti ingruente naufragio perierint. Porro de eodem nau-

fragio

A fragio Sarracenorum meminit Anaſtaſius in Leone, Sergii ſucceſſore.

Hoc eodem anno Francorum Epiſcopi, qui anno ſuperiore Meldis conuenerant, & complura ſtatuerant, Regi in primis & vniuerſo populo Chriſtiano proficua: rurſus PARISIIS SYNODVM habuere, vt quæ habentur Acta eius intexta Meldenſi Concilio declarant Cum. enim ſtatuta ab Epiſcopis in Meldenſi Concilio effectum minime ſortita fuiſſent, rurſum in Pariſienſi, côuenientibus pluribus Archiepiſcopis, cum ſuis Epiſcopis, *Conſilium*, inquiunt, *Dei, iuxta Pauli* [a] *vocem, annunciamus, & mundos nos a ſanguine audientium exhibemus: indeq; non obedientibus, quã non optamus, iram ac indignationem* [b] *, ac tribulationem, ſicut idem S. Apoſtolus docuerat, denunciamus: omni autem obedienti & optanti bonum, & perſeueranti in bono, Chriſti Dei noſtri uice promittimus, quę & expoſcimus, gloriam & incorruptionem, & vitam ęternam in ſecula ſeculorum. Amen.* Quod quidem ita, vt dixerunt, euenit: ſi B quidem, inſtantibus Regni Principibus, qui Abbatias, in beneficium acceperant, non omnia ſancita in Concilio Meldenſi recepta ſunt, ac propterea nouis Northmannorum incurſionibus regnum Deus affligi permiſit, atque iniquiſsimas ab eis ſubire leges coactus eſt ipſe Rex, qui a Patribus ſanctè pieq; ſtatuta, recuſauit accipere. Sed hæc ſuo loco. Ex oblatis igitur capitulis ab Epiſcopis in Côcilio editis Regi, & Principibus, vnde viginti tantum delegerunt obſeruanda. Aduerſus huiuſmodi Principes & Politicos, qui Abbatias, & Monaſteria ſibi uindicaſſent, ſunt Lupi Ferrarienſis Abbatis querelę, ex epiſtolis eius ad diuerſos datis, ob cellam S. Iudoci a Carolo M. quõdam Alcuino ad eleemoſynam exhibendam peregrinis commiſſam, [c] Ludouico vero ea ratione Monachis Ferrarienſibus conceſſam, vt quod eleemoſynæ ſupereſſet, in eo C rum vſum cederet, quã Lotharius primum per ſurreptionẽ Rhuodingo cuidam, Carolus poſt in noua Regni partitione, Odulpho Comiti dederat. Eam vt recuperaret Lupus magnopere laborauit, epiſtola ad Hincmarum, [d] alia ad Ludouicum Abbatẽ [e] rurſum ad Hincmarum, item ad ipſum Regem Carolum, [f] in qua inter cætera. *Cur enim non conſtanter audeatis immutare, quod nullus, iuſtum eſse, poſsit oſtendere? Conſenſu bonorum omnium iuſtum eſt quod poſcimus, poſsibile regali potentię, neceſſarium nobis, vtile non tam nobis, quam vobis: nos .n. ex hoc beneficio temporalẽ conſequemur vſum, vos autem, accedentibus aliis bonis, pręmium ſempiternum.* Ad eundem dedit eiuſdem argumenti & aliam: & denique fatigauit alios Regis intimos, viros religoſos, nec deſtitit, quo vſque tandem ablata reſtituta ſunt: vt ipſe pluribus fatetur literis. [g]

D Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno, tertia die Nouembris, magnus ille & ſanctitate celebris, quem ſuis ſcriptis adeo laudauit Theodorus Studita, admirandis operibus clarus, virtutibus inſignis Ioannicius Anachoreta, de quo ſępe ſuperius dictum eſt, ex hac vita migrauit ad Dominum, annos natus cẽtum quindecim. cuius ad Deum tranſitum prænoſcens, S. Methodius Patriarcha vltimas preces, ab eo petiit. hortatus igitur fratres, vt, ſtabiles in fide orthodoxa, non ſe ſinerẽt moueri a prophanis vocibus hæreticorum, & inter ſe ſeruarent concordiam, nec obloquerentur in Pontificem, ſubiunxit quod neque multum tempus poſt ſuum deceſſum uiueret Methodius, qui octauo poſt menſe deceſſit. claruit miraculis in uita, & poſt mortem, & tabulis Eccleſiaſticis fuit adſcriptus. Eius deceſsum columna ignis ſignificauit iis, qui erant in monte Olympo.

[a] Act. 20.
[b] Rom. 2
Leges quiꝗ recusãt pati Prĩcipes ab eccleſia, pati coguntur a barbaris.
[c] Epiſt. Lupi 11. ad Lothar.
[d] 42.
[e] 64.
[f] 45.
[g] 62. & 88
S. Ioãnitij Anachor. obitus.

E

Chriſti Annus	*Leonis Pap.* 4.	*Lotharii* 7.	*Impp.*
847	I	*Michaelis* 3. 6.	*Ind.* 10.

SErgius Papa interpellatus litteris Lotharii Imp. commoti aduerſus electionem Hincmari Rhemenſ. Archiepiſcopi, legatos miſſurus in Gallias ad cogendam Synodum Rhemenſẽ, in qua eadem cauſa cognoſceretur, litteras ſcripſit ad Carolum

Regem,

Regem, vt Epiſcopos in eius Regno conſtitutos ad Synodum Treuerenſem venire ſineret, ſed morte eiuſdem Sergij Papæ, ad Leonem 4. eius ſucceſſorem res delata eſt. Quæ autem in eadem cauſa tum temporis tranſacta ſint, Frodoardus in ſua hiſtoria Rhemenſi narrat.[a] A

a li. 3. c.2.

Serg. P. obitus.

Sergius autem Papa vbi ſediſset annos tres, & menſem vnum, obijt pridie Idus Aprilis. ex Anaſtaſio, qui plures Eccleſias ab eo ædificatas, reſtauratas, exornatas, dotatas, commemorat, & inter ceteras Eccleſiã SS. Syluestri & Martini, apud quam antiqua marmorea tabula eo ipſo tempore ſcalpta, adhuc legitur, in qua, poſt commemorata plurima ſanctorum corpora in altari recondita tempore Domni Sergij Iunioris Papę, extant hæc verba. *Hęc ſanctorum corpora translata ſunt de cœmeterio Priſcillę, via Salaria, ſtatuens omni anno in feſtiuitatibus eorum* INDVLGENTIAM TRIVM ANNORVM, ET TRIVM QVADRAGENARVM *omnibus ad ea deuote venientibus*. Idem extruxit ad latus ipſius Baſilicæ monaſterium in quo Monachi die noctuque diuinas laudes perſoluerent. Eo defuncto, ſedes non vacat, ſed eadem die, omnium conſenſu, Leo ſufficitur Romanus, vt tradit Anaſtaſius, qui virtutum eius catalogum texit. B

Indulg. ad memorias SS. Mar.

Leo P. vindicat in libertatē electionem Rom. Pōt.

b diſt. 63. c.31.

Hic Leo Papa obſtitit Lothario, & Ludouico Impp. vendicantibus ſibi confirmationem Rom. Pont. electi, vel qualecunque aliud ius, quod ſibi ijdem Impp. in eiuſdem electione vel conſecratione arrogare tentaſſent. Euicitque vt ijdem conſenſerint, ne ea niſi ex canonum præſcripto fieri deberet. Extat enim de his huiuſmodi decretum eiuſdem Pont. ad eoſdem Impp. his verbis, LEO QVARTVS [b] LOTHARIO ET LVDOVICO AA. *Inter nos, & vos pacti ſerie ſtatutum eſt, & confirmatum, quod electio & conſecratio futuri Rom. Pont. non niſi iuſte, & canonice fieri debeat*. Hæc Leo ad dictos Impp. ſic igitur ſi quid fuerit, ſiue per Pop. Rom. metus cauſa Impp. ijſdem male promiſſum, vel ab ipſis AA. peſſime vſurpatum, Leonis Papæ ijſdem aduerſantis, atque ius Eccleſiaſticum defendentis, animi robore irritatum fuit, atque ſublatum, ijſdem ipſi Pontifici (vt dictum eſt) conſentientibus AA. Vice verſa pollicitus eſt illis Leo Pont. ſeruaturum ſe illibata iura Imperialia, ſimulque ea, quæ a ſuis prædeceſsoribus Rom. Pont. conſtituta fuiſſent. Extat de his profeſſio eiuſdem Leonis ſcribentis ad eoſdem verbis iſtis [c]. *De capitulis vel præceptis Imperialibus veſtris noſtrorumque Pontificum & prædeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſeruandis, quantum ualuimus, & valemus, Chriſto propitio, & nunc, & in æuum nos conſeruaturos modis omnibus profitemur. Et ſi fortaſſe quilibet aliter vobis dixerit vel dicturus fuerit, ſciatis eum pro certo mendacem*. Sed quomodo intelligendum ſit, quod pollicitus eſt Leo atque eius prædeceſſores ſeruaturos illibata iura Imperialia, a Nicolao Papa, qui ſedit poſt Benedictum ſucceſſorem Leonis, ita declaratum inuenies in epiſtola ad Michaelem Imp. his verbis [d]. *Vt Pontifices pro cultu temporalium tantummodo rerum, Imperialibus legibus uterentur*. Ceterum quod de capitulis dixit Imperatorum atque Pont. prædeceſſorum, non dubium eſt intellexiſſe de capitularibus libr. Regum Fr. per Benedictum Diaconum collectis atque pariter promulgatis. Acquieuerunt pariter ijdem Lotharius, & Ludouicus Impp. agente eodem Leone Rom. Pont. vt ſinerentur Romani ſuis antiquis legibus vti. [e] extat hac de re reſcriptum ipſius Lotharij in legibus Longobardorum. [f] *Volumus*, inquit, *vt cunctus pop. Rom. interrogetur qua lege vult viuere, & tali lege, quali lege viuere profeſſi ſunt, viuant, illique denuncietur, vt hoc vnusquisque tam Iudices, quam Duces vel reliquus pop. ſciat; quod ſi offenſionem contra eandem legem fecerint, eidem legi qua profitentur viuere, per diſpenſationem Pontificis & noſtram ſubiacebunt*. In quibus obſerua primo loco ab eo poni legum vindicem in delinquentes aduerſus eas, Rom. Pont. inde vero Imp. Quod & ſeruatum hactenus vidimus, nimirum vt tunc a Rom Pont. aduerſus Romanos delinquentes vocaretur Imperator, cum Romani contempſiſſent ipſis Pontificibus obedire, vel aliquot moliti quid eſſent aduerſus eoſdem Pontifices. Sed quas ſeruandas præſcripſerit Lotharius Imp. leges ſibi ſubdito Italiæ Regno, conſtitutæ ab C D E

c diſt.10.c. 9. ſecundũ lect. Iuon. p.4.c.176. & Panor. li.2.c.188.

d diſt.10.c. 8. Iuon. p. 4. c.188.

e diſt.10.c. 13.

f lib.11. tit. 57.

Rom. antiquis viuere legibus permiſſi.

eo promul-

A eo promulgata ita declarat. [a] *Placuit nobis vt capitula quę excerpſimus de Capitulari b. m. glorioſiſsimi aui Domini noſtri Caroli, & genitoris noſtri Ludouici Imp. inuictiſsimi his omnibus, & fidelibus noſtris, & ſanctæ Eccleſiæ in Regno Italiæ conſiſtentibus, per legem teneantur, & obſeruentur, Et quicunque horum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componatur.* Eæ vero ſunt leges quæ contentæ in Capitularium libro, magna ex parte acceptę ſunt ex ſacris Concilijs & Decretis Rom. Pont. atque ex prædeceſſoribus Imperatoribus; illæ dumtaxat, quæ eſſent optimæ, fauerentque Eccleſiæ immunitati, vt non mirandum ſit, ſi eas ſe Eccleſijs etiam leges præſcribere idem Lotharius dicat, vt pote quod eędem leges ipſis Capitularibus libris contentæ, (vt ſupra ſæpius oſtenſum eſt) fuerint per Rom. Pōt. confirmatæ. Hæc autem collectio capitulorum Concilij Meldenſis [b] a Benedicto B Diacono facta fuit, & eiſdem tribus Ludouici filiis Regibus promulganda data, vt a Pontificibus Rom. confirmata, vt ipſemet teſtatur his verbis. [c] *Maxime*, inquit, *trium vltimorum capitula iſtorum librorum Apoſtolica ſunt cuncta auctoritate roborata, quia his cudendis maxime Apoſtolica interfuit legatio. nam eorum nomina, pręter trium, ideſt Leonis, Sergii, & Gregorii hic non inſeruimus, licet ea per ſingulos conuentus inſerta inueniſſemus, vitantes legentium atque ſcribentium faſtidia. Si quis autem plenius noſſe voluerit, iſtorum legat authentica, a quibus illa inſerta inueniet.* hæc Benedictus. Sed, & qui exſcripſit, breuitati conſulens, ſatisque eſse Benedicti teſtimonium id aſſerentis, exiſtimans, prætermiſit teſtimonia Leonis, Sergij, & Gregorij, eadem per Legatos ſuos confirmantium collecta capitula Cum igitur, vt vidimus, Lotharius profiteatur non alias ſe dediſſe populis vel Eccleſiæ leges, quā C quæ per Carolum M. auum atque Ludouicum eius filium, ſuum vero parentem collecta fuerunt: plane poſſumus intelligere, quod quæ illis contrariæ editæ inuenirentur, non eſſe Lotharij, vel eius filij Ludouici, ſed ſchiſmaticorum (vt ſuperius de alijs factum inuenimus) impoſturas, cum videlicet tradunt confirmationē Rom. Pont. ſui eſſe iuris eos aſſeruiſse, cum præter alia, Leonis Papæ, quam nuper recitauimus, conſtitutio penitus id explodat. Quod vero ad Ludouicum ſpectat, & ſi diu, nimirum vſque ad Nicolai Papę tempus inſedit in animo eius libido iſta dominandi Romæ, atque eius Eccleſię, clero ſcilicet ac Pontificibus, tamen diuina miſeratione tandem ad ſe reuerſus, ſeſe ijſdem Romanæ Eccl. Pontificibus exhibuit obſequentiſſimum, vt in electione Nicolai poſt videbimus. Hæc paulo latius in gratiam Politicorum, huiuſmodi admonitionibus maxime indigentium, vt qui ſæpe importunius D Principes in Eccleſiam, & Pontifices impellunt.

a leg. Lōg li. 3. tit. 35.

b cap. 78.

c lib. 7. ī fi.

Politici ino tent.

Mirum vero quot, quanta, & quam precioſa ornamenta, ex argento, auro, & gemmis contulerit S. Petri Baſilicę, & S. Pauli, a Sarracenis direptis & ſpoliatis, hic Beatiſſimus Pontifex, quæ recenſet, per ſingula, Anaſtaſius. *Ad decorem*, inquit, *inter cetera, Eccleſie Principis Apoſtolorum Petri, fecit mirę magnitudinis, ac pulchritudinis ſuper illius uenerandum altare Ciborium cum columnis, & liliis deauratis ex argento puriſsimo, penſans libras mille ſexcentas ſex, & ſuper corpus B. Pauli Ciborium mirę pulchritudinis ingenti argenti pondere, cum columnis argenteis comptum, penſans libras nongentas quadraginta ſex. Laminas quoque aureas confeſsionis B. Petri, & portas Baſilicæ argenteas reſtituit, pręter alia innumera ornamenta. Idem ſui Pontificatus exordio antiquam reſtituit conſuetudinem, ut, inter ſa-* E *cra Miſſarum ſolemnia laici extra presbyterium conſiſterent.*

Ablata a Sarrac. Baſilicis ornamenta reſtituit Leo P.

Cōſtit. Leon. P.

Eodem primo ſui Pontificatus anno, cum iuxta B. Luciæ Martyris, quę in Orphea ſita eſt, in quibuſdam tetris abditisque cauernis, diri generis ſerpens, qui Baſiliſcus Grece, Latine regulus dicitur, extitiſſet, qui afflatu ſuo, & viſione, omnes ad eas cauernas appropinquantes repente necaret, ad preces conuerſus Sanctiſsimus Pontifex, Litania indicta, ſancta præcedente icona, pedibus cum omni clero inceſsit, & clero ac populo ſubſiſtere iuſſo, ad cauernam progreſſus, profuſit lacrymis deprecatus eſt Dominum, ut ab eodem loco diram illam peſtem, ſua potentia effugaret: & repente totum illud malum euanuit.

Lethifer ſerpens p Leonē P. fugatus.

Incendiũ per Leonẽ extinctum.

Eodem anno conflato temere incendio in vico Saxonum, cum, vi venti flantis, longius ſerperet, nec vlla humana vi reprimi poſſet, & Longobardorum vico comprehenſo, ipſi Baſilicæ Vaticanæ immineret, idem propere accurrit, & ſigno Crucis vim furentium flammarum ſubito compeſcuit. A

Crux aurea p Leonẽ P. reſtituta.

Crucem quoque illam, nobile Caroli M. donum, quæ in Litaniis Pontifici præferri ſolebat, ſub Paſchali Papa ſubreptam, reſtituit.

a M.S. eod. Bibl. Sirl Car. n. 65

Reperitur [a] ab eo ſcripta hoc anno epiſtola ad Prudentium Epiſcopum Tricaſſinum, de conſecrando ab eo Monaſterio, quod conſtruxerat Ademarus Monachus.

b lib. 1. c. 3

Terræmotu concuſſa Vrbs & alia loca.

Hoc eodem anno, ad alia mala additum, vt Vrbem excuſſerit ingens terræmotus, vt ait Anaſtaſius, de quo meminit & Leo Oſtienſis in Chronico [b] Caſſinate, quo pariter agitatam docet omnem Beneuentanam regionem, ita vt Iſernia a fundamentis fere tota corruerit, multuſque ibi populus cum Pontifice interierit. Idem Leo Oſtienſis mala commemorat a Maſſar Sarracenorum Duce, in auxilium prædicti Radelchis tyranni accerſito, per illam regionem illata, & vt effera eius mens ſubito cęlitus immutata, Monaſterio Sancti Benedicti pepercerit. B

Moguntina ſynod

Hoc item anno MOGVNTIÆ SYNODVS congregata eſt, eademque prima dicta ſub Rabano, qui hoc anno eiuſdem Eccleſię, defuncto Orthgario, Epiſcopus creatus eſt, vt eſt in VV. Francorum Annalibus a Pithoeo editis, male relata a collectore Conciliorum in Annum Domini 834. Occaſio huius congregandi Concilii eadem, quæ Meldenſis fuiſſe cognoſcitur, quod cum a laicis bona Eccleſiarum, iura pariter & perſonæ aſſidue inuaderentur, deque his frequentes apud Regem querelæ eſſent; vt his ipſe liberaret malis Eccleſias, egit, vt eiuſmodi prouinciale Concilium colligeretur, cui Archiepiſcopus Rabanus, vir doctrina valde inſignis præeſſe deberet, quem ſciret probitate atque ſcientia nulli ſecundum. Præcipua igitur Patrum intentio in hoc Concilio fuiſse videtur, vt conſulerent rebus Eccleſiaſticis per laicos, mirum in modum, diuerſis prætextibus, proculcatis. Hæc enim fuit potiſſima illa Sanctorum Patrum ſæculi huius apud Francorum Reges, & Imperatorem perſtrepens vbique effuſa querela. Legenda eſt ipſa Synodalis epiſtola [c] ad Ludouicum Regem, quæ plura inſinuat memoria digna. *Hæc vero quæ vobis,* (inquiunt ad finem epiſtolæ) *tranſmiſſa ſunt, petimus vt veſtra auctoritate firmentur, vt ſi quis aduerſarius illis exiſtere voluerit, preualere nõ permittatur. Dei n. cooperatores eſſe debetis, & adiutores ſanctæ eius Eccleſię, quatenus religio Chriſtiana incontaminata temporibus Regni veſtri vſque in finem ſeruetur.* Præter hæc etiam ſpectant ad Concilium Moguntinum, ea, quæ in iiſdem citatis antiquis Annalibus, ita ſubiiciuntur. *Eodem anno Pſeudoprophetiſſa Moguntiacum venit, que Salomonis Epiſcopi parochiam non minime deturbauerat: Nam certum conſummationis ſeculi diem, aliaque per plura, Dei ſolius notitia cognita, quaſi diuinitus ſibi reuelata, ſcire ſe fatebatur, & eodem anno vltimum diem mundi imminere prędicabat. Vnde multi plebeii vtriuſque ſexus timore perculſi ad eam uenientes, munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant: Et, quod grauius eſt, ſacri ordinis viri doctrinas Eccleſiaſticas poſtponentes, illam, quaſi magiſtram celitus deſtinatam ſequebantur. Hęc in preſentiam Epiſcoporum, apud S. Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, presbyterum quẽdam ea ſibi ſuggeſſiſſe, & ſe talia quęſtus cauſa narraßе profeſſa eſt. Quapropter Synodali iudicio, publicis ceſa flagellis, miniſterium prędicationis, quod irrationabiliter arripuit, & ſibi contra morem eccleſiaſticum uendicare preſumpſit, cum dedecore amiſit, ſuiſque uaticiniis tandem confuſa finem impoſuit.* hæc Annales. Contigit hoc item anno peregrinatio Ethelulphi, ſiue Athulphi Regis Anglorum, qui Danorum incurſionibus liberatus, Romam, voti cauſa, petiuit. vbi a Leone Quarto Pont. benigne acceptus fuit. Rom. Eccleſiæ, eam quoque Inſulæ partem, quam Egbertus pater ad regnum adiunxerat, vectigalem Inam imitatus fecit, de quo alias memoratum eſt: legeque ſanciuit, vt qui ex ſuis poſseſſionibus triginta denariorum vectigal in annos ſingulos caperent, aut plures domos haberent, pro eis, quas habitarent ſinguli ſingulos denarios C D E

c Concil. T. 3. edit. Ven. Epiſt. ſyn. ad Lud. R. Fr.

Pſeudoprophetiſſa multos ſeducit.

Impoſturę cõuicta flagellat.

Rex Angl. peregrinatur Romã.

Angl. pars vectigalis fit Eccl. Rom.

A rios quotannis Rom. Pont. ad diem feſtum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vel ſummum, ad vincula Petri ſoluerent, quam legem falſo Aluredo eius filio aſſignant. Domum reuerſus, optimum ſe Regem præbuit. hæc & alia de eo Polydorus ex veteribus Angliæ monumentis. Duos viros ſanctitate præclaros ad virtutem incitatores habuit, Suitinum, qui & Suitunus, & Aldeſtanum, ſeu potius Helinſtanum, in cuius vita breuiter ſcripta, habetur de Rege, quod cum Subdiaconus eſſet, patre Egberto ſine hærede mortuo, a Leone Pontifice diſpenſatum, vt vxorem duceret.

Cũ Diac. diſpenſatur, Regni cauſa.

Orientalis Eccleſia hoc anno graui affecta eſt damno, obitu S. Methodij Patriarchæ, de quo Nicolaus Papa epiſt. ad Michaelem Imp.[a] honorifice meminit, & Magnum appellat. Eius ſcriptorum nihil extat, præter canonem apud Theodorum, de non appetenda Eccleſiaſtica Præfectura, & vitam S. Dionyſij Areopagitæ, de qua Anaſtaſius in epiſt. ad Carolum Caluum teſtatur, ſeque illam ait latinitati donaſſe. *Huius*, inquit ad finem eius epiſtolæ, *Dionyſij paſsionis textum B. Methodius qui a Sede Apoſtolica Conſtantinopolim presbyter miſſus, eiuſdem Vrbis tenuit Pontificatum, & ex tunc inter ſanctos ab omnibus ob ſuæ confeſsionis & agonis certamen veraciter veneratur, & colitur, edidit pauca de multis præcedentibus ſcriptis excerpens.* hæc Anaſtaſius.

S. Methodius moritur.

a epiſt.8.

B

De ſucceſſore autem Methodij, ita Curopalates. *Vita functo Beatiſsimo Methodio qui per ſexdecim annos Eccleſiam Conſtantinopolitanam moderatus fuerat, Ignatius Nicephori Imp. ex filia nepos, filius autem Michaelis Imp. qui a Regno exciderat, poſtquam Regno, & genitalibus priuatus, Monaſterium ingreſſus fuerat, & monaſterio Satyri Præfectus, ad Patriarchatus ſedem adducitur.*

C Nicetas, cognomento Dauid, qui eius vitam ſcripſit, recens latinitate donatam, teſtatur prædictum illi fuiſſe, tum a Theophane egregio Confeſſore, tum a S. Ioannicio Anachoreta, futurum eum Patr. Conſtantinopolitanum.

Porro de legitima promotione Ignatij eiuſque virtutibus, quibus tanto throno dignus videbatur, ſcripſit Michael Imp. litteras ad Leonem Papam, prout teſtatur Nicolaus Pont. in epiſtola ad eundem Imp poſt annos ferme duodecim data, cum a Patriarchatu fuit eiectus, quod illi exprobrat Nicolaus.

Chriſti Annus	*Leonis Pap.4.*	*Lotharii* 8.	*Impp.*
848	2	*Michaelis* 3. 7.	*Ind.* 11.

D IN magno mœrore, & trepidatione Vrbe conſtituta, ob expoſitam Baſilicam S. Petri inuaſionibus Sarracenorum, Leo Papa cum conſilio, & ope Lotharij Imp. & fratrum Regum, nouam ciuitatem, iam ante à Leone III. inchoatam, perficere aggreſſus eſt, quam ſexto poſt anno perfectam dedicauit.

Nouã Vrbem cõdit Leo P. ad munimen Baſil. S. Petri.

Hoc eodem anno SECVNDA SYNODVS MAGVNTINA Sub Rabano Archiepiſchopo, vt ijdem antiqui a Pithœo editi Francorum Annales teſtantur, his verbis. *Circa kalen. autem Octobris generale Placitum Rex Ludouicus habuit apud Maguntiacum in quo Legatos fratrum ſuorum, & Northmannorũ Sclauorumque ſuſcepit, audiuit, & abſoluit. Homines autem Rabani Epiſcopi aduerſus Dominũ ſuum conſpirantes, publice conuictos cum eo pacificauit. Legatos ſuos ad fratrem ſuũ Lotharium in Theodonis villa Placitũ hẽtẽ, pro Giſleberto, qui codẽ anno ad fidẽ eius uenerat, reconciliationis gratia direxit. Hotheſcalcus quoq; quidã presbyter de prædeſtinatione Dei praua ſentiens, rõnabiliter, vt plurimis viſum eſt, conuictus, & ad proprium Epm Hincmarum Rhemẽſẽ trãſmiſſus eſt, prius tamen iuramẽto confirmans, quod in Regnũ Lodouici vltra non rediret.* Huc vſq; Annales. De hoc Hotheſcalco plura Hincmarus Rhemenſis ad Nicolaum Papã, & non Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum, quæ epiſtolæ extãt, apud Frodoardum in hiſt. Rhemenſi[b] & in epiſt. qui dem ad Laudunenſem Epiſcopum deſcribit hæreticum. *Dum*, inquit, *Laudari hæretici tanquam de excelenti ingenio capiunt quaſi noua quedam proferunt, quæ in antiquorum Patrum libris non tenentur, ſicque fit, vt dum videri ſapientes deſiderant, miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſemina ſpargant. Et quoniam hoc egiſſe Hodeſcalcus*

E

Hotheſcalcus errores ſeminat de prædeſtin.

b li.3.c.13

Hæretici deſcriptio.

in couentu Epiſcopali conuictus fuit, idem Concilium (ſicut ſcriptum eſt.) Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat, ſilentium illi impoſuit; et mihi illū ad cuſtodiendū commiſit. Porro lucubrationes Hincmari Rhemenſis aduerſus eundem Gotheſcalcum idem Frodoardus recenſet.[a] A

a li.3.c.14

Chriſti Annus	Leonis Pap.4.	Lotharii 9.	Impp.
849	3	Michaelis 3. 8.	Ind.12.

Leo P. munit Vrbem adu. Sarracen.

CVm vulgatum eſſet Sarracenos ex Africa ingenti claſſe in Italiam ad Vrbis excidium properare, Leo Rom. Pont. magna ſolicitudine, omnia, quæ ad defenſionem Vrbis pertinerent, comparauit, Vrbis muros reſtaurauit, quindecim turres extruxit, Oſtia Tiberina ſic propugnaculis catenis, & repagulis muniuit, vt ne Lembus quidem, Rom. inuitis, ad Vrbem penetrare poſſet. Sanctos quoque ad cuſtodiam adhibuit, quorum plurima corpora ex cœmeterijs eruta, in Vrbem illata, honorifice condidit, in Baſilica Sanctorum Quattuor Coronatorum a ſe a fundamentis reſtaurata. nec deterritus ingenti impenſa in reſtauratione murorum, & in milites ad Vrbis cuſtodiam, magnam pecuniæ vim contulit: itemque in ornatu Eccleſiarum. Cum igitur Sarraceni expugnationem Vrbis meditantes, in Sardinia, maximo cum terrore Romanorum ſubſtitiſſent, Neapolitani, Amalphitani, Caietani, & Romani claſſem aduerſus eos inſtruxerunt, & conſilium cum Leone Papa communicarunt, qui ad Oſtia Tiberina progreſſus, Ducibus, & militibus ſacrum Chriſti corpus præbuit, & ad pugnandum animauit. poſtero die in occurrentes hoſtes impetum fecerunt, quorum claſſis vehementi vento diſperſa, & ad diuerſa littora impulſa, fame, gladio, naufragio interijt. B C

Chriſtian. claſſ. Sarracen. claſſē profligat.

Hincmarus ob ſanctitatem & prudentiam colendus Imper. Lotharii poſtulatione a Papa Leone IIII. pallium in vſum quotidianum accepit, licet ad eū iam vnum miſiſſet, quo diebus ſolemnibus ſibi præſcriptis vteretur. Hanc ob cauſam idem Leo Hincmarum ſua epiſtola monuit, ſe nulli vnquam antea Archiepiſcopo vſum ordinarium, & quotidianum pallij conceſſiſſe, nec in poſterum vlli vnquam conceſſurum. hæc Frodoardus.[b] At Nicolaus Papa de his Hincmarum vt mendaci reſcripto vtentem redarguit, vt ſuo loco dicetur. Hoc eodem anno, audiens Leo Papa in Britannia minori Nomenoium a Carolo Rege Præfectum, dirum inſurrexiſſe tyrannum, vaſtareque ſimul humana atque diuina, expellereque pro animi furore, ab Eccleſijs ſuos Epiſcopos, litteras ad eum commonitorias ſcripſit, quarum fit mentio in Synodali Epiſtola[c] ex Concilio Turonenſi, ad eundem tyrannum tunc miſſa, cum eadem ex cauſa dicta Synodus eſt celebrata, & ipſe acriter redargutus de non receptis litteris Apoſtolicis. Poſtquam enim commemorarunt atrocia Tyranni ſcelera, hæc ſubdunt. *Satis hæc ad tuam perditionem ſufficiebant, ſed ad cumulum malorum auxiſti temeritatem, & omnem læſiſti Chriſtianitatem, dum Vicarium Beati Petri Apoſtolicum, cui dedit Deus primatum in omni orbe terrarum, ſpreuiſti. Cum enim eum poſtulaſſes, vt in libro ſuo te ſcriberet, & pro te Dei clementiam exoraret, & ille directis litteris ſe id facturum promiſiſſet, ſi ſe monentem obedienter audires; non ſolum nihil eorum, quę mandauerat, feciſti, ſed ne litteras quidem ipſius recepiſti, & quia nolebas a malo deſinere, timuiſti bene monentem audire. In eo igitur lęſiſti Apoſtolos, quorum eſt Princeps Petrus, læſiſti Epiſcopos, qui iam cum Deo regnant in cœlis, & miraculis corruſcant in terris, leſiſti & nos, qui, & ſi non habemus eorum meritum, idem tamen diuina gratia poſſidemus officium.* D E

Hincmar⁹ ipetrat pallium ad vſum quotidianū, priuilegio ſingulari.
b lib.3.c.9

c apud Lup. Ferr. epi. 84.

Vicar. Xpi qui offendit, totam Chriſtianitatē offendit.

Quanti faciēdæ litt. Apoſt.

Hæc audiant, qui litteras Apoſtolicas retinent, atque earum executionem, quouis colorato prætextu, eludentes, impediunt. quam enormiter peccent, & quam grauiter delinquant, qui, quod Patres adeo deteſtati ſunt, etiam in tyranno, defendunt in piis Principibus. Pergunt Patres redarguere de Lamberto quodam Regis

Quātū delictū impedire executionē litt. Apoſt.

rebelle

A rebelle ab eo recepto, & diuinum interminantur iudicium de alienis finibus inuaſis, & occupatis, illa grauiſſima addêtes verba. NEC FIDEM, NEC OPERA BONA ILLI PROFVTVRA, SINE OBEDIENTIA SEDIS APOST. Illud êt ingeminãt. *Maximũ reatũ te cõtraxiſſe ſcimus*, inquint, *qđ epiſtolã Sedis Apoſtolicę reſpuiſti exiſtimans aliqua in ea tibi noxia cõtineri*, qđ negant, *& propterea*, addunt, *parati ſumus, ſi vis, ſecundo Legatum ſedis memoratæ, cum ſcriptis toti mundo venerandis, dirigere, Quod ſi eum non receperis, nos, qui monuimus, excuſabiles erimus. Sin autem receperis, & auſcultaueris, & Dominum, & Beatum Petrum propitios, & nos habebis in fide coniunctos, & interceſſores proficuos. Si vero nos benigne monentes contempſeris; certum tibi ſit, nunquam tibi futurum locum in cœlo, & cito non futurum in terra, quod tua culpa ſeparatus ab Apoſtolica, & noſtra ſocietate anathematis vltione locum habebis* (quod auertat Deus) in tartaro, &c. Ceterum cum impio Nomenoio haud diuitius fuit agendum, ipſo Deo vindice cauſam citius dirimente, cum impium de medio ſuſtulit, exitu repentino, anno ſequenti. Nec fides, nec opera proderũt rebelli Sedis Apoſt.

B Vltio diuina ĩ rebellem.

Eodem anno in Anglia occiſus aſſeritur S. Vulſtranus nepos duorum Regum Merciorum. cuius ſanctitatis, cæleſtia non defuerunt miracula, indices. nam de loco, vbi innocenter occiſus eſt, columna lucis vſque ad cœlum porrecta omnibus loci illius incolis per dies triginta ſtabat conſpicua. hæc Matthæus Veſtmonaſterienſis, hoc anno. Quo pariter ex vrbe, ab Eccleſia SS. MM. Petri, & Marcellini, eleuatum corpus S. Helenæ Conſtantini M. matris per Theaſitum Monachũ fuiſſe translatum in Gallias, & in dioeceſi Rhemenſi collocatum, auctor eſt Sigebertus in Chronico. Sed de eius corpore inter Latinos, & Græcos antiqua eſt controuerſia, vbi ſepultum C fuerit. Veneti inſuper illud ab Oriente delatum, poſſidere ſe gloriantur, quod & digno cultu proſequuntur. S. Vulſtrani cędes. De corp. S. Helenæ.

Chriſti Annus	Leonis Pap 4.	Lotharii 10. Michaelis iii. 9.	Impp. Indict. 13.
850	4		

CVm in Aſia, Africa, & Europa dominaretur gens perfida Sarracenorum, Corduba in Hiſpania vbi erat eorum ſedes Regni, extiterunt plures glorioſi Martyres, quorum præclara certamina conſecrari perpetua memoria meruere, non ab alio, quam ab auctore, qui præſens affuit, & pars magna fuit, ſacro Dei miniſtro, digniſſimo ſacerdote, martyre deſignato, & promotore martyrum S. Eulogio Cordubenſi presbytero. cuius horum martyrum lucubratio extat. [a] Præfectus in cœnobio Sancti Aciſcli Monachus & presbyter primus vexillum confeſſionis erexit, & Mahometum pſeudoprophetam inſectatus, in carcerem detruſus, obtruncatione capitis, nobile certamen expleuit: Proconſule Eunucho, euoluto anno, viſceribus effuſis, diuina vltione ſublato, vt ipſe martyr ante prædixerat. Hunc ſecutus eſt ad certamen Ioannes, homo Laicus, venalia expoſita habens, ad tribunal Iudicis ductus publice per Vrbem flagellatus, in arctum detruſus eſt carcerem. Horum igitur, inquit, duorum & ſpontaneus & violentus ad paſſionem curſus ceteros in vnum eundemque conſenſum dimicandi vltro venire coegit. MM. Cordubenſ. D S. Eulog. Cord. qs, & quãtus vir. a lib. 2. c. 1

E Quod autem ad res Chriſtianorum, ſeorſum in Gallæcia, regnantium ſpectat, hoc ipſo anno Ranimirus Rex ſucceſſor Alfonſi Caſti, ex hac vita diſceſſit, die prima Februarij, ſepultus Oueti, ex ſepulchri inſcriptione, qua corrigendi reliqui omnes rerum Hiſpanicarum tractatores, in eius Regis tempore. Porro Ranimiro ſucceſſit Ordonius, regnauitque annis duodecim, ex altera veteri inſcriptione. Ranimiri Reg. obit⁹.

Hoc pariter anno luctus, & clamor ingens repetitus in Galliis, ex Northomannorum noua facta incurſione in Regnum Caroli, filij Ludouici Imp. cum ille timore concuſſus, conſilii inops, eoſdem in regni conſortes aſſumit, ea regni parte illis conceſſa, Northmãni in partẽ Regni aſciti ĩ Gallia.

ceſſa, quæ ab eis dicta eſt Normandia. Ex Pithoei Annal. A

Galliæ vaſtantur, & occupant a Northmanis.

Vnde mala iſta? non aliunde quidem, niſi quod a maiorum pietate, & propenſo religionis cultu degenerarunt. Francorum tunc quidem enituit robur, cum in regibus cultus pietatis excelleret; elanguit, cum defecit & Eccleſiæ ſunt proſtitutę laicis, quorum redditibus, non ſunt illi roborati vel erecti; ſed eneruati penituſque depreſſi. Luxerunt iſta & aperuerunt ea Principibus ipſis Reuerendiſſimi PP. in Meldenſi Concilio, & ad putridum vulnus opportuna appoſuere remedia, quæ dum ille recuſauit recipere iuſto Dei factum eſt iudicio, vt qui latas a S. Patribus leges ſubire renuit, coactus ſit a Northmannis duriſſima ſuſcipere iura, & qui Eccleſiarum bona laicis tradebat, coactus ſit ſua largiri Northmannis. Sed ſicut nulla ſecuta eſt emendatio in Rege, ita nec quieuit Northmannorum flagellum in manu Dei, vt quæ ſuis locis dicturi ſumus oſtendent. Certo quidem experimento diſcere poſſumus. ſicut enim cum B
Carolus bona Eccleſiarum laicis, ipſis ſuis Regni Comitibus dedit, coactus eſt ſua dare Northmannis, ita contra cum Ramirus Rex in Hiſpania (vt vidimus) ipſum ſuum Regnū fecit vectigale Eccleſiæ S. Iacobi, retulit de illis, hactenus inuictis, glorioſum triumphum. Sic enim breuiter Tudenſis. *Eius tempore* (Ramiri) *Northmannorum claſſes Septentrionale mare ad litus Legionis ciuitatis aduenerunt. Gēs hec eſt crudeliſſima, & in partibus noſtris antea non viſa. Quod Rex vbi comperit, aduerſus eos cum exercitu ſuo venit, & multitudinem eorum vicit, & ſeptuaginta naues illorum combuſsit, atque multis ditatus diuitiis ad propria incolumis reuerſus eſt.* hæc ipſe & reliqui Hiſpani hiſtorici.

Vſurpans Eccleſiaſtica bōa, fit impotentior; donās ſua, fit potentior.

Northmāni ab Hiſpani profligati.

Eſt hic annus trigeſimus ætatis Caroli Regis, qui licet ad virilem ætatem, non tamen ad pietatis & vitæ morum incrementum peruenit. Lupus Abbas Ferrarienſis C
cupiens eum ad meliorem frugem perducere, plures [a] ad eum ſcripſit litteras monitorias, & hortatorias, & inter cetera, admonuit eum, vt ablata eccleſijs redderet, eum docens, ex quo tempore talia ſunt pręſumpta in Regno Francorum, omnia eſſe peſſundata, hoſtibus præualentibus.

a ep. 64. 93. 96. &c.

Monetur R. ad reſtitutionem male vſurpatorū bonorum.

Franci ꝓfligātur a Boemis.

Ceterum, præter ea, quæ dicta ſunt de clade ꝑ Northmānos illata, in Regno item ſuo Ludouicus pugnans aduerſus Boemos poſteriora retulit. Nam Sigebertus de his ſummatim in Chronico; *Franci a Boemanis graui prælio vincuntur. Cui bello ſpiritus malignus ſe præfuiſſe, per os arreptitij publice proteſtatus eſt, & per ſe & per ſocios, ſpiritus ſcilicet ſuperbiæ & diſcordiæ egiſſe, vt Franci terga verterent.* hæc ipſe. At non ſolum bellum, ſed etiam dira fames oppreſſit hoc anno Francos, quod habent Annales eius temporis. D

Hoc eodem anno Sanctus Athanaſius Sergij filius creatur Neapolitanus Epiſcopus, qui Romam veniens a Leone Papa conſecratur. Ita Petrus Diaconus Caſſinenſis, qui ſui temporis florentis Epiſcopi res geſtas conſcripſit, viri antequam naſceretur, Deo a pia matre dicati, quæ eo quod cultrix eſſet M. Athanaſij Epiſcopi Alexandrini, natum voluit Athanaſium nominari.

Chriſti Annus	Leonis Pap. 4.	Lotharii 11.	Impp.
851	5	Michaelis iii. 10.	Indict. 14.

E

b li. i. Chr. Caſſin. c. 31.

Lud. Imp. in Ital. veniens Sarracenos ꝓfligat & occidit.

DE aduentu Ludouici Lotharii Imp. filij in Italiam, hæc Leo Oſtienſis. [b] *Huic ergo Ludouico admodum adoleſcenti ab afflictis varia peſte Longobardis, per venerabilem Baſſacium Abbatem ſupplicatum eſt, vt ad iſtas ſe conferret partes, eoſque ab infidelium vexationibus eripere, ac talibus finem dignaretur imponere, quod & factum eſt. Eorum enim ſupplicationibus annuens Ludouicus, Beneuentum venit, eique Radelchis, ac Beneuentanis Sarraceni omnes traditi ſunt. Quos omnes,*

A *ipſo die vigiliarum S. Pentecoſtes extra vrbem duci, atque ad vnum iugulari iuſſit. Inter quos Maſſar etiam illorum Dux capite cæſus eſt. Moxque idem Imp. conuocatis Longobardis omnibus totam prouinciam Beneuentanam inter Radelchim, & Siconulphum æquo iure partitus eſt. Anno Domini 851. pauciſque poſt diebus compoſitis rebus ad ſua remeauit.* Eadem fere Ado Vienn. in Chron.

Per Lotharium Imper. Sancti Hermetis Martyris reliquias in Gallias miſſas, & collocatas apud Monaſterium Indam dictam, Sigebertus hoc anno tradit.

Cordubenſi in Hiſpania Epiſcopo, ex anni præcedentis glorioſo duorum martyrio, Sarracenis magis irritatis, vna cum vniuerſo clero in carcerem detruſo, Eccleſia illa vehementer afflicta eſt, vt deſcribit Sanctus Eulogius in libello cui titulus, documentum Martyriale. Eorum autem qui hoc ipſo anno egregie martyrium conſumarunt, hiſtoriam S. Eulogius præſens inſpector ſinceriſſime ſcripſit in libro, cui titu-
B lum fecit Memoriale Sanctorum [a], quam ab auctore Annalium in compendium redactam, nos, pro ratione inſtituti, magis etiam contraximus. Primus igitur Iſaac nomine, genere nobilis, ciuis Cordubenſis, fungens exceptoris officio, abdicans ſe a ſæculo, monaſticam vitam profeſſus, poſt triennium ſponte Iudicem adiit, deteſtatuſque impiam Mahometi ſectam, eius ſententia duci iuſſus 3. Non. Ian. martyr glorioſus occubuit. cuius corpus, & aliorum igni traditum, & cineres in profluentem iniecti. Poſt duos vero dies ipſius Eulogij auditor Sancius, eum ad coronam per martyrium eſt conſecutus. Rurſum vero ſex Monachi, Petrus ſacerdos, Vualabonſus Diaconus, Sabinianus, Vuiſtremondus, Habentius, & Hieremias, poſt duos item dies, conuento Iudice, Arabicã ſuperſtitionem execrantes, iuſſi ſunt decollari,
C quorum corpora affixa ſtipitibus, poſt aliquot dies in cinerem redacta ſunt, & cinis in flumen demerſus. Hos ſecutus eſt Siſenandus Diaconus Cordubenſis, qui 7. Kalen. Aug. vt per viſum admonitus fuerat, iugulum carnifici præbuit, cuius corpus in amnem proiectum cum fuiſſet, eius poſtmodum oſſa reperta, in S. Aciſcli Eccleſiam ad ſepulturam delata fuere. Inde vero Paulus Diaconus, eamdem coronam adeptus eſt martyrij 13. Kalen. Aug. Octauo autem Kalen. Theodomirus Monachus item coronatus, & ambo, eodem coniuncti ſunt ſepulcro, in Eccleſia Sancti Zoili Martyris. Nec tantum viri, & Monachi certamẽ pro fide ſubierunt, ſed & tenellæ Virgines eędemque ſorores Nunilo, & Alodia [b] progenitæ ex patre Mahometano, matre vero Chriſtiana, haud tamen admodum pia, quæ diuerſis primo tentatæ illecebris, deinde minis acerrimis impetitæ, fortes in fide, demum gladio cæſę, glorioſam ſunt conſecu-
D tæ palmam Martyrij 11. kalen. Nou. quarum corpora ab infidelibus occultata, magnis ſunt illuſtrata miraculis, adeo vt etiam Mahometanis eas inuocantibus præſto eſſe conſueuerint. Has imitata Flora Virgo, fratris proditione delata, robore fidei fortis, poſt cruciatus cum ſorore & compare Virgine, Maria nomine, inſignita eſt corona martyrij. Ad has, dum in carcere diu detinerentur, conſolatorias litteras miſit S. Eulogius, ſcribens ad eas librum, quẽ Documentum Martyriale nominauit. Accidit autem illud memorabile, quod cum eæ Virgines detinerentur in carcere, pollicitæ ſunt reliquis fidelibus eodem carcere clauſis, liberationem, cum conſummatæ per Martyrium ad Dominum perueniſſent; quod & præſtiterunt, illis ſexto poſt die liberatis, quod atteſtatur Sanctus Eulogius, ex illis vnus, in epiſtola ad Aluarum amicum ſuum, de earum martyrio. Qui quidem, quæ Eulogius modeſtiæ cauſa de ſe ipſo
E in carcere confeſſore tacuit, in ſcripta retulit, eius vitam deſcribens, his verbis. *Verum dum iſta, & alia referuntur, tandem Reccafredus Epiſcopus ſuper Eccleſias & clericos, quaſi turbo uiolentus inſiluit, omneſque ſacerdotes quos potuit, carcerali uinculo alligauit, inter quos, ut electus Aries (Eulogius) ducitur, & cum Pontifice ſuo & aliis ſacerdotibus uincitur.* Quis fuerit ille Reccafredus non conſtat.

Clades Cordub. Eccl.

[a] lib. 2. c. 1. 2. &c.

Martyria Cordub.

Sex Monachi Mart.

Duæ ſorores Virg. Mart.

[d] li. 2. c. 7.

Flora Virgo Mart.

A

Chriſti Annus 852 — *Leonis Pap* 4. 6 — *Lotharii* 12. *Michaelis* 3. 11. } *Impp.* *Indict.* 15.

NOuam ciuitatem, quam, ſecundo ſui Pontificatus anno, Leo IIII. ædificare cę-pit, ſexto demum perfecit, & conſecrauit, a ſuo nomine, Leoninam appellans, in eamque Coloniam Corſorum deduxit; qui, ob frequentes Sarracenorum incurſiones, inſulam illã deſerere coacti erant. Ex Anaſtaſio. Idem Leo Hortanam ciuitatem & Amerinam, refectis muris & portis, muniuit. Vicum quoque trigeſimo ab Vrbe milliario, Sardis, Sardiniam Inſulam relinquere compulſis, ad habitandum dedit, qui Vicus Sardorum dictus eſt, vt habetur apud Anaſtaſium, qui de Eccleſijs in Vico Sardorum, & Saxonum factis, & donis illis ac Baſilicę S. Petri collatis meminit. B

Dedicatio vrbis Leoninæ.

Reuiſamus Hiſpanias, quarum Epiſcopi Regi Arabi inhærẽtes, ei ſuaſerunt vt curaret CONCILIVM cogi omnium Epiſcoporum Regni ſibi ſubditorum, per cuius decreta Martyrium vetaretur, ex quo doloſo inuento omnes Epiſcopi, & ſacerdotes carceribus ſunt educti: ſed interim, dum cogitur Concilium, rurſum ſpontanei fideles exliunt ad Confeſſionem fidei, & perfidiæ deteſtationem, quos S. Eulogius recenſet martyrio coronatos [a] Humenſidum Toletanum, a puero Cordubæ nutritum, & poſt ſacerdotem factum; cum ſeruo Dei monacho 13. Ianu. Die vero 27. Iulium Aurelium & Felicem coniugatos, cum coniugibus Sabigathone, & Lilioſa, nec non Georgio Syro Monacho. 20. Auguſti Chriſtophorum Cordubenſem, & Leouigildum Eliberitanum ambos Monachos. 14. Sept. Emilam, & Ieremiam Cordubenſes, die vero ſequenti Rogellum Eliberitanum, cum Seruodeo Syro, quorum omnium nomina relata ſunt non modo in tabulas Cordub. Eccl. ſed etiã Rom. Quorum victorijs martyrum exaſperatus Rex, de ſuorum conſilio ſtatuit Chriſtianos in arctiſſimum carcerem compingendos. qua ſententia audita, plerique diffugiunt, & latebras quærunt, alij deſerta fide perfidis iunguntur. Concilio inter hæc pſeudoepiſcoporum coacto, vetitum eſt martyrium, demptuſque eſt cultus ſanctorum Martyrum, erecta perfidia, atque depreſſa confeſſio, cum dicerent, qui violenter ad abnegationem fidei non adigerentur, ſed propria voluntate diſcrimini ſe offerrẽt, inter martyres non habendos, idque eo maxime, quod miracula, vt olim martyres, nõ ederent, nec eorum corpora incorrupta manerent. Porro ad hæc omnia diluenda ipſe S. Eulogius ſcripſit egregium commentarium, cui titulus eſt, Memoriale Sanctorum, in cuius primo libro ad hæc valide confutanda verſatur. addidit poſtea etiam Apologeticum. Sed vltio diuina in Regem mox ſequuta, ſatis probauit placere illi Martyres, ſiquidem cum ſcandiſſet ſublime Solarium oppida luſtraturus, & e regione pẽdentia ſtipitibus ſanctorum corpora intueretur, continuo cremari ea præcepit. Sed o admiranda potentia Saluatoris, os illud, quod ſanctos Dei comburi præcepit, repente eadem hora diuinitus obſtruitur, vltra fari non poteſt, ſicque portantium manibus in ſtratum reductus, eadem nocte, extinguitur, relicto Imperij ſucceſſore Mahomad primogenito, Eccleſiæ Dei acerrimo perſecutore. hæc ex Eulogio. Tranſeamus ad Gallias. C D

Cord. MM.

[a] Memor. SS. lib. 2. c. 9.

Pſeudoſynodus auertentiũ a Martyr. Obiectiones pſeudochriſt. adu. martyr. Cord.

Vltio diuina in perſecutorem Regem.

Hoc anno contigit ſecunda tranſlatio S. Remigij Rhemorum Epiſcopi Francorum Apoſtoli, per Hincmarum eiuſdem Eccleſię Archiepiſcopum facta, qui eiuſdem ſancti recens ſepulchrum tum temporis Epitaphio exornauit, quod extat ad calcem vitæ ipſius ab eodem Hincmaro conſcriptæ. E

Tranſl. ſecunda S. Remigij.

Hoc anno Genaldus Northmannus, qui ſuperioribus annis iram Domini ſui Horie Danorum Regis fugiens, ad Regem Ludouicum ſe contulerat, ab eo benigne ſuſceptus, & baptizatus, & fidei ſacramentis imbutus erat; cum plures annos honorifice inter Francos haberetur, tandem Principibus Borealium partium, & cuſtodibus Danici limitis, quaſi lubricæ fidei, & molimine proditionis cæpit eſſe ſuſpectus, vnde & ab eis occiſus eſt. hæc Annales Veteres a Pithœo editi, in quibus DE SYNODO,

A hoc eodem anno CELEBRATA MOGVNTIÆ dicenda tertia, ſub Rabano, earum, quarum mentio habetur. Magunt. Syn.3.ſub Rabano.

Ad hunc præterea annum ſpectat, quod Carolus Rex Francorum, filios fratris ſui Pipini Regis, Pipinum & Carolum, Regnum inquietantes cæpit, & attonſos detruſit in monaſterium.

Chriſti Annus 853. | *Leonis Pap.*4. 7. | *Lotharij* 13 *Michaelis* 3. 12 | *Impp.* *Indict.* 1.

B

SVESSIONE IN GALLIIS CONCILIVM habetur, cui & Carolus Rex voluit eſſe præſens. Actum eſt in eo de cauſa eorum qui ordinati fuerant ab Ebbone Rhemenſi Archiepiſcopo, qui primum, ſub Ludouico Imp. ſede priuatus, opera Lotharij Imp. per Synodum Comprouincialium Epiſcoporũ fuerat reſtitutus, cum & complures in eadem Eccleſia clericos ordinauit. ſed eo, opera Caroli, abire coacto, Hincmarus in locum eius fuit Epiſcopus ſubſtitutus. Hic (vt teſtatur Frodoardus) cum iam anno ſuperiori idem Ebbo deceſſiſſet, ordinatos ab eo recipere nolens, hanc Synodum celebrandam curauit, in qua eorundem clericorum ab Ebbone ordinatorum damnatio facta eſt. hæc ſumma totius rei geſtæ, quam a Frodoardo habes C fuſius enarratam [a]. Porro hæc ipſa cauſa Rhemenſium clericorum per annos ſexdecim, nempe vſque ad A.D.869. ventilata eſt iudicio Apoſtolicæ ſedis. quod vero caſſata prorſus & abolita fuerit a Nicolao Papa, male inter probatas Synodos, in poſteriori editione Conciliorum voluminum fuit relata. Sueſſion. Concil. a Hiſt.Rhem.3. c.11. Cõc.Sueſſion.reprobatum.

Hincmarus igitur quo minus ſciret tale Synodale iudicium poſſe ſubſiſtere, eo magis a Leone Rom.Pont. iteratis legationibus illud petijt confirmari, quod Sanctiſſimus Pontifex facere omnino renuit. Ita repulſus nequaquam a cæpto deſtitit, ſed defuncto Leone, ab eius ſucceſſore Benedicto confirmationem ſubripuit: ſed quod illa non in omnibus, vt ipſe volebat, ſe haberet, nec plane ipſius voluntati ſatisfaceret, (pro nefas) quædam eidem confirmationi a Benedicto, per epiſtolam miſſæ, addidit, quædam vero ſuſtulit: quæ ex litteris Nicolai Pontificis, ſuo loco recitandis, patebunt. D Sed & ad dictum Sueſſionenſe Concilium hoc anno celebratum ſpectant, quę poſt damnationem clericorum ibidem factam, ſunt per Carolum Regem, ſuaſione Epiſcoporum impleta, nempe miſſi legati per vniuerſum Regnum, qui vna cum cuiuſcunque Eccleſiæ Epiſcopo, quæ eſſent perperam facta corrigerent, reſque Eccleſiarum in priſtinum ſtatum vindicarent. quæ in ſcripto Codice, pręter cuſa, extant, in Bibliotheca Vaticana. Hincmar⁹ corrũpit litt.Apoſt.

Hic item annus Francis calamitoſus extitit, ob iteratas Northmannorum incurſiones, de quibus præter ceteros, Rhegino iſtis verbis. *Repentina irruptione ciuitatem Nannetenſem inuadunt, omnia cædibus, incendiis, ac rapinis depopulantes, Pontificem ciuitatis, ipſo die ſabbato Paſchæ, cum baptiſmum, ex more, celebraret, in Baſilica interficiunt, clerumque trucidant, primum Andegauenſem, deinde Turonicam occupant Vrbem, ac velut immanis tempeſtas cuncta proſternit, ita cuncta conſummunt &c.* E Northm. incurſiones in Aqtan.

Porro non ſolum Rhegino, ſed Sigebertus etiam & Otto Friſingenſis hanc cladem Nannetenſem ad annum hunc referunt; verum a Bertrando [b] Argentreo, Gallico ſcriptore, ex monumentis Abbatiæ Sancti Sergij Andegauenſis, ponitur anno 843. Dei quidem prouidentia factum eſt vt antequam Turonenſis ciuitas ab ijſdem barbaris inuaderetur, & Baſilica incendio traderetur, quod in ea aſſeruabatur S. Martini corpus, inde ſublatum ab eiuſdem Eccleſiæ clericis transferretur Antiſiodorum. quam tranſlationem Oddo Cluniacenſis Abbas Venerabilis poſteris deſcripſit. Epi- b li.2.hiſt. Britan. c. 12. S.Mart. corp⁹ trãsfertur Antiſiodorũ.

ſcopus (inquit, poſt multa) fama præambula, præmonitus, & tota ciuitas obuiam ruunt, & tantum hoſpitem cum honore non indebito deducunt, & in Eccleſia Beati Germani, eum ſecus eius feretrum, Martini non imparis, corpus ſancti reponunt. Per merita igitur Beati Martini virtutes ibidem innumeræ & miracula fiunt, & confluente ingenti ægrotantium multitudine, omnibus pro voto, per merita Beati Martini Antiſtitis, ſalus optata reddebatur. Cum autem oblationes immenſæ in eius familiæ Pontificis vſum cederent, clerici Antiſiodorenſes inuidiæ ſtimulis incitati, cum ab vtroque & Martino, & Germano indifferenter miracula fieri dicerent, partitionem quoque oblationum expetebant. Conuentum igitur eſt inter vtroſque vt cuius miracula eſſe conſtaret, prouentus eius parti accederet: In vtriuſque antem medio Præſulum leproſo conſtituto, & nocte decurſa in vigiliis & laudibus, mane illuceſcente, conuenientibus vtriſque partibus, medietas hominis a Martini parte poſita, ſana, & incolumis reperitur: pars autem altera, occulto Dei iudicio, ſanãda differtur. Vt autem per miraculum euidentius fides certior, clariorque eluceret, leproſa pars iterum ſananda verſus Martinum vertitur, &, mane facto, ſub oculis omnium, homo totus ex integro alteratus in ſalutem inuenitur. Sopita igitur cõtentio eſt; & Martini familiæ ceſſit deinceps vniuerſa ſanatorum in pace oblatio. O admirandæ, inquit Oddo, vrbanitatis Germanum Pontificem, qui cum tanti meriti eſſet, vt mortuos ſuſcitaret, in domo ſua hoſpiti ſuo tantum detulit honorem, vt in ſignorum exhibitione eo ſe videri vellet inferiorem. Iſta plane inter vita functos Pontifices, uiuentes autem in cęlo, Canonum antiquorum adhuc obſeruantia illa viguit, vt peregrino Epiſcopo deferat, qui recipit eum hoſpitio loci Præſul. De eiuſdem S. Martini in ſuam Eccleſiam reductione, idem Oddo, de qua ſuo loco. CONCILIVM ROMAE celebratur a Leone Papa 67. Eiſcoporum, ex quibus quatuor ab Impp. Lothario, & Ludouico deſtinati, in quo, de conſilio Sereniſſimorum Impp. Sancita 42. capitula, ad Chriſtianam diſciplinam & morum correctionem reſtituendam. Extant ipſi canones numero 42. quorum 37. recitati ſunt ex Synodo item Romæ habita ſub Eugenio Papa, additis autem ab ipſo Leone nonnullis, trigeſimus autem octauus ex Synodo Romæ habita ſub Zacharia, reliqui autem ipſius Leonis integri, quorum nonnullos in corpus canonum Gratianus, & alii collectores redegerunt.

Conc. Rõ. ſub Leõe.

Presbyt. Card. deponitur.

In hac denique, poſt cetera, Synodo, Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli B. Marcelli ab omnib. canonice eſt depoſitus, eo quod parochiam ſuam per annos quinque contra canonum inſtituta, deſeruit, & in alienis hucuſque demoratur. qui neque ad duo, pro eo congregata Concilia, venire volens, neque per Apoſtolicas epiſtolas, neque per tres vocatus Epiſcopos: ideo merito vno conſenſu, ſecundum quod de talibus, ſacris continetur canonibus, eum Sancta Synodus depoſuit, & ſacerdotali honore priuauit. Ex Anaſtaſio, qui Acta illa redegit in compendium, integra autem extant in Codice MS. Antonij Auguſtini, in quibus hæc eſt vltima Rom. Pont. ſententia in eum: *Anaſtaſium iam nuper excommunicatum presbyterum Titu. S. Marcelli, qui propriam parochiam relinquens, in aliena, per multa tempora, nititur immorari, a ſacerdotali miniſterio modis omnibus remouemus, ita vt locum reſtitutionis nequaquam inueniat. Si quis autem contra hanc definitionem noſtram quocunque tempore agere præſumpſerit, aut eum reſtituere in ſacro officio tentauerit, ſit ei a Sanctis. PP. & a nobis omnibus anathema.* Ad Cordubenſem Eccleſiam, dira perſecutione agitatam, conuertamus orationem. Defuncto Habdaraghmam Sarracenorum Rege perſecutore, acerbior etiam Chriſtianorum hoſtis Mahomad ſuccedens; Chriſtianos omnes, Palatio abdicauit, & premio regali priuauit, qui dudum militaribus veſcebantur annonis. Inter eos autem qui perfidis adhærebant, quidam, ob peritiam linguæ Arabicæ in officio exceptoris ſolus e Chriſtianis detentus, poſt aliquot menſes & Palatio, & miniſterio eſt abdicatus: ſed fide Chriſtiana abnegata, in honorem priſtinum eſt reſtitutus. Princeps, vt affligeret magis Chriſtianos, iubet Eccleſias nuper ſtructas diruere, & quidquid nouo cultu in Baſilicis ſplendebat, temporibus Arabum rudi formatione

Cordub. pſecutio.

adiectu…

A adiectum elidere. Per idis, ob aliquam ceſſationem procurrentium ad martyria, Chriſtianis inſultantibus, Ecce Fandila Abbas, iuuenis, ſed inſignibus virtutibus ornatus, obfirmato vultu Iudici ſe ſiſtens, prædicat Euãgelium, Mahometi exprobrat, qui in carcerem truſus, capiteque truncatus, vltra amnem eſt ſuſpenſus. Quem ſequens alio die Anaſtaſius presbyter, gladio confeſtim abſciſſus, ſuſpenditur. Cum quo & Felix Monachus, ex oppido Complutenſi martyrio pariter eodem die coronatur. Cordub. MM. Fãdila M. Anaſt. M.

Poſt, ipſo etiam die, virgo quædam adoleſcentula merito, & nomine Digna, ex collegio Monialium, paulo ante per viſum a Sancta Agatha inuitata, ad palmam proceſſit, & capite truncata, cum alijs vltra flumen patibulo ſuſpenditur. Denique hos ſequens Benildis femina ætate iam prouecta, ſub profeſſione ceterorum occubuit 12. kalen. Iul. Quorum cadauera poſt aliquot dies ingenti concremata incendio, ad vltimum in B fluuium proiecta, & diſperſa ſunt. Digna M. Benildis anus M.

Columba virgo Cordubenſis, exacta monaſticæ vitæ obſeruantia, ſibi ad martyrium via facta, anhelans ad eum peruenire cui fideliter ſeruierat, quibuſdam etiam reuelationibus ad id frequenter impulſa, e monaſterio proruens, ſeque iudici ſiſtens, Euangelicam profert veritatem, & iniquum dogma retundit. Cuius ſpeciem verbaque miratus iudex decollari mandat in foro, & vt lineis erat indutum cadauer ſportæ immiſſum alueo proijci Principes mandauerunt 15. Kalen. Oct. Quod poſt ſextum diem illæſum integrumque quorundam ſolertia monachorum diuinitus nobis allatum eſt, dignoque officio, in Baſilica S. Eulaliæ Virg. & Mart. conditum. Cuius Martyrij fama vulgata, Pompoſa virgo venerabilis diuino amore ſuccenſa, noctu ſe e cœnobio proripiens, quod extra Vrbem erat, mane ſeſe Iudicis conſpectui præſentat, apud C quem cum Chriſtum confiteretur, & Mahometum damnaret, gladio ſubijcitur 13. Kalen. Octob. cuius cadauer in flumen proiectum, & quorundam mercenariorum ſtudio, in quadam fouea, congeſto deſuper puluere, tumulatum, poſt dies circiter 20. induſtria quorundam Monachorum inde abſtractum, & ad prædictum B. Eulaliæ templum delatum ad pedes S. Columbę humatum eſt, vt quæ ſe in vita tanta caritate dilexerant, morte etiam ac ſepultura indiuiſæ manerent. hactenus carptim ex B. Eulogio [a] de huius anni martyribus. Columba V. M. Pompoſa V. M.

Hoc ipſo anno, ab auctore, qui poſt ducentos & triginta annos uixit, ac ſcripſit, Mariano Scoto, ponitur primum falſiſſime obitus Leonis Papæ, qui & vitam adhuc ad duos etiam annos propagauit, Anaſtaſio Bibliothecario teſte, qui hoc viuebat tempore, atq; præſens omnibus, vt teſtatur, ea ipſa ſcribebat: ſtultiſſime vero ei ſubrogata D mulier aſſeritur, Ioanna nomine, quæ ſederit annos duos, menſes quinque, & dies quattuor. Hic quidem primus huius portentoſæ fabulæ auctor, Marianus, a quinquageſimo octauo anno, poſt milleſimum, ad milleſimum octogeſimum ſextum vixit. Erant ea ipſa tempora quibus Marianus ſcribebat, cum Henricus III. Imper. (vt ipſe narrat) ſchiſmate cum ſuis, ab Eccleſia Catholica deſciuerat; cum & promulgato a Gregorio Papa VII. aduerſus clericos concubinarios decreto, complures ex illis, (vt ait) delegerint expelli potius ab Eccleſia, quam concubinas expellere. Addendum his, quod eo ipſo tempore, iam de femina ordinata in ſede Conſtantinopolitana Patriarcha fama ferretur, vt eſt in epiſtola Leonis IX. Rom. Pont. ad Michaelem Patriarcham Conſtantinopolitanum atque Leonem Acridanum, Rom. Eccleſiam maledictis proſequentes. Porro ea quæ ita erant fama vulgata de Eccleſia E Conſtantinopolitana, conuerſa in Rom. Eccleſiam a ſchiſmaticis eam odio proſequentibus, & calumnijs proſcindentibus, ita vt accepit, ipſe Marianus, eodem tempore, ſcripſit. Fortaſſe id fama vulgatum, quod Michael Imper. licet per ludum, vnum ecinædis ſuis fecerit Conſtantinopolitanum Patriarcham, qui cum alijs cinædis, Epiſcopis pariter nominatis, obiret ſacra, aliaque exerceret Pontificia munera. [a] Memor. Sãct. lib. 3. Io: Papæ fem. primus auctor. Fabula de Papa fem. refutatur. Marianus Scotus quãdo vixerit.

Vidimus de tempore, quo ſcribebat: videamus iam quid hoc eodem anno ſcripſerit. Anno, inquit, 853. Leo Papa obiit Kalen. Aug. huic ſucceſſit Ioanna mulier annis 2. menſ. 5. d. 4. hæc in eodem impreſſo Codice, Heroldi opera, qui mala

fide locum hunc, cum alijs multis, corrupit. nam in ſcripto Codice, ex quo prodijt prima editio, ita legitur: *Ioannes, qui, vt aſſeritur, fuit mulier.* 30. autem ferme annis poſt Marianum, Sigebertus, & ipſe ſchiſmaticus, in ſua Chronographia, eandem deſcribens fabulam, nulla aliqua firma vtitur teſtificatione, ſed incerta fama tantum ferri, quod ſcribit, aſſerit. Poſt hæc factum eſt, vt plures alij eadem ſuis ipſorum, quas ſcripſerunt, hiſtorijs intexuerint, alijque alia addiderint, vt mendacia vires ſumerent, adeo vt viri etiam pij res maiorum proſecuti, quæ de his inuenerint, abſque delectu deſcripſerint. Totam hanc fabulam, in qua mirum quàm exultent Nouatores, plures eruditi, & pij viri mendacij conuicerunt, ſed in primis Florimundus Remundus Conſiliarius Regius Burdegalenſis. Nos autem breuiter, pro inſtituti ratione, commentum hoc totum, non ſolum falſum, ſed nec veriſimile apertiſſime oſtendemus. Ridiculum autem eſt ſtudium Nouatorum in hac fabula fulcienda, & ſuadenda, vt ex eo, continuatam hactenus ſucceſſionem Rom. Pont. iam eſſe ſuccisam, & interruptam oſtendant, quaſi, etiam ſi demus feminam electam in Pontificem, Pontifex illa fuerit, quæ ne minoris quidem clericalis ordinis capax ſit. Qua ratione ne primus quidem eius fabulæ ſcriptor Marianus inter Rom. Pont. eam numeret: dum, qui ante Leonem IIII. vixit, Sergium numerat centeſimum primum: Leonem ſucceſſorem, centeſimum ſecundum, Benedictum, (illa abſque numeri nota prætermiſſa) legitimum Leonis ſucceſſorem, centeſimum tertium ponit, & ſic deinceps. Qua certiſſima ratione, nihil præterea, ex ea, lucri capiunt Nouatores, niſi vt dici poſſit, duobus illis annis, & menſibus Sedem Pontificiam legitimo vacuam fuiſſe Paſtore, non tamen ob eam cauſam ſucceſſionem a Chriſto per Petrum in poſteros continuatam, fuiſſe ſuccisam: nam & alias accidit, vt maiore etiam temporis ſpatio, ſedes Pontificia, dilata, per diſcordias eligentium, electione, vacarit; nec tamen ſucceſſionem deſijſſe quisquam vnquam auſus eſt dicere.

Cõfutatio fabulę de Papa fem.

Primum igitur nemo inficiabitur, quin, Anaſtaſio res ſui temporis ſcribenti, maior fides adhibenda ſit, quam Mariano, poſt duo ſæcula ſcribenti. At is diſerte ad hunc annum, quo Marianus Leonem obijſſe ſcribit, duos addit vitæ annos, & Leoni non Ioannam feminam, ſed Benedictum ſucceſſiſſe aſſerit.

Deinde vero ſilentium ipſum tanti temporis, de re tanta, tot emergentibus, tantum nefas declamandi occaſionibus, pluſquam mille dixeris iuratos teſtes eſſe ad certam exploratamque fidem faciendam, de fabulę vanitate, & falſitate. Certe quidem tam amici, facinus horrendum deteſtando, quàm hoſtes exprobrando, centies proclamaſſent.

Tertio, quomodo Leo IX, in hoſtes ea de femina euecta in Patriarcham, ipſe obijcere auſus eſſet, ſi maiori infamia, atque turpiori dedecore id fuiſſet in Rom. Eccleſia perpetratum? certe de tam numeroſa multitudine, poſt Leonem, Schiſmaticorum Orientalium Epiſcoporum, qui minima quæque arriperent ad Rom. Eccl. calumniandam, non eſt inuentus quiſquam qui id illi obijceret, etiam cum apud Latinos id iactari cæpiſſet. ſed neque de hiſtoricis Græcorum qui ab hoc vixerunt tempore, etiam ſchiſmaticis vel vnus extitit, qui probroſi eius facti meminerit. Nam quod apud vnum Laonicum Chalcondilam, nouiſſimum ſcriptorem, ea fabula reperitur eſſe deſcripta, id fraude interpretis, non auctoris agnoſcitur factum.

Scriptores de Papa fem. quam diuerſe a ſe diſſideant.

Quarto, Latini ipſi, qui poſt multa ſæcula de ea fabula ſcripſerunt, adeo inter ſe diſſident, vt magis eam deſtruant, quàm confirment. Diſſident in nomine, quo ipſam Ioannam antea nominatam volunt; nam alij Agnetem, alij Gilbertam, alij Iſabellam, alij Margaritam, alij Tuttam, alij Dorotheam: præter quam quod alij Germanam, alij Anglicanam dixere. Diſſident in nomine Papiſſæ Ioannæ, nam alij eam vocant Ioannem Septimum, alij Octauum, alij vero Nonum; cum tamen fuerint ijdem legitimi Eccleſiæ Rom. Pontifices. Diſſident & in tempore, nam alij in hoc anno collocant 853. alij ſequenti, alij in anno 857. Octauo alij, quidam 904. præter eos, qui ponunt eam poſt Martinum Primum, anno 653. alij, poſt Ioannem V. anno Chriſti 686. ſed vnde, qui, poſt Marianum primum auctorem, iſta ſcripſere, ab eo recedentes

In noīe.

In tẽpore.

A iſta ſibi tam diuerſa finxere? Diſſident & in ſedis tempore, dum alii eam ſediſſe tradunt anno vno, & menſe vno, & diebus 4. alii annis 2. totidemque menſibus, & d.4. alii duobus annis cum dimidio, duobus tantum annis alii, alii vero quattuor tantum menſibus. Diſſident etiam in fabulæ narratione, vt ne vnus quidem reperiatur qui conſentiat alteri; vt nulla penitus hiſtoria ſit de nomine, loco, tempore, & rebus quæ narrantur, adeo mendax, adeo inconſtans, & varia, diuerſa, & omni penitus veriſimilitudine carens. Quod autem primus præcipuusque fabulæ auctor Marianus Scotus eam hoc ipſo anno accidiſſe teſtetur, vt de omnibus germana veritas habeatur, conſulamus ſcriptores huius, non modo ſæculi, ſed iſtiusmet temporis, horumq; ipſorum annorum, qui in ſucceſſione Rom. Pont. nullum locum relinquunt Ioanni feminæ, non Lupus Ferrarienſis [a] epiſtola ad Benedictum, quem vocat ſucceſſorem Leonis, B non Nicolaus Papa, qui Epiſtolis ad Michaelem Imp. tertio repetit proximos prædeceſſores ſuos Rom. Pont. Leonem & Benedictum, nullo alio medio inter eos nominato, ſed & extat cuſa Nicolai epiſtola num.46. ad Epiſcopos, qui conuenere ad Sueſſionenſe Concil. in cauſa Hincmari Rhem. Epiſcopi, in qua pariter qui immediate ſucceſſerit Leoni ponitur, & aſſeritur abſque controuerſia Benedictus. Inſuper habentur Acta Tullenſis Concilii paulo poſt celebrati, in quibus pariter, abſque vllo interſtitio vel intercalatione, mox poſt Leonẽ ſubrogatus ęque ponitur Benedictus, vt, his non acquieſcere, omnino inſanire ſit. Præterea ſi ea fabula vera fuiſſet, vt Romę hoc tempore ſederit femina, cui in electione ipſe Nicolaus tunc Cardinalis ſuffragiũ oportuerit contuliſſe, qua fronte Photiũ redarguere potuiſſet (quod ſæpiſſime facit) eo nomine, quod cum eſſet laicus ordinari ſe Epiſcopum paſſus eſſet, cum & Imp. ipſum pariter ea de cauſa accerrima reprehenſione perſtringat, quod id agere præſumpſiſſet? quæ autem occaſio interceſſiſſe potuerit, vt de Ioanne Octauõ iſta ſcripta fuerint, & a nonnullis credita, ſuo loco dicetur. Plura qui quærit de tota re, legat Annales, vel potius Remundi tractatum. C

In ſedis tẽpore.

In fabulæ narratiõe.

Script. huius tẽporis nullũ huic fem. tẽpus dant.

a ep.103.

Hoc eodem anno moritur Aymo Epiſcopus Halberſtatenſis, ſcientia clarus, cuius adhuc extant complura ſcriptorum monumenta, ab aliis dinumerata.

Chriſti Annus	*Leonis Pap.*4.	*Lotharii* 14.	Impp.
854	8	*Michaelis iii.* 13.	*Indict.* 2.

D

LEo Papa Centumcellenſe opidum ante quadraginta annos a Sarracenis euerſum, opportuniore loco, ob aquarum copiam, reſtituit, & a ſuo nomine Leopolim appellauit. Eccleſias ibi conſtructas multis precioſis muneribus donauit. ex Anaſtaſio.

Eodem anno Cordubæ in Hiſpania, perſeuerante perſecutione Sarracenorum, Abundius presbyter martyrium conſummauit. v.Id.Iul. quo die in ſacras tabulas relatus eſt, de quo & Eulogius meminit. [b]

b Mem. Sãct. li.3. c.12

Quod ad res Danorum pertinet, habet hæc vetus Chronicon a Pithoeo editum. Ciuile bellum exortum inter Horic Danorum Regem, & filium fratris Guduym, qui E Regno pulſus piraticam exercebat; vniuerſoque populo factione diuiſo, parte altera Regi, altera Nepoti ſtudente, miſerabili modo conciderunt, de regia ſtirpe, non niſi puerulo remanente. Ita Domino ſanctorum uirorum ſuorum iniurias ulciſcente, & aduerſariis digna factis retribuente.

Quod ad res pertinet Orientis, eodem anno ab Ignatio Patriarcha celebratum eſt CONCILIVM COSTANTINOPOLI, in quo depoſitus eſt Gregorius Epiſcopus Syracuſanus; ita tamen vt aſſenſus Leonis Rom. Pont. requireretur. qui confirmare diſtulit, donec pars altera audiretur. Interea uero Leo obiit, & ad ſucceſſorem (quod contigit anno ſequenti) eadem cauſa delata eſt. Habet iſta Nicolaus Papa in

Conc. quo damnatur Greg. Syracuſ.

a. Epiſt. 9.

Acta Synodalia & iudicia Epiſcop. & Patriarch. indigent Rom. Pōt.

Michaelis Imp. mores corruptiſſimi.

Im p. Illuſor ſacrorum.

epiſtola ad Michaelē Imp.[a] Ex hac damnatione Gregorij Syracuſani dirum cōflatum eſt Schiſma. Hinc enim arrepta occaſione Gregorius hic vlceſcendi ſe de Ignatio Patriarcha, malis artibus curauit eum deponi, & Photium eunuchum, ex laico intrudi, vnde innumera ſecuta ſunt mala. Nota autem, Synodalia acta, ſententias Patriarcharum, iudicia Epiſcopalia indiguiſſe confirmatione primæ Sedis Pontificis. Quod autem Sicilia ſub iuribus adhuc eſſet Orientis Imp. Quamuis occupata eſſet a Sarracenis, primas cauſas vindicauerat ſibi Cōſtantinopolitanus Epiſcopus, ita tamen, vt ſua acta confirmatione indigere Apoſtolicæ Sedis non ignoraret.

A

Quod autem ad ipſum Michaelem Imp. pertinet, hoc ipſum eſt plane tempus quo, poſtquam exceſſit ex Ephębis, quos tutores habuit faſtidiens, & matrem imperij curatricē, aduerſatricem vero ſuis deprauatis moribus auerſatus, liberas habenas imperij cupiens moderari Theoctiſtum, & Manualem tutores amouit, illo opera Bardæ auunculi occiſo; iſto poſtea morbo e vita ſublato, ſequenti vero matrem detruſit in Monaſterium, vt ſuo loco dicturi ſumus. Erant infeliciſſimo iuueni ad omne malum illectores & aſſentatores ſceleſtiſſimus Pædagogus, & Barda frater Theodoræ A. imperij cupidiſſimus: Duobus iſtis tanquam omnium ſcelerum biga vectus Imp. redditus eſt temporibus iſtis nouus Nero, non inferior aurigandi arte, nec libidine impar, ſed prodigalitate perſimilis, atque ſæuitia proximus. Fuſius de his omnibus agit Curopalates, ex quo iſta duntaxat, quæ ſacra attingunt, hic reddamus. Ait poſt alia probroſi hominis enarrata facinora. *Hæc igitur* (inquit) *omnia homini odium conciliabant omniumque in ipſum iram merito concitabant, & quod peſsimum eſt Cinędorum ipſum comitantium ſocietas, & ad omne turpe facinus paratorum. Quos ille in honore habens, & colens, diuinis vero illudens, & inſultans, ſacras veſtes auro contextas induit, & Chamydes, turpiterque, & impure cogebat res diuinas peragere; caſtiſsimaque myſteria, iſtorum Principem, Gryllum nomine, Patriarcham vocans, & reliquos vndecim Metropolitanos, ſe quoque vnum e Sacerdotibus fieri voluit, qui Præſul Coloniæ appellabatur. Cumque oporteret eos canere myſteriaque perficere, cythara cantiunculas abſoluebant &c.* Habebantque vaſa inaurata, & pretioſis lapidibus ornata, quæ aceto, & Synapi implentes, ijs qui ſumerent, porrigebant, ad hunc modum ſacroſancta, & impolluta myſteria irridentes.

B

C

Pergit dicere, vt improbus iſte cætus cinædorum occurrerit aliquando in via B. Ignatio Patriarchę cum ſacro Clero, & ſupplicationibus procedenti, nec ceſſerit, ſed vehementioribus vſus plauſibus ſanctos illos maledictis, & turpibus probris laceſſirit. Vt item iſte impudentiſſimus Imperator matremquoque ſuam Theodoram in Palatio adhuc degentem accerſierit, vt a Patriarcha benedictionem acciperet, quaſi is eſſet B. Ignatius, vtque ea ſumma religione exierit, & in terram ſe proſtrauerit, cui nefarius ille oppederit, verbaque proprio ore digna protulerit, quod illa factum iniquiſſime ferens, filium execrata ſit, ipſumque prope diē diuina prouidentia deſtitutū iri, quaſi propheta vaticinata ſit.

D

Chriſti Annus 855 *Benedicti Pap.* 3. 1 *Lotharii* 15. *Michaelis* 3. 14. *Impp.* } *Indict.* 3

E

T. 3. Conc. edit ven. Conc. Val. in Gallia c. Gotheſcalcum. Doctr. Cathol. de pdeſtinatione..

MENſe Ianuario, viuente Leone, celebratur *Concilium Valentinum in Gallia* quorundam Scotorum vagorum occaſione, quorum Princeps Gotheſcalcus qui de prædeſtinatione & præſcientia, prauas opiniones in vulgus ſpargere laborabant, ex quibus Catholica doctrina corrumperetur. aduerſus quos inſurgentes Epi-

ſco-

A ſcopi vetuſtatem nouitati oppoſuerunt, nimirum quod olim in Africa in Concilio Carthaginenſi, in Gallia Arauſicano ſtatutum fuerat, Nempe bonos, non niſi per gratiam Dei ſaluari, malos per ſuam damnari iniquitatem. Nec ipſos malos, vt ipſi dicebant, ideo perire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed quia eſſe noluerunt. De hoc Gotheſcalco, horum auctore errorum dictum eſt ſuperius in ſecundo Concilio Moguntino ſub Rabano. Poſt hæc autem in eadem Synodo, ad corrigenda mala, quæ per laicos Eccleſijs inferrentur, conuerſi ſunt Patres, ac in primis, ne qui nominarentur a Regibus Epiſcopi, ita indiſcuſſi reciperentur, ſed de doctrina, atque moribus diligentiſſimum haberetur examen. Vetuerunt inſuper ne vtraque pars litigantium iurare ſimul compelleretur, cum eſſet neceſſe alteram peierare. ſed & qui creuerat, graui animarum damno, in populo Francorum, abuſus, vt cauſæ B ſæpius duello dirimerentur, canonica cenſura, dignaque cohibuere ſeueritate. Alia etiam ſtatuere ad curam Epiſcoporum ſpectantia ex quibus deplores ea tempora, quibus Principum nimia licentia grauiſſime affligebantur, & per eius Magiſtratus grauia pati compellebantur.

Epiſcopi nominati a Reg. examinandi. Duella in Fräcia interdicta.

Eodem anno Menſe Februario TICINI CONCILIVM CELEBRATVR ab Epiſcopis Ciſalpinis, Ludouici Imp. monitu. inualuerat autem abuſus, vt, non vt olim conſueuere maiores, ipſi Epiſcopi Sacerdotali auctoritate per canones, quæ viderentur, in Eccleſia conſtituerent, ſed vt ea per capita digeſta in Palatium mitterent probanda ab Imp. quod factum videmus in Concilio Valentino, & in Ticinenſi. Sic enim de propoſitis ab eo Concilio reſcribit. *Statuimus autem vt Eccleſiæ Dei per totius Regni noſtri fundatæ terminos, ſub noſtræ im-* C *munitatis tuitione ſecure cum rebus, & familijs permaneant, ceu prædeceſſorum noſtrorum pijſſimorum Auguſtorum temporibus fuiſſe probantur, earumque Rectores proprijs vtantur priuilegiis, & Monachi per ſua cœnobia regularem teneant ordinem. Similiter & Clerus omnis proprio fungatur miniſterio nemine mole ſtante noſtri terroris formidine &c.* Accidit autem vt Daniel quidam Magiſter militum, Gratianum eminentiſſimum Magiſtrum militum, & Rom. Palatij egregium ſuperinſtam (ſic loquitur Anaſtaſius) & conſiliarium, calumnioſe deferret, apud Ludouicum Imp. quaſi meditantem, aduocatis Græcis, & pulſis Francis, illis Romam prodere. Quo audito, Imperator furore ſuccenſus, Romam, nullis præmiſſis nuncijs ad Pontificem, nec ad Senatum, accurrit, quem tamen venientem Leo Papa honorifice ſuſcepit, & blandis ſermonibus placauit. Quæſtio- D ne autem habita de Gratiano, Daniel calumniæ conuictus eſt, & ore ſuo ea confeſſus: & propterea Gratiano traditus, vt de eo, quod libuiſſet, ſtatueret. eum tamen Imperator a Gratiano expetitum, impetrauit, & periculo eripuit. Quibus peractis Imp. abijt, & Sanctiſſ. Leo Papa non poſt multos dies obdormiuit in Domino, 16. Kal. Aug. cum ſed. ann. 8. menſ. 3. diſt. 5. relatus in ſanctos, quos eximie coluit, & per eorum interceſſionem, multa, & difficillima feliciter præſtitit. Ex Anaſtaſio, qui plures Eccleſias, & Monaſteria ab eo ædificata, & reſtaurata, & dona plurima & pretioſa diuerſis Eccleſijs collata proſequitur. Addit etiam octauam Aſſumptionis B. D. Genitricis diem, quam minime antea Roma colebat, Vigilijs ſacris, matutiniſque, cum omni clero pernoctantem laudibus in Baſilica eiuſdem ſemper Virginis Dominæ noſtræ, quæ foris muros iuxta Baſilicam B. Lau- E rentij Martyris ſita eſt, celebrare præcepiſſe.

T. 3. Conc. edit ven.

Lud. Imp. pro Eccleſiaſtica libertate.

Calūniæ conuictus calumniatori traditur.

Aſſūptionis B. M. V. octaua, qñ celebr. cœpta.

Item, inquit, Crucem, quæ vt mos eſt antiquus, ferebatur a Subdiaconibus ante equū Pontificium, Deo adiuuante, in auro, & argento, & gemmis, melius renouauit

Crux præferri ſolita equitanti Papæ.

Aliqua alia de Leone IV. feruntur, quæ in annum certum referri non poſſunt: nimirum, vt Legatio ex Gallia, qua functus eſt Lupus Ferrarienſis Abb. de qua ipſe Lupus [a] Epiſtola ad Benedictum Papam eius ſucceſſorem, *Tempore* (inquit,) *deceſſoris veſtri B. memoria Leonis functus legatione Romæ, cui auctore Deo præſidetis, & ab eodem Antiſtite exceptus benigne atque tractatus &c.* & ad Marcuadum Abb. [b] *Orationis*, (inquit,) *gratia, & quarundam*

a Ep. 103. Legatio ex Gall. ad Papam. b Epiſ. 68.

Eccle-

*Eccleſiaſticarum ſtudio cauſarum, quas Deo volente, reuerſus, cum vos videro, Pa- A
terniati veſtræ aperiam, Romam proficiſcor. Et quoniam in efficiendis rebus, A-
poſtolici notitia indigebo: ea vero ſine munerum interceſſione iniri commode non po-
teſt: velut ad paternum, immo ad maternum gremium ad vos confugio, ſupplicans, vt
ſicut nunquam mihi vlla neceſsitate defuiſtis, ita nunc adeſſe dignemini, mihique, ſi
vllo modo poteſtis, per præſentes nuncios duo ſaga Veneti coloris, & totidem lintea,
quæ Germanice Glizza vocantur, dirigatis, quæ illi comperi eſſe cariſsima &c.*

Vet⁹ mos adeundi Pont. cum munerib.

Vetus mos non adeundi legatos Summũ Pontificem abſque muneribus, tanquam
Eulogiis, quæ Symbolum charitatis exprimerent in dante, & in accipiente non argue
rent auaritiam, vt vidimus ſuperius de S. Bonifacio Martyre Epiſcopo Moguntino
hiſce xenijs Rom. Pontifices frequentate.

Legatio ex Conc. Britan. ad Papam.

Alteram legationem accepit a SYNODALI BRITANNIÆ CONVENTV, B
de nonnullis illum conſulentem. Quænam autem iſta fuerit, epiſtola eiuſdem Leo-
nis Pontificis ad eos reddita docet.[a] In qua, præter alia, hæc habentur. *De libel-
lis & commentariis aliorum non conuenit aliquem iudicare, & ſanctorum Concilio-
rum canones relinquere, vel Decretalium regulas, ideſt quæ habentur apud nos ſimul
cũ canonibus. Quibus in oĩbus Eccleſiaſticis vtimur iudiciis, ſunt canones Apoſtolo-
rum, (vel, qui dicuntur Apoſtolorum) Nicænorum, Ancyranorum, Neocæſarien-
ſium, Gangrenſium, Antiochenſium, Laodicenſium, Coſtantinopolitanorum, Ephe-
ſiorum, Chalcedonenſium, Sardicenſium, Africanenſium, Carthaginenſium, & cum
illis Regule Præſulum Romanorum, Silueſtri, Siricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſtini,
Leonis, Gelaſii, Hilarii, Symmachi, Hormiſdæ, Simplicii, & Gregorii Iunioris; Iſti
omnino ſunt, & per quos iudicãt Epiſcopi, & per quos ſimul Epiſcopi iudicantur, & C
clerici. Nam ſi tale emerſerit vel contigerit inuſitatum negotium, quod minime poſ-
ſit per ipſos definiri: tunc ſi illorum, quorum meminiſtis, dicta, Hieronymi, Auguſtini,
Iſidori, ac ceterum ſimilium ſanctorum Doctorum reperta fuerint, magnanimiter ſunt
retinenda, ac promulganda, vel ad Apoſtolicam ſedem referenda de talibus. Quam
ob cauſam luculentius & magna uoce pronunciare non timeo, quia, qui illa, quæ dixi-
mus Sanctorum Patrum ſtatuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur. (ſi-
ue ſit ille Epiſcopus, ſiue clericus, ſiue Laicus) non indifferenter recipere conuincitur,
nec Catholicam, nec Apoſtolicam ſedem, nec ſancta 4. Euangelia vtiliter & efficaci
ter ad effectum ſuum retinere vel credere probatur.* Hæc ibi, ex quibus vides, hacte
nus nõ vſu receptas epiſtolas illas, quę ante Sylueſtrum diuerſorum ferrentur Rom.
Pont. ab Iſidoro collectas. Extat & eiuſdem Pont. Epiſtolæ fragmentum ad D. Bri- D
tannię, Vernonem, apud Gratianum.[b] De illa autem quam idem Leo Papa IIII. ad
Carolum Francorum Regem Epiſtolam ſcripſit, recitat Gratianus eiuſmodi Fragmẽ
tum. *Si fortaſſis (quod non credimus) apud vos inutiles iudicamur: Eccleſia tamen cui
permittente Domino, præſumus, non inutiles, ſed caput principiumque omnium me-
rito ſimul ab omnibus uocatur.* Alia fragmenta, ex diuerſis aliis eius Epiſtolis, citan
tur apud Gratianũ.[c] De eodem Leone illud pariter proditum ab antiquis, quod cum
Ecbertus Rex Anglorum ſine ſucceſſore Rege defunctus eſſet, Apoſtolica auctorita
te diſpenſauit, vt Adulphus, ſiue Aledulphus eius filius iam Subdiaconus ordinatus,
vxorem ducere poſſet, teſtatur hæc Gothelinus Morinenſis in vita S. Suithuni Epi-
ſcopi Vintonienſis.[d]

Notẽt cõtemptores canonũ.

Papa diſpenſat cũ ſubdiacono, vt accipiat vxorem.

Extat in Bibliotheca Vaticana apud Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, ſuorum tẽ E
porum celeberrimum Theologum, eiuſdem Homilia, hac inſcriptione.

Leo IIII. Rom. Pontifex homiliam conſcripſit, quam quiſque Epiſcoporum in Sy
nodis dioceſanis recitaret ad Clericos, qua edocerentur eccleſiaſtica officia deſcriptã
eam habes in Annalibus.

Eodem anno, dum adhuc, ipſe Leo ſuperſtes eſſet, Ethelulphus Rex Occidenta-
lium Saxonum in Anglia, propter calamitates temporum donationem fecit, quam
recitat Mattheus Vueſtmonaſterienſis. *Quamobrem*, inquit, *Ego Ethelulphus Rex Oc
cidentalium Saxonum cum conſilio Epiſcoporum & Principum meorum conſilium ſa*

lubre,

a ep. Decret. 2. T. 1 fine.

b 7. q. 1. c. 10.

c 16. q. 7. c. 6. c. 29. d. 1. q. 1. c. 5.

d Apud Sur. 2. Iul.

A *lubre, atque vniforme remedium affirmaui, ut aliquam portionem terræ meæ Deo & B. Mariæ & omnibus ſanctis, iure perpetuo poſſidendum concedam, decimam, ſcilicet partem terræ meæ, ut ſit tuta muneribus &c. ſitque omnium rerum libera pro remiſſione animę & peccatorum meorum ad ſeruiendum ſoli Deo, ſine expeditione, & pontis conſtructione, arcis munitione, ut eo diligentius pro nobis preces ad Deum, ſine ceſſatione fundãt, quo eorũ ſeruitutẽ in aliquo leuigamus. Placuit aũt Epiſcopis Eccleſiæ Schireburgẽſis, Alſtano, & Vuintonienſis, Suuithuno cum ſuis Abbatibus, & Dei ſeruis, uiris ſcilicet & feminis religioſis, quibus ſupradicta collata ſunt beneficia conſilia inire, ut omnes fratres, & ſorores omni hebdomada, die Mercurii, in unã quaque Eccleſia cantent pſalmos 50. & unuſquiſque presbyter duas Miſſas, una pro Rege & aliam, pro Ducibus eius, in hunc modum conſentientibus pro ſalute, & refrigerio* B *delictorum noſtrorum. Poſtquam autem defuncti fuerimus, pro Rege defuncto ſingulariter, et pro Ducibus cõmuniter. Et hoc ſit firmum conſtitutum omnibus diebus Chriſtianitatis, ſicut libertas conſtituta eſt, quamdiu fides creſcit in gente Anglorũ. &c.* His ita geſtis ſubdit auctor. *Rex magnificus Occidentalium Saxonum Ethelulphus, cum honore maximo Romam profectus, duxit ſecum Aelfridum filium ſuum iuniorem, quẽ ceteris omnibus plus dilexit tuta Papa Leone moribus pariter & religione informaretur. Vbi cum anno integro Rex cum filio demoratus fuiſſet fecit filium ſuũ ibi a Papa in Regem coronari, atque poſt dies paucos ad patriam rediens, duxit Iuditham Caroli Regis Francorum filiam ſecum in Angliam ſibi matrimonio copulatam &c.*

Donatio Reg. Angliæ Eccleſiæ facta.

Suffragia pro donatione.

Rex Angl. ducit ſecũ filium Romã a Papa religione informandum.

C Rurſum vero ſub eodem Leone Rom. Pont. conſtat quemdam Vualbertum nobiliſſimum Saxonem, Chriſtiana pietate feruentiſſimum, Romam iuiſſe religionis gratia, atque petijſſe ab eodem Leone Summo Pont. corpus S. Alexandri Martyris, qui fuit vnus ex filiis S. Felicitatis, accepiſſeque ab eo, atque in Saxoniam deportaſſe, illicque in Collegio à Patre ſuo Vuigberto inchoato collocaſſe, digneq; coluiſſe; q̃d habent ſcriptores rerum Saxonum [a]. Hic demum innuenda ſunt quæ tempore eiuſdem Leonis Papæ IIII. Io: Diaconus ualde miranda contigiſſe tradit in Monaſterio S. Gregorijs ad cliuum Scauri quæ, qui uelit, legat citato loco.

Corpus S. Alex. M. delatũ in Saxon.

Crãt. Sax. Metrop. li. 2. c. 27. alii a in vita S. Greg. lib 4. c. 86.

Leone defuncto abſque mora in locum eius ſubrogatur omnium conſenſu Benedictus, Romanus, ex Presbytero tituli Calliſti. Verum mox factione prauorum, qui uſi ſunt ad flagitium opera Legatorum Imperatoris, intruditur Anaſtaſius olim presbyter tituli Sancti Marcelli excommunicatus. verum reſiſtente magna cõſtantia Rom. D Clero populoque; Anaſtaſio Schiſmatico renitente, eijcitur, atque in ſuam ſedem idem Benedictus reſtituitur. Hæc ſumma rerum, quæ fuſius ab Anaſtaſio, qui aderat narrantur. Fuit iſte peſſimus conatus Imp. Ludouici, qui uidens in electione Pontificis nullam haberi rationem Imperatoris, in odium Rom. cleri eligentis Pontificem, ſtuduit prouehere in Sedem Apoſtolicam hominem illum perditiſſimũ, qui diu multũq; iſta molitus fuerat. Sed omnis conatus Imperatoris irritus penitus redditus eſt.

Schiſma breue.

Pretioſa dona initio Pontificatus a Benedicto Eccleſiis donata perſequitur Anaſtaſius.

Eodem anno (vt Regino, & alii veteres tradunt) Imper. Lotharius, relicto Imperio atque Regno diuiſo, Ludouico Italiam, Lothario Regnum quod in Francia poſſidebat, dedit, præter Prouinciam, quam Carolo tradidit: ceteriſque rebus cunctis bene E diſpoſitis, abdicans ſe ab omnibus humanis curis, Pruniacenſe ingreſſus eſt Monaſterium, vbi, coma depoſita, habitans, ſanctæ Religionis accepto habitu fit Monachus. Demum eodem anno 4. Kalen. Octobr. (an 6. vt alii tradunt) ſpiritum Deo reddidit. Laudatus inuenitur a Rabano in libro de anima, & ab Angelomo in præfatione in Cantica. Extat ſepulchralis inſcriptio eiuſdem Lotharij Imp. quæ falſo alicubi ſub nomine Henrici III. ſcripta reperitur: ſed non niſi Lothario conuenire probatur, ex appendice T. 10. Annal. Eam exſcripſit auctor ex Cod. Vatic. Conciliorum Galliæ, abſque nomine Imp.

Lothar Imp. Monachũ induit.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc eodem anno Michael Imp. vt liberas in omni-

bus malis agendis habenas Imperii poſſideret, ſublatis e medio viris probis relictis ſibi a Patre tutoribus, matrem ſuam Theodoram Aug. Sanctiſſimam feminam, cum annos 14. cum ipſa imperaſſet, cum filiabus tribus attonſam detruſit in Monaſterium, vbi longe poſt vita deceſſit. hæc fere ex Curopalate. A

Cordub. Mart. Hoc eodem anno, perſeuerante in Hiſpania perſecutione Sarracenorum Amator Tuccitanus, Petrus, & Ludouicus genere Cordubenſes, cum munus prædicationis ſuſcepiſſent, fidei Chriſti cauſa perempti ſunt, Pridie Kalen. Maias. Hos ſequutus ad Coronam Vuiteſindus ea ætate clarus. agit de his S. Eulogius in Memoriali Sanctorum.[a]

a lib. 3. ca. 13. & 14.

Chriſti Annus	*Benedicti P.* 3.	*Ludouici* 2. 1.	*Impp.*
856	2	*Michaelis* 3. 15.	*Ind.* 4.

B

Quinta die Ianuarii huius anni Tiberis excreſcens Vrbem alluuione vexauit, de qua pluribus Anaſtaſius. eam ſecuta eſt peſtis, quæ obſtructione gutturis citam mortem inferebat, de qua Io: Diaconus, huius temporis ſcriptor, meminit ad finem rerum geſtarum S. Gregorii Papæ, dum agit de ſignis, & prodigiis quæ fieri contigerunt in Monaſterio eiuſdem S. Gregorii.

Eodem anno Michael Imp. ſecundum antiquam conſuetudinem cum accepiſſet nouum Romæ electum eſſe Pontificem, Legationem ad eum miſit cum muneribus.

Rex Lazorum viſitat limina Apoſtolorum. Iis temporib. Rex Lazorum ex remotiſſimis regionibus, trans mare Caſpium, Romam venit, ad Limina Apoſtolorum, & diuerſa B. Petro Apoſtolo dona obtulit. aurum epiſcopis, presbyteris, uniuerſo clero, & optimatibus diſtribuit, argentum autem populo: & paulo poſt in ſuum Regnum reuerſus, abiit ad Dominum. Ex Anaſtaſio. Hoc etiam tempore & ipſe Patriarcha Conſtantinopolitanus Ignatius mittens ex more ad nouum Pont. Legationem dedit & legatis Acta Synodalia, quibus probaretur legitime facta Gregorii Syracuſani depoſitio. Qui cognitis cunctis, quæ ſpectarent ad cauſam, depoſitionem ipſius Gregorii tunc præſentis, confirmauit, dignumque iudicauit, qui a munere ſacerdotali eſſet extorris. Hæc omnia nota fiunt ex litteris Nicolai Papæ, Benedicti ipſius ſucceſſoris. C

Nicol. ep. 6. & 7.

Contigit eodem tempore eundem Rom. Pont. Benedictum litteras conſultorias accipere[b] a Lupo, magni nominis Abb. Ferrariēſi, diœceſis Senonenſis, in cuius titulo eū vniuerſalem Papam appellat, & latores litterarum de conſuetudinibus Eccleſiaſticis, quæ variæ in diuerſis locis tenentur, petit diligenter inſtrui, denique rogat mitti ſibi S. Hieronymi Commentarios in Hieremiam, a ſexto eorum libro, quibus carebat, ad deſcribendum. Tullium denique de Oratore & 12. libros Inſtitutionum Oratoriarum Quintiliani, quos imperfectos habebant, & commentum in Terentium. D

b ep. 103.

Miſerādus ſtat⁹ Gall. ſub Caluo. Quod ad reliqua ſtatus rerum Francorum ſpectat, erat plane hoc tempore miſerandus atque lugubris ſub Carolo Caluo. nam vndique ebulliebant factiones ſubditorumque rebelliones, furta, deprædationes, graſſationes & cædes omneque violentæ turpitudinis genus, ad quæ omnia euellenda idem Carolus, hoc ipſo anno, habuit SYNODVM IN VILLA CARISSIACVM nominata, ex qua eiuſdem Regis ſcripta eſt ad ſuos admonitio, ſiue exhortatio, quam nunquam editam, ex Cod. Antonii Auguſtini, auctor Annalium edendam curauit. Hoc eodem anno miſit Rex Carolus ad Francos & Aquitanos, qui ab eo deſciuerant, capitula, quæ in eodem Codice extant, ſed auctor Annalium deſcribere prætermiſit. ſunt plane hæc illa tempora, de quibus Lupus Ferrarienſis in ſua Epiſtola[c] his verbis. *In Regno Caroli Regis noſtri, nouis exortis rebus, impunè latrocinia committuntur, & nihil ſecurius atque conſtantius, quàm rapinarum violentia frequentatur. talis eſt igitur commeatium quærenda ſocietas, quorum numero, atque virtute, improborum factio euitetur, aut, ſi neceſſe fuerit repellatur.* & in vltima epiſt. ad Huenilonem Archiepiſco- E

c ep. 104.

pu-

A pum Senonenſem. [a] *In diebus Pontificatus veſtri ad tantam libertatem vitia proruperunt, vt vindicata impunitate, ſpretis quibusque, nec Deus, nec Rex, nec Epiſcopus timeatur &c.* Porro aduerſus tantum malum laborandum fuit etiam Rom. Pontifici Benedicto. Etenim cum huiuſmodi depr̨dationibus, & turpiſſimis flagitijs, inter alios daret quoque operam Hubertus Subdiaconus, Boſonis filius, re perlata ad Benedictum Papam, aduerſus eum Apoſtolicas litteras [b] dedit ad Præſules omnes, ſub Caroli Regno conſtitutos, per quos eædem ipſi innoteſcerent, quibus, poſt commemorata eius facinora, & flagitia, & Monaſteriorum inuaſiones, Sancti Mauritij, & Luxouieſis, citat eum Romā, quod niſi paruerit, intorquet in illum anathema. a ep. 126. b In Vita Cod. MS. Ant. Aug.

Hoc eodem anno (habet vetus Chronicon a Pithoeo editum) *m. Febr defunctus eſt Rabanus Archiepiſcopus Moguntiacenſis Eccleſiæ habens in Epiſcopatu annos 9.* B *m. 1. & d. 4. Cui ſucceſsit Carolus, magis ex voluntate Regis & conſiliariorum, quam ex conſenſu & electione cleri & populi.* De eo Trithemius tradit, ipſum, præter opuſcula tam carmine quam ſoluta oratione conſcripta, ſcripturam ſanctam a principio vſque ad finem omnem feliciter explanaſſe, virum plane omni litterarum genere egregie exultum, triumque linguarum Hebraic̨, Græc̨, atque Latin̨ peritum. Rabani obitus.

Eodem anno Corduba, in Hiſpania, vigente adhuc perſecutione Sarracenorum, nouis eſt illuſtrata martyribus, Helia Presbytero, Paulo & Iſidoro Monachis, 15. Kalen. Maias. 4. vero kalen. Aug. Argimiro Monacho 14. autem Kalen. Aug. Aurea virgine clariſſima, quæ, quo debilior, priori in certamine ſuccubuit, eo fortior in poſteriori agone certans inſigniorē Martyrij coronam promeruit, quorum omnium digna certamina S. Eulogius Martyrij candidatus, conſors Martyrum ſcripſit. Cordub Mart.

C

Chriſti Annus	*Benedicti P.* 3.	*Ludouici* 2. 2.	*Impp.*
857	3	*Michaelis* 3. 16.	Ind. 5.

HAbita eſt hoc anno SYNODVS APVD MOGVNTIACVM circa Kalen. Octobris, præſidente Carolo Archiepiſcopo, vbi, inter alia, ventilata eſt cauſa de iure Eccleſiaſtico. Præſentata eſt Epiſtola Guntharij Colonienſis Epiſcopi ad Altfridum Epiſcopum directa, D in qua legebatur contigiſſe Coloniæ 17. Kalen. Octobr. terribilem valde tempeſtatem, populo cuncto, præ nimio horrore, in Baſilicam S. Petri confugiente, & ſignis Eccleſiæ concrepantibus, vnanimiter Dei miſericordiam implorante, ſubito fulmen informe, ignei draconis inſtar, Baſilicam ſcidiſſe, & penetraſſe, atque ex omni illa multitudine tres homines, diuerſis quidem locis, ſed vno ictu in mortem deieciſſe, presbyterum ſcilicet iuxta altare Sancti Petri, Diaconum ad altare Sancti Dionyſij, laicum autem ad altare Sanctæ Mariæ: alios etiam numero ſex eodem impetu ita proſtrauiſſe, vt elati ſemiuiui vix conualeſcerent. Feruntur, & alia his temporibus Treuiris contigiſſe, quæ ideo ſcribere diſtuli, quia de eis certum nuncium non habui. hæc de his auctor huius temporis in Annal. Franc. Porro Concilium hoc Moguntinum excidit. Prodigiū Coloniæ.

E Eodem anno Cordubæ in Hiſpania, ſæuiente adhuc perſecutione Sarracenorum in Chriſtianos, 3. Id. Mart. Rudericus & Salomon martyrium, ſumma gloria, conſumarūt, de quibus S. Eulogius in Apologetico, quo obloquētibus in ſanctos Martyres, & negātibus Martyres appellādos, quod, nō ſicut antiqui Martyres, a cultoribus Idolorum occiderentur; quod non vt antiqui, miraculis coruſcarēt, quod deniq; nō, vt illi, diuerſis tormentis cruciarentur, ſed ictu gladij cito certamen abſoluerent, acriter confutauit. In cuius Apologetici poſteriori parte proſecutus eſt dictorū Martyrum Ruderici, & Salomonis glorioſum certamen publice exantlatum; & Dei nutu factā inuentionē, non ſine miraculo, poſt 20. dies demerſis in flumine ſacris mēbris, Cordub. Matt.

repertis incorruptis, & ſuauiſſimum odorem ſpirantibus: ac denique Eccleſiaſticum funus illis exhibitum. Sed, & quomodo eodem hoc anno ſæuierit barbarica gens etiã in lapides ipſos atque parietes, pinnacula Eccleſiarum & turres euertendo, narrat S. Eulogius. A

Cõuentus ad S. Quintinum.

Hoc pariter anno habitus eſt CONVENTVS APVD. S. QVINTINVM in quo Carolus Caluus cum fratribus, & nepotibus pacem ſe tenere profeſſus eſt, ſtatutis ea de re quibuſdam capitulis. ex ſcripto Cod. Ant. Auguſtini illato in Biblioth. Vatic.

Hoc anno contigit obitus Regis Occidentalium Saxonum in Anglia religioſiſſimi Etheluulphi, qui inter alia pia legata trecentas denariorum mancuſas (ſic appellat auctor Matthæus Vueſtmonaſterienſis) annuatim legauit Baſilicis Apoſtolorum, ducentis quidem ad luminaria, centum autem Vniuerſali Papæ ad eleemoſynas ampliandas. B

Chriſti Annus	*Nicolai Pap.*	*Ludouici* 2. 3	*Impp.*
858	1	*Michaeli* 3. 17	*Indict.* 6.

Pap. Diacon. humeris elatus ad ſepulchrum.

BEnedictus Papa moritur die 16. Februarij, cum ſediſſet, ſecundum Anaſtaſiũ ann. 2. M. 6. d. 10. Plurima dona diuerſis Eccleſijs ab eo tradita, copioſe recenſet Anaſtaſius. Diaconorum humeris elatus eſt ad ſepulturam, vt ipſe ſtatuerat, inter quos fuit Nicolaus, qui illi ſucceſſit in Pontificatu. Ludouicus Romã cum adijſſet conſilijs cum Benedicto mature compoſitis, inde profectus, eius e vita tranſitum in itinere cum cognouiſſet, mæſtus Vrbem repetijt: Clerus, Proceres, & populus in Baſilica B. Dionyſij conueuientes vnanimes Nicolaum Romanum ex Diacono eligunt, quem fugientem, & tantum onus declinantem a S. Petri Baſilica abſtractum, ſacris acclamationibus in Patriarchium Lateranenſe introductum, Apoſtolico Solio imponunt; & poſt, honeſtiſſimo comitatu in Baſilicam B. Petri reductum, Cæſare præſente, conſecrant: rurſumque in Patriarchium Lateranenſe deductum, coronant. C

Obſeq. ab Imp. Papæ præſtita.

Inde paucis interpoſitis diebus, cum Ludouicum de profectione cogitare audiſſet, officij cauſa ad eum in caſtra venit. Quod vbi Ludouicus ſenſit, obuiam aliquanto viæ ſpatio prodijt, & degreſſus ex equo, frenum per integrum ſagittæ iactum tenuit, & conuiuio, ſub militari tabernaculo, excepit. Quo ſuauiſſimis ſermonibus celebrato, donis ipſum magnificis coluit, & in Vrbem reuertentem proſequutus, deſtinato in loco iterum ad frenum acceſſit, oſculoque ſancto pedi oblato in tabernaculum ſe, atque inde in Lombardiam recepit. Hæc ex Anaſtaſio, de humilibus obſequijs a Ludouico Imp. Nicolao Pontifici præſtitis. D

a Lib. 1. ca. 27.
b Apud crãt Sax. lib. 1. c. 38.

Hoc ipſo anno, Nicolaus Papa, ſui Pontificatus exordio, petente Ludouico Cæſare, ad tollendas contentiones inter Anſcarium Hamburgenſem, & Guntharium Colonienſem, Bremenſem, & Hamburgenſem Epiſcopatus copulauit, & pro vno haberi ſanxit. cuius rei priuilegia diligẽter aſſeruantur in Bremẽſi Eccleſia Anſgariũ quoque ipſum, & ſucceſſores eius legatos & Vicarios Apoſtolicæ Sedis conſtituit in omnibus gentibus Danorum, Suenorum, & Sclauorum, quod & antea Gregorius Papa conceſſit. Ex Adamo vetere Chronographo [a] extant ipſæ litteræ Vnionis per Nicolaum editæ. [b]

c Lib. 1. c. 28. 29. 30.

Danorum clades.

Res præclare geſtas B. Anſcarij ſcriptis mandauit, æque ſanctus eius ſucceſſor Rembertus ex quibus, illa tantum nobis ſunt nota, quæ idem, qui ſupra, Adam Chronico ſuo intexuit, vbi poſt acceptum a Sede Apoſtolica, per Nicolaum Antiſtitem priuilegium, ſubijcit miranda iſta de cæde Danorum, qui tunc reſtiterunt Euangelij prædicationi. Tanta cæde mactati ſunt vtrimque Dani, vt vulgus omne caderet, de ſtirpe autem Regia nemo omnino remaneret, præter vnum puerum, nomine Hericum. Iſte mox, vt Danorum Regnum ſuſcepit ingenti furore ſuper Chriſticolas efferatus, Sacerdotes Dei expulit, & Eccleſias claudi præcepit. Ad quem ſanctus Dei E

confeſſor

A confeſſor Anſgarius venire non trepidauit. Comitante gratia diuina, trucem tyrannum, ſic placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet, ſuiſque omnibus, vt Chriſtiani fierent, per edictum mandarit, & inſuper alio portu Regni apud Ripā extruxerit Eccleſiam in Dania Secundam. Rex Danorum fit Chriſtianns.

Et his eccleſiaſtico ordine compoſitis B. Pater noſter Eccleſiam illam Remberto commendauit presbytero, & reuerſus eſt ad Hamaburgh, vbi de venditione Chriſtianorum Nordalbingos correxit. Inde Freſos adiens caſtigauit pro labore Dominicę diei. pertinacius vero agentes igne cęleſti multauit: & alia, quæ antiquis miraculis non imparia leguntur in vita eius. Pergit ſcribere de variorum hominum, & feminarum, collegiorum cura, & cultu, Noſocomiorum item & Xenodochiorum: de tranſlatione corporis. S. Vuuilleadi ex oratorio in matricem Eccleſiam. S. B Petri, cuius ipſe vitam qui tranſtulit, & miracula, ſingulis libris comprehendit. Hoc ipſum eſt tempus quo in Saxonia tranſlatio. S. Alexandri contigit. in qua illud mirabile videtur, C*onfeſſorem noſtrum* (inquit auctor) *cum aduena certaſſe quis eorum videretur eſſe maior, & in gratia ſanitatum populis acceptior*. Eginhardus in geſtis Saxonum, hæc dulci calamo proſequitur. S. Vuilleadi translatio. S. Alexan. corpns in Saxon. trās fertur.

Hoc eodem anno perſeuerante infeliciſſimo ſtatu Galliarum, de quo ſuperius dictum in Litteris Caroli Regis, cum omnia prædonibus factioſiſque hominibus plena eſſent, nulluſque locus legibus Eccleſiaſticis, vel ciuilibus eſſet, ſcelerata licentia ſibi omnia vindicante, Edelhartus Abbas, & Otho, Comes venerunt in Germaniam ad Ludouicum Regem, poſtulātes, vt populo periclitanti, & in anguſtia poſito ſubueniret, quod niſi celeriter fieret, & hac tanta ſpe liberationis priuarentur, a Paganis C cum periculo Chriſtianitatis quærere deberent, quæ a legitimis, & orthodoxis dominis inuenire non poſſent. Tyrannidem enim Caroli, horum omnium cauſam, ſe diutius ferre non poſſe teſtati ſunt &c. Hæc totidem fere verbis vetus Francorum Chronicon ab auctore huius temporis ſcriptum, a Pithoco autem editum. Vbi pariter inſinuatur, quod Ludouicus diu anceps quid agere deberet, tandem ſuorum conſilio venerit in Regnum Caroli fratris, vt tot malis mederetur. Subditi opem poſcunt aduers⁹ Caluum Regem.

Primumque omnium non armis experiendum aduerſus Germanum ducens, ſed pietate, conuocat CONCILIVM EPISCOPORVM ad 8. Kal. Decemb. hoc eodem anno celebrandum. Qui igitur in Regno Caroli erant Epiſcopi, ſuſpectum habentes Ludouici aduentum, timentes, ne occaſione optimi regiminis diſponendi, meditarerur Tyrannidem, venire ad Synodum indictam detrectarunt, iuſtaſque exD cuſationes prætexentes ſeorſum conuenerunt, atque ad eum ſcripſerunt Epiſtolam ſeu admonitionem potius ad Regem, tantis Epiſcopis dignam, qua de pluribus ad eū ſpectantibus, ſacerdotali auctoritate, monuerunt. Hanc nunquam antehac editam, retulit in Annales ſuos Card. Baronius ex M.S. Codice Antonij Auguſtini, nos memores inſtituti, vt prolixiorem, omittimus. In ea illa habentur, de damnatione Caroli Martelli, quæ ſupra ad A.D. 741. vt incerta reiecta ſunt.

At non quieuit Lodouicus Germaniæ Rex, ſed quo minus licuiſſe ſibi vidit rem agere cum Epiſcopis, ſe ad arma conuertit, atque aduerſus Carolum venit cum valido exercitu, qui tunc in expeditione aduerſus Northmannos ad Ripā Ligeri fluminis erat. Cum vero ipſe Carolus ſe longe imparē viribus eſſe fratri cognoſceret, cū paucis clam a ſuis ſe copijs ſubduxit, quæ ita ſine Rege relictæ, defecerunt ad LudoE uicum. Cumque ad res componendas Ludouicus adijceret animum, dimiſit ſuos illic hiemare: ſed interim importune renunciata rebellione Sorabica, coactus eſt ad propria reuerti, ſicque Carolus, vt prius, ex inſperato, Regni habenas liberas nactus eſt. Hæc omnia idem vetus Francorum Chronicon. Interea vero ipſe Carolus rebus conſulturus, legatos miſit in Italiam, tum ad Ludouicum Nepotem Imp. tum ad Nicolaum Rom. Pont. expoſtulans cum vtroque de Ludouico fratre, qui, non læſus cum exercitu validiſſimo Regnum ſuum eſſet aggreſſus. Non defuit officio Imp. ſed & Nicolaus præſtitit quod patris, & Paſtoris eſt: qui ambo datis ad Ludouicum Regem Germaniæ litteris, eum admonuerunt, ne quid in Regnum alienum præ- Caluus quæritur de Lud. fratre.

ſumeret, abſtineretque a cęptis, & (vt decet Chriſtianos Principes) charitatis vinculo iuncti, & pacis nexibus vincti, quæ iuſta, quæ ſancta, Deoque grata, populiſque vtilia meditarentur. A

His acceptis litteris Ludouicus, legauit ad Ludouicum nepotem Imp. & ad Nicolaum Rom. Pont. Othonem Fuldenſem Abbatem, qui apud vtrumque ſe purgaret. De qua anno ſequenti, quo eum mitti contigit.

Deinceps, quod ad hunc annum pertinet, proſequitur Anaſtaſius diuerſa dona aurea, argentea, bombycina a Nicolao Papa collata diuerſis Eccleſijs.

Ignat. Patr. Conſtātinopolit. throno deijcitur. Photius intrudit.

Quod ad Orientalem Eccleſiam ſpectat, hoc anno, cum Ignatius Conſtantinopolitanus Patriarcha 11. ſedis annum expleſſet, atque 12. ageret, factione Bardæ Patricij (cui Eccleſia interdixerat, ob vxoris repudium, & ſuper inductam cognatam) penes quem ſumma erat adminiſtrationis Imperij, e Throno inique deponitur, tyranniceque per diuerſa exilia & carceres diſtrahitur: atque Photius, nobiliſſimus quidem & ſęcularibus ſcientijs diſertiſſimus, ſed ſacrarum litterarum expers Eunuchus, & ex laico indigne contra canones ſufficitur, conſecraturque die Natalis Domini, eius initiationis adminiſtro nefario illo Gregorio Syracuſano, excommunicato, & depoſito, & per ſecularem potentiam retinetur. Quod initium fuit magnę, & luctuoſę tragędię in plures annos propagatę. Præceſſiſſe autem Concilium quo ab iniquis, & excommunicatis Epiſcopis ipſe ſanctus depoſitus eſt Ignatius, teſtatur Nicolaus [a], in Epiſtola prima ab ipſo ſcripta ad Imp. quod & teſtificatione eiuſdem Imp. litterarum conſtat. Quin etiam ante Concilium celebratum nimijs aduerſariorum fatigatum anguſtiis atque preſſuris ipſum Ignatium ſponte deſeruiſſe thronum, & Eccleſiam reliquiſſe, declarant primę litteræ Nicolai Papæ ad Michaelem Imp. ſuo loco recitandæ. Hæc autem mixtim & confuſe a Græcis hiſtoricis Curopalate, Cedreno, alijs, de Ignatij exautoratione, & Photii ſubrogatione, narrata, ſuo ordine, quo ſunt geſta, deſcribuntur a Niceta in Ignatij vita. B C

a epiſt. 5.

Chriſti Annus	*Nicolai Pap.*	*Ludouici 2.* 4. / *Michaelis 3.* 18. *Impp.*	*Indict.*
859	2		7

S. Eulogij Martyrū.

S. Leocritiæ Mar.

Hoc anno 11. menſ. Mart. Magnus ille promotor Martyrum, S. Eulogius presbyter Cordubenſis, Toletanus Antiſtes deſignatus de impietate diu oppugnata triumphans, martyrio coronatus, migrat in cęlum, addita ad palmā, quarto poſt die, Leocritia Mahometanæ gentis ſobole, ſed in Chriſto renata, & prædicatione eiuſdem Eulogij enutrita, atque ad martyrium roborata. D

Deſcripſit hæc Aluarus eius ſcriptor temporis in vita S. Eulogij.

Quod ad res Francorum ſpectat, hoc eodem anno, Ludouicus Rex Germaniæ perterritus litteris Epiſcoporum eum redarguentium, quas anno ſuperiori miſſas recitauimus, ab eorundem legatis expetijt, vt venirent & quę pacis eſſent, tractarēt, & quid quid ea de re ipſe peccaſſet, abſoluerent; ſe autem eſſe paratum, omnem quàmuis duram ſubire cōditionem, potius quàm a Deo excidere, & ab Eccleſia fieri, pro reatu, extorrem. Quamobrem ijdem Epiſcopi, qui litteras ſcripſerunt minime officio defuere, ſed annuentibus Carolo, & Lothario Regibus in Mediomatricum ciuitate conuenientes, ſuſcepere aliqui ex eis legationrm Vuormatiam ad eum. Extat commonitorium (ita vocabant legatis inſinuata præcepta) ad ipſos legatos datum, ex VV. MS. Codicibus in Annalibus excuſſum, a nobis conſulto prætermiſſum: vt etiam relatio Epiſcoporum, quæ nihil fere habet concluſum. conſentanea his habet Pithoei ſæpe citatum Cronichon. *Ludouicus Rex quaſi incohoante verno tempore de Gallijs rediens, Vuormatiam venit. Cum frequentibus legatorum ſuorum diſcurſibus fratris, ac Nepotis ſui animos ſibi reconciliare ſtuderet, eorumque reſponſa per internun-* E

cios rec-

A *cios reciproca relatione ſuſciperet, tandem, condicto tempore, ſinguli cum æquo numero Principum ſuorum ex aduerſa parte nominatim expreſſorum, iuxta Aternacum Caſtellum, in quadam Inſula Rheni fluminis nauigio vecti conuenerunt, reliquo ſingulorum comitatu ſuper litus ex vtraque parte fluminis conſiſtente. Vbi cum diu varia, & anceps actarum ſimul, & agendarum rerum agitata eſſet diſputatio, condicto Placito Autumni tempore, iuxta Baſalam communiter habendo, ſinguli cum ſuis ad propria reuerſi ſunt. Ludouicus tamen eis, qui priori anno a Carolo deficientes ſui effecti ſunt, honores, quos prius habuerant impetrare non potuit. res enim dilata eſt in futuro Placito definienda.* hucuſque Chronicon. Ceterum iſtius modi Placitum dilatum eſt vſque in ſequentem annum, quando rurſum ijdem Principes conuenientes inter ſe inuicem conciliati ſunt. Fuit autem curæ Carolo Caluo, & nepoti Lothario Regi, vt ex omnibus ſibi ſubiectis Prouincijs Galliarum, hoc anno celebraretur APVD TVLLVM CONCILIVM, ad quod conuenerunt Epiſcopi ex 12. Prouincijs, appellatumque eſt ab ipſis Concilium Generale. Cuius cogendi cum multæ cauſæ præceſſerint: proditio Vuenilonis Archiepiſcopi Senonenſis, qui defecerat a Carolo ad Ludouicũ, potiſſima fuit, aduerſus quem Carolus ipſe Rex libellum accuſationum Synodo obtulit, vt eius Acta declarant, hactenus nunquam edita. Porro ante omnia, ex more, quæ ad fidem Catholicam ſpectabant, in hac Synodo pertractata fuerunt, propoſitis capitulis quibuſdam Prædeſtinatianorum, auctore Gotheſcalco, quæ Hincmaro Rhemenſi confutanda delata ſunt, quod præſtitit tribus libris, atque ita in tribus Concilijs aduerſus eundem hæreticum tractatum eſſe apparet, Moguntino, Valentino, atque Tullenſi. Quæ autem præter hæc, tractata fuerint in ipſo Tullenſi Concilio, ex Actis eiuſdem, nunc primum ex V.Cod. proditis, conſtat, De charitate fraterna reformanda inter fratres Principes; de ſchiſmate tollendo; ſtatu Eccleſiæ collapſo reſtituendo; pace & iuſtitia in pop. Chriſtiano procuranda, & reuocandis denique ijs, qui a fidelitate debita defecerant, & huiuſmodi, per multa capitula, procurandis. in quibus Actis plura, & memoria quidem digna annexa leguntur, in primis vero libellus Caroli Calui, hoc titulo. Libellus proclamatorius Caroli Regis aduerſus Vuenilonem Archiepiſcopum Senonum, electis iudicibus, Remigio, Ernando, Vueniloni, & Radulpho Archiepiſcopis, in Sancta Synodo apud Tullenſem Parochiam, propria ipſius manu porrectus. Porro Vuenilo iſte (alias Guenilo, vnde Ganelo) tantæ ob perpetratum ſcelus ignominiæ labe aſperſus eſt, vt vbique locorum Vuenilo, Guenilo, ſeu Gunelo publice proditor acclamaretur, & eodem nomine proditores inſignes nominari ſolerent. Vbi Sanctiſſimi PP. Concilio præſidentes libellum illum porrectũ a Carolo acceperunt, iudicium aduerſus accuſatum Venilonem ſeu Guenilonem auſpicaturi; eum, litteris Synodalibus, ad Concilium, ad dicendam cauſam ex ſacrorum præſcripto Canonum vocauere.

Colloqũ fratrum RRR. — Proditio Vuenilõis — Accuſatur pditionis in Regem Vuenilo. — Ganelo p ditor vñ pditores, Ganelões. — Citat. ad dicendam cãm ĩ Cõcil. Tull.

Poſt hac ſancta Synodus cupiens congregare diſperſos, ſynodalem epiſtolam aliam ſcripſit ad Epiſcopos Britanniæ, qui ſchiſmate ſe diuiſerant a ſuo Metropolitano Turonenſi Archiepiſcopo. hæc porro diſſenſio, & contentio agitata, & ventilata, per annorum centenaria, iudicio etiam Sedis Apoſtolicæ, ab Auctore Annalium, ab origine ad finem breuiter recenſetur. & ad finem hæc habet. Anno denique 1199. Innocentius III. retractato iudicio, omnibus, quæ ab vtraque parte a prima origine producta fuerant, recognitis, & examinatis, auctoritate item Apoſtolica ſanxit, vt Dolenſis Eccleſia, cum ſuis, Turonenſi perpetuo ſuffragetur. Qua de re prolixa extat Epiſtola ipſius Innocentij, quæ ſuperiora ferme omnia Pontificum reſcripta, & alia multa ad hanc quæſtionem ſpectantia commemorat, omnem in poſterum de ea re diſceptationem interdicens; adeoque hic finis videtur fuiſſe ancipitis, diuturnæq; inter Epiſcopos controuerſiæ.

Centenaria Cõtrouerſia. — Definitio lõgiſſimæ cõtrouerſiæ.

Præter commemoratam epiſtolam ſynodalem ad Epiſcopos Britanniæ, extat ibidem alia, tunc pariter a Patribus ſcripta ad ſeditioſorum factioſorumque Principes, quorum effreni licentia omnes Prouinciæ turbarentur, qua proponunt illis acerrima

iudicia Dei, horrenda & perpetua peccatorum ſupplicia, ac multipliciter hortantur A
ad pœnitentiam, & ad Chriſtianarum cultum virtutum.

Statuta ᵭ ſcholis inſtituẽdis.

In eadem quoque Synodo ſtatuti ſunt Canones ſexdecim, ex quibus 7. accepti noſcuntur ex Concilio Valentino, reliqui ſuper additi, inter quos ſaluberrimè inſtitutos, ille eſt, qui de ſcholis litteratum eſt conditus, cum nec dum impletum eſſet quod haud pridem in Concilio Valentino [a] de ea re fuerat inſtitutum. Canon. ſic ſe habet.

a cap. 18.

Scholæ inſtituendæ in ſingulis epiſcopijs, & Monaſter.

Vt ſcholæ ſanctarum ſcripturarum, & humanæ quoque litteraturæ, vnde annis præcedentibus per religioſorum Imp. ſtudium magna illuminatio Eccleſiæ & eruditionis vtilitas proceſsit, deprecandi ſunt pij Principes noſtri, & omnes fratres, & Coepiſcopi noſtri inſtantiſsime commonendi, vt vbicunque omnipotens Deus idoneos ad docendum, ideſt fideliter, & veraciter intelligentes, donare dignatur, conſtituantur vbique ſcholæ publicæ, vt vtriuſque eruditionis & diuinæ videlicet & humanæ in Eccleſia Dei fructus valeat accreſcere. Quia (quod nimis dolendum eſt, & pernicioſum maximè) diuinæ ſcripturæ verax, & fidelis intelligentia iam ita dilabitur, vt vix iam extrema eius veſtigia reperiantur. Et idcirco ingenti cura, & ſummo ſtudio remedium procurandum eſt. hæc Canon, quo cum prædeceſſorum commendetur in ea re ſtudium, Imp. Lotharium A. poſt Carolum, & Ludouicum bene meritum fuiſſe de uiris doctis, teſtatur Angelomus in pręfatione in commentarium, tunc a ſe editum in Cantica Canticorum. B

Scholæ aperiuntur Conſtantinóp.

Porro eodem ferme tempore contigit bonarum litterarum ſcholas aperiri Conſtantinopoli opera Bardæ tum Cæſaris. hic Imperatore Michaele, theatra, & certamina tantum ſectante, ſolus omnia moderabatur, & qui peruenit ad Cæſaris dignitatem, de imperio quoque cogitabat. Externæ quoque ſapientiæ rationem habuit, quæ iam pridem, Imperatorum ruditate, interierat, definitis vnicuique ſcholæ doctrinæ magiſtris, alijs quidem vbicunque contigerat, ſupernæ vero Philoſophiæ in ipſa Regia, in Magnaura, atque ita ex eo tempore doctrinæ refloreſcere cæperunt. Hoc opus pulcherrimum, & celeberrimum haud potuit alias maculas, quibus infectus erat Bardas, abſtergere. Philoſophiæ igitur Dux, & magiſter erat Leo ille magnus Philoſophus, ex fratre nepos Ioannis Patriarchæ, qui etiam Theſſalonicæ thronum conſecutus eſt, & paulo ante eiectis Iconomachis, ipſe quoque eiectus fuerat. Tanta autem erat penuria doctorum hominum, vt hinc inde ſumma diligentia conquirendi fuerint, vt plane compertiſſimum ſit, nullum eo tempore extitiſſe veſtigium Athenarum Scholarum, in quibus fabulantur indocti imaginariam feminam illam Ioannam Philoſophiam didiciſſe. hæc fere ex Curopalate, qui Leonem illum, vnicum in Oriente Philoſophorum lumen, diſciplinas ait percepiſſe, ex quodam docto homine Michaele Pſello, cum quo verſatus erat. C D

Pſellus qñ vixerit.

Ex his colligas quo tempore vixerit Pſellus, qui fuit Magiſter Leonis, & quo pariter tempore vixerit Metaphraſtes, in cuius laudem Pſellus ipſe orationem habuit, qua oſtendit haud pridem eſſe defunctum, dum ait de eius obitu audiſſe eos qui viderunt eius ad Deum trāſitum. Ceterum quod inter Vitas ſanctorum poſitas in Tomis ab ipſo collectis, reperiantur aliqui Sancti, qui poſt hæc vixerunt tempora; id factum aliena putandum eſt opera, qui ſuis diebus & menſibus allegerunt Sanctos ſingulos, qui poſtea vixerūt, ne viderentur extra claſsē vagari: illud quoque obſeruandum. Vitas Sanctorum, non fuiſſe, vt plurimum, a Metaphraſte conſcriptas, ſed collectas tantum, ordineque per ſingulos menſes diſpoſitas, vt non arguendum ſit de tempore quo vixit Metaphraſtes, ex Vitis Sanctorum, quas ipſe non deſcripſit. Ex tempore igitur Pſelli melius intelliges tempora Metaphraſtis, quod & ſi plures Pſellos fuiſſe dixeris iſto nullum celebriorem nec antiquiorem inuenimus. E

Metaphraſtes quo vixerit tpe.

Quod autem occaſione Scholarum a Francis ad Græcos ſe conuertit oratio; iam miſerrimum ſtatum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ anno ſuperiore ob oculos poſitū proſequamur. Sciſſa igitur ſchiſmate Eccleſia Conſtantinopolitana ob violentam abdicationem Ignatii, & Photii intruſionem, ipſe Photius (ut ait Anaſtaſius Bibliothe-

carius

A carius in præfatione hiſtorica ad VIII. Synodum) uidens quam plurimos adhuc ſtare pro Ignatio perſuaſit Imperatori miniſterio Bardæ, vt congregaret Concilium ſibi adhærentium Epiſcoporum, quo eundem Ignatium damnaret, vt hac arte Epiſcopos atque populum ab Ignatii affectione diuelleret. De quo Conciliabulo, Nicetas in Ignatio. Cōciliab. a Photio ĩ Ignatium.

Cum igitur a propria conſcientia redargui ſentiret ſe Photius, & multos obmurmurare & eius iniuſta acta reprehendere, prauum & callidum init cōſilium ſcribendi ad Nicolaū Papā, & petendi Legatos ea occaſione ut Eccleſia corrigeret, & vt Iconomachos ab Eccleſia reſcinderet, ſed vt re vera eius manu, & auctoritate firmaret Ignatii depoſitionem & ſuam intruſionem. perſuaſit etiam Imp. vt & ipſe eadem de cauſa Legatos mitteret ad Papam Romanum, vt conſtat ex Nicolai Epiſtola.[a] Legatos B igitur mittit Photius 4. Epiſcopos, p̃ quos etiam falſa ſcribere ad ſummū Pontificem non veretur, nempe Ignatium propter ſenium & infirmitatem corporis Eccleſiæ renunciaſſe præfecturam, & ab illa receſſiſſe, in Inſulamque quandam profectum, in Monaſterio manere, eum omni honore, & cultu, & obſequio, tum ab Imp. tum ab vniuerſa ciuitate habitum. Ex Niceta in vita Ignatii. Nicolaus quoque Papa, *Tunc* (inquit, epiſt. Encyclica ad omnes Patriarchas & Epiſcopos) *Inito Concilio Imp. Michael, qui & ipſe Bardæ Patricii verſutiis ſuaſus, Photii parti fauebat, ad Apoſtolatū noſtrum Legatis cum literis deſtinatis accuſationes quaſdam aduerſus Ignatium deferentibus petiit, vt, a ſede Apoſtolica Miſſos daremus, qui ſcandala ipſa ſedarent, & ſchiſmata diſſiparent*. Vide, quanti æſtimarit Photius ſedis Apoſtolicę auctoritatem, vt abſque eius confirmatione cenſuerit non poſſe ſubſiſtere, quod Imperiali au- C ctoritate, & Concilii definitione fuerat ſtatutum in cauſa Ignatii & Photii. Per Legatos Epiſcopos, & Arſam Protoſpatharium miſit Imp. pretioſa dona ad B. Petrum Apoſt. de quibus Anaſtaſius.

Photi⁹ petit a R. P. legatos ad cōſtituēda Eccl. Conſtantinop. a ep. 4. & 16.

Quāti faciat Photius Papæ auctoritatem.

Audiuit Legatos Nicolaus Papa in Baſilica S. Mariæ ad Præſepe, non tamen ad communicationem cum reliquis Epiſcopis admiſit, licet ad audientiam recepiſſet eos, per ſatisfactionem libelli, & iuramenti. Ex Act. VIII. Synodi Actione 4. Ipſas Photii litteras ad Nicolaum Papam e Columnenſi Bibliotheca depromptas, Latine verſas, & Annalibus inſertas, nos, pro more, omittimus. Eæ autem ſunt dolo plenæ, impudentiæ & mendaciorum refertę, quod quidem ſpectat ad Ignatij abdicationem, & ipſius promotionem. nam præterea continent ſuam Catholicæ fidei profeſſionem.

D

Chriſti Annus	Nicolai Pap.	Ludouici 2. Michaelis 3.	5. 19. Impp.	Indict.
860	3			8

Auditis legatis, & examinatis litteris in Conuentu PP. communi ſententia, petita legatio decernitur Conſtantinopolim ad cauſam ipſam perueſtigandam, non autem dirimendam. Scribit quoque perbreues litteras Nicolaus Papa ad Photium, gratulans de fide Catholica, increpans de prouectione ex laico, contra canones. *Quapropter*, inquit, *veſtræ conſecrationi conſentire nullo modo poſſum, donec noſtri, qui a nobis Conſtantinopolim ſunt directi, reuertantur, qualiter cognoſcamus* E *veſtrę obſeruationis actus, & Eccleſiaſticæ vtilitatis conſtantiā, & quo ſtudio circa Catholicę fidei defenſionem voſmet exerceatis: & tunc, ſi dignum fuerit, vt tantæ Sedis Præſulem, ceu cōuenit, honorabimus, & fraterna dilectione amplectemur &c.* Hæc ſcribens ad Photium Nicolaus in mandatis dedit Legatis, ne, vllo pacto cum Photio communicarent, antequam id ipſe Pontifex decreuiſſet, vt teſtatur ipſe Nicolaus in epiſt. Encyclica[b] ad omnes fideles. Quæſtionem vero de ſacris imaginibus exortam, ſæpius iudicatam, vt definirent, mandauit.

Prouectio ex laico in Epm̃ arguitur.

b ep. 1. T. 3.

Dedit autem idem Nicolaus Papa iiſdem legatis litteras ad Michaelem Imp. Apoſtolico throno dignas. In illis primum diſſerit de Apoſtolicæ ſedis ſuprema aucto

Suprema dign. ſed. Apoſt.

Deus in Vet. teſt. nō niſi in imaginib. cultus.

Papa repetit vſurpatas iuriſdictiones a Græcis.

Eps Rom. ēt orbis totius Eps.

Quæ peculiares prouinc. a Papa p Vicariū regebātur.

ritate: deinde declamat in abuſum, quod laicus ſit factus Epiſcopus. *O quam præſumptuoſa temeritas*, inquit, *ille præponitur ouili diuino, qui neſcit adhuc dominari ſpiritui ſuo. Nam qui ignorat diſponere vitam ſuam per gradus Eccleſiæ minime ductus, quomodo corrigere quibit vitam alienam ſubito electus?* poſt tranſit ad cauſam Ignatij depoſitionis, quam vult examinari canonica ne fuerit, vt poſſit in ea definitionem adhibere. Deinceps ingerit, quæ experi videbatur, ſolida conſtansque doctrina de cultu ſacrarum imaginum, præclare oſtendens inter alia nunquam in teſtamento veteri niſi in imaginibus cultum fuiſſe Deum, cum non vt eſt, ſed in diuerſis aſſumptis formis ſemper apparuerit ſeruis ſuis. Denique expoſtulat de iuribus, & bonis alijs Rom. Eccleſiæ a Græcorum Imp. iniuſte detentis, rogans vt antiquum morem reſtituat, quem Eccleſia Rom. ſemper habuit. quamuis enim ſicut Vrbis (vt ſæpe demonſtratum eſt) ita & totius ſit orbis Epiſcopus, Rom. Antiſtes, ſpeciales tamen quaſdam, quas enumerat, Epirum veterem atque Nouum, Illyricū, Macedoniam, Theſſaliam, Achaiam, Daciam Ripenſem, Daciam Mediterraneam, Myſiam, Dardaniam, & Præualim, vti peculiares ſuas per Vicarium regere conſueuit, ijſque præfici mos erat Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, ab eodem Rom. Pont. ordinandum. Accidit autem vt ſuaſione ſchiſmaticorum Patriarcharum Orientales Imper ſpoliauerint iſtis Rom. Eccl. ſed maiore ipſorum damno, vlciſcente numine, Sarracenis latiſſimas prouincias inuadentibus, & occupantibus, donec tandem totum ſub duram Turcarum Tyrannidem eorum eſt redactum imperium.

Legati male habiti.

Sed ob ſummam Bardæ & Photij improbitatem, & potentiam cum ſumma inertia & ſocordia Michaelis Imperatoris, legati non digne ſuſcepti, neque vt decuerat retenti, nec libere loqui permiſſi ſunt, ne inquirere de depoſitione Ignatij poſſent, de quo quæſtus eſt Nicolaus epiſtola ad Photium [a].

a ep. 6.

Pax inter quinque Reg. Frāc.

Reg. Frāc. quāta reuerētia erga Sedem Apoſt.

Iam vero ad res Occidentalis Eccleſiæ conuertamus orationem. Hoc eodem anno ſancita tandem fuit mutua concordia inter quinque Francorum Reges Carolum, & Ludouicum fratres, nepoteſque ipſorum Lotharium, Ludouicum & Carolum; de qua vetus Chronicon a Pithoeo editum habet hoc anno iſta, *Ludouicus & Rex Carolus frater eius nepoſque eorum Lotharius, cum primatibus ſuis in Confluento Caſtello conuenientes, pacem inter ſe, & fidelitatem mutuam ſinguli iuramento confirmauerunt, cuius ſacramenti ſeriem ibidem deſcriptam omittimus, vt & Acta eius conuentus*, ex V. M S. codice in Annalibus deſcripta. in quo eodem Codice extat edictum Caroli Calui ad ſuos ſubditos datum, vbi rediit ad propria, quo cūcta in eo conuenta ſtatuta propoſuit obſeruanda. accedit poſtea ſeries legum Regū Frācorum ex capitularibus ſæpe citatis contra varie delinquentes, atque pacem publicam perturbantes quæ ſubditis ſunt propoſitæ vt ſeruarentur. Ceterum Carolum non ſtetiſſe pactis conuentis, imò de inuaſione cogitaſſe alienorum, querelæ Ludouici fratris eius & Lotharii nepotis ad Nicolaum Pont. docent, epiſtola nunc primum in Annalibus edita, qua præclarum exemplum exhibent ſubiectionis & reuerentiæ erga ſedem Apoſtolicam, & ſuū exponūt vehemēs deſiderium humiliter, & reuerenter viſitandi limina Apoſtolorum & ipſum Pontificem, inuitantes interim eum in Gallias, vt quas, (vt aiunt) nulla pacis fœdera, nulla mouent fraternæ caritatis viſcera, nulla nec ſunt conſanguinitatis lineamenta, Apoſtolica inuectio ad cenſuram Eccleſiaſticam venire compellat. *Igitur* (inquit) *quaſi ad veſtra ſacra veſtigia prouoluti, propter amorem Dei, & reuerentiam B. Petri multipliciter precamur, vt ex noſtra vnanimitate nihil ſiniſtrū, nihilq; falſidicū credere dignetur veſtra ſancta Paternitas &c.* Extremo hoc anno duplex extitit Tiberis inundatio, in fine Octobris, & iterum 27. Decembris. His ſubiicit Anaſtaſius ornamenta Eccleſiarum & ædificia eo tempore a Nicolao Pontifice facta.

A

Chriſti Annus 861 | *Nicolai Pap.* 4 | *Ludouici 2.* 6. *Michaelis 3.* 20. } *Impp.* *Indict. 9.*

B HOc tempore immaniſſimum Scytharum genus per Euxinum mare progreſſum ad Anguſtum, omnia loca & Monaſteria cum diripuiſſet, vſque ad ipſas Inſulas Byzantio adiacentes, peruenit. Vaſa omnia, & vtenſilia prædans, & omnes homines interficiens: Patriarchæ etiam Monaſterium barbarico more inuadens: omnia diripuit, viginti autem, & duos eius intimos familiares ſecuribus membratim concidit, Ignatio vix euadente. Poſt hanc eius calamitatem, & mœrorem aduerſarij *Congregato nefario Concilio trecentorum decem & octo Epiſcoporum*, vt ipſi iactarunt, & comparatis ſeptuaginta duobus falſis, & emendicatis teſtibus, Ignatium ab exilio euocant ad iudicium, & ſententiam contra eum promulgant, ex triceſimo Canone Apoſtolorum. *Si quis Epiſcopus mundanorum Principum fauore vſus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur.* Alteram canonis partem omittentes, quod ſcilicet etiam omnes qui cum illo communicant, ſint deponendi, qua illi comprehen- C debantur. cum tamen contra omnino eueniſſet, vt Ignatius quidem omnium Epiſcoporum calculis, ſimul etiam & tota Eccleſia approbante, canonice & legitime fuerit ordinatus; ipſe vero Photius Bardæ illius, & mundanorum Principum fauore & auxilio illegitime, & tyrannice fuerit intruſus.

Scythæ Thraciam & Græciã inuadunt.

Cõciliab. adu. Ignatiũ Patr. 318. Epiſcoporum

Cõciliabulo latrocinali deponitur Ignatius.

Legati quoque Sedis Apoſtolicæ, poſt multam recuſationem, & contentionem horrendis terroribus adacti iniquæ illi ſententiæ ſubſcripſerunt. Ignatius itaque in latrocinali ſynodo iniquiſſime damnatus, degradatus eſt. hæc ex Niceta eius temporis ſcriptore, & ex Nicolai Papæ litteris ſunt deprompta [a]. Latrocinalem porro hanc Synodum merito appellat Nicolaus epiſtola ad Michaelem, [b] tum quia in ea omnia per vim, minas & terrores acta ſunt, nec quidquam ſecundum ordinem ſacrorum Canonum, a ſchiſmaticis & damnatis Epiſcopis Synodo celebrata: tum quod D contra canones Imperator voluit intereſſe; tum denique quod litteræ Apoſtolicæ partim non recitatæ, partim falſatæ a Photio fuerunt. quæ omnia deplorat Nicolaus.

Legati per vim prævaricantur.

a Nicol. ep. 5. 6. 9.

b Nic. ep. 8

Huius autem Conciliabuli cum duæ fuerint actiones, quarum altera habita eſt pro cultu Sanctarum Imaginum, altera vero in cauſa Ignatij, eadem Synodus, duplex dicta reperitur apud Balſamonem. Meditatus eſt opus Photius, quod Nomocanonẽ appellari voluit, continens collectionem ſacrorum Canonum, & Sanctorum PP. reſponſiones, attexuitque poſt ſeptimæ Synodi Canones, alios numero decem & ſeptem diuerſorum argumentorum, huiuſmodi pſeudoſynodi canones, vltimoq; loco illum de promotione laicorum, cuius reus erat, excuſans quod ex cauſa aliquando factum fuerat, & cauens ne in poſterum fiat.

Photii Nomocanon.

Poſt Ignatij exautorationem., recenſet Nicetas varios, & acerbos cruciatus illi in- E flictos, quouſq; manu propria ſuæ depoſitioni ſubſcriberet, & confirmaret, ad hunc modum, cum ex miniſtris quidam eius uix ſpirantis apprehenſa manu & pagina, crucem in illa, quaſi pro eo, loco ſubſcriptionis, ſignauit, quam afferens tradidit Photio. Hic vero accepto illo Crucis ſigno, ex ſeipſo deinde ita ſubſcripſit, *Ignatius indignus Conſtantinopolitanus confiteor me ingreſſum eſſe ſine calculis*, (non canonice videlicet electum,) *& his annis non ſancte me geſſiße ſed tyrannice*. Hac ſubſcriptione miſſa Imperatori, dimittitur Beatus Ignatius ab illa cuſtodia, qui ad maternam domum rediens, ibi nonnihil a tantis laboribus reſpirabat. At non quieſcebat Photius. Suggerit igitur

Labores & cruciatus Ignatii. Cogit ſubſcrib. ſuæ damnationi.

Principibus,vt iterum ad Apoſtolorum Eccleſiam deductum,cogant, lecta prius ſua depoſitione,ſeipſum anathematizare. A

Euadit manus ſe quærentium.

Ipſo Pentecoſtes tempore armatis domus circundatur, at is, opportuno capto conſilio, immutatus in famuli habitum & ſportas geſtans, per medios hoſtes noctu profugiens, euadit, huc illucque diſcurrens, per diuerſas inſulas, mendicato uiuebat, nec a pluribus emiſſis curſoribus ad eum perueſtigandnm, vnquam deprehenſus eſt, donec per 40. dies terræmotu iactata Conſtantinopoli, & omnibus clamantibus id propter impietatem exercitam in Patriarcham eueniſſe; Principes iuramento edicunt, ne Ignatio, ne ue ijs, apud quos latebat, fraudi eſſet, & vt libere poſſet ad ſuum Monaſterium reuerti. Ignatius igitur ſe pandens, Monaſterium ſuum repetit, & ceſſat terræmotus.

Appellationem ad ſedẽ Ap. Romã mittit.

Extat in eodem antiquo Codice Columnenſi, poſt Encomium Pſelli in S. Ignatium poſitum ad finem vitæ ipſius a Niceta conſcriptæ, libellus Ignatij nomine, ante fugam ipſius, ſcriptus a Theognoſto Monacho, & Archimandrita, delatusque ab eo Romam, & oblatus Nicolao Papæ, nomine pariter eiuſdem Ignatij Patriarchæ, quo deplorans mala quæ a Photio paſſus eſt, appellat eiuſdem Pontificis iudicium. Porro Theognoſtus iſte, qui hunc deferebat libellum, ſerius Romam venit, quam Legati redeuntes in vrbem, & legatio ab Imp. miſſa ad Nicolaum Papam peruenit; adeo vt non potuerit, niſi ſero de veritate rerum geſtarum Nicolaus Pont. certior reddi, legatis ipſis omnia mendacijs obuoluentibus, vt conſtat ex Nicolai Epiſtola [a] ad Orientales, in qua de aduentu Leonis legati Imperialis, poſt duos dies, cum Actis, habetur. ex quibus praue, & perperam omnia agitata agnouit Pontifex. Detulit præterea idem Legatus Auguſtales litteras deprecantes, vt in depoſitione Ignatij, & confirmatione Photij conſenſum præberet, & ſubſcriberet. *At nos*, inquit Nicolaus illa epiſtola, *Diuina docente gratia, dum idem adeſſet Miſſus, conuocata tota, quæ apud nos eſt, Eccleſia, decreuimus, ſtatuimus atq; profeſſi ſumus, coram ipſo & coram ſancta Eccleſia, ſicut & nunc per eundem, ac per vos profitemur, coram vniuerſali Sancta Eccleſia, pro deiectione Ignatii vel conſecratione Photii nunquam miſiſſe, neque miſſuros eſſe, & in depoſitione Ignatii, & promotione Photii nũquam conſenſiſſe, nunquam conſenſuros eſſe. Ex his ſæpius dictis & palam renunciatis, atque Apoſtolatus noſtri Epiſtolis taliter inſertis, & eidem Leoni a ſecretis tam Imp. quam Photio ad deferendum datis, hunc a nobis remiſimus.* B C

a Nicol. epiſt. 10.

Exigitur confirmatio Papæ.

Abnegat Nicol. ſe vnquam cõſenſurũ in damnatione Ignatij &c.

Igitur cum hec gerebantur, nõdũ Rodoaldus & Zacharias Epiſcopi, quos, vt præmiſſum eſt, Conſtantinopolim miſeramus, confeſſione propria vel Synodali examine conuicti erant, aut patenter oſtenſi, quod ipſi depoſuiſſent Ignatium, vel communicaſſent adultero Photio; quamuis hoc, & illa Concilia, quę imminentibus illis Conſtantinopoli celebrata ſunt, videlicet tam id, quod aduerſus Patriarcham Ignatium, *quam id quod pro ſacris imaginibus collectum eſt patenter innuerint; & Imperialis epiſtola clare denunciauerit, atque præfatus Leo a ſecretis, regius legatus, ijs negantibus in faciem ſæpiſsime atque conſtantiſsime coram nobis, & primoribus Eccleſię noſtræ iam dixerit. Sed procedente tempore murmur multorum ab illis partibus Romam venientium, quinimmo perſecutiones a fautoribus Photii commotas fugientium, ſenſim eoſdem cepit Epiſcopos, muneribus fuiſſe corruptos; diffamare: & quod communicaſſent Photio, & depoſuiſſent Ignatium, diuulgare.* Quo audito, (pergit dicere de congregato aduerſus legatos Concilio, de quo ſuo loco.) cum litteris Imp. ad Nicolaum, allatæ ſunt, etiam litteræ Photij & quidem eiuſmodi, vt miretur, ſi quis legat, hominem perſecutorem Catholicorum, inuaſorem alienæ ſedis, ſpirantem vndique furorem, tam copioſe, tanque ornate loqui de mutua caritate. Purgat ſe de promotione ex laico, quod inuitus & reluctans promotus ſit, & adhuc ſedeat, quod canonem illum non agnouerit, vt non receptum in Eccleſia Conſtantinopolitana, quod aliqui tamen vt Nicephorus & Taraſius, ex laicis aſſumpti, pręclara lumina extiterint Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vt Latinæ Ambroſius: quod in poſterum cauerit, canone in Synodo edito, ne amplius id fiat. D E

Legati ſed. Ap. cõuincũtur præuaricationis.

Excuſationes Photii ſatis frigidæ.

Exagge[rat]

A Exaggerat dolens non præſtari a Nicolao Rom. Pont. cuſtodiam canonum, cum abſque litteris commendatitijs obnoxios diuerſis criminibus recipiat fugitiuos Conſtantinopoli Romam venientes, colorato prætextu, vt ait, pietatis, cauſa orationis, & viſitandi ſacra limina Apoſtolorum. Hi autem erant qui communicare nolebant cum ipſo ſchiſmatico Patriarcha Photio, ſedis alienæ inuaſore; quique cum diram illic perſecutionem paterentur, (vt idem ſuis litteris Nicolaus Papa teſtatur) e perſecutoris manibus dilabentes, Romam ſe conferebant, per quos Nicolaus didicit, quæ perperam facta eſſent Conſtantinopoli a legatis Apoſtolicæ ſedis, cum illi cuncta negaſſent. Quis ergo commendatitias litteras requirat a ſchiſmatico Præſule, ab intruſo, & incubatore alienæ eccleſiæ? Sed omittimus hic reliqua omnia redarguere, quæ violator ſacrarum legum in ſui excuſationem accumulat. Satis ad redargu- B tionem, & increpationem reddita ad ipſum epiſtola Nicolai, vnum illud breuitate conſtringens; hac ſua Apologia Photium omnes expleſſe numeros Phariſæorum, quos Dominus in Euangelio acriter increpat [a] quod mundent quæ foris ſunt, & illa omittant quæ ſunt grauiſſima crimina, cum totus ſit in excuſatione & commendatione ſui, quod inuitus conatus ſit ſedere ex laico in ſede Epiſcopali, nullum prorſus verbum faciens, quod Sanctiſſimus Ignatius ſit eiectus, & ipſe per excommunicatos ſuffectus. ſed præterijt iſta ipſe, cum, licet eloquens, quomodo excuſaret, non haberet.

Queritur impudenter de Nicolao. — *Photiꝰ plane Phariſæus.* — *a Matt. 23*

Hoc pariter anno celebrata habetur SYNODVS LATERANENSIS in cauſa Ioannis Epiſcopi Rauennatis, cuius meminit Io: Diaconus in rebus geſtis S. Athanaſij Neapolitani Epiſcopi, qui in ea affuit, & tertio loco ſedit. Extant Acta apud Burchardum in libris Decretorum: Eadem narratione altius repetita ab Anaſtaſio [b] C Bibliothecario, qui intereſſe potuit, ita narrantur.

b Anaſt. in Nicol. P.

Interea multi Rauennatum, qui a Io: eiuſdem Vrbis Archiepiſcopo, in rebus, & iuris ſui proprietatibus incommoda ſuſtinebant, ad hunc Beatiſsimum Papam, vt a tantis oppreſsionibus eruerentur, veniebant. Quorum pie clamores audiens, ipſum legatis ſuis, & litteris ſæpius Archiepiſcopum, quatenus talibus cederet actibus, commonuit. ſed ille, mente confuſa, monita pii Patris contemnens, peiora prioribus addere minime contemnebat. Quanto autem benigna inſpectio ſummi Præſulis illum vt reſipiſceret admonebat, eo magis ad deteriora ſe diuertebat, & ſuper iniquitatem, iniquitatem addere non deſinebat. Nam quoſdam temere excommunicabat, quoſdam autem a viſitatione Sedis Apoſtolicę auertebat; & quorundam res, ſine legali iudicio, occupabat; nec non & S. R. E. plurima prædia auferebat. Miſſos il- D *lius ſpernebat, & gloriam Beati Petri Apoſtoli, quantum in ſe erat, euacuabat: præcepta etiam iuris Sancti Petri, ſi apud quoſque inueniebat, frangebat, & ad ius Sancti Apollinaris transferebat. Nam presbyteros & Diaconos, non ſolum ſibi ſubiectos, ſed etiam per Aemiliam conſtitutos ad Apoſtolicam Eccleſiam pertinentes, ſine canonico iudicio, deponebat, & alios carceri, alios autem fetidis ergaſtulis retrudi faciebat; alios crimen, quod non fecerant, confiteri cogebat. & vocatus a ſummo Pont. Romam, ſe ad ſynodum non debere occurrere iactitabat. Nec mirum, cum poſtea iſta fecerit, qui cautiones, & indiculos, quæ ſolita ſunt ab Archiepiſcopis Rauennatibus in ſcrinio fieri initio conſecrationis ſuæ, more Felicis, deceſſoris ſui, falſauit, & quædam barbara ſcripta, quædam vero falſa compoſuit.*

Archiep. Rauenn. inſolētia.

E *Eodem tempore Papa prædictus ter ad ſynodum ſuis litteris eum vocauit, & ille venire contemnens a S. Synodo communione priuatus eſt. Deinde Papiam pergens Imper. auribus Ludouici Cæſaris moleſtiam intulit, ſolamenque mundanum quæſiuit. Tunc largiente ei Auguſto legatos præcipuos, cum illis ſuperbiæ repletus tumore Romam peruenit: ſed Pontifex almus, quia contra ſacrorum canonum regulas excommunicato ipſi legati communicauerunt, benigne eos redarguit. Illi autem quę deflentibus, eidem Archiepiſcopo a Domino conſeruandus Papa mittebat, vt in Kal. Nouembrib. ad ſynodum a qua fuerat excommunicatus, accurreret, plenamque ſatisfactionem oſtenderet; nec non, & tantis preuaricationibus finem imponeret, ille autem noluit, ſed retrorſum abiens, receſsit. Et ecce Aemilienſes & Senatores Vr-*

Excōicat Archiep. Rauenn. — *Legatorū humiliter egerunt.*

bis Rauennæ venere cum innumero populo ad veſtigia Præſulis huius Beati Romani, cum lacrymis properantes rogabant, vt ad imitationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro recuperatione eorum, non dedignaretur proficiſci Rauennam, *qualiter, inſpectis omnibus, ad ſummam eam perduceret libertatem.* Itaque per *ſemetipſum Beatiſsimus Papa Rauennam proficiſcens, cum de eius aduentu* Ioannes *Archiepiſcopus cognouiſſet, vſque Papiam continuo ad* Imper. *aures denuo moleſtandas iter arripuit. Tamen Præſul optimus omnibus Rauenneſibus, Aemilienſibus, & Pentapolitanis, res, quas* Ioanne *Archiepiſcopo & Gregorio fratre eius rapientibus, amiſerant, clementer reſtituit ex præceptionis ſuæ decreto, quod tradidit & confirmauit. Prefato autem Archiepiſcopo, vt predictum eſt, perueniente Papiam; conciues eius Vrbis, vna cum Luithardo Epiſcopo ſuo conſecrato cum audiſſent, quod a Summo Pontifice excommunicatus eſſet, idem Archiepiſcopus; in tanta ſe cuſtodie circumſpectione dediderunt, vt nec in ſuis domibus eum reciperent, nec hominibus eius paterentur aliquid venundari, ne per tale commercium ſaltem locutionis eorum uiderentur eſſe participes, ac per hoc excommunicationis notam incurrerent. potius autem cum de aſsiſtentibus ipſius Archiepiſcopi aliquos per plateas incedentes uidiſſent, clamabant; iſti de illis excommunicatis ſunt, non licet nobis cum illis miſceri.* A B

> Papa Rauennā petit.
> Papienſis ciuit. auerſatur Rauenn. Archiep. excōicatum.

Tunc videns ſe idem Archiepiſcopus uoluntatis ſue non poſſe per hoc machinamenta perficere, idem ſe ab Imper. *adiuuari popoſcit. cui ad hec, per internuncium, Auguſtus dixit. Vadat & faſtu elationis depoſito, tanto humiliet ſe Pontifici, cui & nos, & omnis Eccleſie generalitas inclinatur, & obedientie, & ſubiectioni colla ſubmittat: quia qui cupit aliter, minime conſequi poterit. Cumque Archiepiſcopus hec audiſſet, anxiari cepit, & iterum importunis precibus legatos* Imper. *expetens Romam peruenit; quo contra Beatiſsimus Papa hec cognoſcens, omnem illius arrogantiam tanquam aranearum telam deſpiciens, in qua prius ſententia fuerat perſeuerauit, atque immobilis fuit. Tamen eiſdem Auguſtalibus* Miſsis *Papa Sanctiſsimus cum magna manſuetudine agens huiuſcemodi locutus eſt. Si dilectus filius noſter Dominus* Imper. *iſtius* Ioan. *Archiepiſcopi actus, & bene mores cognoſceret, ipſe non ſolum pro illo nos minime flagitaret, ſed etiam ut ſe corrigeret ad nos etiam eum, ipſo nolente, dirigeret. Tunc ſicut egregius Papa decreuerat multis in vnum Epiſcopis prouinciarum conuenientibus, eidem Archiepiſcopo deſtinauit, ut coram ueniens, de ſe pleniſsimam ſatisfactionem oſtenderet, & que preuaricatus fuerat, ſatius emendaret. Quod Archiepiſcopus per ter audiens, & ſe a nemine adiuuari poſſe conſpiciens, in anguſtiæ lamenta, & nimie tribulationis ſe contulit intus, & quos poterat cum lacrymis implorabat, dicens, Miſeremini mei, peto, miſeremini mei, & clementiam ſummi Præſulis, ut mei miſereatur, expoſcite. Quod nonnulli videntes, & audientes ſummo referebant Antiſtiti, & reſponſionis illius, quas lamentabili uoce dabat ſuggeſtiones, ad liquidum exponebant. Tunc compatientiſſimus Papa, Dominum, qui mortem non uult peccatoris, imitatus, miſericordia motus, prefatum Archiepiſcopum ad humilitatis uiam tandem conuerſum ſuſcipere decreuit. Tunc ille confeſtim apprehenſa charta repromiſsionis, & iuramenti ſui, ſcripturas, quas tempore conſecrationis ſue, imperfectis confuſiſque (ut in eis uidebatur) repleuerat dictionibus, propria manu ſcribens iuxta conſuetudinem anteceſſorum ſuorum compoſuit. Et domum, que dicitur Leoniana, in qua Beatiſsimus Preſul cum Epiſcopis, presbyteris, proceribus, & optimatibus, multis aſtantibus reſidebat, conſcendit, predictaſque ſcripturas quas fecerat ſuper uiuificam Crucem Domini Noſtri Ieſu Chriſti atque ſandalia eius, & ſuper ſacrum quattuor Euangeliorum codicem poſuit, & has manu tenens, innumeris, qui conuenerant, audientibus, clara uoce, ſponte iurauit, ſe omnibus diebus uite ſue obſeruando integriter tenere, atque perficere, ſicut in ipſis ſanctis reſponſionis continebatur atque legebatur ſcripturis, quas etiam in conſpectu omnium ore proprio legit, ſummoque Preſuli tradidit. His ita peractis, ipſe inſignis & precipuus Pontifex in Baſilica Saluatoris, que Conſtanti-* C D E

> Mittit ab Imp. ad P. vt ſe illi ſubijciat.
> Papa, Rauen. Epm pœnitētē recipit.
> Archiep. Rauén. obedientiā iurat Papæ.

A ſtantiniana dicitur, cum omnibus Epiſcopis & cuncto clero, altero die deſcendit: vbi a ſummo Pont. iuſſus prænotatus Archiepiſcopus affuit, & de crimine hæreſeos, quo imputabatur, ſe expurgauit. Quem communioni ipſe Papa reſtituit, & vt ſacrarum Miſſarum ſolemnia celebraret, licentiam ei benignus indulſit.

Papa Archiep. cōmunioni reſtituit.

Sequenti, vero die, præſidente eodem ſummo, & Vniuerſali Papa, in eadem domo Leoniana, & iuxta morem reſidente Sanctiſsimo Sacerdotum, & Coepiſcoporum collegio, affuit idem Archiepiſcopus, & iuſſu Summi Præſulis reſedit. Tunc Aemilienſes aſtitere Epiſcopi dantes querimoniam in libellis ſuper eundem Io. Archiepiſcopum, dicentes, ſe multa præiudicia, & ſuperimpoſita ab ipſo Archiepiſcopo ſuſtinere. Nam nonnulli Rauennates, & Aemilienſes eadem fatebantur, ſicut in geſtis, quæ in Bibliotheca iacent, quiſquis inueſtigauerit, poterit reperire. Quæ autem a

Accuſatur a multis, de multis coram Papa.

B Deo protectus Pontifex vna cum Sancta Synodo, contra Eccleſiaſticæ regulæ normam talia eſſe prædixit, & vt omnes iſte tranſgreſsiones corrigerentur acclamante Sancta Synodo, ita debere fieri dulci affectu ſtatuit: Ne ſibi principaliter grex commiſſus Dominicus, per deſidiam, lupinis lacerandus morſibus relinqueretur. Veruntamen ò Io. Archiepiſcope, inquit, vt cuncta quæ dicuntur ſpeciali poſsint correctione amodo facilius corrigi, præcipimus tibi, vt remota omni excuſatione, præter granem corporis moleſtiam, quæ te venire omnino prohibeat, ſemel in ſingulis, ad Sedem Apoſtolicam properare ſtudeas annis, niſi forte remorandi licentiam ab Apoſtolica ſede percipias. Item ſancimus, vt Epiſcopos per Aemiliam non conſecres, niſi poſt electionem Ducis, Cleri, & populi, per Epiſtolam Apoſtolicæ Sedis Preſulis acceperis eos conſecrandi licentiam. Ipſos autem Epiſcopos quotieſcunque ad Apoſtolicam ſedem accedere voluerint, nequaquam prohibeas. Sed & nullarum dationem, quam ſacri canones non præcipiunt, ab eis aliquando exigas.

Papę præcepta Archiepiſcopo obſeruanda.

C Præcipimus etiam, vt ipſos Epiſcopos illam malam conſuetudinem quæ a quibuſdam Treceſimalis dicitur, nullo modo Rauennati exhibere aut exoluere compellas Eccleſiæ: Nec vllum morem, qui contra Epiſcoporum priuilegium ſit ab eis exigere, quoquomodo tentes. Nihilominus præcipimus tibi, vt nunquam res cuiuſcunque perſonæ, qualicumque ingenio, vel chartula exquiſitas & poſſeſſas olim, modo occupes, aut titulum ſuperiori ponas, donec in præſentia Apoſtolica, vel Miſsi eius, aut veſtrorum Rauennæ legali ordine illos in iudicio conuincas.

Cumque hoc a Beatiſsimo Papa obſeruandum Archiepiſcopo Io. fuiſſet iniunctum ac imperatum: Surrexit S. Synodus, & tribuicibus acclamauit, Rectum iudicium Summ. Preſulis, Iuſta definitio, Paſtoris totius Eccleſiæ, Salubris conſtitutio

D Chriſti Diſcipuli, omnibus placet, omnes eadem dicimus, omnes eadem ſapimus, omnes eadem iudicamus. Tunc tā eodem Archiepiſcopo, quā omni Sancta Synodo ſacri verbi pabulo refectis, dulciſsimique ſaporis a Beatiſsimo Præſule nectare ſatiatis: unuſquiſque ad propria, licentia accepta Pontificis, exiuit. hucuſque de cauſa dicti Io. Archiepiſcopi Rauennatis Anaſtaſius. quæ certo conſilio plene hic deſcripta voluimus. Subijcit his idem Anaſtaſius diuerſa ornamenta ab eodem Nicolao diuerſis donata, hoc anno, Eccleſijs.

Eodem anno, vita functo Ordonio Gallæciæ in Hiſpania Rege, cui filius Alfonſus cognomento Magnus ſucceſſit. Potens armis, & religione potētior, Magni eſt cognomentū, duplici iure, tum pietate, tū bellica fortitudine cōſecutus: qui ſui Regni

Alfonſus M.

E exordio, inter cetera opera pietatis, theſauros, quos pater ſuus ſibi reliquerat, pauperibus, & Eccleſijs erogauit; Eccleſiamque S. Iacobi, quæ terrea erat, quadratis lapidibus erigens, & columnis fulciens, reddidit auguſtiſſimam, aliaſque multas Eccleſias fabricauit. His iactis ad bene inſtituendum regimen fundamentis, multis victorijs aduerſus impios eſt illuſtratus.

a Roder. Fol. lib. 4. c. 16.

A

Chriſti Annus. 862 *Nicolai Pap.* 5 *Ludouici* 2. 7 *Michaelis* 3. 21 } *Impp. Indict.* 10.

Imp. irridet ſacra. NIcetas in Vita Ignatij narrat de impudentiſſimo,& turpiſſimo Imp. Michaele, ludubria, & deriſus ſacrorum, adeo vt non puderet eum publice dicere, ſibi quidem Patriarcham eſſe Theophilum, ridiculum hominem,& hiſtrionem, Photiū vero Bardæ, Chriſtianis vero Ignatium.

De Photio autem, quod totus intentus ſtabiliendo ſibi Patriarchatu per omnia Imp. adularetur, & Ignatium vita priuare meditaretur. ac propterea falſas confixiſſe litteras, quaſi malediceret Ignatius Imperatori, vt illi vitam adimeret, ſed tota fraude detecta per ipſum Bardam ipſius fautorem, Photius inuiſus factus eſt omnibus. B Pergit dicere de terræmotu omnium, qui vnquam fuerint maximo,& de inarteculato ſono e terra,& mari erumpente, qui omnibus horrorem incutiebat. Quo Baſilius TheſſalonicenſisEpiſcopus hortatus eſt Imper. vt deſiſteret a ludicra illa imitatione ſacrorum, qua Deus irritaretur. At offenſus Imp. Senem pugnis confudit. & dentes excuſſit, Photio nihil horum curante, quin potius,per ſummam adulationem probante.

Terræmotus omniū Max.

Incendiū. Eodem etiam tempore incendium magnum,in templo Sanctæ Sophiæ fieri contigit,ingenti cum vicinorum damno. quibus incendio, & terræmotu, ſatis præſignificaſſe videtur Deus ingentem cladem in Orientalem Eccleſiam illatam, ſparſis horrendi Schiſmatis ſeminibus,quo Eccleſia illa a Catholica, & Romana miſerabiliter eſt diuulſa. C

b Nicol. epiſt. 5. ad Imp. c. Ep. 6. ad Phot. d Ep. 4. ad vniuerſam Eccl.

Hoc eodem anno Nicolaus Papa vindex canonum, & defenſor innocentium, dimiſit Leonem legatum Imp. cum litteris ad Imp. [b] ad Photium [c] & ad vniuerſos Chriſti fideles [d] vt vniuerſæ Eccleſiæ,quę inique in S. Ignatium geſta eſſent,nota fierent;quo ſcirent omnes,quibus communicandum, & quorum vitanda eſſet communio. Extant hæ litteræ omnibus expoſitæ. De ea,quæ ad Photium, aliqua hic deſcribenda. Primum agit de Primatu Rom.Eccl.Deinde reſpondet ad purgationē quam attulerat ſuæ promotionis ex laico, & per vim cuius reſponſionis hæc eſt ſumma.

Redargutio Photij. *Ecce* (inquit,) *propter neceſsitatem, & inopiam Clericorum aſſumitur Nectarius: Ecce propter Eccleſiaſtica dogmata, & hæreticorum expugnationem, qui venerandas deponere imagines præſumpſerunt, Taraſius: Ecce per miraculorum ſigna Ambroſius ad regendas Eccleſias promoti ſunt;* quarum cauſarum nullam in eum cadere ait; & obijcit, non ſolum ex laicali ordine ad Chriſtianam Eccleſiam ſubito tranſuolla, ſed etiam viuente Ignatio, & incolume perſiſtente, eius Cathedram, vt Moechum ſurripuiſſe,& inuadere præſumpſiſſe. *Quod vero dicitis,* (inquit,) *neque Sardicenſe Concilium, neque Decretalia vos habere Sanctorum Pon ificum, vel recipere,non facile nobis credendi facultas tribuitur &c. Quod ſi ea,* (pergit,) *non habetis de neglectu atque incuria eſtis arguendi; ſi habetis, & non obſeruatis,de temeritate eſtis corripiendi, & increpandi. Quod violenter vos ad Sacerdotalem dignitatem promotos aſſeueratis, atque proteſtamini; veſtræ conſecrationis tempore non ita eſſe declaratur &c.* De conſuetudinibus quidem, quas nobis opponere viſi eſtis ſcribentes per diuerſas Eccleſias diuerſas eſſe conſuetudines, ſi illis canonica non obſiſtat auctoritas, ſe non reſiſtere ait, ſed huic tamen Sanctorum PP. auctoritate contrariæ conſentire non poſſe. D E

Queritur Papa de male tractatis legatis. Addit de Miſſis, querens,per 100. dierum ſpatium, non niſi cum ſuis loqui permiſſos, ne inquirendi de Ignatij depoſitione facultas eſſet. queritur denique de ſua Epiſtola corrupta, & Miſſis grauibus minis deterritis. In Encyclicæ,ad vniuerſam Eccleſiam fine,has ſpeciatim habet ad Patriarchas, & alios Epiſcopos Apoſtolicas iuſſiones. Igitur (inquit,) *dilectiſsimi fratres, Sanctitati veſtræ,qui catholicas Ale*

xandrino

A *xandrinorum, Antiochenorum, vel Ieroſolymorum gubernatis Eccleſias, ſeu cunctis Orientalibus Metropolitis atque Epiſcopis luce clarius expreſsiuſque ſignificamus, quoniam Sedes Apoſtolica nullo pacto venerabilem Ignalinm Patriarcham dignitatis propriæ nudari priuilegio tam improuide patitur, ſed magis repulſo a S. Catholicę, & Apoſtolicæ ſacro Eccleſiæ viſcere peruaſore, coniugis (vt ita dixerimus) viri viuentis, ſceleſtiſsimo videlicet Photio: Sanctiſsimum Patriarcham Ignatium in ſui Sacerdotii dignitate manere, ſicut olim, ſtatuit, iterumquoque canonico, & legali examine iudicat, & decernit. Et vt vos huius ſedis priuileginm ſeruantes rite, pari religione Catholici, pari etiam nobiſcum, ſuper Venerabilis Ignatii Patriarchæ Sacerdotii recuperatione, & Photii peruaſoris expulſione eadem ſentiatis, Apoſtolica auctoritate vobis iniungimus atque iubemus. Et vt huius Præſulatus noſtri* B *paginam in cunctis parochiis veſtris ad omnium faciatis notitiam peruenire: atque de hac re, iuxta Apoſtolicæ Sedis definitionem prędicari curetis aliis, ipſique ſimiliter incommutabiliter teneatis. paterno amore pręcipimus.*

Nicol. ad Patri Archi. & Metropolit.

Papa mandat Patriarchis.

Hoc anno ab eodem Nicolao Papa SYNODVS ROMÆ habita eſt, in qua, occaſione quorundam Orientalium, damnata eſt Theopaſchitarum hæreſis, iterum pullulans, aduerſus quam duo Canones ſtatuti, de qua Synodo Nicolaus Epiſtola 7. & de alia etiam, paulo poſt collecta. idem Epiſt. 70. *Deinde, bis,* (inquit) *facto Concilio, & lectis profanis geſtis, quæ prædictus Leo a ſecretis detulerat, &c.*

Hoc eodem anno nouæ Tragædiæ paratur argumentum a Lothario Fr. Rege, dũ iuuenili ardore, concupiſcentiæ frena laxans, amore exæſtuans Vualdradæ, quam a pueritia, conſuetudine puerili iunctus, amauit, vt eam acciperet in vxorem, in animum C induxit. Quod vero leges Eccleſiaſticæ eiuſmodi facinori vehementer obſtarent, eo quod Theutpergæ Reginæ legitimo matrimonio iunctus eſſet, cum ſuis Epiſcopis Conſilium captare cæpit, quomodo, quod ardenter optabat, perficere poſſet. Aſſentatores Regi non defuerunt, qui iura, quantumuis renitentia, in eius ſentẽtiam traderent. De Conſilio igitur Epiſcoporum, & Lotharij Regis arbitrio, AQVISGRANI indicitur SYNODVS, confingitur inceſtus crimen cum fratre in Theutperga, ob quod, non ſolum ex PP. ſtatutis a legitimo viro ſeparatur, ſed & etiam omnis illi maritalis copula inhibetur. nouum etiam excogitatur commentum ab vno Epiſcoporum, Vualdradam a Patre, ipſi Lothario fuiſſe a tenera ætate in coniugem traditam, poſt vero Theutpergam ipſi inuito, Regis minis, fuiſſe coniunctam. Vt illa non hæc, legitima dicenda ſit vxor. Rem per legatos Lotharius Romam ad Nicolaum D Papam defert. Is legatos duos Epiſcopos in Galliam mittit qui de tota recognoſcant. Lotharius interim matrimonio Vualdradam ſibi copulat, cum coram Epipiſcopis proteſtatus eſſet, ſe ſine vxore eſſe non poſſe. Extant acta Aquiſgranenſis Synodi nunc primum ex V. MS. Treuirenſi codice in Annalibus deſcripta, & libellus oblatus a quodam Epiſcopo, in quo longa texitur fabula pro Lothario.

Lotharius molitur repudiũ vxoris.

Aquiſgrã. Conc. pro Lothario.

Hoc eodem tempore querelæ multorum aduerſus Lothariũ Regem Caroli Calui nepotem Romam ad Nicolaum Pont. perlatæ ſunt, quod nulla habita ratione diuini, vel humani iuris, contemptis etiam ſancitis nuper inter ipſos Francorum Reges, de ſeruanda concordia, legibus, idem Lotharius in ſuo Regno nefarios homines diuerſorum criminum reos, reciperet contra litteras Pontificias, cum ijdem iam denunciati eſſent ab Eccleſia alieni. Ad hæc autem emendanda inſurrexit Nicolaus Pont. E & datis litteris iuſſit in Gallijs haberi *conuentum Regum cum ſuis Epiſcopis, qui a Regibus, ad vicum Sablonarias* indictus eſt. Acciderat enim vt cum nobiliſſima natalibus femina Mattefridis Comitis filia, Boſonis Comitis vxor, Engeltrudis nomine, ſed moribus ignominioſiſſima nulla, famę nec animæ habita ratione, proſtitutoque omni pudore, dimiſſo viro, a quo, venia etiam promiſſa, euocabatur, per Gallias ignominioſiſſime, iam per ſeptenium vagaretur, ac demum in Regno Lotharij Regis, accepta in eo manendi licentia in turpiſſimo vitæ genere perſeueraret, Boſo Comes vir eius, vt nihil intactum relinqueret, quo vxoris ſaluti, & honeſtati conſuleret, Nicolanm Rom. Pont. adijt, conqueſtus de Lothario Rege, quod ſuam coniugem

Querelæ in Lotharium.

Concil. in Sablonarias.

Engeltrudis procax femina, & impudiciſſima.

iugem, in viri contemptum in ſuo Regno conceſſerit habitare, effecitque vt excommunicationis litteras ad Francorum Epiſcopos daret, ſi in peccato obſtinata perſiſtens, reuerti ad virum, paratum eam recipere, recuſaret. alias rurſum idem dedit Apoſtolicas litteras ad Fr. Reges monens, vt apud Lotharium agerent, ne detineret, ſed procul a Regno ſuo eiuſmodi nobile ſcortum abijceret, quo ſic illa repulſa, reiecta ab omnibus, cogeretur redire, vnde male egreſſa fuerat, ad domum viri. Scripſit & ad Lotharium idem Pontifex monens, & terrens cenſuris Eccleſiaſticis, niſi in omnibus Apoſtolicæ Sedis mandatis obſequens eſſet. A

Calui Reg. filia Vidua. a Vaſallo rapta.

His acceſſit, quod Balduinus quidam nobilis, Vaſſalus tamen Carol. Calui, eius filiam Viduam, Iudith nomine, rapuit, vt eam in vxorem haberet, qui & in Lotharij Regno pariter ſecurus degebat. His igitur de cauſis, donec corrigerentur errata, ipſe Carolus ſe ab eius amicitia ſegregauit. Sciens autem hæc Ludouicus Rex, vt eos conciliaret ſimul, admodum laborauit, & ad hunc finem iam dictum conuentum cogi curauit, in quo, promittente Lothario ſe, ſecundum diuinas leges, ex Caroli ſententia, cuncta eſſe impleturum, pax eſt feliciter conſequuta. Extant harum omnium rerum geſtarum acta nunc primum ex V. MS. codice in Annalibus excuſa, & in illis grauis denunciatio, & conteſtatio Caroli aduerſus Lotharium. B

Ita res verbis tranſacta, pollicente Lothario ſe præſtiturum, quod iuſte fuerit iudicatum. Qui tamen vt eluderet Carolum, Rom. Pont. appellauit Nicolaum, interpellans ac rogans, vt Synodum in Gallijs celebrandam indiceret, ad quam legatos mitteret, qui vna cum Epiſcopis cauſam ſuam cognoſcerent ac iudicarent, fiduciam habens in Treuirenſi, & Clonienſi Archiepiſcopis, quos iam in ſuas partes pertraxiſſet. Viſa eſt Lotharij petitio ſancta, ſed non æque ſancto propoſito, vt exitus declarauit. Scripſerunt etiam tunc ad eundem Nicolaum Pont. Epiſcopi Galliarum ſub Regno eiuſdem Lotharij conſtituti; cum ea de cauſa profecti ſunt duo Epiſcopi; quæ Epiſt. ſumpta eſt ex citato MS. cod. Quibus acceptis litteris Nicolaus ad Lotharium reſcripſit, [a] Legatos ſe mittere duos Reuerendiſſimos, & Sanctiſſimos Epiſcopos Rodoaldum S. Portuenſis, & Ioannem S. Ficodenſis Eccleſiarum. Scripſit item ad Carolum, [b] ad Lodouicum Imp. ad Epiſcopos qui ad Synodum conuenire deberent, ad Epiſcopos denique in Synodo reſidentes, commendans rectum iudicium, & iuſtitiam in cauſa illarum feminarum Theuthpergæ, & Vualdradæ. *ſtatuimus, etiam,* (inquit,) *vt cuncta quę in eodem concilio peracta fuerint ac definita, noſtro Apoſtolatui, geſtorum ſerie incunctanter ſignificetis, vt ſi ea iuſtitiæ pulchritudine probabilique, ſanctione definita perſpexerimus, Deo omnipotenti gratias referamus. ſi vero iniuſtitię,* (*quod nolumus*) *& contrarietatis fuerint acta intentione, reuocari ſummopere iubeamus.* Dedit eiſdem Legatis Nicolaus Papa litteras alias ad Carolum Caluum, pro Balduino, qui filiam eius ſibi rapuerat, vt haberet vxorem. Hic enim gemens, & dolens Romam ad Nicolaum Pont. cum veniſſet, interpellauit eum, vt ſuis precibus conciliaret ſibi Carolum, quem iuſta cauſa infenſiſſimum pateretur, antequam deſperatione victus cogeretur confugere ad Northmannos. Ad Reginam etiam, Iudithæ matrem, eodem argumento, per eoſdem Legatos ſcripſit. *Per quos* (inquit,) *obnixius deprecamur, vt prędictus Balduinus, qui veſtram per Apoſtolorum interceſsiones, deſiderat beneficentiam, obtinere pro Dei amore gratiam, percipere valeat, & de ſui affectione noſtri Præſulatus oraculis conſolationem reſumat, quatenus, vt qui ſe per infelicem culpam, a norma æquitatis declinaſſe non ambigit, medelam Apoſtolorum agnoſcat, & apud veſtrum ſeniorem, nobis iuuantibus vigorem obtineat. &c.* C D E

a Ep. 17. b Ep. 18. c Ep. 19. d Ep. 20. e Ep. 13. f Ep. 2. g Ep. 21.

a Ep. 82. prope finē Papa leg. mandat, Regē executione plectendū niſi adulteram dimittat.

Hæc omnia (vt dictum eſt) idem Nicolaus Pont. per legatos hoc anno in Gallias miſſos, Rodoaldum atque Io. Epiſcopos agebat: quibus & de rebus per ipſos gerendis mandata dedit, quæ ſeruare in omnibus, & tranſgredi nullo modo deberent, quæ autem ea eſſet, idem Nicolaus in litteris ſcriptis ad Conciliū Siluanectenſe [a] declarat. nimirum, vt ſi Lotharius Rex monitis Apoſtolicis non acquieſceret, Vualdradam dimittens, excommunicatione omnino plectendus eſſet vna cum omnibus qui

ipſe

A ipſe fauerent, quæ omnia ante ſignificanda fuerint ipſe Lothario atque eadem illis rurſum in memoria reuocauit, datis ad eos litteris, & alia addidit, ſecũdum ea quæ ſuperius per libellum Epiſcopi narrata vidimus, de prætextibus, quibus Vualdradæ Maechiam in matrimonium transferre ſatagerent, Lotharij defenſores Epiſcopi, & contra matrimonium legitimum Theutpergæ improbare curarent, litteris ad eos, quæ apud Iuonem [b] & Gratianum extant. [c]

Eodem anno ex hac vita migrauit vir omni genere virtutum ornatus, & miraculis illuſtratus Suithunus Epiſcopus Vuintonienſis in Anglia, cuius res præclaræ geſtæ ſcriptæ extant a Gothzelino [d] Morinenſi.

b Iuo.p.8. c.334.
c 31.q.2. c. Lothar.
d Apud Sur.2. Iul.

B

Chriſti Annus 863 | Nicolai Pap. 6 | Ludouici 2. 8 Michaelis 3. 22 | Impp. Indict. 11.

CVm tandem certis nuncijs Romam perlatis, & ipſius Ignatij ſcriptis per Theognoſtum (de quibus ſupra) ad Nicolaum Pont. datis, ad liquidum cognita exploratàque in omnibus haberetur præuaricatio Apoſtolicæ Sedis legatorum, Rodoaldi atque Zacharię Conſtantinopolim ante annum miſſorum, vt in eos vindicaret, zelus Apoſtolicus inſurrexit. haud enim eiuſmodi ſcelus erat, vt diſſimulari aliquo modo poſſet, cum multipliciter ab eis peccatum eſſet, quod limites mandatorũ C Pontificiorum tranſgreſſi eſſent, inconceſſa tentaſſent, innocentem Ignatium condemnaſſent, inuaſorem neſandiſſimum in ſede firmantes, ipſique Nicolao Pont. mentientes, omniaque fraudibus inuoluentes, id egiſſent, ne Papa veritatem aliquando rei geſtæ conſequi poſſet. Quamobrem CONVOCATO ROMAE CONCILIO plurimorum ex diuerſis Italiæ Prouincijs Epiſcoporum re diligenter examinata, Zacharias Epiſcopus (nam Rodoaldus aberat in Gallijs) conuictus, damnatus, & depoſitus eſt. Sententia quoque damnationis in Photium lata, cuius ſententiæ pluribus præmiſſis, pauca inſeremus. [e] Recenſitis igitur varijs Photij criminibus ſic pergit. *Hæc & his ſimilia contra Euangelica, Apoſtolica, Prophetica atque canonica inſtituta aſſerens: ſit Dei omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum Principum, Petri, & Pauli, & omnium ſimul ſanctorum atque venerandorum ſex* D *Uniuerſalium Conciliorum auctoritate, nec non & ſpiritus ſancti, per nos, iudicio omni ſacerdotali honore, & nomine alienus, & omni clericatus officio prorſus exutus. Ita ut ſi poſt notitiam huius ſanctionis, quam diuina inſpiratione depromptam eſſe credimus, cum unanimitate, & concordia Sanctæ Synodi procul dubio promulgatam tentauerit in CP.no Throno præſidere, aut ſæpe fatum uenerabilem coepiſcopum noſtrum Ignatium, quo minus Eccleſiam ſibi commiſſam, ſine quauis inquietudine regere poſſit, impedierit, uel ſi ulterius auſus fuerit aliquid de ſacro miniſterio, more Sacerdotis contingere, iuxta præcedentem conſuetudinem, nullo modo liceat ei communionis ſpem, aut locum habere ſatisfactionis; ſed anathematis uinculis innodatus, una cum communicatoribus ſuis atque fautoribus perpetuo, Dei, poſt noſtram mediocritatem, iudicio ac ſententia ſacrum corpus ac ſan-* E *guinem D. N. Ieſu Chriſti, non niſi uicino mortis periculo omnino percipiat.*

Præuaricatores Sed. Apoſt. Legati plectuntur.

e Epiſ. Nicol. 7.
Sent. excõ. in Photiũ.

Ut hoc unuſquiſque diſcens, nequaquam de cetero, temeraria præſumptione, ex laico ſubito in Dominicis caſtris, ex inſperato quodammodo impetu irrepere audeat, & principatus amore ante Ducatum præſtare uelit quam diſcere. ſicut in eadem Conſtantinopolitana Eccleſia ſæpe preſumptum eſſe comperimus, & rurſum contemptis clericis, quorum, ut pote in tam magna Vrbe, copioſa multitudo eſt, quique ab ipſis, (ut diximus) cunabulis impræter miſſo labore in Eccleſia Chriſti deſudant, & indeſinentia Domino ſeruitutis obſequia exhibent, is qui deforis eſt, alterius ouilis Chriſti repente principatum arripiat, &c.

Quod

Quod autem de ſex Vniuerſalium Conciliorũ auctoritate dictum eſt in hac ſententia in Photium omiſſa VII. Nicæna II. dicta, cuius tamen decreta recepta in Eccleſia eſſent vſui, inde accidit. quod vt in reliquis omnibus Patriarchalibus Eccleſijs Oriẽtis, CP.na excepta, ſex tantum occumenicæ Synodi in publicis confeſſionibus, & profeſſionibus nominari conſueuerunt, quod eius Synodi acta, (vt habet Photius in Epiſt. ad omnes Patriarchas Orientis) ad eas non peruenerint. ſimilem cauſam in Eccl. Rom. accidiſſe teſtari videtur Anaſtaſius, nimirum, quod ea quæ eiuſdem Synodi extarent Romæ acta, ita ex Græco male reddita haberentur, vt probata licet & confirmata ab Hadriano, & ſucceſſoribus eadem Synodus eſſet, poſteri tamen non eodem præconio, nempe titulo Occumenico fuerint eamdem proſecuti, quouſque fidelioribus exemplaribus eadem ex puriſſimis fontibus latinitate daretur, quod præſtitit ipſe Anaſtaſius Bibliothecarius, vt idem præfando demonſtrat. Sic igitur Nicolaus, dum tacuit, ſuum ſuſpendit iudicium, ex dicta cauſa, nunquam tamen negauit occumenicam eſſe dicendam. Cæterum in deteriorem partem rem accipiens calumniator Photius, eidem Nicolao negotium faceſſit, quod non niſi ſex tantũ reciperet Synodos œcumenicas.

Cur Nicol. meminerit tantum ſex Synodorũ cum 7. eſſent.

Placuit eidem Synodo in Gregorium Syracuſanum antea depoſitum Epiſcopum malorum horum omnium auctorem iterare ſententiam.

Inde conuertit ſe ad reſtitutionem Ignatij, Decreto de ea re edito.

Denique olim ſtatuta, & definita, de ſacris imaginibus, illibata, & intemerata manere ſanxit.

f Ep. 70.

Reuerſo autem Leone a ſecretis Conſtantinopolim, Michael Imp. comperiens per Epiſtolam noſtram, (inquit Nicolaus) *quam per ipſum tranſmiſimus, quod nec depoſitionem Ignatij, nec promotionem Photij ſuſcepiſſemus, mox quemdam Legatum ſuum Protoſpatharium cum Epiſtola iniurijs plena, ad nos direxit, & vt ſententiam noſtram ad votum ipſius commutaremus vehementer hortatus eſt. At nos iniurias quidem noſtras non curantes, licet circa Eccleſiæ iniurias non tacuiſſemus, ſcripſimus Epiſtolam noſtram &c.*

Michael. Imp. contumelioſus in Papam.

Quæ autem perpetrata ſunt a Photio, vbi audiuit ſe damnatum a Rom. Pont. Anaſtaſius Bibliothecarius in præfatione hiſtorica ad VIII. Synodum, perſequitur. Ab eo nimirum Romani Pont. cenſuræ non parente, in dies magis populum, tantam horrentem impudentiam, & procacitatem, ſe communione abſtraxiſſe, maxima cum ipſius indignatione; ex qua perſecutionem in Catholicos accerbam inſtituerit. Conciliabulum, præſidente Michaele, collegerit: falſos homines, quaſi Vicarios Orientalium Sedium, formarit accuſatores: muneribus armarit, mendacijs inſtruxerit, in teſtes adſciuerit, eoſdem ſæpe in Iudices admiſerit, accuſationes, damnationem, & anathema in Summum Pont. impegerit, contra omnem conſuetudinem, & ius, Imperatori perſuaſerit neminem teſtamentum facere, vel per alterius, niſi per Photij manus, ſuas eleemoſynas erogare: vt qui inſtruendi ab eo veniebant, ſcripto ſpondere coegerit, ſe ſecundum fidem Photij de cetero credituros, quaſi duæ fides eſſent, vna ſcilicet Chriſti, altera Photij, vt & ante aliquot annos duarum vnumquemque hominem animarum conſiſtere prædicarit: & cum maxime crudelis eſſet in eos qui ſibi aduerſarentur, mitis tamen atque benignus ſcriptis ad Bardã litteris videri voluerit.

Photius damnatus furit.

Phot. anath. in Papam intorquet

Hoc eodem anno (vt Anaſtaſius eſt auctor) Ludouicus Imp. Romam ad Baſilicã Apoſtolorum dignas Chriſtiano Imp. miſit oblationes, quas non exprimit.

Hoc quoq; anno M. Iun. quæ fuit indicta ſupiori, METENSIS HABITA EST SYNODVS, in qua Theutperga Regina, quaſi de inceſtu cum fratre confeſſa dãnata, non ſolum a legitimo viro ſeparatur, ſed etiam omni maritali copula inhibetur, & Regi profitenti ſe continentem eſſe non poſſe, coniugium ei indulgetur. Vualdrada pellex ducitur, & Regina vocatur. hactenus abſque legatis Sed. Apoſt. qui paulo poſt in Galliam venientes, pecunia corrupti, ſententiam probarunt, Regique ſuaſerunt, vt Epiſcopos, qui illi Synodo præfuerunt Gunthariũ Colon. & Theutgaudũ Treuirenſem Archiepiſcopos Romam mitteret, ſatisfacturos Pontifici. Atque ita legati

Theutperga Reg. damnatur ĩceſtus

Legati ſed Ap. pecunia corrũpuntur.

A gati immenſis ditati opibus Romam regreſſi, renunciarunt, quæ in Gallijs viderant, & audierant. Hæc fere ex Reginone, qui peccat in tempore, & ordine dum Aquiſgran. Synodum Metenſi poſtponit.

Papa, his auditis, conuocato Rom. Sedis Concilio, & Metenſem anathematizauit Synodum. & ad ſe miſſos Epiſcopos depoſuit, & communione priuauit, iuſte quidem, & canonice, vt ſcriptis ſuis ipſe teſtatur, iniuſte vero ſicut illi ſcriptis, & aſſertionibus firmare conantur]. ex veteri Chron. a Pithoco edito. Anaſtaſius Bibliothecarius in Nicolao Papa de his agens, addit eiuſmodi delicti Archiepiſcoporum complicē fuiſſe Hagannonem Bergomenſem Epiſcopum, vna eum alijs Epiſcopis qui Lothario Regi auctores fuerant dimittendæ Theutpergæ, & in coniugium ſumendæ Vualdradæ. Eadem habet Regino, qui addit eoſdem dannatos Archiepiſcopos ab Vrbe recedentes profectos Beneuentum ad Ludouicum, qui tunc ibi erat, B acuiſſeque in blaſphemias linguas ſuas, eorumque Guntharium auctorem malorum omnium, ſpreta ſententia Summi Pontificis, non abſtinuiſſe a vetito, & interdicto miniſterio Sacerdotali, Theutgaudum autem abſtinuiſſe narrat, ſed hæc poſtea. hic reddenda eſſet Epiſtola Nicolai Papæ ex ipſa Rom. Synodo tunc habita, quæ continet eius acta, a citato Francorum annalium auctore deſcripta, niſi breuitati ſtuderemus. Perditiſſimi autem Epiſcopi illi duo cum deſperatam reſtitutionem viderent, Schiſmaticis adheſerunt, quos ſcirent inſenſiſſimo eſſe odio in Nicolaum, nempe Photio eiuſque ſectarijs; & confictam Epiſtolam calumnijs, mendacijs, atque blaſphemijs refertam ad eum miſerunt, quaſi ab ipſis ex Synodo ad Nicolaum ſcriptam; quæ ab eodem veteris Chron. auctore, a Pithoco editi, recitatur, plane impudentiſſima, & arC rogantiſſima, conflata non ſolum a duobus illis Archiepiſcopis, ſed Hagannone etiã Bergomenſi Epiſcopo, qui omnes Io. Rauennatem cum Gregorio fratre, qui multarum præuaricationum rei, iuramenti, quod præſtiterunt, obliti, obnoxij habebantur. vt teſtatur Anaſtaſius, qui multa nefanda, & ſacrilega, & chriſtianitatis modum excedentia palam, & clam fraudulenter, atque procaciter contra Sedem Rom. & contra ſummum Pont. ab illis patrata aſſerit.

Papa Metens Syn. anathematizat.

Executi Epiſcopi Schiſmaticis iũguntur.

Hac igitur, quam multo pretio redemiſſet, arrepta Photius occaſione, mox ſcripſit ad Patriarcham Alexandrinum de cogenda aduerſus Nicolaum Papam, & latinam Eccleſiam Synodo oecumenica. Extat Epiſtola in Bibliotheca Vaticana, & apud alios, hac inſcriptione; *Encyclica Epiſtola ad Patriarchales Sedes Orientis Alexandriæ videlicet, & aliarum ſedium &c. Photius* &c. in qua multa maligne blaterat D in Eccleſiam Rom. & in Occidentalem. Ingerit & illud de aſſerta Spiritus ſancti proceſſione ex Patre, & ex filio. Multa præterea iactat de Schiſmaticorum Occidentalium Epiſtola ad ipſum opem aduerſus Nicolai tyrannidem implorantium. hortatur denique eos ad recipiendam, & numerandam ſepitmam Synodum cum alijs, aduerſus Iconomachos celebratam.

Photius molitur Synodnm Occum. in Papam.

Non hoc tamen anno hæc Epiſtola a Photio ad Orientales miſſa eſt, ſed poſt triennium, nempe poſt irrogatum ſacrilegè in Papam ab eodem Photio anathema. poſita aũt eſt hoc loco occaſione calumniarũ Occidẽtalium Schiſmaticorum in Nicolaũ.

Iam vero ad Epiſcopos Conciliabuli Metenſis redeamus, omnes anathemate a Sede Apoſtolica obligatos, quorũ præcipui aliorum ductores, & ſeductores Theutgaudus, atque Guntharius, cum haud leue bellum in ipſum Nicolaum Pont. conciE taſſent: alter eorum nempe Theutgaudus ad ſe reuerſus magna inſtantia pulſauit diu fores Rom. Eccl. vt ab ea reciperetur. Sed quod, ſicut nemini vere poenitenti obſerantur eędem ad veniam peccatorũ cõſequendã, ita ad reſtitutionẽ honoris priſtini in atrocioribus facinoribus reſerari minime conſueuerunt: hoc ipſe petens eiectus foras moerens manſit ſemper extorris, dum idem Pont. Nicolaus vixit. Alter vero maiori in dies auerſione a ſacris non ceſſans obſtinatior perſeuerauit reliqui condemnati Epiſcopi, quorum non erat tanta culpa, libellos ſupplices de his, quæ in Metenſi conciliabulo peccaſſent, eidem Pont. Nicolao offerentes, ſunt veniam conſecuti; quibuſdam acceptis ab Apoſtolica Sede conditionibus.

Id

Id autem in primis præſtitiſſe Aduentium Metenſem Epiſcopum litteræ ab ipſo ad eundem Pont. tunc eodem argumento ſcriptæ ſignificant. pro eodem etiam Carolus Rex Francorum ſcripſit litteras commendatitias. Quibus acceptis ſupplicibus litters Nicolaus Aduentio, per Theutericum eius legatum, quem poſt Bettonẽ latorem eius, & Caroli litterarum, miſerat, reſcripſit. In quibus litteris poſt gratulationẽ de reſipiſcentia, ſacerdotes cum Regibus, quomodo gerere ſe debeant oſtẽdit. *Illud vero* (inquit,) *quod dicitis, Regibus, & Principibus vos eſſe ſubiecto, eo quod dicat Apoſtolus, ſiue Regi tanquam præcellenti;* [a] *placet. Veruntamen videte vtrum Reges iſti, & Principes quibus vos ſubiectos eſſe dicitis, veraciter Reges & Principes ſint. Videte ſi primum ſe bene regunt, deinde ſubditum populum. Nam qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Videte ſi iure principantur: alioquin potius tyranni credendi ſunt, quam Reges habendi, quibus magis reſiſtere, & ex aduerſo aſcendere, quam ſubdi debemus. Alioquin, ſi talibus ſubditi, & non prælati fuerimus, nos neceſſe eſt eorum vitiis faueamus. Ergo Regi quaſi præcellenti, virtutibus ſcilicet, & non vitiis, ſubditi eſtote, ſed ſicut Apoſtolus ait, propter Deum, & non contra Deum. Deinde quod in conuentu Epiſcoporum capitula. S. Leonis Papæ ac* Antiocheni *Concilii quidam, vt aſſeris*, (inquit,) *legerint, ſuperfluum iudico. Quoniam ſi ſanctus vir Metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decreuit; priuilegia tamen huius Sedis non abſtulit, & huic diuinitus iura conceſſa non minuit. Quia ſicut ipſe ſcribit ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem, ac per eum ad omnes: inter beatiſsimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium par eſſet electio, vni tamen datum eſt, vt ceteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio, & magna ordinatione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis Prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia; & rurſus, quidem in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri Sedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil a ſuo capite diſsideret. Itidem ipſe alibi, vt de componendis atque compoſitis relatio ſibi plena mittatur &c. Sed tandem ad propoſitum redeamus, & votis tuis*, (inquit Papa,) *quantum poſſumus, Deo præſtante, miſericorditer annuamus. Itaque ſi Theutgaudum dudum Epiſcopum, ſicut profiteris in Catalogo Epiſcoporum non recipis, quouſque de eo humanius tractemus, & ſi Guntharium miniſterium ſibi vetitum vſurpantem, non ſolum inter Epiſcopos non ſuſceperis, ſed nec ipſi, nec fautoribus eius communicaueris, & Regi in ſcelere permanenti Epiſcopaliter contradixeris, & ſecundum vires in nullo a conſtitutis, & ſententiis ab Apoſtolicæ Sedis Præſule prolatis deuiaueris, ſed de cetero pro fide Catholica, & correctione fidelium ac pro conſeruandis Pontificiis Sedis Apoſtolicæ priuilegiis nobiſcum ſenſeris, nobiſcum pro viribus decertaueris, fratres quoſque, & proximos tuos nobiſcum ſapere hortatus fueris: Deus omnipotens interceſsione Apoſtolorum Principum Petri ac Pauli, vincula omnium peccatorum abſoluat quidquid humanitus, quod in oculis Maieſtatis eius diſplicuit, egiſti, tibi miſeratus indulgeat, & benedictionis ſuę gratia replens ad beatitudinem uiſionis ſuæ perducat.*

Sed quid inter hæc accidit? Cum in alijs Prouincijs Galliarũ, quæ Carolo ſubiacerent, innotuiſſet, quid ſtatutum eſſet in Metenſi Concilio, nempe ex Lotharij ſententia cuncta eſſe tranſacta legatoſque Apoſtolicæ Sedis omnia comprobaſſe, quidquid legati feciſſent, ex Nicolai, qui eos miſerat, voluntate confectum eſſe, ſcripſerunt ad ipſum Pont. amariſſimas litteras eaſque Synodales, ex SILVANECTENSI CONSILIO, quod collegerant, quibus eum cognouerunt mutare ſententiam, & generale Concilium conuocare. Quibus acceptis litteris Nicolaus reſpondit ſibi non eſſe opus mutare ſententiam cum ſemper aduerſus Lotharium ſenſiſſet litteriſque ſignificaſſet, legatis ſuis miſſis in Gallias datis, (quarum exempla ad eos mitteret) nempe, vt Lotharius niſi pareret eijciendo Vualdradam pellicem

a 1. Pet. 2.

Epiſcopi quatenus ſubeſſe, & opponere ſe Regibus debeant.

Primatus Eccleſ. Rom. Diſpoſitio Eccleſiæ.

Sententia abſolutionis Aduentitij Meteſ. Epiſcopi.

A alienus fieret a communione totius Eccleſiæ Catholicæ, vna cum fautoribus ſuis. Quæ ſua conſtantiſſima, nec aliquando mutanda ſententia, vt per ipſos vniuerſo populo innoteſceret, admonuit.

Hoc eodem anno menſe Aprilis Hincmarus ſurripuit a Nicolao Papa confirmationem Concilij Sueſſionenſis ante decennium celebrati, itemque confirmationem priuilegiorum Rhemenſis Eccleſiæ, cum idem Pont. Nicolaus dolum neſciens, ipſi annuens reſcripſit [a] confirmans quod petierat. SALVO TAMEN, inquit, ROMANÆ SEDIS IN OMNIBVS IVSSV ATQVE IVDICIO, & rurſum, SALVO IN OMNIBVS APOSTOLICAE SEDIS IVRE, VELVTI AB IPSO CHRISTO, ET SACRIS EST CAVTVM CANONIBVS. & tertio. ITA TAMEN SI IN NVLLO NEGOTIO APOSTOLICAE SEDIS ROMA- B NAE IVSSIONIBVS INVENTVS FVERIS INOBEDIENS. denique, DVM TAMEN IN VITA TVA SVPERSTES EXTITERIS, ET IN NVLLO AB APOSTOLICAE SEDIS PRAECEPTIONIBVS QVOQVO MODO DISCREPAVERIS. QVOD SI A SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CONSTITVTIS, VEL AB EIVS PRAESVLVM IVSSIONIBVS QVOLIBET TEMPORE INVENTVS FVERIS SEGREGATVS, EORVMQVE SIVE PER EPISTOLAM, SIVE PER VERBA MANDATIS OBEDIRE NEGLEXERIS: HVIVS PRIVILEGII ATQVE PRAECEPTI TENOR NVLLIVS MOMENTI PENITVS IVDICETVR; ET CVNCTA QVAE IN EO CONTINENTVR, IRRITA IN PERPETVVM ATQVE INANIA PRORSVS C EXISTANT.

Callide Hincmar⁹ elicit a Papa confirmationē & priuil.

[a] Ex cod. S. Mariæ ſupra Mineruam, in vrbe, ep. Nic. 38.

Priuileg. Rhemenſ. eccl. quib. conditionib. confirmentur a Papa.

His acceptis ab Eccl. Rom. per Nicolaum Pont. priuilegijs, obtentaque confirmatione Concilij Sueſſionenſis, Hincmarus iam opere perficere aggreditur, quod conceperat aduerſus Rhotaldum Epiſcopum Sueſſionenſem, cuius cauſa Siluanectenſe Concilium parauit, eodem tempore, quo Metenſe, celebratum; in quo idem Rhotaldus deponitur, & quantumlibet Sedem Apoſtolicam appellans, non eſt auditus, ſed in Monaſterium detruſus, alio in eius locum Epiſcopo ſubrogato. Cum & ab ipſa Synodo miſſa eſt legatio, per Odonem Bellouacorum Epiſcopum ad Apoſtolicam Sedem, qua peteret per Nicolaum Pontif. confirmari, quæ ab Epiſcopis in eadem Synodo acta eſſent. Quo tempore ad eamdem Apoſtolicam Sedem miſſus eſt libellus ſupplex querelarum Rhotaldi [b] ipſius de his, quæ iniuſte ab ea- D dem Synodo paſſus eſſet. Inſuper & aliæ a vicinis compluribus tyrannicum factum deteſtantibus additæ querimoniæ pro Rhotaldo. Hæc omnia, & in ijs potiſſimum quæ ad Epiſcopos ſpectant, perſpicuæ demonſtrant ipſius Nicolai Papæ litteræ ad eamdem Synodum redditæ [c], in quibus, quod ad præſentem, de qua agitur, Rhothaldi cauſam, pertinet, negat in primis Nicolaus ſe ab ipſis in Concilio definita, poſſe, repugnantibus ſacris legibus, confirmare, quin cogatur & penitus eadem irritare atque caſſa omnino reddere. Redarguit vero quod appellantem Rhotaldum Apoſtolicam Sedem, ſuam appellationem ipſum proſequi non permiſerint, ſed eum retruſerint in Monaſterium. Excuſationem vero eorum, qua prætexuiſſent Rhotaldi appellationi non fuiſſe deferendum, eo quod aduerſarentur ei leges Imperiales, reijcit omnino, ex ſacris regulis Pontificiiſque decretis, quibus caueretur, non vtendum ſæcularibus legibus, & Imperatoriis ſanctionibus, cum eis leges Eccleſiaſticæ contradicunt. Magis vero redarguit eo quod præter ius omne faſque appellatione E pendente, alium in Sede Rhotaldi appellantis intruſerint, contra ſacrorum omnium ſancita Canonum.

[b] Inter epiſ. Nicol. 37.

[c] epiſt. 32.

Imp. ſanctiones cedunt Pōtificijs.

Significat inſuper iiſdem litteris Nicolaus, ſe iam ante eas litteras, commonuiſse per epiſtolam eorum Metropolitanum Antiſtitem Hincmarum Rhemēſem Archiepiſcopum, vt poſt eam acceptam, ſpatio 30. dierum Rhotaldum ſede depoſitum, gradui priſtino reſtitueret, vel ipſum Romam mitteret cum ſuo Legato, ſi ipſe Hincmarus venire non poſſet, vt Apoſtolicæ Sedis iudicio, tota cauſa illa iuſte definire-

Suſpendit Papa Hincmarum & Epōs, niſi pareant.

tur. Quorum ſi neutrum ageret, tam ipſe, quam ceteri Epiſcopi, qui Rhotaldi iniuſte depoſitioni conſenſiſſent a Miſſarum celebratione cenſerentur eſſe ſuſpenſi. deinceps pluribus additis litteris, quattuor admonitionibus mandauit de reſtituendo depoſito Rhotaldo. A

Hincmarus immenſa contumacia aduerſus præcepta Apoſtolica vſus, vix tandem Rhotaldum ab exilio dimiſſum, (quod factum eſt anno ſequenti) Romam abire permiſit, nec tamen qui cauſam apud Pontificem aduerſus eum agerent, miſit, quem propterea, vt innocentem Pontifex in Epiſcopatum reſtituit. Legendæ ſunt Nicolai epiſtolæ ad Hincmarum, ad Epiſcopos per Gallias, ad Rhotaldum, & ad Carolum Caluum, quæ totius huius rei hiſtoriam continent. B

Nicol. pauperes adhibet ī auxiliū eis opitulando.

Nicolaus Papa tot tantiſque negotiorum, & perſecutionum agitatus fluctibus, pauperes ſibi in ſubſidium comparandos putauit, quos omnes deſcriptos habens, quotidianum illis victum accurate miniſtrari curabat, vt ſcribit Anaſtaſius.

a ep. 30. & 32.

b Nicol. ep. 52.

c Frod. hiſtor. Rhē. c. 11.

Carol. caluus raptorem filię in gratiā Papæ, in gratiā recipit.

Carolus Rex, & Siluanectēſe Concilium cum Nicolao queſti ſunt, quod Balduinum raptorem filiæ Caroli Romæ recepiſſet, & litteris ſuis ipſi Carolo, & Reginæ commendaſſet: [a] negauit Nicolaus ſe eum abſoluiſſe anathemate, quo ligatus erat, immo facinus deteſtatum, ipſum acerrime redarguiſse; poſtulantem vero ſubſidium Apoſtolorum abiicere non licuiſſe idque exemplo prędeceſſorum. Porro ipſum Balduinum tandem a Carolo receptum fuiſſe in gratiam, eiuſdem [b] Nicolai litteræ ad eundem Carolum Regem redditæ, docent, quibus ipſi Pontifex, eo nomine, gratias agit. Quod & Hincmari epiſtola ad Nicolaum Papam, quæ recitatur a Frodoardo [c] plenius oſtendit, vbi Hincmarus hæc habet: *Interim Balduinus & Iuditha leges ciuiles, quas elegerant, obſeruarunt. Similiter Rex noſter, filius veſter, huic adeſſe noluit, ſed Reip. miniſtros, & officiarios miſit, & vt vobis pollicitus fuerat: hos inter ſe matrimonium contrahere iuxta leges humanas, permiſit, & Balduinum maximis honoribus affecit, vt poſtulaueratis.* C

d ep. 52.

Ruodbertus, quaſi alter Iud. Machab.

Nicolaus vero eadē epiſtola [d] ad Rhotaldi cām conuerſus, de Hincmaro apud eundem Regem queſtus eſt, & quam cōſtanter velit integra illibataq; ſeruari Sed. Apoſt. priuilegia, eidem Carolo Regi pluribus ſignificat. in qua extrema Epiſtola eidem Carolo gratulatur de victoria aduerſus Northmannos, Dei auxilio obtenta, per ſuum Ducem Comitem Ruodbertum, quem præ excellentia, & multiplicitate rerum in bellis fortiter geſtarum, auctor Annalium a Pithoeo editorum, Iudæ comparat Machabæo.

Papæ priuileg. monaſt. Corbeiæ.

Hoc eodem anno idem Nicolaus Pont. ampliſſimum priuilegium contulit Monaſterio Corbeiæ, quod extat inter eius epiſtolas Romæ cuſas, epiſt. 62. Monaſterio item Sancti Carilephi, in pago Cenomanenſi, impetratum a Carolo Rege. Fauerat ante hæc Nicolaus Rotberto Epiſcopo Cenomanenſi aduerſus eoſdem Monachos ab eius obedientia ſe ſubducere conantes, vt indicant tres Nicolai breues epiſtolæ nunc primum editæ, & vna ad Epiſcopos in Regno Caroli commorantes. Idem de his ipſis ad Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum ſcripſit cum eo expoſtulans, quod indignatus ſit in Rotbertum Epiſcopum, & quod Carolum Regem in eū commouerit. hactenus de rebus huius anni. D

E

Christi Annus 864 *Nicolai Pap.* 7 *Ludouici* 2. 9 *Michaelis* 3. 23 } *Impp.* *Indict.* 12.

Nicolaus Pontifex collecta Romæ Synodo aduerſus Rodoaldum Portuenſem

Epiſcopum,

A Epiſcopum, in Oriente primum, inde in Gallijs Legatione functum, & vbique præuaricatorem inuentum, vocatum ſæpe, refugientem ſemper, tandem abſentem ab epiſcopatu depoſuit, atque excommunicatione multauit. [a] Quæ latius ab ipſo Nicolao explicantur epiſtola ad Orientales. & rurſum epiſt. ad omnes Epiſcopos. [b] Conſtantinopolitanę ſedi ſubiacentes. a Nicol. epiſt. 7. b epiſ. 10.

Quod vero ad cauſam Lotharij Regis de dimiſſa vxore legitima, & pellice in cōiugium accepta, ſpectat, vt eam Nicolaus Pont. Synodali iudicio definiret, ſcripſit in fine anni huius in Gallias ad Epiſcopos Regni Caroli, atque Lotharij, vt in ſequentem annum Romam ad Synodum ſe conferrent. Verum quod Apoſtolicum in ea Synodo timeretur iudicium, tergiuerſationes & excuſationes ſunt a Regibus interpoſitæ, quibus excuſabant Epiſcopos, quod ad Synodum venire non poſſent. Quod in- De adulterio Regis euocat epiſcopos Romam ad Concil.
B digne tulit ipſe Pont. vt apparet ex epiſtola ad eos reddita, anno ſequenti, poſt *Synodum Romæ habitam*, cum Arſenium Legatum miſit in Gallias, quibus & redarguit, quod quiſque eorum in excuſationem afferebat, quod non poſſent conuenire ad Synodum Epiſcopi, eo quod ob incurſus Northmannorum maior pars eorum in expeditione aduerſus eos eſſet, ſic dicens, [c] *Reprehenſibile denique valde eſſe conſtat, quod ſubintuliſti, dicendo, maiorem partem Epiſcoporum die noctuque, cum alijs fidelibus tuis, contra Piratas maritimos inuigilare: ob idque Epiſcopi impediantur venire. Cum militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire, militum vero ſæculi ſæculo, ſicut ſcriptum eſt: Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus. Quod ſi ſæculi milites ſeculari militiæ, ſtudent, quid ad Epiſcopos & milites Chriſti, niſi vt vacent orationi? &c.* c epiſt. 27.

C Inter hæc vero bene conſcij Reges Francorum Ludouicus, & Carolus, non propterea à cæptis celebrandæ Synodi Nicolaum Pont. deſtiturum, etiam ſi Galliarum Epiſcopi ad illam non venirent, in qua accidere potuiſſet, vt idem Pont. Lotharium Regem excommunicaret: ad hoc anteuertendum, omnia quę poſſent, remedia excogitarunt, atque primū quidem illud, vt Lotharius ſponderet ſe Romam ad ipſum Pont. eſſe profecturum. inſuper ipſos Reges rurſum eum eſſe conuenturos ſuaſurosque ea, quæ ipſius ſaluti conduceret. colliguntur hæc ex Nicolai epiſtola [d] ad ipſos ſequenti anno data in qua & illud eſt, *cui interdiximus*, inquit, *et omnino interdicemus, vt iter, talis qualis, nunc eſt, non arripiat, eo quod S. R. E. talem reſpuat atque contemnat, & in hoc perſeueret, quod late in toto diffuſum eſt orbe.* Quæ autem prędecere debeant, Romā ne veniat Rex, niſi prius obediat, Papa interdicit. d ep. 27.
D antequam ſe Romam Lotharius conferat ad accipiendam pœnitentiam, iiſdem litteris Nicolaus inſinuat dicens, primum recipiendam eſſe Theutpergam, eamque tutam Sacramento reddendam: inde vero, ſi quid contra eam habeat, iuramento purgatio fiat, & ſic a Sede Apoſtolica ex eius diſcretione iudicij pœnitentiam accepturum. Hæc in cauſa Lotharij.

Carolus Caluus Rex ſignificans infenſo ſe eſſe animo in Rhotaldum Sueſſionenſem Epiſcopum, rogat Nicolaū, ne eius ſuſcipiat patrocinium, Regina quoque vt in ea cauſa conſentiat Regi. Nicolaus [e] contra litteris ad Regem, eū rogat in primis vt indignationem aduerſus Rhotaldum conceptam diuque nutritam abijciat, atque erga eum ſe placatum exhibeat, profecturumque Romam, eum neceſſarijs ſubſidijs comitetur. Ad Reginam [f] autē ſcribit, ſe nūllo modo poſſe in cauſa Rhotaldi illis aſſentiri, oſtenditque grauiſſimis verbis, in gratiam Regum non eſſe labefactanda Eccleſię e ep. 35. f ep. 36.
E priuilegia. *Quod autem ſcripſiſtis*, (inquit,) *quia ſi exaudiamus filium noſtrum, non detrimentum, ſed augmentum priuilegiis Eccleſiæ noſtræ generetur; nos certiſſime credimus, quia priuilegia S. R. E. nullum poſſunt ſuſtinere detrimentum: nec plantatio quam cœleſtis Pater plantauit, eradicari, nec fundamenta, quæ ſummus poſuit Architectus, queant quibuslibet, & quantislibet fluctuationibus amoueri. Veruntamen cariſsima filia, magnum manet periculum tam eos, qui ſua deſidia ea minui aliquo modo ſinunt, quam eos qui ſua præſumptione illa violare contendunt. De exaudiendo vero & non exaudiendo filio noſtro Carolo,*

coniuge veſtro, per Guidonem venerabilem, idoneam vobis (vt remur) miſimus rationem, &c. A

a ep.37. Hoc eodē anno Nicolaus Papa humaniſſime ſcripſit [a] ad Hincmarum Rhemenſem rogans,& hortans, vt dimiſſa iam tandem tanta contumacia Rhotaldum Romam mittat cum ſuis Legatis, cui ex ea parte paruit, qua Romam eum venire permiſit. Vbi cum per octo menſes expectaſſet, nullo accuſatore comparente, Nicolaus in Vigilia Natiuitatis Domini, in Baſilica Dei Genitricis ad præſepe, infra Miſſarum ſolemnia, coram clero & populo, ſermone habito de Rhotaldo Epiſcopo, cauſaque eius expoſita, omnibus approbantibus, eum digne iudicauit, qui indueretur ſacerdotalibus indumentis. Ex Anaſtaſio, qui præſens aderat.

Lothar. exagitatus litteris Papæ, demiſſe reſcribit.

Exagitatus Lotharius Rex litteris Nicolai Papæ reſcribit litteras (quæ ex Codice Treuerenſi iam primum ſunt editę) purgatorias, magna cum ſignificatione reuerentiæ erga Sedem Apoſtolicam,& alias,cum audiſſet Theutgaudum Treuirenſem, & Guntharium Agrippinenſem Epiſcopos Legatos ſuos in Concilio damnatos, (quod anno ſuperiori contigit fieri) *quod nos,* inquit,*non ſine graui mœrore haurientes, decreuimus longanimiter, ac patienter ferre, & vt olim in pluribus actum eſt, reſtitutionis ſpem habere,&c.* Guntharij temeritatem damnat, quod excommunicatus Miſſam celebrarit, & alia munia eccleſiaſtica obierit; & Theutgaudum commendat humiliter ferentem cenſuram. B

Inter tot autem naufragia Epiſcoporum, & eorum diſſenſiones magna enituit fides Rothlandi Arelaten. Epiſcopi, memoris antiquorum temporum, quibus ante omnes Galliarum Epiſcopos Arelatenſis ſpeciali prærogatiua ab Apoſtolica Sede honore decoratus eſſet, cum illi in primis vices ſuas Rom. Pont. credere conſueuerint, & pleriſque alijs, præcęteris, priuilegijs inſignire, prædeceſſorum ſuorum inhærens veſtigijs, ſcripſit ad Nicolaum laudans in primis, quæ ab ipſo eſſent decreta aduerſus ſacrorum Canonum contemptores, pollicens ſe inhæſurum ſemper Sanctæ Apoſtolicæ Sedis decretis, ad quem Nicolaus reſcripſit epiſtolam nunquam antea editam. C

Iam vero, quę fuerint diuerſis Eccleſijs, ab eodem Pont. ſacra dona oblata, & in Eccleſiarum reſtaurationes collata & alia ad diuinum cultum ſpectantia, exhibita, ex Anaſtaſio petantur.

Eius temporibus, tot tantaſque diuerſarum prouinciarnm conſultationes ad Sedem Apoſtolicam veniſſe, quot quantaſque nunquam antea, habetur ex eodem Anaſtaſio. D

Cum audiſſet in Sardinia paſſim iniri inceſta connubia per litteras & Legatos, gentem a tanto reuocauit errore, contumaceſque anathemate perculit. Idem Anaſtaſius.

Christi Annus	*Nicolai Pap.*	*Ludouici* 2. 10.	Impp.
865	8	*Michaelis* 3. 24.	*Indict.* 13.

E

POſt aliquot dies a reſtitutione Rhotaldi, cum nec tum quidem quiſquam accuſator comparuiſſet, rurſum publica ſententia, eundem Rhotaldum Nicolaus Papa priſtino gradui, priſtinis officijs, ac priſtino Epiſcopatui reſtituit. extat ſententia inter eius epiſtolas. [a]

a ep.39. b ep.26.

Cum eodem Arſenium Epm Ortenſem, laudatiſſimū hoīem, [b] Nicolaus legatum

miſit

A miſit in Gallias, tã pro reſtitutione illius, quam pro abolẽda Regis Lotharij copula, pro pace ẽt & cõcordia Regũ Galliarũ conſeruanda. Plures ẽt pro ipſo Rhotaldo in Gallias Nicolaus litteras ſcripſit, vt reciperetur. Inter quas famoſiſſima illa eſt Epiſtola, quam dedit ad Epos Galliarum, qui queſti fuerant, quod cauſæ Epiſcoporũ iudicandæ in Synodis per Coepiſcopos, aduocarentur ad Apoſt. Sedem, nec non etiã, quod ſuis litteris in dubium reuocaſſent, num Epiſtolæ illæ Romanorum antiquiorum Pontificum, quæ non eſſent inſertæ in corpore canonum, ſed ab Iſidoro Mercatore in collectione ſua deſcriptæ, eſſent in auctoritatem, ſicut ceteræ, accipiendæ. Quæ vt planius fiant, primum quid per canonum codicem, ſiue canonum corpus intelligi conſueuit antiquitus, eſt declarandum, & de Iſidori collectione dicendum, quando ipſa Eccleſijs innotuerit. Quod ad primum pertinet, certum eſt, quod quæ B antiquior eſt facta collectio Epiſtolarum Decretalium Romanorum Pont. atque canonum diuerſorum Conciliorum, id ſibi nomen vendicaſſe, vt eiuſmodi volumen ſiue liber, ſiue codex canonum, aut corpus canonum diceretur, aucta acceſſione aliarum, qui poſtea vixerunt, Roman. Pont. Epiſtolarum, & aliorum, quæ poſtea celebrata ſunt, canonum Conciliorum. Quæ autem antiquior, & vberior apparuit collectio Epiſtolarum Roman. Pont. & canonum diuerſorum conciliorum, fuit Creſconij, de qua ſuo loco ſuperius dictum eſt, quæ aucta multorum canonum, & Epiſtolarum acceſſione, in nomen illud tranſijt, vt liber, ſeu corpus canonum diceretur. Cumque plures aliæ factæ fuerint canonum collectiones, quæ ceteris opulentior edita eſt ab Iſidoro Mercatore, continens Epiſtolas antiquorum Roman. Pont. incipiendo a Clemente, longe recentior fuit; teſtante id Hincmaro Rhemenſi C Archiepiſcopo, vt pote, quæ non ante Carolum Magnum ab Hiſpania in Gallias fuiſſet delata per Riculfum Archiepiſcopum Moguntinum, qui interfuit Teſtamento Caroli M. eidem ſubſcriptus, & qui præfuit Concilio Moguntino A. D. 813.

Quid per canonum Cod. ſeu corpus intelligeretur.

Collectiones Canonũ variæ.

Canonum prima collectio Creſconij.

Iſid. Mercatoris collectio recẽtior.

g Epiſt. ad Hincmarum Laudu.

Cum igitur ante Riculfum Iſidori collectionem non nouerint Galliæ, Hiſpanis proximæ, minuſque Italia, coniectura eſt, Iſidorum illum haud pridem vixiſſe atque ſcripſiſſe; eamque ita primum vulgatam eſſe per Riculfum, qui attulit, inde per Benedictum Leuttam qui intulit in libros capitulares, & demum per Hincmarum iuniorem Epiſcopum Laudunenſem nouiſſimum, vſque ad hæc tempora collectorem, quem Hincmarus Rhemenſis, ſubtilioris iudicij vir, in multis redarguit.

Iſid. Mercator qñ vixerit.

Hincmar. Laudun. collectio poſt Mercaturem.

Sed & ab ipſa quidem conſulto viſus eſt abſtinuiſſe Nicolaus Papa, quippe cum in his controuerſijs frequens eſſet, vt de appellatione ad Sedem Apoſtolicam agere- D tur, & ex illis Epiſtolis multa ſuppeterent eademque fortiſſima teſtimonia Sanctiſſimorum Pontificum eorundemque martyrum, quorum ſumma auctoritas in Eccleſia eſſe poſſet: abſtinuit tamen ab illis penitus, quas ſaltem dubias intellexiſſe non dubium ſit, illis tantum vſus, de quibus nunquam in Eccleſia Dei fuerat dubitatum: quod illis aduentitijs, & recens inuentis non egeret Eccleſia, cum eadem aliunde ex germanis, ſinceris, omnino legitimis, ſecuris certiſque Rom. Pont. Epiſtolis abundanter accipere licuiſſet. Sed & ipſe Benedictus Leuita, etſi ipſe ex eadem Iſidori collectione accepit multa, tamen bene conſcius auctoritatem illarum Epiſtolarum haud eſſe conſtantem, ſed nutare admodum, nunquam aliquem illarum citauit auctorẽ, vt fecit in reliquis, quorum fides conſtans eſſet Rom. Pont. Epiſtolis, Innocentij, Leonis, Gelaſij, Symmachi atque Gregorij, citans acnominans ea- E rũ auctores, ſed & magna cautela, quod ſciret ex eis accepta, haud adeo haberi firma, curauit (vt ipſe in fine teſtatur) eadem auctoritate Apoſtolica confirmari. Qui autem primus excepta ex eis decreta cum titulo edidit Roman. Pont. quorum nomine cenſerentur, fuit, quem diximus, Hincmarus Laudunen. Epiſcopus. Eum vero ſecuti ſunt alij, vt qui ſequenti ſæculo ſcripſit, Burchardus, & alij; poſt ipſum, & omnium nouiſſimus Gratianus. At vero ex multis eas reddi ſuſpectas Epiſtolas, quę ſuis dicta ſunt locis, ſatis eſt demõſtratum, ſimulque oſtenſum, illis nõ indigere. S.R.E. vt ſi falſitatis arguantur, ſuis ipſa deſtituatur viribus, & priuilegijs cum etſi illis careat, ex legitimis germaniſque aliorum Pont. Rom. Epiſtolis decre-

Nicolaus Papa abſtinet ab incertis teſtimonijs. Rom. Põt.

Burchardus Can. collector.

Gratianus collector nouiſſimus.

talibus ſatis ſuperque corroborata conſiſtat. Ceterum quod excerpta ex illis capita a Benedicto Leuita primum, vt canonibus conſentientia probata eſſent, vt ipſe teſtatur, auctoritate Roman. Pontif. quod & a poſterioribus factum eſt collectoribus: eadem vſu potius recipi contigerunt, quam conſtanti ipſorum firmitate. Verum quod his temporibus cum recens haberetur earum editio, nec perfecte in omnibus cognitæ eſſent, nondum ſubtilius examinata, ea ex parte tantum eas recipiendas negarent, quod extra corpus Canonum ſuo ſeorſum volumine poſitæ haberentur; hanc obiectionem ipſorum magni poſſe eſſe momenti Nicolaus conſiderans, dum reliquæ omnes Romanorum Pontif. extra poſitæ Decretales abolerentur vna iſta ſententia, reſcripſit Epiſtolam Decretalem [a] magni ponderis, in qua primum exponit Eccleſiæ a Chriſto factam diſpoſitionem in hunc modum, & his verbis. *Subiturus cælos, hanc (Eccleſiam) Apoſtolis commendauit, ac per eos tamquam hæreditario iure, ſucceſſoribus eorum, nobis ſcilicet quos Paſtores, & Epiſcopos, ac Pontifices ſuper ipſam conſtituit, eius prouidentiæ curam indulſit, quatenus pro patribus nati filii, & pro eis conſtituti Principes in omnem terram imitatores eorum eſſemus, ſicut & ipſius Chriſti. Verum & inter Beatiſſimos Apoſtolos (ſicut, & ille magnus Leo ſcribit) in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis, & cum omnium per eſſet deuotio vni tamen datum eſt, vt ceteris præemineret. De qua forma Epiſcoporum quoque eſt orta diſtinctio. Et magna ordinatione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia; & rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſolicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri Sedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil vnquam a capite ſuo diſsideret.* Inde reprehendit Epiſcopos auſus, abſque conſenſu Sedis Apoſtolicæ, Epiſcopum deponere, carcere, & exilio afficere, cum certum ſit cauſas maiores, inter quas ſunt maxime Epiſcopales, ad Sedem Apoſtolicam pertinere: denique diſſerit de auctoritate decretorum, & Epiſtolarum Rom. Pont. & de priuilegijs Rom. Eccleſiæ, quæ conuelli non poſſunt, vt a Chriſto collata, & Rhotaldum enixe commendat, vt eum benigne, reſtitutum, ſuſcipiant, intentato anathemate illis qui quoque modo moleſtiam intulerint.

a Ep. 42.

Eccleſiæ diſpoſitio.

Primatus i Eccleſia.

Cauſæ Eccleſiæ maiores ad Sedem Apoſt. pertinent, vt Epiſcopales.

Quem recedentem ab Vrbe pluribus alijs voluit Apoſtolicis litteris abire munitum: in primiſque ad Regem Carolum ſcripſit Epiſtolam [b] in qua maxime eſt deteſtatus Hincmari perſecutoris contumaciam atque ſuperbiam. de legitime facta Rhotaldi reſtitutione eum reddit certiorem, atque demum, vt faueat ipſi ad ſuam Eccleſiam reuertenti, primum rogat, monet, ac niſi faciat excommunicationem comminatur. hortatur rurſum & monet, vt omnino curet nonnulla, Eccleſiæ Sueſſionenſis prædia, quibuſdam in beneficium collata Epiſcopo reſtitui. *Scientes profecto*, (inquit,) *quia qui his rebus frui voluerit, & eas præfatæ Eccleſiæ reddere forte diſtulerit, nos hunc ab Eccleſiæ finibus anathematis nexibus reddimus irretitum, & ſacroſanctis myſteriis ſequeſtratum, veluti profanum eliminamus, & quaſi rapacem, & impium a contubernio fidelium procul dubio abiicimus.* Scripſit tunc pariter ad Hincmarum Rhem. Archiepiſ. Epiſtolam acerrimis obiurgationibus plenam, [c] in qua hanc habet in fine monitionem. *Tandem aliquando vnum e duobus, quod vult fraternitas tua, ſibi a nobis, optione propoſita, eligat, quia vtrumque canonicum eſt, vtrumque ad Sedis Apoſtolicæ pertinet priuilegium, videlicet, aut quæ de ſæpe fato fratre, & Coepiſcopo noſtro Rhotaldo diſpoſuimus adimplens, in nullo refragatrix, ſed executrix inueniatur, aut certe Romam coram nobis, ſeu ſancta Romana Eccleſia, cum ipſo conflictum ſumptura, & pro hoc altercatura, properare ſine dilatione maturet. Ita dumtaxat vt prius ipſe Rhotaldus cunctis ablatis ſicut ſtatuimus, recuperatis honoribus, & vires longo labore feſſas priori valetudini redditas reſumens diutius poſsideat, & ſuis omnibus perfruatur. Quod ſi neutrum, ſine procurata mora, fortaſsis agere voluerit, & reſultare his, quæ de illo ſtatuimus, ſolito more, vlterius curauerit,*

c Ep. 41. Papa acerrime ſcribit ad Hincmarem. Exautorat Hincmar. niſi pareat.

ab

A *ab omni ſit ſacerdotali dignitate, Dei, per nos, iudicio, & auctoritate Sedis Apoſtolicæ decreto, ſequeſtratus, ita vt nunquam locum ſatisfactionis, aut ordinis reſtitutionem operiatis.*

Tunc ſcripſit etiam ad Sueſſionenſem Eccleſiam, legitimum ſuum reſtituens abſolutum Epiſcopum, addens & ſacrum reſtitutionis Diploma.

Antequam autem perueniret in Gallias Rhotaldus, Carolus Rex ad Nicolaum ſcripſit de Rhotaldo, vt inerte, & inutili Epiſcopo: ad quem reſpondens Nicolaus, *Miramur*, (inquit,) *cur tantus Rex ſuaſoriis verbis cedit, & non magis nobis, qualiter de Rhotaldo obediat, procurat. Deſine ergo fili, & deceptoria verba depelle a corde tuo: incipeque noſtris monitis parere, vt excellentiſſima gloria veſtra cum exultatione fructificet, & cum gandio manipulos colligat, &c.*

B At poſt hæc nihil amplius ſcriptum eſſe reperitur contra Rhotaldum, quin potius acquieuiſſe, veniamque pro delicto Epiſcopos exoraſſe a Nicolao Papa: inter quos Franco Epiſcopus, magni nominis eius temporis vir, vnus ex his, qui interfuerant Concilio Siluanectenſi, reatum ſuum per litteras confeſſus, quod non contradixit Epiſcopis iniuſte cauſam Rhotaldi iudicantibus, ad quem extat Epiſt. Nicol. veniam dantis. Acquieuiſſe penitus iudicio Nicolai Papæ Hincmarum ipſemet teſtatur in Epiſt. ad Hincmarum Iuniorem Epiſcopum Laudunenſem, ex qua iſta recitat Frodoardus. *Quod dicis te audire obloqui de iudicio Domini Nicolai Papę: ſi de me dicis, mendacium dicis. Nam quod ille de Rhotaldo iudicauit, non contradixi, ſed ſicut ipſe præcepit, obedire curaui &c.* Epiſcopi tãdem cedunt Nicolao in cauſa Rhotaldi.

C Sic igitur tandem, ſero licet, obtinuit, quod conatus fuerat Nicolaus, ſcilicet integram reſtitutionem Rhotaldi: nam per eundem Arſenium Legatum a latere, hoc anno miſſum, in ſuam Eccleſiam nullo obice fuit pleniſſime reſtitutus, quam & tenuit ſumma pace, iam antea per mortẽ intruſo, e medio ſublato; Hicque finis iudicij in cauſa Rhotaldi. Peruicit tandem Nicolaus reſtitutionem Rotaldi.

Longiſſimam & luculentiſſimam Apologeticam Epiſtolam de tota hac cauſa Hincmarus Rhemenſis ſcripſit ad Rom. Pont ex Frodoardo in Annalibus deſcriptam. In qua, quæ obijcit, ſi vera non ſunt, mirandum eſt de tam prompta eius in mentiendo audacia; vel ſi vera ſunt, ſeque tam iuſtam (vt ſcriptis præſe fert) aduerſus Rhotaldum cauſam foueret, cur adeo refugerit iudicium Apoſtolicæ Sedis toties interpellatus litteris eiuſdem Pontificis, cum vel per nuncium ſaltem ea obſignata Epiſcoporum, vel aliorum teſtimonio, ad iudicium tanto tempo-

D re Romæ ventilatum mittere, toties requiſitus impigre debuiſſet. Verum quæ ab ipſo in Rhothaldum grauiora ſuis ad Nicolaum Papam litteris inſeruntur, eo magis mendacij ſuſpecta redduntur, quod ex ijs quæ dicta ſunt, appareat in dicto ſæpius Synodali conuentu contra eundem Rhotaldum, in quo omnia communi conſpiratione Iudicum, & accuſatorum aduerſus eum ſunt actitata, de illis, quæ primo loco ponenda erant, nulla, vel leuis ſaltem ab accuſatoribus mentio facta eſt, vt inter alia, quæ ipſe in hac ſua habet Epiſtola, de ſacris vaſis ſuæ Eccleſiæ per ipſum dolo malo ſublatis, ac diſtractis. de quibus nullam in tota cauſa a quoquã delatam querelam audiuimus. In ea plura ſunt obſeruatione digniſſima, præcipue vero de cultu exhibendo erga Apoſtolicam Sedem. Poſt plurima, & hoc dico, inquit, non, (*quod abſit*) *præiudicans ſummæ Sedis Apoſtolicæ, & Sancti Apoſtola-* Sedis Apoſtolicæ quantum deferẽdũ.

E *tus veſtri poteſtatem in aliquo, cui in omnibus ſum, ſicut rectum eſt, obedire paratus, ſed quia ſummæ auctoritati veſtre obſequium prȩſtare me puto, cum ea quæ ſentio, aut ad probationem, aut ad correctionem humiliter ſapientiæ magiſterii veſtri pando, & Rhotaldi mores vobis intimare procuro, ne mea negligentia, qui eos noui, uos lateant, quatenus certius, quod uobis placuerit, de illo ueſtra auctoritas decernere ualeat*. Poſt plura alia. *Mihi uero*, inquit, *neceſſe erit me taliter agere, ne toties auctoritatis ueſtræ Epiſtolas excommunicationes intentantes, & obiurgationes, quas raro, & magna neceſſitate fiendas in Apoſtolicorum uirorum litteris legimus, ferentes, de reliquo accipiam. ſi...* Excũ cationis ra[illegible] in litte[illegible] po virorum.

iſtis diebus peccatis meis merentibus, frequenter accepi, quod ſi ſanctitati veſtræ placuerit, non vobis opus agere in poſtmodum erit, donec Apoſtolica veſtra iuſsio me inobedientem in aliquo contra Regulas ſacras per contemptum (quod abſit) inuenerit. Qui enim quare in Euangelio Dominus Centurionis fidem, dicentis, Dic verbo, & ſanabitur puer meus, intelligit: conſiderat quam operatorium ſit Epiſcopi, immo, ſicut in Paulo, in ſe loquentis Chriſti, quanto magis Pontificis Apoſtolicæ Sedis, & quam obedienda ſit eius præceptio, etiam ſine vlla adiurationis adiectione cognoſcit, &c Alia etiam plura continet, quæ non pertinet ad cauſam Rhotaldi.

Quanti facienda iuſſione dum excóm. P.

Sed ad legationem Arſenij per Nicolaum Pontif. in Gallias adornatam redeamus. Dedit eidem legato litteras [a] ad Carolum, & Ludouicum Reges, expoſtulans, quod vocatos ad Synodum Epiſcopos continuiſſent. Alias quoque ad Epiſcopos in Regno Lotharij conſtitutos, redarguens eos negligentiæ, quod ſegnes eſſent in commonendo Lothario. extant in Annalibus, ex codice Treuirenſi. Quibus acceptis litteris Arſenius Legatus in Galliam profectus, humaniſſime, & honorificentiſſime eſt exceptus ab Epiſcopis Francis Regni Lotgarij. Perueniens in Gallias Arſenius tanta poteſtate, & auctoritate vſus eſt, ac ſi idem ſummus Præſul aduenilſet. Conuocatoque conuentu Epiſcoporum, Lotharium Regem alloquitur, vt vnum e duobus eligat, aut propriæ reconcilietur vxori abdicato Vualdradæ pellicis conſortio; aut protinus anathematis gladio feriatur ipſe, omneſque in hoc ſcelere fauorem præſtantes. Hac neceſſitate compulſus, vel conſtrictus, vellet, nollet, Theutpergam Reginam in matrimonium recepit, interpoſito iuſiurandi Sacramento, ſe illam, ita in reliquo habere, ſicut æquitatis iura dictant, legitimam vxorem eſſe tenendam, nec eam a ſe ſepararet, nec ipſa viuente aliam ſuper eam induceret. Poſt hæc Vualdradam ex auctoritate Dei, & S. Petri, & verbo Domini Apoſtolici Romã ire iubet, vt pro ſe rationẽ reddere ſtudeat.

a Ep. 27.

Auctoritas leg. ſed Apoſt.

Lothar. recipit Vxorem terrore excóm.

Engeltrudam vxorem quondam Boſonis Comitis a Sede Apoſtolica excommunicatam eſſe omnibus declarauit, quia proprium deſeruerat maritum, & Vuangerum ſuum Vaſſallum in Gallias ſecuta fuerat. quam excommunicationem cum omnibus qui aderant Epiſcopis renouauit. Poſt hæc eadem Engeltruda prædicta Arſenio in Vuormatia ciuitate ſe repræſentauit, in quo loco præfatus Epiſcopus Ludouico Regi occurrerat. Iurauit igitur in præſentia ipſius Miſſi Sacramentum in hunc modum continens.

Iuramentũ Engeltrudæ nobilis ſcorti

Ego Engeltruda filia quondam Mattefridi Comitis, quæ fuit vxor Boſonis Comitis, vobis Domino Arſenio Epiſcopo Miſſo, & Apocriſario ſummæ Sanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Sedis, & per vos Domino meo Nicolao Summo Pontifici, & vniuerſali Papæ iuro, immo per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum per 4. Chriſti Dei Euangelia, quæ ore oſculor, & manibus propriis tango, quia amodo relinquam illam malitiam, quam in prænominato Boſone viro meo exercui, & vt ouis quæ perdita fuit, ad Sanctam Catholicam, ſub eadem obligatione, qua Dominus Nicolaus Summus Pontif. & vniuerſalis, Papa me obligauit, reuertar Eccleſiam, & in Italico *Regno, aut vobiſcum, aut ante vos, quoquomodo prouideritis, ibo & quidquid Dominus Apoſtolicus iuſſerit, & terminauerit, adimplebo, & perficere non recuſabo.* Sed tam horribile iuſiurandum non adimpleuit, & Franciam repetiuit. Quod cum ſupradictus Arſenius cognouiſſet, Epiſtolam miſit omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, atque omnibus Sanctæ Eccleſiæ fidelibus Galliæ, Germaniæ, ac Neuſtriæ commorantibus, obteſtans omnes per auctoritatem Dei Omnipotentis, & Beatorum Principum Petri, & Pauli ac Domini Pontificis & vniuerſalis Papæ, vt nullus eam intra Parochiam reciperet, ſed eam funditus ab omnibus Eccleſijs ſuis prædicarent excommunicatam, & ab omni Chriſtianorum communione ſequeſtratam, inſuper & anathematis vinculo innodatam, & inter impias, & ſceleroſas damnatam, donec de pe-

ſtiferis

A ſtiferis factionibus ſuis, atque perpetrato periurio ante Domini Apoſtolici præſentiam dignam acciperet pœnitentiam. ex Reginone. Eiuſmodi Arſenij Epiſtola extat in Annalibus ex citato codice Treuirenſi. De hac legatione Arſenij, Annales a Pithoeo editi, hoc habent. *Anno 865. Arſenius Epiſcopus Nicolai Papę Legatus ob pacem, & concordiam inter Ludouicum, & Carolum fratrem eius, nec non Lotharium nepotem eorum renouandam atque conſtituendam miſſus eſt in Franciam &c.* Ea de re extant Nicolai litteræ ad Ludouicum & Carolum communes, & ad Epiſcopos vtriuſque Regni 25. & 26. atque in hac de conſeruando Ludouici Imperio illæſo iſtam memoria dignam breuem habet exhortationem.

Permittatur ergo præclaro Imperatori quietem ducere vitam, atque tranquillā, & patruis ſuis nullam præſumptionem monſtrantibus, Macheræ vſum, quam B *primum a Petri Principis Apoſtolorum Vicario contra infideles accepit, non cogatur in Chriſti fideles conuertere. Licet inquam ei per hæreditaria Regna ſibi iure deriuata, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate firmata, & Summi Pontificis manu capiti ſuper impoſito diademate auguſtiſsime decorata cum ſuis fidelibus, pie ac iuſtiſsime gubernare. Sinatur omnino a Deo protectum imperium ſuum, quod cum benedictione & ſacratiſsimi olei inunctione Sedis Apoſtolicę Præſule miniſtrante, percepit ad exaltationem & quietem huius Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ licenter, ac rectiſsime moderari. Alioquin quiſquis contra huius veſtræ ſalutiferæ commonitionis paginam agere fortaſſe præſumpſerit, & aduerſus iam fatum filium noſtrum Auguſtum referre tentauerit, nouerit ſibi in Deum omnipotentem, cuius Imperium terminum neſcit, refragaturum, & A-* C *poſtolatum noſtrum vix compatens ſibi miniſterium releuaturum &c.* At de Arſenij legatione, litteriſque a Nicolao Pont. ſcriptis ſatis. Porro magis componendæ pacis cauſa inter Reges Francorum, & Ludouicum Imperatorem quam inter ipſos Reges eiuſmodi legatio miſſa videri poteſt, ſi quidem Reges ipſi fœdus inierunt anno ſuperiori, quod & hoc firmauerunt in villa Turiſſiaco, in quo conuentu, poſt multa de pace & concordia, circa crimen Lotharii, de quo conſilium expetierat, conueniunt ei verum, & ſincerum per ſuos Legatos dare.

Exhortatio Papæ ad RR.

Papa gladiū prębet Imp. c. infideles.

Imp. inungit & coronat a Papa.

Eodem pariter anno, Seufredum Placentinæ ſedis Antiſtitem a ſede propria, cuiuſdam Pauli Diaconi perfidia pulſum, per Legatos ſuos idem Papa ſedi ſuæ reſtituit, & eundem Diaconum correptum iuſſit eamdem ſedem nunquam nec viuo, nec mortuo Seufredo repetere vel recipere. Ex Anaſtaſio, qui ſubiicit de ædificiis eo- D dem anno Romæ conſtructis in vſus pauperum excubantium ad limina Apoſtolorum, reſtaurata forma aquæductus, per quam aqua copioſe ad Eccleſiam Beati Principis Apoſtolorum in omnium vſus eſt deriuata. Oſtienſem quoque vrbem a Gregorio Papa aduerſus Sarracenorum inuaſiones extructam, ſed dirutam, reſtaurauit, & muniuit, præſidio impoſito. Iam ad res Orientales conuertamur.

Placētinū Epm a ſuo Diac. pulſū reſtituit Papa.

Nicolai fabricæ.

Hoc pariter anno Michael Imper. Michaelem Protoſpatharium Romam miſit Legatum ad Nicolaum Pontificem. legatio hæc fuit plane indigna Imper. & ipſo Pontifice, barbara, proterua, & contumelioſa, litteras deferens Imperat. ad Pontif. plenas iniuriis, obtrectationibus atque blaſphemiis, dignas, quæ ab impio Photio, nomine Imp. non ab Imp. ſcriptæ putentur, quantumuis etiam ipſe Imp. fuerit omnium perditiſſimus, & vita ſolutiſſimus. Non extant ipſæ quidem blaſphemæ E litteræ, nam Synodalis ſententiæ publico decreto fuiſſe igni traditas, quæ ſumus dicturi ſignificant. Reſcripſiſſe vero [a] Nicolaum hoc item anno iiſdem datis litteris declaratur, & eo tempore cum idem Sanctiſſimus Pont. ægrotaret, ipſo interea legato Protoſpathario proterue agente, nec, vt conualeſceret Pontifex, ſuſtinente. Cum ipſe Pont. ne abſque litteris ſuis reuerteretur eam ſcripſit ægrotans epiſtolam, & licet valde prolixam, breuiorem tamen, quam oportuiſſet, ſi ad omnia ab Imp. cōtumelioſe ſcripta per ſingula reſpondere voluiſſet. Cum tamen ipſe, Chriſtiana imbutus ſapientia, proprias iniurias contempſerit, ad ea ſola reſpondens quæ aduerſus Rom. Eccl. & Sanctos Patres ab eo temere fuiſſent procaciterque iactata. Legat, qui volet,

Legatio Imper. ad Papā barbara, & impia.

a epiſt. 8.

A

epiſtolam plane Apoſtolica ſapientia, magnanimitate, Maieſtate dignam, cuius nos hic capita tantum attingemus.

Capita quædam reſponſionis Nicolai ad Michaelé Imp.

Qualeſcunque ſint ſacerdotes, audiendos: Longe abeſſe, vt Imp. iubere poſſit Romano Pont. Calumniantem linguam Latinam redarguit, illud obijciens, in Conſtantinopolitana Eccleſia Latine primum Epiſtolam, & Euangelium in ſtationibus legi ſolita: Damnatos, & excommunicatos iudices eſſe non poſſe: Epiſcopos a ſubditis ſuis non eſſe iudicandos: Superiorem ab inferiori iudicari non poſſe: Synodis Imperatorem intereſſe nō opportere niſi vbi de fide agitur: Sedem Apoſtolicam refugium eſſe Catholicis: Omnes Synodos egere authoritate Rom. Pōt. Priuilegia Rom. Eccl. eſſe perpetua, & nullam Synodum illi priuilegia contuliſſe, cui omnia Dei ſermone erant conceſſa: Omnium nationum gentes ad limina Beati Petri quotidie properare: Romanæ ſedis iudicium eſſe omnium maius. Primatum Rom. Pont. eſſe inuiolabile. Negat mittendos quos poſtulat. Imperatorem ius nullum habere affirmat in monachos; Contemnit minas Imp. excidendæ Vrbis: Inſultat vane comminanti; Exprobrat ignauiam: Indulget vt iudicata cauſa Ignatij iterum Romæ iudicetur: Admonet ab exemplis, quam immane ſcelus ſit Pontifici non obedire: denique conteſtatur, quod ſi perſtiterit in pertinacia, primum quidem ex vniuerſo Occidente coacto Concilio ipſum & omnes eius inobedientiæ participes diri anathematis vinculis innodandos. Deinde vero conſentientibus Coepiſcopis damnanda omnia ſcripta aduerſus Ignatium Patriarcham facta, & ipſam epiſtolam, in ſtipite, videntibus cunctis, ſuſpenſam, vaſto ſuppoſito foco ad vituperium ipſorum, coram omnibus nationibus, quæ penes memoriam Sancti Petri multipliciter inueniuntur, eſſe comburendam. *Deſtruite ergo vos*, inquit, *& diſsipate illa; alioquin a nobis fore deſtruenda, ſeu funditus diſsipanda, modo, quem prædiximus, antenoſcite &c.*

Priuilegia Rom. Eccl. non ab hoīb⁹ ſed a Deo.

B

C

Trāſlatio corp. SS. in Galliam.

Eodem anno corpora ſanctorum Euſebij & Pontiani in Gallias fuiſſe translata, Nicolao annuente, tradit Sigebertus in Chronico.

Campanæ primum a Ven. ad Græcos miſſæ.

Ad hunc quoque annum referunt ſcriptores proſequuti res Venetas, ærea inſtrumenta, quæ campanas dicimus, vſui eſſe cæpiſſe Græcis, miſſis ipſis a Duce Venetiarum Vrſo Patriciaco ad Michaelem Imp.

S. Anſgar. Dan. Apoſtol. obit⁹. a li. 1. c. 31

Hoc eodem anno magnus ille Danorum, & Suecorum Apoſtolus S. Anſgarius ex hac vita feliciter ad cœlum migrat. de quo Adam, vetus hiſtoricus. [a] Superuixit autem poſt illam plenariam Hamaburgh, & Bremæ copulationem annos ſeptem, ſedit annos omnes triginta quattuor, cuius depoſitio ſumma veneratione colitur, 3. Non. Febr. obijt anno D. 865. Indict. 13. qui eſt Ludouici Imp. 2. 26.

D

Eadem die, qua ipſe commendatus eſt Rimbertus Diaconus eius a clero ſimul, & populo electus eſt. Qui etiam vitam S. Patris veridico ſermone deſcribens, more B. Ioannis, quaſi de alio ſcribens, innuit ſe fideliſſimum eius diſcipulum teſtimonium perhibere ſanctitati, quam cognouerat in viro Dei. Hunc librum ille ad fratres cœnobij direxit, nouæ Corbeiæ, beatificans illos, quod talem miſerint, & nobis gratulans, quod talem ſuſcipere meruimus paſtorem &c. De ſucceſſore ſubijcit, ipſum pallio donatum a Nicolao Rom. Pont. cuius & vita extat. [b]

b 4. Febr. apud Sur.

E

Chriſti Annus	*Nicolai Pap.*	*Ludouici 2.*	11.	*Impp.*
866	9	*Michaelis 3.*	25.	*Indict. 14.*

QVo tempore, ſuperbo ſchiſmate ab Eccleſia Romana diuiditur, & in eam armatur perfidus Michael Imp. Alter Michael Rex Bulgarorū, dato nomine Chriſto hono-

A ſto honorificentiſſimam legationem, hoc ipſo anno, mittit ad Nicolaum Pont. ſicque dum ſpernitur ab Imperatore Petri ſedes, a Rege quæritur & honoratur. Rex igitur Bulgarorum Michael fidei ſanctæ doctrinam agnoſcens, baptizatus legatos ſuos cum non paruis muneribus, ad Summum Pontificem miſit, exquirens, quid ſe facere ſalubrius oporteret, & quid erga reliquum Bulgaricum, adhuc Baptiſmo ſacro carentem populum, vt fidei ſacramenta perciperet, agi deberet; quod Beatiſſimus audiens Papa, magna repletus lætitia, ingentes Chriſto gratias egit, & retentis honorifice apud ſe Bulgarici Regis legatis, Sedis Apoſtolicæ Legatos Paulum Populonienſem, & FORMOSVM PORTVENSEM magnæ ſanctitatis Epiſcopos, bene monitos, & inſtructos ad prædicandum illi genti, miſit. Cum quibus, quoniam per Bulgaricum Regnum iter Conſtantinopolim vſque terra ten-
B ditur, Legatos alios miſit, Donatum Epiſcopum Oſtienſem, Leonemque presbyterum S.R.E. & Marinum S.Sedis Diaconum, vt de Eccleſiā Conſtantinopolitana ſibi plene referrent; hæc fere ex Anaſtaſio, & Nicolai Epiſtola [a] ad Hincmarum.

Bulgarorū legatio ad Rom. Pont.

Legatio ſedis Apoſt. in Bulgar.

Legatio ſedis Apoſt. Conſtantinopolim.

a Nicol. ep. 70.

Quod ad Chriſtianitatem Bulgarorum ſpectat, ex ijs quæ ſuperius dicta ſunt, liquet iam pridem fuiſſe nonnullos ex ipſis conſuetudine Chriſtianorum, abdicata Gentilitate, & Idolorum cultu, Chriſtianos effectos; cuius rei cauſa accidit, vt ob diuerſitatem religionis, non ciuili tantum, ſed domeſtico bello iidem Bulgari inter ſe inuicem altercarentur, Gentilibus in Chriſtianos tumultuantibus, & Chriſtianis cultores Idolorum arguentibus: atque illud proxime, vt cum Rex coegiſſet baptizari omnes Gentiles, illi aduerſus Regem rebellantes, in ipſum & Chriſtianos omnes arma mouerint, fueritque aduerſus eos certandum magno diſcrimine, vt apparet
C ex Nicolai Papæ litteris ad ipſorum conſultationes, reſpondentis, his verbis: [b] *Igitur referentes, qualiter diuina clementia Chriſtianam religionem perceperitis; qualiterque populum veſtrum baptizari omnem feceritis; qualiter autem illi poſtquam baptizati fuere, inſurrexerint vnanimiter, cum magna ferocitate contra vos, dicentes: Non bonam vos eis legem tradidiſſe, volentes etiam vos occidere, & Regem alium conſtituere. Et qualiter, vos, diuina cooperante potentia, aduerſus eos præparati a maximo vſque ad modicum ſuperaueritis, & manibus veſtris detentos habueritis, qualiterque omnes Primates eorum, atque maiores, cum omni prole ſua, gladijs fuerint perempti; mediocres vero, ſeu minores nihil mali pertulerint. De his noſſe deſideratis, qui vita priuati ſunt, vtrum ex illis peccatum habeatis &c.*

Bulgari ob religionis diuerſitatē conuertant.

Bellū ciuile Bulgar.

b Nicol. reſp. ad Conſult. Bulg. cap. 17.

Rex Bulg. Chriſtianus infideles Bulg. ſuperat.

Ex alijs eorundem conſultationibus pariter intelligitur, ſubdolos quoſdam ope-
D rarios ad eos ex Græcis, ſiue Armenis aduenisse, & inter alios Græcum, qui ſe finxerat ſacerdotem, vt conſtat ex Nicolai reſponſione ad 14. conſultationem. Licet autem Barbari, & rudes adhuc, tamen nonnulla mentiri Græcos fuerunt odorati, vt inter alia, illud de chriſmate iugiter apud eos manante, de quo conſuluerunt ipſum Nicolaum Papam. [c]

c Cap. 94. conſultat.

Quod vero permixtis Græcis Armeni, non vnam eamdemque fidem illis annunciarent, cum vnum ſit Euangelium, & vna veritas; optantes illi quidem de fontibus Saluatoris aquam haurire puram, ab Eccleſia primaria, Petri ſede, Romano Pont. eam accipere deliberantes, eam quam diximus legationem inſtituere, vt ex Nicolai ipſius reſponſionibus apparet, vbi ait. [d] *Poſtremo deprecamini nos ſuppliciter, vt vobis quemadmodum ceteris gentibus, veram & perfectam Chriſtianitatem, non*
E *habentem maculam aut rugam largiamur, aſſerentes, quod in patriam veſtram multi ex diuerſis locis Chriſtiani aduenerint, qui, prout voluntas eorum exiſtit, multa, & varia loquuntur, ideſt Græci, & Armeni, & ex cæteris locis.* Sed & illud petierunt vt Patriarcha illis ordinaretur. Verum Nicolaus non annuit, ſed reſpondit. [e] *Requiſiſtis, ſi liceat in vobis Patriarcham ordinari: ſed de hoc nihil definitiue reſpondere poſſumus, priuſquam legati noſtri, quos vobiſcum mittimus, reuerſi fuerint, vt nobis, quæ inter vos multitudo ſit, & vnanimitas Chriſtianorum, renuntient. Nam interim Epiſcopum habetote: & cum cremento diuinæ gratiæ, Chriſtianitas vbi fuerit dilatata, & Epiſcopi per ſingulas Eccleſias ordinari: tunc eligendus eſt inter vos*

d reſp. ad conſult. Bulg. cap. 106.

e ad c. 72.

vnus, qui,

vnus, qui, ſi non Patriarcha, certe Archiepiſcopus appellandus ſit, ad quem omnes A
concurrunt &c. Porro ipſos necdum habuiſſe Epiſcopum, illumque fore ordinãdum ſuo tempore ab ipſo Rom. Pont. eiuſdem Nicolai reſponſiones ſignificare videntur.[a] Sic igitur centum & ſex reſponſionibus Nicolaus Pontifex, totidem ipſorum, conſultationibus ſatisfecit, vna epiſtola ad eos ſcripta legatis data, vna cum pluribus libris, qui neceſſarii eſſe viderentur, ad imbuendam ipſam Eccleſiam &c.

a 106. rñ. P. ad cõſulta Bulgar.

Legatio Pap. Conſtãtinopolim.

b epiſt. 9.

Iam veniamus ad legationem miſſam Conſtantinopolim. Dedit nominatis Legatis in primis litteras ad ipſum Michaelem Imp. quarum eſt exordium. *Quanto maiora ſunt beneficia Dei &c.* Quibus monet in primis eum Chriſtianæ humiliratis eſſe debere cultorem vt potè Principibus neceſſariæ. Ob idque monet, vt legatos audiat, & litteras legat. Subjcit his querelas de Eccleſia Conſtantinopolitana ſub ipſius Imperio peſſundata, cui mederi, & auxilio præſto eſſe Pontificis Romani præcipue B
muneris ſit. Repetit ſæpe ſuis litteris, inculcatque cauſam Ignatii, quam multipliciter in ea peccatum ſit inſinuat, docetque ex ſacris Eccleſiæ legibus: ob idque Gregorium Syracuſanum, ſententia Rom. Pont. e gradu depoſitum, nequaquam potuiſſe reſtitui per ſententiam Imperatoris, vel alicuius alterius hominis. Monet poſt hæc latius proſequutus, de comburendis litteris blaſphemis, anno ſuperiore ab ipſo conſcriptis: vtque Ignatium, Photiumque Romam mittat ad iudicium integrandum. Quod vero memoria retineret quam male habiti fuiſſent legati ſuperiori legatione miſſi Conſtantinop. quos, præter innumeras contumelias coegerint præuaricatores effici: enixis precibus eoſdem commendat, saluberrimaque ſimulque terribili admonitione claudit epiſtolam. cuius particulam inſerere libet. *Si quidem nos*, inquit, *o tranquilliſsime* Imp. *illos non ad ſynodum celebrandam, non ad lites, & contentiones excitan-* C
das direximus, ſed, vt ſeruata Apoſtolicæ ſedis reuerentia, reſtaurationem Eccleſia Conſtantinopolitana ſtatus ſui recipiat, pax & vnanimitas ſanctis Eccleſiis, & Imperio uoſtro reddatur, atque perpetuis, Deo propitio, temporibus cuſtodiatur &c. & paulo poſt. *Unde & pietatem veſtram obſecramus & coram Deo, & Angelis eius conteſtamur, vt obediatis nobis, & nos in hac vita potius audire curetis, hortantes atque rogantes, quam Beatum Petrum cæleſtis Regni clauigerum in futuro ſentiatis accuſantem atque damnantem. Nam ſi nos non audieritis, ipſe contemnitur, cuius vices geſtamus, & auctoritate clamamus. Porro ſi illum contemnitis, ipſi iam conſiderate, quid de vobis erit, vel quam in terribili iudicio Dei rationem dabitis, qui in tanta ſublimitate poſiti, per exemplum veſtrum cunctis ſubiectis veſtris vltimi exitus præcipitium demonſtretis; non ſolum autem in præſenti tempore, verum* D
etiam in futuro, Imperatoribus videlicet, & cunctis mundi Principibus, necnon & omnibus omnino fidelibus. Exhorreſcite igitur &c. Iſta nos pro ſalute veſtra proſequimur & exigimus. Unde ne iraſcaris ſi te tantum diligimus, vt temporale Regnum, quod aſſecutus es, te velimus habere perenne; & qui imperas nunc hominibus, regnes cum Chriſto, & qui cras moriturus es, vitam percipias, & gloriam æternam. Prophetice hoc Nicolaus de morte, nam nõdum euoluto anno miſer occiſus eſt.

Obſecrat P. Imper.

Qui Papã non audit negligit Petrum.

b ep. 10.
c ep. 11.
d ep. 2.

Dedit eiſdẽ Legatis epiſt.[b] ad oẽs Epõs CP.[nae] ſubiectos Eccleſię, eiuſdẽq; clerũ. Adiecit alias ad Photiũ oĩum malorũ auctorẽ;[c] cuius enumerat præuaricationes, monet & hortatur ad pniãm. Scribit & ad Bardã iã Cæſarẽ creatũ,[d] redarguens, & prouocans ad pniãm. & exhortans vt legatis, & Ignatio faueat. ad quem illa habet ex Gregorio. *Sicut autem tunc Neophytus dicebatur, qui initio in ſanctæ fidei erat conuer-* E
ſatione plantatus, ſic modo Neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores ſacros irrepſerit.[e] Scripſit pariter ad Ignatium de Photij exautoratione & damnatione, & ipſius reſtitutione.

Neophytus quis.

e ep. 13.

Denique ad decus illud, & ornamentum ſanctarum feminarum, matrem Imperatoris, adhuc ſuperſtitem,[f] & in fornace tribulationis diu excoctam, atque probatam, aurum puriſſimum redditam, ab Imperio a filio pulſam, & in monaſterium cum filiabus detruſam, Theodoram Auguſtam, quam multis ornat præconijs. hanc haud diutius poſt hæc ſuperſtitem, poſt obitum relatam inter ſanctos, Græcorum Menologium oſtendit.

f ep. 14.

Theodora Imp. mater S. femina.

A oſtendit. Itemque ad Michaelis vxorem Eudoxiam [a] illi iuſtam Ignatii cauſam commendans, alias quoque ad Senatores. [b]

Hoc eodem anno Ludouicus Imper. ingenti comparato exercitu aduerſus Sarracenos mouit, qui ex Africa venientes, vt Regino, vel ex Apulia, quam iam ante occuparant, vt Leo Oſtienſis, [c] tradunt, Beneuentanam regionem inuaſerant, omnia cædibus, rapinis, incendiis vaſtantes. a quibus primo congreſſu ſuperatus, poſt ingentem de illis victoriam retulit, potitus eorum caſtris. Indeq; Barium contendens quattuor annis obſeſſam, cæpit, & Sarracenos cum ipſorum Principe trucidauit. hic impius Sarracenus deprædatis Eccleſiis & Monaſteriis, in calicibus ſacris potabat, & thuribulis ſibi incenſum adoleri curabat. Qui Ludouicus Imp. B. Benedicto pie culto, & eius Monaſterio duobus fundis donato, & confirmatis antiquis donationibus, B cum apud illud Monaſterium ferme annum commoratus eſſet, corpus Sancti Germani Epiſcopi, (de quo ſuo loco multa ſuperius) inde ſublatum in Galliam detulit. hæc & alia plura Oſtienſis de Ludouici expeditione.

Quod autem ad Nicolai Pont. partes pertinet, litteris ſuis hortatum eſſe Francorum exercitum, ex fragmento illarum, quod recitat Gratianus, [d] poſſumus intelligere, quod ſic ſe habet. *Omnium veſtrum noſſe volumus charitatem, quoniā quiſquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine mortuus fuerit, Regna illi cæleſtia minime negabuntur.* Porro non aduerſus Sarracenos tantum, præliandum eſt, ſed etiam aduerſus malos Chriſtianos bona Eccleſiæ occupantes: nā ad Epiſcopos Galliarum ſcripſiſſe reperitur Nicolaus, his verbis. [e] *Quia ēt præfato fratri noſtro, filiiſq; Treuirenſis Eccleſiæ, illiusque defenſoribus, hæc in mandatis damus, vt ſpirituali ſimul, & materiali gladio tandiu malignos illos eorumque fautores inſequantur, quouſque* C *ī integritate poſſeſſiones, vel quæcunq; res eccleſiaſticæ hoc facto, uel quocūq; pacto diſtractæ, ſeu direptæ ſunt, reuocentur.* Verū iſta fieri non debere per ſacros miniſtros, qui Deo & non ſęculo militare debent, idem ad Carolum Frācorum Regem ſcripſit. [f]

Eodem anno cum Vualdrada Lotharij Regis concubina viſa eſſet eluſiſſe Apoſtolicam ſedem, vt pote quæ pollicita fuerat Romam ſe conferre expiationis cauſa delicti; & ingreſsa in Italiam, retro in Gallias remeaſſet, quamuis coacta in Italiam rediiſſet, vbi nulla ſigna pœnitentiæ oſtendiſſet, ſed tam ipſa, quam etiam Lotharius traducere videri poſſent Romanam Eccleſiam, cuius præcepta, quæ perficere promiſiſſent, hactenus ludificaſſent: ipſe Nicolaus Pont. non amplius differendum ratus, eamdem conuocata Eccleſia publice excommunicat, hoc eodem anno 4. Non. Febr. D De qua ſententia in ipſam lata voluit per ſuas litteras Apoſtolicas [g] reddi certiores omnes Galliarum Epiſcopos. Scripſit [h] rurſus ad Epiſcopos in Regno Lotharii conſtitutos. Lotharius autem vt hæc accepit ad placandum Nicolaum Pont. curauit, vt Aduentius Metenſis Epiſcopus, in excuſationem ipſius, de his, quæ in eum obiiciebantur ab ipſo Nicolao, ad eum litteras ſcriberet quam efficaciſſimas. [i] In quibus, inter cetera, hæc habentur. *Interea per inſeparabilem Sanctam Trinitatem nos omnes pariter obſecrantes, terribiliter monuiſtis, vt litteris noſtris, ſine mora, per Legatos noſtros idoneos directis, vobis veraciter indicemus, ſi ſecundum iuramentum præſtitum coram Miſſo veſtro noſter ſenior, cum Theutperga conuerſetur, & ſi illam ita tractet, quemadmodum Rex legitime ſibi coniūctam debet tractare Reginam &c. Verum noſter ſenior Lotharius glorioſiſsimus Rex ſaluberrimam, & continuam Bea*E *tiſsimi Apoſtolatus veſtri admonitionem humiliter atque obedienter excipiēs, iuxta decretum excellentiæ veſtræ, poſtquam reuerentiſsimus legatus veſter Arſenius Epiſcopus, & Apocriſarius veſtræ S. ſedis a noſtris finibus remeauit, nullum omnino acceſſum ad Vualdradam habuit, ſicut multorum fatetur aſſertio, & multorum teſtimonium adſtipulatur, & ut nos ueriori experientia inueſtigare ualuimus, in nullo prorſus colloquio per tactum uel uiſum illa frui uoluit, ueſtris per omnia de illa obediens decretis: memoratamque Vualdradam protinus ipſis in partibus, iuxta ueſtram præceptionem, per internuncios iter agere iuſsit, & modis omnibus ſatisfactionis, & ſalutis ſuæ remedia a ueſtra pia ſolicitudine ſtudioſiſsime, ac cōtinue quærere præcepit.*

a ep. 15.
b ep. 16.
c lib. 1. c. 37. 38.
Ludou. Imp. Sarracenos ſuperat.
Bariū capit, poſt 4. ann. obſidionem.
S. Germ. corpus delatum in Gallias.
d 23. q. 1. c. omnium.
Pugnātib. c. infideles Papa regnum cœleſte promittit.
Non ſolū infideles, ſed & ſacrilegi Chriſtiani armis perſequendi.
e 11. 9. 6. c. 5. qn ēt.
f 23. q. 8. c. reprehēſibile.
Vualdrada pellex Lotharii excōicat.
g Ex Cod. Treuer.
h ep. 49.
i Ex Cod. Treuir.
Epiſcopus conatſatis facere Papæ de Lothario Rege.

cepit. Igitur Theutpergam Reginam noſter ſenior ad præſens ita tractare cernitur, ſicut Rex coniunctam ſibi debet tractare Reginam, uidelicet ad diuinum officium pariter honorifice comitantem, & in menſa regia ſimul conuiuentem, atque ut relatio innuit, coniugalis habitus debitum ſoluere hilariter prætendit. & poſt pauca. *Qui ſunt autem illi, qui uobiſcum ſentientes adulteris nullum conſentiunt præſtare fauorem, ſolus ille nouit, qui cordis rimatur arcana &c.* A

Papa minatur Regi amiſſione Regni. a Ex Cod. Treuir. Lotharij ſummiſſio ergo Papam.

Sed & quod minaces valde ad ipſum Lotharium Nicolaus Papa litteras ſcripſerat, quibus & Regni iacturam fuerat interminatus; ipſe ad eum ſummiſſas admodum & officii plenas [a] reddidit, quibus cum ſe in primis excuſet, Cancellarium Regni ad ipſum dirigit, qui præſens ei de omnibus ſatisfaciat. Poſt aliqua, de ſua deuotione erga ſedem Apoſtolicam, hæc habet, *Sed qđ non modice plangimus, veſtra piæ Paternitatis circumſpecta ſolicitudo vltra quam nobis neceſſe eſſet, æmulorum vocibus credula, paternas increpationes nuperrime, & inopinate excepimus &c.* Poſt alia. *Quapropter,* inquit, *quamuis non corpore, ſpiritu tamen præſentes, ſolo tenus ad veſtra ſacra veſtigia, prouoluti humiliter precamur, vt accuſatores noſtros, qui non manifeſte ſed occulte, noſtram ſerenitatem, quantum in ipſis eſt, lacerare in veſtris auribus, auidiſsima cupiditate illecti, non ceſſant, ex diuina & veſtra auctoritate accerſiri placeat, vt in veſtra præſentia, rei ueritas probabiliter ac legaliter pateat &c.* Et rurſum poſt alia. *Quamobrem cernuo lumine veſtram affatim depoſcimus Paternitatem, vt dum nos vobis Miſsisque veſtris, ut ita dicamus, Maioribus ſeu Minoribus, per omnia, ſuper omnes coæquales noſtros obedire uolumus, non aliquem noſtris, Deo miſerante, conſimilem ſuper nos extollere, aut terrę præponere ueſtræ libeat Paternitati; ne forte ipſi talem contra nos moliri velint cauſam, quam tolerare non ualentes, pro regio munimine, inter nos aliquod ſcandalum euenire poſsit. Nam ſi ueſtra Paternitas aliquid nobis nunciare decreuerit, legatos, aut certe litteras mittere placeat; præſertim cum nunquam ueſtrę Beatitudinis iuſſa deſpexerimus; ſed modis omnibus ueneramur, amplectimur atque diligimus: nulli prorſus huiuſmodi ſubiecti eſſe uolentes, niſi Deo & S. Petro ac ceteris ſanctis, ueſtręque Paternitatis culmini &c.* Poſt pauca alia. *Præterea quicunque uobis hoc dixit, quod ego, poſtquam Arſenius a nobis ſeparatus eſt, cum Vualdrada in aliquo loco conuerſatus fuerim, aut poſtquam ab Italia reuerſa eſt, ullum mutuum acceſſum, tactum uel uiſum inter nos habuerimus, penitus mendacium eſt &c.* B C

Cum autem Lotharius in ſuis epiſtolis, de falſis accuſatoribus queritur, Carolum Caluum patruum ſuum intelligit, qui inhiare vniuerſi Regni Frācorum monarchiæ, pluribus ſignis oſtenderat, quod & poſt mortem ipſius Lotharij re ipſa omnibus patefecit. Cum vero Epiſcopi, qui in eiuſdem Lotharij Regno eſſent, id perſentiſcerent, & vane ſperare Carolum in populi, & Epiſcoporum defectione ſcirent, quam eſſent animo conſtanti erga ſuum Regem, datis litteris [b] ad Epiſcopos in Regno Caroli conſtitutos, ſignificarunt. D

b Ex Cod. Treuir.

Hoc eodem anno Nicolaus Papa indicit CONCILIVM SVESSIONENSE in Gallijs celebrandum, de clericis ab Hincmaro Rhem. Archiepiſcopo depoſitis, cuius rei gratia litteras [c] dedit ad Henricum Turonenſem Archiep. Poſt hæc Nicolaus ad omnes Epiſcopos, qui ad ipſam Synodū Sueſſionenſem conueniſſent, aliam dedit epiſtolā, [d] qua cuncta, quæ per Hincmarum aduerſus Rhemenſes clericos geſta eſſent, in ſuperiori CONCILIO itidem SVESSIONE celebrato, de quo ſuperius dictum eſt, confutans eum, & conuincens multipliciter iniqua falſaque fuiſſe, diſſoluit. Epiſtola quidem magni momenti eſt, qua Concilium confirmatum a Benedicto Papa, Nicolai præceſſore, diſſoluitur. Sed magna Pontificis cautione, dum in priuilegio inſerit illud, SI ITA EST, NOSTROQVE VT SCRIPTIS PRÆSVLATVI INTIMASTI, ET GESTORVM SERIE DEMONSTRASTI, RATAS EASDEM QVIDEM DEFINITIONES APOSTOLICA PROMVLGAMVS FORE AVCTORITATE, quæ verba Nicolaus in ſua epiſtola aſſerit corrupta, per additionem & detractionem. Legat qui volet in annalibus, & E

c ex Biblioth. Fabri Pariſ. d ep. 46.

Conciliū a Bened. Pap. cōfirmatū a Nicolao diſſoluitur.

in Tomo

A in Tomo 3. Decretalium epiſtolarũ, nam earum prolixitas diſſuadet eas epitomæ inſerere. Reſcripſit idem Pontifex ad Hincmari litteras eodem argumento, imo totidem ferme verbis, quibus conceptæ ſunt recitatæ modo ad Synodum litteræ, addens interdum aliqua in deteſtationẽ perpetratæ falſitatis in deprauandis Apoſtolicis miſſis a Benedicto Pont. litteris, quarum exemplar haberetur Romæ vna cum alijs eiuſdem Pont. monumentis in Archiuis optime cuſtoditis &c.

In hac eadem Synodo Sueſſionenſi lecta eſt epiſtola Niaolai Papæ de excommunicatione Guntharij, & Theutgaudi Archiepiſcoporum, vt fautorum adulterorum, quique Ingeltrudam vxorem Boſonis adulteram, non ſolum non excommunicaſſent, vt a Benedicto Papa, & a Nicolao ipſo per multa fuerant iam tempora moniti, & terroribus conuenti; Verum etiam a Nicolao cum ſuis complicibus, & fautoribus B iam anathematizatæ, adeo, poſt ſibi intimatam ſententiam, in ipſam, ab eo prolatam, fauore conſenſerunt, vt in ſuis illam diœceſibus degere, & eccleſias intrare, & cum fidelibus in locutione, & cibo ac potu communicare permiſerint &c. Conteſtatur item omnes ſub diuinæ maieſtatis intuitu, & interdicit, vt nullo modo eorum contagione corrumpantur &c. Gunthari°, & Theutgaud° Archiep. excõicati.

His omnibus & alijs in Synodo abſolutis, ſcripta eſt ab Epiſcopis Synodalis epiſtola ad Nicolaum Rom. Pont. qua eum de rebus in Synodo geſtis certiorem reddiderunt &c. Scripſit item ex eadem Synodo priuatas tamen litteras ad eumdem Nicol. Pont. ipſe Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſ. Scripſit tunc pariter ad eundem Pontificem Nicolaum Carolus Rex [a], ad quem reſcripſit Nicolaus [b] epiſtolam, quæ cuſa extat; adiecit, & alias ad reſtitutos clericos hortans eos ad debitam reuerẽtiam, C & humilitatem exhibendam ſuo Epiſcopo Hincmaro.

a ex Biblioth. Fabri Pariſ.
a ep. 52.

Hoc eodem anno Nicolaus Papa, cum audiſſet Aquitanicas eccleſias in Gallia diram adhuc pati perſecutionem a Ducibus eam Prouinciam tyrannice occupantibus, ad eos litteras ſcribit, admonens, vt ab huiuſmodi ſacrilegis facinoribus ceſſent, ſed & ablata reſtituant, immo, & quę a Regibus in beneficium acceperunt eccleſiaſtica bona (quod non licet) reddere debeant. In quibus poſt aliqua. *Quamobrem vos rogamus*, inquit, *& obteſtamur, vt, ab iſta tyrannide remoti ſua ſingulis, domino ſacratis locis, ſine dilatione reddatis: ita vt nihil ex his apud vos retineatis, niſi quæ forte propria voluntate Rectorum quorundam ſacrorum locorum legaliter acquiſiſtis, ita vt etiam illa ſub omni integritate reſtituatis, quæ ſimplicitate vel deſidia faciente Rectorum venerabilium locorum de alijs, quæ ſunt ſemper in vſu, & iure perenni ſacratis locis collocata, vos conſtat ordine non bono tuliſſe; & hactenus contra Domini le-* D *ges illa poſsidere probamini, ſimiliter autẽ, & de his hortamur a vobis fieri, quæ Reges quomodocunque a ſanctis locis aliquo tempore abſtulerunt, & uobis in beneficium contulerunt, quod iuſtum non fuit nec eſt; & quis quis ex his ſibi vindicat, Dominum inde ſine dubio habebit iudicem, & vltorem.* & poſt pauca. *Itaque quoniam horrendum eſt incidere in manus domini viuentis, admonemus uos, & hortamur, & tanquam diuina præſentia proteſtamur, ut res Eccleſiarum, quas iniuſte retinetis, eiſdem ſanctis locis ſine cunctatione, & mora reddatis. Et deinceps nec eas, nec alias a piis locis ſurripere præſumatis. Si quis autem ueſtrum nos audire contempſerit, & quæ ſalubriter ſuadere uobis nitimur, obedienter perficere, ac ſine dilationis ſtudio minime obſeruare curauerit, omnipotentis Dei & Beatorum Apoſtolorum præcipue* E *Petri, & Pauli auctoritate, quos in nobis contemnit, ſimul per eos, & noſtræ mediocritatis ſententiam uenerandi corporis, & precioſi Sanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti communione penitus priuatus exiſtat. Si autem reſipuerit, & his, quæ per huius epiſtolæ textum dicimus obedire ſtuduerit; & communionem Chriſti myſteriorum, & benedictionis gratiam, & ſalutem conſequatur æternam.* Eccleſiaſt. bona reſtituenda.

Inter Nicolai epiſtolas reperta ſunt vetera monumenta de facta electione Redonenſis Epiſcopi, & decreto eius tunc confecto, & alijs ad eam ſpectantibus, quæ ex parte hic deſcribenda putauimus. Decretũ de electioni. Epi.

Anno Incarnationis Ieſu *Chriſti D. N.* 866. *Iudict.* 14. *anno potentiſsimi Regis*

Caroli 27. tertio Kalen. Oct. in Parochia Turonenſi ordinauimus, & ad Pontificalem ſedem Redonenſis Eccleſiæ conſecrauimus Electrannium, electione, atque decreto cleri, & plebis eiuſdem eccleſiæ. Nos in Dei nomine Antiſtites Herardus Turonicæ Metropolis, Actardus Nannetenſis, atque Rotbertus Cenomanenſis, cum conſenſu & litteris ceterorum diœceſanorum habito, apicibus præmoniti iam dicti glorioſi Regis Caroli, huiuſmodi ſtatuto, & paternæ commonitionis decreto ipſi viro allato, vt canonicis ſanctionibus quantum diuina ſuffragauerit pietas, libenter obtemperet, & ab illicitis ordinationibus, vt peſtem ſimoniacæ hæreſis deuitet, abſtineat, Concilia quoque ſacris præfixa canonibus, certis ſibi deſignata temporibus celebrare procuret, atque matri ſuæ Metropoli debita reuerentia ſe ſubiicere non negligat, & iuxta Sanctiſsimorum Patrum regulas nihil niſi quæ ad propriam pertinent eccleſiam, extra eius conſenſum pertentet. Hæc ergo aliaque ad inſtitutionem, & informationem fidelis viri fratris, & filii noſtri Electrannii die præfixo, verbo pariter, & ſtylo promulgantes, Pontificali hunc infula adornantes, ſacraque editione more ſanctiſsimæ Eccleſiæ dictantes, & baculo decorantes, ſanctiſsimæ Redonenſi Eccleſiæ Pontificem eum ordine præfecimus, & Paterne cathedrali ſolio ſublimantes confratrem, conſacerdotem, & comparticipem in regimine, & gubernaculo eccleſiæ ſanctiſsimæ nobis ex integro in Dei nomine effecimus, manuum quoque admotionibus confirmamus. Inde decretum electionis: mox ſequitur profeſſio fidei ordinandi &c.

Chriſti Annus 867 | *Nicolai Pap.* 10 | *Ludouici 2.* 12. *Michaelis 3.* 26. *Impp.* | *Indict.* 15

Noua legatio preſbyterorũ in Bulgar.

Legati in Bulgariam miſſi gratiſſime, & deuotiſſime ſunt excepti. Rex, pulſis omnibus alienigenis a ſuo Regno, ſolos Apoſtolicos prædicare voluit, vnumque ex eis Formoſum, vita & moribus, Epiſcopum, ſibi dari Archiepiſcopum expetijt.

Noua quoque legatione presbyteros ad inſtitutionem Gentis poſtulauit, quos Nicolaus Papa lætiſſimus, plurimos & probatiſſimos miſit, ex quibus qui dignus inueniretur, Archiepiſcopus eligeretur, Romamque conſecrandus mitteretur. Ex Anaſtaſio. qui de legatione Conſtantinopolitana prodit iuſſu Michaelis Imper. non permiſſos progredi Cõſtantinopolim, in itinere iniurijs, & probris affectos, poſt 40. dies Romam irrita legatione, reuerſos eſſe. de qua prolixior eſt narratio in Nicolai epiſtola ad Hincmarum.

Celebrata eſt hoc anno SYNODVS TRECENSIS in Gallia ex auctoritate Nicolai Papæ, quaſi appendix ad proximam Sueſſionenſem, cum in eadem cauſa verſati ſunt patres de ordinatione clericorum Rhemenſium facta ab Ebbone, cum eſt in eam eccleſiam reſtitutus, cuius occaſione iuſſum eſt ab origine ipſius cauſam repetere: quod & congregati Trecis Epiſcopi egregie præſtitere. extant primum litteræ Epiſcoporum in Regno Caroli, & Lotharij conſtitutorum, ad Epiſcopos in Ludouici Regno manentes, quibus eos ad hanc inuitant Synodum, quas egregias quidem nondum editas, ex Cod. Treuir. acceptas, quibus infelix præſentis temporis ſtatus aperitur, tu vide in Annalibus deſcriptas. Celebrata eſt hæc Synodus 9. Kal. Nou. vt apparet ex Synodalibus litteris, quæ ſcriptæ ſunt ad Nicolaum Rom. Pont. ſed defuncto illo, redditæ eius ſucceſſori Hadriano, vt ex eius litteris ad ipſum reſcriptis conſtat; eas autem a Fabro Pariſienſi acceptas totas hiſtoricas tu lege in Annalibus. At non iſta tantum, quæ ſpectant ad Ebbonem Rhemenſem olim Epiſcopum acta ſunt, occaſione reſtitutionis Rhemenſium clericorum factæ anno ſuperiori in Concilio Sueſſionenſi, ſed alia addita ſunt, quæ pertinebant ad Hincmarum ipſum Rhemen. Archiepiſcopum, Caroli Regis, cuius gratiam demeruerat, & in ſe odium

A vt apparet ex Frodoardo: ex quo pariter intelliges eiuſdem Regis temerarium facinus in litteras Synodales ab ipſo præſumptum, ſimulque legationem ipſius Hincmari hoc eodem anno ad Nicolaum Romanum Pontificem miſſam, cum litteris apologeticis de falſatis litteris Apoſtolicis, & de abuſu Pallij, quæ integræ a Fabro repertæ, in Annalibus ſunt inſertæ. Cum autem clerici Hincmari menſe Auguſto Romam appuliſſent, Papam Nicolaum & controuerſijs Michaelis, & Baſilij Imperatorum Græcorum, & Epiſcoporum Orientalium audiendis, & refellendis penitus occupatum inuenerunt. Quare ibi vſque ad menſem Octobrem ſequentem commorati ſunt. Nicolaus Papa gratiſſimum habuit id, quod ad eum Hincmarus ſcripſerat; & ei notum fecit, quod in omnibus ſibi ſatisfecerat. ſimiliter ſuis diplomatibus eidem Hincmaro, & alijs Epiſcopis, & Archiepiſcopis regni Caroli ſigni- B ficauit, quomodo ſupradicti Impp. Græcorum, & Epiſcopi Orientales Sanctā Eccleſiā Romanā, aut potius totam Eccleſiam Latinam calumniarentur. quæ Epiſtola tota plane hiſtorica, cuncta hactenus tranſacta cum Orientalibus in cauſa Photij inuaſoris, ordine temporis narrat: & demum quæ tunc ab Impp. Photio agente, in Latinos omnes, odio immenſo, eſſent illata, recenſet. Eam [a] dimidiatam in editione Rom. epiſt. Decret. Rom. Pont. ſuppletam vero ex Fabri Codice Pariſienſi, habes in Annalibus integram; nos, breuitati conſulentes, carptim deſcribemus. a epiſt.70.

C NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS SERuorum Dei reuerentiſsimis, & ſanctiſsimis Hincmaro, & ceteris fratribus noſtris in Regno Caroli, glorioſi Regis, Eccleſias conſtitutas regentibus.

Omnium nos portare onera qui grauantur, immo hæc in nobis portare Beatiſsimum Petrum, qui nos adminiſtrationis ſuæ protegit, ac tuetur heredes, fraternitas veſtra liquido nouit. D *Verumtamen inter alia, quę nos immenſis laboribus inſerunt, illa nos precipue commouere videntur, quæ nobis, immo vniuerſę occiduę parti a Græcorum Impp. Michaele & Baſilio, & ab iis qui ſibi parent nequiter ingeruntur. Hi enim odio & inuidia contra nos inflammati, quę inferius adnotabimus, nobis quaſi crimina hereſeos impingere moliuntur. Odio quidem, quia Photii adulteri, & inuaſoris Eccleſiæ Conſtantinopolitanę, atque Neophyti a depoſitis, & anathematizatis factam promotionem, non approbauerimus, fratris ſcilicet & comminiſtri Ignatii eiuſdem eccleſię Patriarchę deiectionem, vt pote a ſubiectis, & ab Imperiali potentia factam nullo ſuſcipientes aſſenſu. Inuidia vero, quia Regem Bulgarorum Michaelem nomine, cum gente ſua, Chriſti fide ſuſcepta, a ſede Beati Petri inſtitutores, & doctrinam expetiiſſe audierunt. Volentes quippe & nimium anhelantes,* E *eoſdem Bulgaros a Beati Petri ſubiectione ſubducere, ſuoque Imperio, ſub pretextu Chriſtianę Religionis, callide ſubiugare; talia de Sancta Romana Eccleſia non habente maculam neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, predicant, quatenus illi, vt pote adhuc in fide rudes, hec audientes, nos quaſi noxios, & diuerſarum hereſum ſqualore reſperſos vitent, deiectent atque penitus deſerant.*

Epiſt. Nicolai P. ad Gall. Epōs hiſtorica de cā Photij.

Græci odio & inuidia tenentur in Latinos.

Græci calumniant Latinā Eccl. apud Bulgaros.

Denique cum clamor maiorum qui in Conſtantinopolitana Eccleſia tum per eoſdem Principes, tum per eos, qui illi, ſiue metu, ſiue affectu ad votum parent, multiplicatus, & conſummatus eſſet, noſtriſque auribus increſcens, immenſum cordi dolorem

incuteret; etiam ipſis petentibus, & obnixe precantibus, ad hec inquirenda & no- A
bis referenda, Miſſos noſtros Rodoaldum ſcilicet & Zachariam tunc Epiſco-
pos Conſtantinopolim deſtinauimus. Qui illuc peruenientes, Patriarcham
Ignatium damnando, & Photium communione ſua firmando, contra edictum no-
ſtrum, factioni conſenſere Græcorum. Cum autem patrato nefario ſcelere, Ro-
mam reuerſi fuiſſent, miſſus eſt etiam ab Imperatore Michaele cum ipſis ad nos
prius legatus, nomine Leo, a ſecretis. Quorum aduentu cognoſcentes, tam ipſum
Ignatium iniuſte depoſitum, quam Photium mœchum irregulariter in ſede Conſtan-
tinopolitana firmatum, moleſtiſſime tulimus, ſcribentesque noſtram ſummæ aucto-
ritatis epiſtolam, eidem Leoni a ſecretis Imperatori per indictionem 10. hanc defe-
rendam contulimus, per quam videlicet nos nec illam damnationem, nec talem pro-
motionem, vt pote vtramque inique patratam admiſſuros fore prædiximus, & ra- B
tione competenti firmauimus. Deinde bis facto Concilio, & lectis profanis geſtis,
quæ prædictus Leo a ſecretis detulerat: vbi præfatæ depoſitionis fratris, & Coepi-
ſcopi noſtri Ignatij tenor continebatur, inuenti ſunt iidem Miſſi noſtri tam in
damnatione Ignatii, quam in communione Photii omnino culpabiles. Vnde nos ec-
cleſiam noſtram ſine omni volentes macula (ſicut ſemper) ſubſiſtere, ne videlicet
in ea, illis impunitis remanentibus, vel tenuis ſubſannandi daretur occaſio, aut nos
eorum prauitati conſenſiſſe videremur: vtrumque damnauimus & excommunica-
tioni ſubmiſimus; damnationem vero Ignatij, & promotionem Photii penitus re-
ſpuimus, & condemnauimus. Reuerſo autem Leone a ſecretis Conſtantinopolim,
Michael Imperator comperiens per epiſtolam noſtram, quam per ipſum tranſmiſi-
mus, quid nec depoſitionem Ignatii, nec promotionem Photii ſuſcepiſſemus: C
mox quendam Legatum, nomine Michaelem Protoſpatarium cum epiſtola iniu-
riis plena ad nos direxit, vt ſententiam noſtram ad votum ipſius commutaremus,
vehementer hortatus eſt.

Legati Sed. Apoſt. p̄uaricatores.

Prçuaricatores legati dãnati.

At nos iniurias quidem noſtras non curantes; licet circa eccleſiæ iniurias non ta-
cuiſſemus: ſcripſimus epiſtolam noſtram, & hanc per indictionem quartam deci-
mam prædicto Imperatori per iam nominatum Michaelem Protoſpatharium Le-
gatum ſuum direximus, tam videlicet a noſtra eccleſia falſas obiectiones repellere
cupientes, quam ipſum Imperatorem cum ſequacibus ſuis ſuper hoc negocio ad rectum
iuſtitiæ perducere tramitem anhelantes. Sed vt plenius hæc tam ipſi Imperatori,
quam aliis fidelibus intimari potuiſſent, conuocatis quibuſdam e vicinis locis fra-
tribus, & Coepiſcopis noſtris, de his quid nobis canonice viſum eſt, prædeceſſorum D
noſtrorum ſecuti veſtigia, decreuimus, & ordinauimus, quod etiam ſanctitati ve-
ſtræ poſt modicum Deo fauente, plenius intimare diſponimus. Quo rite, ſicut ar-
bitramur, ordinato, quærere cæpimus opportunitatem, qua freti, Miſſos Apoſto-
licæ ſedis, etiam adhuc Conſtantinopolim cum exhortatoriis epiſtolis deſtinaremus,
qui & pro ſalute ipſorum competentibus eos monitis ædificarent, & quæ fuerit de
illis Apoſtolicæ ſedis prolata ſententia manifeſte denunciarent, iuxta quod & ma-
gna Synod. Nicena de his, qui abiiciuntur, ſanxiſſe dignoſcitur. Videbatur enim
nobis iter nauale ſatis difficile, & propter eorundem Græcorum expertas inſidias
valde cauendum. Cum in his itaque anxietatibus vndique coarctaremur, & ingen-
tibus premeremur anguſtiis, ecce ſubito legati iam fati Regis Bulgarorum nobis
adeſſe nunciantur. Vnde quis eſt qui dicere poſſit, quanto gaudio, & quanta exul- E
tatione ſimus repleti, eo quod & ſalubrem eorum conuentionem per diuitias bonita-
tis Dei cognouimus, & quia illos doctrinam Beati Petri Apoſtoli, ſediſque eius ex-
quiſiſſe comperimus, qui licet longe poſiti corpore, nobis tamen facti ſunt fide præ-
ſentes, ſed & quia per eorum Regnum facilem, ac terrenum Miſſis noſtris ad ter-
ram Græcorum acceſſum patere perſpeximus. Ordinatis igitur tam quæ Bulgaro-
rum gentis congruere fidei rudimentis agnouimus, quam quæ Conſtantinopolim mit-
tere diſpoſueramus, Miſſos quoque noſtros cum legatis iam fati Regis per ipſius
tranſituros regionem direximus. Quos Imperatores Græcorum non ſolum recipere

Legati Sed. Apoſt. a Græcis minime recepti.

A *minime conſenſere; verum etiam vehementer auerſati, Bulgarorum animos commouere, eo quod per ſuam eos terram tranſire permiſerint, nihil aliud procul dubio innuentes, niſi quod eos, ſi per ſibi ſubiectas regiones tranſiſſent, illos periculis traderent; quibus prædictæ vrbis hæretici principes ſæpe Sedis Apoſtolicæ Legatos, pro cauſa fidei, vel correctionis Eccleſiaſticæ deſtinatos tradidiſſe leguntur.*

Præterea cum Bulgarorum Rege demorantibus, & ad vrbem Conſtantinopolitanam iidem noſtris accedere Miſsis conantibus: iidem Imperat. epiſtolam ſuam ipſi Regi Bulgarorum tranſmiſere: quam ille accipiens, nobis per Legatos noſtros deferri deuota mente decreuit. Accipientibus itaque nobis, & perſcrutantibus tandem cum aliis ſcriptis epiſtolam, non hanc, ſæpe memorati principes dictantes, niſi in B *lacu blaſphemiæ, tinxiſſe calamum, & luto erroris vſi pro atramento fuiſſe, procul dubio potuere. Conantur enim tam noſtram ſpecialiter, quam omnem generaliter, quæ lingua Latina vtitur, Eccleſiam, reprehendere, quod ieiunamus in Sabbatis; Quod Spiritum ſanctum non ex Patre procedere fateamur.* Apud Frodoardum, qui iſta recenſet, ita legitur. *Quod Spiritum ſanctum ex Patre, & Filio procedere dicimus.* Pergit Nicolaus. *Dicunt preterea nos abhominari nuptias, quia presbyteros ſortiri coniuges prohibemus. Et inſimulare tentant quoniam eoſdem presbyteros chriſmate linire baptizatorum frontes prohibemus. Quod Chriſma nos ex aqua fluminis conficere, fallaciter arbitrantur. Reprehendere nihilominus moliuntur, quod octo hebdomadibus ante Paſcha a carnium, & ſeptem hebdomadibus a caſeo, & ouorum eſu, more ſuo non ceſſamus. Mentiuntur quoque nos, ſicuti* C *per alia ipſorum ſcripta indicatur, Agnum in Paſcha more Iudæorum ſuper Altare cum Dominico corpore benedicere & offerre. Quin & reprehendere ſatagunt, quod penes nos clerici barbas ſuas radere non abnuunt. Et quia Diaconus non ſumpto presbyteratus officio, apud nos Epiſcopus ordinatur, cum ipſi etiam illum, quem Patriarcham ſuum nominant, a laico ſubito tonſuratum, ac Monachum factum, ſaltu ad epiſcopatus apicem Imperiali fauore, & brachio prouehere (vt ipsi putant) minime formidarent. Et adhuc, quod eſt grauius, a Miſsis noſtris, contra omnem regulam, & præter omnem conſuetudinē libellum fidei, si ſe ab illis recipi vellent, exigere moliebantur; in quo tam iſta capitula, quam ea tenentes anathematizarent, nec non & epiſtolas canonicas, ab eo, quem ſuum Oecumenium Patriarcham appellant, dandas improbe requirebant.*

D Deinceps hortatur Epiſcopos Gallos aduerſus Græcos, vt vnanimi conſenſu Eccleſia Latina vniuerſa aduerſus eorum calumnias inſurgat, qui impudentiſſime audent hæreſis inſimulare Rom. Eccl. *Si quidem (niſi mente receſsit)* inquit, *nunquam Heſperię regiones, vt de aliis mundi plagis interim taceamus, a ſede Beati Petri, in huiuſmodi queſtionibus diſſonantes inuentę ſunt. Vnde vnuſquiſque veſtrum, qui Metropolitana iura ſortitus eſt, iunctis ſibi fratribus, & Coepiſcopis ſuis, qui ſub ſe ſunt, de his diligentem curam ſuſcipiat, & quid inuidis eorum detractionibus opponi neceſse ſit, rimari ſtudeat, & inuenire ſummopere geſtiat, atque inuentum nobis ocyus tranſmittere minime paruipendat; quatenus id nos quoque aduerſus eorum veſaniam cum ceteris aſſertionibus noſtris deinde mittere valeamus. Nihil enim in nobis tam viſibilis quam inuiſibilis hoſtis, ſicut concordiam, exhorreſcit.* [a] E *Ideo mutua ſtudia noſtra prouocemus, & contra communes hoſtes, non quaſi hac illac ve palantes, ſed tanquam caſtrorum acies ordinatæ reperiamur; sicque fit vt dum nos veſtram vnanimitatem ad communem incitamus conflictum, & uos noſtris certaminibus intereſtis, ut & nos ueſtram ſanctimoniam debito mentis affectu, diligere, fraterneque venerari cernamur, & vos in nullo a capite, id eſt a ſede Petri diſſidere noſcamini. Quanto autem liuore quantaque uecordia iam deſignati Grecorum Principes eorumque ſatellites aduerſus nos, pro eo quod ſuis noluimus parere illicitis animoſitatibus, animati ſint, in eo manifeſte datur intelligi, quod aut falſa ſunt, quę nobis impingere moliuntur, aut certe iam a priſco tempore, ſine*

Calumnię Græcorũ i Latinos. De ieiun. Sabb. De proceſſione Sp. Sancti. Nos abhominari nuptias. De ordinatione preſbyt. De Chriſmate. De ieiun. De oblat. Agni. De clericorũ raſuræ barbæ. De Diaconis in Epiſcopos per ſaltũ promotis. Græci exigũt libell. fidei a Miſſ. Apoſt. Patr. Conſtantinop. ſcribere litter canonicas. Eccl. Occident. nunquam ĩ his diſſenſit a Rom.

a Hacten[9] 1 edit. Rom. reliqua ex Cod. Fabr.

Doct. Græci Eccl. Roma. minime reprehenderũt. De ieiuñ. Sabb. *cuiuſque contradictione in Eccleſia Romana, immo in tota Occidentali parte hactenus cuſtodita, & cum floruerint etiam apud ipſos magni Doctores Eccleſię, nullus tamen eorum de his reprehenſionem fecit, niſi hi qui non zelo iuſtitię feruidi, ſed zelo inuidiæ perculſi, eccleſię lacerare traditiones anhelant, pręcipue cum de ieiunio Sabbati, tempore Sancti Silueſtri Confeſſoris Chriſti, ſit ſatis diſcuſſum, & diſputatum; atque vt celebraretur per omnia definitum, nulluſque poſt hęc auſu temerario contra illud ſtatutum uenire, aut ſaltem mutare pręſumpſerit: cum potius e diuerſo Sedis Apoſtolicæ inſtituto, & Eccleſię Romanę ſequens obſeruantia eiuſdem ſalutiferi conſtituti executrix fuiße hucuſque reperiatur.* A

De pceſſ. Spir. S. *Pręterea de proceſſione Spiritus ſancti quis neſciat illuſtres viros, & pręcipue Latinos nonnulla ſcripſiſſe, quorum fulti auctoritatibus iſtorum oppido ſane reſpondere poſſemus inſaniæ, ſi vel illis non reprehendendi, vel nobis eis contentioſa fauce garrientibus rationem reddendi conſuetudo quęlibet extitiſſet? Sed quid mirum ſi hoc iſti pretendunt, cum etiam glorientur atque perhibeant, quando de Romana Vrbe Imperatores Conſtantinopolim ſunt tranſlati, tunc & Primatum Romę ſedis ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam tranſmigraſſe, & cum dignitatibus regiis etiam Eccleſię Romanę priuilegia tranſlata fuiſſe? ita vt eiuſdem inuaſor Eccleſię Photius etiam ipſe ſe in ſcriptis ſuis Archiepiſcopum, atque vniuerſalem Patriarcham appellet.* B

Iactãt Gręci cũ Imp. Primatũ Eccl. tranſlatũ Conſtantinop.

Videte ergo fratres, ſi hęc Eccleſię Chriſti non pręiudicent, videte ſi tolerabilia valeant ęſtimari; conſiderate ſi debeant illi Eccleſię Romanæ huiuſmodi derogationes, vel detractiones ingerere, cum ipſa, ex quo cępit Chriſtiana religio dilatari, quę ſemel in Petro patrono, ac inſtitutore ſuſcepit, immutilata tenuerit, & incorrupta per alia mundi climata docuerit, nec apparuerit quiſquam, per tot ſaltem ſęculorum curricula, qui eius traditionibus derogauerit, aut obuiare pręſumpſerit, licet vt prætulimus, in eccleſia magni Doctores effulſerint, nec viſa ſit vnquam Eccleſia (ut non dicam Conſtantinopolitanam quę longe poſt inſtituta eſt) cuius hęc, doctrinam uel auctoritatem ſecuta ſit, cum ipſa potius alias Eccleſias inſtituerit, atque nonnullas traditiones contulerit; adeo vt quemadmodum Bonifacius Sedis Apoſtolicæ Pręſul teſtatur, inſtitutio vniuerſalis naſcentis eccleſię, de Beati Petri ſumpſerit honore principium, in quo regimen eius, & ſumma conſiſtit. Pergit oſtendere abſurditatem a Græcis obiectorum. C

Eccl. Roma. nullo errore polluta. Græci ſe re ſemper ſchiſmate aut hęreſi laborarũt. Sed. Petri a nullo iudicatur.

Nunquid nos hęretici aliquando fuimus? Nam licet nos peccatores quidem eſſe non denegemus; quorumlibet tamen errorum fæce pollutos, Deo gratias, minime recognoſcimus, quemadmodum illi, qui nunquam ſine ſchiſmate, nunquam prorſus ab errore reperiantur extranei. Libellos autem nos ab illis exigere, & ſuſcipere, non autem illos a noſtris requirere ſolere, conſuetudo hucuſque cuſtodita demonſtrat. Cum enim Chriſti munere, propter Primatum Eccleſię Romanę in Beato Petro conceſſum nemini ſit de Sedis Apoſtolicę iudicio iudicare, aut illius ſententiam retractare permiſſum, conſtat nimirum eos ab his nullum ius poſſidere libellos exigendi, quos habere fas iudicandi, nullo habetur canone, nullo probatur exemplo. potiorum enim eſt ab inferioribus, non inferiorum a potioribus violenter exigere rationem, aut extortam elicere ſatisfactionem. D

Oſtendit deinde deſiderium conuocandi eos & alios Epiſcopos Romam ad Concilium, *niſi vos*, inquit, *diuerſę mundi calamitates, & quotidianę preſſurę id agere vetuiſſent. Sed quę nobiſcum ageretis pręſentes, hortamur, agite ſaltem abſentes &c. Veruntamen huc veniendo non recuſetis laborem arripere, nec iuſſa terreni Principis, nec vlla impedimenta ſęculi, pium ſtudium veſtrum a communi hac Eccleſiaſtici negotii meditatione, ſeu neceſſaria ſolicitudine cohibere quoquo modo valeant, alioquin veſtram ad nos fraternitatem conuocandi, & pariter de huiuſmodi quęſtionibus tractandi nobis erit omnino neceſſitas, vt videlicet iuxta priſtinam conſuetudinem nobiſcum in id ipſum apud Sanctum Petrum conuenientes communes Eccleſię contumelias repellamus &c. pręcipue cum non ſolum* E

propter

A *propter huiuſmodi generalis Eccleſiæ negotium, ſed etiam pro ſpecialis huius ſedis exorta cauſa prædeceſſores veſtri vna cum prædeceſſoribus noſtris hic ſoliti ſint non immerito conuenire &c.*

Hortatur deniq; vt tam fortia ſcripta, & Sedi Beati Petri omnino conſentientia edant, quæ vna cum Rom. Pont. aſſertionibus ad Græcorum veſaniam, & dementiam valeant confutandam.

Tua vero, frater Hincmare, (inquit) *pietas, cum hanc epiſtolam legerit, maxime curet, vt ad alios Archiepiſcopos, qui in Regno filii noſtri Caroli glorioſi Regis conſiſtunt, deferatur, ac id ſummopere agere ſtudeat, & vt de his ſinguli in diœceſibus ſuis vna cum ſuffraganeis ſuis, in cuiuſcunque regno ſint conſtituti, conuenienter tractare, & nobis quæ euenerint, ſuggerere curent, eos incitare non negligat:* B *ita vt eorum omnium quæ præſentis Epiſtolæ circumſtantia continet, tu & ſtrenuus executor illis exiſtas, & apud nos verax, & prudens ſcriptorum tuorum ſerie relator inueniaris. Dat. decim. Kalen. Nou. Indictione prima.* A qua die vſque ad ipſius Nicolai obitum viginti & vnus dies numerantur. Frodoardus in hiſtoria Eccleſiæ Rhemenſis, ait Hincmarum hanc epiſtolam accepiſſe, & coram Rege, multis aſtantibus Epiſcopis legiſſe, & iuxta mandatum Nicolai Papæ, eam ad alios Archiepiſcopos citiſſime deferri curaſſe: interim Nicolaum Papam decimotertio die menſis Decembris e viuis exceſsiſſe &c.

Sed quid pro Latinis aduerſus Græcos in Gallijs fuerit elaboratum, ex eodem Frodoardo aliqua ex parte conſequi poſſumus, qui dum relegit epiſtolas ab Hincmaro conſcriptas, hæc habet: *Item de reſponſionibus ad obiecta Græcorum, quæ* C *Odo Bellouacenſis Epiſcopus colligens deſcripſerat, & domino Hincmaro miſerat &c.* & inferius de iiſdem: *ſubiungit quoque de libello ipſius Odonis contra obiectiones Græcorum, quædam ſe in eo memorans annotaſſe, quæ retractanda, & corrigenda forent. quas lucubrationes neſcimus editas.* Quę Galli adu. Græcos.

At ne penitus relinquamus intacta decem illa capita, quæ a Græcis obiecta Nicolaus ipſe teſtatur: ea hic obiter, breuiterque ſaltem attingamus, atque in primis.

1 Quod ad Sabbati ieiunium: vetus fuit iſta inter Latinos, atque Græcos controuerſia, ab ipſo ferme exordio naſcentis Eccleſiæ, poſt obitum videlicet Apoſtolorum. Tu vero conſulas quæ fuſius primo Tomo Annalium ſcripta ſunt. Reſponſiones ad obiecta Græcorum. De ieiun. Sabb.

2 Quod Spiritum ſanctum a Patre procedere negarit omnino Latina Eccleſia, a- D pertiſsimum mendacium eſt. Quod autem dixerit a Patre & Filio procedere, ſinceriſsima veritas eſt, a maioribus omnibus, a Damaſo incipiendo, Romanis Pontificibus, & alijs aſſerta. De pceſſ. Spir. S.

3 Quod cuſtodiens in ſacris ordinibus cœlibatum Occidentalis Eccleſia, damnet nuptias, manifeſta calumnia eſt. nam clericorum cœlibatum antiquiſsimum fuiſſe in eccleſia tam Occidentali quam Orientali, a temporibus Apoſtolorum ſeruatum, ſuo loco ſuperius euidentiſsime demonſtratum eſt; ac pariter declaratum, quam deſipuerint Græci a tempore ſextæ Synodi commenticijs appoſitis canonibus, coniugium ſacrorum miniſtrorum admittentes. De cœlibatu clerici.

4 Quod alicubi conceſſum presbyteris, vt baptizatorum frontes liniant chriſmate, ex magna cauſa ſit diſpenſatum: in contrarium plane eſſe vſum, oſtenditur. De Chriſmate.

E 5 Quod vtatur Eccleſia Occidentis aqua pro chriſmate; omnium teſtificatione eſt manifeſta calumnia.

6 Quod in Quadrageſima caſeo, vel ouis omnes Occidentales vtantur Eccleſiæ, calumnia eſt, cum in Italia nunquam in vſu fuerit; trans montes tamen id, ex magna cauſa, alicubi apparet eſſe conceſſum. Sed in his diuerſarum Eccleſiarum tam in Oriente, quam in Occidente, abſque ſcrupulo læſę Catholicæ fidei, diuerſas fuiſſe conſuetudines, ex antiquis Theologis ſuperius ſuſe eſt diſputatum. De abſtinentia ciborum.

7 Quod ſuper altare vna cum corpore Chriſti offeratur agnus, tempore Paſchatis, eſt manifeſta calumnia. De agno oblato.

De barba radenda.

8 Quod clerici Occidentales barbas radant, ridenda potius, quam confutāda ſchiſmaticorum inſania; de quo priſtino vſu, ab exordio Eccleſiæ naſcentis Romæ recepto, ſuo loco ſuperius eſt tractatum. A

De Diac. ord. Epiſ per ſaltū.

9 Quod Diaconi non ſuſcepto presbyteratu tranſeāt ad Epiſcopatum: calumniam eſſe, Canones Occidentalis Eccleſiæ manifeſtant.

De libellis fidei. De Decretalib. ep.

10 Quod libellus fidei exigeretur ab illis, a legatis Apoſtolicæ Sedis: quod cum nunquam vſurpatum ſit, pro monſtro haberi debet, ſicut, vt ab eorum Patriarcha ad Chriſti fideles Decretales ſcriberentur epiſtolæ. hæc obiter.

† epiſt. 58.

Porro de hac epiſtola Nicolai fit mentio in antiquis Francorum Annalibus a Pithoeo editis: deque alia, eodem tempore ſcripta, de condemnatis ab Apoſtolica Sede Gunthario, & Theutgaudo Epiſcopis, quos ob ſeptem capitalia crimina commiſſa, ad priſtinæ dignitatis reſtitutionem recipere nequaquam poſſe commemorat. Exigebat autem iſta ab ipſo Nicolao neceſſitas, vt quia ſuis litteris vſque in Orientem miſſis, duo illi damnati Epiſcopi iniuſte conqueſti eſſent a Nicolao iniuſte ſe fuiſſe damnatos, oportuit vt per ipſum vniuerſo innoteſceret orbi, ſententiam in eos latam fuiſſe iuſtiſſimam, cum oſtenderet quot quantorumque criminum ijdem auctores fuiſſent. B

Photius hæreſis incuſat eccl. Rom. ob aſſertā proceſſ. Spiritus S. a Fil. De pceſſione Spūs Sancti antiqua doctrina in eccleſia. a Theod. hiſt. lib. 5. c. 11. b in Anno D. 447. c 1. Io. 2. d Rom. 8.

Quod autem ad Photij criminationes in Eccleſiam Rom. pertinet, ſciendum eſt ipſum primum fuiſſe, qui quod nullus prædeceſſorum, quantumlibet cerebroſus, etiamſi hæreticus fuerit, eidem Romanæ Eccleſiæ infenſiſſimus, auſus eſt facere, vt eamdem Eccleſiam, immo omnes Occidentales hæreſis nomine ſugillaret, quod aſſererent, Spiritū ſanctum a Patre Filioque procedere. Non enim recens iſta per Rom. Pont. ſuis epiſtolis innotuerunt in Oriente, ſed ante quingentos annos reperiuntur annuntiata litteris primum Damaſi Papæ, qui vires dedit (quod dictum eſt ſuo loco ſuperius) vt Conſtantinopolitanum Concilium ſub Nectario, œcumenicum diceretur, per quod Spiritus ſancti eſt defenſa diuinitas, & per Symbolum prædicata. Id quidem ipſe habet in Anathematiſmis appoſitis ad epiſtolam ad Paulinum, Antiochenum Epiſcopum, a Theodoreto [a] dolo malo falſatam, vt qui contra Cyrillum Alexandrinum negauit Spiritum ſanctum a Filio etiam procedere. Porro legitima lectio eorum ſcriptorum Damaſi poſita habetur, in omnium antiquiſſima Creſconiana collectione, alibi ſuperius recitata, [b] his verbis, *Spiritus ſanctus non eſt Patris tantummodo, aut filii tantummodo Spiritus.* Scriptum eſt [c] enim. *Si quis dilexerit mundum, non eſt Spiritus Patris in illo.* Item ſcriptum eſt. [d] *Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. Nominato itaque Patre & Filio intelligitur Spiritus ſanctus, de quo Filius in Euāgelio dicit* [e], *quia Spiritus ſanctus a Patre procedit. Et de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Hæc Damaſi apud Creſconium puriſſima atque ſimpliciſſima lectio, per quam Spiritum a Patre Filioque procedere, ex neceſſaria aſſumptione deductum eſt. Sed & locum Damaſi e Græcorum fontibus, quos reperit limpidiſſimos, nec impoſtorum pede turbatos, citat Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus his verbis. [g] *Damaſius Sanctiſſimus Romæ preſes, qui tempore ſecundæ Synodi Conſtantinopolitanæ vixit, in confeſſione Catholicæ fidei, quam Papa hic miſit ad Paulinum Antiochiæ Epiſcopum, hæc hēt. Credimus in vnum verum Deum Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, factorem viſibilium, & inuiſibilium, per quem omnia creata ſunt in cælo, & in terra; hunc vnum Deum, & hanc vnam eſſe diuini nominis Trinitatem, Patrem, qui Filius non eſt, ſed habet Filium, qui non eſt vtique Pater: Filium qui non eſt Pater, ſed Filius Dei natura eſt. Spiritum vero paraclitum neque Patrem eſſe neque Filium:* SED EX PATRE PROCEDENTEM ET FILIO. Subijcit his, idem Gennadius teſtimonia Leonis Papæ atque Hormiſdæ, eadem affirmantium, & aliorum, qui libere ea ſcripſiſſe ad Orientales reperiūtur, diuerſis quidem temporibus, cum nec ab aliquo eorum, licet in Rom. Eccl infenſiſſimo adeo contradictum eſt, vt ſit auſus vel Rom. Pōtifici, vel alicui Occidentalium id profitenti, & conſtanter aſſeueranti impingere crimen hæreſis; & meditatus fuerit ea de cauſa a Rom. Eccl. ſciſſionem. Immo boni conſulere, & in ſa-

Damaſus profitetur Spir S. a P. & F. procedere. e Io. 15. f Io. 16. g Genn. p Cōc. Flor. ſeſſ. 7.

Itē Leo, & Hormiſda.

C D E

niorem

A niorem ſenſum interpretari conſueuerint, id quod de eadem Spiritus ſancti proceſſione a Patre Filioque a Romano Pont. aſſertum alicubi inueniſſent, vt feciſſe conſtat Sanctum Maximum virum doctiſſimum, & ob defenſionem Catholicæ fidei martyrem, qui claruit tempore Sancti Martini Papæ, & martyris, anno Redemptoris 650. ſub Heraclio Conſtante Imp. cuius de ea re ſententias grauiſſimas in epiſtola ad Marinum conſcripta, qui pugnant aduerſus Græcos, citare conſueuere, vna cum alijs Sanctiſſimis antiquis Græcorum Patribus, qui id ipſum de proceſſione Spiritus ſancti a Patre & Filio profeſſi eſſe inueniuntur, quorum catalogum expreſſum habes in Concilio Florentino, & in alijs pluribus Theologis, qui eodem argumento ſcripſere commentarios pro Latinis aduerſus Græcos, quorum eſt numerus pene infinitus, vt eos ſingulos recenſere ſit operoſum atque ſuperfluum. — Item S. Maxim⁹.

B Quod autem ad Maximum ſpectat, & eius locum citari conſuetum, in epiſtola ad Marinum Diaconum, inter alia quæ ibi tractantur dogmatica, recenſentur querelę Gręcorum aduerſus Romanam Eccleſiam, quarum altera erat, quod Romanus Pontifex ſcripſiſſet Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere: altera qua calumniabantur eumdem dixiſſe, Chriſtum in quantum hominem non caruiſſe originali peccato, ex illa enim id illi eliciebant ſententia, quod Chriſtum dixiſſet (vt maiores noſtri) ſecundum Diuinitatem conſubſtantialem Patri: ſecundum humanitatem conſubſtantialem nobis. Sed periti Romani, ſtatim omnem ea de re, declarantes vocem, abſtulere calumniam. Ait ergo Maximus in dicta epiſtola ad Marinum Diaconum.

De litteris vero Sanctiſsimi Papæ, qui nunc Eccleſiam regit, non in tot capiti- C *bus, quot vos ſcribitis, illi, qui regiam incolunt Vrbem (Conſtantinopolim) eas ſuſceperunt, ſed duobus tantum, quorum alterum eſt Theologicum, quod videlicet dicat Sanctiſsimus Papa Spiritum ſanctum etiam a Filio procedere: alterum vero de diuina Incarnatione, quod ſcilicet ſcripſerit Sanctiſsimus Papa Chriſtum Dominum quatenus homo eſt, ab originali peccato non eſſe immunem.* eliciebant iſta illi, ex dicta voce adeo abſolute prolata, non quod iſta dixiſſet Pontifex, vt ex inferius dicendis apparet. Reſpondet Maximus de his, quæ pro defenſione dictorum Romani afferrent, dicens: *& quod ad primum quidem attulerunt Romani auctoritates ſuorum Patrum ſibi ſuffragantes, nec non Cyrillum Alexandrinum in ſacris illis commentariis quæ in Euangeliſtam Ioannem conſcripſit; quibus nullo pacto Spiritus ſancti Filium eſſe cauſam, ſe ipſos affirmare oſtenderunt. Vnam enim nouerunt Fi-* D *lii & Spiritus ſancti eſſe cauſam, Patrem videlicet, Filii quidem generatione, Spiritus vero ſancti ſpiratione; ſed vt per ipſum Filium procedere dicentes Spiritum ſanctum, declarent etiam, vt hoc pacto eſſentiæ connexionem, & identitatem, & immutabilitatem indicarent,* ne ſcilicet duo eſſe principia afferere viderentur. pergit Maximus. *Quod ad ſecundum vero nulla opus eſt apologia, vel excuſatione. Quænam enim in huiuſmodi rebus poteſt oriri dubitatio etiam illis, qui pro ingenii ſui peruerſitatem occaſionem dubitandi quærere in omnibus conſueuerunt? Rom. tamen diſertis verbis declarauerunt, dicentes; Chriſtū Dominum nullo pacto peccatum habuiſſe, neque mente quidem, qua videtur Adamus primum deliquiſſe; neque alicuius mali actionem vel operationem ex mente per corpus procedentes omnino in Chriſto Domino vnquam fuiſſe. Et iſti quidem* (Romani videlicet) *hæc inquiunt* E *de illis, quæ ſine cauſa ipſis obiiciuntur. Illi vero* (Regiæ ſcilicet Vrbis) *de iis quibus iuſtiſsime ipſi accuſantur nullam hucuſque excuſationem attulerunt &c.* — Cyrillus Alex. de pceſſ. Sp. S. — Locus corruptus. — Chriſtus nulli obnoxi⁹ peccato.

In fine vero, qui cupit amicum ſaluum, vt inconuulſe Eccleſiæ Romanæ iunctus perſiſtat, verbis his perſuadet, quàm elegantiſsime iſta ſubiiciens.

Omnes termini terræ, & quicunque vbique terrarum Chriſtum Dominum pura mente, & orthodoxa fide confitentur, QVASI AD SOLEM AETERNI LVMINIS AD SANCTISSIMAM ROMANAM ECCLESIAM, ET EIVS CONFESSIONEM, ET FIDEM — Nota de eccleſia Rom.

INTENTI RESPICIVNT, EX IPSA RVTILANTEM SPLENDOREM RECIPIENTES SPIRITVALIVM, ET SANCTORVM DOGMATVM, *quemadmodum ſex illæ ſanctæ Synodi ſacræ & a Deo dilectæ, diſertis verbis, & magna cum religione expoſuerunt, apertiſsime pronunciantes Fidei Symbolum. Ab initio enim aduentus incarnati Verbi vniuerſæ vbique terrarum Chriſtianorum Eccleſiæ a Sancta Romanorum Eccleſia originem habuerunt, & fundamentum ſolum & maximum, contra quod nullo pacto portæ inferi præualebunt, iuxta ipſius met Saluatoris* [a] *noſtri promiſsionem, vt habeat ſcilicet claues orthodoxæ in ipſum fidei, & confeſsionis, & aperiat illis qui ad ipſam Romanam Eccleſiam cum pietate accedunt, veram, & realem & ſolam pietatem quærentes, & claudat contra, & obſtruat omne os hæreticum, quod loquitur iniquitatem in cælum &c.* hæc Maximus Philoſophus Chriſtianus, Theologus ſua ætate præcipuus, mitiſſimus corde, humillimus mente, vt ſua ipſius ſcripta actaque teſtantur, atque martyrij titulo inſuper egregie inſignitus.

a Matt. 16.

At cum locum Maximi in Florentino Oecumenico Concilio citaretur, & Græci ſchiſmatici tanti viri præfocati auctoritate, reſpirare non poſſent, eo diuertere neceſſitas eos compulit, vt negarint eam epiſtolam eſſe Maximi, quam non Latini codices, ſed Græci, ijdemque plures eadem ſententia, abſque vlla penitus diſcrepantia, continerent.

Verum cum negare non poſſent Maximi eſſe epiſtolam, ijdem conuerterunt in Latinos dicta Maximi, quod negaſſent Filium eſſe cauſam proceſſionis Spiritus Sancti, cum Beſſarion pro Latinis certamen ſuſcepit, & ſententiam Maximi egregie declarauit, in ea, quam tunc, pro vnione habuit, orationem. Sed hæc a nobis ea de cauſa ſunt allata, non vt de quæſtione hic diſputemus, magis autem vt oſtenderemus, neminem ante Photium vertiſſe probro Apoſtolicæ Sedi, vt adſeriberet loco hæreſis, ſi quando ea de proceſſione Spiritus Sancti a Patre, & Filio ſuis litteris ſunt profeſſi, ſed vel ſe recepiſſe illa, ſilentio demonſtrarint, vel in bonum ſenſum illa deducerent, & excuſarent; vel ſi non reciperent, non tamen vt hæreſim condemnauerint, ſeque ea de cauſa ab Eccleſia Romana abſciderint.

Prim⁹ Photi⁹ adſcripſit latinis ad hæreſim, quod aſſererent Sp. S. procedere ét a Filio.

Primus infelix Photius (iſta ſit illi loco gloriæ ignominiæ ſculpta columnæ) primus inquam extitit auctor, vt eius prætextu ſe ab Eccleſia ſeiungi, ac penitus ſegregari profeſſus ſit, a qua ſe non recipi ſciret, ob alienæ ſedis inuaſionem, & alia innumera ſcelera perpetrata, vt erubeſcant in ſchiſmate ſectatores, tali auctore, quem (vt audiſti) crimina immaniſſima dedecorarunt. Qui vbi ſemel id profiteri ſcriptis litteris cœpit: quæ reliqua fuerunt, erigendo ſibi cathedram contra cathedram, Angelum apoſtatam imitatus, par ſolium, immo altius contra Sanctam Apoſtolicam Sedem ſibi conſtituendum putauit, vt non ſolum illud vſurparit quod Romanæ Eccleſiæ eſt ſolius, vt Oecumenicus diceretur, ſed & a Legatis Sedis Apoſtolicæ fidei profeſsionem exigeret, & epiſtolas ipſe canonicas ſcriberet, quod ſpectat tantum ad Romanum Pontificem. Apoſtatantis primum angeli ſuperbia eſt, & blaſphemia in Deum pariter, dum inſtitutum diuinitus in Eccleſia, & ſeruatum ſemper in hoc tempus Hierarchicum ordinem, eunuchus inuaſor alienæ Sedis, atque falſarius (vt eſt demonſtratum) auertere auſus ſit atque ſubuertere; homo, ſententia Nicolai, innumerabilium repertus præuaricationum obnoxius, Imperatorum tantum auxilio fretus. Ita quidem Principes terræ potentes iniquitate, aduerſus Romanam Eccleſiam cum Photio inſanierunt. Atque hæc nos longius, quam pro ratione compendij, in gratiam Græcorum, ſi qui ſunt, veritatis magis, quam factionum ſtudioſi.

Vltio in ſchiſmaticos Principes.

Poſt longam patientiam, Deus tandem iram ſuam effudit aduerſus ſchiſmaticos Principes, ac primum in Bardam Cæſarem omnium malorum auctorem, qui Sanctiſſimum virum Ignatium Patriarcham ſentiens ſuis ſceleribus aduerſarium, eum e throno deijciendum curauit, Photiumq; ſubrogandũ. præſagia necis eius & miſeram

A necem Curopalates, Cedrenus, Glicas, & in primis Nicetas Græci ſcriptores ſic fere deſcripſerunt. Viſus illi per ſomnium B.Petrus Apoſtolorum Princeps, cui aſſiſtebant duo terribiles viri: & ad veſtigia eius ſedentis, Ignatius procumbens, & cum lacrymis clamans, *Clauiger Regni cœlorum, & petra in qua Chriſtus Deus ſuam firmauit eccleſiam, ſi noſti, qua iniuria affectus ſim; conſolare ſenectutem meam, multa mala paſſam.* *Ille vero ad Ignatium.* Oſtende, inquit, *eum qui te iniuria affecit, & Deus faciet cum tentatione prouentum. Et conuerſus Ignatius, dextera manu me oſtendit, inquit Bardas, inquiens; Hic me maxime omnium offendit, & nec dum iniuriis me afficere deſinit.* horrenda viſio.

Tum B.Petrus illi qui ad dexteram aſtabat, ait, Aſſume Bardam iſtum execrandum & extra atrium Eccleſiæ illum membratim concide quam primum. Itaque tractus ego, inquit, fui ad necem: viſum illi præterea, quod manum vibrans aduerſus
B *Imper. dixit illi. Impie fili, expecta parumper.* hanc terribilem viſionem Philotheo fideli amico narrabat Bardas perteritus, & plorans, qui nec ſic quidem omiſit affligere Ignatium, miſſo enim Photij quodam amico in Inſulam cum militibus illum arctius conſtringi & obſeruari iuſſit, per tres menſes, quibus decurſis, in ſomnij ſecuta eſt executio, cum vna cum Imper. & exercitu profectus in Cretam, & ſuſpectus perfidiæ, iuſſus eſt occidi, qui ſtatim fruſtatim eſt conciſus. Reuerſus Conſtantinopolim Imper. cum ſolus Rempub. adminiſtrare non poſſet, & filios mares non haberet, Baſilium Macedonem genere, ignobilem, excubitorem, ſibi filium adoptatum, & Magiſtrum militum creatum, Conſortem aſciſcit Imperij. Bardas occiſus.

C Photius, aſſentiente Imper. ad vlciſcendum Nicolaum Papam, conciliabulum congregat & ipſum Nicolaum anathemate damnat. Magnis etiam muneribus, præcipue Regem Franciæ Doliechum (ſic Græci Ludouicum appellant) ad deijciendum ab eccleſia Nicolaum impellere conabatur, pollicens eum ſe Imper. in Vrbe Conſtantinopolitana proclamaturum, quæ munera & pſeudo Acta in Ignatium & Nicolaum Papam, Zachariæ & Theodoro aſſeclis ſuis Epiſcopis dedit in occidentem. Photius molit Papam deijcere Papatu.

Baſilius creatus Imper. Michaelem Imper. a prauis, & execrandis facinoribus abducere ſtudens, infenſum eum ſibi reddidit, qui & eum de medio tollere meditabatur: cum interim Baſilicinum quemdam Regij Dromonis remigem in Imperium prouehit. Baſilius igitur malens necem inferre, quam pati, communicato cum alijs conſilio, Michaelem obtruncat, & ſolus potitur Imperio. Ex Zonara, Niceta & Imp. occiditur.
D alijs. Imperator acclamatus, ſtatim Zachariam, & Theodorum Legatos, ne anathema Pſeudo Synodi in Summum Pontif. Romam perferrent, reuocat. Photium a Patriarchali deijcit Sede. Ignatium reuocat & in throno reſtituit, exultantibus omnibus, idque vtrumque ex litteris & auctoritate Nicolai Papæ, omnia ſcripta, quæ a Patriarchio diſcedens acceperat a Photio repetit, in quibus reperti duo libri auro, & argento foris mirifice exornati; intus vero litteris valde pulchris deſcripti. Quorum alter continebat ſeptem Actiones Synodicas, quæ nunquam extiterunt, nec actæ ſunt, aduerſus Ignatium, in quibus ſingulis depictus egregie habebatur idem Ignatius, cum ſingulis inſcriptionibus huiuſmodi. DIABOLVS, PRINCIPIVM PECCATI: FILIVS INIQVITATIS. SIMON MAGVS. EXTOLLENS SE SVPER OMNE
E QVOD DICITVR DEVS. ABOMINATIO DESOLATIONIS: ANTICHRISTVS. Photius deijcitur, Ignatius reſtituit. Photij impudentiſſima fraus.

Inuentum plane Photij Diabolicum, in quo egregie eum emulantur noſtræ ætatis Nouatores, eo etiam deteriores, quod ille huiuſmodi imaginibus, & inſcriptionibus conatus eſt infamare nomen Ignatij, hi vero ipſum Roman. Pontif. ſed de his occinendum illud Dauidicum, velut ſomnium ſurgentium domine in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges. ſtat vero, ſtabitque in æternum imago illa, quam Chriſtus verborum ſuorum notis indelebilibus reliquit expreſſam in Petra, qua cernitur ſuper Chriſti cathedram ſedens Petrus, vel loco Petri,

a Mat. 16. ſucceſſor Petri cum eiuſmodi elogio, inſcripta diuinitus. [a] TV ES PETRVS ET SVPER HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM, ET PORTÆ INFERI NON PRAEVALEBVNT ADVERSVS EAM. Qui actionum illarum impiarum ſcriptis dum legerentur interfuerunt, iurati aſſeruerunt, quinquaginta duo apertiſſima, & omnibus perſpicua falſa capitula contra Ignatium à Photio fuiſſe prolata. A

Alter vero Synodica Acta aduerſus Nicolaum Papam Rom. omni videlicet calumnia & blaſphemia referta continebat. Cũ igitur hæc omnia Imp. Senatui atq; Eccleſiæ manifeſtaſſet, peſſimam Photij conſcientiam vniuerſæ Reip. manifeſtam reddidit. Nicetas.

Non multo poſtquam Baſilius eſt adeptus Imperiũ, viſus illi Dominus noſter Ieſus Chriſtus eum ita conueniens, Vt quid interfeciſti Regem & Dominum tuum Imp.? experge factus cohorruit, & diuina illa promiſſione, In quacunque die ingemuerit peccator, ſaluus erit, ad pœnitentiam prouocatus, lacrymis luctui & eleemoſynis ſe dedidit, & mirabili, ac pretioſo opere duas Eccleſias fabricauit. B

b Lib. 1. c. Ex Luitprando [b] Ticinenſi. Zonaras, longe poſt hæc tempora, & ipſe ſchiſmaticus Photio fauens, auctori ſchiſmatis, ſcripſit eum ſede pulſum, quod Imperatorem homicidij redarguiſſet, contra quam alij ſuperiores, nimirum quod iam tertio à Nicolao Rom. Pont. damnatus eſſet. quod ipſum ipſemet aſſerit Imp. ſuis ad Nicolaum Papam litteris, quæ poſteriores [c] extant, nam priores dubitare ſe ait, an redditæ ſint. In illis igitur, hæc habet. *Et quædam à nobis agenda fore, viſa ſunt; quædam vero paternæ ſanctitati veſtræ penitus relinquenda. Verum nobis nihil amplius debere fieri viſum eſt, niſi vt Photius quidem a ſede remoueretur, & ſecum quieſcere hortaremur, quippe qui multa contra veritatem, & contra Sacrorum Pontificum verticem commouit &c.* Mox ait Ignatium ſibi viſum reſtituendum, ex eius litteris, &c. Conſulit eum denique de his, qui Photio communicauerunt, & omnino de lapſis, & ad extremum commendat Apocriſarios ab Ignatio, & Photio, & a ſe ipſo miſſos poſtulans etiam alios Roma mitti ad ſanciendam & vniendam Conſtantinopolitanam Eccleſiam Romanæ, miſſa 11. Nouembris. Alias miſit litteras, & Ignatius [d] multa prædicans de Sede Apoſtolica, & de ipſo Nicolao, & conſulens pariter de varijs gradibus lapſorum. D. 11. Nou. biduo ante obitum Nicolai, quæ redditę ſunt eius ſucceſſori Hadriano, vt Sacræ Synodi Acta declarant. C

c T. 3. epi. Decret. pag. 271.

d recitantur in 8. Synodo.

Sed quæ aliæ eiuſdem Nicolai fuerint res geſtę anni huius ante obitum videamus. Cum Theutperga Regina inuiſa Lothario ab eoque peſſime habita, imminentem ſibi mortem timeret: quam citam ab eo profectionem curabat, quam tamen abſque auctoritate Nicolai Papæ, qui eam redire præceperat, non eſt auſa tentare. Colore igitur Romam proficiſcendi, ab eo recedendi occaſionem honeſtam captans, legatos præmittit ad Nicolaum cum litteris, quibus ab eo Romam veniendi licentiam poſtulauit. Sed ex Lotharij viri ſui, immo infeſtiſſimi hoſtis conſilio, quin potius minantis iuſſione, ijſdem litteris atque legatis eidem Rom. Pont. ſignificare coacta eſt ſe ſponte cedere Regiæ dignitati, in quam introduceretur Vualdrada, tamquam legitima Lotharij coniux. Quæ audiens Nicolaus, omnia hæc ipſam a Lothario coactam ſcripſiſſe cognoſcens hæc ad eã reſcripſit. [e] *Quis ignorat hæc te multis preſſuris ſubacta deponere, & innumeris malis attritam proferre? cum etiam (vt prędiximus) omnes Religioſi & Cleri Galliarum & Germaniæ viri hęc ita ſe habere, frequenti relatione teſtentur? adeo, vt te nobis hæc ſcripturam fore, multo ante tempore cognouerimus. Sed his omiſſis hortamur, ac vehementer admonemus, vt ipſa tibi met manus non inferas, nec mortis fomitem generes. melius quippe tibi eſt vt veritatem loquentem alius te occidat, quam tu te ipſam, mendacium dicens, interimas. Sta igitur intrepida, atque conſtans, & mortem quam quoquo modo ſemel experiri debes, pręcipue pro veritate ſuſtinere non paueas.* Monet poſtremo ne occaſione Romam veniendi a viro diſcedat, recepturo poſt eius diſceſſum Vualdradam, & ipſam in via vitæ diſcrimen ſubituram. Sed & ſcribens [f] ad Lotharium, æque prohibuit ne ipſe Romam veniret. D E

Adigitur Regina renunciare regię dignitat.

e ep. 48. Nicol. hortatur Reginam ne mortẽ pro veritate paueat.

f ep. 51.

A ret. Sequenti vero die idem Pontifex litteras dedit ad omnes Epiſcopos [a] ſub Regno Lotharij conſtitutos, quos redarguit, quod rerum temporalium amittendi timore, ſegnes fuerint hactenus in corrigendo Lothario. Eadem porro die & Indictione ad Carolum [b] Regẽ Francorum Lotharij patruum ſcripſit, dolens quod Lothario conniueat de abijcienda, atque perdenda Regina Theutperga a Rege adulterij rea conſtituta, damnans conſilium de iudicio per monomachiam definiendo, rogat vt eam a periculo liberans mortis, apud ſe recipiat. Scripſit [c] eodem tempore etiam Lothario Regi, in primis ipſum redarguens, quod Theutpergam varie vexaſſet, compuliſſetque iurare, non ipſam, ſed Vualdradam legitimam ipſius vxorem eſſe; inanem oſtendens eiuſmodi adinuentionem: cum ſententia Sedis Apoſtolicæ definitum eſſet eam eſſe legitimam ipſius vxorem. Abſtrahitque eum ab omni ſpe ducendi pellicem in vxorem, B cum nec defuncta vxore, id ipſi licere leges Eccleſiæ doceant. Vualdradam excommunicatam ipſi denunciat, cuius conſortio, ne eiuſdem pœnę fiat particeps, admonet. Sed & eadem ſententia ipſum fore plectendum, niſi pareat, comminatur. His datis litteris, quibus comminatio excommunicationis miſſa eſt, magnus timor inuaſit omnes Francorum Epiſcopos, ne Rex ab eodem Pontifice excommunicationis ſententia plecteretur, cuius rei gratia tunc Aduentius Metenſis Epiſcopus ſcripſit ad Hattonem Coepiſcopum ſuggerens conſilium reuocandi Lotharium ad pœnitentiam. Verum aliud conſilium Lotharius inijt, quo excommunicationem comminatam effugeret, nempe vt ſuum ad Nicolaum Romam aduentum litteris, [d] & legatis præmiſſis eidem nunciaret, vt ſic eum ſpe bona ludificaret, quibus blandis litteris, & auxilium contra Sarracenos, ſi opus ſit, pollicetur. At Nicolaus prohibuit eius Romam C aduentum, quem ſciret non ad pœnitentiam, ſed ad dilationem prætendi. Vetus fuit Lotharij artificium, vt cum, ſiue a patruis Regibus, ſiue a Romano Pontifice arctaretur ab adultera omnino recedere, ille ſe Romam velle proficiſci, & de ſua cauſa agere coram Pontifice affirmaret. Teſtatur id Nicolai epiſtola [e] ante legationem Arſenij data. Sic igitur ab eo ſæpe deceptus ne Romam veniat, interdicit, cum & interim nõ ceſſaret alia via ipſius omnibus modis procurare ſalutem, ſcribens de his ad Ludouicum Regẽ [f] Germaniæ, de eius emendatione procuranda. Occaſio etiam prætexendi Romam aduentus, & illa præceſſit, quod eodem anno Carolus, & Ludouicus fratres ſimul, Nicolai Papę monitu conuenientes, ſolicite de Lotharij nepotis, ſui nondum reſipiſcentis ſcandalo conſulentes decreuere, vt ipſe Carolus patruus ad eum, adiuncto ſibi Epiſcopo, proficiſci deberet quo eum coram efficacius hortari poſſet, vt in omni- D bus parere deberet monitis Apoſtolicæ Sedis. Cui ille, ex more promiſſionibus multis, facturum ſe quæcunque Pontifex iuberet, Romamque ad eum aditurum pollicens, ſatisfecit. De quibus promiſſionibus per Ludouicum Nicolaus monitus [g] reſcripſit ſic eludere ſolitum Lotharium Apoſtolicam Sedem promiſſionibus ſuis, vt eum multa promittat, nihil præſtet, ſed pollicitis contraria agat. Ob idque quod inobediens eſſet Apoſtolicæ Sedi, ne Romam veniat omnino prohibuiſſe. queſtus eſt etiam de eo idem Nicolaus, quod in Sede Treuirenſi, & Colonienſi, ex quibus exciderant Guntharius, & Theutgaudus, nullum alium patiatur ordinari Epiſcopum, ſpem habens de illorum reſtitutione; pro quibus & fruſtra itidem Rex Ludouicus rogaſſet. [h] ſcripſit & ad Epiſcopos ſub Ludouici Regno conſtitutos, eos redarguens de nimia ſolicitudine pro iuſte damnatorum reſtitutione. At non hic finis Lotharij Regis ini- E quitatum, ſed hoc eodem anno enormia alia prioribus peccata coniunxit, auferens bona Helletrudis filiæ Lotharij Imperatoris viduæ relictæ Berengarij Comitis; quę talia paſſa ad pauperum patronum, viduarumque protectorem Nicolaum Pontificem confugit, qui pro ipſa ad Carolum Regem litteras [i] dedit, vt apud Lotharium intercederet, ageretque vt ablata reſtituat.

Ad poſtremum autem non prætermittendum, ex antiquo vſu perſeueraſſe, vt pro grauioribus delictis expiandis fideles ad Romanum Pont. ſe conferrent: quod ſub Nicolao Pontifice dum frequentatur, inter alios infelix pater, trium filiorum necator, accurrit, de quo ad ſuum Epiſcopum Paſtor [k] omnium reſcripſit, ex parte re-

laxans

a ep.49.

b ep.50.

c ep.51.

Nicol. intentat Lothario excõicationẽ niſi pareat.

d extant in Cod. Treuir.

Lotha. imponere ſtudet Papæ.

e ep.27.

f ep. 53.

g ep. 55.

Papa Loth. prohib. Romã venire, quod inobed. eſſet.

h ep.56.

i ex Cod. S. Mar. ſup Miner.

Vidua bonis ſpoliata confugit ad Papam.

Pro grauiorib. delictis Roma adit.

k Apud Iuonem p.10.33.

laxans miſericorditer pœnas illi ab eo impoſitas. A

S. Clem. corp. Romam refertur.

Hoc eodem anno qui vltimus Nicolai numeratur, contigit per Sanctos viros Cyrillum atque Methodium Orientales Monachos deferri Cherſona Romam corpus S Clementis Papæ, de quo narratio extat ex Leone Oſtienſi.

a De his agit Pithoeus i libello hiſt. cõtrou. de p ceſſ. Spiritus ſancti. Ad tẽpus Nicolai nihil additũ Symb.

Non eſt prætermittendum errare eos, qui putarunt adiectionem illam Symbolo inditam, a FILIOQVE eſſe primũ in Eccleſia Romana ab ipſo Nicolao Pont. factã, id ex epiſtola Photij elicientes, qua ad Nicolaum Photius ſcripſit aduerſus eos qui dicerent Spiritum Sanctum ſicut a Patre, ita etiam a Filio procedere. Quod igitur tunc regebat eccleſiam Nicolaus, creditus eſt ipſe eius additionis fuiſſe auctor. Sed hi ab ipſius Photij epiſt. poſt ad Io. Papam Octauum ſcripta, reedarguuntur, teſtante, a nemine Rom Pont. vſque ad illa tempora aliquid additum ſymbolo. Nicolaus igitur & ſi eadem cum ſuis prædeceſſoribus ſentiret de Spiritus ſancti proceſſione a Patre Filioque manante, ne quidquam tamen id ſymbolo fidei adiectũ voluit, quod ſciret a Leone Tertio prædeceſſore Pont. id recuſatum, Legatis Caroli M. Imp. id ex poſcentibus. B

Anaſtaſius plura de Nicolai munificentia in donis collatis diuerſis eccleſijs, & ſacris ædificijs recenſet.

Nicol. Papa laudatiſſimus inter oẽs. Elogium eius.

Nicolaus igitur, cum eccleſiam victorioſiſſime, inquit Anaſtaſius, rexiſſet annos nouem m. 6. d. 20. idib. Nou. migrauit ad Dominum, laudatiſſimus, ſi quis alius, Romanorum Pontificum. nam audi Reginonis elogium. *Poſt B. Gregorium vſque in præſens nullus Præſul in Romana Vrbe Pontificali honore ſublimatus Nicolao videtur æquiparandus. Regibus & Tyrannis imperauit, eiſque ac ſi Dominus orbis terrarum, auctoritate præfuit, Epiſcopis, & ſacerdotibus, religioſis, ac Domini mandata obſeruantibus humilis, blandus, pius, manſuetus apparuit, irreligioſis & a recto tramite exorbitantibus terribilis, atque auſteritate plenus extitit, vt merito credatur alter Elias, Deo ſuſcitante, noſtris temporibus ſurrexiſſe, & ſi non corpore, tamen ſpiritu & virtute.* C

Legati Imper. ad electionẽ Papæ non vocantur.

Poſt menſis vacationem Hadrianus Romanus, admirabili omnium ordinum conſenſu, electus, 19. Kal Ian. conſecratus eſt. Is beneficentiæ in pauperes nomine celebratur, multiplicatis aliquando in eorum erogatione denarijs. Miſſi Imp. in Vrbe præſentes, indignati, quod ad electionem vocati non eſſent, accepta ratione, quod non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu omiſſum hoc fuerit, ne videlicet Legatis Principum in electione Rom. Pont. expectãdi mos, per huiuſmodi fomitem, inoleſceret, omni indignatione depoſita, ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt. In cuius conſecratione ad celebritatem Miſſæ ipſius tam incredibilis extitit multitudo, vt certatim de manu eius, omnibus communicare nitentibus, Theutgaudus Treuirenſ. Archiepiſcopus, & Zacharias Anagninus Epiſcopus, qui a Domino Nicolao Sacerdotio denudati, etiam communione caruerãt; ſimulque Anaſtaſius, qui dudum a Leone Benedictoque Pontificibus, presbyterio denudatus, inter Laicos communicare ſolitus erat, eccleſiaſticam communionem, ſub congrua ſatisfactione, receperunt. Mox conſecratus, ad Patriarchium reuerſus, conſuetudinem diuerſorum xeniorum hincinde confluentium retentis ſolum quæ vſibus Miſſarũ ſufficerent, de reliquis pretia capientem excluſit, dicens, non eſſe pium, quod gratis accepimus, pretio venundare, ſed gratis etiam, iuxta præceptum Domini, largiamur, oblationes Chriſti cum eius hoſpitibus, & inopibus partiamur, propter quos has tribui nobis diuinitus ſcimus. D

Oblationes vendi ſolitas, vetat Hadr. & gratis dari præcipit.

Roma a Duce Spoletano diripitur. D. Spoletan. hoſtis iudicatus & excõicatus.

Inter tot læta atque felicia, triſtia admodum atque luctuoſa admixta ſunt. Lamperto Duce Spoletano, tempore conſecrationis, huius venerandi Pontificis, Romanam vrbem tyrannice inuadente & diripiente, maiorum domibus, nec Monaſterijs, nec Eccleſijs, nec nobiliſſimis puellis parcendo. Propter quæ apud Auguſtos piiſſimos, Romanorum querimonijs prægrauatus, Ducatum perdidit, iram Principum & inuidiam pene cunctorum Gallorum, tanquam reuera Sedis Apoſtolicæ, hoſtis adiudicatus, incurrit. Mox Pontifex tanta tyrannide liberatus, vſque ad raptorum reſti- E

tutionem,

A tutionem, legalemque ſatisfactionem omni eccleſiaſtica communione priuauit. ex Anaſtaſio.

Cognito in Gallijs obitu Nicolai, Lotharius Rex mox litteras [a] ad eius ſucceſſorem Hadrianum ſcripſit, rogans, vt quod a Nicolao obtinere non potuit, ab eo impetraret, ſuum Romam aduentum. Porro Hadrianus ad eum primo ſcribens has dedit litteras [b] commonitorias. Poſt pauca. *Excellentiam tuam paterno monemus affectu, & iure Apoſtolico exhortamur, quatenus malorum omnium conſiliis hominum relictis, & mortiferis perſuaſionibus omni modo ſpretis, aurem cordis tui cœleſti ſane clauigero B. Petro in nobis loquenti aperias, omnique animoſitate, & inclyta mundi dilectione procul abiecta, ea quæ iuſtitiæ ac rectitudini maxime congruunt prædicante, toto deſiderio audias, euidentique proficias deuoto affectu, quia non auditores, ſed* B *factores legis Deus fore iuſtos approbat. Unde Sedis Apoſt. ſalubrem admonitionem & correctionem venerabili ſinceraque mente ſuſcipere ſtude. Duo igitur a te carnis deuicto illecebra dudum commiſſa videntur illicita, quæ ab anteceſſore noſtro piæ memoriȩ Papa Nicolao cenſura fuerant emendata canonica. Vnum videlicet nefarium Theutpergæ legitimæ vxoris coniugis tuæ diuortium: alterum vero ſceleſtiſſimum Vualdradæ mœchȩ concubitum, quod nō ſolum lex omnis diuina reprobat, condemnat & fieri omnimodis vetat, ſed etiam mundana prohibent iura: de quibus nos iterum reſcribere nullatenus ſtuderemus, niſi vos a iuſtitiæ tramite, per incentiuum carnis procul dubio deuiaſſe, bonumque coniunctionis legitimæ vinculum diſſoluiſſe, & ad illicitum ac priſtinum ſtuprum incongruis reuerti velle occaſionibus agnoſceremus. Theutperga itaque Illuſtriſsima Regina coniux veſtra, Sanctorum Apoſtolorum* C *Petri, & Pauli ad limina veniens menteque deuota orationis deſiderium complens, noſtram faciem contemplari, cauſamque ſuæ neceſsitatis nobis ore proprio exponere quæſiuit. Quæ cum à nobis pro amore Dei, & veſtro, & ab omni noſtra eccleſia honorifice, ſicut oportebat, ſuſcepta fuiſſet: dixit ſe propter quandam corporis ſui infirmitatem, & quia non legitimo vobis antea fuerat coniuncta connubio, a veſtro velle ſeparari conſortio, & ob amorem Dei, ſæculi dignitatem, & gloriam abiicere, ac ſub leui iugo Chriſti ceruicem cordis ſubmittere. Quibus profecto auditis, & domino auxiliāte diligenter conſideratis, non modico fuimus turbati ſtupore, quod ſe, pro talibus, à vobis quæreret ſeparare, cum ſcriptum ſit, dicente Domino: à Deo iungitur mulier viro: & iterum: [b] Quod Deus iunxit, homo non ſeparet. Et cum ipſa, ſicut dixit Apoſtolus, ſui corporis non habeat poteſtatem, ſed vos, cui Domini eſt voluntate legitimo ma-* D *trimonio regalique toro coniuncta, cui ſane, quamuis cum veſtræ voluntatis conſenſu atque licentia, hoc ſupplici nimis prece depoſceret, noſtrum in tali voluntatis ſuæ deſiderio conſenſum, nullo modo prebuimus: licentiam vero illi reuertendi ad magnitudinis veſtræ conſortium iuraque matrimonii regalia illibata cuſtodiendi præcepimus. Super his autem, quibus ſe à vobis quærit diſiungere, tam repente, ſine multorum fratrum noſtrorum conſilio, & ingenti examine, finitiuam nunc proferre ſententiam, aut conſenſus noſtri immaturam dare licentiam iure diſtulimus. Deo autem nobis ſalutis opem, vitamque præbente, tam pro his, quam etiam pro aliis eccleſiaſticis cauſis ſynodum facientes, & talia ſubtili examine indagantes, vt ſecundum Dominum ſalui eſſe poſsitis, idonea ſatis intentione deliberabimus coram Deo, Saluatore noſtro, atque finiemus. Propter quod excellentiā tuā Apoſtolicis monemus alloquiis & horta-* E *mur in Domino, ne aurem nobilitatis tuȩ conſiliis impiorum, & veritati repugnantium verbis inclines, ſed potius dominicis, & Apoſtolicis præbens gratanter præceptis tandem Theutpergam nobiliſsimam Reginam coniugem tuam dilectionis amore, in coniugale conſortium lætus recipias, & pro amore Dei, & Sancti Petri, & noſtro ſimul, honore digno eam retinere, ſicut corporis proprii membrum dilectum, procures. Quod ſi ob itineris longitudinem, & aſperitatem, vel aliquam carnis incommoditatem ad vos vſque ipſa peruenire diſtulerit, elegeritve in aliquo proprietatis ſuæ loco ſibi vtili magis conſiſtere, interim, donec Synodus, vt prædiximus, fiat, ſalua & incolumis ſub veſtra regali tuitione atque defenſione ſecura permaneat: habeatque in po-*

[a] ex Cod. Treuir.

[b] ex Cod. Fab. Pariſ. Hadr. Papæ epiſt. ad Loth. R. grauis, & paterna.

Theutperga Reg: Romā profecta.

e Gen. 1.

De diuortio Loth. R. non audet definire Papa abſq; Concilio.

teſtate

teſtate ſua ipſas Abbatias, quas ei dare ipſe ore proprio promiſiſti, de quarum ſumptibus, atque redditibus neceſſaria poſſit habere ſtipendia, dignaque ſubſidia, ſin vero quilibet veſtrum ei aliquam fuerit molitus contrarietatem inferre, aut periculoſe præſumpſerit nocere, ſciat ſe a nobis perpetui anathematis vinculo eſſe procul dubio innodandum, & ab omni Chriſtianorum conſortio ſeparandum. Te autem, ſi talibus conſenſum præbueris, omnimodo excommunicandum. A

Minatur excõicatione quomodocunque nocẽti Theutpgę Reg.

Hęc Hadrianus. Scripſit etiam idem Hadrianus ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum, vt cũ Lothario ageret, vt ab omni ſe culpæ ſuſpicione liberaret, quod Hincmarus egregie præſtitit, vt teſtatur Frodoardus,[a] qui & aſſerit Rom. Pontificẽ Hadrianum epiſtolam miſiſſe laudibus plenam, qua ei delegauit vices ſuas in iſtis partibus ſuper Lotharij cauſa, quatenus, quod inde Nicolaus Papa decreuerat, ſeruaretur.

a lib. 3. c. 20.

B

Hadrian⁹ male audiens qđ diſſentiret a p̃deceſſ. profitetur ſe conſentire.

Fuit pręterea curæ Hadriano, hoc primo eius Epiſcopatus ingreſſu, cetera promouere negotia quæ inchoauerat Nicolaus, & inter alia monere Francos de obiectionibus a Gręcis in Latinos cõſcriptis, De his (vt ille fecerat) ſcribens ad Francorum Epiſcopos. De quo idem Frodoardus, loco citato. Idem rurſus Hadrianus vt mentiri cõuincerentur, qui dicerent, ſe reſcindere quæ a Nicolao Papa geſta eſſent, rurſus ad Hincmarum ſcripſit ſignificãs, ſe prædeceſſorum veſtigijs inſiſtere eaque ſectari, quę ab eis ſtatuta fuiſſent, teſte eodem Frodoardo. Cum igitur inflexibilem Hadriani animum, ſicut, & prædeceſſoris Nicolai Lotharius cognouiſſet: eum decipere in ſuum damnum, ſimulatione, decreuit. Cuius rei gratia ad Vrbem aduentum adornat, deque his antea eundem Hadrianum Pontificem reddidit certiorem. Quid autem Hadrianus Pontifex cum iſta accepiſſet, ad ipſum Lotharium reſcripſerit, Regino his verbis ſignificat. *Ad hæc ſupraſcriptus Papa reſcripſit, Sedem Sancti Petri ſemper paratam eſſe dignam ſatisfactionem recipere, nec quod diuinæ humanęque leges iuſte decernunt unquam repuliſſe. Itaque ſi immunem ab obiectis ſe ſciret, cum omni fiducia Sedem Apoſtolicam oportere adire, ut expetitam benedictionem perciperet: ſi culpam autem recognoſceret, Nihilominus abſque heſitatione uenire feſtinaret, condigna penitentię remedia ſuſcepturus.* Hæc de reſponſione Hadriani Pontificis, Regino: haud tamen in his ſequuti veſtigia prædeceſſoris qui (vt vidimus) ab acceſſu ad Vrbem vetauerat Regem, nugis atque fallacijs traducentem Romanæ Eccleſiæ Maieſtatem: ob id indignum ratus vt reciperetur ab ea, niſi antea eiuſdem Sedis Apoſtolicæ iuſſis obtemperaſſet. Cuius rei cauſa, atque etiam quod excommunicatos a Nicolao Epiſcopos non recipiendos ad Communionem, vſque ad horam mortis pariter (vt vidimus) præcepiſſet, magnam ſibi Hadrianus concitauit inuidiam bonorum omnium, maxime vero Orientalium Romæ degentium, ex omnibus enim Sedibus Patriarchalibus erant illic delecti viri Sanctiſſimi, Apocriſarij fungentes munere, Præter innumeram multitudinem eorum, qui cauſa Photij Conſtantinopoli fugerant, in Vrbe degentes extorres, omneſque mirifici cultores nominis Nicolai, cuius egregias virtutes & admiranda facinora proxime contemplati fuiſſent. Vnde accidit, vt ijdem animo ab Hadriano magnopere eſſent abalienati, non ſine periculo futuri ſchiſmatis.

C

Sed. Apoſ. parata ſemp. accipere ſatiſfactionẽ.

D

Hadrian. P. ſubit odium bonorum.

E

Chriſti Annus	*Hadriani Pap.*	*Ludouici 2. 13*	*Impp.*
868	1	*Baſilii Maced. 2*	*Indict. 1.*

Nicolai literas in Orientem ſub ſuo nomine mittit.

Baſilius Imper. Conſtantinum filium in Imperio collegam aſſumit ex 8. Synod. Act. 8.

Hadrianus bene cœpta a prædeceſſore proſequens, Legatos ab eo ad Bulgaros deſtinatos, duos Epiſcopos, ſed ob eius mortem, detentos, dimiſit, & litteras illius vt ſe

eiuſdem

A eiuſdem voluntatis,& ſtudij eſſe oſtenderet, ſub ſuo nomine miſit. Aliquos Epiſcopos, apud Imp. falſo accuſatos,& domo patriaque proſcriptos, ab eo liberari impetrauit. Nicolitanam Baſilicam a fundamentis ab eo extructam picturis varijs, ex eius deſignatione, exornauit. ex cuius veſtigiorum affectatione ab æmulis Nicolaitanus, & ſcribebatur, & publice dicebatur. Verum inconſtans vulgus his contraria iactare tum cœpit, cum ſcilicet hoſtium nonnullos parturientes iniuſtitiam, conceptum dolorem effuſuros eſſe cognoſcens, penes ſe veluti zizania inter frumenta, vſque ad maturitatis tempus, diſpenſatione retinebat, rumore fallaciter exurgente, creditus eſt, quia omnia deceſſoris ſui Acta, quæ ille zelo diuino ſanxerat, hoſtes vero eius ad proprios libitus infamabant, voluiſſet infringere. Ex Anaſtaſio,& poſtrema hæc verbis etiam ipſis Anaſtaſij. B Huiuſmodi autem ſpargendi rumoris ea occaſio viſa eſt præceſſiſſe, quod mox Theutgaudum a Nicolao excommunicatum, nec reſtitutum, licet ſæpe, (vt vidimus) pulſaſſet fores Eccleſiæ, Hadrianus communionis participem effeciſſet: quod Lothario Regi (vt diximus) aduentum in vrbem, quem Nicolaus denegauit, aperuiſſet. His acceſſit, quod intercedente apud eum Ludouico Imp. idem Pont. Vualdradam, pœnitentiā ſimulantem, abſoluendam curauit, ad quā & ſcripſit epiſtolā,[a] in qua data licentia communionis cū ceteris Chriſtianis, præfati dumtaxat Regis (ſubdit) ſocietati, propter antiqui hoſtis verſutias, nullo pacto penitus adhærendi. & poſt pauca. *Verū tu ſic te de cetero ſtude munire, vt donū ſolutionis, quod in terra percipere cerneris, in cœlo, Deo auctore, veraciter capere merearis: nam ſi te coram humanis oculis abſoluendam exhibes, & coram Dei conſpectibus obligata conſiſtis, nec nodo* C *cares, nec veniam impetras. Quinimmo, & pro æmulatione potiori nexu ligaberis. Etenim diuino fertur oraculo.* [b] *Quia homo videt in faciem, Deus autem cor intuetur. Ergo nec delecteris in infimis, ſed ſuperna cordis intuere ſemper obtutibus:* [c] *caduca ſunt, quæ cernuntur: quæ vero non videntur, æterna conſiſtunt. Noli ergo pro terrenis celeſtia, pro viſibilibus gaudiis, perdere gaudia, quæ nec cogitari ſufficiūt. Nullus tibi blandiatur: qui enim te beatificant, ipſi te decipiunt. Denique quantiſcunque velaminibus, iuſtitia & veritas occultetur, quandoque tamen ſplendores foras ſuæ claritatis emittet: nec poterit omnino diutius nubilo ſerenæ defenſionis obduci. Quod faciente Deo, tam ſedis Apoſtolicę ſtudio, quam rectiſſimi Principis, chariſſimi videlicet filii noſtri, cui nunquam tortitudo qualibet, aliquo modo placuit, ſed nec placere quoquo modo poterit, ſolicitudinē, radios ſuos vt ſolis candor extendet.*

Theutgaudū recipit in cōionē, c. ſtatuta Nicolai.
Aduentū ad Vrbem permittit Lothario.
Vualdradam abſoluit pœnitentiam ſimulantē.
a Ex cod. Fabri Pariſi
b 1.Re.17.
c 2.Cor.4.

D De eadem Vualdradæ pœnitentia & abſolutione ad Epiſcopos in Regno Ludouici conſtitutos ſcripſit litteras, quę extant. [d] Quod autem iſta contra Nicolai inſtituta ab Hadriano facta, viſa ſunt multis, accidit vt optimi quique ab eo ſe alienarent. maxime Græcorum Romæ commorantium: quos vt reconciliaret Hadrianus, ſexta feria Septuageſimæ, eos, ſecundum conſuetudinem, ad conuiuium ſolito plures conuocauit. Quorum omnium manibus per ſe met humiliter aquam fudit, cibos appoſuit, pocula miniſtrauit. Et quod nullum Pontificum ante ſe feciſſe nouerat; vt eos promptiores ad prandium redderet, cum illis diſcubuit. Et canticis ſpiritualibus ibi per totum ſpatium iugiter concrepantium, Deum laudans, dum ſurrexit ab epulis, in faciem ſuam coram omnibus procidit, rogans & ſuppliciter omnes obſecrans, vt orarent pro catholica eccleſia, pro Chriſtianiſſimo Imp. & pro ſe fragili & imbecilli &c. E ac demum vt gratias Deo referrent de Domino Patre, deceſſoreque eius Sanctiſſimo & orthodoxo Papa Nicolao. &c.

d ex Cod. Fabri in Annal.
Papa, pro more epulū præbet, & obſequia præſtat.
Diſcūbit Papa cum alijs præter morē.

Quo audito cuncti famuli Domini, videlicet Ieroſolymitani, Antiocheni, Alexandrini, & Conſtantinopolitani, quorum aliqui Legationibus mundi Principum fungebantur, diuino ſtupore attoniti, in vocem clariſſimam prorupere dicentes; DEO GRATIAS, DEO GRATIAS, ETC.

Qui te ſuccedere fecit Sanctiſſimo Papæ Nicolao, non ab eius decretis abſcedere. Eia ceſſet inuidia, mendax fama recedat. Domino noſtro Hadriano a Deo decreto Summo Pontifici & vniuerſali Papæ vita, dictum eſt ter. Cumque manu ſilentium indixiſſet Summus Præſul intonuit, dicens Reuerendiſſimo Sanctiſſimo & orthodo-

Acclamationes de Nicol. P.

xo Domino Nicolao a Deo decreto Summo Pont. & vniuerſali Papæ ſempiterna A
memoria, dictum eſt ter, & alias de eodem intonuit acclamationes.

Ita Sanctiſſimus Pont. ſatisfaciendum Orientalibus Orthodoxis exiſtimauit, de falſa opinione, quam falſa pariter relatione conceperant, de imitandis ab eo rebus geſtis Nicolai prædeceſſoris, tanti ponderis eſſe iudicans memoriam integram conſeruare. ex Anaſtaſio aliquanto, quam ille breuius.

a extãt in Annal. ex cod. Fabri

Quod autem verbis eſt pollicitus Hadrianus, ipſa re præſtitit, litteriſque profeſſus eſt, quas hoc anno 4. Nou. Febr. reſcripſit ad Synodum Trecenſem, ex qua Romam Legatio miſſa fuit, vna cum litteris [a] ad Nicolaum Papam, ſed eo mortuo, redditæ ſunt Hadriano. Laudata igitur in illis diligentia in colligendis geſtis iuſſu Nicolai Papæ, in cauſa Ebbonis, ſubdit. *Innocentia quippe iam nunc fratris & Coepiſcopi noſtri Vulfadi, & collegarum eius, quam quidam emergens caſus, per non breuis temporis intercapedinem obumbrauerat, retractatione & refricatione veſtræ, ſacratæ & Apoſtolicæ Sedis auctoritate frequenter adunatæ ſolertiæ, ecce, Deo gratias, venit ad lucem,* B *& iuſtitiæ ſuæ radios ad omnium omnino certitudinem foras, quaſi ſolis ſplendor, extendit. Concedit quoque ad eorum poſtulationem Pallium iam dicto Vulfado Bituricẽſi Antiſtiti, & mox.* Precamur autem & obſecramus in Domino, vt ſicut nos vnanimis fraternitatis veſtræ precibus annuimus, & aſſenſum de cetero, non ſolũ in hoc, ſed & in omnibus præbere diſponimus, ita quoq; vos meis nunc votis ſatisfacere procurantes, crebro dictum Apoſtolicæ recordationis Papã Nicolaũ in codicibus vel diptychis Eccleſiarum veſtrarum ſcribi, & nomen eius inter ſacra Miſſarum ſolemnia imprætermiſſe recitari faciatis. Ita vt alijs quoque fratribus, & diœceſeon, veſtrarum ſacerdotibus id ipſum agere præcipiatis. Nihilominus vero ſuadere veſtræ dilectioni C curamus, & admonemus, vt tam Græcis Principibus, quàm omnibus omnino clericali fungentibus ordine, contra perſonam vel acta ſeu decreta ipſius agere vel decernere quidquam tentantibus, tam verbo quam ſcripto viriliter obuietis, ac validiſſime reſiſtatis. Scientes præterea quia quæcunque hic aduerſus eius perſonam vel decreta gererentur, me his nunquam præbiturum fore conſenſum. Nec ei, a quibuſcunque vel quomodocunque fiant, meum intereſſe mentis vel definitionis, aut diſpoſitionis affectum. quamquam ſi quilibet Apoſtolicæ Sedis miſericordiam humiliter poſtulauerint, circa hos, præmiſſa ſatisfactione mitius agere, nullo modo velimus inflexibiles apparere. Tantum ne huiuſmodi homines ſic innocentiam ſuam aſſerere ſtudeant, vt in accuſationem tanti Pont. maximeq; in Dei iudicio collocati, quoquomodo prorumpere audeant, præcipue cum illum, dum ad uixit, nemo impetere præſumpſerit, vel eum D de iniuſto iudicio arguere, vel tenuiter auſus extiterit. &c. Data 4. Nou. Feb. Ind. 1.

Commendat Hadrian⁹ Nicolaũ P.

Nicolaus irreprehẽſibilis in iudicijs.

b ex Nic. Fabri Pariſ. Cod.

Interminatũ R. Germaniæ ſi Imp. moleſtus ſit.

Idem prid. Idus Febr. ſcripſit [b] ad Ludouicum Germaniæ Regem hortans eum ad pacem, commendans plurimum Ludouici Imp. pietatem, & bellicum robur in Sarracenis debellandis, monenſque ne quid, quod ad eiuſdem Ludouici Imp. Regnum ſpectet, contingere audeat. Alioquin, inquit, manum Apoſtolicæ Sedis cum eodem pijſſimo Principe fortiter eſſe cognoſcite, & arma noſtra illi munimina validiſſima, conferentia ſummo agoni, Deo nobis concertante, & BB. Principum Apoſtolorum interceſſione cooperante præparata ſine cunctatione prænoſcite. Iſta Hadrianus inter Chriſtianos Principes arbiter, & cuſtos pacis.

His quoque diebus Hadrianus commendatum litteris duarum Synodorum Trecenſis, & Sueſſionenſis, Actardum Nannetenſis Eccleſiæ Epiſcopum a Northmannis E ſua ſpoliatum Eccleſia, & a Britannis eadem peſſundata, multa perpeſſum, virum pietate & doctrina inſignem, cum Romam veniſſet digne excepit, eique vt haberet vnde viueret, prouidit, atque etiam pallio exornauit, de quo multa præconia habes in litteris [c] ſcriptis ad Synodum Sueſſionenſem, datis, vt putamus. 7. Mart. hac indict. 1. vt ſequens, pro eodem, ad Carolum Regem, eodem argumento, conſcripta, a quo pro ipſo, litteras commendatitias acceperat. cum & confirmationem Actorum Synodaliũ contra Ebbonem Rhemenſem olim Epiſcopum poſtulaſſet. In ea igitur poſt pauca, *Quandiu enim merita B. Petri Apoſtoli, Deo, cui omnia viuunt, non moriuntur, ne-*

c ex Cod. Fabri.

A quaquam fidei ſuę vel ſolicitudine hæredes deficient, nec deerunt prorſus qui regulã, quam circa dominum feruentiſsimę caritatis oſtendit, pro quantitate virium proque capacitate diuinitus collati doni ſequantur. Ipſe namq; quidquid ab indignis miniſtris negligenter agitur, ſupplet: ipſe locum quem olim delibatione proprii corporis Domino conſecrauit, quiſcunque vel qualiſcunq; Vicarius extet, ſuę tantum charitatis lumine hodieq; indeficienter illuſtrat. Cui & ſi deſunt merita ſucceſſoris, ſed adſunt beneficia deceſſoris, ac primi Sedis eiuſdem Seſsoris. De negotio autem reſtitutionis Ebbonis recuſat aliud agere. *Maxime cũ & ipſe, inquit, & omnes Epiſcopi, præter Rhotaldum, qui cauſæ illius notitiam habuere, deceſſerint, & præ longitudine temporis ad liquidum ſine dubio, quę tunc acta ſuper hoc ſunt negotio ſciri non poſsint; atque de his qui ad Dominum migrauerunt, nobis facere iudicia non licet. Cum enim in manu* B *Iudicii Dei conſiſtant, ſi humanis definitionibus quidquam de his tribuatur, non ſolum præſumptionis, ſed & damnationis eſt prorſus indicium. Ille quippe Ebbo ſuo iam Domino aut ſtat aut cecidit. Quod ſi ſtat, quis hunc conetur deiicere? ſi vero ceciderit, quis nittatur erigere? &c.*

Petri merita fluunt in quacũque ſucceſſores.

abhorret iudicare de defunctis.

Eodem quoque tempore idem Hadrianus Papa de eodem Actardo, ſed prius de cauſa Lotharij ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum ita ſcripſit. *Licet frequens Sanctitatis tuę fama, quæ nunquam niſi cum laude ſemper exiſtit, te nobis dudum fecerit manifeſtum: tamen vt virtutum probabiliumque morum tuorum prædicamenta liquidius agnoſceremus, fratrum noſtrorum videlicet Arſenii Venerabilis Apocriſarii ſedis noſtrę, quin, & Actardi Sanctiſsimorum præſulum, necnon, & dilectiſsimi filii mei Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii fecit Anaſtaſii multis* C *præconiis plena delectabiliſque relatio. Qua de re, ſic animam meam tuæ dilectionis ardorem concepiſſe, tanquam ſi millies mutuis frueremur alloquiis. Habeto ergo noſtræ repromiſsionis pignus, & in nobis, vt in noſtris anteceſſoribus fiducia tota prorſus innitere. Propterea ſanctitas tua bene nouit quanta Sedes habuerit Apoſtolica in cauſa Lotharii Regis certamina, & per Præſules ſuos Benedictum ſcilicet, & Nicolaum quos hinc labores aſſumpſerit. Unde nos habentes eundem ſpiritum, quem, & iidem Patres noſtri habuiſſe probati ſunt, eadem hinc qui ſequimur, & decernimus. Quamobrem tuæ fraternitatis induſtriam ſpecialiter admonemus, vti quod ſuper hoc olim negotio geſsiſti ſtudium, nullatenus eneruari conſentias. Sed vice noſtra fretus coram Regibus & Præſidibus de teſtimoniis Domini loqui non ceſſes, ita vt quod auctore Deo deſtructum eſt, nullis doloſe reædificari machinantium valeat argu-* D *mentis, &c.*

Laudat Hincmarũ Rhen.

Mox, commendans Actardum Epiſcopum, ſic ſubiicit. *Inſta igitur opportune, importune, & quia propria caret, apud dilectiſsimum iam factum filium noſtrum Excellentiſsimum Regem Carolum, noſtra vice, impetrare ſtudeto; vti ſuo quoq; fauore vacans ei Epiſcopalis, etiam ſi ſe Metropolis obtulerit, Eccleſia tribuatur. Fortis enim Domini Bos ipſe, auctore Deo, conſiſtit, & ideo ſegetes ei ad trituram procul dubio committi debent.* Eadem quoque die ſcripſit ad Erardum Archiepiſcopum Turonenſem, eundem illi commendans. Sequitur in eodem Codice Pariſienſi priuilegium eidem Actardo conceſſum, cum pallium tribuit, quod ſic ſe habet.

Hadrianus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Reuerendiſsimo ac Sanctiſſimo Actardo Sanctę Eccleſię Nanneticę, diebus vitæ tuæ tantummodo. Poſt pauca. *Tibique frater* E *Actarde qui dira fatigatus, & diuturna captiuitatis miſeria quaſſatus, nec inter cuneos Barbarorum, nec inter Enſes infidelium defeciſti; quin etiam Dei prouidẽtia mirabiliter erutus, & liberatus, circumquaq; peregrinando, procul a propria eccleſia, procul a notis, & proximis, propter eorundem rabiem Barbarorum, & continuã Britonum oppreſsionem, quibus heu nimiũ vicinus eſſe noſceris, & pene peius ab eis, quã a Piratis inſecutionem pateris, curriculis iam multis incedis, decus pallii, pro Dei ſolius amore, quem inter furentium paganorum manus, & gladios confeſſus es, preuidimus concedendum.* Quo videlicet pallij, cum fueris auctore Deo, noſtroq; Decreto aliquem vacãtem adeptus Epiſcopatum, ſcias a nobis te eidem ſtabiliter incardinatum,

Palliũ ob merita.

Incardinari epiſcopatui.

vel ſi contigerit forſan in proprio, certis valeas vti temporibus. Quod non aliter tibi nec cuilibet, abſque Metropolitis, concederemus, niſi multoties exilia, mare, vincula paſſo, etiam ad capitalem ſententiam frequenter tracto, teſte tuo Metropolitano, qui id nobis litteris innotuit, & tibi ſpem in ſede propria non ſupereſſe ſignificauit, hoc tua ac celerrimę conſolationis ſolatia tanta exigerent detrimenta, quin potius merita. Vt videlicet habeas pro exilio & catena, pallij ornaméta, non in tua eccleſia perenne decretum, ſed ad tuum certo tempore vitæq; præſentis ſpecialiter vſum. Vtere igitur, annuente Deo, pallio a nobis tibi, ſolo miſerationis, & conſolationis affectu collato; & niſi Sedis Apoſtolicæ Pręſulibus ingratus extiteris, prænotato tenore illius dum vixeris, ornare decore. Quod tamen fraternitati tuæ ad Miſſarum ſolemnia tantum celebranda concedimus: in die dumtaxat Sanctæ & venerandę Domini noſtri Ieſu Chriſti Reſurrectionis, ac Natiuitatis, ſeu Aſcenſionis Domini, & in Aſſumptione Beatæ Dei genitricis ſemper Virginis Mariæ, ſeu in Natalitijs Beatiſsimorum Apoſtolorũ, ſiue in natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ; Necnon & Natali Sancti Chriſti confeſſoris Martini die, pariterque in ſolemnitatis Eccleſiæ tuæ die: Verum etiam, & in ordinationis tuæ Natalitio concedimus die, ſicuti a Beatiſsimo Prædeceſſore noſtro Gregorio huius Apoſtolicæ Sedis Præſule ſancitum eſt. In ſecretario vero induere tua fraternitas pallium debeat, & ita ad Miſſarum ſolemnia proficiſci. Et nihil ſibi amplius auſu temerariæ præſumptionis arrogare, ne, dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate etiam, quæ licere poterant, amittantur. Si quid autem de rebus Nanneticæ diœceſeos tam à depopulatione nefandæ gentis Northmannicæ, quã à Britannorum ſubreptione remanſit, ad tuam decernimus pertinere ſolicitudinem. Porro cenſemus, Apoſtolicæque inſtitutionis auctoritate definimus, vt nullus Metropolitanorum Antiſtitum, vel ceterorum Epiſcoporum in controuerſia criminis, ſi Sedem appellaueris Apoſtolicam, vel eius ſpeciali expetieris audiri, vel diſcuti fortaſſis examine, præſumat de te proferre, non noſtro præmiſſo decreto, iudicium, ſed Apoſtolicæ Sedis tantum reſerueris examinandus, vel iudicandus incunctanter arbitrio: cuius videlicet decreto vel largitate vacanti eccleſiæ incardinatus ac palliatus eſſe dignoſceris. Scriptum per manum Zachariæ notarij Regionarij, & Scriniarij, S. Rom. Eccl. in menſe Febr. indict. 1. Beneuale. 5. Kal. Mart. per manus Anaſt. Bibliothecarij, Sanctæ Summæ Sedis Apoſtolicæ, Imp. Domino pijſſimo PP. Auguſto, Ludouico Magno Imper. anno nonodecimo (ita numerans a tempore, quo cum Patre regnare cępit,) & poſt conſulatum eius, anno 18. indict. 1. Libuit pene integrum apponere exempli prodendi cauſa.

Pallij conceſſio quã limitata.

De neceſſitudine Hincmari cum Anaſtaſio Bibliothecario, per Actardum Frodoardus, relegens Hincmari litteras, hæc inter alia habet. *Scripſit*, (inquit,) *Anaſtaſio venerabili Abbati, & Bibliothecario S. R. E. gratiarum referens actiones pro benedictionibus (id eſt reliquiis) Sanctiſsimis ab eo ſibi per Actardum Epiſcopum directis, ſuas eidem quoque Abbati mittens munerum benedictiones, quædam etiam opuſcula ſuo labore confecta ipſi delegans. Nec non pro beneficiis ſibi ab eo collatis, & vt ſuggeſtionem ſuam Domino Papæ acceptabilem faciat, ſcripſit, & de memoria benedictionis quam dirigebat. Et Gregorio ſcripſit eiuſdem Rom. Eccl. Nomenclatori & Apocriſario aſſerens, quod præfatus Anaſtaſius multa bonitatis inſignia ſibi ſuis litteris intimauerit, vnde & petit, vt idem Gregorius inter fideles amicos ſuos ſe tenere dignetur.*

Hincmarus, & Anaſtaſ. Bibliothec. amici.

Inter hæc aũt vbi innotuit Conſtantinopoli Hadrianum ſubrogatum in locũ Nicolai Papę defuncti, idẽ Imp. Baſilius ad eum nouã mittit legationẽ pręter eam, quã anno ſuperiori direxerat ad Nicolaum, de qua iſta apud Anaſtaſiũ, a nece Bardæ, & Michaelis, rẽ breuiter recenſentẽ. *His cõpoſitis, poſtquam Michael Græcorum* Imp. *Bardam Cæſarem Photii fautorem, ſuum, ſicut perhibent, interitum machinantem, peremit, Baſilium ſibi adoptans,* Imp *conſtituit. Cumq; nobilis* Imp. *Baſilius a Catholicis, tanquã qui eis ſemper fauerit, ſummo ſtudio coleretur, Michael a ſpadonibus ſuis, dubium an Baſilii voluntate peremptus eſt, moxq; Baſilius rerum potitus, primo quidẽ*

Baſilius adoptat⁹ a Michaele.

Baſilius, Michaele necato, potit Imp.

non

A *non ſe fuiſſe conſcium necis Michaelis, vt fertur, oĩbus ſatisfecit. Tunc vero ſecundum Rom. Eccl. conſtitutum peruaſorem Photium, depulit, & Ignatium Patriarcham, populo adnitente, Patriarchio reſtituit. Ac ex vtraq; parte, Ignatii ſc. Patriarchæ, Photiiq; neophyti Legatos Romam per ſuum ſpathariũ, Baſilium noĩe, deſtinauit, qui præſente ſummo Antiſtite, alternatim confligerent, & iuſtitia ſuffragante, aut iuſtificarent Photium, aut perpetuo cõdemnarent. Sed diuino iudicio diſertiſsimam partẽ Photii pelagus ſorbuit, & ſimplicissimam partẽ Ignatii, cum Legato Imperiali ſaluã ſeruauit.* Hęc Anaſtaſius, qui in præfatione hiſtorica in octauam Synodum, de eadẽ re, ſic ſcribit, *Sed Petrus Metropolita Sardenſis, qui contra Ignatium, vna cum ſociis a Photio mittebatur, licet noua naui, & quam ipſe ſibi elegerat, veheretur; naufragiũ ſimul & mortis periculum pertulit; & qui nauem Chriſti, hoc eſt Eccleſiam ſciderat,*

Legatos Romam mittit.

Iudicium Dei in Legatos Photij.

B *nauis ſuæ ſciſsionem non inconueniẽter incurrit.* Idem in Hadriano. *Nulluſq;* (inquit) *ex Photii neophyti parte, niſi monachulus Methodius nomine ſolus euaſit, qui poſtmodum, neq; Photium, pro cuius parte venerat, neq; Ignatium, contra quem, neque vniuerſalis Eccleſiæ ad quam venerat iura ſuſcipiens, tertio conuentus, tertio perfidiæ denotatus, ſemel anathematizatus, abſceſsit.*

At vero Baſilius Legatus Imp. & Io. Metropolita Cęſareæ Cappadocię, qui Nicolao fuerant deſtinati, huic Sanctiſs. Hadriano Papę cum Epiſcopis & proceribus in Secretario S. Mariæ Maioris, iuxta morẽ S. Sed. Apoſt. reſidenti, ſe ſatis humiliter pręſentarunt; dona & epiſtolas obtulerunt. Quibus ſuſceptis, S.R.E. cuius conamine Cõſtantinopolitana eccleſia de ſchiſmate purgata ſurrexerat, multiplices gratias retulere. At poſt innumera laudũ præconia concordi voce dixere. *Deuotiſsimus veſter filius*

Conciliabulũ Photij in Papã Nicolaũ.

C *Imp. Baſilius, & Patriarcha munere veſtro reſtitutus Ignatius, dum Eccl. Conſtantinopolitana, per interuentum veſtrum, inuaſorem Photium pepuliſſent, in Archiuo eius librum ſumma falſitate congeſtum, contra ingenium. S.R.E. Sanctiſsimiq; Papæ Nicolai reperere: quem bullatum, quaſi vere contagium a ſua Vrbe penitus pepulere, vobiſq; vtpote ſummo capiti, cui Chriſtus cęlo terraq; ſoluendi atq; ligandi poteſtatẽ tribuit, remiſere. Quem precamur ſuſcipientes rimamini, & fraudulentiam, quam inſontibus Conſtantinopolitanis noſter verſipellis Photius inferre potuit, ex eo quod in hanc S.R.E. non habentem maculam neq; rugam, aut aliquid huiuſcemodi, audacẽ linguam exacuit, prorſus aduertite. Et quid eccleſiæ Dei de hoc latrocinio ſit ſentiendũ, quod ſub nomine Concilij furtim ab eo confictum eſt, palam omnibus promulgare.* Vtrarumq; partium conſenſu electus Pont. annuens reſpondit. *Contra Sedẽ Apoſt.*

Græci quid agnoſcãt, & fateantur de Ecclеſ. Rom. factione liberi.

D *Pontificemq; ipſius, quam Photius vocem non habuit, ſnĩam ſorte præcipitare potuit, iudicium vero librare non potuit, qui à Sed. Apoſt. bis iudicatus biſq; damnatus eſt. Et quia vires ſuas Photius tranſcendens in Sanctiſsimum Pont. noſtrum Nicolaũ falſa garrire non timuit,* [a] *os ſuum nimirum in cęlũ poſuit & linguam ſuã, vt in terram pertranſiret, exeruit. Ideoq; conciliabuli ipſius librum perſcrutandum admittimus, vt auctor illius & fabricator mendacii, & inuẽtor peruerſorũ dogmatũ tertio iudicetur. Egreſſus Metropolita librũ exhibuit, & in terram præcipitauit, imprecatorie illi dicẽs. Tu maledictus Conſtantinopoli, ſis Romæ iterũ maledictus. Te miniſter Diaboli Photius, nouus Simon, mẽdacii cõpilator aptauit. Te miniſter Chriſti Nicolaus, nouus Petrus, veritatis amator attriuit.* Et Spatharius calce ſuo, enſeq; librũ percutiens, nihilominus ait. *Credo quod in hoc opuſculo Diabolus habitat, quia per os cõplicis ſui Pho-*

a Pſ. 72.

Photij inſectationes & contemptus a Græcis.

E *tii ea quæ per ſe dicere nequit, eructat. Nam & ſubſcriptionem Baſilii noſtri Imp. poſt ſubſcriptionẽ Michaelis, quem ebrioſiſsimum ſcribere noctu ſuaſit, falſiſsime cõtinet, quam eius nõ eſſe reſtitutio Ignatii declarauit, et ſatisfactio noſtra (ſi vobis placuerit) iureiurando firmabit. Neq; vnius ſemper Catholici Baſilii nomen nõ potuit falſo ſuis feralibus cõmentis inſerere, qui mutato charactere potuit multorũ abſentium epiſcoporũ noĩa cũ paucis cõplicibus ſuis deſcribere; quorũ videlicet Epiſcoporum vniuerſitas tam immunis eſt huius inſcriptionis, quam tenoris ignara. Si quidẽ nullus Cõſtantinopolitanorum, quando illud conciliabulũ collectum fuiſſet, quia re vera nõ fuit, agnouit. Sed quia Cõſtantinopolim cõprouinciales, veluti Regiam Ciuitatem, pro diuerſis ne-*

Falſę ſubſcriptiones Imp. & Epõrũ a Photio confictæ.

gotiis, inſtar iſtius Vrbis aſcendunt; peruicaciſsimus Photius mendaciū ſuū, veritatis medicamēto (ſicut ei a primęuo fuerat inſtitutum) liniuit, dum in locū quorundā ſchiſmaticorum Epiſcoporū, ciues quidem aliquorum illorum, ſed transfugas (vt fama vulgatum eſt) muneribus excęcatos ſubſcribere fecit. Inde eſt quod ſubſcriptionum iſtius videātur diuerſi characteres, & quidam eorum acutiori penna, quidam groſſa, nōnulli vero decrepitum ſimulantes groſsiori manu membranam inquinantes, deſcribunt, vt videlicet fraude præſentium ſimplicitati abſentium illudatur; & illud credat facilius vniuerſitas eſſe veriſsimum, quod diſsimilibus litteris fecerit falſitas eſſe diuerſum. At vos illico ſubſcriptionum multitudinem, librū reſerantes, videbitis; fraudē vero, niſi Cōſtantinopolim (ut omnis illa Eccleſia deprecatur) miſeritis, minime cognoſcetis. A

Tunc Summus Pont. vtriuſq; linguę peritis librū ſcrutandum per aliquot dierū ſpatium decreuit, & oīa quę in eo continerentur coram Synodo fideliter propalare. Qui vbi ſtrenue perſcrutatus eſt, Venerabilis Pont. annitente oī ſenatorio populariq; conuentu apud Sanctiſs. Petrum Apoſt. in defenſionem ſuæ Eccleſię deceſſoriſq; ſui SACRVM CONCILIVM cōuocauit. Et primum quidē per Legatos Conſtantinopoleos rei veritate luculenter audita, deceſſoris ſui huiuſmodi litteras relegens, ſiniſtrā ipſius famā purgauit. Deinde Photium cum ſuo Conciliabulo, cōplicibusq; ſuis tertio anathemate perculit. Ad extremum vero ceterorum ſubſcriptionibus ſententijs roboratis, pro foribus graduū nefandi dogmatis librum cunctorū pedibus conculcatū exuſsit. Quē nimirum rogus, vt fomētum quoddā ignis & cępit, & pene anteq̃ ſemiuſtum credi potuiſſet, cū magno fœtore piceoq; odore conſumpſit. Et cum forte focus innundatione pluuiæ naturaliter debuiſſet extingui, ad pluuiā, quaſi ad olei guttas flāma conualuit, & in laudes Dei, Sanctiſſimiq; Pap. Nic. ſimulq; Hadriani Sum. Pont. miraculi ſtupor, tā Latinorum, quā Gręcorū corda reſoluit. Addit idem Anaſt. in præfatione hiſtorica ad octauā Synodum, pariter in hac Synodo iuſſum, vt quod factū eſt Romæ de inflāmatione ſcriptorum Photij, pariter Conſtantinopoli fieri deberet, ſi q̃ ibi exēplaria reperiri poſſent. Sic igitur quod faciendū Michaeli Imp. Nicol. ante prę ceperat, vt ſcriptæ ab eo blaſphemię in Apoſt. Sed. igni darentur, cum ille facere contēpſiſſet, Deus voluit, vt per eius ſucceſſorem Baſilium eædē miſſæ Romā publice, Synodali iudicio, magna ſua gloria, Sediſq; Apoſt. honore, laudeq; eiuſdē Pont. Nicol. cęlo teſtante, populo acclamante, orbe Chriſtiano gaudente, perficeretur. In Photij n. illo volumine inſertas fuiſſe illas blaſphemas Michaelis epiſtolas quis poterit dubitare? Porro eodē hoc anno, antequā iſta conficerentur, occaſione redeuntis Conſtātinopolim Theognoſti olim Exarchi, inde, ob pietatē extorris, Romę ad ſeptēniū vſq; incolę, Hadr. Pont. litteras ad Baſilium Imp. dedit, q̃ extant, in Actis Octauę Synodi: in quibus laudat Imp. eiq; de rebus geſtis bene precatur: profitetur ſenum quā diſceſſurum a Decretis deceſſoris ſui Nicolai: mirifice celebrat Theognoſtū eumq; illi cōmendat. Quod aūt (vi vidimus) rumor erat ſparſus eundē Hadrianum Acta Nic. Pap. caſſa eſſe redditurū, Ignatius Patriarcha ſubſtiterat, ne ex more ad ipſum litteras mitteret; hac de cauſa ad eum Hadrianus ipſe reſcribēs, illum eo noīe reprehendit: cōmēdat Theognoſtum Exarchum. vt ipſe appellat, cuius pro fide labores, & zelum prædicat. ex Act. 7. 8. Synod. Inter hæc Photius abiectus, audacior conſurgit, querens, lamētans, infidam amicorum fidem accuſans. Inter alios autem reperitur eſſe queſtus de Io. Patricio Sacellario, cuius tunc apud Imp. Baſilium ſumma erat gratia cum potentia: mutuæ extant breues, ſed mordaces, ſalſæ & argutæ litteræ.

> Cōciliabulū Phot. in Nicol. dānatū Romę a Syn. comburit.
>
> Mirū qd in combuſtione Codicis.
>
> Miraculū aqua fouente incendium.

Contigit hoc anno, menſe Iulij, Lotharij Francorum Regis aduentus in Vrbē, antea, (vt vidimus) ab Hadr. Pont. impetratus, quę aūt tranſacta ſint inter ipſum & Hadrianum, Regino ita deſcribit, quę digna nobis viſa ſunt (vt ſuperiora nōnulla) quæ ad verbum hic insererētur. *Lotharius Romam profectus eſt, quò cum perueniſſet, ab Hadriano Pont. honorifice ſuſceptus eſt. Qui ab eodem Pont. ſciſcitatus, ſi monita Pii Patris Domini Nicolai, cum omni vigilantia hactenus obſeruatā haberet, & præſtitutum iuramentum inuiolato fœdere cuſtoditum, ab illo deceptus, qui in veritate non ſtetit, qui non ſolum mendax eſt, ſed etiam pater omnis mendacii,*

> Lotharius Romā venit.
>
> Mentitur apud Papam.

B C D E

reſpon-

A *reſpondit, ſe ita omnia obſeruaſſe, ac ſi diuinitus ſibi eſſent imperata. Cumque proceres, & optimates, qui cum eo venerant, eadem teſtificarentur, nec vlla oppoſita perſona inueniretur, quę aduerſus regiam auctoritatem legitimum auderet cõtrouerſiæ inire certamen: vniuerſalis Papa talia proſequitur; ſi veſtrę teſtificationis verbis veritas ſuffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Reſtat ergo fili cariſſime, vt ad confeſſionem S. Petri accedas; ibi Deo propitio, hoſtiam ſalutarem pro tua, non tam corporis, quam animæ incolumitate immolabimus, ex qua nobiſcum te participare oportet, vt per hanc particicipationem mẽbris Chriſti, vnde abſciſſus eſſe videbaris, merearis incorporari. Finitis igitur Miſſarum ſolemnibus, inuitat Summus Pontifex eundem Regem ad menſam Chriſti, acceptoque in manibus corpore, & ſanguine Domini, ita eum alloquitur: ſi innocuum te* B *recognoſcis a prohibito, atque interdicto tibi a Nicolao adulterii ſcelere, & hoc fixa mente ſtatutum habes, vt nunquam diebus vitæ tuæ Vualdradæ pellicis tuæ, dudum a te repudiatæ, miſcearis nefario concubitu; fiducialiter accede, & ſacramentum ſalutis æternæ tibi ad remiſſionem peccatorum profuturum percipe: ſin autem tua conſciẽtia te accuſat, teque lethali vulnere ſauciatum proclamat, aut iterum redire mente diſponis in mœchię volutabrum, nequaquam ſumere præſumas; ne forte ad iudicium, & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia. Qui mente captus, obduratus, & obcæcatus, abſque retractatione, communionem corporis, & ſanguinis Domini, de manu Pontificis ſumpſit, non expaueſcens illã ſententiam, quæ dicit, Horribile eſt incidere in manus Dei viuentis.[a] Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit.[b] Deinde conuerſus idem* C *Præſul ad ſequaces, & fautores Regis, vnicuiq; communionem obtulit in hæc verba: ſi Domino, & Regi tuo Lothario in obiecto adulterii crimine fauorem non præſtitiſti, neq; conſenſum tribuiſti, & Vualdradę, & aliis ab hac Sede Apoſt. excommunicatis, non communicaſti: Corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti proſit tibi in vitã æternam. Igitur quis quis ſe læſum ſciens, auſu temerario communionem ſub tali conteſtatione porrectam ſumere præſumpſi, diuino iudicio percuſſus ab hac luce ſubtractus eſt, antequam ſubſequentis anni rediret principium: perpauci qui ſe à communione ſubtraxerunt, vix mortis periculum euaſerunt. Porro Lotharius Roma egreſſus morbo corripitur, & Placentiam Ciuitatem perueniens diem clauſit extremum, ſexto Idus Auguſti. Tanta autem ſtrages in præfati Regis Populo facta eſt, vt non peſte* D *periiſſe, ſed hoſtili gladio corruiſſe virtus, & nobilitas totius Regni videretur, quæ eo tempore tantæ fœcunditatis erat, vt in morem denſarum ſegetum pullulans, veluti quoddam examen, Imperii fines impleuerit.* Subdit vero eodem quoque tempore contigiſſe in Italia obitum Theutgaudi Epiſcopi Treuirenſis, & Guntharij Colonienſis Epiſcopi, a Nicolao anathemate condemnatorum. De Lothario hæc habet Aimoinus.[c] Lotharius autem Roma lætus promouens vſque Lucam Ciuitatem venit, vbi febre corripitur, graſſante clade in ſuos, quos ſub oculis ſuis coaceruatim mori conſpiciebat; ſed iudicium Dei intelligere nolens, vſque Placentiam octauo Idus Auguſti, peruenit ibiq; Dominica die ſuper diurnans, circa horam nonam. inopinato exanimis pene effectus eſt, & obmuteſcens in craſtinum, hora diei ſecũda, moritur, & a paucis ſuorum, qui a clade remanſerant, in quodam monaſteriolo, ſecus E ipſam Ciuitatem, terræ mandatur. Subijcit Aimoinus de theſauro erogato, pro anima ipſius. Hic ecce finis Deum mendacijs eludentium, Sedemque Apoſtolicam fraudibus traducentium Principum, & miniſtrorũ ipſis pariter adulantium. De Theutgado Treuirẽſi Archiepiſcopo, quem diximus hoc anno defunctũ, audi quę mira ſcripſerit Ioannes Diaconus, huius tẽporis auctor, qui præſens cũcta perſpexit.[d] Alio quoq;, inquit, tempore Theutgaudus quondam Treuirẽſis Eps, qui cũ Gunthario Agrippinę Coloniæ Epo a Reuerendę memorię Nicolao fuerat ſacerdotali priuatus officio, liberalitate Hadriani Pontificis in eodem Monaſterio S. Greg. ad Cliuum Scauri manſionẽ ſuſcepit. Cui B. Greg. in ſomnis apparẽs, maximũ terrorẽ, quo de ſuo monaſterio egrederetur, incuſſit. Ille perpendens viſum fuiſſe phantaſticum, oratione facta, rur

Conteſtatio Hadr. ad Loth.

a Heb. 10.
b 1. Cor. 11.

Vltio diuina ſecuta deluſores.

c Aim. lib. 5. c. 21.

d Io. Diaco. in vit. S. Greg. li. 4. c. 94.

Theutgaudus ejcitur a Gregor.

ſum dormire cępit,cui Gregorius Pontificali habitu redimitus apparens:non ne (inquit) dixi tibi,vt a Monaſterio meo, quod in rebus proprijs per inuocationem S. Andreæ Apoſtoli Domino dedicaui,quia diuerſorium fieri nullo modo licuiſſet?eumq; Theutgaudus hoſpitandi ibi licentiam ſuſcepiſſe ſe a Põtifice reſpõdiſſet: Gregorius ait,& tu qui petiſti,& ille qui dedit,vtriq; contra Deum feciſtis, cuius vindictã citius incurres. Euigilans Theutgaudus intremuit, & facta oratione ſopori ſe reddere voluit,cum repente venientium ſonitum audiens vehementer expauit,ſeque dormire ſimulauit. Appropinquans ergo Gregorius S. Andream Apoſtolum, per dexteram tenens,præcepit ſubdiacono qui ſe præibat cum lumine,dicens:corripe illum.Qui dum correptus in lectulo clauſis oculis reſediſſet, Gregor.ait:aſpice in nos. Intuitus in eos Theutgaudus,magis intremuit,eumq; ſibi taliter comminantem audiuit: quia ſecũdo commonitus,verbis oris mei credere noluiſti,& me tua inobediẽtia adeo prouocaſti, vt hunc Apoſtolum Dei huc fatigare ſtuduerim; ſcito cognoſcens, quia niſi hodie ab hoc Monaſterio meo receſſeris,futura hebdomada cum tuis omnibus vita priuaberis. ſi vero receſſeris, ab hac quidem momentanea ſententia liberaberis; ſed neque tu, neque aliquis hic tecum degentium ſuam patriam reuidebit. Mox Theutgaudus lectulo ſe proripuit,& primo ſuis,deinde monaſterij monachis,poſtremo quibuſcunque potuit ſomnium reuelauit. Et quia aliud hoſpitium citius a Pontifice impetrare non potuit,apud Sabinos concedens,eodem anno, cum ſuis omnibus vita priuatus eſt. Huc-uſque Ioannes de Theutgaudo, cui & Hadrianus ignouit, Deus non ita, quem diuturnæ contumaciæ voluit hic pœnam luiſſe.

Papa ſolicitus pro ſeruanda cui deberetur hæreditate. Interminatur excõicatione non parentibus.

Idem autem Hadrianus Põt. audita morte Lotharij fratris Ludouici Imperatoris, ne, quæ ipſi Ludouico legitimo ſucceſſori deberetur hæreditas, ab alijs inuaderetur, nempe a Carolo vel Ludouico Regibus eius patruis, ſcripſit epiſtolam ad Principes in Regno Lotharij conſtitutos,hortans eos fideles eſſe debere Ludouico Imp. cui ex legitima ſucceſſione Regnum competat,& comminans excommunicationem,his verbis. *Nã quem ex vobis contraria tentare nitentem, atque Apoſtolicæ Sedis monitis in contemptum B. Petri Apoſtoli celeſtis Regni clauigeri ſpretis,ad aliam ſe partem conferre cognouerimus; velut infidelem & Eccleſiæ paci & ſaluti contrarium a noſtri Apoſtolatus communione non ſolum alienum habebimus,ſed etiã anathematis vinculo iure meritoq; alligare omnino curabimus: & nos ſecundum Apoſtolicæ priuilegium dignitatis & poteſtatis, ipſum excellentiſsimũ ac ſpiritualem filium noſtrũ Dominum Ludouicum Imp. Aug. Regni huius prouinciæ, ſcilicet totius Galliæ Regẽ Dominum & Imp.ſicut iam olim a Deo preordinatum eſſe conſtat, & ab anteceſſoribus noſtris ſacris Pontificibus ſtatutum multis videtur indiciis,habemus,& quouſq; ſupererit ipſe,eum habere ſtudebimus. Quod ſane Regnum ſi tyrannus aliquis contra diuinam,& Apoſtolicam volũtatem inuadere præſumpſerit,Apoſtolicæ,ſine mora, ſuſtinebit vltionis cenſuram.* At Regni Proceres Pontifici inobedientes, deſciuerunt a Ludouico Imp. legitimo ſui fratris ſucceſſore,& adhęſerunt Carolo Caluo Patruo, cuius rei cauſa multum fuit Hadriano Papę laborandum, vt deinceps videbitur.

Chriſti Annus 869 *Hadriani Pap.* 2. 2 *Ludouici* 2. 14. *Baſilii Maced.* 3. *Impp.* *Indict.* 2.

LEgatis a Nicolao deſignatis,Hadrianus Stephanum Nepeſinum Epiſcopũ addidit,& Conſtantinopolim miſit, ae eam Eccleſiam ſarciendam & Concilium celebrandum, datis ad Imper. litteris,quæ extant: Act. 1. 8. Synodi, in quibus mirifice commendat & probat, quæ geſſit,circa Ignatium & Photium. Pollicetur ſe diſpenſatione vſurum, & rigorem canonum relaxaturum; præterquam in Photio, qui vt nunquam legitime fuit prouectus,ita nec vllo modo eſt reſtituendus. De congregando concilio,& comburendis Photij ſcriptis, hæc habet. *Volumus ergo per veſtra*

A *pietatis induſtriam illic numeroſum celebrari Concilium, cui noſtri quoque miſsi præſidentes, & culparum perſonarumque differentias liquido cognoſcentes, iuxta quod in mandatis acceperunt, ſingulorum libere diſcretiones exerceant.* *In quo videlicet ſacrato cœtu, execrando vanitates Concilii, quod aduerſus ſedis huius actum eſt prorſus iniuriā, cuncta decernimus exemplaria prorſus a poſſeſſoribus ſuis ablata, in mediumque delata, contemplantibus cunctis, igne cremari, nec ſupereſſe apud quemlibet ex his omnibus ſaltem iota vnum, vel vnum apicem, niſi forte quis totius clericatus immo totius nominis Chriſtiani dignitate, anathemate perculſus, carere voluerit. Non enim nos tam deteſtandum Collegium niſi Ariminenſi, ſub Conſtantio, vel Epheſino a Dioſcoro congregato latrocinio comparandum decernimus. Accendatur igitur circa protectorum tuorum reuerentiam, BB. videlicet Apoſtolorum Principum, fili Chariſsime, tuę zelus pietatis, & tantorum ficta commenta preſtigiorum remanere nullo modo penes aliquem patiatur: ſed ſi quiſquam hęc defendere, vel occultare, ſibique in poſterum ſeruare tentauerit, tua publicis legibus promulget ſapientia, quid huiuſmodi perſona, poſt imperiale debeat edictum redargutionis incurrere, &c.* Hortatur præterea vt decreta in Concilio Rom. contra Photium curet ſubſcriptione Epiſcoporum roborari. Rurſum rogat vt Apoſtatas quoſdam Monachos Roma profugos Conſtantinopolim, vna cum ſuis Legatis remittat, &c, B

Concilia bulū Photij comburendum.

Pęna ſtatuenda a laico Magiſtr. in rebelles ſpirit. poteſtati.

Eodem argumento ſcripſit ēt ad Ignatiū, quę epiſtola extat in Oct. Synodo Act 3.

Legati Rom. Pont. cum legatis Imp. & Ignatij Patriarchę Roma profecti, magno cum honore Conſtantinopoli ſunt excepti, qui ſalutabūdi cum conueniſſet Imp. ipſis ille cōtinuo aſſurrexit, & ſuſcipiens Apoſtolicas litteras eas oſculatur. De ſtatu Rom. C Eccl. ſalute Domini Hadriani Summi Pont. deque omni Clericorum, Senatorumq; ordine per ordinem, quærit, Legatoſq; amabiliter oſculatus, Ignatio Patriarchę iuſſionem Apoſtolicam probaturos abſoluit. Reuerſus ſequēti die ad Imp. idem rogat, vt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Photij ſchiſmate laceratæ conſulant, & prouideant. Cui reponderunt ſe ad hoc veniſſe, *ſed neminem Orientalium* (inquiunt) *veſtrorum (vt noſtra Synodo ſtatutum eſt) ſuſcipere poßumus, niſi oblato libello, cuius formā de ſcrinio S. Sedis Apoſtolicæ ſumpſimus nobis fuerit ſatisfactum. Imp.* & Patriarcha dixere: Quia nouum hoc & inauditum de libello proferendo aſſeritis, neceſſe eſt, vt tenoris illius formam videamus. Nec mora libelli forma prolata eſt, & de Latino in Græcum conuerſa, omnium notitię declaratur.

Imp. honorifice excipit Leg. Papæ.

D

Concilium VIII.

Deinceps CONCILIVM VIII. EST CELEBRATVM menſe Octobri propoſitis pretioſis & viuificis lignis (S. Crucis) & intemeratis ſalutis noſtræ Euangelijs, Templo S. Sophiæ, Præſidentibus, Sedis Apoſtolicæ Legatis, præſentibus Ignatio Patriarcha, locum tenentibus Patriarcharum Antiochiæ & Ieroſolymorū, Imperatore pariter vna cum pluribus Patricijs viris clariſſimis. Quibus reſidentibus, ingredi iuſſi ſunt Epiſcopi, qui nunquam deſciuerant ab Ignatio, glorioſi Confeſſore, eius cauſa multa perpeſſi, omnes numero tantum duodecim, ex quo colligas ingentē cladem eius Eccleſiæ. Iuſſi ſunt igitur hi ſedere, laudati primum, inde iuſſa eſt legi eiuſdem Imp. Baſilij exhortatio ad Synodum qua monuit eos omnes quæ recta ſunt E iudicare, quod nominatum Epanagnoſticum eſt. His peractis rogati ſunt Apoſtolicæ Sedis legati, mandatum eius a quo miſſi eſſent oſtendere. Tunc ad hæc ipſi. *Hoc nos nō inuenimus in vniuerſali Synodo factum, vt Vicarii Senioris Romę a quolibet perpendantur, utrum talem exiſtimationē habeant.* Tunc Bahanes famoſiſſimus Patritius & Prępoſitus (gerebat hic in Synodo munus Iudicis cognitoris) dixit. *Et nos non propter inhonorantiam Apoſtolici throni hoc dicimus, ſed quia anteriores veſtri aſcendentes Miſsi Rodoaldus, & Zacharias deceperunt nos alia in mandatis habentes, & alia facientes.* Quibus perſuaſi Legati, obtulerūt legendas Hadriani Papæ litteras ad Imp. datas, quibus, quæ ipſis mandata eſſent continerentur, quę primum latino ſermone,

vti ſcriptæ erant, lectæ ſunt a Marino Diacono Sed. Apoſtolicæ, vno ex legatis, quæ a Regio interprete tranſlatę Gręce auditę ſunt legi. quibus lectis & ab Ignatio Patriarcha, & reliquis epiſcopis, Deo, pro tanto beneficio, per Ro. Pont. impertito, gratiæ redditæ ſunt. Poſt hæc ab Apoſt. Sedis Legatis iuſſæ ſunt legi, Legatorū Patriarchaliū Sedium Orientis litterę, &c. Lectæ vero ſunt, litteræ Theodoſij Ieroſolymorū Patriarchæ ad Patriarcham Conſtantinopolitanū redditę, ex quibus ſignificatur Ieroſolymorum Eccleſiam ſub Sarracenorum iugo poſitam, hoc tp̃e pace frui, non ſine tamen trepidatione, ne aliqua leui occaſione ab hoſte Chriſtianę religionis arrepta, perturbaretur. itemq; miſſos Legatos ad Synodū, ſub prętextu liberandi quoſdam Sarracenos, Conſtantinopoli in cuſtodia conſtitutos, quorum quot quot voluerit Imp. rogat Ignatiū, vt ab eo impetret donari, ad tollendū oēm ſuſpicionem ne forte omniū ſalus periclitetur. Munera quoq; recēſentur quę mittat. Poſt hęc aūt iuſſus eſt a Legatis Apoſt. Sedis legi libellus, cui ſubſcribere tenerentur, qui ex ſchiſmaticis recipi in Eccleſiam vellent, & Hadriano Papæ, aut, loco ipſius, Legatis offerrent. In quo cum totus ferme cardo huius verſetur Synodi, hic eum ex parte deſcribendum putamus. A B

Chriſtiani ſub Sarrac. quo p̃textu Legatos mittāt ad Patriarcham Conſtantinopolitanum.

Libellus quo reciperentur lapſi.

In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti: Imperantibus Dominis pijſſimis & perpetuis Auguſtis Baſilio & Conſtantino eius filio a Deo Coronatis, pacificis magnis Impp. anno 3. menſe Octobrio. Indict. 3.

Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire: Deinde a conſtitutis Dei, & Patrum nullatenus deuiare. Vnū quippe horum ad fidē pertinet, alterum ad opus bonū. Sicut. n. ſcriptū eſt. [a] *ſine Fide impoſſibile eſt placere Deo. ſic rurſum legitur Fides ſine operibus mortua eſt. Et quia non pōt D. N. I. Chr. prætermitti ſnīa dicentis. Tu* [b] *es Petrus & ſuper hanc petrā ædificabo Eccleſiā meā; hæc quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus: quia in Sed. Apoſt. immaculata eſt ſemper Catholica ſeruata religio, & ſancta celebrata doctrina. Ab huius ergo Fide, atq; doctrina ſeparari minime cupientes, & Patrū & præcipue Sanctorum Sed. Apoſt. Præſulū ſequentes in oībus conſtituta, anathematizamus oēs hæreſes ſimul cum Iconomachis: anathematizamus ēt Photium, qui contra ſacras regulas & ſanctorū Pont. Rom. ſacra decreta, repente de curiali adminiſtratione, ſeculariq; militia ſublatus, ſuperſtite Ignatio Patriarcha in Conſtantinopolitana eſt peruaſorie, immo tyrannice a quibuſdā ſchiſmaticis vel anathematizatis atq; depoſitis inſtitutus eccleſia; donec Sed. Apoſt. ſanctioni inobediens perſeuerans, eius ſnīam tam de ſe quā de Patriarcha noſtro Ignatio ſpreuerit, & Cōciliabuli acta, quod ſe auctore contra Sed. Apoſt. reuerentiam congregatū eſt, anathematizare diſtulerit.* Pergit dicens ſe probare S. Synodum Rom. a Nicolao celebratā, itemq; ab Hadriano, &c. anathematizare vero oīa geſta cōtra Ignatium, & Apoſt. Sed. &c. *Hāc aūt profeſſionē meam ego ille Epiſcopus ſanctæ illius eccleſiæ manu propria ſcripſi, & tibi Sanctiſſimo ac ter beato, & Coangelico domino Sum. Pont. & vniuerſali Papæ Hadriano per Legatos tuos Donatū videlicet, & Stephanum Sanctiſſ. Epiſcopos, atq; Marinum S. Cathol. & Apoſt. Rom. Eccl. Diaconum, obtuli menſe illo, die illo: Indictione quota. Subſcriptio. Ego ille Epiſcopus S. illius eccleſiæ huic profeſſionis meæ libello facto a me Beatiſſ. Hadriano Sum. Pont. & vniuerſali Papæ ſubſcripſi & teſtes qui ſubſcriberent, rogaui.* Lecto libello & rogata de eo totius Synodi ſnīa, oīum vna voce ipſe laudatus atq; probatus eſt. Lectaq; eſt definitio Legatorū Antiochenę, & Ieroſolymitanæ Eccleſiarum ante Legatorū Apoſt. Sed. aduentū habita Cōſtantinopoli cū iam annum integrum illic morati eſſent, & diſceſſionē pararent. Ea aūt fuit, vt in oībus obediretur Nicolai Papę decretis. Pariterq; rogati ijdē Legati Sediū Patriarchalium, cur venientes Conſtantinopolim Photiū non conuenerint, ſed vt execrabilē habuerint: reſponderunt, & probauerunt, q̃d nunquam ab vlla Patriarchalium Sedium Orientaliū eum receptum certo ſcirent, ſed & dānatum a Rom. Pōt. Ex quorū reſpō- C D E

a Heb. 11.
b Matt. 16.
Sed. Apoſ. ſemper extitit immaculata.
Dānatio Iconom. & Photij.

ſione

A ſione redargutũ eſt falſitatis ipſum Conciliabulum Photij aduerſus Roman. Pontif. Nicolaum, cui mentitus fuit interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe legatos Sedium Patriarchalium Orientis. His abſolutis, ſecutæ ſunt acclamationes in Synodis fieri conſuetæ, & primæ Actionis finis impoſitus eſt.

II. Actione lectus eſt libellus Epiſcoporum lapſorum, in quo de prauis moribus Photij, mẽdacijs, fraudibus, crudelitate, per exilia, flagra, pſcriptiones, carceres, multa habent. Quibus auditis & interrogatis, an libellos oblatos ab Eccleſia Rom. Synodo offerri vellent, libenter conſenſerũt, impoſitiq; ſunt illi ſuper lignum S. Crucis, & S. Dei quattuor Euangelia, vnde ſumentes illi & eorum Patriarchæ Ignatio offerentes, ab illo, ex conſenſu Synodi, ſuper humeralibus ipſis impoſitis, recepti ſunt in eccleſiam. ſimili modo qui poſt hos ad pœnitentiam ſequuti ſunt presbyteri, & Diaconi, pariter eodem modo ab Ignatio Patr. eccleſiæ reconciliati ſunt, redditis eis orarijs, tanquam inſignibus. Poſt hos vltimo loco ſubdiaconi etiam pœnitentes recepti ſunt; omnes (vt continet eorum libellus) rogantes admitti per interceſſionem Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ & SS. Apoſtolorum, & Sanctiſſimi, ac Beatiſſimi Papæ Nicolai. Ita plane mox poſt obitum Orientales coluerunt eum, vt ſanctum, cum ſanctis a Deo receptum in cœlum. Qui omnes ita a S. Synodo ſimul iudicati ſunt venia digni, vt tamen aliquam deberent ſubire, ob lapſum, pœnam, in hunc modum ab ipſa præſcriptam.

Ritus recipiendi lapſos in Eccleſ. (B)

Nicolaus P. vt S. cultus a Græcis.

Sit remedium, & ſalutẽ aĩæ ferens ac valde diſcretũ Epitimium (nẽpe pœna Eccleſiaſtica ita dicta, ſacerdotũ videlicet) ſi quidem carnibus veſcuntur, abſtinere a carne, caſeo, & ouo. Hi uero qui carnes non comedunt, abſtinere a caſeo, ouo, & piſcibus 4. feria, & Paraſceue: Legumina & olera comedere cũ oleo & pauco vino, facereq; genuflexiones quinquaginta per ſingulos dies, & dicere Kyrieleiſon centies, &, Domine peccaui centies, & Domine ignoſce mihi peccatori centies: recenſereq; ſextum Pſal. & 37. Hæc tibi mando cuſtodire vſque ad Chriſti Natiuitatẽ. Non aũt hẽas poteſtatẽ miniſtrandi nec agendi quoquõ mõ quæ ſacerdotum ſunt. & tunc in Natalitiis magni Dei, & Saluatoris N. J. Chriſti recipies ſacerdotium tuum, & mecum eius ſacerdotio fungens, & miniſtrans immortali æterno Deo. Iſta eſt Epitimiorum forma.

Pnĩa lapſorum. (C)

III. Actione duo lapſi Archiepiſcopi Ancyranus, & Nicænus, cũ noluiſſent libellum a Rom. Pont. miſſum ad ſatisfactionem ſuſcipere; a Synodo nõ ſunt recepti. Poſt hæc vero iuſſu legatorum Apoſt. Sed. lectæ ſunt litteræ Baſilij Imp. & Ignatii ad Nicolaum, necnon Hadriani ad Ignatium &c.

D Actione IIII. duo ex legatis Photij ad Nicolaum Papam miſſis vt damnati, ex indulgentia tamen iuſſi in Synodum ingredi, & vltimo loco ſtare, manifeſti ſunt mendacij conuicti, quod aſſererent ſe & Photium a Nicolao Papa receptos in communionem.

Actione V. Photius, præcepto Imp. iuſſus eſt inuitus accedere; quem, vt laicum, per laicos vocari voluerunt Apoſt. Sed. Legati. Quibus Photius ſe inuitum, eſt conteſtatus, adduci, & ſilentium ſeruaturum, introductus & interrogatus de multis, nihil reſpondit, Chriſti imitationem prætexens, ſed redargutus, & conuictus eſt. Tempus tamen ad reſipiſcendum a Synodo benigne impertitum, recuſauit accipere.

Photiꝰ impœnitens.

Actione VI. Epiſcopi Photiani non admittentes iudicium Sedis Apoſt. petierunt, liceret ſibi eum defendere, ex quibus Chalcedonenſis aggreſſus eſt, cum prolixa, ſed E ratione vacua oratione eum defendere, redargutus in ſingulis a Smyrnenſi Epiſcopo. Negantes omnino libellum ab Eccleſia Rom. accipere, Imp. eos hortatus eſt ad pœnitentiam benignitate prouocans eos ad reſipiſcentiam. qua oratione inter alia multa, perpetua digna memoria, habuit exhortationem iſtam aureis exarandam litteris ad perditiſſimos illos Epiſcopos Photianos. *Vos quoque qui curatione indigetis, ac medela opus habetis, pretioſa membra Chriſti, etſi neſcio quomodo a malo dæmone detenti, a capite ſeparati eſtis. Vitis vera, quæ propter contentionem importunam, immo vero iniuſtam, in amaritudinem conuerſa es, amici & proximi noſtri, & ſi propter odium irrationabile ex aduerſo appropinquantes, & ſtantes, ac vni-*

Permiſſa Photii defenſio eiꝰ ſecretariis

Exhortatio Imper. ad Photianos.

tatem

vnitatem reſpuentes ſuſcipite admonitionis ſermonem (non autem confundor dicere) etiam deprecationis. In id enim vos adduxit miſericordia quam circa uos habemus. Scrutamini intima conſcientiæ veſtræ, & inuenietis vos male ab Eccleſia eſſe diſiunctos. Nouiſsima hora eſt, & iudex pro foribus eſt, fratres; ne præoccupemur ab eius eccleſia ſequeſtrari, & longe ab eius gloria proiiciamur. Nihil turpe ducamus paſsionem manifeſtare, & vulnus oſtendere, ne locum pœnitentiæ & medicinæ requirere, atque intra atrium ſaluantium fieri; ne confuſionem, obedientiam arbitrando, confuſionis æternæ ſumamus experimentum. Qualis autem hæc eſt confuſio, fratres, procidere Deo, & veniam expetere? Confuſio quidem reuera eſt, & maximus pudor, immo vero in Deum dimicatio, nolle vnumquemque proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Chriſtum, & lucrari & ſe, & multos. Si autem omnino hoc confuſionem arbitramini; ego cui Imperii ſuperpoſita eſt corona, forma vobis efficiar huius optimæ humilitatis. Ego qui imperitus, & inſipiens ſum, bonum initium ero veſtrum, qui ſapientes eſtis, & ſcientia clari. Ego qui in peccatis volutatus ſum, primus vobis typus fiam, qui mundi eſtis, & virtuti operam datis. Ego primus memet ſuper pauimento proiicio, purpuram & diadema paruipendens aſcendite ad genas meas, & ſuper oculos meos incedite, nec reputetis magnum Imperatorias calcare ſcapulas: nec reuereamini pedibus tangere verticem, cui ſuperimponitur a Deo donata corona. Omnia pati promptum habeo, & agere promptius, quæ vobis quidem confuſionem, mihi autem gloriam, & maximam claritatem conferre videntur. Neque enim in hoc curam gero gloriæ meæ, tantum vt videam communionem, vnitatem, & vnam eccleſiarum feſtiuitatem, tantum ne animę detrimentum patiar, & gaudeat ſuper me ille omnium inimicus diabolus, captiuum ſumens; quod mihi deſiderandum eſt, tantum ſpei mea lampas inſperate non extinguatur, per quam feſtinabam communi illuſtrari lætitia ſimul & gaudio. Neſcio quod erat ſatagendum, & efficiendum & non feci, vel quos proponendas admonitionis, & deprecationis ſermones, & non propoſui. Vos de cetero uidebitis. Innocens enim ſum a perditione veſtra. Si vero, & ad magnum & horrendum illud iudicium futuræ diei uos remittitis, quaſi pro vobis rationem daturos: noſcite quia bene noui, quia nullus vobis, iuſtitię ſermo ſiue hic adeſt, ſiue illic aderit, niſi quantum in hac controuerſia inuentum extiterit. Verum ſi vultis ante illud iudicium conſcientię veſtræ interrogare iudicium, diſcetis amplius nihil, quam quod ab Imperio noſtro dicitur. Deponite igitur contentiones fratres, & reſumite amorem fraternitatis: fugite diſſenſionem, & vnitatem amplectimini: odium auertite, & dilectionem in ſerium recipite: ſtate cum probabilibus & capiti compaginamini. Recipite per parentiam (ideſt obedientiam) diuinę communionis gratiam, & nihil ob ſęcularia ſitis ſolliciti. ſunt enim apud compatientiſsimum imperium noſtrum, ſuſceptionum modi diuerſi; per quos conſolabimur, & inceſſanter, quæ ſecundum ſæculum vobis opportuna fuerint, faciemus. Rurſus multitudine decertabimus, obſecrantes, rogantes, & omne ingenium commouentes ad ſpiritales patres noſtros, & Patriarchas, vt diſpenſent quid eorum quæ inſunt animo veſtro; tantum ne temere contra ſalutem ueſtram agatis. Neque enim eſt tempus ad pœnitentiam & receptionem acceptius. Qui namque hodie ſoluere, & ligare Eccleſię negotia poſſunt, præſto ſunt. Dimittite importune tempus explorare, & rerum immutationem expectare, quæ, & ſi fiet aliquando, nihil vobis conferret. etenim & ſi alia tempus immutauerit, hoc commouere non poterit. Nam ſi actio vnius viri veſtri nihil rationabile habens, cum tota erronea eſſet, tantum æſtum operata eſt, ut hunc uix, ac difficile diſſoluere qui uerimus: actionem dic mihi, & iudicium quattuor Patriarchalium ſedium quis diſsoluere poterit? ad quem enim confugietis, ſolutionem obligamenti petentes? ad Rom. Præſulem? ſed fine tenus vos condemnauit. ad Antiochenum? ſed conſentaneus Romano, & conſonus factus eſt: ad Ieroſolymitanum vel Alexandrinum? ſed & illi ueſtræ damnationi conſenſerunt. At ſi & thronum aliquando Conſtantinopolitanum ille, qui cuncta violat (i. dæmon) vobis commiſerit, & per

Mira Imp. humilitas.

A B C D E

vos

A *vos metipſos conuenire volueritis, quis vos ſequetur? Vel quomodo aperire oculos, & aſpicere quempiam potueritis, impugnati ab omnibus ſacerdotibus, & Patriarchalibus ſedibus? Ne ergo fratres, ipſi nos tempus ſalutis veſtræ deſpicientes, perdatis: neque enim talem inuenietis aliquando. ſed importunas contentiones, & obſtinationes deſerentes, communi medelę occurrite, & medicinę remedium ſumite, & adhærere ſpirituali capiti ueſtro: & eccleſiæ Dei communicatores eſtote, ut ex crimine exuamini, & Deum propitium habeatis, & eccleſiam lætificetis, imperiumque noſtrum exultare, & ſpiritualiter feſtiuitatem celebrare faciatis, atque* Remp. *uniuerſam gaudio magno, ac tripudio repleatis, atque in communi omnes benedicamus domino gloriæ noſtræ, & Principi pacis, & auctori diſperſa congreganti; & bene coaptanti, interceſsionibus Sanctiſsimæ D. N. Dei genitricis, Dominum uidentium angelorum, et omnium ſanctorum. Amen.*

B Hucuſque Imp. ad ſchiſmaticos exhortatio, quo nomine collaudatus eſt ab vniuerſa ſynodo, & magna admiratione accepta eius erga lapſos pietas, & miſericordia. hãc eandem ſibi communem habeant omnes qui noſtra ætate ſe ab vnitate abſciderunt. Obſtinati & peruicaces perſtiterunt ſchiſmatici, nec tamen eorum pertinacia vinci ſe paſſus eſt Imp. quin adhuc decem dies ad reſipiſcendum illis dari vellet.

Actione VII. Decem elapſis diebus, introductus in Concilium Photius, cum Gregorio dudum Syracuſano, & rogari iuſſus ab Apoſt. Sed. Leg. an pœniteret, peruicax reſpondit Legatos ipſos potius pœnitere debere. quare maxime eſt redargutus a Legatis duarum ſedium Patriarchalium: cuius Photij obſtinationem ſecuti ſunt eius ſectatores Epiſcopi. *Photi⁹ impœnitens.*

C Tunc Apoſt. Sed. Legati repetitum a Rom. Pont. Nicolao iudicium recitari voluerunt, quo ſecundo eumdem Photium condemnauit. poſt, Hadriani confirmationem Actorum Nicolai. Inde geſta in Concil. Rom. poſt ſequuta eſt Legatorum Sed. Ap. admonitio ad Synodum, de exequendis ſententijs in Photium, & eius participes: denique declamatio Ignatij ad Synodum, qua abſoluta, anathematiſmi in aſtantem Photium & ſequaces, ex Concilio Rom. ſub Hadriano (vt habet Anaſtaſius in notis) ſunt recitati: & pleniſſime acclamationes dictæ Imperatori, Imperatrici, Rom. Pont. Nicolao & Hadriano, Ignatio, Legatis Apoſt. Sed. & ceterarũ Sedium Patriarchalium. *Anathem. in Photiũ. Acclamationes.*

Actione VIII. rogationem proponente Imp. & aſſentientibus Apoſt. Sed. Legatis, & alijs omnibus, incenſa ſunt chirographa, quæ ab omni hominum genere Photius extorſiſſet, ſimulque omnia eius ſcripta in Ignatium, & Nicolaum. *Scripta Phot. incẽſa.*

D Poſt hæc aduerſus falſarios quoſdam, per quos Photius impoſturas confixiſſet, a Leg. Sed. Apoſt. iuſſus eſt legi Canon Concil. Rom. ſub Martino, vt non recipiantur ad pœnitentiam, niſi in fine vitæ. *Falſariorũ pœna.*

His abſolutis, introducti ſunt Iconomachi, quorum caput Theodorus dictus, qui negauit ſe colere imagines ſacras, & quod non inueniretur eſſe Chriſti præceptum. Reſponſum eſt, eſſe præceptum Chriſti intelligendum, quod ab vniuerſa Catholica Eccleſia eſt definitum. Illo autem in impietate perſeuerante, duo alij iconomachi laici pœnitentes ad eccleſiam redierunt, quos Imper. ad oſculum ſuſcepit. Et prolatis in Iconomachos anathematiſmis, repetitiſque iterum ijſdem in Photium, collaudato, ex more, acclamationibus Imp. & vniuerſa Synodo, finis impoſitus eſt VIII. actioni, & vltimæ huius anni. Reliquas autem duas alias actiones, ſequenti anno cele- *Præceptũ eſt Chriſti quod ab vniuerſa eccleſiã definitur. Iconomachi rurſũ damnati.*

E bratas, his viſum eſt conuenientius adiungere.

Sequenti igitur anno 870. 12. menſis Febr. celebrata eſt IX. Actio, in qua recenſetur Legatus, qui nuper aduenerat a Patriarcha Alexãdrino Michaele, in Synodum introductus, qui cognitis quæ geſta erant, omnia rata habuit & probauit. Poſt hæc plurimi iurati falſi teſtes in Ignatium, coram plena Synodo confeſſi ſunt, & pœnitentiam a Legatis Sedis Apoſt. & vniuerſa Synodo acceperunt, quæ ab ijſdem ita decreta fuit. Definimus & promulgamus hos per ſeptem annos Epitimium habere: eſſe illos duobus annis extra eccleſiam, & alijs duobus intra eccleſiam audire diuinas ſcripturas vſque ad cathecumenos, non tamen vllo modo communicare, ſed abſtinere a *Epitimiũ falſorũ teſtium.*

alij tribus

carnibus,& vino quattuor annis,præter Dominicas dies,& Dominicas feſtiuitates,& alij tribus annis ſtare cum fidelibus,& mereri diuinam communionem in ſolis Dominicis ſolemnitatibus cum eleemoſynis,orationibus,atque ieiunijs,ita,vt tribus diebus hebdomadæ 2.videlicet 4.& 6.Feria abſtineant a carnibus , & vino . Qui accipientes eiuſmodi iuſtiſſimam,vti fatebantur,conſtitutam pęnitentiam; petierunt ob diuturnitatem temporis facultatem concederent Ignatio Patriarchæ diſpenſandi, moderandi ſcilicet pro cauſa. Qui annuentes conceſſerunt eidem Patriarchæ ſuper oues ſuas, pro rationis arbitrio, diſpenſare. Quod autem alii plures ordinis Senatorij eiuſdem criminis falſi iuramenti rei eſſent,ſed nō adeſſent, in aliam actionem eorum cognitio eſt dilata. Poſt hæc illuſores ſacrorum rituum interrogati, confeſſi ſunt, ſe id feciſſe Imp. iubente,vt induerētur ſacerdotalibus veſtibus ſacris, vno ex illis Patriarchæ formam exprimente,& orationem ſuper ceteros dante,& ſacra miſcente, qui ad pœnitentiam reſeruati ſunt in futuram ſeſſionem. Porro inter alia crimina , crimini inuenitur datum Photio,quod iſta ſciens,non abſtulerit, ob idque Compatriarcha mimi ſit appellatus,& alijs pluribus infamiæ titulis , vt eſt in notis apud Anaſtaſium . Falſi quoque Vicarij ſeu Legati,quibus Photius contra Nicolaum vſus erat,palam falſitatem confeſſi ſunt,admirante,& deteſtante S. Synodo eiuſdem Photii multiplicem , & variam iniquitatem . Inter hęc peruenerunt Conſtantinopolim legati Ludouici Imp. Occidentis,in quibus Anaſtaſius Bibliothecarius, qui & meminit huius legationis in præfatione ad VIII. Synodum,his verbis. *Igitur cum hæc celebraretur venerabilis Synodus,accidit me famulum veſtrum,*(Io: *Papam alloquitur*) *miſsum ab Ludouico piiſſimo Imp. cum duobus aliis viris inſignibus intereſſe,ferentem legationem ab Apoſtolicis meritis decorato Præſulatu veſtro,cauſa nuptialis commercii, quod efficiendum ex filio Imp. Baſilii & genita præfati Dei cultoris,augeri ab vtraque parte ſperabatur ſimul & putabatur . In tam enim pio negotio , & quod ad vtriuſque Imperij vnitatem, immo totius Chriſti eccleſiæ libertatem pertinere procul dubio credebatur, pręcipue Summi Pont. noſtri quærebatur aſſenſus.* Dei ergo nutu actum eſt, vt tanti negotij cum loci ſeruatoribus Apoſtolicæ Sedis, Legatis ipſis,& ipſe ſine fine gauderem,& inueniens fructum cum exultatione portarem manipulos,qui per ſeptennium pro eo indefeſſe laboraueram,& per totum orbem verborum ſemina, ſedulo ſcribendo,ſparſeram. Meminit huius legationis Aimoinus in geſtis Francorum, atque Baſilium claſſem ante hæc direxiſſe in Adriaticum mare opem laturam Ludou. Imp. in Aquileiam,aduerſus Sarracenos bellum gerenti. Quo etiam tempore ex Vrbe reuerſo Petro Legato Regis Bulgarorum , abſque petitionis effectu: decernit idem Rex legatos Conſtantinopolim qui (vt habet Anaſtaſius in præfatione ſua hiſtorica ad Octauam Synodum) admiſſi ſunt in Synodo conſidere vna cum legatis nominatis Ludou. Imp.

Diſpēſandi facultas Patriarchæ cōceſſa in Epitimio.

Illuſores ſacrorum confeſſi.

Canones VIII. Synodi.

Actione X. & vltima,præſentibus Legatis Ludou. Imp. & Bulgarorum Regis, primum omnium iuſſi ſunt legi canones a Patribus conſtituti,omnes numero 27. quibus

1 in primis de obſeruandis omnino ante expoſitis, & Eccleſiæ traditis canonibus , ſtatutum eſt.

2 Deinde de ſtatutis a Nicolao & Hadriano pro Eccleſia Conſtantinopolitana, reſtitutione Ignatii, & Photii depoſitione.

3 Vt cultus ſacrarum imaginum firmus conſiſteret.

4 Vt quæ collata ſunt Photio, & ipſe in alios contulit ſacra miniſteria, nullius ſint efficaciæ.

5 Ne quis laicus in Epiſcopalem prouehatur dignitatem , niſi in ordine lectoratus annum vnum,duos in ſubdiaconatu,in Diaconatu tres , in presbyteratu autem quattuor annos exegerit.

6 Vt cunctæ res geſtæ per Photium,potiſſimum in Nicolaum Rom. Pont. nullius ſint roboris.

7 Ne ſacras imagines anathematizati pingere audeant.

8 Ne Chirographa ab Epiſcopis exigantur , niſi ex more , tempore conſecrationis;

A nis; hac enim ante Photius ſuam roborauit tyrannidem.
9 Vt extorta per Photium huiuſmodi Chirographa nullius ſint roboris.
10 Itemque, ne quis, ante ſententiam, ſeparetur a communione proprij Patriarchæ.
11 Anathematizati etiam ibi ſunt omnes cum Photio credentes duas in vno corpore eſſe animas.
12 Statutum eſt etiam iſtud admodum Eccleſiæ proficuum, ne fauore Principum eligantur Epiſcopi.
13 Vt non niſi qui in eadem eccleſia militarunt, ad maiores gradus promoueantur, & non alii aliunde petiti.
14 Ne promoti ad Epiſcopatum indecentia obſequia exhibeant magiſtratibus, nimirum ne obuiam prodeant, procul ab eccleſiis ſuis: non ſe demittant ab equis, vel B mulis, vel procidant, & adorent eos; nec intrent ad Principes hora prandii, vbi indebita perſoluant obſequia ſed veneratione digni habeantur, & qui libere errantes Principes valeant redarguere. *De obſequiis indebitis vitãdis ab Epiſcopis.*
15 Vetantur omnes alienare cymilia eccleſiæ, ornamenta ſcilicet, poſſeſſiones vendere vel dare in emphyteoſim.
16 Vehementer prohibetur ſacrilegus ille vſus a Michaele introductus, quo laici, luſus cauſa, ſacra indumenta geſtarent ſacerdotum, de quo ſæpe ſuperius; grauiſſimis pęnis eius criminis reos afficientes.
17 Sancitur vt Patriarcharum iura in conuocandis Metropolitanis illibata ſeruentur, execraturque ſancta Synodus omnes dicentes, inualidas eſſe Synodos, quibus non interſit perſona Principis, monens vt non interſint, niſi Conciliis Oecu- C menicis.
18 Inde, ſtatutum vt eccleſiarum priuilegia conſeruentur.
19 Vtque viſitationes eccleſiarum abſque omni auaritiæ ſuſpicione peragantur.
20 Itidem ne ſibi ius dicat Epiſcopus in rebus Eccleſiaſticis.
21 De exhibendo honore, & reuerentia omnibus Patriarchis, præcipue vero Rom. Eccleſiæ, ſummo Pontifici. De quo ſpeciatim iſta. *Neminem debere conſcriptiones contra Sanctiſsimum Papam ſenioris Romæ, ac verba complicare atque componere, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorundam criminum, quod nuper Photius fecit, & ante Dioſcorus. Quiſquis autem tanta iactantia, & audacia vſus fuerit, vt ſecundum Photium, vel Dioſcorum in ſcriptis vel ſine ſcriptis iniurias quaſdam contra Sedem Petri Principis Apoſtolorum moueat, æqualem & eamdem quam illi con-* D *demnationem recipiat.* & paulo poſt, de eodem Rom. Epiſcopo, hæc. *Porro ſi Synodus vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de S. Romanorum Eccleſia quæuis ambiguitas, & controuerſia: oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, & aut proficere, aut profectum facere, non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ Pont.* *Sũm. Põt. pcipue honorãdus.* *Calumniãtes Sedem Apoſt. vel Rom. Põt. qua pœna plectendi. Nec ĩ Syn. gen. ferenda ſnĩa in Rom. Põt.*
22 Vt Promotiones, & conſecrationes Epiſcoporum fiant, electione ac decreto Epiſcoporum, nemine laicorum interueniente.
23 A rebus & perſonis, & ſacris actionibus alienæ diœceſis cuilibet abſtinendum.
24 Ne Archiepiſcopi per alios, ſuas eccleſias curent, Epiſcopos ſuffraganeos.
25 Ne adhærentes Photio, a Methodio, ſiue Ignatio conſecrati, etiam ſi reſipiſcant, E ſpem vllam habent reſtitutionis.
26 Vt beneficium appellationis ad maiores ſedes, ſit cuique clerico liberum.
27 Epiſcopi pallio ne vtantur, niſi loco & tempore congruo, & ne Monachi ad Epiſcopatum aſſumpti Monaſticum habitum deponant.

His ſtatutis & comprobatis, facta commemoratione ſeptem aliorum Oecumenicorum Conciliorum præcedentium, & confirmatione ipſorum adhibita, damnatiſq; hæreſibus omnibus, & quæ in aliquibus locis, iiſdem temporibus, Manichæorum vigerent, de phantaſtica, & non vera carne Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & ſuis affinibus, Iconomachis, ſimulque repetitis cum deteſtatione Photii impiis facinoribus, eo- *Probatæ 7. Synodi. Damnatæ oẽs hæreſes.*

demque

demque cum fautoribus ſuis anathemati tradito, finis Synodo feliciſſimus, omnium A conſenſu, eſt impoſitus, Baſilio Imper. nouiſſime conſenſum omnium explorante: quem ſecutæ ſunt exclamationes conſuetæ, & anathema in Photium, & eius ſocios iteratum. Lectaque demum Imp. gratiarum actio, cum exhortatione ad Epiſcopos, vt gregem Dei curent. Et, inter alia, vt ſaltem diebus Dominicis miniſtrent illi verbum Dei, & errantes omnes reuocent ab errore.

Admonitio Imper. ad laicos digna chriſtiano Imper.

Laici Eccleſiaſticis reb⁹ ne ſe miſceant.

Laic⁹ quãtumcunq; doctus, ouis eſt.

Epiſcopus quãtũuis indoctus Paſtor eſt.

Ad laicos autem idem Baſilius habuit admonitionem iſtam, in plena ſynodo, dignam Imperatore maxime pio, quam ob dignitatem argumenti, & maieſtatem eius illa tractantis, hic ad Synodi finem attexere æquum exiſtimauimus. Sic enim ſe habet. *De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quam qui abſolute cõuerſamini, quid amplius dicam, quam quia nullo modo nobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari.* B *Hoc enim inueſtigare, & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi, & ligandi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas & cæleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum qui paſci debemus, qui ſanctificari, hoc eſt benedici, qui ligari, vel a ligamento ſolui egemus. Quantecunq; enim religionis, & ſapientiæ laicus exiſtat, ouis vocari non deſinet. rurſum quantumcumque Epiſcopus ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec antiſtes eſt, & veritatis verbum recte prędicauerit, paſtoris nominationis, & dignitatis damna non patitur. Quæ ergo nobis ratio eſt in ordine ouium conſtitutis, paſtores, verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea quæ ſuper nos ſunt quærendi, & ambiendi? opportet nos cum timore, & fide ſyncera hos audire, et a facie eorum vereri, cum ſint miniſtri Domini omnipotentis, et eius formam poſſideant, et nihil* C *amplius quàm quæ noſtri ordinis ſunt perquirere. Nunc autem (vt videmus) adeo multos malitia in inſaniam accendit, vt obliuiſcentes proprij ordinis, et quod pedes ſint minime cogitantes, legem ponere velint oculis, non vt natura ſe habet, ſed vt ipſi cupiunt, et ſinguli ad accuſandum quidem maiores exiſtunt ſemper promptiſsimi: ad corrigendum autem quid eorum in quibus accuſantur et criminantur, pigerrimi.*

Hæc ad laicos, quod nimirum Bardas Patricius, & Michael Imp. immiſcendo ſe eccleſiaſticis negotiis, eccleſiam Orientalem in maximum diſcrimen adduxerint. pergit, *Sed moneo & hortor omnes, qui tales ſunt, vt maledictum, & alternum odium auertentes, & iudicare iudices deſinentes, attendãt ſibi, & ſecundum diuinam uoluntatem conuerſari contendant. Nam non quieſcet ſupernum iudicium, ſed contra diffidentes diuinus furor ſtillabit, & vltionem iuſtam opere oſtendet. Oramus au-* D *tem ſuper omnia ſanctum Deum omnes melioratos, & ſecundum beneplacentem ſibi voluntatem clareſcentes, non ſolum a diuina ira intentatos manſuros, ſed et æterna bona conſequuturos, orationibus, et interceſsionibus Sãctiſsimæ Dominæ Noſtræ Dei genitricis, et omnium ſanctorum, et precibus, et obſecrationibus ſanctę huius et vniuerſalis Synodi. Amen.*

Modeſtia Imp.

Poſt hæc autem cum ſubſcribenda Synodus eſſet, iubentibus Apoſtolicæ ſedis Legatis, vt primo loco ſubſcriberent Baſilius & filii Imperatores: non acquieuit ipſe; ſed vt ipſis in aliquo ſatisfaceret, poſt ſubſcriptionem omnium legatorum cunctarum Patriarchalium ſedium, ſubſcriptionem ſuam appoſuit, ante reliquos Epiſcopos, cum additamento ſigni Sanctiſſimæ Crucis, quod etiam & Epiſcopi omnes ex more fecere, vt quæ ſuo loco inferius dicturi ſumus, oſtendent. ipſi vero tunc ſubſcripſerunt Im- E peratores litteris Pheniceis ex Cinnabrio, ex more.

Ita plane ſancta, quæ in Spiritu ſancto congregata eſt Synodus, pura atque ſincera non affectans numeroſam Epiſcoporum ſubſcriptionem, vt Photius, qui quæ voluit, & quod voluit, appoſuit ſuis conuenticulis, mentita nomina Epiſcoporum, prout ſuperius demonſtratum eſt. Porro hæc de eadem Synodo Anaſtaſius habet in hiſtorica præfatione ad octauam Synodum, ſcripta ad Ioannem Papam. *Nuncupanda eſt*, inquit, *ſine ulla contradictione* SYNODVS VNIVERSALIS OCTAVA, *vt & appellatio, quam cum aliis Conciliis ſortita eſt, non celetur, et nomen*

A *proprium, quod ſingulariter poſsidet non velctur.* Hæc ipſe.

Sic igitur Synodus iſta, octaua ordine, Oecumenica iure dicta, & vt Oecumenica comprobata, inter alias Oecumenicas eſt annumerata; adeo vt in fidei profeſſionibus fieri ex more ſolitis, ſicut aliæ ſeptem ſuperiores, iſta etiam poneretur, octaua cognominata, quam orthodoxi omnes profiteri deberent. Immo (vt omittamus de reliquis dicere fidei profeſſionem emittere conſuetis) illud conſtat, quod etiam ipſi Romani Pontifices in eorum ordinatione profitebantur vna cum aliis Synodis Oecumenicis hanc quoque dictam octauam Conſtantinopolitanam Oecumenicam ſe recipere, vt patet, ex ſolemni fidei profeſſione ab eis recitari ſolita cum in Pontificem electi eſſent, iam conſecrandi, quæ ſic ſe habet.

In Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Ego N. Sanctæ Rom. Eccle- B *ſiæ Diaconus uel presbyter, aut Epiſcopus Cardinalis electus, ut fiam per Dei gratiam huius ſanctę Apoſtolicę Sedis humilis miniſter, profiteor tibi Beate Petre, Apoſtolorum Princeps, cui clauis Regni cæleſtis ad ligandum atque ſoluendum in cęlo, et in terra creator et Redemptor Dominus noſter tradidit, inquiens:* QVÆCVMQVE LIGAVERIS SVPER TERRAM, ERVNT LIGATA ET IN CÆLIS, ET QVAECVMQVE SOLVERIS SVPER TERRAM, ERVNT SOLVTA ET IN CAELIS: *Sanctæque tuæ Eccleſiæ, quam hodie tuo præſidio regendam ſuſcipio, quod quamdiu in hac miſera uita conſtitutus fuero, ipſam non deſeram, non relinquam, non abnegabo, non abdicabo aliquatenus, nec ex quacunque cauſa, cuiuſcūque metus, uel periculi occaſione dimittam; nec me ſegregabo ab ipſa, ſed ueræ fidei rectitudinem, qua Chriſto auctore tradente per Beatiſsimum tuum Coapoſtolū Pau-* C *lum, et per diſcipulos ſucceſſores ueſtros, uſque ad exiguitatem meam prolatam in tua Sancta Eccleſia reperi; totis conatibus, uſque ad ſanguinem, cuſtodire, tam de ſanctæ, et indiuiduæ Trinitatis myſterio, quæ unus eſt Deus, quam de diſpenſatione, quæ ſecundum carnem facta eſt, unigeniti filii Dei Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Et de ceteris Eccleſiæ dogmatibus ſicut in uniuerſalibus Conciliis, et conſtitutionibus Apoſtolicorum Pontificum, probatiſsimorumque Eccleſiæ Doctorum ſcriptis ſunt cōmendata, ideſt quę ad rectitudinem noſtræ ueſtræque*[b] *orthodoxę fidei a te traditionem recipiunt, conſeruare, ſanctaque octo uniuerſalia Concilia, ideſt Nicænum, Conſtantinopolitanum, et Epheſinum primum, Chalcedonēſe, Quintum quoque et Sextū item Conſtantinopolitana, et Septimum, item, Nicænum; Octauum quoque item Conſtantinopolitanum uſque ad unum apicem immutilata ſeruare, et pari honore, et ueneratio-* D *ne digna habere: Et quę prædicauerunt; et ſtatuerunt, omnimode ſequi prędicare: Quęque condemnauerunt, condemnare, ore, et corde. Diligentius autem et uiuacius quandiu uixero omnia decreta canonica prędeceſſorum Apoſtolicorum noſtrorum Pontificum, quęcumque ipsi Synodaliter ſtatuerunt, et probata ſunt, confirmare, et indeminuta ſeruare, et ſicut ab eis ſtatuta ſunt, in ſui uigoris ſtabilitate cuſtodire. Quæque uel quoſcunque condemnauerunt, uel abdicauerunt, ſimili ſententia condemnare, uel abdicare. Diſciplinam et ritum Eccleſię ſicut inuenimus a ſanctis prędeceſſoribus meis canonice traditum, quam diu uita in iſtis comes fuerit, illibate cuſtodire, et indiminutas res Eccleſię conſeruare, neque alienare, ſeu in feudum, cenſum uel emphyteoſim dare quomodolibet, ex quacunque cauſa, et ut indeminute cuſtodiantur, operam dare. Nihil de traditione, quam a probatiſsimis prædeceſſoribus meis cano-* E *nice traditam, et ſeruatam reperi, diminuere uel mutare, aut aliquam nouitatem admittere, ſed feruenter, ut eorum uere diſcipulus et ſequipeda, totis mentis meę conatibus, quę tradita canonice comperio, ſeruare, et uenerari. Si qua uero emerſerint contra canonicam diſciplinam, communicatione filiorum meorum S. R. E. Cardinalium, cum quorum cōſilio, directione & rememoratione miniſterium meum geram, & peragam, emendare, aut patienter (excepta Fidei, et Chriſtianæ religionis graui offenſione) tua et Beatiſsimi tui Coapoſtoli Pauli procurante interceſsione, tolerare: ſacroſq; canones, et ſacrorum Pontificum conſtituta, ut diuina et cæleſtia mandata, Deo auxiliante, cuſtodire, ut pote Deo, et tibi ſciens me redditurum de omnibus, quę profiteor,*

a Ex Cod. Ant. Aug. M. SC. A. ex diurno, vt aſſerit, accepto libro.

Profeſſio electi Pontificis.

b d. 16. c. 8

Card. Papa vocat filios ī ſua pfeſſione.

Profitetur ſe geſturū Pōtificatū ex cōſilio Cardin.

teor, & quamdiu vixero, egero, vel obliuiſcar, diſtrictam in diuino iudicio rationem. Cuius Sanctiſsimæ ſedi diuina dignatione, te patrocinante præſideo, & vicem, interceſsionibus tuis, adimpleo. Eris autem mihi in illa terribili die hæc conanti, & diligenter ſeruare curanti propitius. Adiutorium quoque vt prebeas, obſecro, in hac corruptibili vita conſtituto, vt irreprehenſibilis appaream ante conſpectum Iudicis omnium D. N. J. Chriſti, dum terribiliter de commiſsis aduenerit iudicare, vt faciat me dexteræ Patris participem, & inter Fideles diſcipulos, & ſucceſſores tuos eſſe conſortem. Hāc autem profeſsionem meam per Notariū, & Scriniarium S. R. E. me iubente ſcriptam, propria manu ſubſcripſi, & tibi Apoſtole Petre Apoſtolorum omnium Principi, pura mente, & deuota conſcientia ſuper ſanctum corpus tuum, & altare tuum ſinceriter offero. Actum &c. Hactenus profeſſio Pontificia. A B

Quod audiſti lector octo Synodos Oecumenicas recipi ab omnibus Romanę Eccleſiæ Thronum conſcēſuris, ipſamque octauam Synodum Oecumenicam Conſtantinopolitanam dici, nec aliam, quam hanc, quæ ſub Hadriano Secundo eſt celebrata: hinc valde miramur, cur Concilium Florentinum octaua Synodus Oecumenica dicta, & inſcripta in ipſius actis, typis excuſis habeatur. Pace dictum ſit Iuliani Cardinalis, qui in diſputatione habita cum Marco Epheſino ſeſſione ſexta, Ferrariæ eidem nimis viſus eſt indulgere iſta dicenti de octaua hac, de qua agimus, Synodo, cum ea carens Iulianus, & a Græcis eamdem petens, Epheſinus hęc attulit in excuſationem.[a]

a Concil. Flor. act. 6. i princip.

Concilium illud inter generalia connumerandum non eſt, quandoquidem non modo non ſuſceptum verum etiam antiquatum fuiſſe conſtat. Joannis enim, & Hadriani Summorum Pontificum tempore conuocatum fuit, ac Photium Conſtātinopolitanum Antiſtitem condemnauit. Js deinde Joannes aliud Concilium habuit, quod item appellauit Octauum, quod acta ipſius Concilii, quod vos octauum fuiſſe dicitis, improbauit, Photiumque reſtituit. In quo plane Concilio inter alia fuerat decretum, vt hæc eadem Symboli additio tolleretur, quod vos non ignorare putamus. Si quidem igitur ipſius Concilii Acta reprobata videntur, non eſt congruum rationi, vt de his aliqua mentio fiat, cum alterum Octauum Concilium ſequi potius deberemus. Propterea tempore ex eo in Conſtantinopolitana Eccleſia. HVCVSQVE SOLET ITA CELEBRARI. QVAECVMQVE IN SANCTOS PATRIARCHAS IGNATIVM, ET PHOTIVM SCRIPTA VEL DICTA SVNT, ANATHEMA SVNTO. Hucuſq; Marcus Epheſius veteratoria arte Latinos exuens tanto Concilio Oecumenico, ipſa, inquam, octaua Synodo, ſolemni ritu ſub Hadriano Pontifice Conſtantinopoli celebrata, turpiter mentiens quidem, & multipliciter, vt ex ijs, quæ ſuperius ſunt dicta, & quæ ſuo loco in Ioanne Papa dicentur, quilibet facile poterit intelligere. Procul enim abeſt, vt octaua Synodus ſub Hadriano abrogata fuerit a Ioanne R. P. longeque longius a vero diſcrepat, vt Ioannes Synodum Photianā, damnantem, octauam, eandem legitimam eſſe, & œcumenicam Synodum comprobarit; falſum quod ait, œcumenicam eandem octauam Synodum ſub Ioanne etiam Pontifice fuiſſe congregatam, quam inchoatam, & abſolutam vidimus ſub Hadriano. Rurſus quas citat litteras Ioannis contra octauam Synodum eas falſatas fuiſſe a Photio, ex teſtificatione eiuſdem Ioannis litterarum, luce meridiana clarius, ſuo loco demonſtratur, vt de his nulli prorſus eſſe poſſit aliqua dubitatio. Præterea non fuit iuris, ac poteſtatis Eccleſiæ Conſtantinopol. anathemati tradere quæcumque tranſacta ſunt inter Ignatium Patriarcham atque Photium, cum ea publica fuerint, & quæ pro Ignatio contra Photium facta ſint, eadem auctoritate Rom. Pont. habita, atque comprobata fuiſſe noſcantur. Ad poſtremum cum ambos Ignatium, atque Photium nomine, & Patriarchas, & ſanctos appellet, eum neceſſario mentitum oportuit in alterutro, cum de Patriarchatu pugnantibus inuicem vſque ad mortem; plane dicendum eſt, quod ſi legitimus Patriarcha fuit, dum vixit Ignatius, Photius tunc temporis eſſe non potuerit. ſed & ſi Sanctus fuit Ignatius, quem iure meritoq; tam Orientalis, quam Occidentalis Eccleſia inter ſanctos allegit: neceſſe eſt dicere, vt eius perſecutor acerbiſſimus Photius in anathemate diem claudēs extremum, ſanctus neutiquam dici poſſit, C D E

Mendacia Marci Epheſini.

Marcus Epheſius redarguit.

Photius, non ſanctꝰ, ſed maledictꝰ dicendus.

ſed

A ſed maledictus,reprobus,inter damnatos,& excommunicatos annumerandus. Tanta iſta eum potuiſſet atque debuiſſet in plena Synodo contra Marcum reſpondendo Iulianus afferre, & inſultantem Græcum retundens, mendacia veritate perſtringere, & cohibere,& loquacem elinguem reddere, procacemq; reprimere: Iſta omnia prætermittens,puto ignoratione rerum geſtarum, hæc tantum Marco, omnibuſq; ſimul Græcis reſpondit. *Hoc autem metu vos libero præſtantiſsimi Patres. nam nihil de ipſo Concilio, Octauo ſcilicet, recitabitur. Sed quoniam in eo volumine nonnulla Sexti, Septimiq; Concilii Acta ſunt ſcripta, idcirco ea videre vellemus; nam de Octauo Concilio nobis curæ non eſt.* Hactenus Iulianus atque ea Actione de Octaua Synodo poſthac ſilentium. Sic ipſe,quaſi per tranſitum (vt dici ſolet) rem agens,cuncta, quæ obijcienda erant in Marcum omittens, ad præcipuam quæſtionem, cuius cauſa Synodus

Iuliani incuria in re tanta.

B illa fuerat conuocata,ſe contulit. Ceterum res tanta, ipſa Octaua Oecumenica Synodus,mea ſententia minime ſic fuerat relinquenda Epheſii dicacitate proſtrata,attrita mendacijs atque penitus condemnata. Cum alioquin non leuioris fuerit culpæ caruiſſe tunc ibi Latinos,in tanto Patrum conuentu,ipſa legitima Octaua atque Oecumenica Synodo,quam Græce ſcriptam,& Latinitati a ſe donatam Anaſtaſius Bibliothecarius in S. R. E. Archiuum intuliſſet, & iam ex autographo deſcripta complura exemplaria eſſent in diuerſis Bibliothecis recondita, vt opus non eſſet a Græcis ſchiſmaticis illā petere, vel negatam ita relinquere indefenſam, cum Iulianus vna ſimul telum, & clypeum viſus ſit abieciſſe, tanta iniuria Catholicæ Eccleſiæ, quæ iam per ipſum non ſtetit,quin diſpendium paſſa ſit Synodi Octauæ Oecumenicæ, eiuſdemq; germanę, atque legitimæ. At in ſequenti ſeſſione quod Iulianus inconſiderate pro-

C degerat,Andreas Coloſſenſis Epiſcopus, vir doctiſſimus æque, ac maxime pius reſtituit; qui omnino negauit per Ioannem Octauum abolitam eſſe Octauam Synodum Oecumenicam ſub Hadriano II.Rom.Pont.habitam. Cum autem hoc ſtatu,de Octaua Synodo Oecumenica comprobata, & nunquam reſciſſa,monſtrata Acta illa Concilij Florentini remanſiſſent, magna interpretis temeritate, & audacia ſicut & imperitia factum eſt (fuit Abrahamus Cretenſis) vt eidem Concilio Florentino inditum illud ſit nomen,vt Octaua Synodus nominetur,cum id factum decreto ipſius Synodi dici non poſſit,ſicut nec debuit; cum nulla ratio ſubſit, vt illa dici queat Octaua,eum locum in ordine numeri vendicante ſibi hac ipſa legitima octaua, eademq; Oecumenica,celebrata ſub Hadriano,dicta iure Conſtantinopolitana,quam (vt audiſti) vna cum alijs Oecumenicis profiteri ſolerent omnes electi Romani Pontifices

Redarguitur appoſitus Tit. Conc. Florentino. Conc. Florent. falſo dictū Octauum.

D conſecrandi, vt antiquata nullo modo dici poſſit,quæ per ſingulos ſucceſſores Romanos Pontifices ſolemni ritu,profeſſione fidei innouaretur. Cum igitur nec in Florentinæ Synodi decretis,Concilium illud, Octauum vt dicatur,cautum aliquo modo inueniatur,interpretis Abrahami explodenda oīno, penituſque eius temeritas eſt, qui eidem Octauæ Synodi nomen perperam indidit. cum alioqui,& ſi hæc,de qua agimus Octaua Synodus (quod dicere ſacrilegium eſt) fuiſſet abolita, adhuc tamen nec Florentino Concilio illa nota numeri competit,vt dicatur octauum, cum plures aliæ ante ipſum celebratæ inueniantur Synodi Oecumeniæ. Aboleatur igitur (iterum clamo) aboleatur nomenclatura mendax a Cretenſe mendace præſumpta, Latinis tradita, & inconſiderate deſcripta; cuſaque oſcitantia collectoris. Sed iam, quæ abſolutā Synodum ſint ſecuta, videamus. Sane epiſtolæ (inquit Anaſtaſius) tam Sy-

E nodi, quam Patriarchæ Ignatij, & Impp. ad Rom.Pont.miſſæ, quæ in Codicis Actionum ipſius Synodi calce habentur inſertæ,reuerenti ſunt cultu excipiendæ,nam a totius Synodi conſenſu,dum adhuc ageretur, decretæ ſunt & expoſitæ; In quibus vna eſt ex Synodo ſcripta ad Rom. Pont. Hadrianum quæ incipit. *Opportunum eſt cum ſapientiſsimo Salomone nunc & nos clamare &c.* qua commendatur Hadr. ſtudium in Oecumenica Synodo colligenda: Ad finē vero, vt eā confirmet his verbis exorat. *Igitur libenter oppido, & gratanter imitatrice Dei ſanctitate veſtra omnem noſtrum conuentum, & vniuerſalis huius atque Catholicæ Synodi conſenſum, atque conſonantiam recipiente prædica eam magis, ac magis, velut propriam, & ſolicitius confirma*

Epiſtolæ ex Synodo ſcriptę.

Octaua Synod. petit confirmationē a Papa.

coangeli cis præceptionibus, & admonitionibus veſtris, vt per ſapientiſſimũ magiſteriũ veſtrũ et aliis vniuerſis eccleſiis perſonet, & ſuſcipiatur veritatis verbũ, & iuſtitiæ decretum. Ora pro nobis ſanctiſſime. Chriſtus te cuſtodiat ad conſolationẽ noſtram, & ſtatum eccleſiarum in longitudinem dierum. eædemq; miſſæ ſunt ad alios Patriarchas. Duæ reliquæ in eodem Codice quæ ſequũtur, ſed poſt diſceſſionem Legatorum datæ reperiuntur, agemus de illis inferius ſuo loco. A

a Aimoin⁹ male ſentiẽs d imaginibus. lib. 5. c. 28.

Porro de VIII Synodo accipe delirium Aimoini ita dicentis, dum de ipſa paucis agit *In qua Synodo de imaginibus adorandis aliter quã Orthodoxi doctores ante definierant, ſtatuerunt, & quædam pro fauore Rom. Pont. qui eorum votis de imaginibus adorandis annuit, & quædam contra antiquos canones, & contra ipſam ſuam Synodum conſtituerunt, ſicut qui eandem legerit, patenter inueniet*. hæc ipſe. Ex quibus plane qualis ipſe fuerit; cuiuſue dogmatis manifeſtatur, nempe ex Gallis illis vnus, qui negabant cultum Sanctarum Imaginum, de quibus & Anaſtaſius in Præfatione ad eandem Octauam Synodum meminit; qui ſupra ſuo loco ſatis ſunt cõfutati. Porro in hac Octaua Synodo nihil pręterea de cultu Sacrarũ Imaginũ eſſe decretũ, quam quod in pluribus Rom. Conciliis, & in Oecumenico Nicæno ſtatutũ fuerat, certũ eſt. B

Oriẽtales Occidẽtalium gloriam ferre nõ poſsũt.

Perpetua Orientis Imp ęmulatio in Occidentis Imp. concepta, eò progreſſa eſt, vt eius gloriam nec pati poſſet audire, vt ſubſequens narratio declarabit, de his quæ acciderunt, ante factam ſubſcriptionem, quæ Actis Synodalibus inſerta non ſunt: Nimirum, quod cum petitum eſſet, vt oblata ab Anaſtaſio legato epiſtola Hadriani in Synodo legeretur, inuenti ſunt in ea corroſi verſus illi, in quibus Ludou. Imp. laudes prædicabantur. *Quapropter* (inquit Anaſtaſius in Hadriano) *epiſtolam Sed. Apoſt. fraudulenter corroſam ſummis clamoribus conquerebantur Legati Apoſt Sedis, fatentes ſe nullo modo Synodalibus actionibus ſubſcripturos, niſi totius epiſtolæ integritas geſtis ſynodicis iungeretur*. Hoc modo Rom. certantibus, Gręcis vero non eſſe in Synodo de laude Imp. ſed de ſolius Dei tractandum altiſone reſpondentibus, nomenq. Imperiale noſtro Cęſari inuidentibus, ad hoc vſque peruentũ eſt, vt interpoſita conditione voluntatis Apoſtolicæ, definitis ſnijs, minus finite ſubſcriberẽt. Ita legentes. EGO ILLE VICEM AGENS DOMINI MEI HADRIANI SVMMI PONTIFICIS, ET VNIVERSALIS PAPAE OMNIA, QVAE SVPERIVS LEGVNTVR, HVIC SANCTAE ET VNIVERSALI SYNODO PRAESIDENS, VSQVE AD VOLVNTATEM EIVSDEM EXIMII PRAESVLIS, PROMVLGAVI, ET MANV PROPRIA SVBSCRIPSI. Ita quidẽ ad finem Actionis decimæ tres Legati Apoſtol. reperiũtur eidem octauę Synodo ſubſcripſiſſe. D Ex qua pariter Gręcorum illiberali actione, credũtur turbata, quo minus cępta fœdera nuptiarum vlterius progrederentur, immo turbarentur oĩno. Laudanda prudentia Legatorum, qui eo modo & paci publicæ, ex Synodali illo conuentu, formandæ cõſuluerunt, & bene æſtimationi Rom. Pont: proſpexerunt. hęc inquam antequam Synodus abſolueretur: poſtquam autem eſt abſoluta, quæ ſunt oborta ſcandala ex Græcorum verſiitia, diligenter attende. abſoluta, & ſubſcripta Synodo, Imp. potiſſimum annuente, legatio Bulgarorum Regis cum litteris & muneribus eſt audita, in qua, poſt ſalutationem legatorũ, Petrus Bulgarorum Legatus: *Dominus*, inquit, *Michael Princeps Bulgarorum audiens quod pro vtilitate S. Dei Eccleſiæ ex diuerſis partibus, auctoritate Sedis Apoſt. conueneritis gratanter accepit, vobiſque qui ex Sedẽ Apoſt. miſſi eſtis, quia in veſtro tranſitu, veſtris eum litteris viſitare dignati eſtis, multiplices gratias agit, & quia hactenus Pagani fuimus, & nuper ad gratiam Chriſtianitatis acceſſimus, ideoque ne in aliquo errare uideamur, cui Eccleſiæ ſubdi debeamus, a vobis, qui vices ſummorum Patriarcharum geritis, noſſe deſideramus. A ſancta quidem Rom. Eccleſia ſacerdotes nos petiiſſe, ſuſcepiſſe, hactenuſq; habere nos cõfitemur, & eis in omnibus obedire decernimus. Verum vtrum Rom. an Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ rationabiliter ſubdi debeamus, cum his Patriarcharum Vicariis definite.* hinc orta contentio inter Græcos, & Apoſt. Sedis Legatos, Græcis illos ad ſe trahentibus, ea ratione, quod quando Bulgari eam regionẽ occuparunt, non Latinos ſed Græ-

Legatio Bulgarorũ coram Legatis audita.

E

A ſcos ibi ſacerdotes repereruut, ac proinde iuriſdictionis Græcorum, ac ſub Patriarcha CP.^no eſſe debere: Legatis vero S.R.E. contra ſic reſpondentibus, primum Sedes Apoſtolica iuxta quod in decretalibus Sanctiſſimorum Rom. Præſulum doceri poteritis, vtramque Epirum, nouam, ſcilicet, veteremque, totamque Theſſaliam, & Dardaniam, in qua & Dardania ciuitas hodie demonſtratur; cuius nunc patria ab his Bulgaris, Bulgaria nuncupatur, antiquitus canonice ordinauit, & obtinuit. *Ac per hoc ordinationem, quam tunc Paganorum Bulgarorum irruptione amiſerat, non a Conſtantinopolitana Eccleſia, vt modo fingitur, abſtulit, ſed ab iis factis modo Chriſtianis recepit. Deinde quia Bulgari, qui iure Gentili ſibi patriam ſubiugantes ecce per quot annos retinent, quod cæperunt, Sed. Apoſt. ſemet parrocinio, ordinationiq; ſpecialiter committentes, nobis debent nec immerito ſubiici, quos vltronea voluntate magiſtros elegerunt.* B *Tertio quia eoſdem Bulgaros S. Sedis Apoſtolicæ iuſſu quondam Sanctiſsimi Papæ domini Nicolai, tam per aliquos noſtrorum, qui hic ſumus, illic multas Eccleſias dedicantes, ſacerdotes creauimus, quàm per Paulum, Dominicum, Leopardum, ac Formoſum venerabiles Epiſcopos; ſed & Grimoaldum Coepiſcopum noſtrū, quem hactenus iſti Bulgari, cum multis noſtris ſacerdotibus in conſpectu noſtro habere faſsi ſunt; a diuerſis erroribus ad Catholicæ fidei veritatem multo ſudore, Chriſti gratia præduce transferens, ecce vltra triennium tenuit, & tenet, ordinat, & diſponit. Ideoque conſequens non eſt, vt ſine ſcientia Rom. Pont. Eccl. Rom. de quibus præſentialiter veſtita cernitur, ſpolietur.*

Verumtamen Vicarij Orientalium Patriarcharum iudicarunt Bulgarorum patriam, quam ex Græcorum poteſtate dudū fuiſſe, & Græcos ſacerdotes habuiſſe com- C pertum eſſet, S. Eccl. Cōſtantinopolitanæ, a qua per Paganiſmum receſſerat, nunc per Chriſtianiſmum reſtitui. At legati S.R.Eccl. reclamantes dixerunt. *Sententiā, quam non electi, neque admiſsi, ſiue timore, ſeu gratia, vel quidquid illud eſt, modo præcipitaſtis, potius quam protuliſtis, auctoritate Spiritus S. vſque ad definitionem S. Sed. Apoſt. omnino reſcindimus, ita vt nullo modo vel nomen habere ſententiæ mereatur. Teque reum Patriarcham Ignatium, auctoritate SS. Apoſtolorum Principū coram Deo, ſuiſq; Angelis omnibus præſentibus conteſtamur, ut ſecundum hanc epiſtolam Sāctiſsimi reſtitutoris tui Domini Hadriani Summi Pont. quam tibi ecce offerimus, induſtria tua ab omni Bulgariæ ordinatione te nullum tuorum illuc mittendo, cuſtodias; ne S. Sedes Apoſt. quæ tibi tua reſtituit, per te ſua perdere videatur, quin potius ſi (quod non credimus) iuſtam te habere querimoniam æſtimas S.R.E. reſtitutrici tuæ* D *ſolemniter ſuggerere non omittas.* Tunc Patr. Ignatius Apoſtol. epiſtolam ſuſcipiens, licet magnopere admonitus, eam legere cum diſtuliſſet, reſpondit. *Abſit a me vt ego his præſumptionibus contra decorem Sed. Apoſt. implicer, qui nec iuueniliter ago, vt mihi ſubripi valeat, nec ita ſeniliter deliro, ut quod in aliis reprehendere debeo, ipſe committam.* Hoc fine collocutio illa finita eſt: ſed imperialis commotio, licet ſpem fronte ſimularet, augmētum ſuſcepit. Hæc in rebus geſtis Hadr. Anaſtaſius, qui aderat.

Acceſſerunt ad iſta, quod Græca calliditate ex improuiſo conuenti Apoſt. Sed. Legati carentes interprete coacti ſint vti eo tunc vno tantum, qui aderat, interprete Imper. qui vt voluit, & quas voluit Legatis Orientalium ſedium vel Bulgariæ Regi interpretabatur. Eſt de his iuſta querela Anaſtaſii Bibliothecarii, qui aderat, qui in præfatione illa hiſtorica ad VIII. Synodum, iſta ait, poſt multa de Bulgarorum conuerſio- E ne ad fidem per Apoſt. Sedis Legatos, de admirabili ſtudio Regis erga Rom. Eccleſiam. *In tantum autem pietas venerat Principis, & abundabat circa B. Petrum venerationis affectus, ut quadam die, de manu propria, capillos ſuos apprehenderet, & contemplantibus cunctis, ſic Romanis Miſsis tradiderit, dicens, omnes Primates, & cuncti populi Bulgarorum terræ cognoſcant, ab hodierno die me ſeruum fore poſt Deū, B. Petri, & eius Vicarii,* quod sūmæ fidei pignus fuiſſe inter barbaros illos, ſupra dictum eſt, cum de Longobardis eſt actum. Pergit Anaſtaſius dicere Græcos omnē conatum adhibuiſſe, & perſuaſiones, per ſophiſtica argumenta, & per munera, vt eum a Romana Sede auellerent. quod nunquam potuerunt, donec illum deciperent, aſſe-

Marginal notes: Cōtentio inter Græcos, & Latinos vtris ſubeſſe deberēt Bulgari. — Græci ſuo ſubdūt iuri Bulgar. Leg. Sed. Ap. irritāt ſniam Orientalium Patriarch. — Ignatij Patr. excuſatio. — Studiū Regis Bulg. erga R. Eccl. Rex Bulg. ſe ſubdit Apoſtolis, & Papæ.

Inuidia Græcorū, Bulg. tentati a Rō. auelli.

Peculiare Græcis falſare Synodos.

rentes definitum fuiſſe, vt Conſtantinopolitanæ Eccl. ſubijci deberent, hæc pluribus A Anaſtaſius, quæ ſe ſcripſiſſe ait eo conſilio, ne forte proceſſu temporis quidquàm de ſubijcienda Conſtantinopolitanæ diœceſi Bulgarorum terra ſtatutum vel definitum ab vniuerſali, & octaua putaretur Synodo, vel Actionum illius Codici hinc aliquid adijci præſumeretur. Nam familiaris (inquit) eſt illis iſta præſumptio, & ſingularis quodammodo ambitionis indicium; ſiquidem in ſecunda Synodo, contra ſtatuta magnæ Nicenæ Synodi, & Sanctorum Decreta Pręſulum Rom. Alexandrinæ priuilegia ſedis Conſtantinopolitano contulerint Pontifici. Et penes illos reperiantur capitula regularum, quę illi quidem dicunt tertiæ exiſtere Synodi, cum apud Latinos, nec in vetuſtiſsimis inueniant editionibus. In quartæ quoque Synodi, quibuſdam Codicibus, quoddam de priuilegijs CP.leos oſtēdunt capitulum, quod inter Canones eiuſdem Synodi, ab vniuerſa Eccleſia veneratos, nec Latinitas, nec alia lingua ſub cœlo B recipere comprobatur, quodque licet ab Anatolio & Imp. vel fautoribus eorum, poſt omnia geſta Synodi & prolatos Canones in abſentia Romanorum loci ſeruatorum clam depromptum extiterit, mox ibi ipſum ab ijſdem loci ſeruatoribus eſt repulſum, & a Sed. Apoſt. quæ vt eadem Synodus fieret ſola decreuit, ſolaq; ius habuit eos recipiendi, quos Synodica decreta perculerunt, non ſolum non admiſit, verum etiam continuo reſpuit, quodque Anatolius, vel Imper. quia vt firmaretur a Sede Apoſt. cui tunc magnus pręſidebat Leo, impetrare non potuit, in eius poſitū poteſtate confeſſus eſt. Nihilominus & alia oſtendūt regularū numeroſa, & pręſumptuoſa ſatis capitula, priſcæ traditioni pęne vel oīa valde contraria, quę a ſexta Synodo falſo perhibent promulgata, cū ſexta Synodus nullā ꝓtulerit, pręter fidei regulā, ſed quas eius aſſeuerāt regulas, longe poſt ſextā Synodū ab ipſis cōſtat eſſe penes ſe priuatimq; depromptas. C

VI. Syno. canon. nō edidit.

Porro in ſeptimę Synodi codice (quia ſępe contra Canones Conſtantinopoli, & Neophyti Antiſtites prouehuntur, & eo tempore Taraſius ex laicis Patriarcha fuerat ordinatus.) ita epiſtolam beatę recordationis Papę Hadriani exiſtimant tranſcribendam, vt nihil in ea ex his quę ad prędictum Pręſulem vel contra Neophytos idem Sanctiſſimus Pontifex ſcripſerat, vel ſcriptum, vel translatum Gręce reperiatur. Sic igitur ſic Gręci accepta occaſione celebratorum vniuerſalium Conciliorum frequenter egiſse clareſcunt, & nunc minuendo, nunc addendo, nunc mutando, nunc in abſentia ſociorum, nunc in abſcondito angulorum, nunc extra Synodum, nunc poſt Synodum, aſtutia ſua, immo fraude, communibus ſanctionibus abutuntur, & ad ſuos libitus cuncta, quę ſibi viſa fuerint, etiam violenter inflectunt, itaque quidquid in Latino. VIII. Synodi Codice reperitur, ab oī eſt fuco falſitatis extraneū. Quidquid D vero amplius, ſiue de diœceſi Bulgarica, ſiue aliunde in Gręco eiuſdē actionū Synodi Codice forſitan inuenietur, totū eſt mendacii venenis infectum. Denique diſceptatio, quam coram Imperatore Vicariis, & Bulgaribus tantum, ſuper Bulgarorum terra, ſupra fuiſſe ſignificauimus, actam, poſt Synodum conſumatam, Canonesque 20. prolatos, atque ſeptem tantum capitulis terminum fidei depromptum, & omnia hęc in quinque Codicibus ſcripta, ſiue compacta, & omnium ſubſcriptionibus roborata, ſed & ipſos Codices plumbea bulla munitos, atque ſigillatim loci ſeruatoribus traditos Patriarchalibus Sedibus deferendos, effecta eſt. Ne ergo Gręcorum ſueta aſtutia, quin potius doloſitas etiam circa pręſentem Synodum agat, hęc me admonendi cauſa dixiſſe ſufficiat &cęt.

Græci varie corruperūt Cōcilia.

Latina verſio ſincera.

Libelli pęnitentium ſublati, iuſſu Imp.

Alia a Græcis fraus eſt adhibita, poſtquā .n.oēs chirographa ſua fecerāt, & teſtibus E roborata tradiderāt, ſurrexerūt quidā eorū, & Patriar. Ignatio & Imp. Baſilio ſecreto dixerunt, non bene factū fuiſſe, quod Eccleſiā CP.nam per libellorū traditionē, tanta ſubiectione Rom. ſubdi Eccl. permiſerint, ita vt hanc ei tanquam dominæ ancillam tradiderint. Quibus verbis Imper. commotus mandauit vt eiuſmodi libelli Vicarijs Sed. Apoſt. clam ſubriperentur, quos tamē poſtea, inſtantibus Ludou. Imp. legatis reſtituendos curauit, dicens. *Ego quidē ut magiſtrum Eccleſiaſticorum negotiorum Sedē Apoſt. ꝑ meos legatos adii, & ideo veſtrā pſentiā preſtolatus ſū, vt veſtro decreto, et ſolertia Eccl. noſtra remedia ſanitatis reciperet, & nos nō noſtris motib: ſed veſtrę ſen-*

tentiæ

A *tentię pareremus. Ergo Chirographa, quæ a noſtris ſacerdotibus, ac cunctis clericis ſalubriter exegiſtis, recipite, & ſpiritali Patri noſtro ſanctiſsimo Papę repręſentate. Ita ut ſi quis eorum per abrupta uitiorum, uel deuia prauitatum ſolito incedere more tentauerit, quodammodo ab eis refrenetur, & talibus locis ad iuſtitię tramitem reuocetur.* Præclara Oriēt. Imp. cõfeſſio de Eccl Rom.

Quo facto Vicarii gauiſi, libellos acceptos caute nobis, inquit Anaſtaſius, *deferendos tradiderunt, qui & eos Romam detulimus proſpera nauigatione deuecti; cum Miſsi Sed. Apoſt. Anconam petentes, & in Sclauenorum piratas incurrentes omnia amiſerint, ſimul & Codicem Actionum pręſentis Synodi: Verum ego qui Rom. Bibliothecæ curam gerebam, ſtudium habui a Conſtantinopoli mecum ipſius Synodi Codicem deferendi, delatumque ſummo Pontifici repręſentaui. Ac per hoc* Legati in piratas incidunt.

B *factum eſt, ut Sed. Apoſtolica, Deo auctore, Codicem Synodi, per nos ſuſciperet, & libellos ſaluos haberet.* Ex litteris Hadriani Papæ datis anno ſequenti habetur Legatos non ſine magna Imperatoris culpa in tantum incurriſſe diſcrimen, neque ex litteris eius, ſed diuino tantum auxilio eos liberatos.

Sic igitur huiuſmodi periclitatio Legatorum quartum numeratur ſcelus, & immane piaculum, poſt reſtitutionem Patriarchæ Ignatij, & redditam pacem Eccleſiæ Orientis tanto labore partam. Talem vicem rependit ingratiſſimus Imperator Baſilius, in Deum infidelis atque in Sed. Apoſt. ſeruili animo, ac penitus illiberali, ne dixerim inimico. Qua nota ingratitudinis notatur etiam a Græcis hiſtoricis. Ad poſtremum autem, ne quid ad Synodum Octauam hanc ſpectans relinquatur intactum, ſciendum eſt eandem ſanctam Synodum triplices aduerſarios, vbi conſum-

C mata eſt, ſenſiſſe infeſtos, Photianos in primis, & Catholicos duplicis generis, quorum alteri dicerent ſeuere nimis cum lapſis actum eſſe, exigendo ab eis chirographum, & ſeueram nimis pœnitentiam iniungendo; alteri his omnino contrarii qui indignantes aſſererent indulgentem nimis fuiſſe Synodum, recipiendo lapſos Epiſcopos cum honoribus, ac dignitatibus, quas ante lapſum habuerant in Eccleſiæ maximum detrimentum, quod in eam ingredi permiſſi eſſent lapſi, uice Paſtorum. Octaua Synod⁹ triplices nacta aduerſarios.

Inter alios, qui de his conqueſti ſunt, fuit Nicetas ille qui res a Sancto Patriarcha Conſtantinopolitano Ignatio geſtas conſcripſit, vt apparet ex ijſdem eius ſcriptis in fine. ſed vetus contentio iſta fuit in Eccleſia Dei, & vt plurimum vicit pars illa, quæ viſa eſt ad miſericordiam eſſe procliuior. Hactenus de rebus ad Synodum Octauam ſpectantibus, quæ hoc anno cæpta, in ſequentem ſunt propagata. Ex quibus certe ha- Vetus contẽtio in recipiendis ad Eccl. lapſis.

D bes quod vehementer admireris, quorſum aduerſus Romanam Eccleſiam progreſſus ſit Gręcorum furor, haud dico ſchiſmaticorum, ſed orthodoxorum, gloriæ Latinorum inuidentium. Quod ſi ipſorum orthodoxi, & ab Eccleſia Latina beneficiis iugiter affecti, adeo ab Eccleſia Romana auerſi ſunt cogniti, quales in ipſā eſſent futuri ſchiſmatici? Ecce ipſa vera Oecumenica, eademque pura ſincera, atque legitima VIII. Synodus Græcorum orthodoxorum precibus, literis, legationibus a Rom. Pont. petita, rogata, atque tandem obtenta, celebrata, accepta, ſubſcripta, & feliciter, ac fideliter abſoluta, ſed ipſorum (vt intellexiſti) nequitia ſtatim in diſcrimen adducta periclitari cæpit, iam tantum paſſa naufragium, vt ab iiſdem Græcis penitus euanuerit, adeo vt ignorent omnino, etiam quæ vere fuerit Octaua Synodus Oecumenica, cuius loco ſpuriam illam, ſacrilegamque a Photio celebratam octauam, & Oecumenicā nomi- Origo minæ Græcorum. Græci etiā Catholici, nimiū inuidi Latinorum. Legitima Synod. 8. ignorata a gręcis, ſpuria eius loco recepta.

E nent, venerentur, atque, vt quid ſacroſanctum, cuſtodiant, vt videas ex his, quæ ſit ſpes curationis eorum, qui accipiant venenum loco medicamenti, & ipſam medicinam exiſtiment eſſe venenum, vt illis conueniat Propheticum illud oraculum.[a] Veh qui dicitis bonum malū &c. Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris &c. Quibus & dicendum deuijs,[b] interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea. Quæ inquam vera ſit atque legitima VIII. Synodus, & eam vt pote celebratam coram S Ignatio Conſtantinopolitano Patriarcha (quem & iure ſanctum colitis, & nos vobiſcum) cognoſcite, recipite, & cuſtodite; quam vero ſcitis ſub Photio celebratam, falſo Oecumenicam nominatam, reſciſſam, anathemate condemnatam, reijcite.

a Iſ. 5.
b Ier. 6.

Leg Apoſt. a Bulg. redeunt.

Hoc anno legati Apoſt. Sed. Formoſus, & Paulus Epiſcopi miſſi ad Bulgarorum conuerſionem Romam reuerſi ſunt, & cum ijs legatio ab eorum Rege miſſa cum litteris, & muneribus ad Rom. Pont. petentibus Archiepiſcopum, ſortito Summus Pontifex Syluestrum quendam ſubdiaconum Bulgaris eligẽdum direxit. ex Anaſtaſio, in Hadriano. De rebus Occidentis, quæ pertinent ad hunc annũ, hæc Aimoinus [c]. *Carolus legatos Hadriani Papę Paulum, & Leonem Epiſcopos ſuſcepit, cum epiſtolis miſſis ſibi, & Pręſulibus, ac Regni primoribus, in his Galliarum partium regionibus conſiſtentibus, in quibus continebatur, vt regnum quondam Lotharii, quod Ludouico Imperatori ſpirituali filio eius, hereditario iure debebatur, & quod ad eum, poſt mortem ipſius Lotharii rediit, uel homines in eo degentes, mortalium nullus inuaderet, nullus commoueret, nullus conaretur inflectere. Quod ſi quis prẹſumeret, non ſolum per ſuę auctoritatis miniſterium infirmaretur, verum etiam vinculis anathematis obligatus, nomine Chriſtianitatis priuatus, cum diabolo omnino locaretur, & ſi quis de Epiſcopis tam nefarię temeritatis auctorem, uel tacendo fugeret, uel non reſiſtendo conſentiret, non iam paſtoris, ſed mercenarii nomine ſe nouerit fore cenſendum, & quia non pertineret ad eum quidquam de ouibus, nec pertineret ad eum conſequenter de paſtoralibus dignitatibus. Cum quibus Epiſcopus, & Nuncius Ludouici Imp. venit, de his nihilominus ſatagens.* Quas vero per legatos allatas tradit, præter illas ad Carolum Reges datas, nobis incognitas, reliquas, vna cũ alijs habes in Annalibus deſcriptas. [b]

Papa ſortito dat Bulg. eligẽdũ Epiſcopũ.

a li. 5. c. 24

Interdicit Papa Reg. Fr. ne inuadat alienũ Regnum.

b Pariſijs miſit Faber.

Hos autem legatos haud honorifice a Carolo fuiſſe ſuſceptos, ſuis litteris, poſthęc datis, queritur Hadrianus. ſed antequàm hi peruenirent ad Carolum, immo paucos poſt dies quàm ſupracitatæ datę litteræ sũt, idẽ Carolus collecto METENSI CONCILIO Prid. Id. Sept. Ind. 2. decernentibus Epiſcopis Regni Lotharij coronam accepit. Quæ Synodus Prædatoria dici iure meruit, quæ Regnũ abſtulit a legitimo ſucceſſore, & Carolo tyrannice dedit. Extant eius Acta ex Cod. Ant. Aug. in Annalibus. Abſoluto Concilio Carolus ad placandũ Rom. Pont. Hadrianum legatos in vrbem decernit, cum oblationibus ad Baſilicam S. Petri, in quibus erat operimentum auro textum, & duæ coronæ aureæ gemmis ornatæ, pro duobus, quæ poſſidebat, regnis: hæc teſtatur Aimoinus. [c] Porro oblationes has haud putamus ab Hadriano eſſe ſuſceptas, cum de his in litteris poſtea ad Carolum ab ipſo datis nulla ſit mentio, quæ alias præteriri minime conſueuerunt. Sic igitur præter ius, faſque expoliantes Epiſcopi legitima hæreditate Ludouicum Imp. regnũ Lotharii eius fratris tradiderunt Carolo Caluo, quibus merito illud aptatum oraculum Iſaiæ. [d] *Sacerdotes & Prophetæ neſcierunt præ ebrietate.* Veteres Annales a Pithoeo editi, de his hæc habent. *Dum hęc in diuerſis locis gerebantur, Ludouicus Rex apud Ratisbonam Baioariæ ciuitatem graui detinebantur infirmitate, ita vt medici illius ſanitatem poſſe recuperare deſperarent. Quapropter omne aurum, & argentum, quod in theſauris illius inueniri potuit, in diuerſa monaſteriorum loca diſtribuit, & pauperibus erogauit. Vnde & a cęleſti medico, vt ſe ſuaque cõmendauit, vitam promeruit. Carolus vero comperta Ludouici fratris ſui infirmitate Regnum Lotharii inuaſit, & ſecundum libitum ſuum diſpoſuit.*

Prædatoria Synodus Metẽſis.

c li. 6. c. 24

d 28.

Hoc eodem anno ſcripſit Rex Britanniæ Salomon litteras Hadriano Papæ, plane dignas, quæ legantur, ex Argentræo [e] Britannorum hiſtorico. DOMINO AC BEATISSIMO APOST. SED. ROMANAE HADRIANO, SALOMON, BRITANNORVM REX FLEXIS GENIBVS, INCLINATOQVE CAPITE, IN CHRISTO FIDELITER PACIS DIVTVRNITATEM. *Mundi termino appropinquante, ruiniſq; crebreſcentibus cum certa ſigna plurimis manifeſta videantur, Romam vouimus ire cauſa orationis, necnon etiam petitionis noſtrę gratia, quia preterito tempore b. m. predeceſſor veſter Nicolaus Palliũ Epiſcopo Dolenſi Feſtiniano amouit, quod idcirco nobis dare diſtulit, quia nos noſtrum nomini eius prepoſueramus ignoranter, & litteras abſque ſigilli noſtri impreſsione; minus etiam idoneo legato tranſmiſeramus; ſed cum iam totius Britannię voluntatem probare curauimus, omnes abnuerunt, nolentes nos adire orationem Apoſt. Petri, & Pauli, veterumque fidelium, pro eo quod Pagani intrinſecus iniuſte vaſtant omnes terminos noſtrę poteſtatis.*

e li. 2. c. 27

Humilitas & pietas Reg. Britonum.

Pap. vetat Reg. Romam proficiſci ob inſtantem neceſſitatem.

A *ſtatis. Et ideo conſiderans meorum peccaminum grauitatem, & reminiſcens bonitatem Dei, precor omnipotentiam veſtræ dignitatis, vt hoc munuſculum placide conſideret, ſi perſona ſupradictorum Apoſtolorum dignetur aſpicere hanc aureã ſtatuam veſtræ magnitudinis, tam in latitudine quam in altitudine cum lapidibus diuerſi generis, & mulum cum ſella & camo, & freno valentem, & 30. camiſias, & 30. drapas laneas variis coloribus tinctas, cum 30. ceruinis pellibus, & 30 pallia pedalia ad opus domeſticorum veſtrorum, trecentos quoque ſolidos denariorum, quot annis deinceps perſoluendos, quatenus dignitas a prędeceſſoribus veſtris anteceſſoribus noſtris impenſa, nobis, noſtriſque ſucceſſoribus auctoritate veſtra cõfirmetur in ſæcula. Hæc omnia veſtrę dignitati vilia putantes; memẽtote viduæ paupérculæ*[a] *in templo Domini duos denarios offerentis, & interim innoteſcere veſtrę largifluæ almitati per has litteras,* B *per hos geminos nũcios, hoc eſt Herennam Epiſcopum, & Felicem Archidiaconum, ceteroſque fideles noſtros, qui in noſtra ſunt pręſentia, voluimus, quod vnum ædificem monaſterium, quod adhuc in honorem alicuius ſancti non eſt dedicatum. Quo circa ſublimitatem veſtrę dignitatis precamur vt reliquias, quas a vobis, & plurimis iam probatas, (auxiliante Deo) digne poſſidetis, & quibus noſtra inſula melius in Chriſto fauente poſſit illuminari, nobis cum his legatis tranſmittere dignemini.* Ad quem Hadrianus Papa ita reſcripſit.

Statua aurea gẽmata donata Papæ.

Munera data Pap. Rex Britõnũ agnoſcit Regiũ nomen a Sed. Apoſtol.

a Luc. 21.

DILECTISSIMO FILIO AMANTISSIMOQVE SALOMONI REGI BRITONVM CVM OMNIBVS TVIS FIDELIBVS, HADRIANVS, GRATIA DEI PAPA PERENNEM SALVTEM.

Sublimitas veſtrę poteſtatis intelligat nos veraciter per inducias ſeptem dierum a C *Deo poſtulaſſe condignum veſtrę magnificentię reſponſum; tranſactis autem ſeptem diebus, nobisque omnibus Romanis in oratione, & ieiunio perdurantibus, viſum eſt mihi, tribuſque Cardinalibus meis, Spiritu ſancto reuelante, vt de corpore B. Leonis Papæ vobis tranſmitterem, quia grande munus eſt. Igitur notum ſit vobis, fili cariſſime, & omnibus Chriſtianis illic habitantibus, quod nos, cum noſtrorum auctoritate, brachium ſupradicti Leonis Papę ad illum, & adiutorium ad defenſionem veſtrę Religionis caritatiue dirigamus. Pro certo .n. per illum probauimus multa feciſſe miracula, vt fides veſtra magis, ac magis in illo accreſcat. Ipſe eſt ſanctiſsimus Leo, qui per inuidiam Romanorum oculis, linguaq; priuatus gratia Dei cooperante fuit mirabiliter reſtauratus, quatenus ſeptempliciter eis oculis clarius videret, & eadẽ lingua verbum Dei eloquentius prædicaret. Et ideo auctoritas Romana in hoc de Deo præſumit* D *ut a Ligeri fluuio, uſque ad Occidentalem plagam, quos aut ætas, aut ſexus, aut perſona non impedit, tribus vicibus reliquias illius in anno frequẽtent, & inde votum Romam eundi, quoad vixerint, noſtro libitu, & auctoritate adimpleant. Palliũ quoq; quod fratri, & Coepiſcopo noſtro Feſtiniano poſtulaſtis, cum ſuo priuilegio veſtrę dirigimus caritati. Valete in Chriſto fideles Britanniæ habitatores.*

Confirmatur miraculum factũ in Leone Papa.

Cum autem graſſantibus in dies magis per Britanniam Northmannis, Salomon Rex Connoyoni Abbati Redonenſi eiuſque monachis, refugii locum conceſſiſſet in aula ſua iuxta Pelanum ibidem monaſterium in eorum gratia condidit, in honorem Saluatoris, de cuius fundatione extant litteræ hoc anno datæ, quæ ex Argentræo deſcribuntur in Annalibus.

Argẽtræus hiſt. Britã. lib. 2. c. 27.

E

Chriſti Annus	Hadriani Pap.	Ludouici 2. 15.	Impp.
870	3	Baſilii Maced. 4.	Indict. 3.

HOc anno intercurrentibus nuncijs, intentatis a Ludouico Germaniæ Rege minis, Carolus timore perculſus accepit in partem Regni Francorum, quod ſibi

Fratres RR. alienum ſibi diuidunt Regnum.

iniuſte poſt mortem Lotharij vendicauerat, eundem Ludouicum fratrem ſuum. Extant huius diuiſionis acta inter vtrumque confecta, in ſæpe citato Codice Antonij Auguſtini, quæ prolixitatis nimiæ vitandæ cauſa, hic deſcribere prætermittimus. A

Hadrian⁹ p iuſtitia legatis, & litteris agit apud Reges.

Cum autem Hadrianus Papa audiſſet a Carolo Caluo, conniuētia Epiſcoporum penitus vſurpatum Regnum Lotharij prædefuncti, debitum multiplici iure Ludouico Imperatori; Illudque diuiſum cum Ludouico fratre; ad vindicandum audax, & inſolens facinus nouam in Gallias decernit legationem, tam ad ipſum Carolū, quam etiam ad eius Germanum Ludouicum Germaniæ Regem. Qui autem hac functi ſunt legatione, fuerunt tres Epiſcopi, & presbyter vnus Card. S. R. E. quibus tam ad Reges, quam ad Epiſcopos, & Regni Principes litteras dedit, quas in Annalibus deſcriptas habes. In litteris igitur ad Carolum Regem, poſt multa ſic habet. *Igitur vt interim pro paucis gloriam tuam conueniamus; monemus & auctoritate Apoſtolica modis, quibus poſſumus, ſpiritaliter ſuademus, paternoque affectu pręcipimus, vt iam tertio monitus, te ab inuaſione Regni ſpiritalis filii noſtri Chriſtianiſſimi Principis ſubtrahas, & compeſcas, aliena non concupiſcas, & quæ tibi non uis fieri, illi non facias; noli iuſtiſsimis, competentibuſque tibi rebus iniuſte captas tyrannice ſociare, ne & iuſte poſſeſſas amittas, & iniuſte peruaſas (iuſto Dei iudicio) te ambiſſe pœniteat. Nos etenim quoniam ſaluum te conſiſtere cupimus: & vt anima, corporeque felici ſucceſſu polleas anhelamus, niſi ſaltem nunc noſtris aliis ſic ſalubribus parueris monitis, & vt prius inobediens noſtræ ſpiritali cenſuræ conſtiteris, nullo pacto, nulloque prætermittemus ingenio, quo minus Deo iuuante, noſmetipſi partes illas petamus, & quod noſtri eſt miniſterii, penitus peragamus. inde commendatis Legatis ſubdit.* Ipſis enim quæ pagina reticuit, tibi dicenda iniunximus, & ideo quidquid verbo tenus expoſuerint, ſine ſcrupulo prorſus admitte, & vt efficaces ad nos reuerti valeant, omnimodis vigilia. B C

Intermi-natur Regi ſe iturū ī Gallias.

Ad Epiſcopos autem, poſtquam eos grauiter redarguit, hæc addit. *Redite ergo ad vos dilectiſsimi, & vt olim fœdera inter ſeniorem veſtrum, fratresque illius cum iuramentis habita, ſed modo corrupta reformentur, ſine ceſſationibus laborate. Commonete igitur illum iuxta ueſtrum miniſterium, & vt Epiſcopalis in vobis non refrigeſcat caritas, prouidete. Et ſi eum ſaluum conſiſtere uultis, ut regni iura ad ſe non pertinentia deſiſtat inuadere, opportune importune inſiſtite &c.*

Ad Regem Germaniæ Ludouicum, poſtquam eum laudauit, & illi gratias egit, quod alienum Regnum nec cōcupiuit, nec inuaſit, vt eius frater Carolus. hæc habet. *Pro quibus ſcilicet iniquiſsimis actibus, quos idem Carolus, Deo contempto, peregit, & pro iuramentis, quę corrumpere non trepidauit, valde obſtupeſcimus, & miramur, & cæt. Iam vero* (pergit) *ſi idem Rex ab inuaſione illa ceſſauerit, & ſuæ tyrannidi ceſſerit, ecce bene; ſin autem, ſcitote, quia per nos illuc iter veniendo accelerabimus, & uelut in contemptorem Dei, ac Apoſtolicarum monitionum, vltionem debitam inferemus, ne nobis imputetur, ſi ille impunitus remanſerit, & ſi ſe a prauis actibus periuriis ſcilicet, ac concupiſcentiis aliiſque nefandis ſceleribus non correxerit; venturus iudex eum de manibus noſtris requirat, & pro deſidia merito reprehendat. Miramur pręterea gloriam veſtram in pręficiendo Epiſcopo Agrippinę Colonię tam indiſcretè prębuiſſe conſenſum. Cum euidentiſsime ſcires, quod Apoſtolicæ Sed. iudicio atque conſenſu ibidem debuerit ordinari Antiſtes, cuius cenſura nuper fuerat eadem Eccleſia ſuo priuata Rectore. Et quidem, quod poſt iudicium Sed. Apoſt. factū eſt, dure ſuſcepimus; ſed quod tua ſuper hoc deuotio, quā circa nos bēre probaris, omnimodis tacuit, durius ęſtimamus. Pręcipue quia Guntharii dudum Archiepiſcopi cauſam, antequam in locum illius ſubſtitueretur Epiſcopus, nos iterum audituros, & uocem eius admiſſuros fore ſpopondimus. Præfatam quippe ordinationem, nec confirmamus, nec ratam habere decernimus, quouſque ille, qui ordinatus eſt noſtræ exhibeatur pręſentię, & vtraque pars coram nobis diſcuſſa conuentus Synodalis perpendatur audientia.* D E

Cōminatur Regi excem.

Non

A Non igitur,quod dixit Regino Chron. an. 869. Guntharius mortuus eſt in Italia,
eodem tempore,quo Lotharius Rex,qui adhuc viuens hoc anno probatur. Alias rur-
ſus litteras Hadrianus ad Epiſcopos in regno Caroli conſtitutos ſcripſiſſe reperitur,
quos graui comminatione exagitauit,illud inculcans,vt ſi Carolus Sedi Apoſt. obtē-
perare recuſaret; Ipſi ſe ab eius communione ſeiungerent, ſi vellent,cum Apoſt.Sede
communicare,alioqui vt indignos reſpuēdos. Hæc & alia Pontifex,quæ in redditis ad
eum Hincmari litteris reperiūtur,quas amaro animo ſcripſit,vt proxime videbis. Ab-
paret enim quod qui reſiſtendi Regi,immo Tyranno, ſacerdotali conſtantia caruere,
vt canes,rictus & latratus , denteſq; in corripientem eos & prouocantem in lupum,
Paſtorem primarium conuertere. nullus inter eos Ieremias [a] ad quem a Domino
B *Conſtitui te ſuper Reges, & Principes*,& nullus Ioannes Baptiſta [b] qui vitæ diſpen- a Ier.1.
dio arguebat Herodem. Nullus prorſus,qui diceret Carolo non licet tibi alienam in- b Mat.14.
uadere hæreditatem,quod nec humanæ, nec diuinæ leges fieri ſinunt. Non licet tibi
contra abſte factam,atque iuratam Regnorum diuiſionem præſumere quidquam,nec
abſque ſacrilegij reatu conceſſum. Iura ipſa Regum Francorum,antiquitus inuiola-
biliter conſeruata,in te conclamant, Populumque tuum æque declamant, Regnum
Francorum non ex electione,ſed ex ſucceſſione deberi, quod ex Sancti Gregorij te-
ſtificatione ijdem Principes in ſacris ſæpe ſunt profeſſi comitijs , immo ipſe Carolus
Caluus in libello declamatorio contra Guenilonem Archiepiſcopum Senonenſem,
ipſo eius exordio , id ex S.Gregorio prædicat, & magna ingerit auctoritate, nempe
Regnum Francorum ex ſucceſſione nō ex electione deberi,vt plane ex verbis ſuis cō-
C uincatur Tyrannus eſſe Carolus,dum aliena inuaſit illicite,quod & ſi licuiſſet,nec ta- Regnū Fr.
men ita abſque magno Conſilio,atque deliberatione agendum fuiſſet, ſecundum ſen- per ſucceſ
tentiam illam eiuſdem Magni Gregorij ad Childebertum [c] Fr. Regē,ita ſuis litteris ſionē, non
inculcatam , tunc enim verè Regi Regum , ideſt omnipotenti Domino placebit am- per electio
plius, ſi poteſtatem ſuam reſtringens , minus ſibi licere crediderit , quàm poteſt. Et nem.
quoad Theodoricum, [d] & Theodobertum Francorum Reges , ſic idem Sanctiſſimus c li.5.ep.6.
Pater inculcat, SVMMVM (inquiens) IN REGIBVS BONVM EST IVSTI- d lib.7.ep.
TIAM COLERE,AC SVA CVIQVE IVRA SERVARE, & qđ ad Brunichil 120.
dem Reginam,SI VVLTIS (inquit) NIHIL INIVSTE PERDERE,SVMMO- e lib.9.ep.
PERE STVDETE DE INIVSTITIA NIHIL HABERE,Et rurſum cum ſcri- 57.
ptum ſit [f] IVSTITIA ELEVAT GENTEM, MISEROS AVTEM FACIT f Ier.16.
D PECCATVM, tunc Regnum ſtabiliri creditur,cum culpa,quæ cognoſcitur, citius
emendatur. Præterierunt iſta doctos Epiſcopos,perijt tunc planè lex a ſacerdote,Cō-
ſilium a ſapiente,& ſermo a Propheta. Vbi tu Hincmare qui cęteris ſcientia præſtare
putabaris,vt homines bruta animalia antecedunt. Paſſus anginam Demoſthenis, ad-
uerſus Regem elinguis,in Summum Pontificem,qui corripuit eum,ſtylum acuens,ad
eum ea ſcripſiſti , quæ Politici huius temporis manus tuarum exoſculantes in ſuo de- Hincmari
ſcripſere libello de iuribus,& prærogatiuis Regum ac Regni Franciæ, tempore belli furētis ep.
ciuilis,haud pridem conſcripto,cui iſta præmittunt. Quid conſilij cœperint proceres ad Hadr.
Franciæ:cum Hadrianus Carolo Caluo Regi ſub excommunicationis pœna præce- Pap.
piſſet,vt Regnum Lotharij Ludouico eius filio poſſidendum relinqueret , apparet ex
Hincmari epiſt.reſponſoria,quam habes deſcriptum in Annalibus. In ea verſutus ho
E mo Hincmarus quaſi ex ore alieno multa profert , quæ ſponte aſſerere tam abſurda
auſus non eſſet. Sed vtique pœna dignus,qui alterutro modo delinquit, vel dum ſua,
quæ eſſent, alijs tribuit,vel ſi aliena eſſent,ab alijs male aſſerta atque furore deprom-
pta , non redarguit,vt muneris fuerat, ſed ſcripſit ea , vtpote inter omnes primatem Hincmarꝰ
agens,tanquam ſapientium dicta,ſic plane ſe ea probaſſe ſignificans,in quibus quotu- multiplici
pliciter ſit peccatum quilibet prudens,ac pius intelligit,vt non ſit opus hic ſingula de- ter pecca-
monſtrare. Sed quod(vt dictum eſt) eadem Hincmari epiſtola ſit a Politicis in argu- uit.
mentum aſſumpta,& in auctoritatem adducta , ad ſuos ipſorum confirmandos erro-
res,patere Lector,vt vel curſim eam relegens,errores, qui in ipſa ſunt, ex ipſo Anna-
lium Auctore ſignatos,damnatoſque relinquam.

Cõutatio cauillationum Hincmari adu. Ro. Pont.

Hadr. P. potuit vlciſci inobedientiã Regum.

a 2. Cor. 10

Quod autem durum admodum & aſperum, atque inuſitatum aſſeruere, quod ſcripſerit ad Hincmarum Hadrianus, vt ſe a Rege ſeparet, qui non pareat Apoſtolicę Sedis iuſſis. Primum videndum, ſi hoc facere potuit, vel debuit Hadrianus de Rege, præcipere, vt exors eſſet Catholicæ Communionis. Certe quidem in nullo perniciosius vult aſſurgere Apoſtolus vltores Epos quã cum per inobediẽtiam, qđ iubetur, impleri contẽnitur. Nã ad Corinth [a] IN PROMPTV (inquit) HABENTES VLCISCI OMNEM INOBEDIENTIAM. Cũ tñ in his Hadr. haud fuerit velox, qui triplici admonitione, atque triplici legatione, antea ipſum Carolum Regem præmonuit. Sed & quod debuit facere, vtique potuit. Nullus, puto Catholicus id reuocet in controuerſiam an in Reges ius dicere poſſit Pontifex, niſi qui inter Chriſti oues non numerandos eſſe Principes amens dixerit: Quod ſi Principes ijdem ſint Chriſti oues, de ijs dictum Petro, vt de cęteris, Paſce oues meas. At non paſcere conuincitur, qui morboſam ouem ab alijs, cum ſit opus, non ſegreget, ad ſalutem. Sed dices. Quod ſi potuit non tamen adhuc debuit. Immo neceſſitas multiplex id ab ipſo, inuito licet, extorſit, ſiquidem vrgebat Ludouicus Imperator legitimus hæres Lotharij Fratris, cuius Regnum Carolus inuaſiſſet. Exigebat hoc ipſum ab eo ignauia illorum Epiſcoporum; qui in Caroli erant Regno, quorum cum munus eſſet rogare, monere, præcipere, & redarguere Regem inuaſorem publicè peccantem, tantum abeſt vt iſta præſtiterint, vt etiam ad ruinam properantem calcaribus agitarint. At cum omnes defecerint vt ab interitu reuocarent præcipitem Regem, non ne debuit ex aduerſo conſurgere Hadrianus, vt ipſi eſſet ſaluti, dum ne peccaret, eſſet impedimento: Quod ſi fecit, quod facere potuit, atque debuit. Quid queſti ſunt de eodem Pontifice dicentes nũquam huiuſmodi præceptionem vlli prædeceſſorum Rhemenſium Antiſtitum, ab aliquo Romanorum Pontificum eſſe miſſam, aduerſus Francorum Reges? Sed non vni Rhemenſis Eccleſiæ Præſuli tantum, verum omnibus Galliarum Epiſcopis, nec aduerſus legitimos Reges, ſed aduerſus Tyrannos, ſiue Gallias, ſiue Britanniam inuadentes, id ſæpe factum, quæ ſunt ſuperius dicta declarant. At certè ea ex parte qua alienum regnum inuadit Carolus, non legitimus Rex, ſed verè Tyrannus (vt eum ſæpe ſuis litteris Hadrianus appellat) dicendus fuit. At ſi non omnes Tyrannos, hæreticos, ſiue ſchiſmaticos Imperatores ſuperius nominatos perculerunt Rom. Pontifices anathemate, & litteras conſcripſere, vt omnes eorum communicationem vitarent; id facere opus tum fuit, quia ſponte id agerent Orthodoxi omnes Epiſcopi. Quis enim inuentus Orthodoxorum qui communicaret cum Conſtantio, vel Iuliano, vel alio manifeſto hæretico Imperatore? Quod ſi non omnes rei Principes, quot tamen Imperatores a Romanis Pontificibus ſunt ſententia excommunicationis affecti (cum ius ab eis exegit) deque his non ad vnum Rhemenſem Epiſcopum, ſed ad omnes vbiq; terrarum conſtitutas Eccleſias litteræ Apoſtolicæ datę ſunt? At quam perperam (vt aiũt) ex ſæcularibus libris depromptam ſententiam vſurpare ſunt auſi Epiſcopi illi, immo Hincmarus ipſorum nomine, qua dicitur, Omne regnum bellis quæritur, victorijs propagatur, & non Apoſtolicis, vel Epiſcoporum excommunicationibus continetur. Oblitus Hincmarus (ſe furor dementat hominem, vt ob oculos poſita non conſideret) ipſum Romanum Imperium non niſi excommunicatione hæreticorum Imperatorũ Orientalium, opera Romanorum Pontificum eſſe tranſlatũ in Francos, & apud eos, eorundem interceſſione Pontificum propagatum in hanc diem ad poſteros, immo ipſum Regnum Francorum, non niſi miniſterio Romani Pontificis e familia Clodouei trãslatum in Carolinos, cuius germen idem eſſet Carolus Caluus filius Ludouici, cognomento Pij, filij Caroli Magni. Videant igitur quomodo cuncta ſic tribuant armis, vt nihil deferant Pontificiæ dignitati, atque ingrati, ſicut vides, Epiſcopi, & ſic ordinis contemptores.

Reges oues sũt, ut reliqui ergo paſcendi.

Et quid illud? quod Dominus Apoſtolicus Rex, & Epiſcopus eſſe non poteſt? vt Anteceſſores ordinem Eccleſiaſticum, & non Rempublicam gubernarunt, non præcipiat habere Regem, qui &c.

Quid hoc? niſi liceat Regibus impunè quod volunt, contra Dei legem agere, nullo

A ſacerdote exiſtente vindice regalium delictorum? ſi hoc dicitis, nec in Eccleſia eſtis: ſi conceditis, Reges, ratione ſaltem delicti, ſubijci ſacerdotibus, quid nugamini dicentes? non Reipublicæ curam, ſed ordinis Eccleſiaſtici adminiſtrationem ſpectare ad Romanum Pontificem, quaſi Tyrannum, hæreticum, ſchiſmaticum non poſſit ipſe Eccleſiaſtica cenſura notare, & ſi opus ſit ab Eccleſia pellere?

Illud inſuper, quam præter rem? ſi aliquis Epiſcopus aliquem Chriſtianum contra legem excommunicat, ſibi poteſtatem ligandi tollit: ergo è contrario (ſubijcio ego) ſi ſecundum legem excommunicat, benefacit; at quid tam ſecundum naturale, diuinum, atque humanum ius eſſe poteſt, quàm conſeruare quod ſuum eſt vnicuique. Ius vetus Francorum ſtatuit, quod vſus pariter confirmauit, ex ſucceſſione deberi regnum, cui ſi religionem adijcias ſacramenti, quid hoc poſſit inueniri ſtabilius, atque conſtantius, vt non niſi Tyrannus debeat conclamari, qui diuinū ſimul cum humano, ius impugnet, atque conculcet: ſed vbi inuenitur, vt iniuſte agens Epiſcopus mox iudiciali poteſtate nudetur? B

Quod inſuper pacis perturbatorem Hadrianum Pontificem dicant; conuertant, ſi audent, tandem in Redemptorem calumniam, quod non venit, pacem mittere, ſed gladium, & quod non pacem quam mundus dat è cœlo deſcendens in terram ſecum tulerit, ſed illā, qua filios iræ, & inimicos, reddit filios Dei; ſecundum quam Hadrianus legationes miſit, litteras ſcripſit, vt pacem haberent, atque Deo conciliarentur, qui ex rapina alienorum bonorum eſſent redditi inimici.

Ad poſtremum autem, quod ratione carentes, ad minus conuerti, omnem exuant reuerentiam plane factis, ſicut & dictis, cuius ſint ipſi Diſcipuli, Chriſti ne qui ſuis hu-
C militatem atque manſuetudinem; an Diaboli, qui Apoſtaſiam, omnemque ſuperbiam ſuis inſinuet, poteſt intelligi, vt plane Carolo lugubre illud elogium Ieremiæ fuerit occinendum. *Prophetæ*[a] *tui viderunt, tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatē tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent; viderunt tibi aſſumptiones falſas, & eiectiones.* a Thr. 2.

Porro Carolum ægro animo tuliſſe reprehenſionem Pontificis, atque re infecta dimiſiſſe Legatos, teſtatur Aimoinius[b] hoc anno. b lib. 5. c. 26. 27.

Quod rurſum ſpectat ad eandem legationem per Hadrianum Pontificem ad Carolum Caluum miſſam, tradit idem ipſe huius temporis Scriptor Aimoinus per eoſdem Sed. Apoſt. Legatos factum, vt idem Carolus Rex Francorum filium ſuum Carolomannum, quem detinebat in vinculis liberaret; extant adhuc tres eiuſdem Hadriani Papæ de ea re epiſtolæ datæ tum ad ipſum Carolum Regem, tum ad eius Comites, & aliç ad Epiſcopos, ex Codice Treuirenſi, nunc primum in Annalibus deſcriptæ. Si quidem hic eius filius Carolomannus, qui inuitus attonderi, Clericalemque vitam profiteri coactus fuiſſet, reſiliens, a Patre pulſus, beneficijſque priuatus & Epiſcoporum ſententia condemnatus, Sedem appellans Apoſtolicam, his Hadriani litteris, per Legatos eſt liberatus. Tantum autem abeſt vt Carolus Hadriani Papæ litteris ſtatim acquieuerit, vt potius iiſdem fuerit refragatus, ad hoc opus vſus conſueto miniſtro Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, qui ad hæc prouincialem Synodum indixit, commotus in Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum nepotem ſuum, qui pro litteris Apoſtolicis agēs, nullo modo conſentire voluiſſet excommunicationi ab eo cōtra Carolomannum illatæ, quo nomine idem Hincmarus Rhemenſis ad eum increpatorias litteras dedit, quarum meminit Frodoardus. Hoc eodem anno habita eſt SYNODVS, immo graſſatio IN ATTINIACO villa, loco ſub Regno Caroli conſtituto, in qua ipſe Archiepiſcopus Rhemenſis accuſatorem egit aduerſus nepotem ſuum, quem iam antea ipſe conſecrauerat Epiſcopum Laudunenſem, illi infenſus, quod, (vt dictum eſt) iunior Hincmarus aduerſus ipſum iura Sedis Apoſtolicæ attenuare conantem, contraria ſcripta collegiſſet, quibus eiuſdem ſedis iura corroborare niteretur. traxit ad hanc cauſam ſenior Hincmarus Carolum Caluum aduerſus Laudunenſem Hincmarum, quaſi ad Rom. Pōtificem eum accuſaſſet, ad quem abſq; eius licentia aduerſus ipſum ſcripta miſiſſet, contra fidelitatis iuramentum, quod ei

Hadr. P. pro Carolomāno agit apud Patrem.

D / E

dem-

dem Regi, iam antea præſtitiſſet. Hic in itinere ab hoſtibus captus, & ſpoliatus, & ad eandem Synodum ita perductus, tyrannicè tractatus, cum obtuliſſet Synodo libellum, non eſt permiſſus legi, immo nec ſuſcipi, & appellans Sed. Apoſt. aditus ad eam illi eſt negatus: ſic igitur priuatus Epiſcopatu, eijcitur in exilium vbi ferreis eſt detentus in vinculis, & cuſtoditus atque demum (quod omnem ſuperat crudelitatem) vt ſpes omnis ipſi adimeretur in ſedem iterum redeundi, eundem oculis euulſis, eius hoſtes excæcarunt. Hæc omnia coràm plena Synodo, præſente Ioanne Rom. Pontifice, ex eius libello ſunt lecta, vbi ab eodem meruit Pontifice in ſuum thronum, quanuis cœcus, reſtitui. & etiam alijs honoris inſignibus decorari, vt ſuo loco dicetur. A

In Hincm. laud. tyrannice actũ.

Sed (quod non omittendum) præceſſit Synodum hanc alius Epiſcoporum CONCENTVS VVERMERIÆ habitus in quo actum de excommunicatione ab Hincmaro Laudunenſi illata in Northmannum, qui bona Eccleſiaſtica accepiſſet à Carolo Rege in beneficium, cuius cauſſa condemnatus ab eorum iniuſta ſententia idem Laudunenſis appellauit Hadrianum Pontificem, cui nec delatum fuit, reclamante Synodo, id contra Canones fieri, ſed proſequente ipſo litteris apud Rom. Pont. cauſam ſuã & Hadriano Papa pro ipſo reſcribente, & nihil operante, ſed magis odium Regis & Hincmari ſenioris in iuniorem concitante, vt in eum hoc anno dicta Latrocinalis Synodus cogeretur, præbuit occaſionem. B

a 140. b li.3.c.22

Cum interea ad excuſandas, vt ait Pſalmus Dauidicus [a] excuſationes in peccatis, Hincmarus ipſe Rhemenſis aduerſus Laudunenſem prolixam ſcripſit epiſtolã Apologeticam, quam dixeris potius inuectiuam orationem: recitat eam Frodoardus, inſuper & Synodi huius, pro arbitrio, Acta conſcripſit, in quibus & accuſationes in eum probatæ intextæ ſunt, nimirum quod non eſſet ob diens ſuo Metropolitano, quodque ob priuatas iniurias ſuas omnes Laudunenſes excommunicaſſet, & ſacros miniſtros omnes a ſacris miniſterijs, ſacramentorumque exhibitione etiam ſuſpendiſſet. Quod autem appellans Hincmarus Sedem Apoſtolicam auditus non eſſet, commotus eſt vehementer Hadrianus Papa qui iuſſit, ſcribens ad Hincmarum ſeniorem vt Laudunenſem Epiſcopum cum tribus alijs Epiſcopis Romam mitteret. Sed nec in his quidem paruit, ſicut nec obediuit, cum præcepit vt Northmannum bona Eccleſiæ occupantem accepta a Rege in beneficium, niſi redderet, excommunicaret: acceptis autem Hadriani Papæ litteris excuſauit ſe Rhemenſis, reſcribẽs ad Hadrianum, quod non prohibuerit appellationem ad Apoſt. Sedem, & Romam profectionem, ſed & alias nectens friuolas cauſas ad alias accuſationes, quibus impetebatur, Apoſt. Sedis iudiciũ eludendo, vitauit, donec Hadrianus ipſe ex hac vita ſublatus eſt, vindex acerrimus contemptæ Apoſt. Sedis auctoritatis; qui eodem argumento in ipſum Regem pergraues litteras dedit. increpans quod appellantem Laudunenſem ad Apoſtolicã Sedem venire iuſſum retinuiſſet, & alia quibus eum acerrime, vt Tyrãnicè agentem, corripuit, vt patet ex epiſtola Caroli ad eum reddita, cui ſatisfactum ſuperius ex his, quæ ad redarguendam Rhemenſis audaciam dicta ſunt. C D

Hoc eodem anno COLONIÆ SYNODVS EST ACTA Ludouico Rege agente ſex. Kal. Octob. in qua præter complura ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantia pertractata; inſuper ab ijſdem qui conuenerunt Epiſcopis dedicata eſt ibidem Eccleſia S. Petri. hæc pluribus in veteri Francorum Chron. a Pithęo nuper edito.

Eodem ipſo anno applicuerunt in Scotiam Dani ingenti numero, qui obuios quoque pueros & ſenes iugulabant matronas, ſanctimoniales & Virgines ludibrio tradebant, cumque per omnes Regnorum fines tanta immanitas diſſeminata eſſet Ebba Collinghamenſis Cœnobij Abbatiſſa metuens ne & ipſa, cum ſibi ſubiectis Virginibus ludibrio haberetur Paganorum, conuocatis ſororibus ad Capitulum, vniuerſis, extremum virginitatis, & vitę periculũ illis inſtare exponit. Sed ſi ſequi ſe vellent, rationem excogitaſſe perpetuam virginitatem cuſtodiendi; cui cum omnes aſſenſiſſent, illa admirandæ animoſitatis Abbatiſſa palam cunctis ſororibus exemplum caſtitatis præbens arrepta nouacula naſum ſibi cum labro ſuperiori ad dentes vſque præcidens horrẽdum de ſe ſpectaculum aſtantibus præbuit vniuerſis. Quod factum me- E

Admirandũ S. Virgini factũ.

A morabile admirans vniuerſa congregatio, pari animi ardore opere ſecuta eſt. Sequẽti die nequiſſimi Tyranni monaſterium inuadentes conſpectis Virginibus tam enormiter mutilatis, horrore quodam perfuſi, iniecto igne, Monaſterium cum ipſis Sãctis Monialibus concremarunt. Hæc ex antiquioribus Annalibus in lucem prodidit pluribus Matthæus Vueſtmonaſterienſis, qui his ſubijcit diram ſtragem aliorum Monaſteriorum, & Eccleſiarum. Eodem anno, eadem quoque perſecutione vrgente eorundem Danorum ſæuitia S. Eadmundus Angliæ Rex flagellatus, ſagittis confixus, ac demum obtruncatus eſt, ne fidem proderet, quod Barbari exigebant. Paſſus eſt autem cũ Sanctiſſimo Rege Eadmundo, Humbertus Helmhanenſis Antiſtes, qui Regem eundem in Regni faſtigium ſublimauerat, & conſtantia inuicti Regis ad Martyrium animatus, cum ipſo & regni cœleſtis Poſſeſſor effectus. Hic finis rerum Occidentalium B anni huius. Quod ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ; præter illa; quæ ad Octauam Synodum ſpectare viſa ſunt, anno ſuperiori recitata, ne, quę eſſent, vnius Synodi, partitio importuna ſuccideret: hoc eodem anno Metrophanes, inſigni orthodoxia ſpectatus, & cuius ſumma eſt laus in ſingulis Octauæ Synodi actionibus, quique cæteris Orientis Epiſcopis prętare videretur, doctrina atque virtutibus, rogatus a Manuele Patricio, & Tabellariorum Præfecto, vt totius cauſſę Photij res geſtas Hiſtoria breui conſcriberet, annuit libenter, quod & præſtitit diligenter, & ſumma fide, vna Epiſtola cuncta perſtringens, quam nũc primum Latine editam, habes in Annalibus, nos breuitati ſtudentes, omittimus, vt non neceſſariam.

S. Eadmũdi Reg. Martyriũ. Hunberti Epi Martyrium.

Sæpius damnatus Photius non acquieſcit, nec reſipiſcit, quin potius ſe ad maledicta conuertit, ipſam Sacroſanctam Synodum Oecumenicam, a qua iuſtiſſimam ſen-C tentiam damnationis acceperat, Blaſphemijs inceſſens, & de omnibus conquerens; quod ex eius varijs conſtat epiſtolis. Imperator autem, optimo conſilio, obſtinatiſſimum hominem, & pollentem eloquio, a communi Ciuium conſortio longius in exilium ablegat, affinium eius, amicorum, ſectariorum, ſeruorum, alios vexans, alios deportans in exilium. ad huius etiam anni res geſtas pertinet, quod Ignatius Patriarcha auxilio Baſilij Imp. vna cum Legatis Bulgarorum miſit in eam prouinciam, tamquam ad Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diœceſim pertinentem, creatum a ſe Epiſcopum, vna cum alijs Clericis, quem nominatum fuiſſe Theophylactum affirmant, non tamen illum, cuius plura extant ſcriptorum monumenta, qui tribus ab hoc ſæculis claruit.

Cauſę Photianæ vna epiſt. deſcripta a Metrophane.

Photius ablegatur in exiliũ. Ignatius mittit epiſcopũ in Bulgariã.

Quod adhuc inſuper ad res pertinet Orientis, hoc eodem anno Ignatius alium Ba-D ſilij filium, Leonem nomine, Imperatorem coronauit. Curopalates in Baſilio. qui addit tertium Baſilij filium Alexandrum a Patre creatum fuiſſe Cæſarem; quartum vero Stephanum Deo dicatum, mancipatumque diuinis officijs, quatuor vero filias in Monaſterio conſecratas Deo virgines claruiſſe pietate.

4. Imp. filius Deo dicatus. 4. Imp. fil. Virg. Deo ĩ monaſt. cõſacratę.

Eodem anno, quo Leo acceſſit Collega Patri, ac fratri in imperio, Petrus Siculus (vt ipſe de ſe ſcribit in ſæpius citato libello) ad permutandos captiuos functus eſt Legatione in Tybricam regionem ad Manichæos, qui iam Armeniam, & partem minoris Aſiæ occuparant, Chriſtianamque religionem penitus labefactarant, cuius rei occaſione ipſe de eorundem Manichæorum progreſſibus Hiſtoriam ſcripſit, in cuius fine perorans, hæc habet. Tybricam peruenimus Regalis obſequij cauſa, eo miſſi ad permutandos captiuos, &c. Scribit autem librum ad Archiepiſcopum Bulgariæ, cum E accepiſſet eoſdem Manichæos adornare miſſionem in Bulgariam, vt gentem illã ſubuerterent. Rurſum, quod ad res pertinet Orientis, audi, quæ hoc eodem anno de veneranda Dei Genitricis imagine tranſlata Damaſcum ſcribat Arnoldus Abbas Lubecenſis, qui vidit, cum peregrinatus eſt in Palęſtinam, ait enim. Item a Damaſco ad tria millia eſt locus quidam in montibus ſitus, qui Laidaneida dicitur, & a Chriſtianis inhabitatur. Et eſt ibi Eccleſia in rure ſita, & in honore Glorioſæ Virginis dedicata, in qua Moniales Virgines duodecim & Monachi octo aſſidue Deo ſeruiunt & B. Virgini. In qua Eccleſia vidi tabulam lineam, ad menſuram vnius vlnæ longam, latam ad modum dimidiæ vlnæ, retro altare in muro Sanctuarij in feneſtra poſitam, &

Petrus Siculus, qua occaſione ſcribit hiſtoriã de Manichęorum progreſſibus. De imag. Dei Genitricis mirifica.

ferro

Miraculū. ferro laquealiter cancellatim firmatam. In qua tabula effigies B. Virginis aliquando depicta fuit, ſed nunc (quod dictu mirrabile eſt) pictura ſuper lignum eſt incarnata, & oleum odoriferum, ſuper odorem balſami, inceſſanter ab ea manat. De oleo multi Chriſtiani, Sarraceni, & Iudæi de diuerſis languoribus ſæpe liberantur: & nota quod oleum illud nunquam imminuitur, quantumcumque inde accipiatur. Nec prædicta tabula a quoque tangi audetur, videri autem omnibus hominibus conceditur. Oleum vero illud a Chriſtiano religioſè conſeruatur, augmentatur, & cum pro quocumque, cum deuotione & fide ſincera ſumptum fuerit, pro honore S. Virginis, commiſſiſque ſolemnitatibus indubitanter impetrabitur. Ad hūc locum in Aſſumptione, & die glorioſæ Natiuitatis ſuæ omnes Sarraceni illius prouinciæ vna cum Chriſtianis cauſa orandi confluunt, & Sarraceni cęremonialia ſua offerunt, cū maxima deuotione. &c. Fuit autem hoc Incarnationis anno 870. ſed poſtea per multa tempora cæpit oleum ſacrum ex ea manere. Hucuſque Auctor. Atque de rebus Anni huius iam ſatis. A B

Chriſti Annus 871 *Hadriani Pap.* 4 *Ludouici* 2. 16 *Baſilii Maced.* 5 } *Impp.* *Indict.* 4.

HOc anno Ignatius Patriarcha & Baſilius Imp. mittunt Romam ad Hadrianum Pōtificem Theognoſtum Abbatem, petentes, vt quæ in Synodo remanſerant indefinita, definiat, atque etiam poſtulantes, ab eo diſpenſari in his, quæ in Octaua Synodo ſtatuta fuerant, de non recipiendis promotis a Photio, vel qui ſubſcripſiſſent Photij Pſeudoſynodo contra Nicolaum Papam factæ. Extat vtraque epiſtola ad finem. C Octauæ Synodi: extat & eam, quam reſcripſit Hadrianus Papa ad Imp. in qua ſunt nonnulla obſeruanda. Primum detegi verſutiam Imp. qui ſimulat ſe neſcire, quod toto orbe oportuit eſſe decantatum, de captis, & ſpoliatis Sed. Apoſt. Legatis in regionibus eius imperio conſtitutis. *Apocriſanos quoque noſtros* (inquit) *ſuper quorum nihilominus reuerſione ſcripſiſtis licet ſero, poſt multa tamen pericula, depredationes, atque propriarum hominum trucidationem, nudas tandem recepimus, non cuiuslibet hominis fretos auxilio, ſed Dei ſolius præditos adminiculo. Vnde audientes hæc vniuerſi gemunt, & quia iſtam pertulerunt, quæ ſub nullo priorum Principum, quemquā Sed. Apoſt miſſum non pertuliſſe recolant, omnes ſtupefacti mirantur, fitque continui clamoris ab Eccleſia noſtra murmur, quod ita diſpoſitionis veſtræ conſtitutio improuidè prodire potuerit, vt Barbarorum gladios, nullo Imperii veſtri freti præſidio, miſeranter inciderint.* D

Deinde queritur de Ignatio, & de ipſo Imperatore, quia (inquit) fauore veſtro frater, & Coepiſcopus noſter Bulgarorum regioni conſecrare præſumpſit Antiſtitem. Vnde mirati ſumus, & quod a pia intentione veſtra retrouerſi ſitis, admodum obſtupuimus. Verum tamen ſaltem nunc iam dictum Reuerendiſſimum Præſulem ab illius Regionis diſpoſitione, ſalubribus monitis quæſumus coercete, alioquin nec ipſe Canonicam effugit vltionem, nec hi qui Præſulatus, vel alterius officij ſibi nomen illic vſurpant cum excommunicatione qua iam tenentur aſtricti etiam proprij gradus iactura carebunt. Porro de tribus capitulis, ſuper quibus præfato poſtulante Sanctiſſimo Fratre, & Coepiſcopo noſtro Ignatio diuinitus protectum Imperium veſtrum, E nos eſſe deprecatum dignoſcitur, nil poſſumus ab eo, quod iam conſtitutum eſt ordinare diuerſum, vel diſponere, maxime de Photij conſecratione aliquantiſper auerſum, niſi forte, nos quibuſdam ex vtraque parte in præſentia noſtra repertis, ſcire cōtigerit, quæ hucuſque neſcimus, vel diſcere quæcumque ignoramus, &c. Neque enim nobis moris eſt, vt pro libitu proprio paternis ſanctionibus abutamur, quemadmodū quibuſdam, qui apud vos ſumma rerum Eccleſiaſticarum gubernacula moderantes, tunc Synodorum ſtatuta, vel etiam Apoſtolicæ Sed. decreta proferunt, cum vel alios lædere, vel ſe iuuare concupiſcunt, &c. Ad hanc epiſtolam, quæ in margine tunc an-

Papa non diſpenſat pro libitu proprio in paternis ſanctionibus.

notauit

A notauit Anaſtaſius Bibliothecarius, non omittenda ſunt; cur ſcilicet Sedes Apoſtolica eos, qui a Photio damnato, in diuerſis ſunt Eccleſiæ gradibus conſtituti, ſine recuperatione depoſuerit, cum ab Ebbone damnato, ſacratos, & poſt aſtantibus Epiſcopis, depoſitos inſtaurare decreuerit? *Quia, (inquit,) Photius tanquam Neophytus, & adulter, qui & ſcilicet viuentis Eccleſiam inuaſerit, & ab excommunicatis & depoſitis Epiſcopis fuerit ordinatus, nunquam fuerit Epiſcopus, nec hi ab eo manus impoſitionem acceperint. Ebbo autem Rhemenſis Epiſcopus licet poſtea ſit depoſitus, quandoque tamen Epiſcopus fuit, &c.* Hæc Anaſtaſius pluribus. Solutio dubitationis.

Quod autem ſpectat ad victoriam, cuius in ſua epiſtola meminit Hadrianus contra Barbaros obtentam a Baſilio Imp. agit de ea Curopalates, aitque Chryſochirum depopulatorem Imperij coercitum expugnatis nonnullis eius oppidis, totaque Theo- Victoria Imperatoris Orientalis.
B phricæ regione vaſtata, Samoſataque ex improuiſo capta, & Curticio Armenorũ Duce in fidem recepto, alijſque trans Euphratem expugnatis munitionibus, tentata Melitinæ in Armenia, cum expeditione Imperatorem reuerſum Conſtantinopolim, triũphum egiſſe, atque de manu Ignatij victricibus coronis auctum eſſe. Quod autem pertinet ad Bulgarorum cauſſam, de qua iuſtam audiſti querelam Hadriani Pontificis in litteris ad Baſilium Imperatorem, de his ad Hadrianum ſcripſiſſe aliam epiſtolã Ignatium Patriarcham, declarat reſponſio ipſius Hadriani ad eum, ex qua, in Græco Codice Octauæ Synodi inuenta, huc tranſcripſimus. *Scripſiſti* (vt illa tua multa alia omittamus) *vt Presbyteri noſtri e Bulgarorum Regione magno cum dedecore, & contumelia eiicerentur, & Epiſcopi cum non parua ignominia, nulla dignitatis habita ratione inde expellerentur. Et hæc quidem ſcribere auſus es, licet nullum hac de re* De Bulgarorũ cauſa.
C *coram nobis iudicium habitum ſit, neque enim ſuper hoc, vt ius diceremus, fuimus accerſiti ſin autem dixeris priores Conſtantinopolitanæ Diœceſis Presbyteros in prædicta Regione rem ſacram facere prohibuiſſe non inficias imus. Erant enim ex eorum numero, qui cum Photio communicauerant, atque eius ſocii, qui non ſolum, ne ſacerdotũ munus exercerent in prędicta Regione Bulgarorum interdiximus, verum etiam nunc iterum interdicimus. Oportebat igitur, vt rationi congruum erat, cum hæc ſcires, vt nihil tale in Regione Bulgarorum patrares. Id dicimus preterea vos alia multa Sanctorum Patrum ſtatutis contraria permittere. Illud vero præcipue, quod nuper nonnullos Laicos ex tempore Diaconos ordinaſtis, quod quidem & nobis, & antiquis Patribus, quin immo Oecumenicæ etiam Synodo nuper congregatæ aduerſatur; neque ignoratis quod Photii lapſus hinc ortum habuit.* Hactenus ex dicta Hadriani ad Igna-
D tium epiſtola valde amara. Quod ſpectat ad eoſdem Bulgaros Grimoaldus Epiſcopus, qui miſſus fuerat prædicare illis Euangelium rediens Romam, abſque licentia Summi Pontificis ad ſuam excuſationem libellum porrexit, excuſans quod fuiſſet a Græcis expulſus, qui (vt illi mentiebantur) ex lata ſententia in Synodo Oecumenica, ſuam ipſorum aſſererent eam eſſe Diœceſim, atque Prouinciam. Ita plane, vt Anaſtaſius præuidit, atque præmonuit, factum eſt, vt quod accidiſſet poſt Synodum, tumultuaria illa furtiua collatione, tamquam Synodi iudicium Oecumenicæ Græci male vſurparent. Cęterum Grimoaldus licet plura in ſuæ reuerſionis excuſationem, in medium adduxiſſet, culpam tamen vitare non potuit, cum & ea ex parte infamia notatus eſt, quod ex Bulgaria ditiſſimus reuerſus eſſet. Hæc in Vita Hadriani Anaſtaſius.

Inter hæc autem Photius ab exilio litteras ſcribit ad Imperatorem ſuas deplorans Photii plures varij generis litteræ.
E miſerias, vt eum ad commiſerationem inducat, & in primis tragicè deplorat quod libris priuatus fuiſſet, cum autem fruſtra pulſare ſe noſſet animum Imperatoris, aliã viam ingreditur, vt ſcriberet ad Bahanem Patricium, Proconſulem, atque Præpoſitum, virum primarium apud Imperatorem, cuius eſt mentio, & operatio in Octaua Oecumenica Synodo, vtpote qui definienda proponeret, rogaretque Patrum ſententiam. Ad hunc quem ſciebat ſibi occultè amicum, nec vllam ſe iuuandi prætermiſſurũ occaſionem ſcribebat, quæ ſciebat patefacienda Imperatori, & omnibus ordinibus Magiſtratuum, quorum ſe animis per comiſerationem inſinuaret. Rurſum vero homo verſutiſſimus ad omnes Epiſcopos ſuos epiſtolam ſcripſit, in qua miro artificio,

A dum vnum labantem firmiter ſtatuendum proponit, omnes ne fluctuent, confirmare ſtudet. Ita plane ſua incredibili arte, eloquentia, & diligentia effecit vt ſuos omnes Epiſcopos ſedibus ſpoliatos, innumeraque alia mala paſſos, continuerit in officio, licet ipſe exul, & in carcere conſtitutus plurimis miſerijs preſſus. Quod magna admiratione dignum fuit, cum nunquam id alicui acciderit hęreſiarchę, vel ſchiſmatis auctori, qui omnes Orientis Epiſcopi, centum exceptis, ordinatis illis, ſiue a Methodio, ſiue ab Ignatio, nec amore ſedium, in gratiam Imperatorum id expetentium, receſſerint a ſeductore, nec victi potentia veritatis per Concilium etiam Oecumenicum demonſtratæ redierint ad Catholicam veritatem, relicto eo, quo nullus inueniri deterior alius poſſet, pluribus, ac manifeſtioribus criminibus inuolutus, tanta erat illi uis in dicendo, atque ad decipiendum fallacia. ſunt & aliæ plures ad hoc ſpectantes epiſtolæ, & inter alias, vna breuis ad Marcum Siculum mendaciſſima, qua oſtenditur, quo Occidentales omnes ipſe flagraret odio. Accepit eas Annalium auctor Græcas a Lolino Epiſcopo Bellunenſi. B

Photi⁹ cõtinet oẽs ſuos in officio & pꝫuicatia.

Quod ad res Occidentales pertinet, hoc eodem anno Lud. Imper. Romæ coronatus eſt a Papa Rex Francorum, legitimus Lotharij Regis eius Germani defuncti ſucceſſor & vna cum eo ad Lateranenſe Palatium cum pompa equitando coronatus inceſſit. Et exercitu collecto Roma iterum in partes Beneuentanas perrexit. Ex Aimoino. [a] Cum autem Barim ciuitatem, quam (vt ait Leo Oſtienſis) annis 4. obſidione cõſtrinxerat, cępiſſet, Baſilius Imp. ad eum Ioannem Patricium Legatum miſit, cum litteris increpatorijs, quod nomen vſurparet Imperatoris, quem Baſilea appellat. Quibus acceptis Ludouicus ad eundem Baſilium Autprandum Legatum decernit, cui ad eundem Imperatorem grauem ſatis & acrem epiſtolam dedit Apologeticam, nunc primum repertam in Codice hiſtoriæ Longobardorum Beneuentanorum Principũ, ab Eremperto conſcriptam, quę in Annalibus edita planedigna eſt quæ legatur. C

Lud. Imp. coronat. Rex regni Lotharii Fratris.

a lib. 5. c. 28.

In Colũn. Bibliotheca.

Hoc eodem anno celebrata SYNODO DVLIACENSI in Gallia, ab ipſa miſſa eſt Legatio ad Hadrianũ Rom. Pont. qui hac functus eſt Legatione, fuit Actardus Romæ ab Hadriano ordinatus Archiepiſcopus Turonenſis, antea Nannetenſis, hæcque fuit ſecunda Legatio ipſius, nam prima fuit, cum miſſus antea (vt vidimus) vltimo tempore Nicolai Papæ, & ipſo defuncto iam inuento, eſt auditus ab Hadriano. Huius autem decernendæ Legationis, ea præceſſiſſe videtur occaſio, quod Hincmarus Laudun. Epiſcopus Maieſtatis accuſatus, & aliorum criminum reus dãnatus a Synodo, Sedem Apoſt. appellaſſet. Cum etiam Carolum Regem in ſe vehementer commotum, vt placaret) vt ait Aimoinus [b] profeſſionem emiſit fidelitatis, atque obedientiæ ſuo Metropolitano præſtandæ, de ipſo enim hæc ait. *Interea poſt de multis impetitus, precipue autem de inſubiectione, & inobedientia erga ſuum Archiepiſcopum Hincmarus Laudun. Epiſcopus, vt ſe ab impetitis expediret, in Synodo Epiſcoporum decem Prouinciarum, libellum propria manu ſubſcriptum porrexit, hæc continentem.* D

b lib. 5. c. 28.

Ego Hincmarus Eccleſiæ Laudun. Epiſcopus amodo, & deinceps Domino Seniori meo Carolo Regi ſic fidelis & obediens, ſecundum miniſterium meum, ero, ſicut homo ſuo Seniori, & Epiſcopus per rectum, ſuo Regi eſſe debet, ac priuilegio Hincmari Metropolitani Rhemenſis Eccleſiæ, ſecundum ſacros canones, & decreta Sed. Apoſt. ex ſacris Canonibus promulgata, proſcire, & poſſe me obediturum profiteor. Et ſubſcripſit: hucuſque Aimoinus. Facta ſunt hæc in Synodo Duliacenſi in Rhemenſi prouincia congregata, ſed quoniam, nec iſta ſatis fuere ipſi ne damnaretur ab Epiſcopis, hac de cauſa Sedem Apoſt. appellauit, quam ne adiret, tum Rex, tum Epiſcopi, a quibus damnatus fuerat, aliquandiu impedimento fuere. Quæ cum Hadrianus audiſſet, cum Rege & Epiſcopis ſtudioſè litteris egit, vt ſineretur Romam ſe conferre, qua etiam pendente cauſa (vt dictum eſt) idem Rex Carolus Legatum Romam miſit Actardum ad Hadrianum Pontif. per quem Synodus ſcripſit ad eundem Hadrianum, qui & ad eos reſcripſit litteras, quarum argumentum, cum ipſæ integræ non extent, colligitur ex ijs, quas ſcripſit ad Carolum Regem. Primum, quod in illis ſuis litteris non- E

Iuramentum Hincmarũ Laudun.

nihil

A nihil exulceraſſet Carolum Regem, eundem modo his lenire ſtudeat, & qui vlceribus vini acrimoniam ad abſtergendam putredinem adhibuiſſet, modo olei lenitate eandem palpando curaret, ne exiſtimari poſſet odij, atque inimicitiarum intuitu ea ſcripſiſſe, quæ ſcripſit. Sed potius paterno amore continere filium ſub iuſtitiæ diſciplina voluiſſe. Subijcit de ordinatione Legati, quem miſerat Actardi, in Archiepiſcopum Turonenſem. Secreto deinde poſt obitum Ludouic. Imper. ipſi pollicetur imperium, his verbis. I*gitur integra fide & ſincera mente, deuotaque voluntate, vt ſermo ſit ſecretior, & litteræ clandeſtinę, nullique niſi fidiſsimis publicandæ, vobis confitemur deuouendo, & noteſcimus affirmando, ſalua fidelitate Imperatoris noſtri, quia ſi ſuperſtes ei fuerit veſtra nobilitas, vita nobis comite, ſi dederit nobis quislibet multorum modiorum cumulum, numquam acquieſcemus, expoſcemus, aut ſponte ſuſcipiemus alium in Regnum, & Imperium Romanum, niſi te ipſum, &c.* B

Atque demum agit de cauſa Hincmari Laudun. Epiſcopi iam cōdemnati, & Sedem Apoſt. appellantis iuſte proſequenda Romæ, quo ipſe venire debeat.

Scripſit idem Hadrianus ad Hincmarum Rhemenſem Archiepiſcopum de eadē cauſa Hincmari Laudun. qui de ipſo ad eundem Pontif. litteras dederat, cui etiam procurationem eiuſdem Eccleſiæ Laudun. committit, donec ipſa Hincmari cauſa fuerit penitus abſoluta, ſed & ad eundem Carolum, eodem argumento. Ceterum longè abfuit vt dimitteretur Laudun. Hincmarus venire Romam, qui hoc tempore querelarum libellum obtulit per clericum ſuum, Hincmaro Rhemenſi, cum interea ſe ſubduxiſſet a Synodo a qua damnatus eſt. Habetur ipſe intextus in epiſt. ab ipſo C Hincmaro Rhemenſi aduerſus eum data, de qua ſuperius. Porro antequam libellum ponat, his verbis eum ita compellat. *Tu ante hanc definitionem contra ſacros Canones, & ſine vlla neceſsitate vel ratione fuga lapſus regularem definitionem expectare contempſiſti.* Itemque poſt aliqua, *de Canonibus, & electorum iudicio, vt prædixi, cautè, & inhoneſtè fuga lapſus abſcedens pictacium irrationabiliter confectum, & manu tua ſubſcriptum ac præfatę profeſsioni vſquequaque contrarium per Ermenoldum Diaconum tuum, Sexto Non. Iulii tertia, indictione, mihi miſiſti.* In eo, poſt querelas, ſubdit. *Vnde vos nūc pro amore Dei oīpotentis, & reuerentia S. Petri expoſco, ſicut in eadem Synodo, & in eodem Attiniaco Palatio a vobis conuocata, quod impetrare non valui, expoſtulaui. Ac ēt per integrum efflagitaui annū, & præ*D *cipue in Synodo apud Vuermeriæ Palatium olim habita, obſecrando declamaui. Et nunc quoque obſecro, & idem declamo, vt & hactenus egi, quod veſtra Archiepiſcopali auctoritate apud Domini noſtri Regis glorioſiſtimi Caroli clementiam obtineatis, quatenus Domini, & vniuerſalis Papæ præceptis, ac inſtitutionibus Eccleſiaſticis, mihi (vt omnibus expedit) velut ei, qui de omni Eccleſia fas habet iudicandi, liceat obedire, videlicet vt ad limina Apoſtolorum Petri ſcilicet, & Pauli merear, vt deuoui; & ab eodem inſuper vocatus ſum, penetrare. Alioquin me vobis ab hinc vt Archiepiſcopo Epiſcopus obtemperare debet, canonicè ſciatis obſequi non poſſe. Quia vt decernit B. Papa Gelaſius, neſciunt quid loquuntur, qui decretis S. R. E. Præſulū quaſi Canones opponunt, quibus contraire, cōtra Canones eſt ipſos ſe erigere, &c.*

Apud Frod. hiſt. Rhem. lib. 3. c. 21.

Papa de omni eccl. iudicat.

At hæc, Rhemenſis Hincmarus, cuncta pro arbitrio voluens, non modo non audiuit, ſed redarguit, vt qui omnia ſubterfugij cauſa ingereret, pro vt ipſe eadem pluE ribus inculcat epiſtola.

Plane conſtat (quod ſæpe ſuperius dictum eſt) ſtetiſſe ipſum Laudun. aduerſus Rhemenſem, pro cuſtodia S. R. E. Pontificiorum decretorum quorum contemptorē & præuaricatorem fuiſſe ipſum Hincmarum ſeniorem ſæpe redarguit, atque ſcriptis pariter declamauit, qui tantam ſibi inuri notam dolens eadem epiſtola in ipſum & ad ipſum ſcripta, ſic habet. Poſt alia multa, *ſuper dolorem vulnerum eorum addens*, dicis, (*ſicut in ſcriptis tuis peruerſis inuenio*) *quia Apoſtol. Sed. poteſtati derogo. Vnde nemo ſanū ſapiens tibi vnquā credidit, vel credet, quoniā & ipſa ſcripta, quę ad Apoſt. Sedem ſæpe miſi, & illa, quæ tibi reſultanti ſæpe tranſmiſi, te reuincent, & in iſto ſæ-*

Laud. iurium eccl. defenſor Rhem. impugnator.

culo & in futuro iudicio, &c. Et inferius, poſt illatas in eum criminationes, *Ego decretales epiſtolas Sed. Apoſtol. diuerſis temporibus, pro diuerſarum partium conſolatione, ab eiuſdem Sed. Apoſtol. Pontificibus datas, & venerabiliter ſuſcipio, & venerabiliter ſuſcipiendas dico, & ſcribo, & ſacros Sanctorum Conciliorum Canones cum decretis Sed. Apoſt. ex iiſdem ſacris Canonibus promulgatis, & recipiendos, & cuſtodiendos, & ſeruandos, ſicut ſupra oſtendi, profiteor. &c.*

Hincmar. Rhem. cauillator.

Ita quidem verbis captioſis, atque ſcriptis, Hincmarus Rhemenſis, factis autem ſecus. Inter hæc autem dum iſta de cauſa Hincmari tractarentur, nec ipſe veniret, vt debuit, Romam proſecuturus cauſam ſuam apud Apoſtol. Sed. quam appellauerat: videns Hadrianus eum detineri artibus aduerſariorum, ne ſe conferendi ad vrbem facultatem haberet

Acres litteras Papa ſcribit Carolo 2. Regi.

acriores litteras de his ad Carolum Regem ſcripſit, quibus inter alia eidem Regi precepit vt eundẽ Hincmarum Romã mittat: Rex in deteriorẽ partem interpretatus eam Pont. in præcipiendo Regi dicendi libertatẽ, amariſſimas ad eũ litteras reddidit, quib. integris cũ nos careamus, Annaliũ auctor hoc loco reddidit, q̃ ex eis, a Politico auctore ſunt deſcripta, in libello paucos ante annos edito, de iure Regũ, Regniq; Francorum.

Politici hæretici abuſi litteris Caroli Regis.

Ita plane Politici more ſuo, ſi quæ interdum ab æſtuante ira Rege ſcripta reperiuntur in Romanos Pontifices, eadem tamquam ſelectiſſimas gemmas colligunt, quibus contexunt, vt ſibi videtur, coronam precioſiſſimam Regi, reliquas vero omnes poſt habent, & nullius pretij exiſtimant epiſtolas Regum & Imperatorum Francorum innumeras, quibus ſtudium, pietas, reuerentia, obſequium, omneque demum genus officij erga Apoſtolicam Sedem, ipſoſque Romanos Pontifices, inſinuantur, & ampliſsimis notis expreſſa, perpetuis teſtata monumentis, hactenus integra remanſerunt: cum alioqui, pro vna vel altera illarum, quas (vt ex eis apparet) mens turbata obſtrepens magis, quam loquens, effutijt potius, quam dictauit; ſexcentæ extant animo tranquillo, moderato, pacifico ad pietatem compoſito, atque veritatem æquata mente conſcriptæ, tum ab ipſis Francorum Regibus, & Imperatoribus, tum ab alijs Orthodoxis religionis Chriſtianæ Principibus, ſubmiſſo animo, iuſſa ſemper Sed. Apoſtol. capeſcentibus, eademque pro viribus exoluentibus, vel ſi non poſſent, ſe ſeque modeſtiſſime excuſantibus. At licet iracundia perciti Principis verba conſideranda non ſint, vtpote (quod accidere conſueuit) quod quæ dixerit, mox dixiſſe pœniteat; tamen quod iſta Politici tamquam ſerio dicta, atque veluti regia quadam auctoritate ſancita accipiant, & exſcribant, atque promulgent, tamquam diuinum cœlitus acceptum oraculum, cogimur hic (inquit) merito, auctor Annalium (paucis tamen agendo) quæ ſunt a Carolo ſcripta examinare, an veritate ſubſiſtant, vel potius, vti conflata mendacijs, euaneſcant, quæ nobis, etiam compendijs ſtudentibus, videntur non prætermittenda. Scripſerat Hadrianus mittendum Romam Hincmarum ad Sed. Apoſtol. quam appellauerat, his vſus verbis. *Volumus & auctoritate Apoſtol. iubemus ipſum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum veſtra fretum potentia ad limina ſanctorum, noſtramque venire clementiam.* Ceterum & ſi verba non ſonent hoc præceptum Regi, ſed Hincmaro, tamen bene eſt interpretatus ſibi præceptum, ſecundum ea quæ habet Nicol. Papa epiſt. 27. ad eundem Carolum Regem, & Ludouicum Fratrem eius;

Non eſt nouũ nec inſolitũ Papam Regibus præcipere.

quanam tamen ratione dicere potuit inuſitatum eſſe, & contra morem prædeceſſorum Rom. Pontif. quod ipſe Hadrianus vſurpauerit vt Regi auctoritate Apoſtol. præcipiendum putauerit, cum Reges Francorum (vt ait) non ſint Vicedomini Epiſcoporum? Sed iracundia ipſum reddidit immemorem, cum (vt taceamus alia complura antiquiorum exempla) ipſe proximus (quis credat iſta?) prædeceſſor Hadriani Nicolaus ad ipſummet Carolum ſcribens, inter alia, his in pari cauſa vſus verbis inueniatur. *Tamquam deuoto filio, præcipiendo fidenter, mandamus, vt dictum Rhotaldum veſtro adiutum ſolatio ad nos vſque miſericorditer dirigatis, &cæt.*

Pap præcipit Regib.

Par eſt cauſa cum & iſte Rhotaldus (vt ſuo loco dictum eſt) Sedem Apoſtol. appellaſſet, eadem Papæ iuſſio, eidemque Regi facta, vt Rex curet Epiſcopum reum, appellantem Pontificem Romam mittendum. Et cum ſit eadem præce-

ptio

A ptio Pontificia, illa expreſſior, quod Pontifex expreſſius præcipiat Regi de Rhotaldo, hic autem ſecus, vt ex dictis verbis apparet. Vides igitur quam Rex iſta dicendo ſuarum rerum immemor, declarauit, dum furens dixit iſta, multa quoque alia inania ad rem nullo pacto ſpectantia coaceruans. Idem plane iuſſionis genus habes in alia eiuſdem Nicolai epiſtola de mittendis duobus Epiſcopis ad Metenſe Concilium ad eundem Carolum Regem ſcripta. Cum enim ita litteris datis præciperentur venire Epiſcopi, idem erat ac ſi ipſis Regibus iuberetur, vt eos ſinerent proficiſci, ſecundum aliam eiuſdem Nicolai epiſtolam datam ad eoſdem Carolum, & Ludouicum Reges. Ceterum ſi (vt profitetur Carolus ipſa ſuæ epiſtolæ inſcriptione) filius erat ſpiritualis Summi Pontif. cur quæ ſunt filiorum erga parentes, non perſoluit officia? Eſto nimis auſterus in præcipiendo fuerit Hadrianus, haud tamen adhuc B eius præcepta fuerant contemnenda, nec iurgijs inſectanda. Atquã diuerſa, & plane contraria ab iſto Carolo Caluo, qui iſta dicens, nec capillum in capite habuit rationis, ſenſerit Carolus M. ſapientia, ſcientia, prudentia, pietate, & (vt vno verbo dicam) virtutibus omnibus eundem Carolum quam longiſsimè antecellens, ex eius verbis ſic accipe quæ & ſupra retulimus. IN MEMORIAM (inquit) B. PETRI APOST. HONOREMVS S. R. ET APOST. SEDEM, VT QVÆ NOBIS SACERDOTALIS MATER EST DIGNITATIS ESSE DEBEAT ECCLESIAST. MAGISTRA RATIONIS. QVARE SERVANDA EST CVM MANSVETVDINE HVMILITAS, VT LICET VIX FERENDVM AB ILLA SANCTA SEDE IMPONATVR IVGVM, TAMEN FERAMVS, ET PIA DEVOTIONE TOLEREMVS. hæc magnus ille toto orbe cõ C ſpicuus, ore omnium laudatiſſimus, celeberrimus Carolus, cui duntaxat male precentur ijdem, qui ſupra hæretici, dicti Politici, hoſtes Eccleſiaſticæ poteſtatis. At quid ad iſta deliramenta Hadrianus? ſecundum illud ſymbolum Pythagoricum. Ne fodias ignem gladio, & iuxta ſapientem, [a] Reſponſio mollis frangit iram, ad eundem Regem manſuete reſcripſit, paternè illum monens, & erudiens; & inter cætera. *Igitur* (inquit) *nos in depoſitione illius quandiu viuimus, nullatenus conſentiemus, niſi ad noſtram ipſo ueniente præſentiam, cauſa eius depoſitionis noſtro fuerit examine diligenter inquiſita, atque finita. Quibus nimirum admoniti aliter in præſenti de prædicto Hincmaro, niſi eum Romam vemẽdi uobis mandare diſtulimus &c.* Alia epiſt. nulla temporis nota ſignata, ad eundem Carolum Regem, eum laudat, *quod* (inquit) *præſentem Presbyterum Herlefriðũ poteſtate ſui Præſulis pluſquam Canonica ueritate perculſum, ad Sedem Apoſtolicam, utpote caput omnium Eccleſiarum, uenire paſſi eſtis,* D *bene quidem feciſtis, ſed nunc melius faceretis, ſi quod in ciuili Concilio apud ſuum Epiſcopum perperam geſtum eſt, in prouinciali ſynodo apud uos rationabiliter, et apud fratrem noſtrum Hincmarum Archiepiſcopum caſſaretur*. Hicque finis epiſtolarum Hadriani Pariſijs a Nicolao Fabro miſſarum, quas ſingulas ſuis locis, pro temporum ratione, reddidimus.

a Prouerb.

Res autem Eccleſiæ Anglicanæ dignum exemplum Regis maxime pij Annalibus exhibent. dũ.n. hoc anno Danorũ exercitus vniuerſam Orientalẽ Angliã deuaſtaſſet ad Occidentalẽ conuerſus aduerſantẽ ſibi Aetherledũ Regem inuenit, de quo hæc, inter alia. *erat Rex Aetherledus in tentorio Miſſam audiẽs, ubi cũ ſæpe a ſuis inuitaretur ad certamen ingruentibus hoſtib. conſtanter affirmauit, ſe non receſſurũ priuſquã* E *presbyter Miſſam impleuiſſet. Quę fides Chriſtiani Regis multũ ei profuit illa die, victo ſcilicet aduerſario hoſte potentiſsimo.* Hæc de ipſo. Poſt victos autẽ hoſtes, hoc eodem anno defuncto, ſucceſſit eius Frater Alfredus, qui (vt dictum eſt ſuperius) Romam veniens tempore Leonis Quarti, ab eodem fuerat coronatus, cuius præclaras res geſtas ex antiquis Annalibus Matthæus Vueſtmonaſterienſis eſt proſecutus.

Dani ũaſtant Oriẽtalẽ Angl.

Rex Angl. ob ingrues certamen Miſſã non dimittit.

Chriſti Annus 872 | Hadr. Pap. 2. 5 | Ludouici 2. 17. Baſilii Maced. 6. Impp. | Indict. 5.

a lib. 5. c. 29.

HAdrianus Papa cum ſediſſet annos 4. & menſes decem, & ſeptem, moritur Kalend. Nouembr. Res ab eo geſtæ deſcriptæ ab Anaſtaſio fine carent. Vacauit autem ſedes vſque ad 19. Kalen. Ian. qua die in eius locum ſuffectum fuiſſe Ioannem Archidiaconum Aimoinus [a] huius temporis ſcriptor affirmat. Quo pariter anno Baſilius Imper. offenſus Ludouici Imper. litteris, anno ſuperiori ad eum miſſis, aduerſus illum commotus, ad dolos conuertitur, atque Adelgiſum Ducem Beneuentanum ad defectionem ſolicitat. qui ciuitatibus Ludouico ſubiectis, vt ad Græcos deficerent, perſuaſit. Cum tamen ipſe dolos, quos texebat occultans, ſe ipſi fidelem amicum fingens, venientem ipſum Ludouicum Beneuentum benigne exciperet, & de ipſo prodendo conſilium iniret. Interea Ludouicus pro Capua recuperanda, quam occupauerant Græci, ſolicitus, illuc exercitum ducit, quem vt Ciues placatum redderent, ipſi obuiam, tamquam nuncium pacis, miſerunt corpus S. Germani ipſorum Epiſcopi, cuius occurſu mitior factus, Ciues, expulſis Græcis, recepit in gratiam, & ſic reuerſus eſt Beneuentum. Hæc omnia pluribus Rhegino, & alij temporis huius ſcriptores. Quod autem ad corpus S. Germani ſpectat a Ludouico acceptum, ac retẽtum, ſecum redeuntem in Galliam tranſportatum affirmant.

Baſil. Imper. agit cum Lud. Imp. Adelgiſus D. Beneuent. proditor.

At non hic finis inſidiarum; ſuaſit Adelgiſus Imperatori Beneuentum redeunti exercitum iam fatigatum nimis ad tempus dimittere, quo facto, inito conſilio cum Duce Sarracenorum, quem Imperator Barim cum caperet, per deditionem acceperat, Imperatorem aggredi, vinculis alligare, vel ſi reſiſteret, palatium concremare deliberat. Res accidit ex ſententia, & reſiſtente Ludouico nonnihil, cum iam ad Palatium incendendum Proditores eſſent conuerſi, eò adegerunt Imperatorem, vt ſe ipſum ipſis dederet, a quibus eſt detruſus in carcerem, nec inde exemptus, donec fortiſſimis ſit iuramentis pollicitus ſeruare, quę ipſi pacta firmanda obtulerunt proditores. hæc pluribus Rhegino, Leo Oſtienſis, & alij, diffuſius vero Herembertus huius temporis ſcriptor, qui & hæc, de cauſa, cur iſta fieri permiſerit Deus, addit. Cur autem iam dicto Auguſto ſupradictum opprobrium, Domino permittente Beneuentani inferre quiuerunt de multis duo inferam. Primo quia veniens quodam tempore Romam vt duos Epiſcopos condemnatos ad priſtinam reduceret dignitatem, nẽpe Guntharium, atque Teutgaudum, & nollet ei conſentire Nicolaus Papa, vir Deo plenus, ſecundum antiquum morem ei obuiam venit cum candidato ſacerdotali agmine. At ille ſpreto timore Dei, fuſtibus Clerum cędi fecit, cruces vero, omniaque Sancta miniſteria pedibus calcari, Romaque pene milliarij ſpatio deprædata eſt, Vicariumque B. Petri, quaſi vile mancipium ab officio ſui miniſterij, niſi Dominus reſtitiſſet, priuare voluit: Secundo qnia capta Bari Scodam omnium hominum flagitioſiſſimum non iuxta voluntatem Dñi protinus, vt dignũ erat, crudeliter interfici fecerit, &c. Hęc Herẽpertus obſeruatione quidem digna. Hoc itẽ anno, ſed ante ipſum Hadrianum, ex hac vita migrauit S. Athanaſius Epiſcopus Neapolitanus, ita teſtante Petro Diacono Caſſinenſi, qui hoc item tempore vixit, reſque ab eo præclarè geſtas conſcripſit. Tradit enim ipſum hoc anno deceſsiſſe Idibus Iulij, Indictione quinta, cum a temporibus Nicolai Papæ diram perſecutionem paſſus eſſet à Sergio Nepote ſuo, Magiſtro militum, eodemq; Duce Neapolitano. Cum enim ex hac vita migraſſet ipſius Athanaſij Frater Gregorius, tunc Neapoli ſumma rerum potiens, pręfectura illa deuoluta eſt ad dictum eius filium Sergium, qui commonitorem Patruum non ferens, inſtigante maxime vxore, cuſtodiæ illum tradidit, verum inſtante populo dimiſit, ſed cum pergeret illum vexare Athanaſius in Inſulam dictam

Lud. Imp. a D. Beneuent. proditur Sarracenis.

Cur tantũ probrum permiſerit Deus.

S. Athan. eps Neap. moritur.

Salua-

A Saluatoris ſe recepit. Ad cuius tamen expugnationem nefarius Sergius Neapolitanorum, & Sarracenorum exercitum adduxit. Quibus auditis Imperator, pluribus Nauibus miſſis Sanctum virum ad ſe adduci mandauit, hoſtibus captis, & occiſis. ſicque Sanctus Vir Beneuentum ad Imperatorem delatus, in maxima eſt honorificentia habitus. Sergius vero effracto Gazophylacio Epiſcopi vniuerſum theſaurum Eccleſiæ ſibi vſurpauit, Sacerdotes, & Clericos traxit, fuſtigauit & abraſit. Quæ cum ad Hadriani Papæ notitiam deueniſſent, mandauit per litteras Sergio, Clero, & populo Neapolitano, vt ſuum Pontificem omnino reciperent. Sin autem anathematis vinculo innodarentur. Qui iuſſionem Apoſtolicam, & excommunicationem contempſerunt. Poſt hæc Anaſtaſius Sed. Apoſtol. Bibliothecarius vna cum Cæſario Abbate ex parte Apoſtolici, & Imperatoris Neapolim venientes, eandem ciuitatem anathemate B innodauere. At vir Dei Athanaſius propterea gemens & mœrens curauit ciuitatem ſolui Anathemate, nec multo poſt migrauit in cælum, cuius corpus delatum Caſſinũ & cõditum in Eccleſia Principis Apoſtolorum, iuncta Baſilicæ S. Benedicti, multis fulget miraculis. Hæc ex Petro Diacono, qui rem totam pluribus perſequitur.

Quam autem pulchra facies eſſet Neapolitanæ Eccleſiæ antequam cõtingeret hoc tempore Sergij labefactari Tyrannide, ex eodem Petro Diacono poſſumus intelligegere, qui in eadem de rebus Athan. tractatione, Neapolim, poſt Romam primam eſſe in Italia vrbem affirmat, amœnitate, munitionibus, ſuburbijs, incolentium pietate, & religione, frequentiſſimis Eccleſiis, ijſque antiquitate præſtantibus, virorum, ac fœminarum monaſterijs, & nobili prochotrophio, in quo omnia neceſſaria miniſtrantur. hæc, & alia in commendationem Neapolis Petrus Diaconus. *Neapolis prima poſt Romam.*

C Eodem pariter anno miſſa eſt Legatio honorifica a Baſilio Imp. ad Ludou. Germaniæ Regem cum litteris, & muneribus, & inter cætera, cryſtallo miræ magnitudinis, auro, gemmiſque pretioſis ornato, cum parte non modica ſalutiferæ Crucis; quæ Legatio Ratisbonæ honorificè ſuſcepta, & congrua reſponſione data dimiſſa. ex vet. Annal.

Chriſti Annus	Ioann. Pap. 8.	Ludouici 2. 18 / Baſilii Maced. 7	Impp.
873	1		Indict. 6.

D LVdouicus Imp. Romam venit (inquit Regino) IBIQVE CONVENTVM CELEBRANS coram Summo Pont. multa ſuper Adelgiſi tyrannide conqueſtus eſt. Tunc a Senatu Romanorum idem Adelgiſus tyrannus, atque hoſtis Reip. eſt declaratus, bellum etiam aduerſus eum decretum. Io. Papa Imperatorem à iuramento, quo ſe obligarat, auctoritate Dei, & S. Petri abſoluit, affirmans nihil obeſſe, quod ad mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec Sacramentum eſſe dicendũ quod contra ſalutem Reip. quamuis cum multis execrationibus, fuerit prolatum. His adhortationibus Principis animus ad rediuiua certamina prouocatur; tamen, ne à ſuis periurus diceretur, nequaquam ipſe contra Tyrannum procedit, ſed Reginam cum exercitu dirigit. Adelgiſus certis indicijs colligens bellum aduerſum ſe, ſummis uiriE bus, parari, hoſtemque ac Tyrannum denunciatum eſſe, ſuæ nequitiæ conſcius, metu perterritus, & ſpem vitæ in fuga ponens, in Corſicam Inſulam ſeceſſit, ibique ad tẽpus latuit. hæc Regino, ſed peccans in tempore. Aimoinus [a] tradit Io. Pont. Compatrem Adelgiſi ipſum Ludouico id optanti, reconciliaſſe, idque factum hoc anno. *Adelgiſus d. Beneuẽ. hoſtis publ. declarat. Imp. ſoluit iuramento a Papa.* *a li. 5. c. 30*

Eodem anno idem Pont. petitum pallium miſit ad recens creatum Epiſcopum Colonienſem Vuilibertum, additque has litteras.

Ioan. Papa Vuiliberto Agrippinenſi Epiſcopo. Pallij namque (inquit) vſus, inter cętera tantę virtutis eſt, vt poſtquam collatum fuerit, cui confertur, oẽm de retro actis exceſſibus calumniam adimat, non quod crimina purget, ſed quod tanta debeat eſſe *Pallij dignitas quãta.*

circumſpectio conferentis, vt non niſi his carenti, tantum munus conferre pertentet. A
Vnde imperfectus eſt, cui tantum donum aufertur, nec poteſt eſſe firmus, ſiue perfectus, qui huius ſacri non fuerit adiumenti collatione firmus, & integer. Ac per hoc neminem profecto poterit ſtabilire, vel alicuius dignitatis dono ſtatuere, qui huius religioſi habitus munere defraudatus, ad tantum perfectionis priuilegium peruenire non meruit, &c.

Huius anni Apoſtol. legationis monumentum extat in M. Sc. Cod. Antonij Auguſtini, ſuprafcripto. Anno Incarn. Dominicæ 873. Indict. 5. Idib. Sept. in Placito Generali, apud Gandulphi villam, cum Ludou. ſacramenta ſuperius ſcripta diſrupiſſet, & æquiuoco ſuo itidem Ludou. Imper. ſe coniunxiſſet, & ſacramenta, quæ ſuperius ſcripta ſunt, ferri iuſſiſſet, Engilberga Regina, & Legatis Sed. Apoſt. Formoſo, ſcilicet, & Iaderico præſentibus, hac tempeſtate vrgente, Epiſcopi omnes ex Regno glorioſi Regis Caroli, hanc profeſſionem infraſcriptam fecerunt, & omnes Laici hoc Sacramentum ſimiliter infra ſcriptum fecerunt. B

Profeſſio Epõrũ Regi facta.

Profeſſio Epiſcoporum.

Quantum ſciro, & potuero, adiuuante Domino, cõſilio, & auxilio, ſecundum meum miniſteriũ fidelis vobis adiutor ero, vt Regnum quod nobis Deus donauit, vel donauerit, ad ipſius voluntatem, & S. Eccleſiæ, & debitum honorem Regium veſtrum, fideliumq; noſtrorum ſaluationem continere, habere & obtinere poſsitis.

Laicorum profeſſio Imp. facta

Sacramentum Laicorum. Quantum ſciero, & potuero adiuuante Domino, cõſilio, & auxilio fidelis vobis adiutor ero, vt regnum quod habetis, ad Dei voluntates, & S. Eccleſiæ, & veſtrũ honoré, atque ad veſtram ſaluationem continere poſſitis, & quod Deus vobis adhuc conceſſerit acquirere, contra omnes homines defendere valeatis. C
Porro hæc edita poſtea noui in Annalib. a Pithoeo editis.

a li. 5. c. 28

De huiuſmodi Egilbergæ [a] aduentu ad Ludouicũ, & ceſſione ab eo facta partis regni Lotharij, meminit etiã Aimoinus. [a] In eodem Codice ſubijciebatur DE CONVENTV a Carolo facto apud CARISSIACVM, in quo renouauit capitula omnia antea promulgata aduerſus latrones, & graſſatores, quos & bannitos vocabant. Sunt hæc illa tempora, quibus Carolomannus filius Caroli congregata prædonum manu Gallias infeſtabat, qui ſequenti anno captus a patre (vt dictum eſt) excæcari meruit. Eodem anno Ludouicus Rex Germaniæ CONVENTVM HABVIT EPISCOPORVM AC COMITVM FRANCOFORDIAE, vbi 7. Kalen. Febr. nouum quiddam, & inexpectatum accidit, quo omnes qui aderant ſunt vehementer perturbat; cum ſcilicet Carolum eius filium minimum a malo Dęmone inuadi, & grauiter vexari contigit. & ſatis iuſte, vt eſt in antiquis Annalibus, quod parentem Regem, à Deo ordinatum, decipere voluit illi tendens inſidias. Cum Rex conuerſus ad Ludouicum filium, ait. *Videsne o fili cuius dominio vos mancipatis, tuque fraterque tuus, quando aduerſum me aliquid ſiniſtri machinari cogitatis? Confitere ergo peccata tua, & age pęnitentiam, & Deum humiliter poſtula, vt te relaxet; ego etiam, quantum in me eſt indulgentiam tibi tribuo.* Idem vero Carolus poſt ſedatã vexationem Diaboli, viua voce multis audientibus, retulit, ſe toties aduerſæ poteſtati traditum, quoties contra Regem conſpirationem iuiſſet. Agit de ijſdem Aimoinus. [b] D E

Carolomman. a Patre capti excæcat.

b li. 5. c. 30

Chriſti Annus	Io. Pap. 8.	Ludouici 2. 19. Baſilii Maced. 8. Impp.	Indict.
874	2		7

IOannes Papa, & Ludouicus Imp. Veronam profecti, expectato Ludouico Germaniæ Rege, ſimul colloquium habuerunt, vt eſt in Vet. Ann. a Pithoeo editis. nec tamen, quibus de rebus, vllus prodit.

A *Narratur ibidem viſio facta diuinitus eidem Ludouico Regi, verbis iſtis. Diebus Quadrageſimæ cum negotiis ſecularium rerum diſpoſitis, orationi vacaret, vidit quadam nocte in ſomnis genitorem ſuum Ludouicum Imp. in anguſtiis conſtitutum, qui eum hoc modo latino affatus eſt ſermone. Adiuro te per D. N. I. Chr. vt me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam poſſim habere æternam. Hoc ergo viſu perterritus, epiſtolas per cuncta ſui Regni monaſteria deſtinauit obnixe poſtulans, vt pro anima eius in tormentis poſita, (poſt annos 30. & amplius ab obitu ipſius) ſuis apud Deum precibus interuenirent. Vnde datur intelligi, quod quãuis memoratus Imp. multa laudabilia, et Deo placita feciſſet, plurima tamen legi Dei contraria in Regno ſuo fieri permiſit, ſi enim vt cetera omittam, hæreſi Nicolaitarum firmiter, & viriliter reſtitiſſet, & monita Gabrielis Archangeli, (de quibus ſuperius dictum) quæ Egnihardus Abbas 12. capitulis comprehenſa ei obtulit legenda,* B *obſeruare curaſſet, forſitan talia non pateretur. Sed quia (vt ſcriptum eſt) Deus nullum peccatum remittit impunitum, & iuxta Apoſtolum.* [a] *Non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus digni ſunt morte: merito pœnas luere viſus eſt; qui dũ potuit commiſſorum errata, vel admonitus corrigere noluit. hec auctor ſui temporis rerum ſcriptor.*

Viſio Reg. de Patre purgatoriis pœnis uexata. Lud. Imp. poſt 30. & amplius annos in Purgatorio cruciatur.

a Rom. 1.

Eodem anno cum magnus ex Africa adueniens exercitus Sarracenorum, Salernum, ſub Guaiferio Principe diu obſediſſet, cumque eorum Princeps Eccleſiam quãdam inſediſſet, & ſuper altare, ſtrato parato, omne genus impudicitiæ exerceret; accidit, vt dum illic reluctantem opprimere Virginem conaretur, repente ſacrilegum vltio diuina perculerit, trabe e tecto delapſa ſuper eum, atque adeo diuinitus immiſſa, C quod perpendiculo procul ab altare diſtaret, illæſa penitus Virgine, nequiſſimus extinctus ſit. Hæc apud Herempertũ, in rebus geſtis Lõgobardorũ Principũ Beneuẽtanorũ, ex cuius hiſtoriæ Codice MS. alia ad Eccleſiaſticos annales ſpectantia, magno delectu, auctor Annalium deſcripſit. Salernitani tandem Dei beneficio ab ea longa obſidione ſunt liberati, per Ludouici Imper. exercitum, iiſdem Sarracenis iterum profligatis.

Sacrilegus Sarracen⁹ vt diuinitus ponit. Miraculũ.

Hoc anno, Danis rurſus inuadentibus Angliam Beorredus Rex Merciorum, poſt multa prælia, tandem coactus cedere, Romam venit, vbi moritur, atque ſepelitur in ſchola Anglorum: Regina vero eum ſecuta Ticini moritur: hæc Ingulphus, & alij veteres res Anglorum proſecuti. Commendat pietatem Regis Diploma donationis ab eo factæ tunc Monaſterio Chroyland, ex his, quæ præfatur, & quibus claudit D orationem. Sic enim eius exordio. *Beorredus, largiente Dei gratia, Rex Merciorũ omnibus prouinciis, & populis earum vniuerſam Merciam inhabitantibus, & fidem Catholicam conſeruantibus, ſalutem ſempiternam in D. N. I. Chriſto. Quoniam peccatis noſtris exigentibus manum Domini ſupernos extenſam quotidie cum virga ferrea cernimus noſtris ceruicibus imminere, neceſſarium nobis, & ſalubrę arbitror piis Sanctę Matris Eccleſiæ precibus, eleemoſynarumque liberis largitionibus Dominũ placatum reddere, & dignis deuotionibus eius gratiam in noſtris neceſſitatibus, auxiliariam implorare. Ideo, &c.* Poſt recenſita cuncta, quæ donat, vltimo loco ita ſubſcribit. *Ego Beorredus* Rex *Merciorum intimo affectu animi, totiſque præcordiis gratias exoluo ſpeciales omni exercitui meo, maxime tamen viris Eccleſiaſticis Epiſcopis, & Abbatibus, aliis etiam inferioris ſtatus, & dignitatis, qui licet piiſsimæ me-* E *moriæ* Rex *quondam Etheluolphus Pater meus per ſacratiſsimam chartam ſuam ab omni expeditione militari vos liberos redaiderit, & ab omni ſeruitio ſæculari penitus abſolutos, digniſsima tamen miſeratione ſuper oppreſsiones Chriſtianæ plebis. Eccleſiarumque ac Monaſteriorum deſtructiones luctuoſas benigniſsime compaſsi, contra nefandiſsimos Paganos in exercitum Domini prompti, & ſpontanei conueniſtis, vt tamquam martyres Chriſti cultus, ſanguine veſtro augeatur, & Barbarorum ſuperſtitioſa crudelitas effugeretur,* hæc & alia Rex maxime pius.

Rex Angl. regno profugus Romæ moritur. Diploma Regiæ donationis.

Tunc contigit vt ampliſsimum illud Monaſterium Chroyland ab iiſdem Danis ſiue Nothmanni inuaſum deſtrueretur, necarentur vero Monachi, poſt celebrata

ſacra myſteria, & communione percepta pluribus agit auctor de ſtrage Monachorum, & proculcatione ſacrorum, monaſteriique deſtructione, necatorumque combuſtione. A

Chriſti Annus 875 | Io. Pap. 8. 3 | Ludouici 2. 20. Baſilii Maced. 9. } Impp. Indict. 8.

B

Lud. Imp. elogium.

LVdouicus Imp. Menſe Auguſto, moritur, & Mediolani, in Baſilica S. Ambroſij, ſepelitur, cum epitaphio, ſed præclarius Reginonis elogium. *Fuit* (inquit) *iſte Princeps pius & miſericors, & iuſtitiæ deditus, ſimplicitate purus, Eccleſiarum defenſor, orphanorum, & pupillorum Pater, eleemoſynarum largus largitor, ſeruorum Dei humilis ſeruitor, vt iuſtitia eius maneret in ſæculum ſæculi, & cornu eius exaltaretur in gloria.* Hęc Rhegino.

a lib. 1. c. 6. & lib. 2. c. 12.

De Slauorum conuerſione.

Quæ autem ſub Ludouico Secundo, de conuerſione Slauorum, narrat Helmoldus [a] nullo certo appoſito eius anno, hic in fine ſunt deſcribenda: ſed fortaſſe ipſe dũ Ludouicum Secundum nominat non Imperatorem intelligere voluit, ſed Regem Germaniæ Ludouicum, Caroli Craſſi Fratrem. quidquid ſit de Slauorum conuerſione hæc in Annalibus habentur. *Tradit etiam veterum antiqua relatio, quod temporibus Ludouici Secundi egreſſi fuerint de Corbeia monachi ſanctitate inſignes, qui, Slauorum ſalutem ſitientes, impenderunt ſe ipſos ad ſubeunda pericula, & mortes, pro legatione verbi Dei, peragratiſque multis Slauorum prouinciis peruenerunt ad eos, qui dicuntur Rani, ſiue Rugiani, & habitant in corde maris, vbi fomes eſt erroris, & ſedes idololatriæ. Prędicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia omnem illam inſulam lucrati ſunt, vbi etiam Oratorium fundauerunt in honorem Domini, ac Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & in commemorationem S. Viti, qui eſt Patronus Corbeię. Poſtquam autem permittente Deo, mutatis rebus Rani a fide defecerunt, ſtatim pulſis ſacerdotibus atque Chriſticolis, religionem verterunt in ſuperſtitionem. Nam Sanctum Vitum, quem nos Martyrem ac ſeruum Chriſti confitemur, ipſi pro Deo venerantur, creaturam anteponentes creatori. Nec eſt aliqua barbaries ſub cœlo quę Chriſticolas, & Sacerdotes magis exhorreat, ſolo nomine S. Viti gloriantur, cui etiam templum ac ſimulachrum ampliſſimo cultu dedicauerunt, illi Primatum deitatis ſpecialiter attribuentes. de omnibus quoque Prouinciis Slauorum, illic reſponſa petuntur & ſacrificiorum exhibentur annuæ ſolutiones,* & alia plura narrat ſuperſtitioſa, quæ ait perſeuerare apud eos, vſque ad hodiernum diem. Quibus ſubijcit de conuerſione Slauorum, ſub Othone Magno facta, deque Epiſcopatibus quinque erectis, poſt Magdeburgenſem, deque Epiſcopatu Aldenburgh cui primus Marco eſt datus Epiſcopus, qui populos Obotritorum ad fidem Chriſti conuerſos baptizauit, tẽpore eiuſdem Othonis primi. ſed de his ſuo loco inferius. C D

Slaui S. Vitũ Marty. pro Deo coluerũt.

Cõuerſio Slauorum ſub Othone M.

Cognita Imper. morte Carolus Caluus Galliæ Tyrannus, vt habet Anonymus, rerum ſui temporis ſcriptor, Regnum Italiæ inuadit, & omnes theſauros occupat. Vnde Ludouicus Rex iratus, Carolomannum cum exercitu per Baioariam deſtinat, in Italiam ipſe vero iuncto ſibi filio, eiuſdem ſecum nominis, Ludouico, cum manu valida Regnum Caroli inuadit, vt eum ab Italia reuocet, qui lepore timidior veritus cum Carolomanno, qui Alpium acceſſu difficilia præoccuparat, acie congredi, ad callida conſilia conuertitur, ingentens illi mittens theſauros ad eum placandum, a Patre alienandum, iuranſque ſe de Italica cito exiturum, & Ludouici fratris iudicio illud Regnum diſponendum permiſſurum, ſi ipſe ex eo decederet. Quo il- E

lius

A ſlius promiſſionibus credulo inde abſcedente, Carolus ſpreta iuriſiurandi religione
Romam accurrit, omnemque Senatum, & populum corrumpit, & ad ſe trahit, ita vt
etiam Io: Papa, votis eius annuens, eum Imperatorem coronarit, & Auguſtum appel-
larit ex Anonymo. Interea Germaniæ Rex Ludouicus Gallias ingreſſus omnia va-
ſtans Attiniacum progreditur, vt eſt apud Aimoinum. [a] Cuius inuaſionis occaſione
Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, pro Caroli Regno ſollicitus, ad auertendum hu-
iuſmodi flagellum epiſtolam [b] ſcripſit ad ſibi ſubiectos Epiſcopos, hortans vt con-
fugiant ad arma ſpiritualia orationum, ieiuniorum, & ceterorum bonorum operum,
& vt in fide proprij Regis Caroli Calui licet abſentis, fortiter perſiſtant, nec oues ſuas
deſerant, Regeſque libere de ſuis erratis moneant, & ſi parere nolint, excommuni-
cent, Quod eos poſſe facere multis Sanctorum Patrum exemplis probat. hæc eſt
B ſumma epiſtolæ, plane longiſſimæ. At non inanes fuiſſe preces declararunt euenta.
Nam Ludouicus, vbi Natalem Domini celebrauit Attiniaci vt idem, qui ſupra teſta-
tur Aimoinus, in Germaniam rediit.

Carolus Caluus coronatͅ Romæ Imp.
a li. 5. c. 32.
Lud. Rex Germ. inuadit Regnum Caroli.
b n. 5. īter eius ep. 9. in Cod. Biblioth. Cathedr. ſpirens

Interea vero Engilberga A. viro deſtituta, ingreſſa eſt monaſterium monialium
Brixiæ profitentium, ibique religionis habitum ſumpſit, ad quam Io: Papa epiſtolam
ſcripſit conſolatoriam de obitu Imp. cuius vice Chriſtum ipſum ſponſum per mona-
ſticam profeſſionem accepiſſet, aliam vero, eius cauſa, ad Carolum filium Ludoui-
ci Germaniæ Regis, qui eius theſaurum, quem ſuſtentationis cauſa in eodem mo-
naſterio conſeruaſſet, manu violenta diripuiſſet, monens eum, quod niſi intra ſpatium
ſexaginta dierum reſtituiſſet, excommunicatus exiſteret. Ipſa vero Auguſta ſolicita
valde fuit, vt pro viri anima Io: Papa rogaret Deum, quod Pont. ſe iugiter facere te-
C ſtatur, cum ait. [c] *Quia multum deuotione, & meritis alacritate Dominum ſeniorem
diuæ memoria Ludouicum quondam Chriſianiſſimum Imper. ſpiritalem filium no-
ſtrum dilexi, nullatenus prętermittimus eius memoriam in ſacris orationibus noſtris
apud dominum quotidie facere, & quandiu vixerimus facturos eſſe ſcitote.* & alia
epiſtola. [d]

Engilberga Ludo. Imp. vxor monialis fit Brixiæ.
c ep. 86. Locus corruptus.
d 91.

Defuncto Lud. Imp. mox vt id Io: Pont. accepit, decernit honorificam legationem
ad Carolum Regem Francorum. Delecti ſunt ad hoc quattuor Epiſcopi, nempe Ia-
dericus Velitrenſis, Formoſus Portuenſis, Io: Alatrinus, & Anſegiſus Senonenſis, qui
inuitarent ipſum Regem Romã ad limina Apoſtolorum, vt coronaretur Imperator.
paruit Carolus, Romamque ſe contulit, vbi magna cum gloria ſuſceptus in Baſilica
Sancti Petri Imp. eſt vnctus, & coronatus, & Imp. Romanorum eſt appellatus; ex
D Aimoino. [e]

e li. 5. c. 31

Chriſti Annus.	*Ioan. Pap.* 8.	*Caroli* 2. 1	*Impp.*
876	4	*Baſilii Maced.* 10	*Ind.* 9.

TICINI CONCILIVM celebratur a Ioan. Papa, in quo Imperium
collatum Carolo Caluo Romæ, anno ſuperiore, die Natalis Domini, confir-
matur. De cuius creationis tempore, qui annum inchoant numerare ab Incarnatio-
E ne Domini, vel a die Natiuitatis eiuſdem, coronatum Carolum tradunt Romæ
hoc anno 876. qui vero a præcedentibus Kalen. Ian. fuiſſe factum ſuperiori anno, in
fine ipſius, affirmant, ſed nulla in tempore diſcrepantia eſſe poteſt, cum omnes
id factum tradant die Natalis Domini, Indict. 9. quæ incipit ſuperiori anno menſe
Septembri. Dei beneficio factum eſt, vt eiuſdem Caroli coronationis Acta extent,
ex quibus, in Imperatoribus initiandis, qui ſolerent ritus ſeruari ab ipſis Rom. Pont.
poſſimus addiſcere, & refellatur eorum temeritas, qui dicere auſi ſunt in Imperatorũ
coronationibus nihil præterea, niſi ſolum ſacerdotale in vngendo, & coronando mi-
niſterium exhibere Rom. Pont. conſueuiſſe. Extant, inquam, Acta ipſa coronationis

Acta in creatione Impp.

Caroli ipſius in Imp. recitata in Conc. Ticinenſi hoc anno, ex quibus illi mendacii arguantur, ipſaque prodita ex Petri Pithoei Bibliotheca, & edita cũ veteribus Francorum Annalibus [a], & a Papirio Maſſone in ſuis Annalibus recitata. A

a Poſt An. Fr. a Pith. edit. Pariſ. p. 391.

Papa in creatione Imp.

In Synodo igitur ſuperiori anno Romæ habita, poſt multa a Io: Papa dicta in laudem Caroli M. Ludou. eius filii Impp. & Caroli Calui Lud. filij, ſubdit ipſe Pont. *Vnde nos tantis indiciis diuinitus incumbentibus, luce clarius agnitis, ſuperni ſecreti conſilium manifeſte cognouimus. Et quia pridem Apoſt. memoriæ deceſſori noſtro Papæ Nicolao ad ipſum iam inſpiratione diuina relatum fuiſſe comperimus,* ELEGIMVS MERITO, ET APPROBAVIMVS, *vno cum anniſu & voto omnium fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum, atque aliorum S. R. E. miniſtrorum, ampliſque Senatus, totiuſq; Pop. Rom. gentiſque togatę, & ſecundum priſcam conſuetudinẽ, ſolemniter ad imperii Rom ſceptra proueximus, & Auguſtali nomine decorauimus, vngentes eum oleo extrinſecus, vt interioris quoque Spiritus ſancti vnctionis monſtraremus virtutem & cæt.* Caroli modeſtiam commendat, qui ſe non ingeſſerit &c. hortatur omnes ad vnanimem conſenſum, & cæt. habes lector ex factis ipſis expreſſam, quam tantopere impugnare conati ſunt Nouatores Rom. Pont. auctoritatem, & poteſtatem in creãdis Imperatoribus, vt non nudũ exhibeant miniſterium in ipſis vngendis, & coronandis ſicut facere ſolent Patriarchæ Conſtantinopolitani in coronatione Orientalium Impp. Nam audiſti ex eius verbis ab ipſo Ioanne Papa, diuino inſtinctu, electum Carolum ad Imperium gubernandum, & approbatum, prouectumque ad tam ſublimem dignitatem, & Auguſtali nomine decoratum. ſunt hæc omnia totidem verba eius, quibus ſuum ſignificat miniſterium: poſtea demum vnctum, & coronatum; ſic enim arbitrio Papæ eſt collatum Imperium. ſi res vero iure ſucceſſionis agenda fuiſſet, non Carolus, ſed Ludouicus eius frater maior natu erat præferendus, ſed quod in arbitrio ſit eligentis Pontificis, non iure hęreditario ſuccedentis, excluſus eſt Ludouicus, & electus eſt Carolus. B C

Reſpondent Epiſcopi, & Papæ conſenſum præſtant: ſubdit Papa, poſt aliqua; ſi illis ita videatur, quæ facta erant iterato promulganda, & roborãda, quibus aſſentientibus, & probantibus, Summus Pontifex ſurgens ſententiam protulit dicens. *Piiſsimi, ac Sereniſsimi ſpiritalis filii noſtri Caroli Magni, & Pacifici* Imp. *ad imperialia ſceptra* ELECTIONEM, ET PROMOTIONEM *ante mundi quidem ordinem diuinitus ordinatam, nuper autem ideſt præterita Indict. 9. per miniſterium noſtræ mediocritatis exhibitam, annuente Domino, ex tunc, & nunc & in perpetuum firmam, & ſtabilem decernimus permanſuram.* Reſponderunt omnes placet, placet. D
Inde Papa in aduerſantes anathema intorquet, quo teneantur omni tempore annexi, vſque ad ſatisfactionem, molientes ſubintroducere ſimultates, & diſcordias *ſi Eccleſiaſtici ſint, tamquam ſchiſmatici, vtque a capite diſsidentes omnimodis deponantur: Laici vero & monachi perpetuo anathemate feriantur.* ſubſcripſit ergo Dominus Papa, & cum eo Epiſcopi, qui affuerunt, inde ſecutæ acclamationes, &cæt.

Hucuſque Acta, de quibus Aimoinus, poſt mentionem de coronatione Romæ facta Non. Ian. Carolus Roma exiens Papiam redijt, & placitum ſuum habuit &c. Citantur autem ab Anſelmo Lucenſi de Poteſtate, & Principatu Rom. Eccl. [b] eadem Acta, & ex eis recitatur fragmentum.

b c. 28.

Io. P. nonus Eccleſiaſticæ diſciplinę relaxat.

Haud prædeceſſoris in hoc videtur Io: ſecutus eſſe veſtigia, ſiquidem Hadrianus Papa eundem Carolum inuadentem Regnum Lotharij nepotis defuncti, quod ſpectabat ad eius Germanum Ludou. Imp. iteratis monitionibus, & comminationibus, atque Eccleſiaſticis cenſuris exagitauit. Io: vero eundem Carolum pœna dignum Regnoque priuandum auxit Imperio, neruos (vt apparet) Apoſtolici vigoris dimittens, nulla (quod ſciatur) de commiſſo delicto adhibita ſatisfactione Canonica. Ita plane hæc omnia maleſuada prudentia carnis operata eſſe videtur, dum nimium faueret Carolo, magis, quam Lodouico fratri Ioannes, ab hoc magis, vt propinquiore expectans aduerſus ingruentes Sarracenos auxilium, ſiue alijs cauſis, quæ nos latent; Cum tamen (vt exitus declarauit) Eccleſiæ Rom. inutilem creauerit Imperatorem. ex E

hoc

A hoc tempore male cæptum eſt, vt cum, præter antiquorum morem, non inſiſterent, ita tenaci, firmoque animo ſucceſſores (exceptis ijs, quæ ſpectant ad fidê prædeceſſorum) veſtigijs innumera ex his parta ſint mala. Poſthæc autem, vt etiam ab Epiſcopis Gallicanis eadem omnia firmarentur, PONTIGENENSE IN GALLIIS CONCILIVM eſt celebratum, de quo Aimoinus.

Accerſens Legatos Apoſt. Carolus Imp. Io: Tuſcanenſem, & Io: Arretinum atque Anſegiſum Senonenſem, illorum conſilio, medio futuro menſe Iulij, generalem Synodum auctoritate Apoſtol. & ſanctione ſua apud Pontigonem indixit, quo per Rhemos, & Catalaunos ciuitates peruenit.

Cum conueniſſet Synodus præſente Imp. in veſtitu deaurato, habitu Francico Io: Tuſcanenſis legit litteras Apoſtolicas, in quibus illam de Primatu Anſegiſi Senonen-
B ſis Epiſcopi, vt quoties vtilitas Eccleſiaſtica dictauerit, ſiue in euocanda Synodo, ſiue in aliis negotiis exercendis per Gallias & Germanias Apoſtolica vice fruatur, & Decreta Sed. Apoſt. per ipſum Epiſcopis manifeſta efficiantur: & rurſus, quæ geſta fuerint eius relatione, ſi neceſſe fuerit, Sedi Apoſt. pandant & maiora negotia, & difficiliora quæque ſuggeſtione ipſius a Sed. Apoſt. diſponenda, & enucleanda ſunt, ſequantur. Petentibus aũt Epiſcopis, vt ipſis permitteretur ipſam legere epiſtolam, quibus erat directa, non acquieuit Imp. ſed reſponſum quęſiuit ab eis, quid de his iuſſis Apoſtolicis reſponderent. Quorum reſponſio talis fuit, vt ſeruato ſingulis Metropolitanis iure priuilegij ſecundum ſacros Canones, & iuxta decreta Sed. Rom. Pont. ex ijſdẽ ſacris Canonibus promulgata, Domini Io: Papæ Apoſtolicis iuſſionibus oberent. Et cum Imp. & legati Apoſtolici ſatagerent, vt abſolute Archiepiſcopi reſpon-
C derent ſe obedituros de Primatu Anſegiſi, ſicut Apoſtolicus ſcripſit, aliud, niſi quod prędictum eſt, reſponſum ab eis extorquere non potueruut, excepto quod Prothaſius Burdegalenſis Epiſcopus, quoniam a Burdegala ad Pictauos, indeque ad Biturigum, fauore Principis, contra regulas ſe contulit, per adulationem reſpondit quod Imperatori placere cognouit. Tunc motus Imp. dixit quod Dominus Apoſtolicus ei ſuas vices commiſit in Synodo, & quod ijſdẽ pręcepit, ipſe exequi ſtuderet, & accepit ipsã epiſtolam inſolutam, vna cum Io: Toſcanenſi, & Io: Arretino, & dedit illam Anſegiſo, & iuſſit ſellã plectilem poni ante omnes Epiſcopos Ciſalpini Regni ſui, iuxta Io: Tuſcanenſem, qui ad dexteram illius ſedebat, & pręcepit Anſegiſo, vt ſupergrederetur omnes ante ſe ordinatos, & ſederet in eadem ſella, Rhemonum Archiepiſcopo reclamante, audientibus omnibus hoc factum ſacris regulis obuiare. Imp. autem in
D ſententia ſua permanſit. Et petentibus Epiſcopis, vt liceret eis ſaltem exemplar ſibi de epiſtola directa ſumere, nec vllo modo impetrauere, & ſic ſoluta eſt Synodus in die illa. Secutæ ſunt aliæ ſeptem ſeſſiones, in quarum ſexta lecta eſt epiſtola Apoſtolici de damnatione Formoſi Epiſcopi, Gregorii, & conſentientium eis, de cauſa neſcimus, perſecutionem tamen ipſum paſſum eſſe, quæ inferius dicetur, oſtendent, iterum mota eſt interrogatio de Anſegiſi Primatu, & poſt multas ab Imp. & Leg. Apoſt. contra Epiſcopos querimonias habitas, tantum in nouiſſimo, quantum in principio Synodi, exinde Anſegiſus obtinuit.

Ludouicus Rex Germanię in Frãcofurti palatio moritur 5. Kalen. Septemb. cuius morte audita Carolus Imp. ad inuadendum relictũ filiis ab eo Regnum ingenti comparato exercitu addixit animum, verum Deo vlciſcente a Ludou. filio Ludouici cre-
E bris legationibus pacem rogante, nec obtinente, victus, fugatuſque magna cum ignominia fuit. Quæ omnia Aimoinus eiuſdem ſcriptor temporis ſic narrat.

Tunc ipſe (inquit) ac Comites eius ieiuniis, ac litaniis miſericordiam Domini petierunt, irridentibus eas illis, qui erant, cum Imp. ſed quid inſuper? fide pollens magis quàm copiis militaribus, iuuenis inconceſſa tentat ſecurus de diuina potentia, & certus de eiuſdem protectione iuſtitiæ, præſumit quoque conſcientia ſincera, miracula. Vt enim ipſum aduerſantem Imper. Tyrannum iniuſtitiam omnino proſequi, & Deum perſequi palam oſtendat, horrendum huiuſmodi ab oculos eius ſpectaculum ponit. Decem (idem ſubdit Auctor) homines cum aqua calida, & decem cum ferro

Papa Primatẽ Gall. conſtituit Senon. Archiep.

Formoſi damnatio &c.

Cõſciẽtia ſecura pręſumit miracula.

calido,

calido, & decem cum aqua frigida ad iudicium miſit coram eis, qui cũ illo erant, petentibus omnibus, vt Deus in illo iudicium declararet, ſi per ius & æquum ille habere debeat portionem de Regno, quam Pater ſuus illi dimiſit, ex ea parte, quam cum Carolo fratre ſuo per conſenſionem illius, & per ſacramentum accepit. Qui omnes illæſi reperti ſunt. Iam & paulo ante ad Io: Pont. Rom. idem Ludou. ſcripſerat, expetens de ſuis iuribus iudicium Apoſt. Sed. prout litteræ eiuſdẽ Pont. ad eũ redditæ [a] docent. Quid amplius? cũ nullum prætermiſiſſet officium, quod ad pacem conciliandam conſideraret eſſe proficuum, coactus tandem armis decernere, longe viribus impar, vicit Imperatorem iam ſolum turpi fuga lapſum, cum vxore ſuæ conſulentem ſaluti. In hoc (inquiunt veteres Annales, citari conſueti) *certamine contra Carolum proculdubio cœlitus dimicatum eſt. Nam ſicut captiui inde adducti dicere ſolebant, apparente Ludouico & his, qui cum eo erant, tantus terror omnem Caroli exercitum inuaſit, vt prius ſe victos putarent, quàm ad pugnam venirent, & quod maioris eſt admirationis, equorum latera, quibus inſidebant, calcaribus tundebant, & cruentabant, & illi quaſi ad ſtipitem ligati immobiles permanebãt, armis quoque ſuis pugnabant, ſed paucos vulnerabant, acies enim armorũ, quaſi retuſæ eſſent, neminem penitus lędebant. Hæc Oct. Id. Octob. contra nouellum Senacherib geſta ſunt, vt qui prius propter mentis elationem Deum cognoſcere noluit, modo victus, & confuſius intelligat, quod non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, & aliquando auaritiæ, & ſuperbiæ finem imponat*. hæc ibi. Actiones huius Anni Pontificiæ, Io: epiſtolis ab exordio vſque ad menſem Sept. datis, amiſſis, conſtare non poſſunt; reliquæ, ex reliqui temporis, quæ extant, epiſtolis colligi poſſunt, ſed cum iam Romæ cuſæ habeantur, ex eis aliqua tantum, quæ ad temporis huius hiſtoriam pertinent, temporis ratione ſeruata, Annalibus ſunt inſerenda. Qui dimiſſi fuerunt ab eodem Carolo Imp. Apoſt. Sed. Legati ex Synodo Pontigonenſi Leo, atque Petrus Epiſcopi a Boſone Comite in via, apud Ticinum retenti ſunt, cuius rei gratia idem, qui miſerat eos Papa Io: ad eum ſcribens [b] redarguit, & comminatur niſi eos dimittat; reprehendit [c] & Legatos ipſos, quod minis hominum tenerentur, nam hæc inter alia habet. *Præcepimus vobis auctoritate Dei, ac D. N. I. Chriſti, vt memores antiquorum S. R. E. Legatorum, qui nullis minis, nullis terroribus, nulliſque mortibus a ſuis legationibus diſceſſerunt, præſentialiter, auctoritate huius epiſtolæ, initium ad nos reuertendi facere ſtudeatis. Sed ſi permiſsi fueritis, ſtatim ad nos reuertimini. Si autem aliquis vos impedierit, violentiam, quam patimini, vt cunctis Chriſticolis valeat propalari, nobis continuo reuelare ſtudete, quatenus in eo, quod contra morem gentium Apoſt. Sed. legatio, ecce ſecundo naufragium paſſa eſt, citiſsimum conſilium, confortante nos Domino, præparemus.*

[Margin: a ep. 2. — Leg. Apoſtol. retẽti. — b ep. 7. — c ep. 6. — Redarguit P. qui retineret, & retẽtos.]

Verum Legatos ipſos dimiſſos fuiſſe liberos, perueniſſeque Romam incolumes, aliæ [d] eiuſdem Pont. litteræ docent, quibus pariter redditur manifeſtum ab eodem Imp. Carolo miſſos Romam legatos Anſegiſum Archiepiſcopum Senonenſem, & Aldagarium Auguſtodun. cuius legationis meminit etiam Aimoinus. [e]

Erat autem his diebus Rom. Vrbis, & adiacentium prouinciarum ſtatus infęlix ob Sarracenorum infeſtationem, quam in pluribus hoc anno datis [f] epiſtolis Ioan. Papa deplorat, præcipue cum de his ſcribit ad Carolum 8 Imp. qua non ſolum queritur de Sarracenorum, & de Marchionis infeſtationibus. Sed & ad eius coniugem Rochildem A. eodem pariter argumento ſcripſit [h], cui vt ibi narratur, hanc prouinciam ipſe commiſerat Imp. ſed hæc omnia fruſtra, clade enim recenti adhuc dolens, magis ipſi ſua, quàm aliena vulnera curæ fuerunt. alias enim, ſed fruſtra, de his fuit ad ipſum ſæpe ſcribendum.

Quinam autem fuerint Principes illi Chriſtiani de quibus queritur, ex aliis eius epiſtolis, quibus quos fideles, quos vero infideles Principes ſit expertus, idem Pont. declarat, apparet. Illis enim [i] laudat fidelitatem Guaiferij Principis Salernitani, & eius fratris Pulcharii Præfecti Amalphitani: Deteſtatus vero eſt perfidiam Sergij [k] Ducis Neapolitani, vt Adelgiſi [l] Ducis Beneuentani, hi enim cum Sarracenis fœdus

[Margin: d ep. 9. & 15. — e li. 5. c. 33 — f ep. 1. 6. 7. aliis. — g ep. 21. — Sarracenis iuncti aliqui Principes Chriſtiani. — i epiſt. 3. & 26. — k ep. 5. — l ep. 28.]

A inierunt, a quo vt abſtineat, monet eundem Guaiferium Principem Salernitanum.

His autem pariter perturbationibus factum, vt quod idem Pont. indixerat celebrandum in fine anni Concilium Romæ, non fuerit proſecutus, cuius argumenti ad diuerſos Epiſcopos extant eiuſdem Pont. datæ litteræ.

Hoc eodem anno Anaſtaſius Bibliothecarius [a] Sancti Dionyſij Areopagitæ a S. Methodio ſcriptam, a ſe autem in Latinum translatam vitam miſit ad Carolum Caluum Imp. non extat vita ipſa, ſed tantum nuncupatoria ad ipſum Carolũ data epiſtola, in cuius fine ita ſignat datæ epiſtolæ tempus. Actum menſe Iun. Ind. 9. Anno Pontificatus viri Beatiſſimi Ioan. VIII. Papæ IIII. Imperij vero Domini clementiſſ. Caroli sẽper Auguſti Primo. Sed & Ericus Monachus ſcriptos a ſe libros de vita S. Germani Antiſiodorẽſis ad eundem Carolum iam Imp. creatum mittẽs in epiſt. nnncupatoria ad ipſum data, de diligenti ſtudio eiuſdem Imp. in reparandis iam collapſis ſtudijs B bonarum litterarũ plura eaque præclara prædicat, aſſeritque vndique doctos viros ad Carolum confluere; cum inuidia Græciæ; quæ dolet (inquit) ſua illa priuilegia (quod nunquam hactenus verita eſt) ad climata noſtra transferri. Et (quod mirandum eſt) *Quid Hiberniam memorem?* (inquit) *contempto pelagi diſcrimine pene totã cum grege Philoſophorum, ad littora noſtra migrantem, quorum, quo quiſque perlitior eſt, vltro ſibi indicit exilium, vt Salomoni ſapiẽtiſsimo famuletur ad votum.* Et paulo poſt. *Hinc eſt* (inquit) *quod cum ſit perantiqua ſententia, ſilent leges inter arma, hoc tamen tam belli, quàm pacis tempore apud te plurimum ſemper obtineant dignitatis, ita vt merito vocitetur ſchola, Palatium, cuius apex non minus ſcholaribus quàm militaribus conſueſcit quotidie diſciplinis, quidquid igitur litteræ poſſunt, quidquid* C *aſſequuntur ingenia, tibi debent.*

De Erico ſic Sigebertus in libro de Illuſtribus Eccleſiaſticis ſcriptoribus, *Ericus Monachus vitam Germani Antiſiodorenſis Epiſcopi ſtylo metrico, ſex libris luculenter deſcripſit:* Subijcit & de Milone. *Milo Monachus Sancti Amandi ſcientia litterarum clarus ſcripſit metrico ſtylo ad Carolum Regem librum de ſobrietate.* Subnectit idem, & de Hubaldo Monacho Sancti Amandi, quem & inter alias lucubrationes ſcripſiſſe teſtatur ad eundem Imp. Carolum Caluum librum trecentorum verſuum in laudem Caluorum. Sic igitur omnes huius temporis ſcriptores Carolum hunc habuere pro Mæcenate, cum ipſe de viris doctis, & bonis litteris in omnibus fuerit optime meritis.

[a] Apud Sur. 3. oct. in fi. Areopag.

Vitam S. Dionyſii Biblioth. Latine vertit.

Carolus Calu' fautor litterarum.

Vitam S. Germ. ſcripſit verſu Ericus Monach.

D

Chriſti Annus. 877 | *Ioan. Pap.* 8. 5 | *Caroli* 2. 2 *Baſilii Maced.* 11 | *Impp. Ind.* 10.

SArracenis in dies magis vrgentibus, rurſus Ioan. Pont. ſuis litteris clamans vrget Carolum Imp. auxilium ferre vrbi periclitanti. Extant tunc datæ, atque iteeadem de re [b] litteræ ad Imp. nec non ad Imperatricẽ, [c] & ad omnes Francorum Epiſcopos, [d] ſub ditione eiuſdem Principis conſtitutos. Secundus hic numeratur ab ipſo Ioanne belli Sarracenorũ annus in epiſt. [e] ad Lambertum Comitem. Quod eſt difficilius E redditum ob fœdera, quæ inierunt cum Sarracenis Neapolitani, Amalphitaniiatque Beneuentani, alijque finitimi populi; cuius rei gratia fuit mittenda legatio ab eodem Io: Pont. Caietam, ad huiuſmodi fœdera diſſoluenda; functi ſunt hac legatione præcipui Rom. Eccl. Card. Epiſcopi, nempe Valbertus Portuenſis, & Eugenius Oſtienſis. Conſtant hæc ex eiuſdem Ioan. epiſtol. [f] ad Landulphum Capuanum Epiſcopum.

Suaſione autem Docibilis, & Io: Græcorũ Imp. miniſtrorum eiuſmodi fuit a Pont. miſſa legatio, vt adeo eiuſdem Papæ datæ litteræ ſignificant. [g] Vt aũt res optatũ conſequeretur effectum, idem Pontif. ad Pulcharium [h] Amalphitanum Præfectum

[b] ep. 30. 32
[c] ep. 31.
[d] ep. 33.
[e] ep. 66.
[f] ep. 36.
[g] ep. 38.
[h] ep. 39.

litteras dedit, nec non ad Landulphum Capuanum, ſed & ſcripſit ad ipſum Sergium Ducem, ſeu magiſtrum militiæ Neapolitanam ciuitatem moderantem, comminatorias litteras, niſi contractum cum Sarracenis fœdus diſſoluat. De his etiam ipſos monuit Neapolitanos [a] per ipſorum Epiſcopum Athanaſium; vt reſipiſcerent ab errore, cuius cauſa excommunicationis nexibus fuerant ab eodem Pont. obligati. Scripſit & de his ad Aionem [a] Beneuentanum Epiſcopum. At non ſatis miſiſſe legatos, ſed & ipſe ſe Traiectum oppidũ haud longe a Caieta poſitũ veturum fore pollicetur, ſi ſpes aliqua eſſet, vt dux Neapolitanus Sergius parere vellet [b] Pontifici ſalubria ſuadenti. Sunt de his ſcriptæ litteræ ab ipſo Pont. ad Landulphum Capuanum Epiſcopum, & aliæ [c] ad Pulcharium, necnon aliæ ad Principem Salernitanum. Quid tandem? cum Sergius Dux obſtinatus permaneret fratrem ſuum Athanaſium Epiſcopum Neapolitanum eſt expertus vltorem. de quo iſta breuiter Leo Oſtienſis. [d] A

a ep. 42.
a ep. 43.
b ep. 50.
c ep. 51. 52
d lib. 1.

Dux Neapol. excõmunicat a P. ab Epiſcopo fratre excæcatur.

Sergius vero Dux Neapolitanus, cum a Sarracenis ſe alienare nollet, ab Apoſtolico excommunicatus eſt. At non multo poſt, vindice Deo, ab Athanaſio Epiſcopo, germano ſuo, captus atque cæcatus, Romam translatus eſt. hæc Leo. Quo nomine ab eodem Io: Papa mirifice laudatus eſt, epiſt. tunc ad eum ſcripta. [e] Zelus, ſi quidem, purgat facinus, quo exeſus Dominus Redemptor noſter mitis, & humilis corde, percuſſor eſt factus; & Petrus eodem exæſtuans, occiſor euadit, eodemque ardens Paulus excæcatur. Zelus igitur non aufert ſacerdotium, ſed quod prædicatur in Phinee [f] reddit illud, perpetuum, & illuſtrius. Scripſit ẽt tunc Io: Papa ad Pop. Neapol. laudans eum, quod Athanaſio, tanquam iuſtiſſime operanti, cooperati & ipſi fuerint, monens omnes, vt eidem Athanaſio parerent, quem iudicem elegiſſent. B

e epiſt. 66.
f Num. 15.

Porro Io: Papa (vt ipſe teſtatur in ep. ad Archiep. Rauennatenſem) vt propoſuerat, profectus eſt Traiectum oppidum, non longe a Caieta, ad diſſoluendum fœdus, quod Neapolit. cum Sarracenis inieranr. ex quo facto, vt teſtatur, nonnihil quietis eſt partum regionibus illis. C

Quod autem ad ipſos pertinet Sarracenos, quod eorum eſſet adeo aucta potentia, vt in Romanum agrum palantes excurrerent, & Aniene tranſmiſſo, Sabinos eſſent depopulati, proximuſque iam ex eis immineret vrbi interitus: Io: Pont. ad Chriſtianos Principes clamat, literis excitat, petens auxilium. Legatoſque miſit de ea cauſa ad Carolum Imp. quibus & litteras dedit [g], quibus deplorat miſerabilem Vrbis ſtatum, & Campaniæ totius vaſtitatem, queritur promiſſum ex exercitum non aduenire, minatur quibuſdam ſuboſcure, dum ait. *Quia cum hæc fuerit ſemper apud vos ſumma noſtræ petitionis, ſi amplius nobis auxilium veſtrum ſubtraxeritis in deſperationem lapſi deficiemus, & forſitan ad aliud conſilium, reſumptis aliquantulum viribus, neceſſario tranſcendemus. Non enim ſicut vos forſitan æſtimatis mediocre malum tota noſtra Eccleſia patitur.* Dat. 4. Id. Febr. Indict. 10. Addit alias triduo poſt Idibus Feb. eodem argumento litteras [h] mittens ad eundem palmas virides benedictas, cum tamen Dominica Palmarum, quæ Eccleſiæ ex antiquo inſtituto benedici conſueuerunt, non eſſet, quaſi brauium (vt ipſe ait) pugnantium & victorum. Scripſit pariter per eoſdem Legatos ad Rachildem [i] Imperatricem, vt Imp. hortetur ſubuenire vrbi periclitanti. Dedit pariter, & ad omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos in Imperio Caroli cõſtitutos, in quibus, poſt alia; meminerit inquit etiam (Imp) quia & nos illum præ ceteris propinquis, & æmulis eius amauimus, elegimus, & prætulimus, vnde & eum aduerſus omnes hoſtes Eccleſię, non ſolum defenſorem, ſed & Patronum, & Aduocatum noſtrum exiſtere propoſuimus, vt quod ei nos apud Deum eſſe ſatagimus, ipſe, inter homines, pro nobis fieri non detrectet, præcipue vt accelerans nobis ſubueniat, & ſine mora contra perfidos Paganos & infideles, ſuccurrat. Hæc omnia menſe Febr. quo ROMAE ab eodem Pont. SYNODVS HABITA EST, in qua, inter alia, confirmata ſunt Acta in Synodo anni ſuperioris de Imperio Caroli, & quæ geſta eſſent apud Põtigonem, cuius acta Aldagarius Epiſcopus ad Carolum detulit. Iſta omnia Aimoinus. [k] Rurſum vero cum expectatum auxilium non adeſſet, ad eundem Imp. litteras ſcripſit, [l] quibus eadem refricans, quæ iugiter paterentur D E

g ep. 30.
h ep. 32.

Benedictionis Palmarũ vetus ritus, & mittẽdi ad Principes.

i ep. 31.
k li. 5. c. 35
l ep. 54.

A terentur mala, timerentque grauiora, enixius ſubuenire, quanto citius rogat. Sed quid per Apoſt. Sed. Legatos actum ſit, cum Imp. Carolo, Aimoinus huius temporis ſcriptor enarrat. Carolus exceptis Compendij Legatis Apoſtolicis, eodem conuocauit Epiſcopos, per quos Eccleſiam, quam in eodem loco conſtruxerat, multo cum apparatu conſecrari fecit. Inde placitum generale Kalen. Iunij habuit, & ordinato ſtatu Regni, vſque dum Roma rediret, de exigendis tributis, a clericis etiam omnibus, & Eccleſijs, Legatis, haud dubium, conſentientibus, immo & procurantibus (vt par eſt credere) quo periclitanti omnium matri S.R.E. ab omnibus, præcipue vero ab Eccleſiaſticis ſubueniretur. Cum audiſſet autem Io: Papam obuiam Papiæ ſibi velle occurrere, præmiſit Palatinos, & Comites ad eius obſequia procuranda. Ipſe vero feſtine pergens ad eum, obuiam habuit apud Vercellas, & receptum, cum maximo honore, deduxit Papiam. Vbi cum audiſſent, non incerta relatione Carolomannum Ludou. fratris filium, cũ ingenti exercitu aduenire, relicta Papia venerunt Terdonam, & conſecrata ibi Rachilde a Papa Io: Imperatrice, ipſa quidẽ mox retrorſum fugam arripuit, cum theſauro verſus Moriennam. Imp. autem fruſtra expectatis Regni Primoribus, quos ſecum ire iuſſerat, demum comperit contra ſe coniuraſſe. Timentes igitur aduentum Carolomanni, Imp. poſt Rachildem fugam arripuit, & Papa Romam verſus concite feſtinauit. Per quem Carolus Imp. imaginem Saluatoris in cruce fixam, ex auro, multi ponderis fabricatam, & gemmis pretioſis ornatam S Petro direxit. ſed mirum eſt quomodo, qui in feſto agmine in Italiam deſcendebat, abſque aduerſante milite fuerit in fugam actus. ſic quidem Carolomannus mendaci nuncio audiens Imp & Papam cum ingentibus copijs aduentare, & ipſe fugam arripuit. Hæc ex Aimoino, paulo breuius.

Tib. Rex exigit ab Eccleſia, ſed nõniſi aſſentiẽte Eccl. per leg. Apoſt.

Imp. cum vx. & Papa fugit.

Vbi autem Io: Papa Romam venit, non modicam moleſtiam accepit a Lamberto Comite, qui nomine Imp. opem laturus S.R.E obſides, Romanorum Procerum, filios ab ipſo Pont. petijt, qui negauit omnino, aſſerens non eſſe moris Romanos obſides dare. Extat de his [a] epiſto. eius ad eundem Lambertum Comitem. Sed quid inter hæc inexpectatum accidit? oſtendit plane Deus Io: Pontifici quàm vana ſalus hominis in quem ſperabat. Nam eodem anno Prid. Non. Octob. Carolus Imp. veneno potatus a Sedechia Medico Hebræo, moritur Vercellis, in Eccleſia Sancti Euſebij ſepultus, poſt ſeptennium vero translatus Pariſios, vbi conditus eſt apud S. Dionyſium. Hęc pluribus Aimoinus [b] in fine. Succeſſit in Imperium eius filius Ludouicus cognomento Balbus, quod impeditus lingua eſſet; ad hunc Patri ſuccedentem Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus, qui eum in Regem vnxerat, de rebus bene diſponendis litteras dedit, de quibus ita Frodoardus in Hiſt. Rhem. [c] Item (inquit) poſt obitum eiuſdem Caroli Imper. ſcripſit ad Ludouicum eius filium de ordinandis Regni principijs, proponens ei exempla predeceſſorum ſuorum, & inſtruens eum per capitula de iuſto Regni regimine, & honore S. Dei Eccleſiæ, ceterſque ſibi ac Regno neceſſarijs rebus. Item de quibuſdam præſumptionibus corrigendis, & temperanda cenſura correctionis, & alijs commoditatibus. Item ne quidquam contra Canonicas moliretur regulas, nec alicui hoc Epiſcoporum præciperet, ne ſententiam diuinam incurreret. Et inferius. Item ad Lud. ſcripſit de conſilio a ſe petito, quale ſit vtile Regi conſilium, & qualiter debeat agere iudicium, & iuſtitiam, & quid hæc boni conferant obſeruata, quidue mali neglecta irrogare ſoleant. In eius autem conſecratione cum conueniſſent Epiſcopi, eundem Regem duabus vxoribus implicitum diremerũt, & ad meliorem frugem reſtituerunt; de quibus Hincmarum ad Ludou. Germaniæ Regem eius patruum ſcripſiſſe, eſt apud Frodoardum.

a ep. 61.

Caluus moritur.

b li. 5. c. 35

Lud. Balb. Imp.

c li. 3. c. 19.

Hincm. ſcrib. ad Balbũ de ordinãdo Regno.

In Spirenſi autem Codice, quo nouem Hincmari continetur, epiſtolæ ſelectæ, quę prima ordine ponitur eiuſdẽ eſt argumenti, ſcripta ad Ludou. Balbum, cum ſolus Regni habenas moderandas ſuſcepit. Eſt eius exordium Domino Ludouico Regi glorioſo ſit ſemper ſalus & vita. *Dominatio veſtra mandauit, vt ad vos deſtinarem &c.* Summa vero epiſtolæ eſt hæc. Hincmarus ſenex a nouo Rege Franciæ Ludou. Balbo rogatus, vt conſilium ſuum de adeunda pacifica Regni poſſeſſione communicaret, re-

ſpondit

ſpondit id ex concordibus bonorum Conſiliariorum pendere ſententijs. Quare hortatur eum, vt conuentum generalem primorum Regni indicat, & ſex capita præſcribit; de quibus in illo tractari poſſit. Tum media ſuggerit, quibus ſemel decreta executioni mandentur, nempe ſi per preces, diuinum auxilium imploret; ſi contritione, confeſſione, & operum ſatisfactione Deum iratum ſibi conciliet, & cōtra carnem ſuam, Dei, & Eccleſiæ hoſtes bellum ſuſcipiat. Tunc ab eodem illa ſcripta eſſe videtur longiſſima epiſtola in eodem Codice, ordine, tertia, cuius initium. *Hincmarus Epiſcopus, ac plebis Dei famulus pro ætatis, ac ſacri ordinis antiquitate &c.* ſcripta eſt ad Epiſcopos Franciæ pro noui Regis inſtitutione. Eſt eius argumentum tale. Primo docet mundum duplici poteſtate regi, Pontificia, & Regali. Epiſcoporum, & Regum, & omnium, qui præſunt alijs, officium eſſe Canones, & leges non ignorare: Iuſtitiam colere; Iudices conſtituere, qui auaritiam oderint, & iuſtitiam diligant. Deinde ex Beati Adelhardi Abb. Corbeienſis Caroli M. propinqui, & Conſiliarij libello, copioſe exponit, qui ordo, & modus in palatio Regio adminiſtrando olim fuerit vſurpatus. Tum omnia officia Palatij deſcribit. Hinc declarat, quibus rebus Regnorum pax conſeruata fuerit, nempe binis annuis Comitijs, & eorū Conſiliariorum delectu, qui nihil Deo, ſuæ ſaluti, Regis, & Regni incolumitati anteponerent, iſta Hincmarus. Relicta vero Caroli Rachildis Auguſta, obitu viri reddita libera, abuſa eſt licentia viduali, qua viuente Carolo, ſtrictioribus pietatis vinculis tenebatur. Inter alia autem illud indecorum, atque impium perpetrauit, vt Abbatiſſam Regularem monaſterii Oriuacenſis eiecerit, &, accepta pecunia, eidem Neophytam quandam præficiendam curarit, quod tantum nefas, vt corrigeret, Hincmarus Rhem. Archiep. ſuis litteris [a] admonuit, vt & nonnulla alia. Porro Rachildem ipſam non tantum iſta non correxiſſe mala, quæ perpetraſſet, ſed addidiſſe alia plurima, ex litteris ſucceſſoris [b] Hincmari, Fulconis viri laudatiſſimi Rhemen. Archiep. poſſumus intelligere, in quibus, poſt multa, *Alioquin* (inquit) *ſi minus conſilio, & adhortationi noſtræ acquieueritis, volumus vt ſciatis reuera quod pro vobis nolumus incurrere in offenſionem Dei, ſed ſecundum miniſterium noſtrum faciemus de vobis, quod Canonica iubet nobis auctoritas, quodque inuiti faciemus, Deus teſtis eſt &c.*

Inſtitutio Regis.

Ratio conſeruādi pacem in Regno.

Cōſiliarii quales eſſe debeant.

a Frod. hiſtor. Rhemē. 3. c. 25

b Frod. li. 4. c. 5.

Agitur interea in NEVSTRIA SYNODVS vbi inter alia Ludouicum Imper. qui nuper Carolo Patri ſucceſſerat, legati querelas expoſuerunt, aduerſus Hugonem Lotharij defuncti Regis filium nothum. Hic audita morte Caroli Calui Imp. qui Lotharij Patris Regnum inuaſerat, collecta factioſorum multitudine, eiuſdem Ludou. Regnum magnopere infeſtabat, quem ipſe Lud. primum detulit ad Epiſcopos quibus in ea Synodo Hincmarus Rhemen. Archiepiſcopus præſidebat, qui ad eundem Hugonem, mandato Synodi, litteras comminatorias ſcripſit, niſi a tantis malis deſiſteret, ſe ſuæ diœceſeos, & vicinarum prouinciarum Synodum collecturum, & ex eius ſententia, eum eiuſque complices, & fautores excommunicaturum, quæ excommunicatio poſtea per Rom. Pont. omnibus Epiſcopis, & Principibus per circumiacentia Regna ſit euulganda. Propterea hortari ſe eum, & monere, vt filium, vt caueat tantum malum. Iam vero ad res vrbanas conuertamus orationem. Io: Pont. vbi ſe deſtitutum vidit, in quo ſperabat, auxilio Imp. reliquos vero Principes pateretur infenſos, ob id quod tantopere eidem Carolo ſtuduiſſet, quo ſe ab ingruentibus Sarracenis iam iam vrbem inuaſuris, nullam aliam viam inuenit, niſi vt annua penſitatione tributi vexationem redimeret. Itaque in ſummum dedecus Chriſtianorum Principum factum eſt: id enim teſtatur ipſe Ioan. in epiſt. [c] ad Carolomannum, dum queritur, poſt Sarracenos ſedatos a Chriſtianis Principibus Rom. Eccleſiam pati preſſuram, aitque: *ſed heu, proh dolor, feſſo mihi Paganorum perſecutione ac gladio, atque exactione cenſus viginti quinque millium in argento mancuſorum annualiter: prædictæ matri veſtræ additus ciuilis mucro anguſtiæ eſt.* Eo ſiquidem præſidio Caroli deſtitutus Pont. adeo fatigatus eſt ab ingruentibus Romæ ciuilibus bellis a Lamberto Comite Spoletino enutritis, vt ab vrbe proficiſci in Galliam. cogitarit prout ex litteris ad eum ſcriptis [d] affirmat. Scribit enim in animo habere conuenire Carolomannum,

Hugo Lotharij nothus inſeſtat Lud. Balbi Regnum.

Synod. minatur Hugoni excōmunicat.

Papa, Imper. nimiū fauens offendit alios Principes.

Papa annua penſitatione tributi vexationē redimit a Sarracen.

c ep. 89.

d ep. 68.

A B C D E

A mannum,qui ad eum de obitu Imp. ſcripſerat ſignificans ſe Romam venturum, & de Romana Eccleſia optime fore meriturum. Ita ille allicere conatus eſt Pont. ad eius in Imperatorem Coronationem,petenti autem Legatos ab Apoſt. Sed. mittendos,reſpondet Io: ab ipſo prius capitula conſcribenda de his, quæ Sedi Apoſt. promitteret impenſurum, petens interea redditus mitti, quos Romana Eccleſia poſſidet in Baioaria. hæc Io: hoc an. m. Nou. Indict. 10. inchoata. Porro quod ad Lambertum Comitem ſpectat, ſuſceperat iſte patrocinium eorum, qui Romæ ab ipſo Pont. damnati eſſent,inter quos Formoſus erat Portuēſis Epiſcopus, cuius rei cauſa ab illis ipſe Romam aſſiduis precibus vocabatur, a quo, vt diuerteret ipſum Pontifex Gaudericum, & Zachariam miſit Epiſcopos, quibus ad eum comminatorias litteras[a] dedit addidit vero alias[b],cum ab ipſo,iam inter aduerſarios militante,titulis haud Summo Pont. dignis,ipſe Pont. appellaretur. a ep. 72. b ep. 73.

B Indixerat hoc anno idem Io: Papa GENERALE CONCILIVM ITALIAE EPISCOPORVM CELEBRANDVM RAVENNAE, menſe Iulio, eaque ratione ad diuerſos Epiſcopos ſcripſit,necnon etiam ad Ducem Venetorum, Vrſum nomine,tum temporis erga Sedem Apoſt. cuius legationem reſpuerat, parum æquum. Verum ingruentes nouæ perturbationum cauſæ,ne quod Pont. aggredi cæperat,conſummaret,impedimento fuerunt. Vrs⁹ Dux Ven. legationē Ap. reſpuit.

Eodem anno menſe Nouemb. idem Io: P. occaſione conſultationis Eadredi Anglorum Archiepiſcopi litteras ſcripſit[c] ad Anglorum Regem, monens eum imitari prædeceſſores Reges, & colere Epos Dei miniſtros. Ad ipſum[d] vero Archiepiſcopū ſcribit, hæc inter alia ingerit: *Nos autem pro inſtantis temporis neceſſitate hor-* c ep. 55. 56 d ep. 65.
C *tamur,& monemus fraternitatem veſtram, vt omni ſæculi timore poſtpoſito, ſicut idoneus Dei miniſter opponas te murum pro domo Domini, & zelo illius accenſus, non ſolum Regi, ſed omnibus in ea peruerſe aliquid agere volentibus ſtrenue reſiſtere non prętermittas.* Inter hæc vero Baſil. Imp. iteratis litteris ab eodem Io: Pont. petijt mitti Legatos Conſtantinopolim,vt Eccleſiam ſchiſmate ſciſſam componerent: qui enim ex parte Photij erant, nullatenus (vt vidimus) communicare volentes cum Ignatio Patriarcha, quod eſſent numero plurimi, turbas vndique concitabant, Ignatio aduerſus eos obnitente, ſimulque (vt accidere ſolet) in diuerſa Senatum ſcindente,& populum; adeo vt Eccleſiæ illius facies appareret admodum fæda, nec eſſet vnde remedium ad tanta vulnera ſananda comparari poſſet, niſi vnde alias ſæpe vtiliter accepiſſent, a Rom. videlicet Eccleſia,ad quam denuo clamare ingratos filios ipſa neD ceſſitas compellebat. Quomodo autem his acceptis litteris Io: P. Conſtantinopolim petitam legationem miſerit,ſuo loco opportune dicetur. Imp. Conſtantinop. petit a Roman. Eccl. componi Conſtantinop.

Chriſti Annus	Io. Pap 8.	Ludouici 3. 1.	Impp.
878	6	Baſilii Maced. 12.	Indict. 12.

IO: Papa petitam decernit Legationem ad viſitandam Conſtantinopolitanam Eccleſiam diro ſchiſmate ſciſſam, miſſis Legatis Paulo Anconitano, & Eugenio O-
E ſtienſi Epiſcopis,quibus eſt mandatum,vt viſitent Bulgarię Regem. Conſtant hæc ex litteris ad Imp. Baſilium.[e] Quod autem in illis legitur,his verbis. *Verum tamen ignorare pium Imperium veſtrum nolumus,nos præcepiſſe Apoſt. Sed. Legatis, vt cauſa tantum viſitationis glorioſum eiuſdem Prouinciæ Bulgariæ Principem adeant*, illa ab aliquo ſchiſmatico videntur adiecta. *Cauſa tantum Viſitationis*, cum alioqui conſtet ex illis, quæ dicentur inferius, Legatis mandatum, vt prouinciam illam diſponerent, & ordinarent. Papa legationē mittit ad vniēdam Conſtaotinop. Eccl. e ep. 80.

Dedit inſuper alias ad Imp. eiuſdem argumenti litteras[f] per eoſdem Legatos ſed & acres nimis litteras[g] ad Ignatium Patriarcham, ob occupatā ab eo diœceſim Bul- f ep. 81. g ep. 78.

a 75. 77. Acriter ſcribit Papa ad Ign. ob occupatam diœceſim Bulg. b ep. 76.

gariæ Rom. Eccleſiæ immediate ſubiectam. ſcripſit adhuc & binas epiſtolas [a] ad Michaelem Regem Bulgarorum, quibus hortatur vt ad Romanã Eccleſiã, quæ eos in Chriſto genuit, reuertatur. Scripſit & ad Petrum Comitem, [b] vt hoc ipſum Regi Bulgarorum perſuadeat. Sed & eiſdem Legatis litteras dedit ad Epiſcopos omnes, & clericos Græcos, qui tunc erant in Bulgaria, vt intra triginta dierum ſpatium recederent, alioquin careant miniſterij ſacri vſu quo fuerant initiati. Vix credi poteſt quantum huiuſmodi depreſſio Ignatij Patriarchæ per Ioan. Pontif. facta, extulerit perditiſſimum Photium, qui vbi iſta reſciuit, omnem mouit lapidem, vt reuocaretur Conſtantinopolim, & oblata bene vteretur occaſione eiuſdem Ignatij rurſum eijciendi, ſeque ipſum in ſedem, è qua fuerat eiectus, reſtituendi. Quid autem inauditum excogitauit, fraudulenta, & callida arte, homo doloſus, vt hoc expleret, inferius, eodem anno, ſuo loco dicturi ſumus. Homo callidus, & veterata conſuetudine litterarum aliquam cum Anaſtaſio Bibliothecario Sed. Rom. contraxit familiaritatem, quem apud Ioan. Pon.. plurimum poſſe ſciret. Sunt eius rei indices vnæ litteræ, eædemque perbreues, ſed ſecretorum nunciæ ab ipſo Photio ad eundem Anaſtaſium ſcriptæ; magna (vt apparet) intercedente inter eos, ex amicitiæ vſu, fiducia; quæ in damnato ſæpius, & multipliciter, homine non potuit eſſe abſque ſuſpicione inhærentis Anaſtaſio culpæ. Quæ enim hæc ſecuta ſunt de Photij reſtitutione iam deſperata, non niſi malum aliquod ſuſpicandi ingerunt argumentum, de quibus ſuo loco.

Vrbs occupatur, & Papa cuſtodia detinetur.

Cur autem Io: Papa ab vrbe coactus fuerit profugere in Gallias, exponunt veteres Francorum Annales. Lambertus Vuitonis, ſeu Vuidonis filius, & Albertus Bonifacij filius Romam cum manu valida ingreſſi ſunt, & Io: Pont. ſub cuſtodia retento; optimates Romanorum fidelitatem Carolomanno ſacramento firmare coegerunt. Quibus inde diſcedentibus, idem Pont. domum Sancti Petri ingreſſus, omnes theſauros, quos ibi reperit, ad Lateranas tranſtulit, & altare Sancti Petri cilicio cooperuit, & cuncta oſtia eiuſdem Eccleſiæ clauſit. nullumque ibi officium ad Dei cultum pertinens per plures dies celebratum eſt, & quod nefas eſt, omnibus vndique illuc cauſa orationis venientibus negabatur introitus, erantque ibi omnia concluſa memoratus autẽ Pont. conſcenſis nauibus per mare Tyrrhenum, Regnum Caroli intrauit, ibique per totum fere moratus eſt annum. Hæc ibi, ſed ex multis pauca paucisq; narrata, quæ pluribus, Io: ipſius epiſtolis deſcripta habentur primum ad Ariſpertum Mediolanenſem Archiepiſcopum, ſed breuiter, deinde ad Archiepiſcopum Rauennatem Io: quæ tota epiſt. (vt hiſtorica) videtur integra deſcribenda.

Papa migrat i Gallias.

c ep. 82.

REVERENDISSIMO, ET SANCTISSIMO IO: Archiepiſcopo Rauennati fratri noſtro.

Hiſtorica ep. de calamit. Eccl. Rom.

Audax facinus Spolet. Com. in Eccleſ. Rom. & Papam.

Non patimur, quæ, & qualia his retro diebus a Lamberto Spoletano Comite mala, & multiplices paſsi ſumus iniurias, quales nullus anteceſſorum noſtrorum Pont. a quoquam Deum colente ſuſtinuiſſe recolitur. Igitur omne pene territorium Sancti Petri ſuis tyrannice deuaſtantibus hominibus, cum immenſa populi multitudine Romam venit. Nos autem illum quaſi dilectum amicum apud B. Petrum Apoſt. Principem honorifice recepimus. Sed ipſe quaſi ouili pelle indutus ſolita repletus nequitia, munereque corruptus ingenti, cõtra nos inſurgere non dubitauit. Nam portas ciuitatis Rom. violenter, immo fraudulenter cæpit, totamque vrbem Romam, ac per dies plurimos per homines ſuos ita arctius retineri fecit, vt nec proceres Rom. nec Epiſcopi, nec Sacerdotes, neque etiam familiares noſtri ad nos, niſi magna ſupplicatione, exeũdi facultatem haberent. Cibaria etiam noſtra nobis venire inſtantiſsime prohibebant. Venerabiles etiam Epiſcopos, presbyteros, atque Diaconos, & Religioſos monachos cum himnis, & canticis ſpiritualibus ſacriſque litanijs ad eccleſiam Principis Apoſt. venientes, heu, proh dolor, more Paganorum conturbauerunt, & fructibus cædentes, nequiter diſperſerunt, non ſinentes illos eo ire, debitumque Deo ſacrifi-

cium

A *cium offerre. Inimicos quoque, atque infideles Sanctæ Romanę Eccleſiæ, & noſtros, quos vna cum veſtro conſenſu, & ſubſcriptione bis, aut tertio excommunicatos, damnatoſque habemus, ſuper nos temere conduxit, eoſque in vrbem Romam, ſine noſtra voluntate, immiſit. His itaque nos præiudicijs, & iniuriis multiplicibus grauati, cum tota Sede Apoſt. triſtes adeo per multos dies extitimus, vt neque nobis aliud agere, niſi flere, liceret. Nam ipſis diebus, nec veſtis fuit ſuper altare Sancti Petri, nec aliquod ibi nocturnum, aut diuinum officium, ex more, celebratum. Nunc etiam minatur nobis peiora inferre, niſi eius obtemperemus voluntati. Vnde ſanctitatem veſtram, pio paternæ dilectionis affectu coniuncto, hortamur, vt pro tantis afflictionibus, & miſeriis capiti noſtro illatis, ex totis præcordiis veſtris nobiſcum pariter condoleatis, & contra euidentiſsimum, & immanem inimicum noſtrum*
B *conſurgere toto anniſu ſtudeatis, nos namque illius non valentes tantas ſuſtinere inſidias, quia per terram ire nequimus, per marinum iter Deo propitio in Franciam proficiſci debemus, glorioſos ſcilicet Reges deprecaturi, vt Eccleſiam Sancti Petri, & ciuit. Rom. totius mundi caput, & dominam a tantis oppreſsionibus, & calamitatibus liberent, ſaluam, & quietam ſinant manere, potentique manu ab hoſtium, quos patimur, inſidiis tueantur. Nec non ituros illuc, niſi pro communi ſalute, procul dubio credito. Sed ſicut veridico multorum relatu didicimus, cum nos de Vrbe Roma fuerimus egreſsi, cæptumque iter egerimus, audiuimus eundem Lambertum ſatellites ſuos velle colligere, Romamque rurſum expugnaturum adire. Nos vero hoc ſcientes anathematis ſententia in eum, & in omnes ſequaces eius, ſi contra Vrbem Romam, & Eccleſiam Rom. aliquam rurſus veniens contrarietatem, vel moleſtiam,*
C *aut perturbationem inferre quolibet modo præſumpſerit in Eccleſia Beati Pauli Doct. gentium protulimus. Et idcirco nullus veſtrum eius iniquis operibus faueat, quin potius libere arguat, ſi Apoſt. Sedis vultis ſemper fulciri auxilio. Quapropter hæc omnia, vt veſtris ſuffraganeis cognita faciatis incunctanter, hortamur ſanctimoniam veſtram, quatenus ipſi, qui membra corporis Chriſti exiſtunt, vobiſcum pariter pro Apoſt. Sed. exaltatione ſtudeant deſudare. Data, vbi ſupra 4. Kal. Maii Ind. 10.*
At vltus eſt Deus in filio, quod impie peccauit ſacrilegus Pater.

Scripſit & de his pariter ad Berengarium [a] Comitem ex Regia ſtirpe oriundũ, vbi præcipue queritur, quod ab Vrbe Rom. quam S. Petro Impp. tradidiſſent, eſſet excluſus, rogans vt ea cuncta Carolomanno nota faciat, cuius voluntate ſe ille impius cuncta feciſſe iactaſſet. a ep. 86.

D Scripſit etiam de his ad Angelbergam Auguſtam Deo dicatam; ſed & hæc eadem nota eſſe voluit Lud. Balbo filio nuper defuncti Caroli Calui Imp. cum iam, vt ait, infulas Imperij ſuſcepiſſet ab Eccleſia Rom. Dum vero lugubre factum recenſet, habuiſſe tradit Lambertum complicem in ſcelere Adelbertum Marchionem, coegiſſeq; iurare, fideles Eccleſiæ non obedire ipſi Pont. ſed ipſi tantum, miſiſſeque legationem ad Sarracenos Tarentum, vna cum muneribus, vt ab eis copias, cum vellet, aduerſus Rom. Eccleſiam paratas haberet. Addit de ſua, quam deliberaſſet profectione in Gallias, pro auxilio implorando. Ad finem vero epiſtolæ ponit quomodo eum augeat dignitate Conſiliarij Apoſt. Sed. qua pariter dignitate donatus fuerat Carolus Pater eius. Porro recedentem ab Vrbe Ioan. P. pretioſiſsimas reliquias ſecum tuliſſe teſtatur Aimoinus, [b] & cum Formoſo Epiſcopo Portuenſi captiuo ducto nauim
E conſcendiſſe. Arelatemque perueniſſe die Pentecoſtes tradit, immo ante, nam die Aſcenſionis ſe Arelate Miſſam celebraſſe teſtatur in ep. [c] ad Branimirum Principem, qui tunc a Papa benedictus fuit. Ibi etiam inuento Boſone Comite Arelatenſi genero Angelbergæ Imp. vna cum eius filia Hemengarda, cum eo, de ſubleuanda Rom. Eccl. conſilium iniit, deque his ſcripſit ipſe ad eandẽ Andelbergam [d] A. Ibi vero cum eſſet, conceſſit pallium Reſtagno [e] Archiep. Arelatenſi, redarguit vero errorem, quem reperit, quod ante pallii ſuſceptionem, cõſecrationem facerent Epõrũ Archiepiſcopi Galliarum, quem, & emendandum curauit. Ad hæc eundem Arelatẽſem Archiep. cui pallium tribuit, legatum ſuum in Gallijs eſſe voluit, deque his litteras dedit ad omnes

Reges Cõſiliar. Sed. Apoſt.
Dignitas a Papa cõferri ſolita
b li. 5. c. 37
c ep. 184.
d ep. 92.
e ep. 93. 94

Galliarum Epiſcopos, ſignificans ſimoniacam hæreſim, quæ vigeret in Gallijs, ſe per eum extirpari mandare. ſolebat in eo itinere Pont. ante monere Epiſcopos, vt hoſpitium pararent, per quam diœceſim eſſet tranſiturus, vt ex litteris datis ad Lingonenſem [a] Epiſcopum patet. Cabillone autem cum hoſpitaretur, a latrunculis quibuſdam male habitus eſt, dum ab eis nocturno ſilentio iumenta abacta ſunt, quos niſi intra tres dies ablata reſtituerent, excommunicatos voluit. Idem Pont. ſimiliter & quendam alium tunc excommunicauit [b], qui ſcutellam argenteam S. Petri furatus eſſet. Quo pariter tẽpore dum eſſet in via ad Epos Galliæ, & Germaniæ litteras dedit quibus ad GENERALEM SYNODVM TRECIS celebrandam omnes iuberentur adeſſe. A

Vſ⁹ vt iter agenti P. Epi hoſpitiũ pararent.
a ep. 96.
Raptorib⁹ infert. excomm.
b ep. 97.
c li. 5. c. 37.

Conuenerunt igitur Trecis Epiſcopi conſtituta die menſ. Aug. Verum Lud. Rex Francorum non potuit tunc accedere, ob infirmitatem corporis, qua grauiter vexatus eſt. ſed vt Aimoinus [c] affirmat ad Kal. Sept. affuit. Interea (idem ſubdit) Io: P. generalem Synodum cum Epiſcopis Galliarum, & Belgicarum prouinciarum agẽs, qualiter Lambertum, & Adalbertum, Formoſum quoque & Gregorium Nomenclatorem, & complices illorum excommunicauerit, relegi in Synodo fecit, & conſenſum Epiſcoporum in eadem excõmunicatione quæſiuit, quem Epiſcopi ſcripto dederunt, petentes, *vt promulgetis* (ſic alloquuntur Pont.) *capitulum veſtræ auctoritatis, qualiter nos erga Eccleſiarum noſtrarum peruaſores agere debemus, vt cenſura Apoſt. Sed. muniti robuſtiores, ac prõptiores, Domino opem ferente, contra peruerſos Eccleſiaſticarum rerum, ac facultatum raptores, ac vaſtatores, ſacriq; miniſterii Epiſcopalis contemptores nos, ſucceſſoreſque noſtri perſiſtere concordi ſententia valeamus. vt iuxta egregii Prædicatoris vocem, & veſtræ auctoritatis promulgationem traditi Satanæ, ſpiritu ſalui fiant in die D. N. I. C.* Addit auctor, quod diploma Io: Papæ ſuæ excommunicationi adſcribi fecit, & manu ſua confirmans, ab omnibus Epiſcopis in Synodo ſubſcribi. hæc apud Aimoinum ex Actis Trecenſis Synodi. quæ quidem cum minime integra reperiantur, ſunt hinc inde per fragmenta quærenda. B C

Inter Io: epiſtolas poſt 114. hæc ex eadem Synodo petita leguntur, quibus idẽ Papa eſt Synodum allocutus his verbis. *Vos Confratres & Coepiſcopos meos volo vnanimiter in defenſione S. R. E. quam cõſtat caput eſſe omnium Eccleſiarum, conuenire, donec Deo auxiliante in ſedem B. Petri Apoſtol. Principis reuertamur, cum omnium hominum veſtrorum armata bellico apparatu manu, & hoc nõ differendo, ſed ſub omni celeritate, & certitudine ſponſionis. Hic mihi quæſo abſque vlla dilatione continuo date reſponſum.* ſequitur poſt hæc eiuſdem Pont. allocutio ad Lud. Regem præſentem in hunc modum. *Vos chariſsime fili Lud. glorioſe Rex precor in defenſionem, liberationem, atque exaltationem S. R. E. ſicut Predeceſſores ueſtri fecerunt, & uobis ſub obteſtatione facere mandauerunt, ſine procraſtinatione, & ulla dilatione ſuccurrite, quia miniſtri Dei eſtis, uindices in ira in his, qui male agũt, & non ſine cauſa gladium portatis, ne forte, quod abſit, illa uos & Regnum ueſtrum culpa contingat, quæ quoſdam ueteres Reges inimicis, & infidelibus Dei parcentes damnabiliter quondam ſtrinxit. Vel ſi aliud placet præſentialiter in iſto loco date (per Deum, & per B. Petrum vos coniuro) ſine mora reſponſum*. hæc ibi. D

Bellicũ apparatũ exigit P. ab Epiſcopis.

Quid ad hæc omnia Epiſcopi, quid Lud. reſponderit, nõ inuenitur; certum tamen eſt annuiſſe votis Pont. Nam cum ipſe Lud. ob corporis imbecillitatẽ ex recenti morbo contractam ducere in vrbem ipſum Pont. non valeret, Boſonem Comitem cum ipſo voluit proficiſci. E

Præter hæc aũt, auditas eſſe ab eodẽ Pont. priuatorum cauſas conſtat, & inter alias, lugubrẽ querelã Hincmari Epiſcopi Laudun. aduerſum Hincmarũ Rhem. Archiep. Hic miſer Hincmarus, cæcus licet, in Synodum duci voluit vbi libellũ obtulit Io: Sum. Põt. qui inter eiuſdẽ cauſas epiſtolas, poſt centeſimam poſitus legitur, hoc titulo. RECLAMATIO, ET PROCLAMATIO HINCMARI, QVI QVONDAM PRAEERAT ECCL. LAVD. qua vera cõtinetur hiſt. tantæ tragediæ Hincmari Rhem. obſcuratę. Quo audito libello ipſe miſer Hincm. a Io: P. in ſuũ priſtinum gradũ reſtitutus eſt. ita teſtat Ado in fine Chron. ſui. Aimoin. [d] ex Actis eiuſdẽ Synodi

Hincmar. Laudun. excæcatus ab aduerſarijs, & depoſitus reſtituit.
d li. 5. c. 37.

addit

A addit eum cantaſſe Miſſam, & aliarum prouinciarum Metropolitanos Hincmarum veſtibus ſacerdotalibus ad præſentiam Papæ adduxiſſe, indeque ſublatum cantantes in eccleſiã induxiſſe, & benedictionẽ ſuper ab eo dari curaſſe, ſicq; Synodũ abſolutã.

Aegro animo iſta ſpectaſſe Rhem. Hincmarum credibile eſt, cum præſertim quidquid peccaſſet in Apoſt. Sedem ipſumque Rom. Pont. iam in plena Synodo, coram omnibus patefactum, atque publice deploratum eſſet. Sed qui potens calamo erat, defenſionem ſuam ſcriptis prodidit, de eo potiſſimum, quod diceretur, non recipere decretales epiſtolas Rom. Pont. de quo plura Frodoardus hiſt. Rhem. [a] & inter illa, hæc ex epiſt. contra Hincmarum Laudunenſem; Eas, inquit, ſuſcipiendas dico, & ſcribo, & ſacros Sanctorum Conciliorum Canones, cum Decretis Apoſt. Sed ex eiſdem ſacris Canonibus promulgatis, & recipiendos, & cuſtodiendos, & ſeruandos, ſicut ſupra oſtendi, profiteor. At hic hominis intuere fallaciam, & verſutiam, dum ſe Decreta recipere Rom. Pont. profitetur, pariter diffitetur, cum videlicet reſtringit ad ea, quæ de illis recepta eſſe noſcerentur a Concilijs, & promulgata per Canones. In quo ſane quantum erret iam ſuperius redargutus ab Hincmaro Laudun. in libello ab ipſo oblato in Synodo apparet, cum Decreta Rom. Pont. inueniantur Concilia comprobaſſe, vel reprobaſſe, non autem eadem Conciliorum auctoritate, & comprobatione indiguiſſe. Hæc ipſa eius praua, & falſa ſententia de Rom. Pont. Decretis euidenter colligitur ex epiſt. Rhemen. Hincmari ſexta ordine earum, quæ in Cod. Cathedr. Eccleſiæ Spirenſis continentur, & longiſſimæ feruntur. Cuius hoc eſt argumentum. Hincmarus vt Epiſcopus Metropol. indicat ſuffraganeis Epiſcopis ſe ſuoſque capitula ex ſacris Canonibus collecta a Ioan. VIII. Papa ad Epiſcopos Franciæ miſſa, reuerenter ſuſcipere, ſed ea conditione, vt Metropolitanis ſua antiqua iura, vt Eccleſijs vetera priuilegia ſalua, & inconcuſſa permaneant, idque probat primo, quia in Nicæna Synodo, alijſque ita cautum. Secundo quia multi Rom. Pont. docuere, vetera Synodorum ſtatuta non eſſe conuellenda. Tertio quia dum Papæ in remotis regionibus alij vices ſuas commiſere, vt B. Remigio Rhem. Epiſcopo in Galliis; S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino in Germania; commiſere, ſaluo ſemper iure Metropolitani. Vnde qui aliena iura inuolarunt, etiam anathematis fulmine a Pont. Summis icti ſunt. Concludit denique nihilominus a Metropolitana Sede appellari poſſe ad Apoſtolicam, ab hac vero ad aliam nullam, quippe cui & Reges parere debeant. Ex quibus perſpicuè intelligitur, iuxta eius ſenſum, ſic eſſe accipienda Decreta Rom. Pont. ſi ex canonibus ſibi vindicent auctoritatem; immo, & quod abſurdius eſt, ſi non ſint aduerſantia priuilegijs collatis Eccleſiis, perinde ac ſi, qui ea contulit Rom. Pont. eadem ex cauſa reuocare non poſſit, &, ſuadente ratione, non liceat ei diuerſa a ſancitis canonibus conſtituere, ipſoſque Canones ſuperponere Pontificiæ poteſtati, cum tamen omnem illi vim acceperint ab Apoſtolica Sede, a qua ijdem poſſint, poſcente cauſa, & ratione ſuadente mutari, & priuilegia pari ratione auferri, minui, & augeri, vt factum ſæpe probatur.

a li. 3. c. 21.

Hincm. Rhem. fallacia circa Decreta Rom. Põt.

Hincm. Rhem. ſententia de Decretis Apoſt.

Vltimæ autem in eodem Codice Spirenſi epiſtolæ, nomine Caroli Calui ab Hincmaro Rhemenſi ſcriptæ, hoc eſt argumentum.

Primo queritur quod quæ de criminoſis ſacerdotibus a Carolo Magno ſtatuta, & ab Eugenio II. & Leone IIII. Pontificibus Rom. renouata ſunt, non obſeruentur.

Secundo ſubiicit iudicio Ioannis Papæ VIII. quæ dicturus eſt de honore Epiſcopis deferendo, & de appellationibus.

Tertio, merito Epiſcopis etiam a ſe honorem ſuum deferendum, & ſi lapſi fuerint a comprouincialibus Epiſcopis, & Metropolitano cauſam eorum tractandam: negotia ſiquidem vbi orta ſunt, finienda eſſe ſecundum canones. Quod ſi ab eorum iudicio appellatum fuerit ad Papam: tum ſecundum eos Canones Papam debere, cognita vtrinque cauſa, vel approbare Epiſcoporum iudicium, vel renouare; ſi enim ſecus fiat, facile in tanta locorum diſtantia poſſe fraudem in informationem obrepere.

Quarto docet clericos noſtros accuſandos apud Epiſcopum, ſic tamẽ vt ab illo poſſint appellare ad Epiſcoporum finitimam Synodum Prouincialem.

Denique hortatur Papam, ſecum tueri conetur veram Canonum obſeruationem, curareque ne Epiſcopi aliquem facile excommunicent. Hæc ex dicta epiſtola, quæ quorſum ſcripta ſint, cauſæ ſuperius ſub Nicolao, & Hadriano ventilatæ ſignificant. A

AD SYNODVM TRECENSEM hæc addit Aimoinus, in ipſa Synodo ſeptimo Idus Septembris coronatum fuiſſe Ludouicum Imperatorem ab eodem Ioan. Pont. Præterea quod idem Pontifex adoptauit ſibi in filium Boſonem Principem, de quo ſupra; cuius adoptionis rationem reddit in epiſtola tunc ſcripta ad Carolū Regem,[a] vbi poſtquam redarguit eum, quod ad Synodum vocatus non acceſſerit, hæc addit; cuius conſilio (nempe Ludouici Imperatoris) atque hortatu, Boſonē glorioſum Principem per adoptionis gratiam filium meum effeci, vt ille in mundanis diſcurſibus, nos libere in his, quæ ad Deum pertinent, vacare valeamus. Hæc ipſe. Qui & in litteris ad eundem Ludouicū poſtea ſcriptis[b] teſtatur, ſe ab eodem Boſone fuiſſe in reditu Romam verſus Ticinum vſque perductum; quo nomine eidem gratias agit. Ticini vero cum idem Pontifex eſſet, ingens valde illi Eccleſiæ contulit priuilegium: nempe vt quotieſcunq; Ticinenſis Epiſcopus vocaret ad Synodum Archiepiſcopos Medioanenſem, & Rauennatem cum ſuffraganeis, venire omnino deberent. Extat de his epiſtola ipſius Ioannis ad dictos Archiepiſcopos data.[c] Ibidem Synodum indixit ibi celebrandam 4. Kalen. Septemb. cum Epiſcopis Longobardiæ, vt ex ipſis epiſtolis conſtat.[d] B

a ep. 119. *Papa Boſonem Comitē adoptat in filium.* *b ep. 125.* *Ingens priuileg. Ticinen. Eccl.* *c ep. 139.* *d ep. 142.*

Scribens tunc etiam ad Epiſcopos ſub Ludouici Regis Regno conſtitutos, indulgentiam concedit omnibus, quos pro defenſione S. Dei Eccleſiæ in bello occidi contigerit, quarum hæc eſt forma litterarum.[e]

e ep. 144.

Omnibus Reuerendiſſimis, ac Sanctiſſimis venerabilibus Coepiſcopis per totum Regnum chariſſimi filij mei Ludouici Regis. C

Quia veneranda fraternitas veſtra modeſta interrogatione ſciſcitans quæſiuit; vtrum qui pro defenſione Sanctæ Dei Eccleſiæ, & pro ſtatu Chriſtianæ Religionis, & Reip. in bello nuper ceciderunt, aut de reliquo, pro ea re caſuri ſunt, indulgentiam poſſint conſequi delictorum: Audenter Chriſti Dei noſtri pietate reſpondemus, quoniam illi qui cum pietate Catholicæ Religionis in belli certamine cadunt, requies eos æternæ vitæ ſuſcipiet, contra paganos, atque infideles ſtrenue dimicantes, eo quod Dominus per Prophetam dignatus eſt dicere:[f] Peccator quacunque hora conuerſus fuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius. Et venerabilis ille latro,[g] in vna confeſſionis voce de cruce meruit Paradiſum. Manaſſes[h] quoque impuriſſimus quondam Rex captus, carcerique arctiſſimo relegatus, ibi pœnitentiam agens cum perfectione Indulgentiæ, etiam Regni priſtini, propter Domini miſericordiam, quæ immenſa eſt circa genus humanum, adeptus eſt ſolium. Noſtra præfata mediocritate, interceſſione Beati Petri Apoſtoli cuius poteſtas ligandi, atque ſoluendi eſt in cœlo, & in terra: quantum fas eſt abſoluimus, precibuſque illos Domino commendamus. Hæc Ioannes de Indulgentia tàm pro viuis, quàm pro defunctis. D

Indulgentia conceſſa pro viuis, atque defunctis. *f Ezech. 18* *g Luc. 23.* *h 21. Paralip. 33.*

Ad hunc vſque annum TRECENSIS CONCILII Ado Archiepiſcopus Viennenſis ſuum perduxit Chronicon, vir ſcientia, & ſanctitate clarus, cuius natalis dies celebratur 16. Menſis Decembris. Extat ex eius lucubrationibus inſigne monumentum illud, quo res geſtas Sanctorum Martyrum, nouo Martyrologio, cęteris fuſius eſt proſecutus: Inſcribitur Martyrologium Adonis. Frodoardus, dum relegit ſcriptas epiſtolas ab Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo ad diuerſos; eius, quam ab ipſo ſcriptam tradit ad eundem Adonem, ita ſummarium collegit: Hincmarus Adoni Viennenſi Archiepiſcopo ſcribit inter cetera pro epiſtola Beati Auiti ad Sanctum Remigium ſcripta, quam quidem Rothfridus Monachus ei dixerat ſe apud eundem Adonem legiſſe. Sed & ſi quæ præterea de Sancto Remigio reperire valeret, ei ſuper aurum, & topazion pretioſa, & amabilia mitteret. E

Chron. Adon. huc vſque procedit. *Adonis Martyrol.*

At in rebus Gallicanis diutius immorati, ad res Orientalis Eccleſiæ tranſeamus, cum magna in Conſtantinopolitana Eccleſia contigit innouatio.

Videns veterator Photius inter Ioan. Papam, & Ignatium Patriarcham Conſtanti-

A nopolitanum occaſione diœceſeos Bulgarorum obortas diſſenſiones, & iam ea de cauſa eundem Pont. ipſi Ignatio infenſum redditum, in id animum intendit, vt quomodocunque poſſet, reditum ſibi ab exilio ab Imperatore conficeret Conſtantinopolim. Quod vt conſequi poſſet, impoſturam excogitat, & hiſtoriam confingit ſexcentis mendacijs, quibus delectari nouit homines, refertam, vetuſtiſſimis membranis, characteribus etiam Alexandrinis pro virili imitatis, ac deinde in magna palatij Bibliotheca deponendam curat, per Theophanem quendam Regium clericum, & apud Imper. ſapientiæ nomine celebrem, eundemque fraudi Photij conſentientem. Aliquanto poſt hic Theophanes opportunum tempus nactus, librum illum oſtendit Imperatori, vt omnium mirabiliſſimum, & ſecretiſſimum, quem fingit ſe non ſolum non intelligere, ſed nec alium quempiam, præter ſolũ Photium. Quamprimum itaque mittitur ad Photium, fingit autem ille ſe non poſſe alteri dicere arcanum, niſi illi, pro quo ſcriptus eſt liber, videlicet Imperatori. Permittit illi, facilis nimis, & leuis Imper. reditum Conſtantinopolim, deponit odium, & illi conciliatur. Hæc origo amicitiæ Photij cum Baſilio, & prioris confuſionis innouatio. Hinc frequenter in palatio erat fraudulentus ille, ſuffurando Principis beneuolentiam, & totum ſibi illum deuinciendo verborum lenocinijs, & ſimulatis moribus. Ignatius ſolicitatus, & multis moleſtijs affectus, vt eum in ſacerdotio reciperet, omnino recuſauit, vt qui a Synodo canonice, non ſolum prouinciali, ſed etiam generali, damnatus fuerat; quinimmo quod neque ab initio legitime dignitatem Pontificiam fuerat adeptus. Sed ille nulla ratione canonis, neque legis habita, ſibi ſacerdotio vſurpato, lenitate Imp. abutens, ordinationes habebat. Tentans etiam per Legatos Sed. Apoſt. qui tum Conſtantinopoli erant, Paulum Epiſcopum Anconitanum, & Eugenium Oſtienſem, vt cum ipſo communicarent: reiectus eſt, cum dicerent ſe hoc in mandatis non habere.

Photij fraus. B *Photiꝰ ab Ignatio nõ recipitur.* C

Sed dum hæc agerentur Conſtantinopoli contigit ex optato Photij, luctuoſus bonis omnibus, Ignatij Patriarchæ obitus, anno decimo, quo per Synodum fuerat reſtitutus, 23. Octobris, quo ipſo etiam die celebratur memoria Sancti Iacobi Apoſt. fratris Domini, in Orientali Eccleſia, quem ipſe præcipuo honore coluit. plura oſtendit Deus miracula in eius funere, & poſt etiam. Hæc ex Niceta, qui pluribus hæc, & reliquas eius res geſtas, & miracula eſt perſecutus. ſed amouendus eſt hic ſcrupulus, qui quemque offendere facile poſſet: quod quamuis impletum ab Ignatio minime reperiatur, illi mandatum a Ioan. P. ſub excommunicationis ſententia, niſi intra triginta dierum ſpatium reuocaſſet a ſe ordinatos Epiſcopos Bulgariæ: conſtat tamen eundem ſemper vſque ad obitum, & poſt obitum in Catholica Rom. Eccleſiæ communione fuiſſe retentum, quod eiuſdem Pont. Ioannis plures epiſtolæ ad diuerſos datæ, poſt eiuſdem Ignatij obitum, docent, vt iam de his nulla penitus dubitatio oriri poſſit. Neque eſt, quod quis, ob litem hanc, Ignatium animo fuiſſe in Apoſtolicam Sedem infenſo exiſtimet, vel ingrato, cum quæ iuris eſſent ſuæ Eccleſiæ defendere iuramento teneretur obſtrictus, etiam terrenæ ſuæ vitæ diſpendio. non enim aliena retinere, ſed ſua poſſidere, ex poſſeſſione prædeceſſorum ipſe iuſtum putauit: cui haud dubie ſponte ceſſiſſet, ſi id facere ſibi licuiſſe crediſſet.

S. Ignatij obitus. *Miracula S. Ignatii.* *Apologia pro Ignatio.* D

Ante tertium depoſitionis diem S. illius Ignatij Photius Patriarchalem ſedem occupat, & rabiem aduerſus Ignatium innouat, & omnes eius familiares, & ab eo ordinatos carceribus, exilijs, plagis, reordinationibus vexat, & affligit. Poſt ſedis inuaſionem Theodorum quemdam a ſe exule Pathmorum Metropolitam conſtitutum, ad Ioan. Papam Apocriſarium mittit, ſcribens, quod inuitus, & magna vi ab Eccleſia, & a Rep. coactus ſedem Patriarchalem iterum ſuſcepit. Vt vero mendacium hoc magis confirmaret, per Petrum quemdam arcanorum ſcriptorem, qui deinde pro ſuarum fraudum mercede, Sardenſium Eccleſiam accepit, omnium Metropolitarum ſigilla ſuffuratur; nec non ipſos ignaros adducit, vt libello ſubſcriberent, hac occaſione illos decipiens, quod hæc fierent pro ſcripta cuiuſdam agri emptione.

Photius ſedẽ Conſtantinop. inuadit. E

Propter hæc, & alia longe abſurdiora, Dei vindicta deſcendit in reſtitutorem, &

ad Patriarchalem ſedem promotorem Baſilium Imper. extincto primogenito filio optimo Conſtantino. A

Syracuſana quoque magna ciuitas capta,& exciſa eſt ab Agarenis, & omnes Inſulæ depredatæ: atque his auſpicijs Photius rurſus in ſedem intruſus eſt.

Sed antequam claudamus præſentis anni periodum, Catholici Regis [a] Alfonſi Magni, in Gallæcia regnantis prodamus egregium pietatis monumentum. Ipſe enim vnicum Hiſpaniarum præſidium, Arabum terror, ad euitandos improuiſos Northmannorum incurſus, Oueti munitionem conſtruxit, vbi in Eccleſia Sancti Saluatoris tranſlatas Toleto,& ex alijs Hiſpaniarum eccleſijs venerandas Sanctorum reliquias, loco tutiſſimo aſſeruari voluit. In qua pariter eccleſia idē religioſiſſimus Princeps aureā crucem, gemmis ornatā, miræ magnitudinis,& pulchritudinis hoc ipſo anno obtulit.

Hoc pariter anno Gitro Rex Danorum qui Angliam fere vniuerſam ſibi ſubiecerat ab Aelfredo Rege,[b] qui profugus latuit in Acthelingere inſula, ſuperatus, fit Chriſtianus, mutatoque nomine Aethelſtanus vocatur. Mira in Aelfredo effulſit diuina gratia, qui poſt varios caſus bellorum plurium, coactus tandem hoc anno, in vltimis finibus Occidentalium Anglorū in dicta inſula deliteſcere, illic viri ſanctiſſimi Neothi nomine ſolitariam vitam agentis, admonitione, ad meliorem frugem redditus, ab eodem de reſtitutione in Regnum reſponſum accepit, quod & per viſum S. Lutbertus in ſomnis ſignificauit, quibus confiſus oraculis, paucos quos potuit colligens, ex improuiſo Gitronem, quem diximus, Danorum Regem adoriens, poſt cædem militum in munitionem ſe recipere coegit, vbi obſeſſus non aliter eum liberum paſſus eſt egredi, quàm, promiſſa Chriſtianitate, fuerit pax ſancita. Rex vero Aelfredus Magnus merito nuncupatus, recuperans Regnum ab infidelibus occupatum, Angliam ab hoſtibus liberauit. Hæc autem pluribus veteres, qui Anglorum ſunt hiſtoriam proſecuti, atque ab eodem Rege res præclare geſtas conſcripſere. peruenit iſte ad annum ſalutis nongenteſimum, relicto filio Aeduardo, qui Angliæ monarchiam eſt conſecutus. Per Aelfredum iſtum refloreſcere cæpit collapſa eccleſia Anglicana, viris doctis in Angliam accerſitis,& libris compluribus ex Romana Bibliotheca deſcriptis, vt ijdem, qui ſupra, teſtantur auctores. Inſuper & pio Regi curæ fuiſſe tradunt, vt Dialogos S. Gregorij in Anglorum linguam verteret Nerefridus Epiſcopus Vuigornienſis. Inter doctos viros è Gallijs per legatos petitos, hi præcipui nominantur, Gimbaldus monachus, qui & inter Sanctos annumeratur; Ioannes Monachus,& Aſſerus, qui ſcripſit Annales Britanniæ: alter Ioannes, natione Scotus, e Gallijs pariter, vbi manebat apud Carolum Regem (agitatus magnopere a Gallis, præſertim vero a Floro, ob errores quoſdam aſſertos ab ipſo, in libro, quem ſcripſit de naturæ diuiſione) in Angliam ad eumdem ſe contulit Regem. Vbi Melduni Magiſter docuit. Eundem [c] Ioannem apud Nicolaum Papam, male audiſſe, ex eius epiſtola ad Carolum demonſtratur, ex qua iſta promuntur: *Relatum eſt Apoſtolatui noſtro quod opus B. Dionyſij Areopagitæ, quod de Diuinis nominibus, vel cæleſtibus ordinibus Græco deſcripſit eloquio, quidam vir Ioannes Scotus genere, nuper in Latinum tranſtulerit. Quod, iuxta morem, nobis mitti,& noſtro iudicio debet approbari: præſertim cum idem Ioannes licet multæ ſcientiæ eſſe prædicetur, olim non ſane ſapere a quibuſdam frequenti rumore dicatur.* Hæc ibi.

Margin notes: Viſio Diuina in Baſilium. — a Ex Ambr. Mor. Chron. li. 15. c. 9. — b Matth. Vueſtmonaſt. Flor. hiſt. hoc anno. — Rex Danorum fit Chriſtian. — Vuilel l. 2. c. 4. & Ingulf. hiſt. Angl. — Eccleſia Anglic. refloreſcit. — Docti e Gall. ab Anglis accerſiti. — c Roger. Annal. p. 1. anno 880. — Io: Scotus interpres Dionyſ. Areop.

B C D E (margin letters)

Chriſti Annus 879 — *Ioann. Pap.* 8. 7 — *Baſilii Maced. Imp.* 13 } *Indict.* 12.

Moritur Ludouicus Imper. relinquens poſt ſe filios duos, ex Anſgarde priori coniuge, ideſt Ludouicum, & Carolomannum, ex poſteriori Adeleide nomine, genuit Carolum Poſthumum, cognomento Simplicem. Ad quos ſingulos

A Hincmarus Rhem. Archiep de regno optime diſponendo ſcripſit epiſtolas, de quibus agit Frodoardus. [a] Cognito Ludouici Imp. obitu Io. Papa SYNODVM ROMAE indicit [b] menſe Maio, ad quam dum vocat Anſpertum Mediolanenſem Archiep. hæc, inter alia, habet. [c] *Quia Carolomannus corporis (ſicut audiuimus) incommoditate grauatus, Regnum retinere iam nequit, de noui Regis electione, vt omnes pariter conſideremus, vos prædicto adeſſe tempore valide oportet; & ideo antea nullum abſque noſtro conſenſu regem debetis recipere. Nam ipſe qui a nobis eſt ordinandus in Imperium, a nobis primum atque potiſsimum debet eſſe vocatus atque electus, &c.* Cum verò Pontificis animus erga Carolum Cognomento Craſſum, Ludouici Caroli Fratris Calui filium, propenſior eſſet, eum vt Romam Legatos mittat, atque demum ipſe veniat, hortatur. [d] Porrò Anſpertum vocatum ad eam Synodum B cum venire noluiſſet, idem Pontif. excommunicauit, quouſque Romam veniret ad aliam Synodum menſe Octobr. Interea autem de perſona Caroli eligenda in Imper. Io. Papa adhuc nutans, & fluctuans, de eius germano Ludouico aſſumendo, agere cępit, ſcripſitque de his ad eum litteras. [e] At tandem ad Carolum eligendum vi quadam adactus eſt, cum ipſe armatus irrupiſſet in Italiam, poſt biennium, vt ſuo loco dicetur. Fuit ergo vſque ad coronationem Caroli biennio interregnum, & amplius. Eiuſdem quoq; anni initio decernitur Legatio à Baſilio Imp. ad Io. Papam pro Photio, vt ſcilicet eum in communionem reciperet, & Patriarchatum ei ſua auctoritate firmaret. declarant hæc litteræ eiuſdem Pont. [f] menſe Auguſti illi redditæ. Aduenit etiam Legatio Patriarchæ Ieroſolymitani tribus monachis credita, vna cum litteris eiuſdem id ipſum ab eodem Pontifice expetentis. Sed & cum eiuſdem Legatis affuit C Photij quoque Legatio per Theodorum Epiſcopum Cognomento Santabarenum, verſipellem, & ad fallendum aptiſsimum.

Quod autem (non vt par erat) pro Photio agentes cauſſam Legati reiecti fuerint à Ioanne Pontifice, ſed benignè recepti, & præter omnium ſpem, quæ pro eo peterent, impetrarint, cauſæ plures interceſſerunt. Primum enim Græcorum Imperium in Italia potentius effectum erat, defectione Beneuentani, atque Capuani Principis a Francis ad ipſum (vt Curopalates teſtatur) vt ei contradicere periculoſum admodum iudicaret, his præſertim temporibus, cum Romana Eccleſia non ſolum barbarico gladio, ſed Chriſtiano etiam vicinorum comitum vexaretur. Deinde quod idem Baſilius Imp. in ſpem eum erexerat, fore vt ſua claſſe liberaret ipſa Campaniæ, Latij, & Hetruriæ littora a Sarracenorum incurſibus. Præterea quod multa alia idem Imperator ipſi Papæ promitteret, maximè vero Bulgarorum Eccleſiam ſub Romana D Diœceſi reuocandam. His omnibus accedebat, quod prætexebatur, bonum pacis, & ſciſſarum vnio Eccleſiarum, quæ ob reiectum Photium, velut iugi terræ motu tot annis, & cum eis totus Oriens quaſſaretur. Ceſſaturū ipſum omnino, ſi Sed. Apoſt. authoritate Photius ſedere concederetur; ſin minus grauiora prioribus inſtare pericula, impendere mala, nullo penitus curanda remedio. His iungebatur, quod mendacii relatione decepit Baſilius Imper. eundem Io. Pont. dum litteris teſtatus eſt, reſtitutionem Photij exoptari, & peti magna inſtantia ab aduerſa parte, ab ordinatis ſcilicet ab Ignatio, atque eius prædeceſſore Methodio, quod tamen falſum erat. Hæc ſunt quæ permouere Pont. potuerunt, vt quod nullus fecerat prædeceſſorum, ipſe omnium maxima admiratione, tentare auſus fuerit, atque perficere: ſuadente iſtud E prudentia carnis inimica Deo, & eccleſiæ ſemper aduerſa. Hæc inquam, Orthodoxorum omnium commouere animum vehementer, tanquam indignum facinus Romano Pont penes quem plus valeret, & maioris eſſet ponderis gratia Imper. quam Sanctiſſimorum prædeceſſorum ſcriptis confirmata, & iuramentis ſtabilita, de Photio numquam recipiendo, ſententia: cui & ipſe Ioannes, cum eſſet Archidiaconus, coram vniuerſa Eccleſia, conſenſerat, & magna aſſertione iuramenti religione firmauerat, atque ſubſcripſerat. Accedebat ad ſcandalum, quod nihil penitus feciſſet Photius, cuius cauſa, quoquomodo reſtitui mereretur, neque vel leuiſſimum edidiſſet pęnitentiæ ſignum; immo multo deteriora prioribus facinora perpetraſſet, quorū cau-

a hiſt. Rhemen.
b li. 3. c. 18
c Io. epiſt. 155.
In Regnū eligendus probādus a Papa.
d ep. 160. 172.
Archiep. Mediol. a Papa exc.
e ep 197.
Interregnū biennij vacante Imperio.
Cauſæ q̄bus pmotus Io. P. fauerit Photio.
Io. male audit ob reſtitutū Photium.

ſa arctioribus eſſet anathematis vinculis innodandus, & grauioribus ſupplicijs puniendus. Quod igitur Io: Papa loco ſupplicij perſoluerit præmia ſceleſtiſſimo viro, magnam exiſtimationi ſuæ, & cathedræ Pontificiæ notam inuſſit. Hinc puto factum (ſi quæ tamen veritatis, vel ſaltem ſpecies mendacij apertiſsimi eſſe potuit) quod ob nimiam Ioannis animi facilitatem, & mollitudinem, non Papa vt Nicolaus, & Hadrianus, ſed Papiſſa fuerit contumeliæ loco dictus, vt qui nec reſiſtere ſciret Eunucho, quique vinceretur à ſemiuiro, non vir, ſed eſſet femina potius nuncupandus; & ſic nomen contumeliæ tranſierit poſteris rerum inſcijs, in veritatis opinionē, atque ita à compluribus decantatum fuerit Ioan. Octauum Papam, fuiſſe feminam; ſicque iactata vulgo inuenit eo modo locum fabula. Eius modi planè ſcommatibus proſcindi ſæpe ſolere leuioribus de cauſis Rom. Pont à maledicis, & otioſis, quis Romæ verſatus ignorat? Certè quidem non maledicos tantum, ſed & ſapiētes, atque prudentes prouocaſſe aduerſum ſe Io: Pont. quæ dicentur inferius, demonſtrabunt, iam in eum redditis infenſiſſimis, quod vna legatione prodegerit tot tātosq; bene inſumptos labores, hauſtosque ſudores Sanctiſſimorum Pontificum Nicolai, & Hadriani prædeceſſorum. A B

Vnde Io. 8. potuit dici femina, & Papiſſa.

Quanta autem mala einſmodi factum Ioannis ſequuta ſint, nemo puto numerare facile poterit, vtpote, quod quæ tunc cępta, in hanc vſque diem infeliciter eadem perſeuerent. Quæ enim non auſus ſit impius, vbi ſenſit non habere, vt antea, aduerſantem Pontificem, ſed fauentem? Parum illi fuit, eius fauore ſedere ſecurum, niſi etiam curaſſet perdere, a quo fuerat reſtitutus, Romanum Pont. quibus autem conſilijs, & quibus artibus, ſcies poſtea, modo autem rerum geſtarum ſeriem proſequamur. Ceterum, & ſi viſus eſt ſucceſſoribus Pontificibus Ioannes culpabilis, cum Photium reſtituerit; haud tamen illorum reus eſt criminum, quibus ab eodem Photio aſpergitur, in Synodo ab ipſo Conſtantinopoli, vna cum Legatis Apoſt. habita, quam & nuncupauit Octauam. Erit planè vt mireris, Lector, cum oculis videris, & manu tetigeris perditiſſimi hominis impoſturas, & fraudes, quibus miſcuit omnes Ioannis Epiſtolas. Eas deſcriptas voluit Auctor in Annalibus, tum Ioannis [a] Papæ ad Imp. tum ad ipſum Photium, [b] vt integræ, magna Dei prouidentia, in Volumine Epiſtolarum eius hactenus conſeruatæ ſunt; & ex aduerſo, per ſingula capita, magna cum diligentia, appoſuit impudentiſſimas Photij corruptelas, inuerſiones, additiones, detractiones, expunctiones. Conſilium ſceleſtiſſimi hominis fuit, quaſi ex Ioannis Papæ litteris, non ſolum ſuam reſtitutionem firmam roboratamque monſtrare; ſed & falſatis illis probare etiam auctoritate eiuſdem Pontif. Octauam Synodum Oecumenicam eſſe damnatam; probatam verò recentem ab ipſo aduerſus eam Conſtantinopoli celebratam, Octauamque pariter nominatam, in abolitionem legitimæ Oecumenicę Octauę Synodi ſub Hadriano Papa celebratæ. Ex quo grande malum illud euenit, vt pro germana Octaua, a Græcis maximè, accepta ſit Synodus Photiana, vt factum inter alios à Zonara, eſt videre, qui in ſua Canonum collectione, & interpretatione, poſuit, loco Octauæ Oecumenicæ, Photianam ſacrilegam, quam ipſam & Theodorus Balſamo vniuerſalem appellat, cuius tres Canones recitat. ſic & reliqua Gręcorum ſchiſmaticorum colluuies. Eaſdem Io. ad Imp. litteras a Photio Græcè verſas, & recitatas in ſecunda Actione ipſius Pſeudoſynodi (quæ extant cum integra Pſeudoſynodo, in Græco Columnenſi codice) & rurſum Latinè redditas, inſeruit item Auctor in Annalibus, indicatis ad marginem flagitioſiſſimis corruptelis tot ac tantis, vt niſi tam patentes extarent, & conſpicerentur, atque adeo attrectarentur, vix credibiles eſſent. patere, Lector, eas a nobis breuitatis ſtudio omitti: Sed tu non prętermittas, quin ſtudioſè in Annalibus perlegas, ſi vis Diabolicas Photij fraudes, luce clarius, agnoſcere, quibus tantam molem illam, Oecumenicam, inquam, Octauam Synodum, quam Occidens, & Oriens, Pont. & Imp. vna cum Epiſcopis, & Magiſtratibus, tanto labore ſunt conati erigere, & ſtabilire, quantum in ipſo fuerit, Photius mendaci ſtylo, ſit demolitus. Vt plane iterum repetendæ, quin & aliæ innumeræ ſint addendæ Deo gratiæ quod ad iam immane periculum euitandum, & immenſum ſcandalum ante- C D E

Photij fraude Io. Papa infamatus.

a ep. 199. b ep. 201. Epiſt. Io. uarie corrūpit Photius.

Octauam Oecumenicam legitimā Synodū fingit a Io. Papa dānatam.

A uertendum voluerit Diuina prouidentia remanere integra exemplaria Io. Epiſtolarum, vnicum remedium ad falſitatem hominis perditiſſimi arguẽdam, & impoſturam aperiendam; quo nomine pariter (vt vidimus) & ipſe de quo egimus, Pontifex Nicolaus ſummas gratias Deo rependit, quod ad euincendas falſitates eiuſdem Photij in ſuis litteris impudenter admixtas, earum exemplaria Romæ ſeruauerit; ſic dicens in Epiſt. [a] ad Michaelem Imp. *Veruntamen nos quomodocumque falſitati, vel deprauationi eadem ſit epiſtola ſubmiſſa, grates innumeras agimus Deo, cuius inſpiratione, & fidelia exemplaria penes nos retinuimus, & eius permiſſu, qui hæc vel authenticam ipſam ſcripſere, ſupereſſe noſcuntur.* In hoc ipſum totus incubuit homo profanus, aduerſum ſe collectam Octauam Oecumenicam Synodum, in qua cubitalibus litteris (vt ita dixerim) eius ſcelera multipliciter notata eſſent, aboleret, & penitus B extingueret, vt nec nominaretur amplius; ſed & quod ſciretur, teſtificatione hiſtoriarum, tum Græcorum, tum Latinorum, Octaua Synodus Oecumenica celebrata eſſe Conſtantinopoli ipſe eodem in loco haberi, eodemque nomine appellari voluit ſuam Pſeudoſynodum, quam ſupponeret pro legitima Octaua Oecumenica, habita per Hadrianum, vſus ad decipiendos omnes, citatis ſuperius ad ipſum ſcriptis, ſed ab ipſo falſatis litteris Io. Papæ. nec ſatis ipſi iſta viſa ſunt, ſed & ab illo falſatum eſt commonitorium ab eodem Pont. datum Petro, Legato, cuius eſt mentio commonitorij, in eiuſdem Io. Epiſt. ad alios Sedis Apoſt. Legatos Conſtantinopoli adhuc manentes, Paulum Anconitanum, & Eugenium Oſtienſem, hoc pariter anno, eademque citata die conſcripta. [b] Commonitorium autem ipſum reperitur recitatum, ſed falſatum a Photio ex more, in Act. ſecunda Synodi Photianæ, Octauæ mendaciter di- C ctę, quod & ſi non inueniatur inter Latinè ſcriptas epiſtolas ipſius Ioannis, vt ex autographo, argui poſſit falſitatis: tamen ex multis alijs, id ipſum conſequi facile poſſumus. Primum quidem inde, quod dum agit de receptione Photij, & lapſorum, abeſt illud, in Epiſtol. Ioan. legitima, & ſincera, Photio impoſitum de petenda venia a Synodo; demptum proculdubio ab ipſo. Deinde quod Ioan. Epiſtola, in Bulgarorum cauſa continet excommunicationem, non vero preces, quæ omnino ab eo ſuppoſitæ ſunt in Commonitorio: præterea ex additamento a falſario addito, de abolenda Octaua Synodo, quale additum ipſi Io. Epiſtolæ: denique ex ſubſcriptionibus Epiſcoporum, qui interfuerunt Rom. Synodo, ex qua prodijt commonitorium, pro receptione Photij. Nam ſi ex Synodi ſententia definita fuiſſet damnatio Oecumenicæ Synodi, eademque commiſſa Legatis, in dato illis comminatorio: vtique magis D eam ſuis ſubſcriptionibus expreſſiſſent, quam Photij reſtitutionem. His accedit etiam patens demonſtratio illa, quod cum ipſe Io. in citata epiſtola ad Baſilium Imp. ſæpe profiteatur vti ſe in eo reſtituendo diſpenſatione: Certe non diſſipationem & deſtructionem Concilij voluiſſe ſignificat. nam ſi illud Concilium abrogare conſtituiſſet, diſpenſatione vti opus non fuiſſet: diſpenſatio enim alicuius eſt legis diſpenſatio, ſi abrogata ſit lex, non eſt vbi legis diſpenſatio locum habeat. diſpenſatio itaque legis non abrogationem ipſius, ſed moderationem ſemper intelligit, ac proinde manente integro Concilio Oecumenico, in illa parte, qua Photium condemnauit, diſpenſationem locum voluit habuiſſe. At quod in his ſumus, aliæ impoſtoris falſitates prodendæ ſunt in lucem. Calumniatus eſt inſuper eundem Io. Pont. Photius, quod eadem cũ Græcis ſenſerit de proceſſione Spiritus Sancti. Ad quod probandum Epiſtolam cõ E finxit eiuſdem Io. noĩe ad ſe ſcriptam: ſed eã multiplici nomine in promptu eſt redarguere falſitatis, niſi potius alicuius alteriu s Græcorum eiuſdem ſnĩę aſſertoris illud ſit opus. Siquidem Photius in Epiſtola illa, quam eo argumento ad Archiepiſ. Aquileiæ conſcripſit (de qua inferius, ſuo loco) eius Epiſtolæ a Io. Papa ad ſe conſcriptæ nullam penitus habuit mentionem; quam, ſi accepiſſet, magno certe præconio exhibuiſſet, vel ſaltem citaſſet, qui etiam mentiendo (vt videbis) aliquos ex Rom. Pontif. eius aſſertores fuiſſe ſententiæ tradit; at de Ioanne cum verba facit, nihil de eiuſmodi epiſtola ab ipſo ſcripta vel leuiter ſaltem meminit, ſed tantum de legatis ipſius Conſtantinopolim miſſis, & in Synodo fidei antiquæ profeſſioni ſubſcribentibus, eò

[a] Nicol. ep. 9.

[b] ep. 203.

In reſtitutione Photii diſpenſatione ſe vſum ait Papa.

Photii noua calũnia in Io. Pap.

additamento, FILIOQVE carenti, ſed de his, inferius. A

His autem Io. P. temporibus in Rom. Eccleſia, abſque vlla ambiguitate, vſu receptum, vt Spiritus Sanctus A PATRE FILIOQVE procedere diceretur. Inter alia argumento eſt, quod Ioannes S.R.E. Diaconus ad hunc ipſum Ioannem Pont. quattuor a ſe elaboratos libros vitæ S. Gregorij Papæ mittens, vbi agit de Dialogis ab eo ſcriptis, & in Græcum a Zacharia Papa translatis, iuſte queritur quod cum ipſe S. Gregorius in eis aſſeruerit diſertis verbis Spiritum Sanctum A PATRE FILIOQVE procedere, illi textum corruperint, illaque verba, FILIOQVE, abradendo, inde abſtulerint, eos magnopere redarguens, quod audacter nimis ſicut & impudenter S. Gregorij textum, ita corruperint; plane ſignificans Rom. Eccl. nihil diuerſum ab ipſo S. Greg. Papa ſentire, nec Ioannem, ad quem ſcribit, ab ea ſententia diſcrepare. Sed ad Legationem Io. P. Conſtantinopolim miſſam redeamus. B

Io. Diaco. arguit græcos de falſatis Dialog. S. Grego. in proceſſione Spirit. S.

Dedit, eidem Petro presbytero Card. Legato Io. P. Epiſtolam [a] ad Clerum Conſtantinopolitanum, itemque ad Patriarchas trium Orientalium Eccleſiarum, cuius duplex extat lectio, altera latina autographa, in Regeſto Io. P. altera in Actione 2. Synodi Photianæ, & ipſa, vt cætera corrupta, vt in illis Io. verbis. Venerabilem fratrem Photium coram Synodo miſericordiam quærendo, Patriarchatus honore fungi volumus, &c. abraſit iſta ille ſuperbus, profeſſionem humilitatis inſinuantia, & loco eorum (vt in ceteris fecerat) iſta poſuit: Photius Patriarcha Sanctiſſimus, & religioſiſſimus frater noſter non dedignetur in conſpectu Synodi gratiam, & ſtudium noſtrum, quin potius viſcera miſericordiæ Romanorum Eccleſiæ prædicare, quod ab ea ſit receptus. Dedit & alias litteras Io. P. eidem Petro Legato ad eos qui Photium abhorrentes, nullo pacto adduci valebant, vt cum eo communicarent, monens eos, vt quem reciperet bono pacis Rom. Eccleſia, ipſi eum recipere non recuſarent; alioquin dediſſe in mandatis Legatis, vt extra Eccleſiam facerent omnes, qui Photium ab Eccleſia receptum, recipere denegarent. Dimiſſus Petrus cum litteris & perueniens Conſtantinopolim alijs Legatis iunctus eſt, qui omnes a Photio ita ſeducti ſunt, vt nunquam tam ſordida, tanque indigna ab Apoſt. Sede Legatio miſſa fuerit, ſi vera eſſe dixerimus, & non a Photio confecta quæ in ſua Synodo Conſtantinopoli celebrata hoc anno leguntur. Procurauit contextor impoſturarum, & falſitatum conſutor Photius vt litteræ omnes a Io. conſcriptæ in ſuas manus deuenirent, quas legendas in Synodo ipſe e Græco ſermone reddens, pro arbitrio aptauit, alia (vt vidiſti) addens alia minuens, mutans alia, adeo, vt in omnibus, quę ipſe vellet, Rom. Pont. in ſuis litteris cogeret loqui Ioannem, & profiteri. C D

a ep. 200. Aliæ Photii corruptelæ.

Legati S. Apoſt. turpiter ſeducti.

Habita igitur fertur hoc anno Conſtantinopoli Synodus Photiana (ſi tamen habita) ſeptem Actionibus, quæ Græcè extat tum in Vaticana Bibliotheca, tum in Columnenſi, ex qua ſummatim plura prodidit Auctor Annalium, quæ tamen pleraque nobis omittenda iudicauimus, vt vana, falſa, & conficta. Sed non illa, æque tamen falſa, & fraudulenta In Act. 5. facta ſcribitur ſuggeſtio (ſeu potius a Photio ficta) Legatorum Apoſt. Sed. vt ex ſententia Ioannis Pont. canon conſtitueretur, quo iuberetur, vt excommunicati vel depoſiti a Rom. Pont. a Photio non ſuſciperentur, ſicut econtra qui depoſiti eſſent a Photio vel excommunicati non reſtituerentur, nec abſoluerentur a Rom. Pont. quo canone quis non videat ſumma Photij calliditate interceptas eſſe appellationes ad Apoſt. Sedem & recurſum ad eam? Si quidem ablata fuit per canonem iſtum auctoritas Rom. Pontificis, vt iudicare non poſſet, quos Photius condemnaſſet. Quis animo concipere poteſt Legatos Apoſtolicæ Sedis, adeo oſcitãtes, & prodigentes iura Apoſt. Sedis, vt & aduerſus ea obnitentes non tantum non reſtiterint, ſed vt iſthæc ſancirentur, ipſi ſuggeſſerint? an non manu palpantur commenta Photij? E

Synod. Photiana.

Phot. callide intercipit appellationes ad Sedem Apoſt.

Statutus autem eſt poſt hæc eodem ſuggerente Photio, Canon 2. *Ne quis relinquens Epiſcopatum tranſiens ad ſtatum monaſticum, Epiſcopatum retinendi haberet amplius facultatem, nec ad illum reuertendi aditus patefieret.* Hic non prætereundum, quod Gratianus male conſultus, Canonem hunc tanquam ex legitima Octaua

Synodo

A Synodo deſcripſit totidem verbis in libro Decretorum, [a] qui plane odio Photij impoſtoris fuerat excuſandus. b 7. 9. 1. 64. 5. Tẽporis, & hoc nequaquã.

In Act. 6. ex ſuggeſtione Photij, Imperator Fidei definitionem a Synodo poſtulauit, ſicque conſenſu omnium exhibita eſt definitio fidei comprobata in 7. Synodis Oecumenicis, conteſtationibus appoſitis, ne quid ab aliquo adderetur, vel minueretur omnino. recitatumque eſt Nicænum Symbolum, ſiue Conſtantinopolitanum dictum. Ita ſugillantes latinos, quod appoſuiſſent verba illa FILIOQVE. His approbatis ab omnibus, ſubſcripſit Baſilius Imp. improbans ſua ſubſcriptione cuncta quæ contra Photium acta eſſent, in Octaua legitima Synodo, cui ipſe ſubſcripſerat, vna cum Filijs, quos & huic pſeudoſynodo pariter ſubſcribere voluit. ſicque abſoluta eſt B Photiana Synodus, Octaua dicta, & generalis, cui non ſicut in Commonitorio iuſſi ſunt, præſidere Legati Apoſt. Sedis, ſed Photius ſemper primo loco legitur præfuiſſe, aſſiſtentibus Legatis Apoſtolicæ Sedis. Hanc Græci lambunt, hanc venerantur, & vt diuinum quoddam oraculum obſeruant atque cuſtodiũt. Sed quomodo paulo poſt eadem fuerit, cum ſuo auctore condemnata, dicturi ſumus inferius ſuo loco. De qua illud admiratione dignum, quod non ſit aliquis ex Græcorum hiſtoricis res Baſilij Imp. proſequutis, qui huius Photianæ Synodi meminerit, cum omnes ferme de legitima Octaua Oecumenica, in qua Photius eſt depoſitus mentionem faciant; certe nõ Curopalates, non Cedrenus, non Zonaras, non Glicas, non Conſtantinus Manaſſes, de huiuſmodi Photiana Synodo, vel verbum vnum: cum tamen ſi talis fuerit, tamq; numeroſa, & quæ Oecumenicam damnaſſet, haud videri poſſit ſilentio prætermiſſa. C Vnde de ea ſuſpicio augetur, vt ea tota ita fuerit Photij ſtylo conficta, & eiuſdem penicillo mendacij colorata, ſicut ab eo alias factum eſſe, ſuperius eſt demonſtratum. Hiſto. Gr. nuſquam meminerunt Photianæ Synodi.

Interea vero Baſilius Imp. cum Conſtantini filij obitu inconſolabili dolore afficeretur, iuſte quidem a Deo punitus, vt primogenito priuaretur, cum Photium recipit, qui de illius ſucceſſione commenticijs ſcriptis fuerat lęta admodum falſo vaticinatus: factum eſt, vt Theodori Euchaitarum Epiſcopi, cognomine Santabareni præſtigijs, ac necromantia eiuſdem filij defuncti, petiretur aſpectu. Sed & alijs ſimilibus factis Santabarenus, Imperatore in admirationem adducto, effecerat, vt is totus ex ipſo penderet, neque vlla in re ei diffideret. Sed Leo filius a patre Imperator Salutatus, Santabareno non delectabatur, eum veneficum appellans, & præſtigiatorem, & Imperatoris deceptorem. Quibus ille extimulatus ad vltionem, ſimulata erga eum beneuolentia adoleſcenti ſuaſit pugionem clam deferre; eumque poſt parenti detulit, quaſi D filius eo pugione vſurus eſſet in patrem. Credulus pater ardens iracundia, correptũ filium in cubiculum includit, de eruendis illi oculis etiam cogitans, niſi Patriarcha, & Princeps Senatus multis precibus eum a ſententia deduxiſſent. Ex Curopalate, Zonara, & alijs. Præſtigiæ Santabareni. Leo Baſil. Imp. fil. periclitatur opera Santabareni.

Alia ad ipſum Ioan. Papam pertinentia huius anni facta breuiter videntur attingenda.

Miſit Legatum ad Regem Bulgarorum, ſed fruſtra, cuius legationis plures extant epiſtolæ. [b]

Excommunicat Anſbertum Archiepiſcopum Mediolanenſem, [c] quod vocatus ad Synodum Romam non veniſſet, nec excuſationem miſiſſet, ſed quod idem excom- E municatus miſſas celebrauerit, abſolui non meruit; Propterea & ad Eccleſiam Mediolanenſem ſcripſit, [d] vt alium in eius locum eligerent. b ep. 174. 175. 176. 184. 189. 192. c ep. 177. d ep. 220. 221.

Cum S. Methodius Morauorum Eccleſijs datus Archiepiſcopus ab Hadriano Rom. Pont. Apoſtolicum munus digne perſoluens, apud Ioan. ipſum Pont. calumniã paſſus eſſet in doctrina, Romam vocatur, vt fidei ſuæ & prædicationis redderet rationem: Extant de his Ioannis epiſtolæ. [e]

Eodem anno cum nonnulli Italiæ Principes, & populi, ſuæ priuatæ cauſæ proſpicientes, publicam negligentes, cum Sarracenis fœdus inijſſent: Ioan. Papa, vt contractum fœdus diſſoluerent, ſub pœna excommunicationis eiuſdem præcepit. Illorum caput Phulcarius præfectus Amalphitanus, [f] ad quem ſcripſit, & ad Athanaſium e ep. 194. 195. f ep. 209. 225. 227. 227. 242.

Epiſco-

a 241. 265. 270. 294.

Epiſcopum Neapolitanum, præfecturam, ſeu ducatum eius Ciuitatis agentem; cuius pariter argumenti, eiuſdem Ioan. Papæ plures ad eum extant epiſtolæ, [a] ſiquidē is oblitus ſe iam Epiſcopum, nec Epiſcopi, nec boni Principis munera expleuit, quæ ſunt tyranni ſectatus, magno omnium fidelium ſcandalo, fœdus inijt cum Sarracenis, quorum viribus dominari poſſit. A

Eodem anno Capuanam Ciuitatem liberat ab incurſione Guaiferij Principis Salerni Ioan. Papa illuc profectus, præcipiens ei ſub excommunicationis pœna abſtinere ab inferendo bello Capuanis. Extant ea de re plures eiuſdem Pontificis litterę.[b]

b ep. 214. 215.

c lib. 5. c. 42. 44.

d li. 5. c. 43

De quo Leo Oſtienſis. [c] *Sub idem tempus Guaiferius Princeps memoratus languore correptus, monachus effectus eſt, rogans ſe ad hoc Caſsinenſe monaſterium deferri. Verum quia propter incurſionem Sarracenorum huc inferri non potuit, defunctus, in monaſterio apud Theanum corpus eius humatum eſt.* At quod pertinet ad ipſam Capuanam Eccleſiam, idem Leo Oſtienſis in eadem hiſtoria Caſſinate hæc habet. B [d] His diebus, Capuanos, expulſo Landulpho Epiſcopo, Canonice electo, Landenulphum quendā de ſuis nobilibus coniugatū, atque neophytum ſibi in Epiſcopum elegiſſe, multiſque precibus iam dictum Papam fefelliſſe, vt eis ille conſecraretur Epiſcopus, quantumuis Leo Theanenſis Epiſcopus, & Bertharius Abbas Caſſinenſis Romam profecti, eum, denunciatione ſanguinis effuſionis, & periculorum, quibus & ipſe inuoluendus eſſet, deterrerent. Hac ſecuta ciuili diſcordia Sarraceni, opportunitatem nacti, rurſus vniuerſa diripiunt, & depopulantur, cuius rei gratia Apoſtolicus Capuam venire coactus, indoluit animo, ac pœnitentia ductus, Landulphum, quem ſupra depulſum memorauimus, in Eccleſia D. Petri Apoſt. Capuæ veteris ordinauit Epiſcopum: Landenulphum vero Capuanæ Eccleſiæ præeſſe conſtituit, æqua ſorte inter vtrumque diſtributo Epiſcopatu. C Ex Oſtienſi. De his extant plures Io. epiſtolæ. [f]

e ep. 203. 206. 207. 208. 248.

Landenulphi huius Epiſcopi Frater Randenulphus, Capuæ modo Princeps modo Dux, modo Iudex appellatus, orauit Papam, vt Caietanos, qui tum Rom. tantum Pontifici parebant, ſibi ſuijceret, cui cum annuiſſet, & ille ipſos infeſtare cępiſſet, Docibilis eorum Dux dedecus non ferens, Sarracenos euocauit, qui cuncta per circuitum depopulantes ad Caietam Caſtra poſuerunt. Quibus Papa compertis, pœnitentia ductus, blandis alloquijs, epiſtolis, ac pollicitationibus multis Caietanos lenire, & ad ſe allicere, a Sarracenis abductos cępit. Cuius monitis Docibilis Princeps obtemperans, rupto fœdere bellum cum Sarracenis protinus inijt, in quo tamen Caietanorum plurimi cęſi, & capti ſunt. D Rurſum Sarraceni, cum Docibile fœdus inierunt, captiuiſque redditis, Garilianum ad habitandum ab eo directi ſunt, vbi annis ferme quadraginta innumera vndique mala perpetrantes, ſępiuſque tentati, diuino iudicio inuicti perſtiterunt. Ex Leone.

Sarraceni p. 40. ann. apud Garilianum agentes, omnia circumquaq; incurſant.

Porro profectum eſſe Caietam ipſum Io Papam ſuis litteris ipſe docet [g] De rumpendo autem fœdere cum Sarracenis, & de Caietanis, & alijs, Io. Papa in Epiſtola ad fœderatos, anno ſequenti [h] præſcribit terminum ad frangendam cum illis pacem, ſub pœna perpetui anathematis.

f ep. 256. 270.

g ep. 227.

Chriſti Annus	Io. Pap. 8.	Baſilii Maced. Imp.	Indict. 13
880	8	14	

E

Legatorū reuerſio.

ABſoluta Photiana Synodo, Legati Apoſt. Sedis in Vrbem reuerſi, litteras ad Io. Pont. ab Imp. & a Photio, de ipſius reſtitutione, cuius cauſa tantummodo miſſi rant detulerunt, tacitis, quæ de Synodo Oecumenica abroganda, fuiſſent in Pſeudoſynodo Photij opera conſtituta. His acceptis Pont. litteris reſpondens ad eas, congratulatus ipſis de pace reddita Eccleſiæ illi: ad finem caute admodum, ſic ſe probare dicit, quæ in Synodo acta eſſent, de reſtitutione Photii, Legatis in mandatis data, vt ſi

quid

A liquid ipſi,præter voluntatem Apoſt. Sedis plus his operati eſſent, nullius eſſet penitus auctoritatis. Quod vero gratias agit Ioannes Imperatori de nauibus ſubmiſſis cuſtodiæ terre S. Petri, de reſtitutione monaſterij S. Sergij iuxta Conſtantinopolim quod olim fuit iuris S. Petri, de reſtitutis item Bulgarorum iuribus Rom. Eccleſiæ, fuit illa oſtentatio Græca, atque deceptio fraudulenta potius, quam exhibita re ipſa munificentia Imp. ſi quidem naues vix viſæ, receſſerunt ad cuſtodiam Orientis litorum, quæ a Sarracenis infeſtabantur: & ipſi quoque Bulgari ſub Photio ſunt retenti, ut redditæ aliæ ipſius Ioannis litteræ poſtea datæ declarant. Ad Photium autem, multis præmiſſis, Ioannes eum redarguit, quod multa ſint facta ſecus, atque ipſe facienda eſſe præcepiſſet, plane inſinuans, Legatos ſuos, eius impulſu, eſſe tranſgreſſos mandata. redarguit etiam, quod cum ſcripſiſſet Io. ab Apoſt. Sede miſericorditer cum ipſo agēdum fore, ob idque coram Synodo miſericordiam eius implorare debuiſſet: non ſolum id facere neglexiſſet, ſed ſuperbo faſtu vane iactaſſet, ſe nihil perperam egiſſe, cuius rei gratia miſericordia indignus factus eſt. Porro has litteras Io. dediſſe Marino Epiſcopo qui illi in ſede ſucceſſit, & hoc vel ſequenti anno, (nam poſt ſequentem, Ioanne mortuo, ipſi ſubrogatus eſt Pontifex) ad hoc miſſus eſt Cōſtantinopolim qui, vt vir conſtantiſſimus, cuncta quæ perperam per tres Legatos geſta eſſent, irrita redderet, quod & perfecit, vt vere dignus Epiſcopus, & vere Apoſtolicus, multa pro veritate, & pro dignitate Sedis Apoſt. ab aduerſarijs paſſus, vt ex litteris Stephani Papæ, Marini ſucceſſoris, ad Baſilium Imp. habetur. Quod ad Io. pertinet, certe quidē poſt hæc, ab ipſo damnatum Photium, Formoſi Papæ litteræ ad Stylianum edocent, ad quarum finem ponitur ſeries ſynodicarum ſentētiarum, & decretorum Rom. Pōt. pronunciata aduerſus Photium, Nicolai, Hadriani, Io. Docent idem Io. Papæ 9. litteræ ad eundem Stylianum. *Volumus igitur*, inquit, *vt etiam nunc ſecundum eandem regulā Decreta Sanctiſsimorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum inconcuſſa maneant. Quapropter & Ignatium, & Photium, & Stephanum, & Antonium, ſicut Sanctiſs. Papa Nicolaus, Hadrian. & Io. & ſextus Stephanus, & vniuerſa Roman. Eccleſ. huc uſq; tenuit ēt nos eodem ordine recipimus, & tenemus, &c.* Vide plura in eandē ſnīam, in Annalib. de dānatione Photii, a nobis ſtudio breuitatis omiſſa.

Cautio Pont. in ꝓbanda reſtitutione Photii.

Oſtētatio Græca.

Redargutiones Photij.

Legatus Apoſ. Sed. pro verit. a Græcis multa paſſus.

Hoc anno ingenti victoria potitus eſt Baſilius aduerſus Sarracenos, Orientis oras infeſtantes, expugnata eorum claſſe, de qua eſt celebris mentio apud Curopalatem, & alios Græcos hiſtoricos, quam hoc anno contigiſſe ex Io. Epiſtola ad Carolum Imp. compertum habetur. *Tamen Deo ſint grates*, inquit, *quia nauigia Græcorum in mari Iſmaelitarum victorioſiſsime ſtrauerunt phalanges, & eos, (prout Dominus uoluit) debellarunt.*

Imp. Gr. victor adu. Sarracen.

Sed nos tamen, tam ipſi dicti Iſmaelitæ, quam alii conciues noſtri impugnant ac perſequuntur, vt extra muros Vrbis nullatenus, vel qui labore manuum ſuarum viuere valeant, vel qui (vt ita dixerim) Chriſtianitatem ſuam, ſicut decet, obſeruent, egredi libere poſsint. Eumque deinceps rogat vt ferat auxilium, *alioqui*, inquit, *procul dubio ſcire poteſtis, quia ad peccatum veſtrum, & ad damnum omnium, hęc terra peribit, &c.* hæc Io. Papa 3. Kal. Nou. ad Carolum Imp. ſcripſit.

S. Methodius Morauiæ Apoſtolus, Romam, hoc anno, veniens expoſita fide quā prædicabat, vt verus Apoſtolus probatus, remiſſus eſt, ſecū Io. Pap. ferens litteras [a] ad eius prouinciæ Principem, cuius pietatem & deuotionem erga B. Petrum & Rom. E Eccl. prædicat, & Archiepiſcopum Methodium illi commendat. *Litteras denique Sclauonicas* (inquit in illis litteris) *a Conſtantino quodam Philoſopho repertas, quibus laudes Deo debitas reſonent iure laudamus, & vt in eadem lingua Chriſti Dei noſtri præconia, & opera enarrentur, iubemus, neque enim tribus tantum ſed omnibus linguis, Dominum laudare, auctoritate ſacra monemur, quę præcepit dicens,* [b] *Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi. Et Apoſtoli* [c] *repleti Spiritu Sancto locuti ſunt omnibus linguis magnalia Dei. Hinc & Paulus cœleſtis quoque tuba inſonat, monens,* [d] *omnis lingua confiteatur quia D. N. I. Chr. in gloria eſt Dei Patris. De quibus etiam in prima ad Corinthios Epiſtola ſatis & manifeſte nos*

a ep. 247.

S. Metho. Morauorū Apoſt. Probat oībus linguis coli & celebrari Deum.

b Pſ. 116.

c Act. 2.

d Phil. 2.

admonet

admonet, quatenus linguis loquentes [a] *Eccleſiã Dei ædificemus. Nec ſane fidei vel doctrinæ aliquid obſtat, ſiue Miſſas in eadem Sclauonica lingua canere, ſiue ſacrum Euãgelium vel Lectiones diuinas Noui, & Veteris Teſtamenti bene tranſlatas, & interpretatas legere, aut alia horarũ officia omnia pſallere; quoniam qui fecit tres linguas principales, Hebræam ſcilicet, Græcam, & Latinam, ipſe creauit & alias omnes ad laudem & gloriam ſuam. Iubemus tamen vt in omnibus Eccleſiis terræ veſtræ, propter maiorem honorificentiam, Euangelium Latinè legatur, & poſtmodum Sclauonica lingua tranſlatum in auribus populi latina verba non intelligentis, annuncietur, ſicut in quibuſdam Eccleſiis fieri videtur. Et ſi tibi & Iudicibus tuis placet, Miſſas latina lingua magis audire, præcipimus, vt latinè Miſſarum tibi ſolennia celebrentur. Data menſ. Iun. Indict. 13.* A

Euãgeliũ latine legatur, poſt Sclauonice. Miſſas latine magis probat.

Extat eiuſdem Pontificis Epiſtola ad ipſum Methodium data anno ſequenti 10. Kalend. Apr. B

a ep. 258.

Eodem anno menſ. Nouembri, indict. 13. Io. Pap. Adelbertum Marchionem Tuſciæ, qui vna cum Lamberto Duce Spoletino, multa mala Vrbi intulerat, conuerſum ad pœnitentiam abſoluit, cuius abſolutionis extant litteræ [b] Apoſt.

Chriſti Annus.	*Ioan. Pap. 8.*	*Caroli 3.* 1	*Impp.*
881	9	*Baſilii Maced.* 15	*Ind.* 14.

Athanaſius Epiſcopus & Princeps Neapolitanus, ob eius cultum erga Rom. Eccleſiam, a Io. P. ſæpe laudatus, poſt in tranſuerſum actus, fœdere cum Sarracenis icto, omnia vaſtans, & ſæpius a Io. P. admonitus, nec reſipiſcens, habita Romæ Synodo excommunicatur. Cuius excommunicationis hæc eſt ſententia *Athanaſium Neapolitanum Epiſcopum ſæpiſsime admonitionibus, & multis argenti ponderibus datis, vt pactum cum Sarracenis habitum diſrumperet, admonuimus. Ille autem idem pactum ſe omnino ſoluturum, & ab eorum ſocietate ſe ſeparaturum eſſe promittens, ſub ea conditione, vt ſi denuo cũ illis quolibet modo fœdus habuiſſet, omni eſſet ſacerdotali honore priuatus, & anathematizatus. Sed hæc omnia paruipendentem, & ad perditionem Chriſtianorum cum eis pactum habentem, & nos ſæpiſsime deludentem, & de præda eorum partem recipientem, iudicio & auctoritate Dei omnipotentis & BB. Apoſtol. Petri, & Pauli ſimul & noſtra, cum omnibus ſequacibus ſuis, & omni Eccleſiaſtica communione priuamus & quouſque ſe ab ipſis Sarracenis penitus ſeparauerit, velut totius Chriſtianitatis inimicum anathematizamus. Dat, menſ. Apr. Ind* 14. C D

Eps Neapol. Athanaſ. in trãſuerſum actus. Scientia excõicationis in Athanaſ.

Petenti autem illi per Legatum ſuum, abſolutiones, Io. Papa, miſſo Marino Epiſcopo, qui ipſi Ioanni in Sede ſucceſſit, ſic reſpondit. [c]

c ep. 294. Excõicato petenti abſolutionem.

Boni Paſtoris eximio informati exemplo, qui venit quærere & ſaluare quod perierat, tantopere per deuia errantem, abiecto Chriſti leui iugo, cum infidelibus iugum obſcena cupiditate ducere non dubitantem, (quamuis ſero ad te percutientem reuerti velle mandaſti) alacriter recipimus, & inter ceteros conſacerdotes noſtros præcipue honorabilem cupimus retinere; prout ipſe nos iam olim feciſſe, procul dubio reminiſceris. Sed quia tua exigente ſceleris tanti audacia, Sancti Spiritus iudicio te a conſortio noſtro diuini myſterii iure ſubmouimus: nunc ſecundum preces tuas, & relationem Petri Venerabilis Diaconi tui, ſi modo pactum, quod hactenus cum impiis Agarenis habuiſti, manifeſta deuotione fregeris, & ab eorum nequiſsima ſocietate toto conamine te ſeparaueris, atque ſi præſentibus his Miſsis noſtris, Marino ſcilicet Reuerendiſsimo Epiſcopo & Sanctæ Sedis Arcario, & Sicono, egregio viro, maiores Sarracenorum, quanto melius potes, quos nominatim quærimus, cum aliis omnibus ceperis, & iugulatis aliis, eos nobis direxeris, a vinculo excommunicationis abſoluimus, & iuxta præcedentem conſuetudinem Epiſcopale officium reddimus. Eo ſcilicet E

Impendit ſub conditione.

A *licet modo vel tenore, vt captis, & traditis antea, vt dictum eſt, Sarracenis, deinceps nullum cum eis vlterius fœdus quoquomodo inire præſumas. Nam ſi cum illis pactum aliquod facere tentaueris, in eandem excommunicationem incurrere ſancimus, & au ctoritate Dei omnipotentis, & B. Petri Apoſtolorum Principis, & noſtra, omni Epiſcopali honore te priuandum, & perpetuo anathemate damnandum eſſe decernimus. Hæc Io. Papa quæ ſequuta ſint ignoramus.*

Hoc pariter anno Carolus cognomento Craſſus, qui de Alemania egreſſus, Longobardorum fines occuparat, & paucis diebus totam Italiam in deditionem acceperat, Romam veniens a Io. VIII. cum magna gloria, Imperator eſt creatus, ipſo die Natalis Domini. Quamobrem primus annus Imperij Caroli Craſſi præſens annus cæptus eſt numerari in commentarijs illorum temporum. ſic igitur maiorum exemplo B ex hoc tempore, & non ab obitu prædeceſſoris Imp. annos Imperij Caroli Craſſi aggredimur numerare, quod maiores noſtri non cenſuerint Imperatoris nomine dignũ quemlibet ſucceſſorem hæredem, niſi per Coronationem Imper. a Rom. Pont. crearetur. Regino, Aimoinus, [a] Diploma Imperatoris. Carolus Craſſus Imp. coronatur. Anni Imper. ex coronatione Pontificia numerari ſoliti. a li. 5. c. 60. prope finẽ

Quo pariter tempore, vbi in Imperium aſcendit Carolus, ad eundem Hincmarus Rhement. Paræneticam ſcripſit epiſtolam, quæ hactenus integra conſeruatur in Spirenſi Bibliotheca Cathedralis Eccleſiæ. Cuius hæc ſumma. commendat illi eccleſiam Gallicanam, vt eam collapſam reſtituat: Regni diſſidia tollat: Ludouici Balbi filijs idoneos conſiliarios tribuat, qui eos doceant priuilegia Eccleſiaſtica tueri, ſacerdotes venerari, diuinum auxilium ſæpe implorare, orphanorum, & pupillorum patrociniũ ſuſcipere, improborum ſocietatem fugere, humilitatem, charitatem, manſuetudinẽ, C erga omnes ſectari. Parænetica ad Imper.

Chriſti Annus 882	*Io. Pap. 8.* 10	*Caroli 3.* 2 *Baſilii Maced.* 16	*Impp.* *Indict.* 15.

IO: Papa, cum tã ab Italiæ Principibus, & maxime Marchione Spoletino, quam etiam Sarracenorum graſſationibus premeretur, pluribus litteris [a] interpellat Imper. vt valida manu ſuccurrat: mittitq; ad eum, pro munere, benedictam, ex more, palmam, Legatis adiectis. De his agens idem Io. in Epiſt. [b] ad Anſelmum Archiep. Me- D diolan. hæc habet. Ital. Princip. vexãt eccl. ditionem. a ep. 269. 277. 279. 293. b ep. 298.

Inter innumeras rapinas, depredationes, & mala quam plurima, ad argumentum doloris noſtri, quidam ſceleratus, Longobardus, nomine, homo Vuidonis Marchionis octoginta tres homines cepit, manibus ſingulis detruncatis, apud Narnienſem Ciuitatem. plures ex tali ſunt inciſione, ſine mora, perempti. Eodem argumento ſcripſit etiã epiſtolam ad Imperatricem, qua miſerabiliter deplorat miſerandum ſtatum Roman. Eccleſiæ, adeo vt periclitaretur ſubdi iugo Sarracenorum, & ab illis iugulari. In quo non poſſumus non admirari vehementer conſilium Dei. Quod enim ob auxiliũ hominum conſequendum nonnihil viſus eſt deflexiſſe Io: a præſcripta a prædeceſſoribus inuiolabili obſeruantia Eccleſiaſticæ cenſuræ, in gratiam Principum, ſperans ab eis auxilium, plane contrarium accidit, vt nec ab Orientis, nec ab Occidentis Impp. E aliquid præſidij obtinere potuerit. Nihil plane S. Apoſt. Sedi adeo damnoſum (qđ ſæpius eſt repetendum) quam ſi Præſules eius, prudentiæ carnis innitentes, in gratiam Principum poſthabeant obſeruantiam ſacrarum Legum. Magnum Dei iudiciũ in Io. Pap.

Interim contigit aduenire Legationẽ ab Alphonſo Magno Rege Gallæciæ, & Epiſcopis, qua tria petebantur ab Apoſt. Sede, Primum, vt conſecrandi Eccleſiam Cõpoſtellanam, ab eodem Rege auguſtiſſimæ conſtructam, licentia daretur: Secundo, vt Ouetenſis Eccleſia dignitate Archiepiſcopatus donaretur: Tertio vero, vt congregãdi Prouinciale Concilium facultas concederetur. Ioannes petita indulſit, & Legatis redeuntibus, ſuum adiunxit, cũ litteris, quibus aliquot equos vtiles, & optimos Mau- Cõpoſtellana eccleſia.

riſeos cum armis, (ſic enim ait) quibus vterentur aduerſus Sarracenos. Porro occaſione ingruentium bellorum, tum ciuilium, tum externorum, ipſa dedicatio Eccleſiæ Compoſtellanæ dilata aliquandiu fuit. A

Papa proficiſci in Gall. cogitat.

De Ioanne, illud poſthæc ex eius epiſtolis proditur, ipſum rurſum Gallias verſus iter arripere ſtatuiſſe, vt diſſidentes inter ſe Francorum Principes ſimul conciliaret, vt ita eos, bello ciuili ſedato, promptos & expeditos habere poſſet ad ferendum auxilium Eccl. Rom. periclitanti. huius ſane argumenti eſt penultima eius epiſtola, [a] qua monet Supponem Comitem, ad quem ſcribit, vt ſibi in Galliam proficiſcenti ad montem Ciniſum occurrat. Verum, ne id faceret, mors interceſſit. ſiquidem in fine anni huius ærumnis, curis, mœrore, conſumptus 18. Kal. Ian. moritur, cum ſediſſet annos 10. diem vnum, cuius res geſtæ deſiderantur apud Anaſtaſium, fortaſſe prætermiſſæ ob odioſam reſtitutionem Photij. Quod autem ad reliquas eiuſdem Pont. res geſtas pertinet, reperitur in Vaticanæ Bibliothecæ monumentis eiuſdem Papę Io. 8. de Iure Cardinalium Conſtitutio, his verbis. B

a ep. 307.

Conſtitutio de iure Cardinalium.

Itemque ex noſtra præſenti conſtitutione bis in menſe, vel eo amplius, vel apud illum, vel illum Titulum, ſiue apud illum, vel illam Diaconiam, ſiue apud alias quaslibet Eccleſias vos conuenire mandamus. Et ob veſtram, & inferiorum Clericorum vitam & mores, & qualitates, & habitus veſtium perſcrutando; & qualiter quilibet Præpoſiti ſe erga ſubditos habeant, vel quod ſubditi ſuis Præpoſitis non obediant, & ad quæque illicita amputanda, Clericorum quoque & Laicorum querimonias, quæ ad noſtrum iudicium pertinēt, quantum fieri poteſt definiendas. Quippe cum ſicut noſtrā manſuetudinem Moyſi, ita & veſtram fraternitatem ſeptuaginta Seniorum, qui ſub eodem cauſarum negotia diiudicabant, viciſsitudinem gerere, certum habeamus. Ita Monaſteria Abbatibus viduata, & Abbatum, noſtra præcedente conſcientia, ſubſtitutionem his, qui ſunt inter nos, vel fuerint monaſticæ profeſsionis, diſponenda committimus. Propter ſolicitudinem autem Eccleſiarum & Clericorum earundem diſciplinarum ſiue laicorum querimonias definiendas, bis in hebdomada ad Sacroſanctum Palatium, iuxta decreta predeceſſoris noſtri Leonis IIII. vos conuenire mandamus. C

Item ſancimus de Parochiis noſtris quantumq; Pontifici competit, Pontificale beneficium vos in perpetuum poſsidere, & in principalibus Eccleſiis, iuxta Primatum veſtræ conſecrationis, viciſsim officia diuina peragere, & earum oblationibus, ſalua ſemper Diaconorum Cardinalium priſca conſuetudine, æqualiter participare, tam propter vſum veſtrum, quam in Eccleſiarum veſtrarum luminarium concinnationes. hucuſque Io. 8. *conſtitutio.* D

Marinus laudatiſsimus Pōt. eligitur.

Cum vero poſt Io: obitum ſedes vacaſſet tribus diebus, exæſtuans zelo Rom. clerus eum ipſi ſubſtituendum curarunt, quem ſcirent ardentiſſimum Photij impugnatorē, ſicq; 5. Kal. Ian. eundē Marinū elegit, qui olim Diaconus cū eſſet, a Nicolao miſſus eſt ad Photium excōicandum; & ab Hadriano ad eundem deponendum, & reſtituendum Ignatium, atq; Oecumenicam Synodum celebrādam, virum laudatiſſimū, quem expetierant magna inſtantia Bulgari, vt eum ipſis Hadr. Papa daret Epm, ſed non obtinuerunt. Atq; poſtremo miſſus eſt a Io: itidem Conſtantinopolim ad ruinā reparandā, quæ facta fuerat per tres Legatos illuc ad Synodum, pro Photio reſtituēdo miſſos; qui ſumma conſtantia agens contra Photium, & Imp. cuncta ab eis perperā facta damnauit. Hunc igitur iam Epm, confeſſionis gloria redimitum, ſibi in Pontificem eligendum abſq; controuerſia Rom. clerus inſtituit. Accidit autē vt cum ipſo ſuo ingreſſu Pontificatus Marinus Photiū damnaſſet, ſimulq; cunctas res ab eo geſtas ad munus Epale ſpectantes, mouerit amplius ſemel exulceratum aīum Baſilij Imp. ad iracundiam, qui furore incenſus Romam ſcribens, dicebat Marinum non eſſe Pontificē, eo quod alterius Eccleſiæ fuiſſet iam Eps ordinatus (cuius aūt non conſtat) multaq; alia ignominioſa aduerſus eundem Sanctiſs. Papam effutiens, eum ſolio deponere ſatagebat: ſed aduerſus eum, pro Marino, Stephanus Papa ſucceſſor eius, locupletiſſime ſatisfecit, vt ſuo loco videbimus. E

Treuir. vrbs a Northmann. incendit.

Mortuo hoc anno Ludouico Germanię Rege, Northmanni Treuirēſem occupatā

A ciuitatem incendunt. Tunc & Vuala Metenſis Eps, præter ius faſq; pugnare egreſſus aduerſus eos, occiſus eſt. hæc veteres Annales Franc. a Pithoeo editi.

Porro hoc ipſo anno Hincmarum Rhemenſ. Archiep. obijſſe teſtatur Frodoardus in eius vita, [a] vbi ait, excreſcentibus tandem flagitijs, gens Northmannorum per oẽ Francorum diffunditur Regnũ, & quoniam ciuitas hæc Rhemenſis tunc abſq; muro habitabatur, accipiens ille, quod ſibi charius in theſauris habebat, corpus videlicet B. Remigij, ſylueſtria loca trans fluuiũ Matronam expetijt, & apud Villam Sparnacũ aliquanto tpe cuſtodiuit. Deniq; cum ibi moraretur diem ſuũ clauſit extremũ, cuius corpus Rhemos relatũ, poſt ipſius S. tumulũ, in tumulo, quẽ ipſe ſibi parauerat, eſt ſepultum. obijt anno Incarnationis 882. Epiſcopatus 37. & amplius.

a li. 3. c. 17

Corp. S. Remig. aſportat ad ſiluestria loca, ut ſeruetur ab incurſionibus barbarorum.

Fuit is peritia canonum eruditiſſimus, licet, interdũ nimis eis fauens, ſuper Apoſt. B Sedis Decreta eos extulerit. In Theologia etiam excultiſſimus, vt ex ijs quæ ſcripſit contra hæreſim Prædeſtinatianorum apparet. In reliquis etiam talis exiſtimatus, quẽ conſulerent plures varijs quæſtionibus.

Hincmar. Rhem. moritur.

Succeſſit ei Fulco Sacerdotali vigore, & libertate potens. De huiuſmodi incurſionibus, & vaſtationibus Northmannorũ Aimoinus plura hẽt, [b] de villis circa Rhem. ciuitatem incenſis, & diuinitus defenſa ipſa, quã nec murus, nec humana manus defendit, de incenſione Leodij, Traiecti, Tungrorum, Coloniæ, Bonnæ, Tulpiaci, Noueſij: Aquiſgranenſis Palatij, Malmumdarienſis, & Stabnlenſis, [c] Prumienſis, S. Gudulæ [d] Monaſteriorum. In quibus omnibus magnæ iræ Dei certa illa demonſtrata ſunt argumenta, quod cum in tranſlationibus corporum diuerſorum Sanctorum ne a paganis illis incendio abſumerentur, plurima reperiantur edita eſſe miracula: vt ijdem C reprimerent graſſantes barbaros, nullus iſtud obtinuit apud Deum.

Quãtus is uir fuerit.

b li. 5. c. 61.

c Apud Sur. 8. Ian.

d Apud Sur. 3. Sep.

Nobilia Monaſt. incenſa a Northm.

His igitur auditis a Northmannis illatis cladibus Carolus ab Italia refert pedẽ in Gallias, opẽ laturus periclitanti iam populo vniuerſo. Qui non ferro, ſed auro alijſq; promiſſis Northmannorum Duces auertit, Godefridum, & Sigefredum, illi conceſſa Friſia, & Giſla Lotharij Regis filia matrimonio iuncta, cui auri, & argenti, ingenti copia e Metenſi Eccleſia ſublata, ſunt numeratæ bis mille & octoginta libræ, ſolidis viginti pro libra computatis.

Quãta sũma auerſi Northm. a Gallijs.

Præcipuum huius concordiæ cauſam narrant Francorum Annales [e] horribilem quandam tempeſtatem, & tantam grandinem, quanta numquam viſa, & ęgritudo cadentium hominum, tam Francorum obſidentium, quam Northmannorum obſeſſorũ. Godefridum baptizatum fuiſſe, & ab ipſo Carolo e baptiſmo ſuſceptum Regino tradit. Roricum etiam eiuſdem gentis Regulum ad fidem conuerſum conſtat, ad quem D Hincmari Rhem. exhortatoriam ad perſeuerantiã in fide recenſet Frodoardus. [f] Hoc eodem anno incenſum a Sarracenis fuiſſe inſigne Monaſterium S. Vincentij ad Fonies Vulturni, atque nongentos Monachos ab eodem decollatos ſcribit Io: Monachus eiuſdem monaſterij, qui vixit tempore Paſchalis 2. deque his pluribus agit.

e Aimoin. lib. 5. c. 61. Regino anno 882.

f hiſt. Rhemen. li. 3.

Nongenti Monachi a Sarracenis cęſi.

Chriſti Annus.	*Marini Pap.*	*Caroli* 3. 3	*Impp.*
883	1	*Baſilii Maced.* 17	*Ind.* 1.

E MARINVS Papa perperam facta Io: Papæ reſcindens, inter alia, Formoſum Epiſcopum Portuenſem reſtituit in Vrbem, & in Epiſcopatum, quem damnans Io: iurare coegerat, ſe nunquam repetiturum Epiſcopatum, ſed laica communione contentum, quieſcere. Sed vt cauſæ ignorantur depoſitionis, ita reſtitutionis: coniecturas ſane probabiles, & Formoſo perhonorificas, videat, qui volet, apud Auctorem Annalium.

Formoſus eps reſtituitur.

Eodem tempore ad eundem Marinum Papam ſcripſiſſe reperitur litteras Fulco ſucceſſor Hincmari Epiſcopi Rhem. quas & alias eiuſdem recenſet Frodoardus in Vita ipſius Fulconis.

Eodem anno Marinus Papa Scholam Anglorum Romæ exiſtentem, Ælfredo Rege deprecante a tributo liberam fecit. qui etiam Regi præfato dona tranſmittens plurima dedit ei, inter cętera, portionem non modicam ſalutiferæ crucis. Ex Vueſtmonaſterienſi. A

Duplex Leg. Reg. Angl. ex Voto ad limina Apoſt. & in Indiã ad S. Thomã.

Eodem tempore Ælfredus Rex Angliæ, qui Romę coronam (vt dictum eſt) a Leone Papa acceperat, poſt varios caſus, multaq; pericula, a quibus diuinitus liberatus eſt, Regnumq; vindicatũ a Danis, grati animi opus exoluit, ex Voto, duplicis Legationis, alteram mittens ad ſacras memorias Apoſtolorũ Romã; ad Indos alterã, ad corpus S. Thomę, Epõ miſſo Schireburgenſi, qui exoticos ſplendores gemmarũm, & liquores aromatum, quorum illa terra ferax eſt, reportauit. Ex Vuillelmo Malmeſburienſi.

Vnus Aquil. Patr. diſſidet ab Occidẽtali Eccl. in pceſſ. Spiritus S.

Phot epiſ. de proceſ. Spir. S. uenenata cũ antidoto.

Quod ad res pertinet Orientalis Eccleſię, Legatio inter hæc decernitur ab Aquileienſi Patriarcha (cuius nomen non proditur) ad Photium Patr. Conſtantinopolitanum a ſchiſmatico, ad ſchiſmaticũ, & ad perfidum, a perfido. Qui non ſolum a Rom. Eccleſ. auerſus, ſed ab oĩbus Eccleſijs Occidentis, latinis inquam oĩbus, audaciſſime impugnabat Latinorum ſtabilitam, per ſęcula multa, ſnĩam de proceſſione Spirit. S. Quod vero ſolus iſta conatus inter Latinos inueniretur, a Photio per Legationem, & litteras implorat auxiliũ, nimirum vt ab ipſo epiſtola redderetur contra Latinos, qđ ille abunde præſtitit. Extat ea epiſtola ex Bibliotheca Vallicellana, latine reddita, in Annalibus plane Photio digna, impudens, mendax, calumnioſa, & veneno reſperſa, quam abſq; antidoto Annalium Auctoris, ad finem conſultiſſime appoſito, nemo legat, ne lædatur. quod tamen antidotum, nec nos integrum adſcribimus, ſed pro inſtituto, carptim delibamus. Primum igitur ſexcentorum teſtium, quos affert, nullus facit contra Latinos. cum. n. affirmant Spiritum S. ex Patre procedere, quod ex Euangelio conſtat, nequaquam negant ex Filio quoq; procedere, quod ex Euangelio item deducitur. ſic igitur, qui gloriatur de cõi omnium atteſtatione, ne vnũ quidem potuit inueniſſe, qui expreſſe negarit procedere etiam a filio Spiritum Sanctum; plurimi vero contra reperiuntur, qui diſertis verbis ſunt profeſſi, a filio quoque procedere. B C

Deinde quoq; calumnioſe citat S. Leonem Papam, quem & Anteſignanũ falſo conſtituit contra eos; cum primus contra oſtendatur qui auctor fuerit Eccleſiis Occidentalibus, vt omnes æque profiterentur SPIRITVM S. SICVT A PATRE, ITA A FIFIO QVOQVE PROCEDERE, id ipſo Leone totidem verbis ad Turibiũ Aſturicenſem Epiſcopum in Hiſpania ſcribente, id ipſum omnibus Hiſpaniarũ Eccleſiis, tum vniuerſalibus eorum Concilijs Toletanis, diſertis itidem verbis repetentibus, & affirmantibus, & ſingulis credentibus profitendum neceſſario proponẽtibus, legibuſq; Gothorum firmatum, & ſtabilitum, quæ integræ hactenus extant: quod & doctiſſimę Gallicanæ Eccleſiæ ex Romano fonte, a tanto Pontif. deriuatum dogma ſuſcipientes, firmiter retinuerunt ſemper, & illibatum, vt Sacroſanctum, religioſiſſime cuſtodierunt. Ex quibus redarguas procacem Photium, & imperitum, dum audacter nimis nouitatẽ dogmatis latinis impingit, quod a S. Leone cognomento Magno, promulgatum decretalibus, ijſdemq; apoſtolicis litteris conſtat, ante annos quadringentos quadragenos. cum alioqui ante S. Leonem Papam, id ipſum aſſertũ, ſcriptiſq; mandatum ſit a S. Damaſo Papa in Romano Concilio. Sed vide annum citatum. D

Denique quod vane idem obijcit Photius de Leone III. Papa, & de Clypeis ab eo ſuſpenſis in Baſilica Sancti Petri, ſymbolo exaratis, Latino atque Græco charactere, in quibus inſcriptum eſſet, Spiritum Sanctum, (vt idem habebat antiquum Symbolũ) a Patre procedere; nihil eius cauſæ prodeſt, non. n. ſic voluit Leo abſq; illo additamento, FILIOQVE catholicæ fidei ſymbolum latine, atque Græce ſcribi, quod ipſe non crederet, nec aſſereret Spiritum Sanctum a filio, ſicut a Patre procedere, cum contrarium appareat eum plane ſenſiſſe, & probaſſe cum tota Eccleſia, & coram Legatis Caroli Magn. profeſſum eſſe, ſed quod non videretur illi neceſſe, vt omnis veritas Catholicæ fidei Symbolo inſereretur. Sed hæc vide planius diſputata ad A. D. 809. Quam item calumnioſe, idem E

afferat

A aſſerat Photius Hadrianum I. Rom. Pont. profeſſum fuiſſe epiſtola ad Taraſium, Spiritum S. a Patre procedere, & non a filio, vide ad AD. 791.

Quando vero, & qua vrgente cauſa factum ſit, vt illud, Filioque Symbolo adderetur, modo aperiendum. Quandiu ea veritas, non ſic impugnata eſt, vt penitus negaretur, nihil huiuſmodi præſumptum eſt ab Eccleſia Roman. licet (vt vidimus) id vehementiſſime exigeretur per Legatos a Concilio Aquiſgranenſi ſub Carolo M. Romam miſſos, reſiſtente Leone III. Roman. Pontif. & nobili eo clypeorum argenteorum monumento antiquitati Eccleſiaſticæ conſulente. Vbi autem ſchiſmaticorum procacitas eo deuenit, vt catholicum dogma condemnarent, & exploderent, velut hæreticum, nec modo priuatis ſcriptionibus, ſed collectis conciliabulis, mentitoque (vt vidiſti) nomine vniuerſalis Concilij, id ipſum decretis Synodalibus B confirmarent, & confirmatum promulgarent, (quod a Photio magna præſumptione eſt factum) Romani Pontifices ad retundendam, ſchiſmaticorum temeritatem, non tam inferendum in Nicænum Symbolum illud Filioque, quam diu ante illatum, recipere ſanctiſſime decreuerunt, quo ſignificaretur communicare Catholicæ Eccleſiæ, qui a Symbolo ab Eccleſia Romana recepto diſſentire inueniretur. in quo aſfuit conſenſus vniuerſi Occidentalis orbis Catholici, cum plura in Hiſpania primum, inde in Gallijs generalia Concilia (vt eſt demonſtratum) id decreuiſſent, atque adeo promulgaſſent. Quiſnam autem Roman. Pontif. primus id ſtatuerit, non omnino conſtat, retulerunt id alij ad tempora Nicolai, vel circa. verum ſi id fuiſſet, certe Photius altius in ipſum Nicolaum declamaſſet.

Cur Symbolo additũ illud Filioque.

Quando pẽ ciſe, & a quo Pont. non conſtat.

Anonymus quidam Græcus in Bibliotheca Vallicellana aſſerit, primum fuiſſe C Chriſtophorum Papam, qui in confeſſione Fidei quam miſit ad Conſtantinopolitanum Patriarcham, nempe in Symbolo, SPIRITVM SANCTVM A FILIO QVOQVE procedere, auſus eſt dicere, qua de cauſa poſtea a Sergio Patriarcha, e diptychis expunctus ſit. Verum nullo pacto poſſunt tribui iſta Chriſtophoro, qui inuaſor Apoſtol. Sedis, mox ſede pulſus, perbreui tempore eam tenuit tumultuoſe. Ceterum rem tantã ſerio ſactam eſſe, ſumma tranquillitate conuocato Romæ Concilio, qui de his aduerſus Græcorum commẽtarios ſcripſere, teſtati ſunt, Vide Ætherianum de hæreſibus, [a] qui & argumenta Photij egregie diſſoluit. Habes hæc in Annalibus fuſius explicata.

Quod vero ſpectat ad Patriarcham Aquileienſem, qui ſua Legatione conſuluit Photium, & ſchiſmaticus ſchiſmatico adhæſit, habes vnde eius inconſtantiam D leuitatem & imperitiam arguas; qui ſi animo conſtans & doctus fuiſſet, vtique inſtitiſſet ſuorum prædeceſſorum veſtigijs, illorum præſertim, qui doctrina, & ſanctitate claruerunt, qualis fuit Sanctus Paulinus Patr. Aquileienſ. qui congregato Concilio Foroiulienſ. tempore Caroli Mag. de ſacro dogmate, quod Spiritus Sanctus a Patre Filioque procederet, fuſius diſputauit. Tu conſule dicta ad AD. 791.

a li. 2. c. 15. 16. 17. 18. lib. 3. c. 16. T. 9. Biblioth. SS. PP.

Moritur hoc anno [b] magni nominis huius temporis, Ioan. Scotus licet (vt ſuperius dictum) eius ſcripta erroris fuerint redarguta: de quo accipe quæ Vuillelmus Malmesburienſis ſcripſerit in ſuis commentarijs de rebus geſtis Regum Anglorum. *Succedentibus, inquit, annis, munificentia Aelfredi Regis, allectus venit in Angliam, & apud Monaſterium noſtrum, a pueris, quos docebat, graphiis, vt* E *fertur, perforatus, etiam martyr æſtimatus eſt. Quod ſub ambiguo ad iniuriam ſanctæ animæ nõ dixerim cũ celebrem eius memoriam ſepulchrum in ſiniſtro latere altaris, & epitaphii prodant verſus &c. de martyrio in illis extat mentio, licet cauſam cur ea paſſus ſit, vt martyr poſſit haberi, nullus prodat.*

b Matth. Vueſtmonaſt. hoc anno.

A

Chriſti Annus.	*Hadr. Pap. 3.*	*Caroli 3.* 4	*Impp.*
884	1	*Baſilii Maced.* 18	*Ind. 2.*

MArinus Papa cum ſediſſet annum vnum atque d. 20. laudabiliter Apoſtolico munere perfunctus, 15. Kal. Febr. migrat ad Deum, ſucceſſoribus relinquens exemplum, Photium impœnitentem, in deterius prolabentem execrandi, neque vllis Græci Imp. blanditijs, vel minis ad communionem cum eo ineundam moueri. Poſt duos dies 13. Kal. Febr. creatur Hadrianus Rom. eius nominis III. qui inhærens S. prædeceſſoris veſtigijs execratus eſt & ipſe Photium tanquam laicum, agentem Conſtantinopolitanæ Eccl. Patriarcham, nullum cum eo participans communionis ſymbolum, quamuis ab Imp Baſilio multum rogaretur. Acceſſerat ad deteſtationem perfidi hominis, quod ſcripta ab eo Epiſtola ad Aquileienſ. Patr. contra Latinos, iam vulgata fuiſſet. Hoſtiles igitur Baſilius ad Papam Hadrianum litteras ſcripſit, contumelijs plenas, quas tamen Romam, ſero perlatas, poſt obitum Hadriani, accepit ipſius ſucceſſor Stephanus Papa. Ad hunc Hadrianum P. ſcripſiſſe hoc anno gratulatorias litteras, & alias commendatitias pro Carolomanno Fr. Rege Fulconem Archiep: Rhem. teſtatur Frodoardus in eiuſdem Fulconis vita. B

Quod autem ad ſtatum Italiæ ſpectat, Campaniæ pars illa finitima Sarracenis ingentem paſſa eſt cladem; reuocato enim ſuperiori anno in Gallias exercitu Imper. audacius graſſati iſti, igne, cædeque miſcentes omnia, nobile Caſſinenſe B. Benedicti Monaſterium, vbi Sanctiſſimum eius corpus requieſcit, & maius, quod erat inferius, barbarica immanitate direptum ſuccenderunt, multoſque ibi perimentes, ipſum etiam Venerabilem Bertharium Abbatem trucidauerunt. Eccleſia Sancti Saluatoris, ſubiecto, pleriſque in locis igne, Dei iudicio, ſeruata eſt. Monachi cum ſupellectili, quam ſurripere potuerunt, aſcito ſibi in Abbatem Præpoſito Angelgario, Theanum migrantes, in cella, quæ in honorem B. Benedicti conſtructa fuerat, habitarunt, a Monaſterij reſtitutione, per Petronacem facta, centum ſexaginta ſex annis. Ex Leone Oſtienſi. [a] C

Monaſt. utrunque Caſſin. a Sarracen. uaſtatur.

a lib. 1. c. 45.

Quo pariter anno, fœdere icto inter Alfonſum Regem Gallæciæ, & Regem Arabum Cordubæ regnantem Maomad, ad ſexennium, per Dulcitium Toletanum preſbyterum facta eſt translatio corporum SS. Martyrum Eulogii, atque Leocritiæ, qui Cordubæ Martyrium ſubierant, Ouetum, quorum in ſanandis ægris virtus miraculorum eluxit. D

Chriſti Annus	*Stephani P. 6*	*Caroli 3.* 5.	*Impp.*
885	8	*Baſilii Maced.* 19.	*Indict. 3.*

HAdrianus Papa vbi ſediſſet annum 1. menſ. 3. die 19. obijt 7. Id. Maij, cui ſuffectus eſt Stephanus Sextus dictus V. ex presbyt. tit. SS. quatuor Coronatorū, inuitus & reluctans, cuius ex omnium conſenſu, factam electionem in ingenti ſiccitate magna opportuno tempore imbrium ſecuta eſt inundatio, ex qua ſibi omnium bonorum populus promitteret affluentiam: ſacra perluſtrans, veſtiaria reperit ſacris veſtibus, & denariis ſpoliata horrea, & cellaria vacua, vt non ſuppeteret quid clero, & ſcholis erogaret, vnde captiuos redimeret, orphanos, & viduas paſceret, in tanta, quæ inſtabat, fame. Iam n. proh dolor, proh nefas inoleuerat peſſima conſuetudo, vt mortuo Summo Pontifice inuaderent homines Sed. Apoſtolicæ Patriarchium, & diriperent. Quare conuerſus ad inclytorum parentum opes, eas lar- E

Magna penuria Sed. Apoſt. Mortuo P. Patriarchium diripiebat.

A ge pauperibus diſtribuit. Miniſtros & familiares hinc inde perquirens, tales ſuis obſequijs aggregauit, qui & in vitæ ſanctitate, & fidei ſinceritate, & ſapientiæ doctrina, eloquentia, & morum probitate pollerent. Pauperes, & orphanos ad menſam adhibebat, cum vero nobiles aduocabat, ſpiritualibus etiam eos epulis, & quotidiana lectione reficiebat. Miſſarum quoque ſolemnia quotidie celebrabat. Cum autẽ Locuſtarum clades, ſub Hadriano prædeceſſore omnia vaſtaſſet, & multiplicato germine renaſci cępiſſent, & omnia repleuiſſent, miſertus Sanctiſsimus Papa afflicti populi, primum quidem diuulgauit, deferentibus ſibi locuſtas, quinque vel ſex denarios, in ſingulos ſextarios, ſe repenſurum. Sed cum nec ſic proficeret, ad Domini miſericordiam confugiens, poſt longam cum lacrymis orationem, aquã a ſe benedictam Manſionarijs ad diſtribuendam populo, & aſpergendam per ſata, B agros, & vineas tribuit. Quo facto tanta omnipotentis Dei miſericordia ſubſequuta eſt, vt vbicunque ipſa aqua aſperſa eſt, nulla penitus locuſta remaneret. Ex Anaſtaſio, & Vaticano Codice de rebus eius geſtis. Locuſta oĩa depaſcentes, quando a Papa extinctæ.

Is ſimul ac cathedram conſcendit, acceptis Baſilij Imper. litteris quas ad Hadriadum miſerat, plenis blaſphemijs, atq; conuicijs perſtans in Photij execratione, atq; deteſtatione, inhærens prædeceſſorum veſtigijs, reſcripſit ad Imper. epiſtolam, eum redarguens, quod pro Photio homine penitus laico excommunicato tantopere laborans, eum defendendo, aduerſus Roman. Pontifices, ipſam Roman. Eccleſiam adeo afficeret contumelijs, atque conuicijs. Extat in Cod. Columnenſi, appendix poſita contra Synodum Photianam, Octauam ab ipſo cognominatam, hoc titulo. Epiſtola Stephani Papæ Rom. ad Baſilium Imper. poſtremis videlicet eius tempori- C bus, quando a Photio ſeductus ſcripſit Romam aduerſus S. Marinum Papam ad Hadrianum. Eius particulas his inſeremus, digna eſt tamen quæ a ſingulis Principibus integra perlegatur. *Mirati ſumus magnificentiam tuam, quomodo talia ſcribere potuiſti, cum ſis iuſtitię ęquilibrium, præſertim cum recte nouerit pia potentia tua, quod manui Regię non ſubiiciatur ſacerdotalis, & Apoſtolica noſtra dignitas. licet enim ipſius Chriſti Imperatorum ſimilitudinem in terris geras, rerum tãmen mundanarum, & ciuilium tantum curam gerere debes, quod etiam precamur, vt ad multos annos preſtare valeas. Quo igitur pacto a Deo largitus es nobis terrenis rebus preeſſe, ita etiam nos, per Principem Petrum, ſpiritualibus rebus Deus prefecit. Accipe, queſo te, benigna fronte que ſequuntur. Datum* D *eſt tibi curare, vt tyrannorum impietatem, & feritatem gladio potentię concidas, vt iuſtitiam miniſtres ſubditis tuis, vt leges condas, vt terra marique militares copias diſponas. Hec eſt precipua cura potentię, & Principatus tui. Gregis cura vero nobis commiſſa eſt, tanto preſtantior, quantum diſtant a cœlo ea, quę in terris ſunt. Audi Dominum dicentem Petro; Tu es Petrus,* [a] *& ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non preualebunt aduerſus eam. De poteſtate uero, & imperio tuo quid ait? Nolite* [b] *timere illos, qui occidunt corpus, animam vero non poſſunt occidere. Et iterum, de miniſterio nobis commiſſo, ait. Tibi dabo* [c] *claues Regni cęlorum, & quę ſequuntur. Oro itaque pietatem tuam vt inherens decretis Principum Apoſtolorum, vt nomen eorum honores, & dignitatem. Inſtitutio enim & ſacerdotium omnium quę in orbe ſunt eccleſiarum* E *a Principe Petro ortum accepit, per quem etiam nos ſinceriſsima, & puriſsima doctrina monemus omnes & docemus. Regnum vero tuum non minimarum rerum argumento ad ea, quę preſtantiora ſunt ſcrutanda ſe erigat, ſed animaduertat qua auctoritate hęc facere aggreditur.* Deinceps redarguit de contumelijs in Marinum Papam & in Romanam Eccleſiam, & poſt pauca, *Si ouis Dei exiſtis, inquit, (quod in Votis habemus) ne tranſgrediaris limites Principum Apoſtolorum. Dic, queſo te, quis te ſeduxit, vt Pontificem Oecumenicum (comico more ſcommatibus laceſſeres, & Sacram Rom. Eccl. maledictis inceſſeres, cui cum omni veneratione ſubditus eſſe debes? An ignoras quod hęc omnium Eccleſiarum princeps exiſtit? Quis te Pontificum Iudicem conſtituit, quorum ſacris doctrinis dirigi debes, &*

Manui regiæ non ſubijcitur Sacerdotalis, & Apoſtolica dignitas.

Imp. munus.

a Mat. 16.
b Iud. 10.

c Mat. 16.

Imp. ouis paſcenda a Petro.

a quibus preces pro te Deo offeruntur? Scis Sacrum illud Elogium; Noli- A
a Mal. 2. *te* [a] *tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Hæc de omni-*
bus Sacerdotibus dicta ſunt. Deo te ęqualem facis, qui eius Angelos iudicare
audes. Dicit enim Propheta. Labia Sacerdotis loquentur iudicium & legem exqui-
rent de ore eius: Angelus enim eſt Domini omnipotentis. Quomodo iudicabis Sa-
Sacerdotes ſolius Dei iudicio ſubiiciuntur. *cerdotes, qui ſolius Dei iudicio ſubiiciuntur, & qui ſoli facultatem habent ligandi*
atque ſoluendi? Vide ad quod nam profundum te præcipitaſti. Diluit quæ in Mari-
num obiiciebant, pluribus allatis exemplis Epiſcoporum ab vna in alteram Sedem
translatorum. Mox de Photio. *Sed hei mihi,* (inquit,) *quod iſta glorioſa, & a Deo*
cuſtodita Ciuitas Conſtantinopolis Paſtoris ſolatio eſt orbata, & ſola Regia tua po-
tentia illuſtratur, & niſi amor, quo te proſequimur, cohibuiſſet, vt ferremus iniu-
riam Eccleſię noſtrę illatam, coacti fuiſſemus aduerſus pręuaricatorem Photium, B
qui contra nos impura euomuit verba, grauiores pœnas infligere, quam prædeceſſo-
res noſtri & cęt. poſt pauca. *Te itaque monemus, inquit, ſpiritualis noſter fili, ne*
aduerſus Sanctã Roman. Eccleſ. inſurgas. cum uero audiuerimus, quod ex ſemine tuo
filium ad ſacerdotium dedicares, magno hac de cauſa repleti ſumus gaudio. Iſta
ingerit Stephanus Papa, vt eum inducat, eiecto Photio, inſtituere Patriarcham,
quod poſt factum eſt. Ad poſtremum commendat Rom. Eccleſ. laborantem Sarra-
cenorum incurſionibus, & auxilium petit. *Reliqua vero,* (inquit) *ſilentio præte-*
terimus, cum neque oleum ſit nobis pro luminaribus Eccleſiæ, iuxta debitum
Dei honorem. Quæ verba bene reſpondent ijs quæ ſupra dicta ſunt, quod expi-
latum, ita inuenerit Patriarchium, vt opus fuerit e domo paterna petere vitæ ſub-
ſidia. C

Quæ autem ab exordio Pontificatus Stephani, vſque ad finem tranſacta ſunt in-
ter ipſum, atque Fulcionem Rhemen. Archiepiſc. Frodoardus in hiſtoria Rhemen-
ſium Epiſcoporum, ex vtriuſque litteris, vltro citroque datis, exponit, quæ legat
qui volet apud ipſum, vel in Annalibus. Nos hic pauca attingemus. Significat ſe
ad ipſum Papam videndum properaturum fuiſſe, niſi Paganorum vallaretur obſi-
dione, hæcque deno tantum milliario a ſua ciuitate abeſſe. Ciuitatem quoque Pa-
riſiorum ab ipſis tunc obſideri, hacque infeſtatione huic Regno ab octo annis iam
præteritis inferri, vt nemini extra Caſtella procul liber abitus patere videretur. Addit
quoque denique audiſſe ſe de inſidijs quorundam peſtilentium, quas ipſi Papę molie-
batur, & ſatis ægre tuliſſe, &c.

Pro Vuidone quoque Duce affine ſuo, quem idem Papa in filium adoptauerat, D
Papa adoptat Ducē in filium. memorat, tam ſe, quam ceteros conſanguineos ſuos, quibus id notificauerat, debi-
tam exhibituros eidem Papæ reuerentiam. Mandat illi executionem ſententiæ ſuæ
Papa, quæ eſt huiuſmodi.

Nos autem, (inquit) *qui omnium Eccleſiarum in Beato Petro Apoſtolorum*
principem curam ſuſcepimus, ſcientes inter Epiſcopos non haberi eum qui neque a
Clero electus, neque a populo eſt expetitus, ſæpe dictum Teuthboldum venerabi-
lem Diaconum ipſorum lamentabilibus precibus inclinati Lingonenſi Eccleſiæ Epi-
ſcopum conſecrauimus, condigna ſententia præuaricatoribus illata, licet & aliis
præuaricationibus fuerint impediti. Qua propter tuæ iniungimus ſanctimonię, vt
his noſtris Apoſtolicis litteris perceptis, poſtpoſita dilatione ad Lingonenſem acce-
das Eccleſiam, & eundem Teuthboldum a nobis ſolemniter conſecratum Epiſcopum E
exinde reueſtias, omnibusque Archiepiſc. & Epiſcopis innoteſcas pro tantæ contu-
maciæ vltione (Archiepiſcopi videlicet Lugdunenſis, cuius cum eſſet Lingonenſem
Epiſcopum conſecrare, inconſulto clero, & populo, Monachum quemdam ordinauit, eo
que mortuo, contempto repetitio Pontificis mãdato de Theuthboldo ordinãdo, & alio
quodam extraneo, & illi Eccleſię ignoto, vi conatus eſt ingerere) nos eiuſdem Eccle-
ſię ſpecialem ſolicitudinem ſuſcepiſſe, pro tanti laboris maceratione, & apprehen-
ſionis illatę releuatione. Quidquid autem idem venerabilis Epiſcopus Teuthbol-
dus vobis ex noſtra parte retulerit, credite, & effectui manciparte, nullo modo am-

bigite,

A *bigite, vt pote qui tuam reuerentiam circa nos deuotam conſiſtere credimus*. Ad hæc Fulco Epiſcopus reſcribens, inter cetera, ait, præfatam præceptionem de Teuthboldo Epiſcopo ſine mora explere voluiſſe, ſed Odonis Regis ſui conſultu interim intermiſſum, dum Rex idem legatos ſuos ad eundem Papam dirigeret &c. Iniungit illi etiam Papa ſuas vices in connocando apud VANGIONEM CIVITATEM CONCILIO, de controuerſia inter Colonienſem, & Haniburgenſem Epiſcopos.

Hoc item anno moritur Carolomannus Rex, cui ſucceſſit in Regno eius filius Ludouicus, cui Ignauus cognomētum fuit, *ſiue quod Regno potitus* (inquit Aimoinus)[a] *nihil ſtrenue geſſit, ſiue quod ſanctimonialem quandam, ſicut a maioribus accepimus, Kale monaſteria abſtractam, coniugio copulans ſuo, peccatum, quo nullum maius noſcitur, perpetrauit*. hæc ipſe. Reliquus erat ex Ludouici filijs Carolus cognomen B to Simplex, genitus ex Adelaide, poſteriori vxore, poſtremus, ſex tantum annorum puer, cuius patrocinium ſuſcipiens Fulco Rhem. Archiep. litteris hortatus eſt Carolum Craſſum Imp. vt eius defenſionem ſuſciperet. de quibus hæc Frodoardus in vita ipſius Fulconis. *Totius itaque* (inquit) *Regni curam gerens idem Dominus Archiep. Fulco litteras dirigit Imp. Carolo Regis Ludouici Transrhenenſis filio pro tutela, & defenſione Regni Franc. quod in his partibus a Northmannis multipliciter opprimebatur, aſſerens hactenus illud auxiliante Deo fuiſſe protectum, quamdiu patrui, & æquiuoci eius, ac filiorum, ipſius regebatur dominatione. Tunc vero illis feliciter humana excedentibus, poſtquam ſe proceres Regni eius Imperiali commiſerant ditioni, eos vndique multi ſupergrauarent caſus, memoratque ciuitatem Pariſiorum, quam caput aſſerit & introitum Regnorum Neuſtriæ, atque Burgundiæ, barbarica cingi* C *obſidione, citoque capiendam, niſi Dei ſubuenta fuerit clementia, quæ ſi capta fuerit, totius diſpendium Regni ſe perpeſſuros; tanque periculoſe hæc mala graſſari, ut a prædicta Vrbe Rhemenſi, nil tutum remanſerit, multoſque Chriſtianos deſerentes religionem, paganorum ſocietati commixtos, ac tuitioni ſubditos eſſe*.

Chriſti Annus	*Stephani P. 6.*	*Caroli 3.* 6	*Impp.*
886	2	*Baſilii Maced.* 20	Ind. 4.

D REuocandum eſt in mentem, vt fraude Theodori Santabareni Impoſtoris, Leo Baſilij filius Imp. iam creatus, in carcerem ſit coniectus; is ad hunc vſque annum in eo detentus, orante pro eo Senatu, ex occaſione pſitaci, ſiue ab aliquo docti, ſiue caſu, heu heu domine Leo, repetentis, liberatus, ad Imperium eſt reſtitutus. Nec multo poſt tempore Baſilius Imp. morbo correptus, ordinatis Imperij rebus, & inſtituto hærede, & ſucceſſore Leone filio, decedit e vita, cũ regnaſſet cum Michaele Imp. annum vnum, deinde ſolus vnde viginti. Ex Curopalate. Baſilius Imp. moritur.

Commendatur Baſilij pietas in exædificandis, reſtituendis, exornandis, locupletandis eccleſijs plurimis, tum Conſtantinopoli, tum alibi, vt pluribus exequitur Curopalates. Laudes Baſilij.

Plurimos etiam Iudæos munerum pollicitationibus, & largitione, precioſis donis allectos ſuſcepit, & attraxit. Quos poſtea Iudaizantes Leo Imp. Baſilii filius edita E nouella conſtitutione[b] compeſcuit. addit Curopalates. Et Bulgarorum genus quod nuper diuino ſe cultui addixerat, miſſis eo religioſis Monachis, & virtute præditis ſacerdotibus in fide confirmauit.

Et Rhos (Ruſſos dictos) inito cum illis fœdere, vt ſalutaris baptiſmi participes eſſent, auctor fuit, miſſo ad eos Archiepiſcopo, qui accepta conditione edendi miraculum, Euangeliorum volumine in ignem iniecto, & illæſo recepto, ad Chriſtum adduxit. Ruſſorum conuerſio.

Retulit a Deo Baſilius pro ſua pietate, & ſtudio religionis plures a Deo victorias terra marique, maxime vero ex Manichæis deuictis, & Sarracenis apud Tarſum per Chrouatarũ, & Seruiorũ conuerſio.

Ducem

---
[a] a li. 5. c. 45
[b] Leo No u. 55.

Ducem ſuperatis. Accepit a Deo, & illud beneficium, vt Scytharum barbaræ nationes, Chrouatæ dicti, & Seruij, miſſis ad eum legatis, ſponte ſe ipſi ſubiecerint, acceptis ad habitandum Prouincijs, quæ, ab ipſis Croatia, & Seruia dictæ ſunt. Ex Aquitannica hiſtoria, deprompta, ex Pithoei bibliotheca, habentur aliqua de bellis geſtis a Baſilio cum Bulgaris rebellantibus parum conſentanea ijs, quæ ſunt, apud Curopalaten. addit eadem hiſtoria, eum Hiberiam repugnantem per ſeptem annos edomuiſſe, & ſubiugaſſe. Ceterum fuiſſet plane inter ſummos Chriſtianos Principes numerandus Baſilius, tum ob pietatem, tum etiam, ob res bello præclare geſtas, a Curopalate, & alijs Græcis hiſtoricis diligenter expoſitas, niſi ſeductus a Photio præuaricator factus eſſet octauæ Oecumenicæ Synodi, cui ſubſcripſerat, & tum ipſius, tum Santabareni præſtigijs dementatus in Rom. Eccleſiã, pro eodem Photio, inſurrexiſſet. Ad poſtremum de Baſilio, illud memoriæ non ſubtrahatur, quod ſcribendum curauit librum de iure, ex quo, iam deperdito, pauca remanſerunt in libro Iuris Græcorum, ſub titulo officium, & definitio Patriarchæ. Cuius hæc pauca hic deſcribenda. *Cum Reſp. ex partibus, & membris ad ſimilitudinem corporis humani conſtet, ampliſsimæ huius maximæq; neceſſariæ partes ſunt Imp. & Patriarcha. Ideoque ſubditorum pax & felicitas, tam animi ratione, quam corporis, eſt Imperij, & Pontificatus, in omni vnanimitate, conſenſus.*

Baſilius alioqui laudat⁹ Imp. reprehenſione dign⁹ quod īſurrexit ī Rō. Eccl.

Sal⁹ Reip. conſenſus Imper. & Pontific.

Idem inſuper Baſilius Imp. vna cum hæreditate filio ſuo Leoni Imp. egregia monita ſcriptis reliquit, ſexaginta ſex capitibus comprehenſa, quorum principes litteræ hanc efficiunt ſententiam.

Baſilius in Chriſto Romanorum Imperatori Leoni charo filio, & Imperii Collegæ.

Extant [a] e Græco fonte in alueum latinitatis deriuata. habeto hic duo deſcripta. Poſt fidem Catholicam primo loco commendatam, ſic habet.

Sanam mentem habe in his, quæ ad rectæ fidei doctrinam pertinent, & ſummo honore proſequere matrem tuam Eccleſiam, quæ in Spiritu ſancto te lactauit, & capiti tuo, ad Dei, per Chriſtum laudem, Imperii coronam mecum impoſuit. ſi enim quos natura tibi dedit parentes, debes venerari, multo magis eos, qui te in Spiritu ſancto genuerunt omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturã ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: iſti vero æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergo Eccleſiam Dei, vt tu vicisſim in honore habeare, & ſacerdotes eius reuerere tanquam ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis ad Deum. Honor enim qui ſacerdotibus habetur, in Deum refertur; & ſicut, propter te, miniſtros tuos in honore habere iuſtum eſt, ita & propter Deum ſacerdotes eius magnifacere, & in pretio habere ſanctum. Quemadmodum enim honor, qui eis habetur, ad Deum pertinet; ita eorum contumelia, & contemptus longe etiam grauius eius iram prouocat. hæc Baſilius, poſt fidem Catholicam bene cuſtoditam, appoſuit, tanquam fundamentum, & baſim quandam, ſuper quam vniuerſa moles Imperij collocata, firma conſtat. Accipe aliam ſalubrem [b] admonitionem ad rem præſentem ſpectantem. *Euoluere ne vnquam ceſſes hiſtorias veterum, ibi enim reperies ſine labore, quæ alii magno cum labore congeſſerunt. At inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognoſces, & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conuerſiones, mundi huius inſtabilitatem, & Imperij ad cadendum pronitatem, diſces breuiter male factorum pœnas, & bonorum præmia leges, quorum illa effugies, ne vltionis, quæ inde ſequitur, ſeueritatem patiaris. hæc autem amplecteris, vt præmia quæ ex iis manant, conſequi merearis.*

a Tomo 5. Bibl. SS. PP. in fi.

Præclara admōitio Imp. ad Filiū de honoranda Eccleſia.

Si Paréres venerãdi multo magis ſacerdotes.

Sacerdot. pp Deum honorãdi.

b ibi. c. 56.

Monet vt legat hiſtorias.

Ad eundem Baſilium rurſum ſpectat, (ne quid prætermittamus antiquitatis) quod ſcribendum curauit, & augendum Græcorum Menologium, quod etiam exornauit imaginibus, quibus ſingulorum exprimerentur certamina. Extat autographum ipſius Baſilij imaginibus magni pretij decoratum, per dies ſingulos, & ſingulos ſanctos, apud Paulum Sfondratum S. Cæciliæ Card. Mortuo Patre, Leo ſuſcipit Imperium, &

A mox captata occaſione, quod Photius cum Santabareno Conſilium inijſſet de eligendo in Imp. cognato ipſius Photij, eum e throno deponit, relegatque in monaſterium Armenorum, in eiuſque locum germanum ſuum Stephanum ſubrogandum, Apoſtol. ipſa Rom. Sede diſpenſante, vt qui a Photio Diaconus ordinatius eſſet, curauit: impoſtorem vero illum Santabarenum flagris cæſum, & oculis priuatum, Atheas in exilium mittit, hominem ſecta Manichæum, profeſſione Magum, (vt Conſtantinus Manaſſes affirmat) ſimulatione vero Chriſtianum, & impoſturis, quibus miracula affectabat, a Baſilio Imp. creditum ſanctum.

Acceptis autem litteris Stephani Papæ ad Baſilium miſſis, Leo Imp. & Photij fraudulẽtis facinoribus percognitis, omnes a Photio excommunicatos, depoſitos, eiectos reuocauit, Epiſcopos, Præpoſitos, presbyteros, Diaconos, & pios omnes, quibus ad ſe B euocatis, cum illis conuenit, vt ad Stephanum Papam ipſe, & illi ſcribant, petendo diſpenſationem pro ijs qui a Photio fuerãt ordinati; Extat epiſtola Styliani Epiſcopi, & aliorum Epiſcoporum, & Clericorum omnium Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ad Stephanum Dominum, & œcumenicum Papam (ſic enim appellat) bene longa, continens exactam hiſtoriam totius cauſæ Photianæ; quam nos breuitatis cauſa prætermittimus, illud ſolum adſcribentes, quod eſt verſus finem. QVONIAM VERO SCIMVS, inquiunt, QVOD A VESTRA APOSTOLICA SEDE CORRIGI, ET IVXTA CANONES CORRIPI DEBEMVS, HAC DE CAVSA HVMILIBVS HIS NOSTRIS LITTERIS TVAM ORAMVS VENERABILITATEM, VT MISERICORDITER NOBISCVM AGAS; cum populo videlicet, qui non ſine rationabili cauſa Photij ordinationem recepit, vt C ne qui Apoſtolicæ Sedis legatos Rodoaldum, & Zachariam, qui initio Photium confirmarunt in Conſtantinopolitana Sede; deinde Eugenium, & Paulum, qui ſecunda vice vna cum Photio communicarunt, excepit, vna cum Photio damnetur, nec alius infinitus numerus ab eccleſia pellatur. Hoc enim facere conſueuit Eccleſia: vt ſcilicet damnatis auctoribus hæreſis, ſeu ſchiſmatis, ordinatos ab eis, & lapſos per pœnitentiam ſuſcipiat, quod per exempla plurium Oecumenicarum Synodorũ probat, *Quapropter decet etiam tuam ſingularem virtutem, Photium quidem tanquã initio ſchiſmaticum, & a ſchiſmaticis illegitime ordinatum, & propter alia multa, quæ operatus eſt mala, expellere, eos vero, qui ab ipſo decepti ſunt, miſericorditer cum illis diſpenſari rogamus, vt Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ pax, & trãquillitas ita reſtituatur &c. Nos enim (vt diximus) Impp. Chriſti dilectorum nutu Conſtantinopolim venientes,* D *dum multi nos ad communionem impellunt, & iuramento affirmant ſe ab Apoſt. Sede diſpenſationis indultum obtinuiſſe, vt abſque impedimento ſacerdotalem dignitatem exercitare poſſent; nullo tamen pacto illis fidem adhibuimus a tua ſanctitate expectantes aliquid firmi, & certi. Hoc autem auſim affirmare, o venerandum caput, Deum adhibens teſtem, quod nullus eorum, qui cum Photio communicarunt, propria id fecerit voluntate, ſed potius Principum violentia. Quapropter tuam rogamus Beatitudinem, vt populum (parum abeſt) deſperatum miſericorditer ſuſcipias.* ROGAT TE PETRVS, CVIVS SEDEM ADMINISTRANDAM OBTINES, QVI AB OMNIVM DOMINO EDOCTVS FVIT, VT SEPTVAGIES SEPTIES IGNOSCERET, ETIAM IIS, QVI SCIENTER DELIQVERINT &c.

Eccl. Conſtantinop. petens diſpenſationẽ a Rom.

Nota.

Confeſſio Catholica Græcorũ.

Deſiderantur Leonis Imp. litteræ de eadem re, ad eundem Stephanum Papam. E Nam poſt hæc ſubijciuntur in dicto Codice litteræ Stephani Papæ ad eoſdem Epiſcopos, quarum pars hæc eſt.

Sed de Photio quidem ita vos ſcripſiſtis (de ſede ſcilicet deiectum, & expulſum.) illas vero Imp. litteras cum legiſſemus, eaſdem a veſtris procul abeſſe comperimus. Ita enim ſe habebant, quod Photius quietam vitã elegit. Quapropter in dubitatione verſamur. Multum enim intereſt, abrenunciaſſe, & expulſum eſſe. Nos igitur abſque diligenti inquiſitione qualecunque iudicium proferre non poſſumus. Quapropter nunc ſententiam prorogauimus. Et opus eſt, vtriuſque partis religioſiſsimos Epiſcopos mitti, vt perpenſa omni dubitatione, & veritate vtrinq; manifeſta dicere poſſimus, quod

Cautũ Stephani conſilium.

Deus

Deus voluerit. Rom. enim Eccleſia inſtar ſpeculi, & exemplaris reliquis Eccleſiis A
conſtituitur. Et quodcunque definierit in ſempiternum manet incorruptum, & hac de cauſa ſententias magna cum inquiſitione ferri docet. hactenus ad Epiſcopos, Stephanus Papa, non renunciationem Photij (quæ nulla eſſe poterat, cum nunquam legitime ſediſſet,) ſed eiectionem ab Imp. & Epiſcopis expectans audire. Eiectus autem hoc anno (vt audiſti) penitus Photius, nec amplius reſtitutus, ſed in monaſterium relegatus, quando obierit, aut quomodo, in obſcuro eſt, idque dolo ſchiſmaticorum ipſum auctorem doctoremque ſuum mire colentium. Ad abolenda autem ijdem doloſi ſchiſmatici, quæcunque fœda, & nefaria de Photio extabant in Actis inter ipſum, & Ignatium, ſub Nicolao, & Hadriano, ſilentio abruenda ſub anathemate cenſuerunt. *Tempore ex eo* (inquit Marcus Epheſius in Concilio Ferrarienſi[a]) *in Conſtantinopolitana Eccleſia hucuſque ſolet celebrari, videlicet; Quæcunque in Patriarchas Ignatium, & Photium ſcripta, vel dicta ſunt, anathema ſunto.* At Deus tamen ea voluit, ad hoc vſque tempus, vt vidiſti, conſeruata. Iam ad Occidentem conuertamur: B

Photius in Monaſt. relegatus, incertũ qñ obierit.

a ſeſſ. 6.

SS. MM. inuentio, & trãſlatio.

Hoc eodem anno, die 17. Ian. 4. Ind. primo nondum expleto anno Pontificatus Stephani Papæ ſexti, facta eſt ab eodem Pont. admiranda inuentio, & ſolemnis translatio corporum SS. Martyrum Diodori, Mariani, & aliorum plurimorum martyrum, ex cœmeterio viæ Salariæ in Vrbem. Hi enim martyres cum olim conueniſſent ad venerationem Chryſanti, & Dariæ recentium martyrum frequenti cœtu, occluſa a Gentilibus per parietem ianua, ipſi quoque pari martyrij corona decorari meruerũt, ſub Stephano primo Rom. Pont. Cumque ad præſentem annum eorum ſacræ reliquiæ latuiſſent, Dei prouidentia factum eſt, vt eadem diuinitus reuelatæ fuerint huic Stephano Papæ, cuius diligentia effoſſæ & erutæ, ſolemni pompa translatæ ſunt in Vrbem, & per diuerſas Eccleſias honorificentiſſime conditæ. Huius quidem rei geſtæ hiſtoria, tunc ſcriptis diligenter commendata, Dei beneficio ad nos vſque integra perſeuerat,[b] in qua & præclara tum a Deo oſtenſa miracula commemorantur. cuius auctor non quidem proditur, ſed putatur eſſe Anaſtaſius Bibliothecarius, huius temporis hiſtoricus, qui eiuſdem Papæ Stephani res geſtas conſcripſit, quæ haud integræ ad nos peruenerunt. C

b Apud Sur. 17. Ian.

Chriſti Annus	*Stephani P.6.*	*Caroli* 3.	7	*Impp.*
887.	3.	*Leonis* 6.	2	*Indict.* 5.

D

PAriſienſis ciuitas Northmannorum obſidione laborans, Dei miſericordia implorata, precibus Dei Genitricis, cui ciuitas dedicata eſt, & Sancti Germani Epiſcopi, atque S. Genouefæ, & aliorum Sanctorum eius Eccleſiæ patronorum, liberata tandem fuit. tunc præcipue enituit virtus eiuſdem Sancti Germani in edendis miraculis, quorum duos libros ſeorſum ſcripſit Aimoinus.[c] Cecinit eiuſmodi obſidionem duobus carminum libris Abbo, qui Aimoini hiſtorici fuit diſcipulus. Fuit & idem Abbas, ad quem Aimoinus inſcripſit præfationem ſuam hiſtoriarum, quas perduxit ad hunc annum, de rebus Francorum.

c Apud Sur. 5. Iul.

Scripſit tunc temporis Fulco Rhemenſis Epiſcopus epiſtolam ad Carolum Craſſum, pro obſidione Pariſienſi auxilium implorans. Scripſit & ad Stephanũ Papam de quibus litteris Frodoardus. E

Aimoinus hucuſque perduxit ſuam hiſtoriam.

Hoc anno habita legitur SYNODVS COLONIENSIS,[d] in qua actum aduerſus raptores rerum Eccleſiarum; oppreſſores pauperum, & inceſtas nuptias contrahentes.

d Tom. 4. Cõc. Ven. edit.

Quo etiam anno laborat Eccleſia Anglicana tyrannide Haſtingi Dani, qui ſimulate baptiſma ſuſcipiens, eo ad inferendam cladem populo vſus eſt, cuius etiam ſæuitia Galliæ ingemuere.

A

Chriſti Annus 888 | Stephani P.6. 4 | Leonis 6. Imp. 3 } Indict.6.

PRid. Id. Ian. Carolus Imp. moritur, iam antea repudiatus a ſuis; magno quidem Dei iudicio factum eſt, vt ipſe Auguſtam Richardem, ex leuibus quibuſdam ſuſpicionibus, teſtantē publice, ſe, licet iūctā Carolo, adhuc intactā virginē permanere, contra ius faſq; repudians, menſe Nou. in Conuentu Tribur. repudiaretur a ſuis, tradito eius Regno Arnulpho Carolomanni filio; adeoque Dei voluntate Carolus ad ima depreſſus eſt, vt victum quotidianum ab Arnulpho ſupplex expoſceret. hæc pluribus Regino, qui ipſum laudat ex multis. Fertur libellus eiuſdem Caroli de viſione ipſi ante triennium oſtenſa, de locis inferis, & purgatorijs, quibus complures torqueri vidit Principum & Epiſcoporum, qui bellorum ciuilium fomitem ſuccendiſſent. habetur in auetario ad Bedam, [a] & recitatur a Vuillelmo Malmesburienſe. [b]

Carolus repudians vx. repudiatur ipſe a Regno. Viſio Caroli R.

B

a lib.2.c.2 b li.2. c.2. in fine.

Poſt hæc ſciſſio Imperij, malaque plurima ex Tyrannorum plurium ſimul exurgentium factionibus orta ſunt. Nam Berengarius Dux Foroiulienſis in Regem eligitur. Vuido, ſiue Guido filius Lamberti Ducis Spoletini, Imp. nomen aſſumit, vel potius iam diu ante aſſumptum retinet. In Gallijs Comes Pariſienſis Otho, ſiue Odo pariter in Regem prouehitur, cum viueret Carolus Simplex legitimus hæres. ſed & Rodulphus Corradi filius ſibi Regis nomen impoſuit. Sic itaque Italia & Galliæ, hoc potiſſimum anno, ſunt ex ijs tyrannis emergentibus magnopere afflictatæ. Quod autem deterius, videri potuit, & plane monſtruoſum illud fuit, quod tam Epiſcopi, quam Abbates armati ad bella procederent, in hoſtes irruerent, cæderent ipſos, cæderentur ab ipſis. execrandum plane diu iſtiuſmodi facinus inoleuit in Galliis, cuius merito accidiſſe putamus, vt externis, atque ciuilibus bellis eædem prouinciæ affligerentur. Sed eo deterius, quod ijdem etiam ab eius temporis ſcriptoribus laudati reperiuntur nomine bellicæ fortitudinis, cum tanquam ſacrorum Canonum violatores, & muneris paſtoralis deſertores, deteſtandi fuiſſent.

Imperij ſciſſio.

C

Epiſcopi & Abb. ad bella procedunt.

Eodem anno occaſione noui Regis Arnulphi celebrata eſt SYNODVS [c] MOGVNTINA de qua illud primum conſiderandum, eundem Arnulphum nunquam ab antiquis ſcriptoribus Imperatorem eſſe nominatum, ſed ſemper Regem, eo quod nefas eſſet Imperatoris nomen aſſumere, niſi illud eſſet ab Apoſtolica Sede collatum: quamobrem perperam agere conuincuntur, qui ſtatim poſt obitum Caroli, Arnulphum nominant Imp. tanquam hæredem Imperij: Qua nam autem ex cauſa eiuſmodi Synodus collecta eſſet, in eius præfatione, produnt Patres, qua etiam, quis nam ſtatus infeliciſſimus Germaniæ Eccleſiarum eſſet, pluribus docent. vaſtitatem videlicet a Northmannis, & graſſatoribus illatam ciuitatibus, Eccleſiis & monaſterijs, & cladem hominibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus. hæc ſunt quę ob omnium oculos lugenda Patres, & corrigenda quoquomodo proponunt. ſtatuti ſunt igitur in Synodo canones 26. quorum tres primi ad Arnulphum Regem pertinent, quibus admonent quomodo gerere ſe debeat in Regni bona adminiſtratione.

c T.4. Ven. edit. Concil.

D

Imp. non appellat niſi a coronatione p Papam. Infelix ſtatus Eccl. German.

Hoc eodem anno ſanctus Rembertus, magnus ille Danorum Apoſtolus, ſucceſſor Sancti Anſgarij in ea functione, & ſcriptor vitæ, & imitator egregius, ex hac vita diſceſſit. Ex Adamo [d] Monacho qui & meminit eius vitæ ſcriptæ a fratribus monaſterij Corbeienſis, quæ forte ea eſt, quæ a Surio, ſine auctore edita reperitur, quem teſtatur a Nicolao Pont. pallium accepiſſe, & Adelgarium ſucceſſorem habuiſſe, qui pallium a Stephano Pont. acceperit, ſicque Sedis Apoſtolicæ auctoritate, qua cæperat, eamdem Eccleſiam propagatam ſemper apparet.

E

S. Rēbert⁹ Danorum Apoſt. d li.1.c.38 in ſi. 1. die 5. Febr.

Hoc eodem anno, qui tertius numeratur Stephani Patriarchæ Conſtantinopolitani ipſe ex hac vita migrauit, in cuius locum ſuffectus eſt Antonius cognomento Cauleos. Ex Curopalate. Porro Stephanus ob vitę innocentiam a Nicephoro Philoſopho

aſſeritur a faſcijs ſanctus fuiſſe, relatus quidem legitur in Menologium Græcorum, A præclaro elogio. Ad hunc eundem Stephanum Patr. extant complures Leonis Imp. Nouellæ conſtitutiones, diuerſorum argumentorum, ad ſtatum tamen Eccleſiaſticum pertinentes, quas, qui velit, conſulat.

Collecta Romã, & Ieroſol. a Rege Angl. miſſa.

Hoc inſuper anno Aelfredus Rex Angliæ Aethelinum Vuintonienſem Epiſcopum Romam miſit, qui illuc eleemoſynas ferret. ſed & ſequenti anno collectam vniuerſalem tam clericis, quam laicis indixit, Romam & Ieroſolymam mittendam, cui ipſe ex ſuo theſauro partem non mediocrem adiecit. Ex Vueſtmonaſterienſi, qui & alia plura refert de ſumma pietate Regis.

Imago lacrymat. Præſagiũ excidii vrbis Aurelian.

Hoc eodem anno in vrbe Aureliana Galliarum memorabile atque formidoloſum contigit portentum. In monaſterio virginum quod Puellare dicebatur, ab imaginis Crucifixi, quæ in medio monaſterij erat, oculis per aliquot dierum ſpatium cõtinue, B multis cernentibus, riuus emanauit lacrymarum, excidij eius Vrbis proculdubio triſte præſagium, quod anno ſequenti contigit, tota vrbe concremata. Cuius vrbis eccleſiam cum reſtituere magno conatu inſiſteret venerabilis Arnulphus Epiſcopus, dum telluris ſoliditatem ad fundamenta ſcrutãtur, copioſa auri pondera repererunt, quæ ad totius, quamuis magnæ baſilicæ fabricam ſufficere crederentur: ex Glabro [a] eiuſdem temporis ſcriptore.

a li. 2. c. 5.

Chriſti Annus	*Stephani P. 6.*	*Leonis 6. Imp.*	*Ind. 7.*
889	5	4	

C

Hunni immiſſi in Germ. & Gallias.

ANnus hic Germaniç, & Gallijs fuit funeſtiſſimus ob Hunnorũ in eas regiones immiſſiones per Regẽ Arnulphũ, cuius impietatem Luitprandus ita deplorat. *O cæcam Arnulphi regnandi cupiditatem, o infelicem, amarumq; diem? vnius homuncionis deiectio nempe Zuentbaldi, quem aduerſarium patiebatur, fit totius Europæ contritio. Quot mulieribus viduitates, patribusque orbitates, virginibus corruptiones, ſacerdotibus populiſque Dei captiuitates, Eccleſiis deſolationes, terris inhabitatis ſolitudines, cæca ambitio paras? &c.* reliqua bellorum tum in Gallia, tum in Italia, quæ inter ſe mutuo digladiantes Principes perpetuo geſſere, quod non ſint noſtri inſtituti; idem te docebit, ſi cupis, lector, Luitprandus hiſtoricus. Nos res Eccleſiaſticas proſequamur. D

Ratio diuerſitatis litterarũ Imp. & Epiſcoporũ ad Papam de Photio.

Hoc eodem anno, qui tertius eſt a tempore, quo a Stephano Papa ſcriptæ ſunt litteræ Conſtantinopolim ad Imp. Leonem, & Epiſcopos Catholicæ communionis, ab eodem Imp. atque ab eiuſdem etiam Epiſcopis legationes mittuntur ad Stephanum Rom. Pont. prout ipſe antea mittendas iuſſerat; litteræ item, quibus ſatisfaciunt illi de diſcrimine inter litteras ſuas, & Imp. *Cuius* inquiunt, *hæc cauſa eſt, quod ij qui Photium abrenunciaſſe ſcripſerunt, iidem ipſi illum receperunt in ſacerdotem. Nos vero qui ne veſtigium quidem ſacerdotii illum habere affirmamus, iuxta legitimam, & canonicam ſententiam æternorum, & BB. Pontificum Nicolai, & Hadriani, ſicut etiam Sancta, & generalis Synodus Conſtantinopoli congregata Legatis Apoſtolicis, & trium Sedium Orientalium promulgauit, quomodo potuimus ſcribere illum renunciare qui, ita fuerit condemnatus? &c.* Rurſum repetunt de diſpenſatione cum E illis, qui inuiti receperunt. *Non enim* inquiunt, *a Canonibus eſt alienum, Photium quidem damnatum eſſe, & eos qui illum inuiti receperunt, & nunc pœnitentiæ ſigna exhibent, recipi. Hoc enim etiam magnus Athanaſius Alex. Patr. ad Rufinum ſcripſit, quod oportet in Synodicis conuentibus Principes hæreſum, & ſchiſmatum damnatos reiicere, reliquos vero cum diſpenſatione recipere.* Ex ſæpius citato Columnenſi Græco Codice.

A

Chriſti Annus 890. | *Stephani P. 6.* 6. | *Leonis 6. Imp.* 5 } *Ind. 8.*

VLtimus hic eſt Stephani Papæ annus, ad quem referenda reliqua eius præclare geſta, quæ certo anno conſignari non poſſunt.

In Codice Anaſtaſij Bibliothecarij MS. hæc habētur. Intuitus Sanctiſſimus Papa Stephanus inſolentiam populi, & cæcitatem cordis eius vaniloquis, & nefarijs fabulis, & ocioſis ſermonibus vacantis in Eccleſia, & audiens quoſdam, vulgante fama, B maleficiis, & incantationibus vti, præclara allocutione, Miſſam celebrans, populum admonuit. Eam tu lege, ſi libet, in Annalibus, in qua ad finem maleficos excommunicat. Pergit Anaſtaſ. ſcribere de ſumma eius pietate, charitate, & ſalutis omnium ſolicitudine, quarum eius virtutum fama per Occidentem, & Orientem vulgata, pene omnes ad eum accurrebant, vt eius benedictionem perciperent. Abuſum etiam illum ſuſtulit exigendi aliquid ab ijs qui Miſſas celebrarent in Eccleſia Sancti Petri. Cum enim omnes in loco tam celebri Miſſas celebrare affectarent, & pietatis cauſa aliquid donare Eccleſiæ conſueuiſſent, poſtea cæpit illiberaliter ab æditius exigi. reliqua deſunt in Codice mutilato.

Maleficos excom. P. — *Abuſus quoſdam tollit.*

Extat Stephani huius reſcriptum ad Romanum Epiſcopum Rauennatem [a] de electione Epiſcopi Imolenſis. nec non aliud ad Heribertum Archiep. Moguntinum, C quo aſſeritur non probari purgationem per ferrum candens, & aquam feruentem.

a dist. 63. c. 12. — *Purgatio per ferrū candēs, & aquam feruētem improbatur.*

Hoc item anno moritur vir inſignis ſanctitate atque doctrina Samſon Abb. S. Zoili Mart. Cordubæ ciuitatis, qui tempore perſecutionis ab Eulogio deſcriptæ, claruit; cui fuit certandum non ſolum aduerſus Sarracenos, ſed & aduerſus malos Chriſtianos Martyrum deriſores, inter quos eminebant Haſtigeſius Malacitanus Epiſcopus, & Seruandus Comes, ambo egregiæ impietatis homines, Sarracenorum Principum amiciſſimi. ex Apologetico ipſius Samſonis, quod adhuc Toleti extat Gothicis litteris deſcriptum.

Sanſonis Abb. Cordub. obitus.

Hoc eodem anno Eccleſia in Morauia admodum afflictata eſt, occaſione defectionis eius Principis ab Arnulpho Rege, qui in eam ingreſſus prouinciam, omnes, quas in ea reperit, demolitus eſt vrbes. hæc Regino, hoc anno.

Clades Morauiæ illata ab arnulpho.

D Quo pariter anno (idem inquit auctor) Dux Britanniæ Alanus, coadunata omni Britannia, tale votum vouit. Vt ſi aduerſarios Northmannos per diuinam virtutem ſuperare poſſet, decimam partem omnium bonorum ſuorum Deo, & S. Petro Romam deſtinaret, omnibusque Britonibus idem votum ſpondentibus, tanta ſtrage hoſtes fudit, vt vix 400. ex quindecim millibus ad claſſem redirent.

Britones decimam oīum ſuorum bonorum Deo, & S. Petro vouent, ſe victores euadāt, & vincunt.

Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno moritur Antonius Patriarcha Conſtantinopolitanus, vbi tantum duos annos ſediſſet. Ita in ſerie Patr. Conſtantinopolitanorum in corpore iuris Orientis intexta. Claruit iſte egregia ſanctitate, & miraculis, proque pace, & vnitate Eccleſiæ laborauit, quam & feliciter eſt conſecutus, vt teſtatur Nicephorus Philoſophus in eius funebri oratione, apud Metaphraſtem die 11. Febr. Cui ſucceſſit Nicolaus cognomento Myſticus, erat id nomen dignitatis primæ poſt E magnum chartularium, de cuius inſignibus Curopalates, inquit, *ſunt tiara, & prætextu vittata loris.* Ita ipſe in libello de officijs Conſtantinopolitanæ vrbis.

Chriſti Annus 891 | *Formoſi Pap.* 1 | *Leonis 6. Imp.* 6 } *Ind. 9.*

STephanus Sextus, ſexto ſuæ ſedis anno moritur. Sic in eius epitaphio a Manlio deſcripto: *Bis ternis annis populum qui rexit, & Vrbem.* In ſucceſſione

Rom.

a li. 1. c. 48.

Series Roman. Pōt. in qua labunt aliq. hiſtorici.

Rom. Pont. hic labitur Leo Oſtienſis,[a] Marianus item Scotus, & Sigebertus, qui non modo ex antiquis omnibus Rom. Pont. ſcriptoribus redarguuntur, ſed etiam Græcorum huius temporis auctorum monumentis. In ſæpe enim citato Codice Græco Columnenſi, vbi dum redarguitur pſeudoſynodus Photiana, hæc ſeries Pōtificum Rom. texitur. *Poſt Hadrianum hunc Ioannes, poſt Io: Marinus: poſt Marinum, Hadrianus; alter deinde Stephanus Sextus; deinde Formoſus, poſt hunc alii quattuor, videlicet Bonifacius, Stephanus Romanus, & Theodorus, & poſt hos Ioannes qui hæc ſcripſit.* A

Formoſus Papa.

Qui vir & quantus.

Tumulruaria electione Stephano ſublegitur Formoſus Portuenſis Epiſcopus, vt ex Luitprando colligitur. *Formoſi*, inquit, *prædeceſſore defuncto, Sergius quidam Rom. Eccl. Diaconus erat, quem Romanorum pars quedam Papam ſibi elegerat, quædam vero pars non minima nominatum Formoſum Portuēſis ciuitatis Epiſcopum pro vera religione diuinarumque ſcripturarum, & doctrinarum ſcientia, Papam ſibi fieri anhelabat. Nam dum in eo eſſet vt Sergius Apoſtolorum Vicarius ordinari debuiſſet: ea quæ Formoſi partibus fauebat pars, cum non mediocri tumultu, & iniuria Sergium ab altari expulit, & Formoſum Papam conſtituit.* B Laudatiſſimus igitur Formoſus apud Luitprandum habetur, & ab Anaſtaſio Bibliothecario in Nicolao magnæ ſanctitatis Epiſcopus nominatur. Quanti autem eum fecerit Hincmarus Rhemenſis ſummarium eius ad ipſum epiſtolæ, apud Frodoardum,[b] indicat. *Formoſo*, inquit, *eiuſdem Romanę Eccleſię Epiſcopo, (ſuffraganeo ſcilicet) ſcripſit, collaudās eius, quam audierat ſanctitatis, & ſcientiæ famam, quærensq; eius habere familiaritatem; & vt ipſe pro ſe dignaretur orare vicem rependere ſtudens, & quædam ei munera mittens, vt ſui memoriam in orationibus habeat.* Item poſtquam litteras ſuas idem C Formoſus ei miſerat, in quibus de charitate erga eum ſignificauerat, intimat, quia magnam in ipſo haberet fiduciam. Ex quibus quanto fuerint vbique exiſtimationis, colligitur, vt non adeo ſit mirum, ſi bono totius Eccleſiæ ex Epiſcopatu Portuenſi tranſlatus fuerit ad moderandas habenas totius Catholici orbis, hoc potiſſimum tempore, quo ipſa Rom. Eccleſia adeo affictaretur peſſimorum tyrannorum inuaſione.

Ex Portuēſi Eccl. cur potuerit eſſe Formoſus trāſlatus ad Rom.

Formoſi grauis epiſtola in cā Photiana.

b Matt. 12.

Hic igitur acceptis a Conſtantinopoli litteris ad prædeceſſorem directis, vt in re magni momenti, adhibito in omnibus fratrum conſilio, ad eos reſcripſit litteras quæ decurtatę habentur in eodem Codice Columnenſi. & poſt multa, *Petis*, inquit, *ad Stylianum miſericordiam, & non ſcribis, quomodo ſit exhibenda, neque cui, ſæculari uidelicet uel ſacerdoti. Si enim ſecularem dixeris: ueniam dignus is erit, tanquam a ſeculari dignitatem adeptus. ſi uero ſacerdotem dicas, non adhibes mentem, quod* D *dignitatem præbere non potuit, qui dignitatem non habebat. Nihil potuit dare Photius, præter damnationem, quam habuit per impoſitionem obliquę manus, & damnationem prębuit. Quomodo dignitatem potuit accipere qui particeps factus eſt condemnato? Quoniam pro ordinato miſericordiam obtinere petis: animaduerte quod ordinatorem potius ſones, iuxta Domini ſacrum eloquium. Vel*[b] *facite arborem bonam, & fructus eius bonos &c. oportebat igitur iſtam Eccleſiam in qua talia deprehenduntur facta, grauiſsimas dare pœnas, ut huiuſmodi pœnis ueſtra Eccleſia purgaretur. Continet autem nos benignitas, & fratrum dilectio quę nobis perſuadet, ut alia quidem toleremus, alia vero omnino e medio tollamus. Quapropter mittimus e latere noſtro religioſiſsimos Epiſcopos, Landenulphum Capuanum, & Romanum, quibus cum ſanctitatem etiam tuam hortamur conuenire, necnon Theophylactum Me-* E *tropolitanum Ancyrę, & Petrum fidelem noſtrum: ut ita, ante omnia in Photium pręuaricatorem, & legum euerſorem ſententia a prędeceſsoribus Oecumenicis Pontificibus ante omnia Synodice prolata, nec non a noſtra humilitate confirmata, perpetuo immutabilis permaneat. Cum iis uero qui a Photio fuerint ordinati miſericorditer nos gerentes, decernimus, ut oblatis libellis, ſe deliquiſſe fateantur, & pœnitentia, ueniam depræcentur, pollicentes ſe nunquam tale quid commiſſuros. Deinde his peractis quæ ſequuntur omnia, quę noſtris litteris mandata conſpiciuntur, una cum prędictis uiris ſanctitas tua peragat, nec aliquid addendo, nec diminuendo, aut commutādo. Ita enim*

& a nobis,

A *& a nobis, & a reuerentia tua in communionem fidelium receptis, ut laicis, ſcandalum delebitur. His autem peractis, ſi quis ipſorum communicare renuerit, nouerit ſe ipſum a communione noſtra alienum fore.* hæc Formoſus ſapienter admodum ad ſananda ſimul Eccl. Conſtantinopolitanæ vulnera diuturnitate temporis putreſcentia.

Hoc anno defuncto in prælio Sunzo Archiepiſcopo Moguntino, in locum eius ſubrogatur Atto Abbas, Augienſis monaſterij, totius Germaniæ bono, vt pote qui ad reſtituendam collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam plurimum laborauit, cuius rei cauſa generalis Conuentus Epiſcoporum eſt collectus.

B *Chriſti Annus* 892 — *Formoſi Pap.* 2 — *Vuidonis* 1, *Leonis 6.* 7 } *Impp.* *Ind.* 10.

VVido Romæ coronatur Imp. a Formoſo Papa, quo facto concitauit in ſe inuidiam eorum, qui eiuſdem Imperij coronam ambirent, Arnulphi & Berengarij, quin etiam ciuium Romanorum. Conſtat id ex litteris ipſius Formoſi Papæ, de quibus Frodoardus [a] & etiamnum extant. Sic igitur primus hic annus eſt numerandus Vuidonis Imperij, quo re vera dicendus fuit Imp. coronatus ex more, ab ipſo Rom. Pont. cum alioquin iam longe ante ſe Imp. geſſiſſe, & appellaſſe ex diplomate ab ipſo ſcripto ante annos quindecim ſatis appareat, cum auctus eſt filio Lamberto.

a Hiſt. Rhemē. lib. 4. c. 2.

Hoc eodem anno Germanorum Eccleſia rurſus Northmannorum graſſationibus C deuaſtatur; cum & nobile Monaſterium Prumienſe depopulati ſunt. Poſtquam cladem Regino ipſe, tunc ibi Monachus, Abbas eligitur, ſed paulo poſt inuidorum perſecutione deijcitur. ſcribebat tunc hiſtorias huius temporis, perduxitq; ad annũ 908.

Eodem anno Carolus Simplex 14. tantum annorum puer, filius, Ludouici Balbi Franc. Reg legitimus, a Fulcone Rhem. Epiſcopo vngitur Rex Franc. reiecto Odone Comite, qui Regis titulum tyrannice vſurpauerat, idque in Concilio Epiſcoporum, & procerum hoc anno Rhemis collecto, vt firmaretur, litteras dedit, ad Arnulphum Regem, & ad Vuidonem Imp. ſed & ad Formoſum Rom. Pont. iteratas, de quibus Frodoardus. [b] Ex hac eadem Synodo ſcriptum eſt ad Balduinum Comitem Flandrenſem, inuadentem res eccleſiaſticas, cui intentata eſt excommunicatio, ad quem etiam ſcripſerat Fulco Rhem. redarguens eum de vſurpatione Monaſterij, & de infi- D delitate, ac periurio contra Regem. Ex Frodoardo. Porro Arnulphus ipſe primo præſto fuit Carolo, inde vero Odoni, contra Carolum, fauit, vt Regino tradit, & alij aſſentiuntur.

Carolus Simplex 14. annorũ coronat.

b li. 4. c. 5.

Arnus nonus Epiſcopus Vuirzeburgenſis rediens ab expeditione Boemorum, in tentorio Miſſam celebrans, circumuallatus hoſtium agmine cum ſocijs trucidatus, martyr efficitur, ex Ditmaro.

Chriſti Annus 893 — *Formoſi Pap.* 3 — *Vuidonis* 2, *Leonis 6.* 8 } *Impp.* *Ind.* 11.

FOrmoſus Papa ob graues perturbationes, quibus vexaretur Dei Eccleſia GE- E NERALEM SYNODVM INDICIT hoc anno celebrandam, Kalen. Mart. ad quam vocauit etiam tranſalpinos Epiſcopos, & inter alios, Fulconem Rhemen. Archiep. teſte Frodoardo. [c] Addit eum precatum Papam, vt æterna ſtabilitate ſibi firmaret, quæ ſuæ fuiſſent collata Eccleſiæ, & peculiariter Monaſterium cum venerabili corpore S. Calliſti Papæ, & martyris Eccleſiæ ſuæ donato, ſuper quo lis illi intendebatur. Subnectit etiam de quibuſdam Epiſcopis Galliarum, qui ſibi pallium indebite a Rom. poſcebant ſede, Metropolitanos ſuos tali ſpernentes tenore; aſſerens quod res eadem niſi prudenti præcauta foret ſolicitudine confuſionem non mediocrem generaret Eccleſiæ, magnumque charitati diſpendium

c li. 4. c. 1.

De pallio nõ temere cõcedẽdo Rhem. Epiſcopus monet Papam.

valeat inferre. Vnde tam ſe quam omnem dicit precari Eccleſiam, ne cito alicuius irrationabili petitioni, ſine generali aſſenſu, & literis, conſentiat, ne per hoc Eccleſiaſticæ dignitatis honor vileſcere incipiat, ſi res indebitæ, quæ temere affectantur, inconſulte tradantur. Cui reſcribens idem Papa Formoſus, monet eum debere compati Rom. Eccl. atque imminenti eius ſubuenire ruinæ, nec ei ſuam præſentiam denegare, adiungens vndique hæreſes, ac ſchiſmata pullulare, nec, qui ad reſiſtendum occurreret, eſſe. Dicitque longo retroacto tempore pernicioſas hæreſes Orientem confundere, & Conſtãtinopolitanam Eccl. nociua ſchiſmata perturbare. Simul etiam regionis Africanæ legatos inſiſtere reſponſa petentes, pro dudum exorto inter Epiſcopos ipſarum Prouinciarum ſchiſmate. Diuerſarum quoque partium legationes diuerſa reſponſa petentes inſtare. Cuius rei gratia GENERALEM SYNODVM die Kal. Martiarum Indict. 11. ſe inchoare diſpoſuiſſe, ad quam eundem, remota omni dilatione, admonet feſtinare, vt colloquendo largius de his valeant pertractare, & affluentius ad conſulta ſingula reſpondere. Northmannicæ gentis procellis, quibus aſſerebat ſe perturbari, plurimum dolere, &c. A B

Formoſus deplorat miſerũ ſtatum Eccl.

In alijs etiam litteris de eadem Synodo fatetur Italiam tunc ſemel, & ſecundo horrida bella perpeſſam, & pene conſumptam. Orientalium vero partium ſe deflere væſanam hæreſim in Chriſtum Ieſum blaſphemiam continentem. Plures villas ſuæ Eccleſiæ inique dudum ſubtractas, commemorat Fulco, litteris ad Papam, eſſe reſtitutas, quas Apoſtolica auctoritate Papa confirmat &c.

Ad poſtremum hoc eodem anno qui & ſecundus eſt, ex quo Vuido Imp. Romæ a Formoſo Papa vnctus eſt Imp. eius pariter filius Lambertus ab eodem Formoſo vngitur Imp. ex Frodoardo. C

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno bello acerrimo excitato inter Bulgaros, & Leonem Imp. eodemque per plures annos propagato, Turcæ & Hunni aduerſus eoſdem, ab eodem ſunt Imp. vocati, Simeone Bulgarorum Rege validiſſime reſiſtente; ex quo factum eſt, vt diſſoluto inter Bulgaros, & Conſtantinopolitanum Imp. pacis vinculo, atque ſpiritualis præfectura, quam Græci ſibi vindicauerant, e medio tolleretur; ijdemque Bulgari Romanæ Eccleſiæ, a qua donis & blanditijs Græcorum deſciuerant, ſe ſponte ſubijcerent. De bello autem iſto apud Curopalatem plura inuenientur.

Chriſti Annus	*Formoſi Pap.*			
894	4	*Vuidonis* 3 / *Leonis 6.* 9	*Impp.*	*Ind.* 12.

D

PEtente Fulcone Rhemen. Formoſus Papa ſolicitus eſt pro confirmatione Caroli legitimi ſucceſſoris in Regno Fr. ſcribens ad Odonem qui Regnum occupauerat, vt bello abſtineat, & inducias det vſque ad profectionem Fulconis ad Vrbem, & ab ea reditum. ſcribens etiam ad Epiſcopos Galliarum, vt de eadem re conueniant, & commoneant eundem Odonem. Fulco item rogauit Pontificem, vt pro ſua Apoſt. auctoritate Arnulpho, & Odoni mandaret a bello in Carolum, ſub anathemate, abſtinere; qui admonitione, non modo nihil profecerunt, ſed Regnum Caroli vexauerũt, & Rhem. Eccl. bona inuaſerũt atq; adeo Odo ipsã Rhem. ciuitatẽ obſedit, quouſq; a Carolo cum valido exercitu ab obſidione eſt depulſus. hæc & plura alia trãſacta inter Papam, & Rhem. Epum habentur ex Frodoardo. In vna epiſtolarum hoc eſt notandum, quod ait quem petierat Carolus Rex benedictum panẽ pro pignore ſe mittere. E

Acta ĩter Formoſũ P. & Fulconẽ Rhemen.

Quod rurſum ad Lambertũ pertinet, hoc anno Imp. a Formoſo Papa creatur, eum decem & ſeptem fuiſſe annorum, colligitur, & conſentit Luitprandus, cum ait, adhuc ipſum Ephœbum fuiſſe, cum poſt obitum patris ſolus habenas ſuſcepit Imperij. de quibus Formoſi litteris Fulco certior factus, parænetícas ad eum litteras ſcripſit.

Nicolaitarum repullulans hæreſis.

Aduerſus etiã repullulantem Nicolaitarum hereſim quæ ſcripſerit Fulco, ſic habet Frodoardus. *Albrado Regi tranſmarino amicabiles litteras mittens, grates refert, quia tam bonum virum, & deuotum Eccleſiaſticisque regulis congruentem deſtinauerit*

A *uerit Epiſcopum in ciuitatem Cantaburg nomine, audierat enim quod peruerſiſsimam ſectam paganicis erroribus exortam, & in illa gente tunc vſque relictam, verbi mucrone ſatageret amputare, quæ ſecta ſuggerere videbatur Epiſcopis, & presbyteris ſubintroductas habere mulieres, ad propinquas quoque generis ſui, quiſquis vellet, accedere. Inſuper & ſacras Deo feminas inceſtare, vxorem habentem, concubinam ſimiliter habere. Quæ omnia quam ſanæ fidei ſint aduerſa documentis manifeſtat euidentiſsimis ex ſacrorum Patrum prolatis auctoritatibus.* hactenus Frodoardus.

Quo pariter anno Formoſus Papa pro Eccleſia Anglicana ſolicitus, quę Danorum incurſionibus, ac bellis diuturnioribus pene deſtituta erat Epiſcopis (plurimæ namque Eccleſiæ viduatæ Epiſcopis remanſerant) ſuis litteris tum Regi, tum Epiſcopis, ſub pęna excommunicationis, & maledictionis mandauit, vt omnibus Eccleſijs ſuis B ordinarentur Epiſcopi. Hoc factum anno Domini 904 eſt apud Malmeſburienſem,[a] ſed vitio puto ſcriptorum, nec enim ad id tempus peruenit Formoſus: cui mandato, conuentu habito, obeditum eſt. Acto Concilio Archiepiſcopus cum honorificis muneribus, Romam adijt, Papam cum magna humilitate placauit, Decretum Regis recitauit, quod Apoſtolico maxime placuit, & illud in perpetuum firmauit. a li.2. hiſt. Angl.

Quod autem eo argumento plures ſcriptas fuiſſe epiſtolas ab eodem Formoſo Papa, idem auctor affirmat, vnam hic adſcribamus ex ijs ad Epiſcopos Angliæ ſcriptam, [b] ab eodem auctore recitatam. b De geſt. Pōt. Angl. lib. 1.

C
FRATRIBVS, ET FILIIS IN CHRISTO omnibus Epiſcopis Angliæ, Formoſus.

Audito, nefandos ritus paganorum partibus in veſtris repullulaſſe, & uos tenuiſſe ſilentium, ut canes non ualentes latrare; gladio ſeparationis a corpore Dei, eccleſia, uos ferire deliberauimus. Sed quia, ut nobis dilectus frater noſter Pleimundus intimauit, tandem euigilaſtis, & ſemina uerbi Dei olim uenerabiliter iacta in terra Anglorum cæpiſtis renouare; mucronem deuotationis retrahentes Dei omnipotentis, & B. Petri Apoſtolorum Principis benedictionem uobis mittimus, orantes, ut in benecæptis perſeuerantiam habeatis. Vos enim eſtis, fratres, de quibus loquens Dominus, inter alia, inquit, Vos eſtis ſal terræ,[c] *& ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Et iterum Vos eſtis lux* D *mundi, ſignificare uolens per uerbi ſapientiam condiri mentes hominum a uobis debere, & in moribus, & in uita ueſtra bonæ actionis ſtudiū, quaſi lumen apparere fidei, per quod gradientes ad uitam, quomodo caute ambulent, uideant, ut ad promiſsionem æternæ beatitudinis, ſine offen a currentes, ualeant peruenire. Nunc accingimini ergo contra Leonem, qui circuit* [d] *quærens, quem deuoret, & non patiamini ulterius in regione ueſtra, penuria paſtorum Chriſtianam fidem uiolari, gregem Dei uagari, diſpergi, diſsipari, ſed cum unus obierit, alter qui idoneus fuerit canonice protinus ſubrogetur.* & plura addit in hanc ſententiam, concludens denique indicando quis ſit Primas Angliæ, nimirum Doroberniæ, ſeu Cantorberiæ Epiſcopus, quem & confirmat, & vices ei Apoſtolicas per omnia gerere mandat.

Formoſus minat excom. Epiſ Angliæ. c Matt. 5. d 1. Petr. 5.

E

Chriſti Annus 895 | *Formoſi Pap.* 5 | *Uuidonis* 4, *Leonis* 6. 10 | *Impp.* *Ind.* 13.

CONCILIVM TRIBVRIENSE IN GERMANICA CELEBRATVR, Præſide Attone Moguntino Archiep. præſente Arnulpho Rege, in quo, ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam 58. canones ſtatuti, quibus, ante omnia actum eſt de Eccleſiaſtica immunitate inuiolata conſeruanda. De immunit. Eccl.

Atque primum illud,[e] vt excommunicati ab Epiſcopis, ſi contemnant, nec ad peni- e cap. 3.

Bãnũ Epi ne quis cõtemnat. tentiam reuocentur, tanquam rebelles capiantur, & ad Regem ducantur. Statutum etiam,[a] ne quis bannum ab Epiſcopis impoſitum contemnat, nec tranſgrediatur, ſed ipſi obediant omnes. Sed & illud etiam Rex voluit definitum, vt ſi concurrit ad populum facta iuſſio Epiſcopi, vel Comitis, loci præſidis; ſemper populus præferre debeat Epiſcopi iuſſionem.

a cap. 8. Epi iuſſio pferat Pręſidis iuſſioni.

Et illud, [b] ſi quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniæ controuerſiam, Epiſcopo rogante, ſine perſonarum acceptione finiatur &c. hæcque ſecundum antiqua Eccleſiaſtica iura, de quibus ſuis ſæpe locis ſuperius dictum eſt. Vnde erubeſcant, & confundantur Eccleſiæ hoſtes, Politici dicti, diſcipuli Nouatorum.

b cap. 21. Cauſæ cler. ab Epiſcopis iudicentur.

A

Præter canones, cauſæ quædam & lites verſantes inter Epiſcopos in eadem Synodo cognitæ ſunt, vt inter alias, cauſa Bremenſis Eccleſiæ inter Adelgarium Bremenſem ſeu Hamburgenſem Epiſcopum, ac Herimannum Archiep. Colonienſem, quæ diutius ventilata, adiudicata eſt tandem, aſſentiente Formoſo Pont. Archiep. Colonienſi. rem geſtam narrat Adam in ſua hiſt. Eccleſiaſtica.[c]

c li. 1. c. 41.

B

Quod autem in his tumultibus bellicis, plerisque mentitis vti Apoſtolicis litteris cognitum eſt: viſum eſt iiſdem Patribus aduerſus eiuſmodi temerarium auſum legem ſtatuere dignam plane tanto conſeſſu, repetitis verbis ex Caroli Magni Capitularibus. In memoriam Beati Petri Apoſtoli honoremus S. R. & Apoſt. Sede &c. vt habes hoc ſecundo Tomo pag. 319.

Chriſti Annus	*Formoſi Pap.*	*Vuidonis* 5	*Impp.*
896.	6.	*Leonis* 6. 11	*Ind.* 14.

C

HOc anno inquit Regino, *Arnulphus Secundo Italiam ingreſſus, Romam uenit, & Vrbem Romam cum conſenſu Summi Pont. armis cepit.* & paulo poſt, *Arnulphus ciuitatem ingreſſus a Formoſo Apoſt. Sedis Præſule magno honore ſuſceptus, ante confeſsionem S. Petri, coronatus, Imperator creatus eſt.* hæc ipſe, qui, in eo quod ſubdit, quod mater Lamberti Imp. quæ illic a filio in præſidium relicta fuerat, cum ſuis latenter aufugit, putauit ante annum vita functum Vuidonem Imp. ceterum tum ex eius diplomate, tum ex Luitprando adhuc plures vixiſſe annos apparet. Verum Rom. Synodus ſub Ioan Nono Papa hanc ipſam Arnulphi vnctionem, per ſubreptionem, vt ait, factam, vt nullam, reiicit, atque condemnat, confirmans eam, quæ Lamberto vnctio legitime collata eſt. Sic igitur ex præſcripto ſacrorum canonum, & auctoritate Apoſt. Sedis, omiſſo Arnulpho, in ſerie Imper. Occidentalium Lambertum poſuimus, & proſequemur annos Imperij numerare vſque ad eius obitum.

Arnulph⁹ vnct⁹ Imper. a Formoſo.

D

Hoc in tempore Formoſus Papa religioſus a Romanis vehementer affligebatur, cuius & hortatu Rex Arnulphus Romam aduenerat. In cuius ingreſſu, vlciſcendo Papæ iniuriam multos Romanorum Principes obuiam ſibi properãtes decollari præcepit. Luitprandus.[d]

Arnulpho præterito, cur inter Impp. Lãbertus recenſetur.

Quæ omnia Formoſo ſummum cum inuidia odium pepererunt. Quæ nam autem cauſa interceſſerit, vt Formoſus ad coronandum Arnulphum ſe conuerterit, ignoratur; Ex quibus, & ex Reginone habemus hoc anno Formoſum fuiſſe ſuperſtitẽ, contra quàm alij ſenſerunt. Adamus porro hiſtoricus ſuperuixiſſe Formoſũ ponit Conc. Triburienſi annos duos, & menſes ſeptem, qui migrauit ad Dominum 19. Kal. Ian.

d lib. c. 8.

E

Chriſti Annus	*Stephani P.* 7.	*Vuidonis* 6	*Impp.*
897	1	*Leonis* 6. 12	*Ind.* 15.

FOrmoſo defuncto, atq; Arnulpho in propria reuerſo, Bonifac. inuadẽs ſedẽ, tenet dies 15. cũ aduerſus eum Stephanus VII. dictus VI. ſubrogatur, pulſo Bonifacio

intruſo,

A intruſo, ab intruſo. Hic igitur Stephanus, vt impius, doctrinarumq; ſanctarum inſcius coacto ſui ſimilium perditiſſimorum Cõcilio Formoſum e ſepulchro extractum & ſacerdotalibus indutũ veſtimentis, in Pontificali ſede collocatum, quod Portuenſis Epiſcopus cum eſſet vniuerſalem ſedem vſurpaſſet, damnat, & ſacris exutum veſtimentis, digitiſque tribus abſciſſis (quibus benedicere moris eſt) in Tiberim iactat, & ordinatos ab eo iterum ordinat. Ex Luitprando, [a] qui memoria lapſus pro Stephano ponit Sergium. Quantæ autem auctoritatis quantæque fuerit religionis Papa Formoſus, hinc colligi poteſt. *Quod dum a piſcatoribus inuentus, & ad Beati Petri Baſilicam in loculo delatus, ſanctorum quoque imagines eum venerabiliter ſalutarunt. hoc namque a Religioſiſſimis Rom. vrbis viris perſæpe audiui*, inquit Luitprandus. Hæc tam impia, & nefanda Stephanus Papa, collecta Synodo, probauit, quæ B reſciſſa poſtea, ignique tradita fuit a Ioan. Nono.

Immanitas in Formoſũ Papam.

a li. 1. c. 8.

Formoſi religio.

En illa infeliciſſima Eccleſiæ Romanæ tempora, atque omnium luctuoſiſſima, quibus contigit ipſam domeſtico bello atque perſecutione vexari, quæ nunc cæpta, longiuſque propagata, magno damno eandem Eccleſiam affecerunt, illata ipſa per Adelbertos Marchiones potentiſſimos Tuſciæ (ita nominat eos Luitprandus, non autem Comites, vt alij, Tuſculanos. illi enim poſtea, licet ex eadem radice prouenerint.) Principes audaciſſimos. De iſto enim qui Stephanum intruſit, hæc idem auctor. *Tantæ quippe Adelbertus erat potentiæ, vt inter omnes Italiæ Principes ſolus ipſe cognomento Diues diceretur. huic erat vxor nomine Berta &c.* Iſtorum quidem, quo viciniores, eo infeſtiores Romana Eccleſia ſenſit: etenim (vt ſuo loco patebit) munitione S. Angeli ad ripam Tiberis, (olim moles Hadriani dicta) poſiti, quid non ſunt C auſi in Eccl. Rom. Cum hos Romana Eccleſia paſſa eſt Tyrannos, Tuſciæ Principes, dominantes ſiue pecunijs, ſine armis populo cleroque Rom. intruſerunt in cathedram Petri homines monſtruoſos, vita turpiſſimos, moribus perditiſſimos, fide tamen ſemper Catholicos. Permiſit id Deus, cuius iudicia arcana & inſcrutabilia, vt intelligeretur Eccleſiam non eſſe humanum figmentum, ſed plane diuinum inuentum, quod nec per improborum, & ſceleratorum malitiam perdi potuit, nec extingui, vt plane conſtet diuina eam potentia, & prudentia regi, & gubernari. Accidit tunc vt ſacroſancta Baſilica Lateranenſis, Primaria Pontificis Sedes, impulſore Angelo malo, ab altari vſque ad portas, ſolo penitus proſtrata corruerit. Quomodo poſſent ſtare parietes, tanti facinoris terræmotu prima concuſſa cardinis porta? Viſum eſt enim velut certis characteribus myſtice deſignatum, in tãta Eccleſiæ Rom. D ruina, ſanctuarium tantummodo relictum integrum, in quo ſedes illius exiſteret, aduerſus quam nec ipſe portæ Inferi præualerent.

Marchiones Tuſciȩ infeſtiſſimi Rom. Eccl.

Peſſimi nonnulli Põt. Rom. ſed nullus hȩreticus.

Cum delatum eſſet in Gallias, defuncto Formoſo Pont. ſubrogatum illi fuiſſe Stephanum, quem tot tantaque nefaria crimina infamarent, nullus tamen fuit principalium ſedium Epiſcoporum, qui ob id, ſe ſubtraheret a cultu, reuerentia atque obedientia, quæ impartiri ſolet Rom. Eccleſiæ Pontificibus; probe ſcientes Primæ ſedis Pontificem minorum ſedium non ſubiacere iudicio. De Fulcone quidem Rhem. aſſerit Frodoardus, quod ad eum ſcripſerit de ſua erga Sedem Romanam deuotione, &c. Inuitat eum Stephanus ad Synodum Rauennæ celebrandam, atque adeo mandat, vt, omni poſt habita excuſatione adſit. Quod ſi prætermiſerit canonicam in eum ferre ſententiam minime retractabit. Reſcribens, queritur, ſed magna tamen cum animi E demiſſione, ſe primis ab ipſo litteris graui comminatione perculſum. Significat quoque Odonem, & Carolum Reges in pacis tandem concordia ſe ſtudente, connexos. atque ſi ab Odone Rege licentiam impetrare valuerit ſe Romam aditurum. Obtinuit autem idem Rhemenſ. Archiep. ab eodem Stephano Papa, vt quoniam vocatus ad Synodum ob bellorum fragores præſens adeſſe minime poſſet, id per legatos expleret. hæc ex Frodoardo, [b] omnia.

b li. 4. hiſt. Rhem. c. 6

A

Christi Annus 898 | *Stephani P.7.* 2 | *Vuidonis* 7 *Leonis 6.* 13 | *Impp.* *Indict.1.*

PAce in Gallijs paulo ante compoſita inter Odonem, & Carolum, fracta, Carolus diffiſus ſuis viribus, cum Northmannis inire fœdus, & eorum auxilijs bellum gerere in conſilio habuit. Quod ſtatim, vt audiuit Fulco Rhem. Archiep. vir præſtantiſſimus, ſacerdotali conſtantia reſtitit, atque ipſum ab inſtituto reuocauit, grauiſſimam ad eum ſcribens epiſtolam, ex qua iſta recitat Frodoardus.[a]

a li.4.hiſt. Rhem c.5.

Fulco Rhem. diſſuadet Regi fœdus cũ ĩfidel. Northm.

Quis enim, inquit, *qui vobis, ſicut oportet, fidelis eſt, non expaueſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem, ac ruinam nominis Christiani Paganæ arma, & fœdera deteſtanda ſuſcipere? Nihil enim diſtat, vtrum quis ſe Paganis ſociet, an abnegato Deo idola adoret. Nam ſi, vt ait Apoſt. bonos mores colloquia mala corrumpunt, quanto magis corrumpitur caſtitas animæ Christianæ, inimicorum ex conſilijs, & ſocietate? Neque enim poterit non imitari quod aſſidue viderit, quin potius aſſueſcet paulatim, & quaſi vinculo malæ conſuetudinis trahetur ad facinus. Certe progenitores veſtri Reges depoſito Gentilitio errore diuino cultui ſe humiliter ſubdiderunt, & a Deo ſemper auxilium expetierunt, propter quod & feliciter regnauerunt, & Regni hereditatem ad ſuos poſteros tranſmiſerunt. Vos econtra nunc Deum relinquitis (dicam certe, licet nolens quia Deum relinquitis, cum vos eius hoſtibus ſociatis) vnde & merito prophetica illa vox ad vos dirigitur, quę quondam ad Regem Iſrael ſimilia facientem directa eſt.*[b] *Quia impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Deum amicitia iungeris. Et certe cum deberetis malis pręteritis terminum ponere, & rapinis, & deprędationibus pauperum renunciare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere, nunc, ad maiorem iram Dei prouocandam, his qui Deum ignorant, & in ſua feritate confidunt, vos coniungitis. Credite mihi quia nunquam ſic agendo ad Regnum peruenietis, immo velociter diſperdet vos Deus, quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora ſperabam, nunc vos video cum omnibus conſentaneis veſtris perituros, ſi tamen hoc vultis vere agere, & talibus conſilijs acquieſcere. Re vera qui tale dant vobis conſilium, non fideles, ſed per omnia infideles eſſe comprobantur; quos ſi audire volueritis, terrenum ſimul, & cæleſte Regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Deum, vt tale deſeratis conſilium, neque velitis vos in æternum pręcipitare interitum, & mihi ceteriſque, qui ſecundum Deum vobis fideles ſunt, æterni doloris afferre diſpendium. Melius enim fuerat vos non naſci, quam diaboli patrocinio velle regnare, & illos iuuare, quos deberetis per omnia impugnare. Sciatis enim quia ſi hoc feceritis, & talibus conſilijs acquieueritis, nunquam me fidelem habebitis, ſed & quos, ut cumque potuero, a ueſtra fidelitate reuocabo, & cum omnibus Coepiſcopis meis uos, & omnes ueſtros excommunicans ęterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate, quam uobis ſeruo, hęc gemebundus ſcribo, quoniam cupio uos ſecundum Deum, & ſecundum ſęculum ſemper eſſe honoratum, & non Satanę, ſed Christi adiutorio ad debitum uobis conſcendere Regni faſtigium. Regnum enim, quod Deus dat, firmum habet fundamentum, quod uero per iniuſtitiam, & rapinas acquiritur, caducum eſt, & cito deciduum, nec diu poterit permanere.*

B C D

b 2. Paral. 19.

E

In regnandi iure, quam præſtet religionis rõnem hẽre.

hucuſque ex litteris Fulconis Frodoardus, dignis illis quidem Sanctiſſimo ſacerdote: Procul abeſt vt eidem Regi ſuaſiſſent iſta Politici Nouatores, illi inquam hæretici noſtri temporis, qui regnandi iure proſternunt omnia, fidem, iuſtitiam, ipſamque etiam religionem, ita peſſime de Regnis, & Regibus conſulentes. Quam enim præſtet in regnandi iure, religionis in primis rationem habere, præter alia innumera exempla, docet præſens exemplum. Etenim cum Carolus ſalutaribus monitis Sanctiſſimi Sacerdotis iuſta, digna, honeſta, vtilia ſuadentis, in omnibus acquieuiſſet, protinus auxiliator aſtitit ipſi Deus, qui auxilia reiecit infidelium: ſuſtulit ſiquidem

aduerſarium

A aduerſarium quam citiſſime, quem nec copiæ Northmannorum vnquam vel multo tempore debellaſſent. Etenim teſte etiam Reginone anni præſentis exordio, nemper 3. Ian. ſalutis anno 898. idem Odo, quem vocat Ottonem, diem clauſit extremũ; cum (vt ſubdit) Principes in vnum congregati, pari conſilio, & voluntate Carolum ſuper ſe conſtituunt Regem.

Chriſti Annus	Stephani P. 7.	Vuidonis	8	Impp.
899	3	Leonis 6.	14	Indict. 2.

B ARnulphus Imp. 3. Kal. Decemb. pediculari morbo extinguitur. Vtrum vero pro tam immenſo ſcelere, Hungarorum ſcilicet immiſſione, ſecundum Prophetam duplici ſit contritione contritus, an vt ex præſenti ſupplicio conſequeretur veniam in futuro, ſolius Dei ſcientiæ dimittamus &c. Ex Reginone, Luitprando, [a] & alijs. At Luitprandus quidem paulo ante eundem Arnulphum reum fuiſſe grauiſſimorum criminum tradit, cum agit dementis deliquio quod eſt paſſus, per ſoporiferam potionem, quam vxor Vuidonis Imp. eidem propinandam curauit; cum proſperos rerum ſuarum ſucceſſus non Deo, ſed ſibi tribueret, & violationes Eccleſiarum, ſacerdotum & Virginum fieri a ſuis permitteret.

a li. 1. c. 9.

Arnulph' Rex moritur reus multorũ criminũ.

Eodem quoque anno defunctum eſſe Vuidonem Imper. dum Arnulphum inſequeretur, idem Luitprandus affirmat, ex quibus redarguas Reginonem, qui Vuidonis C obitum refert in Ann. 894. tempore primi aduentus Arnulphi in Italiam.

Chriſti Annus	Stephani P. 7.	Ludouici 4.	1	Impp.
900	4	Leonis 6.	15	Indict. 3.

INter tot perſecutiones quas paſſa eſt ſæpe Eccl. Rom. a Gentilibus, hæreticis, & ſchiſmaticis, nulla vere fuit atrocior, & periculoſior ea, quam ſæculi Principes, quantumlibet Chriſtiani, intulerunt, cum ſibi tyrannicè arrogauerũt electionem Roman. Pont. Tunc enim in eandem ſedem, Angelis reuerendam, viſu horrenda intruſa ſunt monſtra, innumera inde prodierunt mala, ipſamque ſine macula, & ruga, aſper- D gi contigit ſordibus, & inquinari. Quare qui turpis aſſentationis lenocinio, & varijs artificijs Eccleſiam ſubijcere moliuntur Principibus ſæcularibus, ii cenſendi ſunt eius hoſtes infeſtiſſimi; & eius amici, & vere filij cenſendi, qui impertitam ipſi a Chriſto diuinitus libertatem, zelo paternarum legum æſtuantes, magno animi vigore, & fortitudine conſeruare nituntur.

Quæ omnium peſſima perſecutio Eccleſiæ.

Præualente in Vrbe Romanorum factione aduerſus Adelbertum, Tuſciæ Marchionem, Stephanus Apoſt. Sedis inuaſor, & ipſe pulſus, detruditur in carcerem, vbi pariter ſtrangulatur, & creatur Romanus quidam nomine, quem vixiſſe tantum menſes 4. & d. 20. tradunt.

Quod autem ad tempus ſedis Stephani, vſque ad poſtrema tempora anni huius perueniſſe, ex diplomate eius cuiuſdam priuilegij conſtat.

E Eodem anno laudatiſſimus ille Archiep. Eccl. Rhemen. Fulco, columen Francorum Eccleſiæ, iuſſu impii Balduini Flandriæ Comitis, interfectorum Duce quodam Vuinſmaro, interficitur, quod ipſum inuadẽtem res Eccleſiarum priuatis litteris atq; Synodalibus monuerat, atq; arguerat ſacerdotali libertate pariter, & charitate, cuius rei cauſa potiſſimum eum ſibi reddidit perinfenſum. propinquior autem illatæ necis illa cauſa præceſſit, quod Abbatia Sancti Vedaſti, quam inuaſerat, & poſſidebat, per Regem ab ipſo vindicata fuerat. Ex Frodoardo [b] qui de vltione diuina in ipſum interfectorum Ducem, ita mox ſubiicit. *Denique Vuinſmarus eius interemptor ab Epiſcopis Regni Franc. eſt cum ſuis complicibus excommunicatus, & anathemati-*

Balduin. Flandr. S. Fulco Rhem. occidi curat.

b li. 3. c. 9.

Sacrilegi diuina vltio.

zatus; inſuper inſanabili a Deo percuſſus vlcere, ita vt putreſcentibus carnibus; & exundante ſanie viuus deuoraretur a vermibus. Et dum propter immenſitatem fœtoris nullus ad eum accedere poſſet, vitam miſerabili deceſſu finiuit. Idem Frodoardus, poſt epiſtolas eius ad diuerſos in ſumma redactas, ſubijcit narrationem de Eccl. Rhem. ab ipſo mirifice illuſtrata, & inter plura corpora Sanctorum, de reductione corporis S. Remigij ab Orbacēſi monaſterio in ciuitatem Rhem. in qua multa, & magna oſtenſa ſint miracula. Subijcit item de ſcholis liberalium artium ab eo inſtitutis. Illi ſubrogatus eſt Heriueus, ſeu Herueus vir pariter ab eo ſatis laudatus. A

Scholas liberalium artium inſtituit Fulco Rhem.

Hoc item anno Eccleſiæ Compoſtellanæ ab Alfonſo M. erectæ Encænia ſunt celebrata, vt conſtat ex Diplomate donationis eiuſdem Regis, licet alij in aliud tempus referant. porro rei geſtæ hiſtoria deſcribitur a Sampyro antiquo Chronographo.

Eodem anno de Imperio in Italia acerrime certatum eſt: defunctis enim anno ſuperiori duobus Impp. Arnulpho atque Vuidone ſibi inuicem aduerſantibus, rurſum eadem ex cauſa, ruunt in arma Berengarius Dux Foroiulienſis, atque Ludouicus Boſonis filius. Vuidonis obitum, Berengarius, vt audiuit, venit feſtinus Papiam, ait Luitprandus, regnumque potenter obtinuit. & alibi, inter Ludouicum, & Berengarium in Italia plurimæ congreſſiones fiunt. Nouiſſime Ludouicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, vbi a Summo Pont. coronatus Imp. appellatur. B

Decimum Sæculum. C

Chriſti Annus	Ioan. Pap. 9.	Ludouici 4. 2	Impp.
901	1	Leonis 6. 16	Indict. 6.

Romano Pontifici defuncto ſubrogatur Theodorus II. eius nominis, Romanus, qui ſedit diebus tantum viginti. Theodoro ſubrogatur Io: Nonus, Tiburtinus, ex Monacho, & Diacono.

Eodem anno Nicolaus cognomento Myſticus, ita ex Præfectura antea nominatus, Conſtantinopolitanus Epiſcopus, cum ſediſſet annos 11. ex throno deponitur, iuſſu Leonis Imp. cauſa narratur eiuſmodi. D

a Leon. Imp. Cōſt. 90.

b Concil. Neocæſ. c. 3. 7. Baſil. ad Amphil. c. 4. 32. q. 1. de his qui.

Conſtitutio Imp. de tertijs nuptijs.

Eccl. Conſtantinop. ſcinditur.

c Iur. Orient. lib. Nouell.

Iam antea promulgata a Leone Imper. conſtitutio [a] fuerat quæ prohiberet tertium matrimonium, & vt illud contrahentes per ſacros canones ſtatuta [b] pœna plecterentur. Ipſe autem tertia vxore defuncta, cupidus prolis, quartam ſuperinduxit. Eas nuptias Nicolaus Patriarcha benedicere recuſauit, &, qui benedixit, presbyterum, honore priuauit, & Imp. cum Metropolitanis Eccleſia interdixit, quod interdictum, cum alij Pontificum breui ſpatio eſſe definiendum, alij aliter ſentirent, magnum inter eos diſcidium ortum eſt, atque Imp. magnopere deprecantem, & orantem alij recipiebant, alij contumaciter reijciebant. indignatus itaque Imp. Nicol. Patr. throno mouet, & in Monaſterium ab eo conditum relegat, & Euthymium Monachum eligendum curat, virum inſignem, & prophetiæ ſpiritu nobilitatum, quem, aiunt, ſacerdotium renuentem diuino fuiſſe oraculo impulſum, vt illud ſuſciperet. Is Imperatorem vinculo ſoluit, & ad communionem admittit, multis adhuc Epiſcopis non aſſentientibus, de his maxime qui ab expulſi Nicolai partibus ſtabant. Ex quibus colligitur cauſa ſciſſionis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, quæ habentur pluribus apud Curopalaten, & ex præambulis [c] Conſtantini Porphyronati, ad edictum vnionis. E

Quod vero ad Theophaniam ſeu Theophanonem primam Leonis coniugem A. ſpectat, magnæ ſanctitatis femina habita eſt, adeo, vt edidiſſe quoq; miracula feratur, quorum gratia, vbi defuncta eſt, inter ſanctos a Græcis adnumerata eſt, 16. Decembr. præclaro elogio. Cui & Imp. Templum ædificaſſe tradit Curopalates. Poſt hæc au-

A tem in magnum vitæ diſcrimen adductus eſt Imper. dum procedens ſolemni pompa ad Eccleſiam S. Mocij martyris ex antiqua Impp. conſuetudine, ab inſano percutitur vecte in capite, cui prædicitur a Marco Abbate fore. vt non moreretur, ſed ad decennium vitam propagaret, quod & factum eſt. Porro ſolemnis illa proceſſio ab eodem Imp. ſublata eſt. Ex Curopalate, & alijs.

Eodem anno m. Martij, vndecim elapſis menſibus ab Encenijs Compoſtellanis, celebratur in Gallęcia OVETENSE CONCILIVM vt iam a tempore Io: Pap. 8. fuerat ordinatum, ſed propter ingruentia bella dilatum. In quo, inter alia, ex eiuſdem Pontif. conceſſione, ipſa Ouetenſis Eccleſia, cum Alphonſus M. illic regiam Sedem collocaſſet, Metropolitana aucta eſt dignitate illuc ex Lucenſi translata. In eo Concilio, inter alia, ſtatutum, vt epiſcopi illarum Eccleſiarum, quæ a Sarrace- B nis fuerant deſtructæ, Ouetum ſe conferentes, in Eccleſia militantes, ſtipem conſequerentur, curantes alias circumpoſitas, ſub eadem diœceſi conſtitutas Eccleſias.

Accidit autem vt ex multitudine Epiſcoporum ſedibus carentium, & Ouetum cōfluentium, dicta reperiatur ab antiquis Ouetnm Ciuitas Epiſcoporum. *Ouetū Ciuitas Epiſcoporū*

Acta eius Concilij a Sampyro exactè deſcripta leguntur. Eodem anno Eduuardus Rex Angliæ filius Aelfredi Regis, in Regem coronatus, ob ſanctimonialis Virginis raptum, parauit exercitum aduerſus raptorem propinquum ſuum, qui tantum ſacrilegium perpetrarat, adegitque illum, licet potentem in fugam, & ſanctimonialē ſuo Monaſterio reſtituit. ex Matth. Vueſtmonaſterienſi. *Eduuardi Reg. Religio.*

C

Chriſti Annus	*Io. Pap. 9.*	*Ludouici 4.*	3	} *Impp.*
902	2	*Leonis 6.*	17	*Indict.* 5.

HOc anno contigit expeditio Hemerij a ſecretis Imper. Leonis primarij aduerſus Sarracenos, quando reuelari contigerunt res admirandæ Theoctiſtæ Leſbię in Eremo Paros Inſulę vitam degentis. Elegans eſt hiſtoria, & omni fide ſcripta a Legato eiuſdem Imp. tunc miſſo in Cretam Inſulam ad Arabes ibi degentes. Tu vide apud Metaphraſtem, [d] & Surium. *S. Theoctiſta Leſbia.* *a 10. Nou.*

Hoc anno Hunni vulgo Vngari dicti, e Pannonia egreſſi, in Italiamque progreſſi ingenti clade afficiunt tranſpadanas nobiliſſimas ciuitates, Eccleſias deuaſtantes, cun- D ctaque, preda, incendio peſſundantes, Berengariumque obuiam cum immenſo exercitu, præter ſpem, aggreſſi, vicerunt, nec receſſerunt quouſque ingenti pecunia pacta, eademque ab eodem Berengario exacta potiti, anno ſequenti ad propria ſunt reuerſi. Poſt hæc accidit, vt idem Berengarius commiſeratus clades nobilium ciuitatum, eis multa ſuppeditando præſto fuerit, Eccleſiſque bona contulerit. Nam eius in diuerſas Eccleſias munificentia, diplomatibus [b] adhuc integris permanentibus teſtata remanſit. Incenſum, inter alia, tunc famoſiſſimum Monaſterium Nonantulanum, ſed reparatum per Petrum Abb. qui illuc etiam tunc tranſtulit veneranda corpora Sanctorum Martyrum Syneſij & Theopontij, ex alio Monaſterio prope Tamiſium ſito, ab ijſdem incenſo. *Vngari inuadūt Italiam.* *b Sigon. li. 8. de Reg. Ital.*

Chriſti Annus.	*Ioan. Pap. 9.*	*Ludouici 4.*	4	} *Impp.*
903	3	*Leonis 6.*	18	*Ind. 6.*

PRorſus obſcurus, nulla alia rerum geſtarum ad inſtitutum ſpectante memoria illuſtratus.

A

Chriſti Annus	Ioan. Pap.9	Lamberti	1.	Impp.
904	4	Leonis 6.	19.	Indict. 7.

Berengarius extorquet coronã Imp. Lãbertus coronatur Imp.

BErengarius Romam armato exercitu profectus, coronam Imperij ab ipſo Ioan. Pont. violenter extorſit, ſicque tyrannice Imp. nomen ſibi vendicauit. Eo vero recedente, vocatus Lambertus, ab eodem Pontifice libente, Imperatoria corona, ſolemnibus ritibus coronatur. cuius hic annus Imp. vndecimus ex quo a Formoſo Papa fuerat coronatus; ab obitu vero Vuidonis patris quintus, porro hic primus, ex quo Italiæ Principes eum Italiæ Regem nominant, deficientes a Berengario. COACTA ENIM ROMÆ SYNODO, & vtriuſque iuribus examinatis Berengarij coronatio, tanquam vi extorta, penitus eſt abrogata; Lamberti vero, vt libera, legitima iudicata. Facta ſunt iſta Romę hoc anno, eademque recitata poſtea IN SYNODO RAVENNATE, ab eodem Rom. Pont. congregata. Quod enim haud liberum eſſet Romæ degere, ipſum Io: Papam, ſtudentibus nonnullis aduerſæ parti, contra Lãbertum, fauentibus Berengario, conſultius viſum eſt Epiſcopos Rauennam euocare. Hic etiam, inquit, Sigebertus anno ſuperiori, (Io: 9. Pap.) ad confirmandam Formoſi ordinationem, quem Stephanus Papa depoſuerat, Synodum 74. Epiſcoporum præſentibus Francorum Archiepiſcopis, & Rege apud Rauennam ſtatuit. Et corã ẽt combuſta eſt ſynodus, quam Stephanus in damnationem Formoſi fecerat. Extant tam Romanæ, quam Rauennatis Synodi Acta, ex Cod. Anton. Auguſtini. & Rom. quidẽ 12. capitibus comprehenſa. in quorum decem iubentur adeſſe Legati Imp. conſecrationi Rom. Pont. ad cauendam vim, & ſcandala. & 11. ſub Eccleſiaſtica, & Imperiali indignatione prohibetur, ne ſede vacante Patriarchium, & Epiſcopia expilentur: & 12. mandatur, vt Epiſcopi ſingularum Vrbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem habeant adulteria, & ſcelera inquirendi, vlciſcendi, & iudicãdi, ſecundũ qđ canonibus conſuetum, abſque impedimento alicuius. Et cum opus fuerit, ad comprimendos rebelles, & contemptores publicum placitum conuocent, non ad præiudicandũ, ſed potius ad ea, quæ Deo placita ſunt, & ſaluti animarum conueniunt, proſequendum. Hic finis Rom. Synodi; in Rauennate poſtea recitata, & confirmata, Lamberto Imp. præſente. cui in eodem Codice ſubijciuntur 12. capita, legenda in Annalibus. eorum enim 11 tantum adſcribam. Vt in domibus Eccleſiarum, neque Miſſus, neque Comes, vel Iudex quaſi pro conſuetudine, neque placitum, neque Hoſpitium vendicent. Sed in publicis Vicis domos conſtituãt, in quibus placitum teneant, & ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur.

B — Synodus Rauennas — C — Epi iudicẽt de ſcelerib. adulterii. — D — In domib. Eccl. nec iudicia, nec hoſpitia habeãtur.

Hoc eodem anno S. Garimbaldus presbyter vir magnæ ſanctitatis in Anglia, ex hac vita migrauit, ſimulque religioſiſſima femina Aſuuitha Regina mater Eduuardi Reg. Anglorum. Ex Vueſtmonaſterienſi.

Chriſti Annus	Benedicti P.4.	Lamberti	2	Impp.
905	1	Leonis 6.	20	Indict. 8.

E

Cũ Turonib. fidei leuiter agendum.

IO: Papa 9. cum ſed. ann. 3. & d. 15. obijt, in cuius ſepulchri epitaphio, apud Manlium habetur eum tria celebraſſe concilia. In eod. MS. Cod. Ant. Aug. extat reſcriptum eiuſdem ad conſultum Heruci Rhemorum Archiepiſc. de Northmannis nuper ad fidem conuerſis: Poſt aliqua. *Nam quod de his veſtra eloquio nobis innotuit faternitas, quid agendũ ſit, qui fuerint baptizati, & rebaptizati, & poſt baptiſmum gentiliter vixerint, atque Paganorum more, Chriſtianos interfecerint, Sacerdotes trucidauerint, atque ſimulacris immolantes, Idolothyta comederint. Equidem ſi Ty-*

rones

rcnes fidei non forent canonica experirentur iudicia. *Vnde quia ad fidem rudes ſunt; veſtro vtique libramini, veſtræque cenſuræ committimus experiendos, &c. Et quidē ſi inter eos tales inuenti fuerint, qui ſecundum canonica inſtituta ſe per pœnitentiam macerare, & tanta commiſſa ſcelera dignis lamentationibus expiare maluerint, eos canonice iudicare non reſpuatis, &c.* Commendat item Frodoardus eiuſdem Heruei Archiepiſc. ſtudium exhibitum in conuerſione Northmannorum. [a] Vuicto Rhotomagenſis Epiſcopus, collecta, ex diuerſis auctoritatibus Sanctorum Patrum 24. capitula, qualiter ipſi Northmanni tractari deberent, eidem Archiep. delegauit. a li. 4. c. 12.

Inſuper etiam apud Rom. Pont. ſuper horum conuerſione, quę exequenda forent inſinuare non deſtitit. hæc de Northmannis, qui Gallias inuaſerant. Apud eos vero qui ſuas ſedes habebant in Dania, diximus prima ſemina iacta fuiſſe fidei a S. Anſgario, inde vero ab eius ſucceſſore Remberto, qui miraculis admirandis eandem coaleſcentem Eccleſiam irrigauit, quę maioribus in dies incrementis profecit.

Rurſum vero in Codice illo M. S. Columnenſi ſæpius citato, reperitur eiuſdem Io: 9. epiſtola ad Stylianum Epiſcopum Neocęſareę ad petitionem illius vt concederetur ſibi facultas communicandi cum ordinatis a Photio, quod iam fecerat. Papa vero Io: aīaduertit quo pacto tentans hæc ille ſcripſerat, vt videret an Romani hoc eſſent facturi. Quapropter neque illi facultatem conceſſit, neque proprium chirographum, quod petebat, remiſit, quod quæſitum, nec inuentum ait.

Leo Oſtienſis tradit eum dediſſe petitum priuilegium Monachis Caſſinatibus, quod & feciſſe Stephanum Papam prædeceſſorem affirmat.

Eodem anno (quod ad res Hiſpaniæ pertinet) Rex Alphonſus cognomento M. rebus Eccleſiaſticis in optimo ſtatu per Concilium, nuper habitum, conſtitutis, aduerſus Arabes bellum, ingentem de ipſis victoriam eſt conſecutus (cadente in pręlio Duce eorum primario Alcamam nominato, eodemque a ſuis vti propheta culto. Victoria ingens relata de Arabibus.

Poſt vacationis Sedis diem vnum, ſucceſſit Benedictus eius nominis 4. Romanus.

Chriſti Annus 906	*Benedicti P.* 4. 2	*Lamberti* 3	*Leonis 6.* 21	*Impp. Indict.* 9.

Hic annus nulla rerum geſtarum face illuſtratus, penitus remanſit obſcurus.

Chriſti Annus 907	*Benedicti P.* 4. 3	*Lamberti* 4	*Leonis 6.* 22	*Impp. Indict.* 10.

BEnedictus 4 magna ſibi laude in primis, ex amore pauperum, conciliata, moritur. Subrogatus eſt in eius locum Leo 5. Ardeatinus, quem breuitas temporis, quo ſedit, reddit obſcurum, dies enim tantum 40. rexit Eccleſiam. Eum vero pulſum atque detruſum in carcerem a Chriſtophoro, qui poſt eum ſedit, affirmant res Pontificum proſecuti. Sed & Chriſtophorum, poſt menſes ſeptem pulſum a Sergio inuaſore æque confirmant. ſunt hæc plane tempora inopia ſcriptorum obſcura, & tyrannide Sedem Apoſtolicam inuadentium tetra.

Chriſti Annus 908	*Chriſtophori P.* 1, *Sergii Pap.* 1	*Lamberti* 5	*Leonis 6.* 23	*Impp. Indict.* 11.

SErgius Rom. Eccleſiæ 120. pręſidet. Iſte eſt Sergius Diaconus, propter Formoſum, a Papatu repeobatus, qui ab eodem Formoſo Epiſcopus factus, ad Francos tamē

ſe contulit, & eorum auxilio Chriſtophorum inuaſorem capiens,& in carcerem tru- A
dens,latenter Romam ingreſſus, Papatum inuaſit, & Romanos minis,& terroribus
perpulit vt omnes ordinationes Formoſi irritas haberent. hæc Sigebertus de Sergio
anno ſuperiori: corrigendus in eo, dum ordinatum eũ dicit Epiſcopum à Formoſo;
quem Acta Synodalia Rom. Synodi presbyterum tantum nominant. Exurgit rur-
ſum, Chriſtophoro eiecto, Sergius ille nefandus, & potentia Marchionis Tuſciæ
Adelberti inuadit Sedem Chriſtophori, non Formoſi, (vt memoria lapſus aſſeruit
Luitprandus) ceterum ab omnibus non legitimus Pontifex,ſed conclamatur inuaſor.
ſunt hæc infeliciſſima illa tempora, cum alter alterius, res geſtas, intruſus quiſque
Pontifex aboleret,quæ damnans & execrans huius temporis auctor, Auxilius nomi-
ne ſuo proſecutus eſt ſtylo,de quo hæc Sigebertus. [a] *Auxilius*, inquit, *ſcripſit Dia-*
logum ſub perſona inſenſoris, & defenſoris diuinis, & canonicis exemplis munitum B
contra inteſtinam diſcordiam Rom. Eccleſiæ ſcilicet de ordinationibus, exordinatio-
nibus, & ſuperordinationibus. Hæc perpetrata ab intruſis, & vſurpantibus thronum
Apoſtol. quæ legitimi Pontifices ſunt execrati. At quod mirandum eſt,iſti licet tales
fuerint,tamen eo honore & reuerentia fideles omnes, præſertim longe poſiti, Borea-
les populi,proſequebantur Rom. Eccl. vt quemcunque in ea ſedentem audirent, no-
mine tenus Pontificem,eundem,mirum dictu, nulla diſcuſſione eius ingreſſus, vt Pe-
trum colerent.ſic enim ab hoc eodem Sergio [b] Colonienſis Archiep. reperitur petijſ-
ſe, & accepiſſe pallium: & Hogerius ſucceſſor Adalgarij in Eccleſia Hamburgenſi,
hoc anno ab eodem Sergio æque accepiſſe pallium tam ipſe, quam præceſſor viri Sã-
ctiſſimi cui coadiutorem dederat,& priuilegia renouarat. Hic igitur, vtcumque Pon-
tificem agens, Formoſi Papæ Synodalia Acta reſcidit. [c] Ab eodem quoque priuile- C
gia obtinuiſſe Monachos Caſſinates, Leo [d] Oſtienſis affirmat. Cum tamen eoſdem
Sedis Apoſt. inuaſores non Apoſtolicos,ſed Apoſtaticos eſſe dicendos, Eccleſiaſtica
bene diſpoſita [e] cenſuit diſciplina. De flagitioſa quoque Sergij vita Luitprandus. [f]
Theodora, inquit, *ſcortum impudens huius Alberici, qui nuper hominem exuit, auia*
(quod dictu etiam nefandiſsimum eſt) Rom. Ciuitatis non inuiriliter Monarchiam
obtinebat, quæ duas habuit natas Marotiam atque Theodoram, ſibi non ſolum æqua-
les, verum etiam Veneris exortiuo promptiores. Harum vna Marotia ex Papa Ser-
gio, cuius ſupra, inquit, fecimus mentionem, Ioannem, *qui poſt Ioannis Rauennatis obi-*
tum S.R.E. obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio; ex Alberto autem Mar-
chione, Albericum, qui noſtro tempore Rom. Vrbis Principatum vſurpauit, &c. Poſt
hac tanta ſua potentia meretrices proſtitutæ Principibus Apoſt. Sedis inuaſoribus, & D
Tuſciæ Marchionibus potentiſſimis, pro arbitrio legitime creatos Pont. demouebant,
& violentos, ac nefarios homines, illis pulſis, intrudebant.

Quis iſta conſiderans, nõ obſtupeſcens, ſcandalumque patiens putarit, Deum obli-
tum Eccleſiæ ſuæ, quam meretricum arbitrio permiſerit infamari? Cum tamen illi
magis adfuerit, & proſpexerit, dum non permiſit eam ſchiſmatibus ſcindi, nec pro-
ſcindi hæreſum fraudibus. Sic vt quo longius ab eadem Eccleſia foris viſus eſt receſ-
ſiſſe, eo magis intime eidem cognitus ſit inhæſiſſe, manumque ſubieciſſe ne prauorum
hominum impulſibus agitata corruerit, quod loco miraculi habendum quis neget?

Eodem anno, tædio longe Præfecturæ, Patris Regis Alphonſi M. eius filius primo
genitus Garſias, nomine, adiuuante matre, & fratribus, conſpirat in patrem: Sed qui
Magni nomen digne eſt conſecutus, ob debellatos ſæpiſſime Arabes, in hoc ipſo, cum E
nolens ciuili, & domeſtico bello exhauriri Regni vires in vtilitatem hoſtium Sarra-
cenorum, ſponte filio ceſſit, ſeipſum ſuperans, non curans quæ ſua ſunt. Res tunc
geſtas ex Sampyro, atque Tudenſi, & alijs antiquiſsimis monumẽtis prodit Ambro-
ſius Morales, [g] & alij.

Margin notes:

a De eccl. ſcript. Ill. uir.

Miſera eccl. Rom. tẽpora.

b Crant. hiſt. Eccl. Sax. li. 3. c. 1. & lib. 2. c. 24.

c li. 1. c. 42. hiſt.

d li. 1. c. 54

e d. 79. c. 1. & 9.

f li. 2. c. 13.

Scortum Romæ dominatur.

Prouidentia Dei circa Rom. Eccleſ. his miſeris tẽporibus.

Pietas, & magnanimitas Alphonſi M. cędendo Reg. filio.

g Chron. Hiſp. li. 5. c. 30.

A

Chriſti Annus 909 | *Sergii Pap.* 2 | *Lamberti* 6 *Leonis 6.* 24 } *Impp. Indict.* 12.

HOc anno PROVINCIALE CONCILIVM celebratū eſt ab HerueoRhem. Archiep. in Gallia SVESSIONE, de correctione morum, & Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda, 15. capitibus ſtatutis. Deploratis ſæculi huius calamitatibus, primū omnium de honore, & cultu Eccleſiarum ponitur [a] conſtitutio. Deinde ipſi Regi, vt potiſſimo, poſt ſacerdotes, Eccleſiæ membro, præſcribitur recta, ſecundum pietatē norma viuendi ex SS.PP. ſententijs concinnata, atque ex eiſdem fontibus exhortatio ad eundem Regem. Tertio vero loco regularium ponitur reformatio, & diſciplinę collapſę integra reſtitutio, de quibus agentes Patres deplorant lapſum Monaſteriorum Gallicanorum, &c. Cod. Cōc. c. 2. B Concilio Sueſſione præſcribitur Regibus forma regnādi.

Inter alia autem in fine 14. capitis, quam accepiſſent ab Apoſt. Sede admonitionem de peruerſa Orientalium doctrina, auctore Photio, negante Spiritum Sanctum a Filio procedere ſignificant, &c. Quibus in primis declaratur perſeueraſſe eos, qui quomodocunque præſidebant Rom. Eccleſiæ, in Photij deteſtatione, & anathemate; Sed & iJſdem commendatur modeſtia Gallicanorum Epiſcoporum erga Rom. Eccleſiā, dum minime merita iſta ſcribentis Sergij attendentes, ea tantum quæ ab eo dicerentur, conſiderantes ipſius obediunt iuſſionibus, ſecundum quod fuerunt olim admoniti a Chriſto diſcipuli de ſedentibus ſuper Cathedram Moyſi Scribis, & Phariſæis, vt facerent quæ illi dicerent, & non quę facerent. In initio cap. 15. agunt de conſeruata illibata, quam accepiſſent a Petro, & eius ſucceſſoribus Fide Catholica, cui vt ſuperædificent bona opera, hortantur, &c. Extat hoc Concilium in Cod. Ant. Aug. ſæpius citato. C Gallicani epi neque Pontifici obediunt.

Chriſti Annus 910 | *Anaſtaſii P.* 3. 1 | *Lamberti* 7 *Leonis 6.* 25 } *Impp. Indict.* 13.

D SErgius Papa moritur: in eius locum ſubrogatur Anaſtaſius III. Rom. qui ſediſſe ponitur annos 2. & totidem menſes: De quo aſſeritur, quod expoſcente Berengario Ticinenſem Eccleſiam plurimis ijſdemque, magnificis decorauit ornamentis, cōcedens nimirum vmbellæ vſum, equoque vehi albo, crucem præferre, & in Concilijs a lęua Pontificis aſſidere. Ad hæc etiam tempora propagatum eſſe Lamberti Imperium ex Luitprando poſſumus intelligere, cum ait, quinquennio illi aduerſatū fuiſſe Raginfredum Mediolanenſem Comitem, cum antea idem Imp. aliquantiſper, pulſo Berengario, imperaſſet. Hunc ab Vgone Comite Mediolanenſi in venatione oculte necatum, ipſe Luitprandus magnopere deplorat, ob mirificam eius præſtantiſſimarū virtutum indolem, & ingentem magnarum pro Rep. rerum expectationem, cum 32. eſſet annorum, vt ex Patris diplomate, reddito ſuperius, diligenti ſupputatione annorum eius, anno 904. eſt demonſtratum. Tici. eccl. priuilegia. Lambert. Imp. laudatiſſimus & magnæ expectationis proditorie occiditur.

E At hunc tanta virtute. & ſumma expectatione clarum ſuſtulit de medio Deus, ne malitia mutaret cor eius. Sed & quod vindicans Deus peccata parentum in filios vſque in tertiam, & quartam generationem, noluit eum in Rom. Imperio propagari, cuius progenitores, (vt vidiſti) toties Rom. Eccl. inuadentes, deprædati ſunt. Sublato de medio Lamberto, Berengarius, (vt idem Luitprandus teſtatur) ſumma rerum potitus eſt, & Adelbertus Marchio Tuſciæ ad ſuum priſtinum reuerſus eſt principatum.

A

Chriſti Annus 911 *Anaſtaſÿ P.3.* *Leonis 6. Imp.* 26 } *Ind.14.*

Baſil. vt Iuſtin. multa ſanxit de Eccleſiaſticis, nō bene.

Suadet Sarracen. fidem.

a Bibl. SS. PP. To. 3.

Spiritus S. a Patre & Filio, ex ſnīa Gr. Imp.

LEo 6. inchoato Imperij anno 26. per tres menſes, menſe Maio, an Iunio? cedit e
vita Zonar. Conſtantinus Manaſſes, Glicas. Extant eiuſdem Leonis 113. Nouel-
læ Conſtitutiones diuerſorum argumentorum ad res vel perſonas etiam Eccleſiaſti-
cas pertinentes; voluit enim imitari Iuſtinianum, vt pro arbitrio, ſicut de profanis, ita
de ſacris æque decerneret, ſibi ſumens, quod Summorum Pontificum eſt. Quam au- B
tem iſta præſumentes delirent Imperatores, dictum eſt ſuperius in Iuſtiniano.

Extat præterea adhuc eiuſdem Leonis Imperator. Epiſtola ad Regem Sarrace-
norum, de Chriſtianę fidei veritate, & Sarracenorum impietate. Symphoria-
no Camperio Lugdunen. ex Chaldaica in latinam linguam interprete, ante an-
nos 90. [a] In qua (vt prætermittamus cetera) illud obſeruandum, quod Spiri-
tum Sanctum a Patre Filioque procedentem, abſque dubitatione, vel hæſitatione ali-
qua profitetur, ſic dicens: *Ego ſum Dominus Deus tuus, creator tuus, lumen de lumi-
ne, Verbum de Patre*, EX QVIBVS SPIRITVS SANCTVS PROCEDIT.
Vnde intelligas eam orthodoxam de Spiritu ſancto doctrinam huius temporis viros
diſertos recepiſſe; exclamaſſe tamen quod ſine Oecumenici Concilij auctoritate in
Symbolo poſita eſſet. Plurima eiuſdem Leonis, cognomine ſapientis, extant adhuc C
ſcriptorum monumenta, nobis breuitatis cauſa omittenda, tu lege in Annalibus, ex
Vaticanę Bibliothecę varijs codicibus deprompta, ſed in primis Encyclica, qua tam-
quã vbique præſens, omnes ſibi ſubditos ad vitam bene inſtituendam, hortatus eſt,
imitatus in his Epiſcopos, qui eiuſmodi Encyclicis litteris Paſtoralibus populum ſi-
bi creditum admonere conſueuerunt.

Leo ſapiēs Imp. multa ſcripſit.

Porro ſuæ pariter veſtigia pietatis impreſſa reliquit etiam in commentario, quo
res bellicas pertractauit, vbi inter alia, vt pridie eius die quo prælium, & certamen ſit
ineundum, curare debeat dux exercitus per ſacerdotem vniuerſum exercitum expia-
ri aqua benedicta; præterea, vt quotidie mane, & veſpere vniuerſus exercitus dicere
debeat triſagium hymnum.

Lazari & Magdal. corpora, apud Gr. an apud Narbon?

Scribit præterea Curopalates ædificaſſe Templum, in illudque intuliſſe corpus S. D
Lazari, & corpus S. Mariæ Magdalenæ ſororis eius. Verum Galli Narbonenſes hæc
ſe poſſidere conſtantius profitentur. Leone autem vita functo, (inquit Curopalates)
Alexander frater eius, iuuenis, qui 20. ætatis annum tranſegiſſet, habenas Imperij ſu-
ſcepit, ſimul regnante Conſtantini Leonis filio puero. Sed erratum ab eo in annis ęta
tis Alexandri, quod ex ipſomet corrigitur in Baſilio. cum ait tertio anno eius Impe-
rij, tertium Alexandrum Cęſarem creatum; vt dicendum ſit Alexandrum hoc tempo-
re exceſſiſſe annum ætatis 40. Alexander igitur ſimulatque ad imperium peruenit, Ni

Diuina vltio in violentū clericum.

colaum Patriarcham eiectum reuocat, & in ſede conſtituit; Euthymium abdicat, quē
Nicolai fautores male multant, magno & æquo animo omnia tolerantem, qui de-
nique in exilium miſſus eſt. Clericus vero qui illius canos euulſerat, eadem hora
domum reuerſus, eandem igne conſumptam reperit, & filiam male affectam, & diſ- E
ſolutam, quæ multos deinde annos ita vixit, vt mendicare cogeretur. Ex Curopa-
late. Cauſam porro acerbiſſimi odij Nicolai clericorum in Euthymium exponit Are
tas Archiep. Cæſarienſis, quod eos palam ſimoniæ intentos coercuiſſet qui & deplo-
rat fera illa, & inhumana, quæ in venerandum ſenem exercuerunt.

Chriſti Annus 912 | *Landonis Pap.* 1 | *Conſtantini 8. Solius Imp.* 1 | *Ind.* 15.

MOritur Anaſtaſius, cui ſuccedit Lando Sabinus. Nefarius Alexander contra piam conſuetudinem populi Chriſtiani Sanctas ingredi Eccleſias, operto capite, cum quodam contemptu, exorſus, ac poſt ſtatuis, quæ ſunt in Hippodromo, cum ſolitum Baccho fieri ſacrificium feciſſet, mẽte captus eſt, nec ex ea die amplius in ſua poteſtate fuit. Ex [a] Areta Cæſarienſi.

[a] Apud Lipom. T.3.

Apud Erempertum, in rebus geſtis Longobardorum huius temporis, narratur, quod idem Alexander intuitus ſtatuas illas Deorum, Roma Cõſtantinopolim olim delatas, blaſphemam illam emiſit vocem: Heu quando iſtas colebant Romani potentiſſimi, & inuicti perſeuerarunt, iuſſitque eas ſerico operiri. tunc ſequenti nocte, per quietem vir aſpectu lucidus ei apparens, ſeuere admodum eum arguens, & percutiens, dixit: Ego ſum Romanorum Princeps Petrus, & ſtatim euigilans timore vehementi correptus, ſanguinem ore vomens exitiali morbo correptus, extinctus eſt. Proſequitur Aretas, cum agit de tranſlatione Euthymij Patriarchæ, infauſtum funus Alexandri, cum ignominioſe, fętens illius cadauer delatum eſt ad ſepulturam. Atque hęc quidem, inquit idem Aretas, diuinæ prouidentiæ etiam nunc in rebus humanis vitæ huius indicia fuere.

Impietas vt punitur diuinitus.

Defuncto Alexandro ſolus imperat Conſtantinus puer Leonis filius ſub tutoribus, inter quos idem reſtitutus Nicolaus Patriarcha eſt adnumeratus.

Quod ad res pertinet Occidentales ipſamque Rom. Eccleſiam, hoc anno (quod Luitprandus enarrat) Theodora potentiſſimo Scorto, ac impudentiſſimo agente, Lãdo Papa, Ioannem, quem illa turpiſſime deperibat, ex Rauennate presbytero, creatũ Epiſcopum Bononienſem, defuncto tunc Petro Epiſcopo Rauennate, in eius Eccleſiæ Epiſcopatum tranſtulit. Quo facto, eundem Landonem, modico interlapſo tẽpore ex hac vita migraſſe teſtatur. Porro Theodora non quieuit, donec eundem Ioãnem ex Archiepiſc. Rauennate in Cathedram Petri violenter intruſit. Duplici cauſa tanta aucta eſt meretrix poteſtate, tum quod filia eius Marotia (vt dictum eſt ex eodẽ auctore) fuiſſet Sergio Pſeudopapæ proſtituta; tum etiam quod altera filia Theodora Adelberto Marchioni Tuſciæ iuncta adulterio eſſet, ex qua Albericus eſt natus, qui patris potentia Vrbi dominabatur. Acceſſit vero ad potentiam eius, quod defuncto Adelberto Marchione Tuſciæ, loco ipſius regnans filius eius ex Berta coniuge, Vuido nomine, Marotiam Scortum Sergij in vxorem acceperit. hæc omnia Luitprandus eius temporis ſcriptor. Quanta autem eſſet potentia Tuſciæ Marchionum, ex eodem intelligere potes, dum de ipſo hæc ait. HIC REX POTIVS, QVAM MARCHIO POTERAT APPELLARI, IN NVLLO QVIPPE MIHI EST INFERIOR, NISI SOLVMMODO NOMINE. Hic ſtatus infelix S.R. tunc temporis Eccleſiæ, vt arbitrio potentiſſimæ meretricis Theodoræ matris omnia mouerentur: mutarentur Sedes: darentur Epiſcopi, & quod auditu horrendum, & infandum eſt, intruderentur in Sedem Petri earum amaſij Pſeudopontifices, qui non ſint niſi ad conſignanda tantum tempora in Catalogo Rom. Pont. ſcripti. Quis enim a ſcortis huiuſmodi intruſos, ſine lege, legitimos dicere poſſet Romanos Pontifices? nuſquam cleri eligentis, vel poſtea conſentientis vlla mentio, Canones omnes preſſi ſilentio, decreta Pontificum ſuffocata, proſcriptæ antiquæ traditiones, vetereſque in eligendo Summo Pont. conſuetudines, ſacrique ritus, & priſtini vſus prorſus extincti. Dormiebat tunc, alto (vt apparet) ſopore Chriſtus in naui, hæc diſſimulans, nec erat, qui excitaret, creatis omnino ab his monſtris, Presbyteris, & Diaconibus Cardinalibus ſibi ſimilibus. ſed bene. quod in naui dormiebat Chriſtus, quæ typum gerit Eccleſiæ, nunquam ab ipſa receſſit, ſemper in ea manſit, iuxta ſuas promiſſiones,

Theodora nobile ſcortum Amaſium intrudit Pontificẽ.

Theodora duarum filiarũ impudicitia nobilium famoſarũ potens.

Marchio Tuſciæ regia potentia floret.

VO-

a Mat. 28. b Luc. 22. c Mat. 16. *Vobiſcum*[a] *ſum vſque ad conſummationem ſeculi*, obligatus ſponſionibus: [b] *Rogaui pro te Petre: vt non deficiat fides tua.* [c] *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non præualebunt aduerſus eam.* Qui hac fide nituntur, & hac Dei promiſſionum ſecuritate, magnam percipiunt, etiam in his aduerſis, conſolationem, ſecuri cum Domino dormiunt, vigilantes precibus ad interpellandum ipſum, vt iuſtificetur in ſermonibus ſuis, vt quæ promiſit adimpleat. Scandalum vero illi tantum patiuntur in hac horrida tempeſtate, qui fidei expertes, illud impium mente voluunt. *Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* quales impij Nouatores, qui huiuſmodi fluctibus obrutam Chriſti videntes nauiculam, non eſſe in ea Chriſtum impie blaſphemant, qui niſi in ea eſſet, iam diu demerſa eſſet tot pondere ac tantorum peccatorum. Landone defuncto, Ioannem hoc anno ſedere cępiſſe, inuaſorem eius ſedis, colligitur ex Chronico Caſſinate. [d] A

d li. 1. c. 55 Chron. Caſſ. e p. 9. c. 66 Hoc anno habita eſt SYNODVS CONFLVENTANA in Gallia, de qua apud Iuonem [e] habetur in ea ſtatutum, ne vllus Chriſtianus infra ſeptimam generationem nuptias copulare præſumat. B

Hoc anno moritur Rex Alphonſus M. cum regnaſſet annis 46. duobus illis computatis, quibus ceſſerat Garſiæ filio. Paulo ante obitum, non vt Rex, ſed vt Dux exercitus militans ſub Rege filio, ingens modeſtiæ, & animi ſubmiſſionis ſpecimen edēs, ingenti victoria de Mauris potitus eſt. poſt triennium filius Garſias e vita ſubtrahitur, iuxta ſacram parœmiam. [f] *Hęreditas ad quam in principio feſtinatur, in fine benedictione carebit.*

f Prou. 20.

Cluniac. Monaſt. extruitur. Hoc eodem anno Berno Abbas Ordinis S. Benedicti Gigniacenſis, Cluniacenſis cęnobij, & inſtituti fundator, moritur, in cuius locum Odonē hoc pariter anno fuiſſe ſubſtitutum Sigebertus ponit in Chronicis. Hic ſoluto, & magna ex parte lapſo monaſtico inſtituto, ex bonis Auiæ ſuæ Comitiſſæ in Burgundia, pago Cluniaco Monaſterium extruxerat, fauente illi Guilelmo Chriſtianiſſimo Aquitanorum Principe, cuius merito, & exemplo complures inuitati ad Deum, contempto ſæculo, conuertuntur, in quibus celeberrimus cenſetur Odo, qui & primus Abbas Cluniacenſis ab aliquibus male appellatur, ſucceſſit ille quidem Bernoni, huicque Ademarus, & celebres deinceps fuerunt Hildeprandus, Maiolus, Odilo, Hugo. Maioli vitam deſcripſit Odilo. [g] Fuerat hic Berno Hincmari Rhem. Archiep. diſcipulus, vt eſt apud Sigeb. [h] In fragmentis Floriacenſis Chronici legitur. *His temporibus Gulielmus Comes Aruernorum, & Dux Aquitanię Cluniacum fundauit Cœnobium S. Giraldus Aureliacum. Ebbo quidam Princeps partium Bituricenſium, Dolenſe.* Vt plane dicendum fuerit poſt duas hiemes, *flores apparuerunt in terra noſtra.* C

g Apud Sur. Maij. h decl. ſcript. eccl. c. 125. D

Progen. Caroli M. extinguit. Eodem quoque anno defuncto Ludouico Rege Germaniæ, in quo finem accepit progenies Caroli M. in Regibus Germanorum, cum nec Ludouico Arnulphi filio Caroli in Gallia regnantis fratrueli vllus eſſet filius; adeo vt opus fuerit ex alia familia Regem quærere, & licet in Othonem, Henrici Patrem Ducem Saxoniæ, vota omnium conuenirent, ipſe ætate grauior recuſauit accipere, & Conradum Ducem propoſuit, quem elegerunt.

Otto vocatūs ad Regnū alium proponit eligendū. Rollo D. Northmā. fit Chriſtiani. Hoc pariter anno Rollonē Ducem Northmannorum Galliarum inuaſorem Chriſtianam religionem amplexatum, ſacro baptiſmate initiatum, veteres annales docent, quos collegit Matthæus Veſtmonaſterienſis, qui rem geſtam pluribus narrat. E

Chriſti Annus 913 *Ioan. 10. P.* 2 *Conſtantini 8. Solius Imp.* 2 *Indict.* 1.

Ragnerus D. Lothar. pœnitens. HOc anno habetur coniugatum Diploma illud memoria dignum Ragneri Lotharingiæ Ducis pœnitentis. Hic enim cum prius Eccleſiaſtica bona, nullo Dei

timore

A timore coercitus, ſæpius inuaſiſſet, ac deprædatus eſſet: tandem pœnitens, in ſe reuerſus, donatione ampliſſimi Latifundij ſatisfaciens, ſuæ donationis Diploma confecit, quo ſeipſum redarguens, & accuſans vere pœnitentis poſteris reliquit exemplũ. Subſcriptio eſt. RAGNERVS LOTHARINGORVM DVX, ET PRAEDO, QVIA ECCLESIAM DEI PERSECVTVS SVM.

Chriſti Annus 914 | *Ioan. 10. Pap.* 3 | *Conſtant. 8. Solius Imp.* 3 } *Indict. 2.*

B SImeon Rex Bulgarorum obſidet Conſtantinopolim, & repulſus ac in ſuã domum reuerſus a Patr. Conſtantinopolitano tutore Imp. conuenitur, & ad pacem cõponendam ſuadetur; cui annuens Simeon ab eo benedictionem accepit, qui & ipſi Capitium impoſuit pro Corona. Is conuiuio ab Imp. acceptus, pace ſtabilita, donatus muneribus, ad propria redijt. Verum pax haud diu conſtans fuit, Bulgaris Thraciã rurſus infeſtantibus, & Hadrionopolim inuadentibus. Poſt hæc autem Patriarcha ipſe tutor Imp. per Zoen. A. matrem Imp. e palatio eijcitur. Eodem anno Io: P. Apoſtolica auctoritate, quam vſurparat, Io: Archidiaconum Eccleſiæ Capuanæ cõſecrat Abb. Monachis Caſſinenſibus, defuncto Leone, tenuitq; annis 19. & m. 7. Iſq; primus fuit non ex gremio, ſed ex clerico redditus Monachus, & Abbas conſtitutus. Cuius res geſtas Leo Oſtienſis [a] ſtylo eſt proſecutus.

Bulgari cõciliantur Conſtantinop ol. & rurſus bellum inferunt.

a Leo Oſt. lib. 1. c. 36.

C

Chriſti Annus 915 | *Io. 10. Pap.* 4 | *Berengarii.* 1 / *Conſtan. 8. Solius* 4 } *Impp.* / *Indict. 3.*

SArraceni apud Garilianum agentes, fœdere iuncti cum Neapolitanis, Caietanis, & aliis finitimis populis, exceptis Capuanis, inuincibiles cum viderentur, id in primis laborandum fuit, vt Chriſtiani Principes ab eorum ſocietate diuellerentur, & ſimul inter ſe iungerentur. Leo igitur Imp. Legatione Atenulphi Principis Capuani
D perſuaſus, miſit Nicolaum Patricium in Italiam cum copijs, atque muneribus ad Principes Chriſtianos, nempe Patriciatus dignitatem adeptos, ad Gregorium Neapolis Ducem, necnon ad Io: Ducem Caietę, quos hac arte diuulſit a Sarracenis. contra vero curatum eſt, vt ſancto fœdere ſimul iungeret vna cum iſtis Principem Salernitanũ Guimarium ſimulque Appulos, & Calabros. His autem acceſſerunt copiæ Ioannis Papæ, qui cum Alberico filio Adelberti Marchionis Tuſciæ, fœderatis ſe iungens, cũ eodem venit in prælium, Sarraceni tribus menſibus obſeſſi, fame cogente, erumpentes, & fugientes in proximos montes, & ſiluas, plerique cæſi, reliqui omnes capti. Leo Oſtienſ. in Chron. Caſſin. Hoc ab eo diſcrepat Luitprandus [a] quod Legationem illã a Io: qui agebat Pontificem, miſſam tradit, additque viſos a fidelibus religioſis in eodem bello Sanctiſſimos Apoſtolos Petrum & Paulum, quorum precibus credimus
E victoriam obtentam. Quod ad Io: Papam nuncupatum ſpectat, potuit contigiſſe, vt qui inuaſor & latro ingreſſus erat, accedente cleri conſenſu, haberi cęperit legitimus Rom. Pontifex, maxime vero ob extinctos eius opera Sarracenos, cuius quidem rei argumento ſunt Legationes ex diuerſis orbis partibus ad eum miſſæ.

Chriſtiani fœderati cum Sarracenis.

Sarraceni ad Garilianum obſidentur, & profligantur.

a li. 2. c. 14

His quam fęliciſſime præliis confectis, Berengarius ab eodem Io: agente Pontificem, Imperator inungitur, menſe Septembri, quod eius plura diplomata [b] atteſtãtur, quod factum ab eodem Pont. putatur ad referendam gratiam, ob auxilium impetratum ab eo, ad Sarracenos profligandos.

b Sigon. citat de Regno Ital. hoc anno.

Quo etiam anno Ordonius filius Alphonſi M. defuncto fratre Garſia, regnare

cæpit,

cępit, qui & primus tranſtulit Regni Sedem Oueto Legionem, & appellatus eſt Rex Legionenſis, & non amplius Aſturicenſis. Idemque conuocata Synodo, 12. Epiſcoporum ſolemni ritu ſacram Regum vnctionem accepit, pietate inſignis, dum Regiam in Baſilicam Cathedralem conuertit. Conſule Moralem. ſub eodem Rege, duo inſignes ſanctitate Epiſcopi ex hac vita migrarunt, nempe Attilanus Zamorenſis Epiſcopus, qui & ab Vrbano 2. reperitur inter ſanctos eſſe relatus: & Gennadius Aſturicenſis. A

Quo itē anno S. Hogeerus Archiep. Namburgenſis obijt, cum hinc Dani, & Sclaui, hinc Bohemi, & Vngari, Saxoniæ, laniarent Eccleſias, tunc parochia Hamburgenſis a Slauis, & Bremenſis ab Vngaris demolita eſt. Adam [a] hiſtoricus.

a li. 1. c. 45.

Chriſti Annus 916	Io: Pap. 10. 5	Berengarii 2	Conſtant. 8. Solius 5	Impp. Indict. 4.

B

a c. 46. Vltio diuina in Vngaros ſæuientes in ſacra.

HOgero ſucceſſit Reginuardus cuius tempore nefanda, & impia patraſſe Vngaros in Eccleſias, Sacerdotes, & Cruces, narrat Adam, [a] additq; orta tempeſtate a Semieremis Eccleſiarum tectis, ſcindulas impulſas diuinitus in ora Paganorum, tanto impetu, vt dum fuga præſidium quærant, aut in fluuium præcipitarent, aut in ciuium manus venirent. Qui deteſtatur Adamus cruces fractas, & ludibrio habitas a Paganis, quid dicturus fuit, ſi his temporibus vidiſſet a Saxonibus Chriſtianis hæc & deteriora in cruces patrata? Hac pariter Vngarorum incurſione deuaſtatam Eccleſiam Auguſtanam fuiſſe, ſub Hiltino Epiſcopo, in Vita S. Vdalrici eius ſucceſſoris, qui incenſas Eccleſias reſtaurauit, deſcribitur. C

Chriſti Annus 917	Io. 10. Pap. 6	Berengarii 3	Conſtant. 8. Solius 6	Impp. Indict. 5.

VIro Sanctiſſimo Vnni nomine, Leidradi Bremenſis chori præpoſiti a clero, & populo electi Bremenſis Epiſcopi Capellano, cum veniſſet cum eo ad Curiā, Rex Conradus, (diuino vt creditur ſpiritu afflatus, contempta Leidradi ſpecie paruulorquem retro ſtare conſpexerat, virgam obtulit. Cui etiam Papa Io. Decimus, vt priuilegium indicat, pallium dedit propter eximiam ſanctitatem Conrado, & Henrico Regibus familiaris, & reuerendus fuit. Adam. [a] qui ſubdit de Vngarorum vaſtatione non ſolum Saxoniæ, ſed prouinciarum etiam circa Rhenum, & trans Rhenum Lotharingiæ, & Franciæ: deinde de vaſtatione illata a Danis, & Slauis tranſalbianorum Saxonum, & eorum qui circa Albim. Apud Danos eo tempore regnabat Gorm crudeliſſimus, & Chriſtianis infeſtiſſimus, qui Chriſtianitatem, quæ in Dania fuit prorſus delere molitus, Sacerdotes alios expulit, plurimos necauit. D

a cap. 47. Vngari Germaniā vaſtant. & Gallias. Perſecutio Gētil. Dan. in Dan. chriſtian.

Eodem anno in Oriente conflato bello inter Rom. & Bulgaros, victoria potiti Romani, mox conuerſa alea, improuiſa fuga ijdem victos Bulgaros fecere victores. ex Curopalate, qui hæc pluribus. E

Chriſti Annus 918	Io: 10. Pap. 7	Berengarii 4	Conſtant. 8. Solius 7	Impp. Ind. 6.

IOannes Papa, ex pluribus delictis, conſcientia ſauciatus, animi dolore languens, inter alia ſalutis ſuæ remedia illud excogitauit, vt nomine ſuo Legatum

A mitteret Compoſtellam ad venerandum corpus Iacobi Apoſtoli, ſcribens ad Cōpoſtellarum Epiſcopum Sanctum Siſennandum ut iuges pro ſe preces funderet apud eundem S. Apoſtolum, vt propitius ſibi eſſet in hac vita, & in hora obitus ſui. Qua præuia occaſione idem Epiſcopus ad Ioan. Pontif. alterum Ioan. alias dictum Ioannellum, presbyterum legauit, cui & Ordonius Rex cum pretioſis muneribus ad ipſum Papam litteras dedit. Qui Legatus Romæ digne acceptus, & per annum retentus eſt, nec ocioſe. ſi quidem occaſione Miſſalis Mozarabi, quod tunc erat vſui in pluribus Hiſpaniarum Eccleſijs, maxima oborta eſt controuerſia, cum inueniſſet id in multis ritibus a Romana Eccleſia diſcrepare, nuſquam tamen a catholica veritate diſſentire, ex illis hos emendandi, in ijs qui grauioris viderentur eſſe momenti ab eodem Pontif. facultatem accepit. Cuius etiam explendi muneris gratia idem Apoſtolicę Sedis Legatus ab eodem Papa decernitur. Reuerſus igitur in Hiſpaniam, & collatis inter ſe Codicibus, Romam rediens, viſa ac cognita retulit in Synodo tunc coram eodem Pontifice congregata; cui viſum eſt, omiſſis reliquis, vt leuioris momenti, vt Romano ritu ſacratiora illa potiſſimum verba, quibus ipſum ſacrificium incruentum perficitur, proferrentur, cum ita in dicto Miſſali ſcripta eſſent. HOC EST CORPVS MEVM, QVOD PRO VOBIS TRADETVR, & HIC EST CALIX NOVI TESTAMENTI IN MEO SANGVINE, QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDETVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. Sic igitur tunc ea controuerſia definita, quæ tamen poſt multos annos, (vt ſuo loco dicetur,) eſt repetita. Miſſale Mozarabum correctum.

B

C

Chriſti Annus	Io. 10. Pap.	Berengarii / Conſtant. 8. cum Rom.		Impp. Indict. 7.
919	8		8	

ADuerſus ciuiles tumultus Conſtantinopoli, & inſurgentes tyrannos, Romanus Patricius, Claſſis Præfectus, creatur Cęſar, & aſſumitur collega Imperij, Helena eius filia Conſtantino in coniugem tradita, & Zoe A. Imp. matre in Sanctę Euphemiæ monaſterium retruſa, & Monacham tonderi coacta. Ex Curopalate, qui hæc pluribus. Romanus Patricius Cęſar creatur, & collega Imperij aſſumitur.

D Eodem anno veteres Chronographi obijſſe ponunt Conradum Regem Saxonū atque Francorum, eumque tranſtuliſſe Regnum in Henricum filium Othonis Ducis Saxoniæ. ex Frodoardo, Lamberto, Sigeberto, Mariano Scoto. Hunc vero, ita electum, cum vellet Archiepiſc. Moguntinus vngere, minime acquieuit, reſpondens ſe vnctione indignum eſſe. Porro ipſam non ſine damno ab eo prætermiſſam, diuinitus oſtenſum eſt Sācto Vdalrico Auguſtano Epiſcopo, per viſum, vt eſt in eius vita. citat eandem Viſionem Ditmarus [a] huius ſæculi ſcriptor, qui & de eodem Henrico, iſta habet. *Henricus pater Othonis filiam Eruini Senioris Viduam velatam, ducit vxorem. redarguitur a Sigiſmundo Halberſtatenſi Epiſcopo, qui eos ad Synodum citat, ſed intercedente Imper. cuius Henricus auxilium petiit, res non eſt vltra progreſſa.* & inferius. *Audiui quod hic Henricus Romam cauſa orationis petens, plus pedibus, quam equo laboraret, & a multis interrogatus, cur ſic ageret, culpam profiteretur;* etenim pœnituiſſe, & ea relicta, aliam duxiſſe vxorem, Matildam nomine, ex qua tres ſuſcepit filios, idem Ditmarus teſtatur. E

[a] lib. 1.

Chriſti Annus	Io. 10. Pap.	Berengarii 6	Impp.
920	9	Conſtant. 8. cum Rom. 9	Inẞt. 8.

Ecclesia Conſtantinopolitana ſciſſa inter Euthymij fautores, & Nicolai Patriarcharum, vnita eſt. ex Curopalate.

Euthymiani impetrant vt S. Euthymij Patr. corpus ab exilio, in quo defunctus fuerat, Conſtantinopolim ingenti cum celebritate transferatur. Ex Areta Cæſarienſi, horum ſpectatore. Eodem anno rebellantes Principes Frãcorum a Carolo Rege, cognomenro Simplice, eo quod ipſis contemptis, propenſior eſſet erga Haganonem Laudunenſem, virum ignobilem, quem præ ceteris conaretur extollere, Herueus Archiep. Rhemenſis non ſine magno labore Carolo conciliauit. hæc Regino, & Frodoardus.

Porrò idem Carolus hoc eodem anno Legationem miſit ad Henricum Saxoniæ Regem, & cum ea S. Dionyſij ſacra pignora, tanto munere illud libere profeſſus vna cum SS. MM. venerandis reliquijs transferri e Francis in Saxones Regnum pariter atque reliqua bona omnia, idque haud vane iactari, ſed experimento iam eſſe perſpicue demonſtratum, nimirum ex translatione S. Viti Mart. ex Gallia in Saxoniam facta, cum eo ſimul ad Saxones Francorum gloriam commigraſſe. Lege Vuitichindum ſæculi huius ſcriptorem; qui, poſthæc, ſubdit propagationem Regni per Henricum factam in exteras nationes, redditis ſibi tributarijs Abotretis, Vulcis, Haiellis, Dalamancis, Bohemis, atque Redarijs, præter Alemanos, & Baioarios, quorum Reges in deditionem accepiſſe idem ſuperius teſtatur auctor.

Margin: Trãslatio Euthymij Conſtantinopolim ab exilij loco. Principes rebellant a Carolo Simplice. Concilian tur. Car. ſimpl. Legatione mittit ad Hẽricum Regem cum reliq. S. Dionyſij. Henr. Rex ſubdit ſibi multas gentes.

Chriſti Annus	Ioan. 10. Pap.	Berengarii 7	Impp.
921	10	Conſtant. 8. cum Rom. 10	Ind. 9.

Tempore Leonis Sapientis Imp. quarto nubentis occaſione (vt dictum eſt) magna diſcordia in Eccleſia Conſtantinopolitana oborta eſt, trigamiam pluribus admittentibus, reſpuentibus eam alijs. perſeuerauit ea vſque in præſentem annnm, quo coacta Conſtantinopoli Synodo, vnionis edictum eſt promulgatum, datum autem anno ſuperiori, qua definitum eſt, quando trigamia permitti poſſit, quando ſecus reiecto omnino quarto matrimonio, de quo agit Theodorus Balſamo, in Photii [a] Nemocanore, & in Notis ad epiſtolam canonicã S. Baſilij [b] ad Amphilochium. Diuerſam vero de his conſuetudinem ab antiquo tempore eſſe ſeruatam in Eccleſia Occidentali, ſuo loco demonſtratum eſt, in qua ad euitandam fornicationem, ſecundum illud [c] Apoſtoli, *Melius eſt nubere, quam vri*, nullus poſitus terminus ducendi vxorem. Vide S. Hieron. epiſtolam ad Ageruchiam, & aduerſus Iouinianum lib. 1. *Non dãno, inquit, digamos, immo nec trigamos, & ſi dici poteſt, Octogamos, &c.* Sed hæc omnia ex indulgentia ſecundum illud eiuſdem Apoſtoli. [d] *Qui infirmus eſt olus mãducet.* Synodus etiam illa conſulta fuit a Monachis extra Conſtantinopolim morantibus, de quibuſdam dubitationibus, quarum reſponſiones adhuc extant. [e] Vnionis edictum extat cum in Volumine iuris Græcorum, quod ſi lubet, tu lege in Annalibus. At ſi oportuit ſarcire concordiam cum fratribus, quanto magis cum Matre Rom. Eccleſia, a qua ſciſſi Photii communicatione fuere?

Hoc tempore Romanus in ſuperbiam elatus cępit in Actis publicis, & edictis pręferre ſuum nomen Conſtantino, ex quo ſibi tandem exitium comparauit: hæc pluribus Curopalates.

Quo ad res Occidentales pertinet, flagrant omnia bellis ciuilibus, barbaris inſuper vbiq; graſſantibus, Hunnis, & Sarracenis. Tunc & accidiſſe tradit Frodoardus infauſtũ, vt Angli ex more, q̃ plurimi peregrinantes ad limina Apoſt. inter anguſtias

Margin: Bigamia & Trigamia, qñ permiſſa, qñ uetita. a tit. 3. de laicis. b cap. 4. c 1. Cor. 7. d Rom. 14 e Timoth. Bibl. SS. PP. col. 621. Ro. Imp. extollit. Peregrini Angli a ſarracenis intra Alpes lapidatione occiſi.

A Alpium a Sarracenis intercepti lapidibus obruti fuerint. quorum tamen ardor pietatis extingui, propterea non potuit, qui poſt ſequentem annum in idem inciderint diſcrimen, & ab ijſdem cæſi ſunt Sarracenis, vt idem Frodoardus teſtatur.

Addit idem auctor, eodem anno habitam SYNODVM APVD TROSLEIVM in Gallia, Præſide, Herueo Rhem. Archiepiſc. præſente Carolo Rege. deſiderantur eius Acta.

Adijcit inſuper Northmannos a Roberto Comite ſuperatos, eoſdemque ita edomitos fidem Chriſtianam ſuſcipere incepiſſe.

B *Chriſti Annus 922* | *Io.10.Pap. 11* | *Berengarii 8 Conſtan.8.cum Rom. 11* | *Impp. Indict. 10.*

THeodora A.Rom Imp.vxor moritur, & declaratur A.Sophia, nurus eiuſdẽ Romani Imp. Vxor vero Chriſtophori eius filij. hæc pluribus Curopalates, & alia multa de Bulgaris iterum, atq; iterum Conſtantinopolim oppugnantibus. Ita ſe habuerunt res Orientales.

Quod vero ſpectat ad res Occidentales, hoc eodem anno Ioannes qui Romę Pontificem agebat, reiecto Hilduino a clero, & populo electo, Tungrenſi Epiſcopo, Richarium Abbatem ordinauit a Rege propoſitum. ante annos enim duos iſta orta contentio, & Romam perducta cauſa, ab eodem Pont. eſt iudicata. Narrat Frodoardus C partis vtriuſque merita, ab eius exordio. Ex quibus ſicut ex alijs multis apparet orbẽ Chriſtianum cognouiſſe ſummum Pont. Ioannem inuaſorem, nemine ſibi arrogante de Apoſt. Sede iudiciũ tanti ponderis, ſed venerantibus omnibus nomen ipſius Rom. Pont. male licet vſurpatum; tantopere coluere maiores, vel ipſum nomen Rom. Põt. Quod ſi tanti vitrum, quanti margaritam. *Agnoſcit ab Orbe chriſtiano Io: Papa licet inuaſor.*

Accidit vero item in Gallijs, vt rurſum proceres Frãcorum, Carolo Rege relicto, eadem ex cauſa, quod Haganonem deperiret, ergaq; eum omnia eius ſtudia, ſpretis ceteris, conuerterentur, elegerint Robertũ Comitem, Regem, ſolemnique ritu eundẽ Archiep. Rhemenſ. vnxerit. de quibus Frodoardus, & poſt, eodem anno, in pago quoque, inquit, Pariſiaco multa miracula in Eccleſia S. Petri a quarto ſuperiori anno, ex quo ſcilicet reliquiæ de barba ipſius Apoſtoli illuc ſunt relatæ, facta memorantur; D ita vt inter cęcos, & claudos, vel cõtractos amplius, quam centum ſeptuaginta ſanitate donati referantur; Dęmoniaci vero quotquot illuc adierunt, ſano ſenſu, pulſis Dęmonibus redierint, præter alia innumerabilia quæ ibi ſunt acta. hæc Frodoardus, res ſui temporis proſequens. miranda ſunt hæc, nec per functorie tranſeunda. Etenim ita Deus Petri nomen fecit tunc eſſe celebrius, atque potentius, dum & eius barbæ pilos, qui ſunt excrementa corporis, tanta voluit præſtare virtute, & fulgere miraculis, cum illud magis infamaretur ab eius ſedis inuaſore Ioanne, vt eo amplius oſtenderetur in radice vireſcere, quod exiſtimari poſſet exiccatum in ramis, vt non dubitares ſuper hanc petram eſſe ædificatam Eccleſiam, & portas inferi aduerſus eam non præualere, quantum libet etiam ipſi, qui ſuper eius ſedem ſedent; eam impugnent moribus prauis. Sed et in Italia feruent bella ciuilia, (vt Froduardus notat) Berengario Imp. per E Rodulphum Galliæ Ciſalpinæ Regem (vt ait) ſiue vt Luitprandus, Burgundiæ Principem, in Italiam vocatum, bello ſuperato. *Robertus Comes creatr Rex Franc.* *Reliquiæ S.Petri fulgent miraculis.*

Chriſti Annus 923 | *Io: 10.P. 12* | *Berengarii 9 Conſtan.8.cum Rom. 12* | *Impp. Indict. 11.*

IO: Papa mittit pallium ad Seulphum nuper creatum Rhem. Archiep. poſt Herueum defunctum.

Perſecutio Arabica in Hiſpani.

Eodem quoque anno paſſa eſt in Hiſpania S.Eugenia martyr, ſub Rege Sarracenorum Habdarhagman, huius nominis quarto, regni eius duodecimo, qui accerrimum ſuum odiũ in Chriſtianos, atroci perſecutione exprompſit, cuius tamen periere monumenta, cum Eugeniæ tantum, & Pelagij extet memoria, qui de tyranno poſt ſequentem annum, triumphauit.

Carolo male cedunt fœdera cum Northmã.

Hoc pariter anno, Rex Carolus ingentem conflaturus exercitum, vt Robertũ Regem profligaret, etiam Northmannos ſolicitauit, contra conſilium & admonitionem Fulconis Rhem. olim Archiep. factumque, vt quemadmodum cum eius parens monitis, Northmannos in auxilium vocare deſijt, Deum cito habuerit adiutorem, qui tyrannum ſtatim e medio tolleret; ita contra modo eos vocans, Regnum penitus cum libertate perdiderit. Quomodo autem iſta ſe habuerint, narrat quam exactiſſime Frodoardus, quæ ſic ſummatim collecta legas. Carolus Rex contra pactas inducias cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato prælio illum occidit, ipſe vero victus ab eius filio Hugone, fuga ſibi conſuluit, dolo demum Eriberti Comitis captus, in carcerem detruſus eſt. Cum proceres Rodulphum Richardi filium e Burgũdia vocatum in Regem eligunt Sueſſione in Monaſterio S. Medardi, Robertique filia Emma dicta Rhemis ab Archiepiſcopo conſecratur Regina. Ita in Gallijs res Francorum hoc anno ſe habuerunt.

a T. 6. Bibl. SS. PP. col. 642.

Inſuper eodem reperitur anno defunctus Galterus Archiep. Senonenſis, cuius extant ſalubres canonicę conſtitutiones. [a]

Eodem quoque anno (vt auctor eſt Ditmarus) ex hac vita migrat Sigiſmundus Halberſtatenſis Epiſcopus ſanctitate vitæ conſpicuus, ex cuius prædictione ei ſubrogatur Bernardus.

Chriſti Annus	*Io.10. Pap.*	*Conſtant.8.cum Rom.Imp.*	*Ind.12.*
924	13	13	

Berengar. Imp. Vngaros ĩfert in Ital.

Berengarius fędere iam antea cum Hunnis inito, eoſdem hoc anno iterum maiori agmine in Italiam intulit, in odium Rodulphi, a quo ante annum bello fuerat ſuperatus, illo hoc tempore detento in Gallijs, iam anno ſuperiori Rege Francorũ electo. Quam autem cladem Hunni, ſiue Vngari hoc anno intulerint Galliæ Ciſalpinæ, idem Frodoardus ſic breuiter narrat: Vngari ductu Regis Berengarij, quem Longobardi pepulerant, Italiam depopulantur, Papiam quoq; Vrbem populoſiſſimam, atq; opulentiſſimam igne ſuccendunt, vbi opes pene innumerabiles; Eccleſię quadraginta tres ſuccenſę, Vrbis ipſius Epiſcopus cum Epiſcopo Vercellenſi, qui ſecum erat, igne fumoq; necatur, atq; ex illa pene innumerabili multitudine ducenti tantum ſuperfuiſſe numerantur, qui ex reliquijs Vrbis incenſæ, quas inter cineres legerant, argenti modios octo dederunt Vngaris, vitam muroſque Ciuitatis vacuæ redimentes. His expletis Vngari per abrupta tranſeuntes Alpium iuga, venerunt in Galliam, quos Rodulphus Ciſalphinæ Rex Galliæ, & Hugo Viennenſis, inter anguſtias collium Alpinorum claudunt. Vnde in primo loco per deuia montis euadẽtes Gothiam impetũt, quos inſequentes prædicti Duces ſternunt ex eis, quos reperire potuerunt. Hæc Frodoardus.

Excidium Papiæ ab Vngaris.

Vngari cę duntur.

Berengarius Imp. a ſuis occiditur: rem geſtã plurib. narrat Luitprandus Ticinẽſis.

Rodulph. ægrotans pietatis ſtudijs curatur.

Ægrotans hoc anno idem Rodulphus Francorum Rex, & pene deſperatus, a pluribus, magnis pietatis ſtudijs recuperat ſanitatem, cũ omnes ſuos theſauros per Monaſteria Franciæ, & Burgundiæ diſtribuiſſet, & ad S. Remigium ſe deferri curaſſet. Ex Frodoardo. SYNODVS EPISCOPORVM DIOECESIS RHEMENSIS HABETVR HOC ANNO APVD TROSLEIVM Præſide Seulpho Archiep. in qua Iſaac Comes ad emendationem & ſatisfactionem venit, pro his quæ praue aduerſus Eccleſiam Cameracenſem perpetrauerat, & vadatus argenti libris centũ, pa-

Vſurpator bon. Eccl. ei. ſatisfacit.

A catur cum Stephano præfatæ Vrbis Epiſcopo, preſente Heriberto, & pluribus Franciæ Comitibus. hæc Frodoardus in chron. & in hiſtoria Rhem. quibus adijcit quædã miracula diuinitus edita.

Accidit præterea, vt hoc anno bono totius Chriſtianæ religionis, S. Vdalricus nobili genere ortus, ab ipſis incunabulis mirificis ſanctitatis indicijs in eo diuinitus patefactis, Auguſtæ Vindelicorum fit electus Epiſcopus, Apoſtolico more, ſecundum præcedentes prophetias. Res ab eo præclare geſtas, rudi, ſed ſincera veritate expolito ſtylo, æqualis eius eſt proſecutus: quas poſtea ruſticitatẽ pertæſi Gebeardus ſucceſſor, & Berno Augiæ Abbas ornatius ediderunt: Sed proxime Velſerus Auguſtanus vitam illam primitus ſcriptam, iam obliuione ſepultam, typis cudendo, & notis illuſtrando, reuocauit ad vitam. S. Vdalricus Auguſtanus epiſcopus.

B Quod ad ſtatum Eccleſiarum Hiſpaniæ ſpectat; quæ Cordubæ erat, vt vidimus, ſub Sarraceno Principe laborabat, reliquæ vero ſub Legionẽſi Rege Ordonio auctę magis in dies ab eodem Rege redditibus, ac donis, quieuerunt, in eam ſpem erectæ, quod ingenti exercitu ex Africa per Regem Cordubæ conuocato, & per eundẽ Ordoniũ ſuperato, pax perpetua ſtabiliẽda eſſet. Sed turbauit mox omnes inſperata mors Comitum Capellæ, qui vocati a Rege ad prælium, cum venire renuiſſent, vel alia cauſa (vt produnt alij) perducti poſtea legionem truncari capite iuſſi ſunt, ipſeq; Rex, qui Arabum terror erat, hoc ipſo anno mortuus eſt, cum regnaſſet nouem annis, & menſ. ſex. vt Sampyrus, & Tudenſis affirmant. Succeſſit Ordonio frater Froila, nominis huius 2. nullo iure, ſed inuaſione tyrannica, tenuitq; tyrannice Regnum menſ. 14. qui ex nece inſontium cognomen eſt adeptus, vt crudelis appellaretur, quo factum eſt, vt eo C ſublato de medio, rebus ad interregnum deductis duo fuerint creati Iudices, quibus bellandi aduerſus hoſtes & iudicandi populum libera eſt conceſſa poteſtas. Poſt annum autem creatus eſt Alphonſus 4. cognomento Monachus, filius Garſiæ (vt Tudenſis affirmat) ſiue Ordonij (vt plures conſentiunt;) cum ex aduerſo in Aſturia iam quartus filius Alphonſi M. Regnum ſibi vẽdicaſſet Ramirus. hic ſtatus rerum vndiq; fluctuantium ſummatim collectus. Sed ad res Anglorum. Ordonius magnã refert victoriã de Sarracenis. In Hiſpa. reſpub. ad ĩterregnũ deducta.

Hoc anno defuncto Eaduuardo Seniore, Anglorum Rege, qui in locum eius ſucceſſit Aethelſtanus liberatus ab Elfredo aduerſario, Romæ extincto, cum ad cõfeſſionem S. Petri peiurare non timuiſſet, in ſua donatione facta S. Petro appendicẽ manu propria adſcripſit, qua res geſta clarius innoteſcit. Vide apud [a] Malmesburiẽſem. [a] lib. 2. c. 6

D

Christi Annus 925 | *Ioan.* 10. *Pap.* 14 | *Conſtant.* 8. *cum Rom. Imp.* 14 } *Ind.* 13.

Bello aduerſus Gallæciã ab Arabum Rege excitato, captiuus Ermoigius Epiſcopus Cordubam ductus, vt ſe nexibus liberaret, Pelagium Sobrinum ſuum, decem annorum reliquit obſidem, puerum elegantiſſimæ formæ, & ſpectatę virtutis, qui toto triennio, & ſemis, quo manſit incluſus, venturi præſcius, ad martyrij præparationem impendit. Cum vero venuſtus facie non ad martyrium ſed ad delicias tyranni educeretur e carcere, ab eoq; mille modis alliceretur ad turpia, magnis ille animis renitens, E ad iram & furorem prouocauit tyrannum, qui forcipibus ferreis ſurſum deorſumq; eum agitari mandauit, & in fide Chriſti conſtantem, membratim ſcindi, & in flumen proijci. Paſſus eſt igitur Pelagius ætate circiter tredecim annorum, & ſemis Cordubæ, Habdarrhagman Rege imperante Era 963. Ex Raguelis ſcriptione, qui tum vixit (quæ appendix appoſita eſt ad Eulogium.) Virgo Saxona Roſuintha noĩe, quę his tẽporibus claruit, poetria egregia, Virginem, & Martyrem carmine celebrauit. Pelagius nobilis puer obſes datus Sarracenis. S. Pelagij Martyriũ. Roſuintha poetria celebrat Pelagium.

Cum autem graſſantibus vbiq; tyrannis Gallicanæ Eccleſiæ vaſtaretur, quę ceteris præſtabat Rhem. Eccleſia periclitatur. Quod. n. apud eam ſacra Regum vnctio ſeruaretur, & in eo, qui eidem Archiepiſcopus præſideret, collocata videretur eſſe pote-

ſtas vngendi Regem,& ſic totius Regni cardo in ea verti quodammodo videretur:ſicut a legitimis Francorum Regibus eius Archiepiſcopi ſummo colebantur honore; ita contra a Tyrannis innumeris conſueuerunt affligi moleſtijs. Præceteris autē qui hoc tēpore poſt Regem emineret in Gallijs, Heribertus Comes Aquitaniæ erat, Rodulpho Regi, qui Regnum inuaſerat, præ cunctis metuendus. Hic igitur Rhemenſi inhians Eccleſiæ, opportuna oblata occaſione, pactum inijſſe traditur cum eiuſdē Eccleſiæ Archiepiſcopo Seulpho, vt ſuus filius Rhemenſi præficeretur Eccleſiæ. Verum eiuſdem Comitis miniſtri more impatientes e medio ſuſtulere eundem Archiepiſcopum, propinato veneno, hoc ipſo anno, qui tertius eius eſt ſedis. Nec mora, poſt ipſius Seulphi Rhem. Archiep. obitum Heribertus Comes venit, aduocans Abbonē Sueſſionicum Epiſcopū,& Bononem Catalunicum. Quibus ſibi iunctis, tractans electionem huius Rhem. Eccl. tam clericos, quam laicos, ad voluntatem ſuam intendere fecit. Sequentes igitur eius conſilium, ne forte per extraneas perſonas Epiſcopatus diuideretur, eligunt filium ipſius admodum paruulum, vix quinquennem. Patrata ad Regem deferunt. Rex rem totam, conſilio Epiſcoporum, permittit Heriberto. Quin etiam Legatos Eccleſiæ cum Abbone Præſule mittere ſatagit, huius electionis decretum ſecum ferentes,& aſſenſum Papæ ſuper ea petentes. Ioannes itaq; Papa, interueniente Præſulæ Abbone, petitioni ipſorum aſſenſum præbens, epiſcopatum Rhem. Abboni Epiſcopo delegat, quæ ſunt Epiſcopalis miniſterij ab ipſo tractanda atque definienda decernens, Heribertus itaque Comes potitus eſt Epiſcopatu Rhemenſi. Ex Frodoardo.[a]

Archieps Rhem. veneno tollitur.

Puer quinquennij pficitur (nefas) Rhemēſi eccl.

a hiſt. Rhemen. li. 4. c. 17. 18.

Tanta iſta, adeo noua, adeo turpia, ac deteſtanda, ſolo auditu horrenda, ac pudenda, non ſub alio Pont. nec alterius Pont. auctoritate (ſi tamen ipſe Pontifex eſt dicēdus) patranda, & primum in eccleſiam introducenda, quam Ioannis 10. quo turpior nullus, cuius vt ingreſſus in Cathedrā Petri infamiſſimus, ita & exitus nefandiſſimus. At vtinam, quod hoc ſeculo ortum, cum eodem ſæculo fuiſſet extinctum, & non in poſteriora ſæcula propagatum tantum nefas, quo iura omnia ſauciantur.

Christi Annus 926 | *Io.* 10. *Pap.* 15 | *Conſtant.* 8. *cum Rom. Imp.* 15 | *Ind.* 14.

HVgo Comes Arelatenſis, ſeu Prouinciæ dictus, Piſas veniens, a Legatis Papæ, & omnium fere Italicenſium Principum, rogatus ſibi vt imperaret, Papiæ Regnum ſuſcepit:& Mantuam veniens, affuit ibi, & Ioannes Papa, qui fœdus cum eo percuſſit. ex Frodoardo,& Luitprando.[a]

a lib. 3. c. 4

Signatur quoq; præſens annus nobili pietatis memoria, dedicationis videlicet Eccleſiæ SS. Hadriani Martyris,& Natalıæ coniugis, apud Legionem in Hiſpania, qui Nicomediæ in Bithynia ſunt paſſi: quorum memorias erexere Oueti primum regia munificentia Alphonſus M. inde in Parochia Legionenſi pij Chriſtiani Giſundo, & eius coniux Leubina.

Christi Annus 927 | *Io.* 10. *Pap.* 16 | *Conſtant.* 8. *cum Rom. Imp.* 16 | *Ind.* 15.

IN SYNODO APVD TROSLEIVM in Gallia Herluinus Comes publicam egit pœnitentiam, eo quod duxiſſet vxorem, alia ſuperuiuēte. Frodoardus in Chronico, qui addit hoc pariter anno ob ſimultatem exortā inter Heribertū Comitē atq; Rodulphum Regēm Francorū, ab eodē Comite eductum eſſe de carcere Carolū Regem, quod Io: Papa vt faceret litteris comminatorijs iubebat, cum Heribertus ipſe cum Carolo Rhemis veniens inde litteras miſit Romam Ioanni Papæ ſignificans

Publica Comitis pœnitētia.

A ei de reſtitutione, & honore Caroli, vt ille ſibi etiam ſub excommunicationis intermi-natione mandauerat, ſe pro viribus decertare. Verum pace compoſita cum Rodulpho, rurſus Rex Carolus eſt coniectus in carcerem, anno ſequenti, cum iam eundem Io: Papam ſciuiſſet e throno depoſitum atque carceri mancipatum, eſſe defunctum.

Hoc eodem celebrata ponitur [a] SYNODVS APVD DVISBVRGENSES, occaſione Bennonis Metenſis Epiſcopi, qui ante biennium dum vitam eremiticam in Alpibus duceret, electus Metenſis Epiſcopus, hoc anno ab ipſis excæcatur, cuius immanis ſacrilegij cauſa dicta Synodus eſt celebrata, in qua omnes illius ſceleris auctores excommunicantur, & Adallera loco ipſius ſubſtituitur. Porro Benno ipſe patienter omnia tolerans, exemplo relictus magnæ tolerantiæ viri cognominatus eſt Benedictus. meminit eiuſdem ſequenti anno Frodoardus.

a In addit. ad Reginonis Chro.

B Hoc etiam anno [b] Alfonſus IIII. Rex in Hiſpania ſponte ſe abdicans, vitam monaſticam amplexus eſt, Ramiro relinquens Regnum, de quo ſuperius; ſed cum deſertor ſacræ militiæ factus, recuperationi relicti Regni operam daret, ab eodem Ramiro captus, oculis orbatus eſt, qua etiam pœna multati ſunt tres filij Froilæ defuncti Regis, cum aduerſus eundem Ramirum inſurrexiſſent. quod fieri contigit anno Redemptoris 930. Porro Ramirus patratæ ſæuitiæ pœnitens, delictum bonis operibus expiare curauit, monaſteria erigens, multaq; donans Eccleſijs. hæc pluribus, qui perſecuti ſunt res Hiſpaniarum.

b Moral. lib. 16. c. 7. 9. 10.

Rex fit Monach. poſt tētat recipe Regnum.

C

Chriſti Annus	Leonis 6. Pap.	Conſtant. 8. cum Rom. Imp.	Indict.
928	1	17	1.

VVido Tuſciæ Prouinciæ Marchio, cum Marocia vxore, inuidia, quod Petrum fratrem eximie honoraret, Ioanni Papæ infenſi, militibus in vrbem clam introductis, Petrum ſub oculis Pontificis in Palatio Lateranenſi obtrūcant, Io: ipſum Papam in carcerem trudunt, in quo non multo poſt eſt defunctus, ſiue ex angore animi, ſiue vi, quod etiam ſcriptum eſt. Ex Frodoardo, Chronico Caſſinate, & in primis Luitprando. [c] Io: igitur inuaſore Sedis Apoſt. extincto, Leo VI. Chriſtophori Primicerij filius Pontifex ſubrogatur.

Papa ī carcere moritur.

c li. 3. c. 12.

Quo pariter anno Raterius Lobienſis Monachus, vir miræ ſimplicitatis, ſed expe-
D rientia liberalium artium nominatus, cū Hilduino, qui in Lotharingia Epiſcopatum Leodienſem olim ambierat, in Italiam ad Hugonem Regem profectus, Veronæ Epiſcopus ab Hugone cōſtituitur, Hilduino Mediolani Epiſcopo ordinato. Sigebertus.

Raterius ex Lobiēſi monacho Epus Veronenſ.

Quod ad res pertinet Orientales, hoc eodem anno Simeon Rex Bulgarorum rurſum mouet bellum, Thraciam vaſtat, omnia obuia in ſuam redigit poteſtatem, Conſtantinopolis ſuburbijs grauiſſima infert damna, donec inita pace, redempta muneribus, reuertitur ad propria. hæc pluribus Curopalates, congreſſum vtriuſque Principis Romani, & Simeonis diligenter deſcribens. Subdit autem, die Feſto Natali Chriſti, Romanum Imp. duobus ſuis filijs Stephano, & Conſtantino coronam in magno templo impoſuiſſe, tertium vero filium Theophylactum a Patriarcha attonſum in clericum, factum Subdiaconum.

Imper. fil. factus ſubdiacon.

E

Chriſti Annus	Stephani 8. P.	Conſtant. 8. cum Rom. Imp.	Indict.
929	1	18	2.

CArolus Rex Francorum cognomento Simplex in carcere moritur, relicto filio Ludouico, qui educabatur in Anglia apud Alſtanum Regem auunculum ſuum, de cuius vectione inferius dicendum.

Interim vero Rodulphus regnare pergit. Leo 6. Papa detruſus in carcerem, defunctus eſt, poſt ſex menſ. & d. 15. in cuius locum ſubrogatus eſt Stephanus 8. dictus 7. Romanus. Ita vetus codex Vaticanus de Rom. Pont. A

Lãcea Cõſtantini. Lanceam mirandi operis ex clauis Ieſu Chriſti crucifixi ſanctificatam, quæ dicitur primi, & Magni Conſtantini Imper. fuiſſe donata Rodulpho Regi Burgundiorum, & Italiæ, a Sampſone Comite, Rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte prouinciæ Sueuorum, a Rodulpho extorquet, & hanc ad inſigne & tutamen Imperij poſteris relinquit. hæc Sigebertus. Sed tantæ rei paulo latiorem, qui velit narrationem, habet in rebus geſtis S. Gerardi,[a] qui hoc tempore egregia claruit ſanctitate. Porro eadem pariter de lancea ſcripſit Luitprandus, dum recenſet ingentem Othonis Henrici filij victoriam eiuſdem lanceæ auxilio conſequutam. Sed & de alia lancea eidem Henrico ab Hugone in Gallia regnante, miſſa, quæ dicebatur Caroli M. fuiſſe, eaque inuictiſſimum fuiſſe contra Sarracenos, habes in hiſtoria de geſtis Anglorum.[b] ibidem quoque dicitur Gladium Conſtantini ad eundem miſiſſe Henricum inſignitum clauo vno ex quattuor Crucis Domini. præterea etiam vexillum Beatiſſimi Martyris Mauritij Thebææ Legionis Principis, quo idem Rex in bello Hiſpanico ſolitus erat cõfertiſſimos hoſtiũ cuneos perumpere, & profligare. B

a Apud Sur. 3. Octobr.

b De geſt. Angl. poſt Bedã li. 2. c. 8.

Chriſti Annus 930 | *Stephani 8. P.* 2 | *Conſtant. 8. cum Rom. Imp.* 19 | *Ind.* 3.

C

Northm. ad fidẽ adducũtur. HEnricus Rex Reges Northmannorum, & Abroditarum Chriſtianos facit. Sigebertus. Ita quidem Rex maxime pius ab his, quos vincebat barbaros, duo exigere conſueuit, Fidem Catholicam videlicet, & Tributum. Factum eſt autem cum idem Rex cum exercitu penetraſſet in Daniam, & eius Principes ſibi feciſſet obſequentes, vt ibi prædicatione Sanctiſſimi viri Vnni Archiep. Hamburgenſis, Chriſtianitatem, quam conſecuti olim fuerant ab Anſgario Dani, receperint. Ex Adamo vetere Chronographo,[c] qui de Borealium Regionum ſtatu & conuerſione præcipue legendus eſt.

c li. 1. c. 49. 50. 51.

Conſtantinopoli defuncto Nicolao Patriarcha, ſuccedit Stephanus Epiſcopus Amaſeæ, ex Curopalate.

D

Chriſti Annus 931 | *Io: 11. Pap.* 1 | *Conſtant. 8. cum Rom. Imp.* 20 | *Indict.* 4.

STephano Octauo, Septimo dicto, cum ſediſſet ann. 2. menſem vnum, & d. 15. vita functo, in eius locum, potentia Vuidonis Tuſciæ Marchionis, & Marotiæ intruditur Ioannes, Sergij Pſeudopapæ, ex dicto ſcorto Marotia filius. Talia pati coacta eſt Dei Romana Eccleſia, vt ſic deformiter à tanto monſtro inuaſa conculcaretur. Ex Luitprando.[d]

d li. 3. c. 12.

E

Chriſti Annus 932 | *Ioan. 11. Pap.* 2 | *Conſtant. 8. cum Rom. Imp.* 21 | *Ind.* 5.

Raterius Eps Veron. Papiã relegatur. ARnulphus, ſeu Arnoldus Baioariæ Dux aduerſus Hugonem Italiæ Regẽ Veronam vſque progreditur, ſed ab eo repellitur, a quo pariter Raterius Veronenſis Epiſcopus, qui eum vocauerit, Verona abducitur & Papiam relegatur, vbi de ſui

exilij

A exilij ærumna librum conſcripſit. De Arnoldo S. Vdalricus, Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus, per quietem vidit, in Concilio Sanctorũ ipſum accuſari, & iudicari vti ſacrilegum deſtructorem Monaſteriorum, & eorum bona laicis diuidentem. De quo Othonis Friſingenſis eſt quoque ſimilis accuſatio, cum de ipſo ait. Hic eſt Arnolphus qui Eccleſias & Monaſteria Baioariæ crudeliter deſtruxit, & poſſeſſiones earum militibus diſtribuit. Occiſus eſt autem ipſe, vbi eius eſt completa nequitia, poſt ciuitatem Auguſtanam ab eo deprædatam.

Chriſti Annus 932 | Ioan. 11. Pap. 3 | *Conſtant. 8. cum Rom. Imp.* 22 | *Indict. 6.*

B

Marotia ſcortum impudens, Vuidone marito mortuo, nuncios Hugoni Regi, Vuidonis mortui, fratri, mittit, euocans Romam, vt nobiliſſima ciuitate potiatur, quod fieri non poſſit, niſi ſe in vxorem accipiat. Hugo accedit cum exercitu, ſed præcurrit cum paucis, & in Arce Sancti Angeli, inceſto potitus concubitu Romanos, quaſi iam ſecurus deſpicit. Habuerat ſane Marotia filium nomine Albericum, quem ex Alberico Marchione genuerat. Qui dum matris hortatu Regi Hugoni Vitrico aquam manibus funderet ab eo, pro correctione, in faciem cæſus, eo quod immoderate, & imprudenter aquam effunderet, cupiditate incenſus vlciſcendi iniuriã, conuentos alloquitur Romanos, hortatur ne meretricis, & Burgundorum, olim ſuorum C ſeruorum imperio pareant; *ſi me*, inquit, *priuigni, nouus hoſpes faciem cecidit, quid uobis iam inueteratum facturum creditis?* His & alijs in deteſtationem Hugonis Romani auditis, Hugonem Regem cuncti deſerunt, & eundem ſibi Albericum Principem deligunt, & confeſtim munitionem oppugnant. Hugo perterritus, ex ea parte, quæ muros contingeret, ſe depoſuit, & ad ſuos profugit.

Marotiæ impudentia.

Rom. rebellãt Hugoni.

Albericus cum Marotia matre vrbis Monarchiam tenuit, Ioanne fratre ſummum ſacrorum Præſidem agente. Ex Luitprando [a]. Sed addit Frodoardus, inquiens. Miſſi Rhemenſis Eccleſiæ Giſo, & Almaricus Roma redeuntes pallium Artaldo Præſuli deferunt, nunciantque Ioan. Papam filium Mariæ, quæ & Marotia dicitur, ſub cuſtodia detineri a fratre ſuo nomine Alberico, qui matrem quoque ſuam clauſam ſeruabat, & Romam contra Regem Hugonem tenebat. Erat autem Artaldus ipſe D ex Monacho factus Rhemen. Archiep. ante biennium, eiecto Hugone puero, qui annorum quinque ætatis fuerat a patre in eam ſedem intruſus.

a li. 3. c. 12

Electus Artaldus ob inſignem animi virtutem, quam & oſtendit, vbi in ea ſede locatus eſſet, antequam etiam pallium accepiſſet, Milonem Comitem excommunicando, ob Catalaunenſem Epiſcopatum deprædatum. Tantus vir ergo tanti facit Rom. Pontificis nomẽ in homine immerito, illegitime collocatum, vt nec ipſe, nec alius audeat ſuper Romanum nominatum Pontificem ſibi arrogare iudicium.

Quãti fiat Rom. Põt. etiã illegitimus.

Eodem anno iteratos motus Vngarorum in Germaniam Frodoardus recenſet, contra quos, vt ait, Henricus Rex profectus, eos ad internecionem deleuit; triginta ſex millibus ex eis occiſis, ceteris captis, aut flumine abſorptis. Sed de his pluribus Vuitichindus, [b] qui de eo ſcribit, quod vt ſuos hortaretur ad bellum, inter alia hæc E tunc pro concione dixerit. *Conſulite igitur uobis ipſis, & quid ſuper hac re faciendum eligite. Theſaurum diuinis officiis ſanctificatum tollam ne, & dabo pro noſtra redemptione inimicis? An certe addam cultui diuino pecuniam, & honorem, ut ab ipſo potius redimamur, qui uere noſter extat creator, & Redemptor? Ad hæc populus leuauit uoces in altum, inquiens; ſe a Deo uiuo, & uero redimi omnimodis deſiderare, quia fidelis, & iuſtus ſit in omnibus uiis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Operam ſuam deinde promittens Regi contra gentem acerrimam, dextris in cælum eleuatis, pactum firmauit.* ſicque præuia pietate, reddito ſibi propitio numine, tantam quam audiſti, omnibus ſæculis memorandam, de inuictis pauendiſq; hoſtibus

Vngari cęduntur.

b De reb⁹ Sax. lib. 1.

Exhortatio Reg. ad præliũ.

obtinuit Rex victoriam. De eodem idem narrat auctor, quo eiuſdem religio maxime commendatur, nimirum primarium Henrici vexillum nominatum fuiſſe Angelum, eo quod illud eſſet Angeli imagine inſignitum. Vnde erubeſcant recentiores in hæreſim abducti Saxones Iconomachi, & reſipiſcant, maiores ſuos imitati. A

Vouet ſe ſimoniam extirpaturum.

De eadem inſigni victoria agens Luitprandus tradit vouiſſe tunc Henricum Regem, de ſuo Regno Simoniacam hæreſim euulſurum fore, quæ altas in eo radices fixerat, prædeceſſorum conniuentia, ſi de Hunnis victoria potiretur, quam hiſce pietatis officijs eſt conſecutus.

Patr. 16 ann. c. Canones.

Quod ad res Græcorum ſpectat, eodem hoc anno, defuncto Stephano Conſtantinopolitano Patriarcha, cum præfuiſſet illi Eccl. ann. 2. & men. 11. creatur Theophylactus Romani Imp. filijs, cum ſexdecim eſſet annorum, ſed loco eius ſubrogatur adminiſtrator eius Eccleſiæ Tryphon Monachus. Ex Curopalate. B

Chriſti Annus 934 | *Ioan.* 11. *Pap.* 4 | *Conſtant.* 8. *cum Rom. Imp.* 23 } *Indict.* 7

Conſtātinop. Patr. pallio non vtitur, niſi pmiſſu P. Rom.

Cum ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia, noſtræ Sanctæ Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſiæ (inquit Luitprandus in relatione ſua Conſtantinopolitanæ legationis) *merito ſit ſubiecta, ſcimus immo vidimus Conſtantinopolitanum Epiſcopum pallio non vti, niſi Sancti Patris noſtri permiſſu. Verum cum impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleuerat, Romanam ciuitatem ſibi vſurparet, dominumque Apoſtolicum, quaſi ſeruum proprium in conclaui teneret. Romanus Imp. filium ſuum Theophylactum Eunuchum Patriarcham conſtituit. Cumque eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis eo muneribus ſatis magnis efficit, vt ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ litteræ mitterentur, quarum auctoritate tum ipſe, tum ſucceſſores, abſque Paparum permiſſu palliis vterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inoleuit, vt non ſolum Patriarchæ ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ palliis vtantur. Quodquàm abſurdum ſit, cenſere opus non eſt.* hæc Luitprandus, & quidem conuerſa ſunt in magnum detrimentum etiam ipſius Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, iſta indebita accipientis, & abalienantis ſe magis ea occaſione, a ſinu matris. C

Vnde abuſus pallij ī Oriente.

Miranda quædam.

Hoc eodem anno diuerſis in locis Galliarum miranda contigiſſe Frodoardus narrat, Rhemis contractum, reſolutis compagibus, veſtigia recepiſſe: & cæcum quendam in ſomnis admonitum vt ædem Beati Hilarij peteret, lumen recepiſſe. Deniq; Diaconum quendam Viredunenſem Adelmannum, languore depreſſum, viſum ſpiritum emiſiſſe, & poſt ita validum ſurrexiſſe, vt ſibi videretur nihil ægritudinis fuiſſe perpeſſus: qui ſe diuerſa ſuppliciorum, vel refrigerij loca vidiſſe teſtaretur, ſeque loco pœnali deputatum, Dei vero Genitricis precibus, B. quoque Martino intercedente ad agendam pœnitentiam præſenti vitæ redditum. D

Chriſti Annus 935 | *Ioan.* 11. *P.* 5 | *Conſtant.* 8. *cum Rom. Imp.* 24 } *Indict.* 8. E

SYNODO RHEMENSI ARTALDO PRÆSIDE, prædones, & Eccleſiaſticarum rerum inuaſores ad correctionem vocantur, vt Frodoardus teſtatur. De ea vero nihil præterea.

A

Chriſti Annus 936 | Leonis 7.Pap. 1 | Conſtant.8.cum Rom.Imp. 25 | Ind. 9.

PErdomitis cunctis circumquaque Gentibus, Henricus Rex poſtremo Romam proficiſci ſtatuit, ſed infirmitate correptus, iter intermiſit, cumque ſe iam grauari morbo ſenſiſſet, conuocato omni populo, deſignauit filium ſuum Othonem, parem pietate, & fortitudine militari non imparem, Regem, ac poſt moritur, duabus nouis ſedibus, & monaſterijs erectis, in terra Luneburgenti vna, & Miſnæ altera. Frodoardus, Ditmarus, Vuitichindus, Crantius.[a] De cuius vidua Regina Mathilda Luitprandus [b] ſcribit vltra omnes, quas viderit matronas, pro delictorum expiatione celebre exequiarum officinm, viuam Deo hoſtiam offerre non deſinere. Addit Ditmarus, per eundem Henricum Cuuſum Daniæ Regem ad Chriſti fidem conuerſum, & Danos ipſos, ab imolatione hominum, per eum reuocatos. poſt obitum vero Mathildem coniugem multis diuerſiſque ſanctis operibus eius animam Deo commendaſſe.

Henr. R. moritur. Mathildis Reg. pijſſima. [a] li. 4. c. 7. [b] li. 3. c. 11 Dani ad fidem conuerſi.

B

Otho filius Aquiſgrani coronatur ab Hildeberto Archiep. Moguntino habita licentia a Vigfrido Archiep. Colonienſi, in cuius diœceſi Aquiſgranum eſſet.

Rodulpho Rege mortuo, Hugo Comes accerſit ex Anglia ad coronam Regni ſuſcipiendam Ludouicum Caroli Simplicis filium, quem Rex Ethelſtanus auunculus, accepto prius iureiurando a Francorum Legatis, in Franciam cum quibuſdam Epiſcopis, & alijs fidelibus, direxit. Cui Hugo Comes, & ceteri proceres obuiam profecti, apud Bononiam ſeſe committunt, & Laudunum deductum inungendum, & coronandum curant ab Artaldo Rhem. Archiep. præſentibus Regni Principibus, & amplius viginti Epiſcopis. Sicque ad progeniem Caroli Magni per Ludouicum Regnum Francorum reuertitur. Ex Frodoardo:

C

Regnum Francorũ redit ad progeniẽ Caroli M.

Io: Papa fratre Alberici defuncto, Leo quidam Dei ſeruus Romæ Papa conſtituitur. Frodoardus, qui addit ad iſta, eodem anno; *Hugo*, inquit, *Italiæ Rex Romam niſus capere afflicto ſuo exercitu fame, & equorum interitu, pacta tandem pace cum Alberico, dans ei filiam ſuam coniugem nomine Aldam, ab obſidione deſiſtit. Repertiſque quibuſdam fratris ſui Boſonis, contra ſe, vt fertur, inſidiis, eumdem fratrem ſuum dolo capit, atque in cuſtodiam mittit*. de quibus Luitprandus [c] pluribus. ſubijcit autem iſta. *Per idem vero tempus in Ianuenſi vrbe, quæ eſt in Alpibus Cottiis octingentis ſtadiis a Papia diſtans, ſuper Africanum mare conſtituta, fons ſanguinis largiſsime fluxit, ſubſecuturam cunctis patenter ruinam inſinuans. Eo quippe anno Pœni cum multitudine claſsium illo perueniunt, ciuibuſque ignorantibus, ciuitatem ingrediuntur, cunctos, pueris exceptis ac mulieribus, trucidantes, cunctoſque ciuitatis & Eccleſiarum Dei theſauros in nauibus imponentes, in Africam ſunt reuerſi*. Sed & quod nouum, & immenſum malum Eccleſiam Dei deturpare cæperit, præter alia, quibus iam, ſacris ſilentibus omnino legibus, hoc deplorato ſæculo eſt mirum in modum afflictata, ſic narrare pergit. *Hoc in tempore Manaſſes Arelat. ciuit. Epiſcopus, agnita Regis Hugonis potentia, a cuius ipſe ſanguine affinitatis lineam traxerat, deſerta, commiſſa ſibi Eccleſia, ambitionis ſpiritu, multas violaturus immo laceraturus Eccleſias, Italiam petiit. Hugo autem Rex, ſe Regnũ ſecurius obtinere ſperans, ſi affinitate coniunctis Regni officia largiretur, contra ius faſque Veronenſem, Tridentinam, & Mantuanam commendauit illi, ſeu* (*quod uerius eſt*) *in eſcam dedit Eccleſias*. qui nec his contentus, Eccleſiam Mediolanenſem inuaſit, vt idem auctor inferius, pluribus narrat. Sed, vt aliquo velamento, tanquam ficus folijs peccatum obtegeret, nefarius homo, id ſe agere exemplo tradebat Principis Apoſtolorum, qui Antiochenam, Romanam, & Alexandrinam poſſediſſet Eccleſias. Hæc ipſum temere garrientem idem Luitprandus, acri (vt par erat) inuectiua exagitauit.

D

[c] lib. 4. c. 1. 2. 3.

Nefas plures Epat[9] vni tradere.

E

tauit. Qui de eodem homine, Dei eiuſque legum contemptore addit, neque his acquieuiſſe, ſed Marchiam Tridentinam ab affine Rege obtinuiſſe, atque arma indutum, in eiuſdem Regis exercitu militaſſe. A

Hoc item anno ex hac vita migrat Vnni Hamarbug. Archiep. Saxonicæ decus Eccleſiæ, cuius corpus Bircæ oppido in Suetia ſepultum eſt, caput vero Bremam translatum. Ex Adamo,[a] qui ſubdit de Adaldago [b] ſucceſſore, quod ſederit annos 53. Epiſcopatu accepto ab Ottone Magno, & pallio a Leone VII. & impoſitione manus, ſicut prædeceſſores eius a Moguntino præſule.

a li. 1. c. vlt. b li. 2. c. 1.

Hoc eodem anno contigit, Odonem (qui primus Abbas Cluniacenſis, Franciæ, Aquitaniæ, Hiſpaniarum, & Romanæ Vrbis Cœnobiorum Dux fuit) Romam euocari a Leone VII. ad inſtaurationem Monaſterij S. Pauli, & reſtitutionem monaſticæ collapſæ diſciplinæ: & ad componendam pacem inter Hugonem Italiæ Regem, & Albericum Romanæ Vrbis Principem. Ioannes [c] in vita Odonis, qui egregia aliquot eius facta Romæ cum eſſet, memorat. B

Odo Cluniac. reſtitutor Monaſt. diſciplinæ. c Apud Sur. 10. Nouembr.

Chriſti Annus	*Leonis 7. Pap.*	*Conſtant. 8. cum Rom. Imp.*	*Indict.*
937.	2.	26	10.

VNgari Campaniam vaſtant, & diripiunt: captiuos multos de ſuis hominibus, Caſſinenſes Monachi de donarijs Eccleſiæ redimunt. Inuadentes inde Marſos, ac Pelignos, ab illis, inſidijs diſpoſitis, Vngari trucidantur, & preda eripitur. Leo [d] Oſtienſis. C

Vngari profligantur. d li. 1. c. 58

Quo pariter anno, alia eorum pars Gallias inuadens, ingentem illi cladem intulit, de qua nonnulla admiratione digna refert Frodoardus.

Eodem anno AQVISGRANI CONVENTVS GENERALIS HABETVR Regni Procerum, & Epiſcoporum, in quo Otho in fine anni ſuperioris a patre relictus Regni hæres nouis Comitijs confirmatur, & ab Archiep. Moguntino ſacris ritibus vngitur, & quidem diuina per ſacrum huiuſcemodi miniſterium vnctionis perfuſus gratia, barbaros ingruentes nullo fere negotio ſuperauit, & ciuilibus armis ſæpe circumſeptus, & obruptus victor ſemper euaſit. Hanc ſacram inaugurationem deſcripſit Vuitichindus, a quo anno cæptum eſt numerari Regni eius tempus, teſtante Rotgero [e] Monacho in Brunone. D

e In V. S. Brun. c. 6.

Chriſti Annus	*Leonis 7. Pap.*	*Conſtant. 8. cum Rom. Imp.*	*Indict.*
938	3	27	11

CVm iterum copiæ Regis Abderrhagman Cordubæ regnantis a Ramiro Rege profligatæ fuiſſent, ira fremens, collecto ex ſuis exercitu, & ab Africa accitis auxilijs, vſque ad numerum centum quinquaginta millium peditum, equitum vero quinquaginta millium, pius Rex, longe impari exercitu, nuncupatis Diuinitati votis, aggreſſus eſt hoſtes, præuijs (vt aliqui tradunt) duobus Angelis equeſtrium militum formam præ ſe ferẽtibus, quorum ope eſt parta victoria, cæſis octoginta millibus hoſtium, ducto captiuo Rege Mauro Abenain Cæſarauguſte regnãte, ceteris in fugam conuerſis & diſperſis, ipſoque Rege Abderragman vix fuga lapſo, cum paucis Cordubam repetente. ſcripſerunt hæc Sampyrus atque Tudenſis, & ipſi quoque Arabes ſuis Annalibus intexuere. Addunt alij ipſum Cordubæ Regem magnam aduerſus Chriſtianos ſibi ſubditos perſecutionem excitaſſe, tuncque paſſum S. Victorem, nec non etiam Euphroſynam pari decoratam corona martyrij. E

Ingẽtes copiæ Sarracenorum profligantur. Ambr. Mor. Chr. Hiſp. lib. 14. 15. 16.

Hoc

A Hoc eodem anno accidit, vt Odo Abbas Cluniacenſis, poſt biennium, quam antea Romam venerat, rediret, & quas bene plantauerat plantas Sanctæ Monaſticæ inſtitutionis, ſua præſentia, atque munitione rigaret. Quæ autem tunc contigerint admiratione digna tu pete ex Annalibus, de Codice vitæ S. Martini ſub ingenti pluuia, nō madefacto: & de lacu in montibus, eo deprecante effecto, quo Monachis piſces ſuppeditarentur, qui ab eſu carnium retrahi non poterant. Ita plane magnus Odo, hoc deploratiſſimo ſæculo, a Deo fuit electus, vt egregia ſanctitate, & admirandis ſignis, collapſam, per diuerſas prouincias, Monaſticam diſciplinam reſtitueret. *Miracula per Odonem.*

Hoc ipſo anno Princeps Boemiæ Vuenceslaus, vir ſanctus, a Boleslao fratre occiditur, ambitione, capiendi Principatus, ſeducto. In cuius vltionem Rex Otto bellum Boleslao indixit, & longa inter eos concertatio per annos 14. perducta eſt. Relatus B eſt autem ipſe ab Eccleſia Romana inter martyres, die Natali ſuo 4. Kalen. Oct. *S. Vuenceſlaus mart.*

Eodem anno, rebellantibus aduerſus Ottonem Regem Henrico fratre, Eberardo Duce Francorum, atque Gisleberto Duce Lotharingiæ, comparatoque validiſſimo exercitu, & Ottone aduerſus eos expeditionem parante, vt oſtenderet Deus non vinci hoſtes armis tantum, ſed precibus etiam, & præualere iuſtam cauſam omni apparatui validiſſimo, in tranſitu Rheni ſic permiſit diuidi copias, vt alijs ad vlteriorē ripam tranſmiſſis, alijs in citeriore remanentibus cum Ottone, neceſſe fuerit illis, qui tranſmiſerant amnem, ex improuiſo apparente ingenti hoſtium exercitu, confligere. Rex igitur quibus præſentia adeſſe non poterat, precibus affuit, ad terram cum parte exercitus proſtratus, & lacrymas fundens, dum altera pars ſtrenue pugnat, hoſtes profligat, omnibus ſaluis. Ex Vuitichindo,[a] Luitprando,[b] Sigeberto. *Ottonis victoria de rebellib.* *a lib. 2. b li. 4. c. 11*

C

Chriſti Annus 939 | Leonis 7. Pap. 4 | Conſtant. 8. cum Rom. Imp. 28 } Ind. 12.

OTto Rex in Alſatia circundatus potentiſſimo aduerſariorum exercitu, inſperata alia, Deo fauente, potitur victoria, Euerardo Francorum Duce occiſo, Gisleberto Lotharingio Rheno ſubmerſo, da qua Vuitichindus, & Luitprandus. Quo tempore inſigne illud eius factum ad memoriam narratur, quod cū deſertus a multis Principibus eſſet, D Comes quidam qui ei aderat cum ſelecta militum manu, captans occaſionem, extorquendi, quod alioqui iniuſtum erat, ex eius neceſſitate; Abbatiam ſibi dari petijt, prædijs ditiſſimam; cui Rex præciſe negauit, exprobrans quod comminatione id extorquere voluiſſet; abiret, ſi vellet, cum ceteris deſertoribus, non eſſe danda ſancta canibus, & dicata militantibus Deo, militantibus ſæculo. Quibus auditis rubore ſuffuſus ad eius ſe pedes abijciens, veniam petijt. De Gisleberto Lotharingiæ Duce, qui Ottonis ſororem in matrimonio habebat, fertur, niſi cæca fuiſſet regnandi cupiditate ductus, inter pios ſanctoſque Principes numerandum fuiſſe, vt qui ferme ſolus in Galliis, aliis res omnes Eccleſiaſticas diſſipantibus, ſancta habebat, & nobile Monaſterium Bromienſe S. Gerardo, inuito licet, ad Monaſticam collapſam diſciplinam reſtituendam commiſit, & plura militibus ſuis ſubtracta, monaſteriis perpetuo iure poſſidenda contulit. *Aliā obtinet victoriam Otto Rex.* *Eius magnanimis pietas.*

E Hic porro S. Gerardus ex nobilium Auſtraſiorum proſapia Ducum ortus, ſolitariam primo vitam eligens, ad reſtituendam poſt monaſticam diſciplinam a Deo vocatus, adeo bene hoc functus eſt munere, vt decem & octo monaſteria ad regularem obſeruantiam reuocarit, quibus ipſe vigilantiſſima cura paſtorali præerat. *S. Gerard. nobil. Monach.*

Eodem anno defuncto Leoni Papæ, cum ſediſſet annis tribus, & ſex menſ. ſubrogatur Stephanus IX. dictus VIII. patria Germanus, quem idem nuper nominatus S. Gerardus Romam veniens adiit, vt acciperet ab eo Apoſtolicas litteras, pro monaſterio Bromienſi. Hæc in ipſius Gerardi vita pluribus.

Chriſti Annus	Stephani 9. P.	Conſtant. 8. cum Rom. Imp.	Ind. 13.
940	1	29	

Papa a tyrannis male multatur.

CVm Stephanus, natione Germanus, poſthabitis Cardinalibus, opera Ottonis Regis, eſſet electus Papa, Tyrannorum in ſe odium concitauit, adeo vt a quibuſdam ſacrilegis fuerit crebris ictibus facie deformatus, qui propterea deinceps publico abſtinuit. Ex libro veteri de Rom. Pont. ex quo reliqni accepiſſe creduntur. Quod vero Germanus natione, electus Pontifex, adeo male habitus a Romanis fuerit; Ottonis Regis excitauit animum ſacrilegos illos puniendi, & huiuſmodi vim tyrannicam in promotione Pontificum auferendi, ex quo aliquam cæpit occaſionem in electione Pontifieum ſe immiſcendi.

Edmūdus Rex periclitat, & reſipiſcit.

Hoc eodem anno defuncto Ethelſtano Anglorum Rege, ſucceſſit Edmundus, qui cum mox S. Dunſtanum ſuum Conſiliarium elegiſſet, ſed ſuaſione æmulorum eieciſſet, ſuo periculo didicit, quanti Principes facere debeant viros veritatis amatores. Egreſſus namque Rex ad venationem, cum ceruum inſequitur, ab equo, ruptis habenis, verſus præcipitium abripitur. in illa trepidatione, & anguſtijs conſtitutus, recordatur iniuriam ſancto viro illatam, emendationem proponit, conſiſtit equus; ipſe a periculo liberatur. Sanctum Epiſcopum in aulam reuocat, & veniam de iniuria petit; donat quoque illi locum ad ædificandum monaſterium, quod Glaſcouia nuncupatur. Ex Osberto [a] in Dunſtano.

a In V. Dūſtan. c. 13. 14. Apud Sur. 19 Maij.

Agaun. Monaſt. a Sarracen. vaſtatur.

Eodem anno nobile Agaunenſe Monaſterium Sancti Mauritij a Sarracenis inflammatur. De quorum graſſationibus in peregrinos Romam petentes, & occupatione eius monaſterij, Frodoardus meminit. Contigit autem S. Vdalricum Auguſtanum Epiſcopum, poſt monaſterij cōflagrationem, ad illa loca deuenire, vt ſacras SS. MM. reliquias viſitaret, cui Burgundiorum Rex vnum de SS. MM. corporibus promiſerat, Auguſtam deferendum, quod & a clericis obtinuit; & inde digreſſus, cum ad Augiam Inſulam veniſſet ab Aleuuico Abbate partem corporis S. Mauritij, & alias plures reliquias dono accepit, quas, Auguſtam delatas, honorifice condidit. Ex vita Sancti Vdalrici a Marco Velſero edita, ſcripta autem ab eius temporis auctore. In quarum rerum narratione habetur S. Vdalricum, plures eodem die Miſſas ſolitum celebrare. Vbi nobilis Scholiaſtes Velſerus, obſeruat, liberum olim fuiſſe ſacerdotibus, quot vellent vna die Miſſas celebrare, quod ex Vualafrido colligas cap. 21. & fortaſſis ex S. Leonis epiſt. 79. ad Dioſcorum cap. 2. Concilium vero Saleguſtadienſe, cui Bruno Auguſtanus interfuit anno 1023. conſtituiſſe cap. 5. ne quis trium Miſſarum numerum excederet; Alexandrum vero Pontificem, qui obijt anno 1073. ad vnam reuocaſſe.

S. Vldaric. Auguſtan. Eps plures in die Miſſas celebrat.

De Miſſis celebrādis quid ſtatutum.

Hoc pariter [b] anno apud Narbonam, in oppido cui nomen, Fons coopertus CONCILIVM celebratum eſt, in quo controuerſia agitata de finibus diœceſum, decretum vt Pallaria Vrbs ſacra peteret ab Vrgellitano Epiſcopo. Quæ præterea in eo Concilio decreta fuerint, ignoratur.

b Marian. de reb. Hiſp. li. 8. c. 5. Hoc anno 940.

Chriſti Annus	Steph. 9. P.	Conſtant. 8. cum Rom. Imp.	Indict. 14.
941	2	30	

APVD SVESSIONES SYNODVS habetur in cauſa altercationis duorum, qui ſe Archiepiſcopi Rhem. eſſe profiteretur, Hugonem videlicet, qui puer (vt dictum eſt) in gratiam patris eius electus fuerat, & Artaldum qui, eo pulſo, in eam ſedem, ex Monacho, fuerat cooptatus. In qua Synodo idem iuſſus eſt ceſſare

Artaldus,

A Artaldus, eo quod iuraſſet, ſe nunquam in eum Archiepiſcopatum intromiſſurum. Hugoque receptus, eo quod clero populoque petente vocatus eſſet, qui vt ſedem recepit, ab exilio Frodoardum reuocauit, in quo ab Heriberto Comite, Hugonis patre fuerat detentus. Quibus peractis Rhemos profecti Epiſcopi Hugonem conſecrant Archiepiſcopum. Ex Frodoardo.[a]

Quo item anno Fridericus Archiep. Moguntinus iterum poſtulatus iudicio defectionis atque coniurationis initæ hoc ipſo anno ab Henrico Ottonis fratre, & alijs Principibus, (in quos ipſe Otto animaduertit) purgauit ſe publica teſtificatione per Corporis, & Sanguinis Chriſti perceptionem. hæc apud Reginonem, hoc anno. Addit Vuitichindus[b] grauem Monachis perſecutionem motam, quã lege apud ipſum.

Sub Haudumaro Fuldenſi Abbate, templum Fuldenſe celebre igne conſumptum, B & ab eodem reſtauratum eſt. apud eundem Vuitichindum.

Quod ad res Italiæ ſpectat, nihil præterea, quod prodamus inuenimus, niſi Diploma priuilegij conceſſi ab Hugone, & Lothario filio Italiæ Regibus monaſterio Sancti Vincentij ad fontes Vulturni, quod recitat Ioannes eiuſdem monaſterij monachus in Chronico, quod ab exordio mundi vſque ad tempus Paſchalis II. perduxit.

Quod ad res pertinet Orientales, Ruſſorum claſſem ab Imp. ſuperatam ac penitus profligatam tradit Curopalates, ita vlciſcente numine in eos qui Chriſtianis immenſa intulerant mala. de qua item victoria Luitprandus[c] Nortkmannos appellans, (ideſt Aquilonares) quos Græci Ruſſos vocant.

[a] In Chr. hoc ann. & hiſtor. Rhem. lib. 4. c. 27.

Purgatio p Euchariſtiam.

[b] li 2. prope finem.

Fuld. Mona. conflagrat, & reficitur.

[c] lib. 3. c. 6

C

Chriſti Annus	*Stephani 9. P.*	*Conſtant. 8. cum Rom. Imp.*	*Indict.*
942	3	31	15

Legati Rhemenſis Eccleſiæ Roma regreſſi pallium deferunt Hugoni Epiſcopo ab Stephano tranſmiſſum. Cum quibus pariter legatio venit a Rom. Pont. ad Principes Regni, rebellantes aduerſus Ludouicum Regem, & eum recipere detractantes, vt eum recipiant, & Legatos ſuos Romam dirigant, quod ſi vſque ad Natiuitatem Domini facere non procurarint, excommunicandos tunc fore ſe nouerint. Ex Frodoardo; qui & paruiſſe Principes Rom. Pontifici docet.

Hugo Rex Roma turpiter pulſus, vt ante dictum eſt, quotannis Albericum vrbis D Principatum tenentem oppugnabat, occupatiſque omnibus ciuitatibus, præter Romam, gladio & igne omnia vaſtabat. Ex Frodoardo, & Luitprando.[d] Porro S. Odo Cluniacenſ. Abbas qui ante ſexennium Romam euocatus Hugonem, & Albericum inter ſe conciliarat, rurſum venit. de quo narrat Io: eius diſcipulus,[e] & Monaſterii S. Pauli Abbas, eum vſque ad mortem ægrotaſſe, & cupidum reuiſendi S. Martinum Turonis, cui addictiſſimus erat, in viſu audiuiſſe virum præſtanti forma talia ſibi dicentem, iam quidem o ſancta, & Deo dilecta anima, inſtat tempus vocationis, & diſſolutionis tuæ, ſed Martinus retinet te præcibus ſuis, vtque poſſis redire in patriam vires ſubminiſtrat. Cum autem eo perueneris, mox tibi vita pro morte, & beata electorum ſocietas, pro laboribus tuis, a Chriſto donabitur. Viſionem illam non dubiam efficiunt ſigna mox ſequentia, remitti cæpiſſe morbum, conualuiſſe, Turones veniſſe, E ibi lachrymis, & precibus Deo ſe immolaſſe, illicque ſpiritum reddidiſſe, in octaua S. Martini. De eiuſdem obitu Frodoardus, in fine huius anni, ex quo corrigas Sigebertum illum ponentem ante quinquennium.

Succeſſit ipſi in monaſtica Præfectura Adamarus, quem beatæ ſimplicitatis, & innocentiæ filium nominat Odilo in vita S. Maioli,[f] quem in monaſterio ſucceſſorem aluit in Chriſto, commendatus ab eo patientiæ nomine, quod oculorum luminis priuationem mira patientia toleraſſet.

In reſtituenda monaſtica diſciplina adlaborauit etiam hoc tempore multum Adalbero Epus Metenſis, de quo Sigebertus[g] Gemblacenſis in vita S. Guiberti Confeſſoris,

[d] lib. 5. c. 1. in fine.

[e] Apud Sur. 18. Nouembr.

Vltio facta Odoni Abb. Clun.

[f] Apud Sur. 11. Maij.

[g] c. 8. apud Sur. 23. Maij.

vocans eum nobilium Chriſtianiſſimum,& Chriſtianorum nobiliſſimũ, ſcribit eum A
orſum a præſtãtiſſimo ſuæ parochiæ monaſterio, Gorzia dicto, in quo vix religionis apparebant veſtigia,& collaborante ſibi ad hoc opus Abbate Agenoldo, ad magnam perfectæ monaſticæ diſciplinæ formam illud perduxiſſe.

Hoc anno menſe Apr. datum habetur priuilegium a Conſtantinopolitanis Impp. monaſterio S. Vincentij ad fontes Vulturni, quod in ſuo Chronico, vna cum alijs monumentis ad id ſpectantibus Io: Monachus, earum rerum ſcriptor intexuit. Flagrantia in Italia bella ciuilia effecerunt, vt Cõſtantinopolitani Impp. potirentur Calabria, Apulia, atque ea Campaniæ parte, quam Vulturnus alluit, poſita antea ſub ditione Longobardorum Beneuenti, & Capuæ.

B

Chriſti Annus 943 | *Marini 2. Pap.* 1 | *Conſtant. 8. cum Rom. Imp.* 32 | *Ind.* 1.

STephanus Papa, vbi ſed. ann. 3. men. 4. & d. 5. (vt habet vetus Codex Vaticanus de Rom. Pont.) ex hac vita migrauit, ſubrogato Marino huius nominis ſecundo, quem alij Martinum nominant, natione Rom. qui omiſſis inſanabilibus tumultibus bellicis, totum ſe tradidit ad componendam Eccleſiam, tam in cleri, quam in Monachorum reformatione, & in Baſilicarum reſtauratione, & cura pauperum. litteris vero egit, vt inter Chriſtianos Principes, mutuo decertantes, pax componeretur. hunc iam olim fuiſſe dono prophetiæ imbutũ, res geſtæ Vdalrici Epiſcopi Auguſtani declarãt. C

Eodem quoque anno defuncto Heriberto Comite, rurſum per Artaldum de Archiepiſcopatu Rhemenſi negotium faceſſitur Hugoni eius filio.

Chriſti Annus 944 | *Marini 2. P.* 2 | *Conſtant. 8. cum Rom. Imp.* 33 | *Indict.* 2.

Imp. Conſtantinop. Hugõ. fil. poſtulat. vx. filio.

Fraxineto deijciũtur Sarrac. ab Hug. rege.

Hugo Rex fœdere iũgit Sarrac. male conſultus.

a lib. 1. c. 7

Chriſti imago miraculo expreſſa.

b Apud Metaphr. 16. Aug.

Traslatio eius Cõſtatinop. anniuerſarie celebris.

POſt celebratam Conſtantinopoli Synodum, in qua doloſe depoſitus eſt Tryphon Patriarcha CP.nus in locum eius ſubſtitutus eſt Theophylactus filius Imp. Quomodo autem iſta ſe habuerint, lege in Annalibus, maxime vero apud Curopalatem.

Eodem quoque anno, idem auctor tradit miſſam fuiſſe legationem a Conſtantino D
Imp. Leonis filio ad Hugonem Italiæ Regẽ, vt filio ſuo Romano eius filiam Bertam nomine iungeret matrimonio, quod & factum eſt, interueniente pariter ab ipſo Rege Hugone ad eundem Imper. legatione, pro mittenda claſſe aduerſus Sarracenos, quod & præſtitit Conſtantinus exuſtis omnium Sarracenorum nauibus, quæ Sarracenis Fraxineti commorantibus erant auxilio. factum inſuper vt ipſe Hugo armis potens ipſum caperet Fraxinetum, Sarracenis fuga lapſis in proximos montes.

Quibus hactenus feliciter geſtis, infeliciſſime accidit, vt timens Hugo Rex Italiæ Berengarium Marchionem Eporregiæ ciuitatis, tyrannum Italiæ, cum ijſdem Sarracenis fædus iungeret. ex quo audaces redditi hoſtes Chriſtianæ fidei, ſicut antea, Chriſtianos inde tranſeuntes, vt, ex more, Apoſtolorum limina frequentarent, neci tradiderunt. Quod frequentiſſime factum memorat Frodoardus, & Luitprandus [a] ingentem E
occiſorum eſſe fuiſſe numerum ſignificat. Sed male Hugoni ceſſit hæc cum impijs confœderatio, nam deinceps illi omnia infelicia euenerunt vſque ad obitum.

Sub eadem indictione ſecunda famoſiſſima illa imago Chriſti Redemptoris miraculo expreſſa, ipſo Chriſto viuente, & ad Abagarum miſſa (de qua ſuperius ſuo loco dictum eſt) Conſtantinopolim Edeſſa translata, habetur apud Curopalatem, [b] cuius imaginis, & translationis prolixiorem hiſtoriam ſcripſit ipſe Conſtantinus Porphyrogenitus filius Imp. plura, quæ tum contigerunt, narrans miracula. Porro ipſa dies 16. Aug. qua eadem ſacroſancta imago Conſtantinopolim delata eſt, ex eo tempore

fuit

A fuit perpetua memoria conſecrata, & anniuerſarijs ritibus celebrata, & in ipſorũ Menologio deſcripta. At vero poſtea bellis ingruẽtibus ipſa Cõſtantinopolitana ciuitate ſæpe capta, & ab hoſtibus direpta, atque a Catholica communione ſæpe diſciſſa, Dei prouidentia eadem imago veneranda fuit Romam perlata, vbi hactenus colitur in titulo S. Silueſtri. Contigit & aliud admirabile quiddam ſub eodem Conſtãtino Porphyrogenico, deſcribiturque fideliſſime in vita S. Pauli in Latio, a loco ita nominati, anachoretæ, qui hoc tempore miranda claruit ſanctitate, non apud Orientalem tantum orbem, ſed etiam Occidentalem. frequentatus enim eſt vndiq; Principum legationibus, quod ſciretur in primis eſſe fide Catholicus, & communicatione iunctus Sedi Apoſtolicæ. ad quem etiam ſalutandum Papa Romanus Monachum miſit. In primis autem eum coluit Conſtantinus Imper. cuius prædictionibus acquieſcenti omnia illi B ex ſententia eueniebant, abnuenti contra infeliciter.

Poſt ſæcula trãsfert Romam.

S. Paulus celebris anachoreta.

Eodem anno, inchoata iam tertia indictione, Romanus Imp. qui cum in honore eſſet, non intellexit, ex collega, in quem a Cõſtantino aſſumptus erat, iam in Dominum mutatus, ſibi filijſque ſuis aſſumens, & tribuens Primatum Imperij, nomen tantũ inane Conſtantino legitimo hæredi Leonis Auguſti relinquens; a Stephano ſuo filio Imper. ab ipſo declarato capitur, exuitur Imperio, & attonſus in Monachum relegatur in Inſulam, cum 26. annũ in Imperio egiſſet. Sed & poſt menſem elapſum, & dies quinque, idem Romani filius & Conſtantinus fratres inter ſe mutuo de Imperij Primatu certantes, ambo in menſa tenti, & in Inſulas deportati ſunt. Sicque (vt prius erat) vni Conſtantino, Leonis filio, eſt relictum Imperium. hæc pluribus Curopalates alijque Græcorum hiſtorici, & ex Latinis Luitprandus [a] profuſius.

Rom. Impe. a filio priuatũ Imperio idq; Dei iuſto iudicio.

a li. 5. c. 9. 10. 11.

C Sed ad res Occidentalis Eccleſiæ. De rebus Germanicis valde mirandum, quod hoc quidem contigiſſe anno Frodoardus narrat in Tranſrhenenſibus Germaniæ regionibus homini cuidam, cui ante 14. annos manus abſciſſa fuerat (ſicut, inquit, aſſerunt qui nouerunt) ſolito, dum noctu dormiret, ei ex integro reſtauratam fuiſſe. Vuitichindus [b] & ipſe ſui temporis ſcriptor, in manus miraculo, hoc variat, quod ait, poſt annum fere integrum, quàm ei ferro amputata fuerat, dormienti reſtitutam, quæ pro ſigno miraculi ſanguinea linea, loco coniunctionis, notabatur. In ijſdẽ partibus ignei globi, inquit Frodoardus, ferri videbantur in aere, quanquàm nullus illic circumuolantes incenderent domos, & villas. A quibuſdam vero locis, crucibus oppoſitis, cum benedictione, & aqua benedicta, repellebantur.

Miraculũ.

b lib. 2.

Prodigiũ. Miraculũ.

Hic ad finem anni huius vnicum innuimus, quod extat, monumentum Marini Papæ, D nempe Diploma hoc anno datum continens priuilegium conceſſum Monaſterio S. Vincentij ſuper Vulturni fontes, recitatum in ſuo Chronico a Ioanne Monacho eiuſdem Monaſterij, qui claruit, & ſcripſit tempore Paſchalis Secundi.

Chriſti Annus	*Marini 2. P.*	*Conſtantini 8. Solius Imp.*	*Ind. 3.*
945	3	34	

HOc anno datum habetur Diploma ab eodem Hugone, & filio eius Lothario, de conceſſione facta clericis Vercellenſibus.

E

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Hugo, & Lotharius diuina clementia Reges.

Quæ ſanctis, & venerabilibus locis diuino cultui mancipatis, more bonorum Chriſtianorum, deuotiſsime contulerimus noſtri muneris ſuffragio certiſsime credimus, nos noſtrumque Regnum interceſsionibus ſanctorum cæleſti iuuamine ſemper ſubleuari, atque Diuinis beneficijs ſublimari. Quo circa &c. Dat. & Act. Papiæ Id. Aug.

anno Incarnationis Domini 945. Regni vero Domini Hugonis 20. Lotharij 15. Indict. 3. In eo diplomate Sancti Euſeb. dicitur, prædicando fidem Catholicam palmam martyrij eſſe decentiſſime conſecutus. A

Hugo a prop abdicatur.

Eodem anno Hugo Rex Italiæ Regno abdicatur, Lothario eius filio retento, & Berengario aſcito. *Rurſumque doloſe Hugo reuocatur, vt Berengarius eius theſauro potiretur.* Sed is nihil ſibi tutum videns, tandem in prouinciam, vnde venerat, Arelatenſis Comes reuerſus eſt, nec diu poſt vixit. Ex Frodoardo, & Luitprãdo.[a] Hoc amplius Leo[b] Oſtienſis. Ipſe Hugo cum omni theſauro ſuo in Burgundiam properans, monaſterium illic permagnificum conſtruxit ſumptibus propriis, quod ſub titulo S. Petri appellari voluit, ibiq; omnibus traditis, ipſe monachus effectus eſt.

a li. 5. c. 13
b Chr. Caſſin. lib. 4. c. 64. in fine.

Manaſſes pluriũ Epiſcopatuum icubator pdit̃or Hug Reg. a quo acceperat.

Obſeruandum eſt a Deo reiectum fuiſſe Regem Hugonem ſimul ac fœdus cum impijs iniit. & qui plures Manaſſi affini ſuo dedit Epiſcopatus, contra ius faſque, vt eo modo, (quod putabat) Regnum ſibi ſtabiliret, iuſto Dei iudicio eum primum rebellem ſenſit, cupiditate allectum potiundi Archiepiſcopatu Eccleſiæ Mediolan. a Berengario ſibi pollicito, ſicque eidem Italiam repetenti aperuit oſtium, & vt alij Principes Italiæ ab Hugone deficerent, procurauit. B

Funus cæleſti lumine deductum per 200. milliaria.

Eodem anno rurſum recrudeſcentibus bellis in Gallijs, inter Ludouicum Regem atque Hugonem Francorum Ducem, cum vir Sanctiſſimus Theotilo Archiep. Turonenſis, vt inter eos pacem componeret, fruſtra laboraſſet, ex hac vita migrauit. Cuius funus, apparẽte cælitus lumine, per millia fere ducenta, Turonos vſque deductum eſt. Ex Frodoardo.

In pago Pariſienſi, & per diuerſos etiam pagos hominum diuerſa mẽbra ignis plaga peruaduntur, & ſenſim exuſta conſummebantur. Plures tamen qui ſanctorum loca adierunt, ſanati ſunt. Frodoardus. C

Ludou Rex capit̃ a Northm.

Eodem anno Ludouicus Rex Francorum, dolo Hugonis Principis, comprehenſus eſt a Northmannis, quos ſibi putabat fideles, & per annum integrum in cuſtodia detẽtus, tandem tradito Laudunenſi caſtro, quod Hugo petierat, liberatur. Frodoar.

Christi Annus	Agapiti 2. P.	Conſtantini 8. Solius Imp.	Indict.
946	1	35	4.

D

MArinus Papa moritur, cum ſediſſet annos 3. men. 3. dies 13. vt habet vetus Cod. Vatic. de Rom. Pont. De rebus geſtis eiuſdem Pontificis, præter ea quæ habet Leo Oſtienſis[c] in Chron. Caſſinate priuilegia, & Apoſtolicas litteras, reliqua omnia obſcura. rurſum autem, mortuo Marino, cum ſucceſſiſſet Agapitus, querente Abbate, quod Principes Monaſterium S. Sophiæ occupaſſent, acriter eos Apoſtolicus increpauit, quod talia tentare præſumerent. rurſum autem cum ijdem memorati Principes, Capuanũ Monaſterium ſub ſuam poteſtatem redegiſſent, & per eam occaſionem fratres ſæculariter viuerent; eo comperto memoratus Pont. eos Principes vehementer de tanto ſcelere redarguit, & vt ab omni eius dominatione in poſterum abſtinerent, illis mandauit; omnes autem monachi ad ſuum Caſſinenſe cœnobium, relictis ibi duobus, aut tribus tantum ſenibus fratribus, cum omnibus monaſterij rebus protinus redirent, ibidem ſub Abbate proprio Domino ſeruituri; alioqui & Principes, & Monachos, niſi obtemperarent, auctoritate Apoſtolica communione priuandos. De alio quoque priuilegio a memorato Abbate recepto de alio monaſterio initio eius Pontificatus refert idem Leo. E

c li. 1. c 60. 61. 62.

Monaſt. Caſſin. reſtituitur.

Monaſt. Gemblac. inſtituitur.

Florebat hoc tempore ſanctitate clarus Guibertus; cuius præclaras res geſtas Sigebertus ſcriptis mandauit, lucerna plane inter tot tenebras ardens, & lucens, a quo inter alia egregia ſanctitatis monumenta, hoc eodem anno eſt erectum in Gallia nobile Monaſterium Gemblacenſe, quod tum Ottonis Regis cum ipſe apud eum non-

A nihil preſſuræ paſſus fuit ab inuidis, tum etiam Agapiti Rom. Pont. priuilegiis communitur. De quibus Sigebertus eiuſdem cœnobii monachus in Guiberto.[a]

Hoc eodẽ anno Anglicana Eccleſia, nouo Rege Edredo ſubrogato fratri ſuo Edmundo, bene diſponitur, dum S. Dunſtano tantum Regnum gubernandum cõmittit, quod tenuit annos nouem; ſub quo etiam claruit S. Ælfegus Vuintonienſis Epiſcopus. [a Apud Sur. 23. Maij.]

Eodem anno apud Nouiomum in Gallia reperitur, & eleuatur venerãdum corpus S. Hunegundis Virginis, quæ egregia claruerat ſanctitate, ſub S. Eligio, eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, ex diuina facta reuelatione Bertæ ſanctimoniali, egregiæ ſanctitatis. Quo ſpatio multa illic diuinitus ſunt declarata miracula, atque ingens ſplendor perpetuo ad S. corpus permanſit, ita vt a pectore virginis, & ſurſum, pro ſordibus pulueris nitentia relucerent fragmina margaritarum: & quibuſdam clariſſimis erumpentibus B ſcintillis aſpicientium reuerberarentur obtutus. tanta etiam ibidem ſentiebatur odoris fragrantia, vt omnium nares ineffabili ſatietate complerentur. Quicunque autem ad ſacrum illud corpus intueri poterant, quocunque eſſent affecti morbo illico curabantur. ex eius temporis auctoris, narratione deſcripta. [In Inuẽt. S. Hunegũdis plura miracula.]

Quo ad res pertinet Orientales, eodẽ tẽpore Conſtantinus Imp. audito Berẽgariũ potentia præſtare Lothario, ob amorem nurus ſuæ, eius ſororis, beneuolas ſcripſit litteras Berengario, & commendaticias pro Lothario, vt fidelis ei eſſet adminiſtrator, (ſcripſit Luitprandus) cui, Deo largiente, extiterat gubernator. Ab ipſo vero Berengario ad Conſtantinum mittitur idem ipſe Luitprandus hiſtoricus, qui ſuam ipſius legationem deſcribit, multaque admiratione digna narrat.

C *Chriſti Annus* 947 — *Agapiti* 2. *P.* 2 — *Conſtantini* 8. *Solius Imp.* 36 } *Ind.* 5.

VIRDVNI CONCILIVM habetur in cauſa inueterata Epiſcopatus Rhemenſis, inter Hugonem olim puerum ordinatum Archiepiſcopũ, & Artaldum contra eum poſtea ordinatum. Ad quod Hugo per duos Epiſcopos euocatus, venire noluit. Vniuerſum vero Concilium Artaldo Rhemenſi tenendũ iudicauit Epiſcopium, & indixit Synodum habendam Idib. Ian. ex Frodoardo.

Quia vero cauſa valde implicita, non videbatur, plene definiri poſſe per Prouinciales Epiſcopos, placuit plenum Concilium conuocandum ex Epiſcopis Galliæ, atque D Germaniæ, quod factum eſt anno ſequenti, coram Apoſtolicæ Sedis legato.

Interim Hugo probe ſciens quãti eſſet Rom. Pont. auctoritas in eiuſmodi definiendis controuerſiis, clericum ſuum, cum falſis litteris, quaſi conſcriptis ab Ẽpis Rhem. diœceſis legat, quibus petebatur vt Epiſcopatus Rhemenſis Eccleſiæ, eidem ab Apoſtolica Sede confirmaretur Hugoni. Quibus litteris fidem habens Agapitus P. ſcribit ad Ẽpos Galliæ, atq; Germaniæ, vt Hugo Rhem. Eccleſię ſedere debeat Epiſcopus.

Moritur hoc anno S. Ælfegus [b] Vuintonienſis in Anglia Epiſcopus, ſanctitate clarus, & ſpiritu Prophetiæ imbutus. [b Flor. hiſto.]

Hoc eodem anno, Ottonis Regis XI. moritur eius coniux Aedita Regina, ſanctitate præclara, quam & poſt obitum miraculis claruiſſe, Ditmarus[c] eius temporis ſcriptor teſtatur. [c lib. 2.]

E Celebrata [d] eſt hoc pariter anno ASTVRIAE IN HISPANIA, ſub Salomone eius ciuitatis Epiſcopo SYNODVS DE CHRISTIANA DISCIPLINA, Acta deſiderantur. [d Moral. Chr. Hiſp. li. 16. c. 18.]

Chriſti Annus 948 — *Agapiti* 2. *P.* 3 — *Conſtantini* 8. *Solius Imp.* 37 } *Indict.* 6

INDICTA SYNODVS CELEBRATVR Idib. Ian. ante conſpectum Caſtri Moſomi ab Archiep. & ceteris Treuirenſ. diœceſis Epiſcopis, & aliquibus Rhemenſis. Veniens illuc Hugo Synodum noluit ingredi, litteras vero quãdã ex nomine

Agapiti Papæ miſit ad Epiſcopos clericum ſuum, qui eas Roma detulerat, nihil aucto A
ritatis canonicæ continentes, hoc tantum præcipientes, vt Hugoni Rhemenſe redde-
retur Epiſcopium. Quibus lectis ineuntes Epiſcopi conſilium cum Abbatibus, & cete
ris ſapientibus, qui aderant, reſponderunt, non eſſe dignum vel congruum, vt manda
tum legationis Apoſtolicæ, quod dudum Archiepiſcopus Treuir. deferente Præſule
Moguntinenſi, coram Regibus, & Epiſcopis tam Galliæ, quam Germaniæ ſuſcepe-
rat, & partem iam petitionis ipſius exegerat, propter illas intermitterent, quas inſidia-
tor Artaldi Præſulis exhibebat, immo quod regulariter cæptum fuerat canonice per-
tractaretur. ſicque ſecundum definitionem recitati capituli 19. Carthagin. Concilij, iu-
dicatum eſt, vt Artaldo Præſule retinente communionem, & Parochiam Rhem. Hu-
go qui ad duas Synodos euocatus venire contempſerat, a communione & regimine
Rhem. Epiſcopij abſtineret, donec ad vniuerſalem Synodū, quæ indicebatur ad Kal. B
Aug. ſeſe purgaturus occurreret. quam definitionem eidem Hugoni miſerunt, at ipſe
poſt alteram diem remiſit, dicens, quod ipſorum iudicio nequaquam obediturus ſit.
Interea proclamationis litteræ a Domno Artaldo diriguntur ad Agapitum Papam,
qui Marinum Epiſcopum Vicarium ſuum mittit ad Ottonem, propter euocādam, &
congregandam GENERALEM SYNODVM, & litteras ad Epiſcopos Galliæ,
& Germaniæ euocantes eos ad Synodum in Engelheim palatio Regali, in Eccleſia
B. Remigij, cauſa maximarum diſſenſionum quæ agitabantur inter Regē Ludouicum
& Hugonem Principem: inter Artaldum quoque Rhem. Epiſcopum, & Hugonem
illicite ſubſtitutum, quæ perturbauerant Regnum Francorum. Reſidentibus igitur

Ludou. Rex pclamat aduerſus Hugonem Principem in Concilio.

Epis, & glorioſis Regibus Ottone, & Ludouico, poſt allocutionem præfati Marini
Sed. Apoſt. Legati, exurgens Ludouicus proclamationis ſuæ querimoniā propalauit C
corā præmiſſo Rom. Sed. Vicario, ceteriſq; confidentibus Epis aduerſus Hugonem
Principē. Deinde ſurgens Artaldus Archiep. protulit ſecundū iuſſionem Papæ Rom.
quam ei delegauerat, litis initium atq; tenorē, quę verſabatur inter ipſum, & Hugonē
ſubrogatum Eccleſię Rhem. Antiſtitem. Poſt quarum litterarum recitationem, ingreſ
ſus Synodum clericus præmiſſi Hugonis, curauit recitari litteras a ſe Roma delatas,
quibus continebatur, Rhem. diœceſeos Epiſcopos rogaſſe pro reſtauratione Hugo-
nis in ſede Rhem. & expulſione Artaldi. negantibus autem Epiſcopis ſe conſenſum
præbuiſſe, nec valente clerico contrarium probare, præcepit Domnus Marinus, ſug-
gerens vniuerſæ Synodo, vt iudicarent de calumniarum in Epiſcopos delatore. At
illi lectis capitulis de calumniatoribus, vnanimiter cenſent eum, quo fruebatur hono-
re, priuari debere, ac ſecundum capitulorum tenorem in exilium detrudi. Diaconatus D
igitur, quo fungebatur miniſterio multatus, a conſpectu Synodi reprobatus abſceſſit.
Artaldo vero Præſuli, qui omnibus ſe Synodis præſentabilem fecerat, non refugiens
Synodale iudicium, Epiſcopium Rhem traditur & confirmatur.

In ſecunda confeſſione præcipiente Marino Vicario, vt Synodus ſuper inuaſorem
Hugonem proferret ſententiam, recitatis Decretis SS. Pontificum eum excommuni-
cauerunt, atque ab Eccleſiæ Dei gremio repulerunt, donec ad pœnitētiam, & dignam
ſatisfactionem venire procuraret. Ceteris quoq; diebus alia plura tractata ſunt de in-
ceſtis coniugijs, de ſimonia, & alijs ad vtilitatem Eccleſiæ. Ex Frodoardo.

Quæ cauſa reliqua erat definienda inter Ludouicum Regem, & Hugonem Princi-
pem, delata fuit ad Synodum Treuiris, hoc ipſo anno celebrādam. Cum vocatus non
aduenīſſet Hugo, nec expectatus vſque ad tertiam diem, qua tandem, inſiſtente præci- E
pue Liudulpho legato, & Capellano Regis Ottonis, excommunicatur Hugo Comes
inimicus Ludouici Regis, pro malis perpetratis, donec reſipiſcat, & ad ſatisfactionē
coram Marino Vicario, vel Epiſcopis, quibus iniuriam fecit, deueniat. Quod ſi face-
re contempſerit, Romam pro abſolutione ſui proficiſcatur. Excommunicantur, &
duo pſeudoepiſcopi ab Hugone damnato ordinati. Excommunicatur & clericus Lau
dunenſis, accuſatus a ſuo Epiſcopo, quod Thetbaldum Epiſcopum excommunica-
tum in Eccleſiam introduxerit.

Vocatur Bellouacenſis Epiſcopis litteris Marini Vicarij Papæ, vt coram ſe, vel co-

ram

A ram Papa reddat rationem pro illicita ordinatione prædictorũ pſeudoepiſcoporum, cui interfuerat. Vocatur, & Heribertus Herberti Comitis filius ad ſatisfactionem venire pro malis, quæ contra Epiſcopos agebat. His geſtis Epiſcopi reuertuntur ad ſua. Marinus Vicarius deducitur in Saxoniam ad Regem, vt conſecraret Eccleſiam Fuldenſis Monaſterij. Ex Frodoardo, breuius.

Chriſti Annus	*Agapiti 2. P.*	*Conſtantini 8. Solius Imp.*	*Indict.*
949	4	38	7.

AGapitus Papa, SYNODVM HABVIT APVD S. PETRVM in qua damnationem Hugonis Epiſcopi apud Ingelenheim factam confirmauit, excommunicans etiam Hugonem Principem, donec Ludouico Regi ſatisfaciat. Frodoardus.

B Eodem anno debellatis ab Ottone Rege, magna victoria Danis, iiſdemq; in Chriſtianam religionem acceptis, & Eccleſijs in Dania ordinatis, Agapitus Papa eorum Metropoli Hamburgenſi Eccleſiæ gratulatus, eidem priuilegia a prædeceſſoribus data innouauit; quæ facta eſſe hoc anno teſtatur Adam [a] vetus Chronographus. Quod autem interceſſerit ingens miraculum, vt Haraldus Rex Danorũ fieret Chriſtianus, narrat Vuitichindus [b] temporis huius ſcriptor, de clerico portante candens ferrum in veræ fidei teſtimonium. cui miraculo aſtipulatur etiam Ditmarus, [c] qui hoc ipſo ſæculo claruit, atque ſcripſit. Ferunt etiam, inquit Adam, eo ipſo tempore eundem fortiſſimum Regem Ottonem vniuerſos Slauorum populos ſuo Imperio ſubieciſſe. addit vero Ditmarus, [d] his temporibus accidiſſe plurimas animarum ſenſibiles apparitiones, ad indicandam, inquit, earum immortalitatem, quam Slaui negabant. — *Dani debellati ab Ottone, et Chriſtiani redditi.* a lib 2.c.2 b lib. 3. c lib. 2. d li.1.Chr.

C Hoc eodem anno Vngaris inuadentibus Italiam, Berengarius, ad eos auertendos, generalem collectam indixit, impoſitis in ſingula capita omnis ſexus, & ætatis, ſingulis nummis, nec abſtinuit Eccleſijs ingentique vi pecuniæ acerbe exacta, decem modijs Vngaris traditis, ceteram partem, & quidquid ex Eccleſijs tulit, ſibi retinuit. Ex Luitprando. [e] — e li.5.c.15

Chriſti Annus	*Agapiti 2. P.*	*Conſtantini 8. Solius Imp.*	*Indict.*
950	5	39	8

LOthario Rege Italiæ veneno ſublato e medio, Berengarius vindicat ſibi Italiæ Regnum. Frodoardus. Leo autem Oſtienſis de Lotharii morte agens, [f] ſic ait. — f li.1.c.64.

D Lotharius poſt annos ferme quattuor in phreneſim ſubitam incidens, diem clauſit extremum: ipſeque deinceps in Italia regnandi Francorum Regibus terminum dedit. Porro vxor Lotharii Adelais filia Rodulphi Regis, viro defuncto, ad Attonem propinquum ſuum profugiens, ſe ſe in Canuſinam eius arcem, in agro Regienſi, cõtinuit, euocato ad ſui liberationem Ottone Rege, quem euocatũ quoque ab Agapito Rom. Pont. vt liberaret Italiam a Berengarii tyrãnide, qui ne ab Eccleſiaſticis quidem abſtinebat, tradit Anonymus, qui olim ſcripſit vitas Rom. Pont.

Quo pariter [g] anno Ramirus Rex Legionenſis, in Hiſpania, poſt multas inſignes de Arabibus victorias conſecutas, ac nouiſſime paulo ante obitum, iiſdem in prælio apud Talauera ad internecionem vſque deletis, Deo gratias redditurus, Ouetum profectus, vbi plurimæ Sanctorum reliquiæ aſſeruabantur; illicque ægrotare incipiens, E legionem delatus, moritur. Facta, inquiunt, confeſſione Epiſcopis, & Abbatibus, qui ſecum aderant, deuote ſuſcepit Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Quo facto, ſe a Regno, quod a patre ſuſceperat, abdicauit, proclamans cum lacrymis. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* Regnauit annos decem & nouem, menſ. 2. & d. 25. cui mox ſuccedit Ordonius filius cuius nominis tertius, qui tenuit Regnum ann. 5. menſ. 7. ciuili bello magis quam externo fatigatus, rebellantibus aduerſus eum Sancio fratre, & cum eo Caſtellæ Comite. — g Moral. li. 16.c.19.& alij. *Sarraceni ad internecioné cæſi a Ramiro.*

A

Chriſti Annus 951 | *Agapiti 2. P.* 6 | *Conſtantini 8. Solius Imp.* 40 | *Indict. 9.*

Peregrini a Sarracenis Alpes inſidentibus tranſitũ pecunia redimunt.

OTto Rex in Italiam veniens, fugatis Berengario, Regem agente, & eius filio Adelberto, duabuſque eius filiabus captis, & in Germaniam miſſis. Adelaidem Reginam Lotharij olim coniugem accepit vxorem. hæc Leo Oſtienſis. Eadem Frodoardus, qui & addit. Sarraceni meatum Alpium obſidentes, a viatoribus Romam petentibus tributum accipiunt, & ſic eos tranſire permittunt. Atque hæc non eſſe facta ante Octobrem videri poſſunt, cum eo menſe extet Priuilegium collatum Monaſterio Sancti Vincentij ad Fontes Vulturni, Regni Berengarij, & Adelberti primo, Indict. 10. B

Tyrannus Angliæ repente moritur.

a Flor. hiſt. Matth. Veſtm.

Quo pariter anno Amalaphus Tyrannus in Anglia, cum adeo inualuiſſet, vt eius Regni partem dimidiam poſſideret, alteram Eadmundus legitimus Rex teneret: vbi aggreſſus eſt incendio tradere Eccleſiam S. Balteri, mox numine vindice, repentina morte percutitur: ſicque abſque armis factum, vt vniuerſa [a] Angliæ Monarchia idem pius Rex potiretur Eadmundus.

Chriſti Annus 952 | *Agapiti 2. P.* 7 | *Conſtantini 8. Solius Imp.* 41 | *Indict.* 10 C

OTto Rex inuitatu Agapiti Papæ venire Romam, prohibente Alberico Principe, qui vrbi dominabatur, non potuit, & licet id ipſe Rex, miſſa legatione petijſſet, non impetrauit. Frodoardus.

Auguſtæ Rhetiæ publicus habetur CONVENTVS EPISCOPORVM, nec non Principum Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum, & Longobardorum, vbi Berengarius cum filio Adalberto, ſeſe ſubijciens Ottoni, ab eo, vt ſubditus, recipit regendam Italiam. Sed prauis infectus moribus, rediens in Italiam Epiſcopos, & Principes male tractans, omnium odium, in ſe conuertit. Apud Reginonem. D

b Crãr. Metr. Sax. lib. 3. c. 15.

Porro iſta de ſubiectione Berengarij, & eius filij Adelberti per viſum oſtenſa diu ante fuiſſe S. Vdalrico Auguſtano Epiſcopo, qui eius res geſtas eſt proſequutus, eius temporis ſcriptor, affirmat. Otto autem Rex haud ingratus pro acceptis a Deo beneficijs, gratias ipſi rependens, inter alia hoc ipſo anno multa donauit Eccleſijs, præcipue vero [b] Oſnaburgenſi, quæ omnia qui proſecuti ſunt res Saxonum, numerant.

Chriſti Annus 953. | *Agapiti 2. P.* 8. | *Conſtantini 8. Solius Imp.* 42 | *Indict.* 11.

E

Otto male donat Abbatias.

Raptores bonorum Eccleſiaſticorũ diuinitus puniuntur.

OTto Rex in gratiam Adelaidis coniugis eius matri Bertæ contra ius faſque Abbatiam dedit, ſed ſuo graui damno: tunc enim in eum conſpirationes eius filij, & Chuntardi Ducis ſunt cæptæ, omniaque turbata. De his pluribus apud Reginonis appendicem, & Vuitichindum, & alios res geſtas Ottonis proſecutos. Inter has turbas cum S. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus vna cum ſuis pro Rege ſtaret, Arnolphus Comes Palatinus filius Arnulphi Ducis Bauariæ, qui aduerſus Ottonem partes eius filij Luitulphi ſectabatur, Auguſtanam ciuitatem cum ſuis ingreſſus, eam eſt deprædatus.

A prædatus. Quæ autem diuina hos ſecuta ſit vltio, auctor eius temporis, fideli, licet rudi, ſtylo proſequutus res S. Vdalrici, narrat. Nullus enim eorum, qui ſibi ſpolia Auguſtæ ciuitatis dicatæ S. Dei Genitrici vindicauerunt, impunitus euaſit, niſi qui ſe ſuis proprijs rebus cum indulgentia reuerendi Epiſcopi redimere, non diſtulerunt. Vnus manus proprias, lacerans perdito ſenſu, ſpiritum exhalauit; alter ab equo percuſſus, mortuus eſt. Arnolphus Comes impœnitens in obſidione Ratiſponæ, in ipſo articulo tumultus occiſus eſt. cuius damnatio ante plures annos per uiſum cognita fuit S. Vdalrico, cum in Sanctorum Concilio accuſaretur de multorum monaſteriorum ab eo facta deſtructione, & quod eorum bona laicis in beneficia contuliſſet, quę omnia idem auctor accurate deſcribit. Bruno frater Ottonis Regis ab ineunte ætate vſus magiſtro Iſraele Scotorum Epiſcopo multum profecit doctrina, & pietate. Hic B defuncto Vuicfredo Archiepiſc. Colonienſi, in locum eius, legitima electione, ſubrogatus eſt; & per Hadamarum Fuldenſem Abbatem Romam miſſum, impetrauit Pallium, ab Agapito Papa, & retulit reliquias de corpore S. Pantaleonis Martyris, & priuilegium Apoſtolicæ ſublimitatis auctoritate traditum, quo eodem pallio, præter conſuetudinem, ſacerdos Domini, quoties vellet indui permiſſus. Properauit in occurſum eius læta ciuitas, vndique iubilans accurrit multitudo. Brunonis res præclaræ geſtæ a Rotgero [a] Monacho, his temporibus proximo, fuerunt deſcriptæ. [a] Apud Sur. 11. Octobr.

C Chriſti Annus 954 | Agapiti 2. P. 9 | Conſtan. 8. Solius. Imp. 44 } Indict. 12.

ALberico Patricio Romanorum defuncto, filius eius Octauianus, cum eſſet clericus Principatum adeptus eſt, Quique poſtea defuncto Agapito, ſuggerentibus ſibi Romanis, Papa Vrbis efficitur. ſic Frodoardus, iſta intuitus, ſcriptor huius temporis.

Eodem anno Corpus S. Matthæi Apoſtoli, & Euangeliſtę, quod primum apud Æthiopiam, vbi paſſus eſt, poſtmodum verò apud Britanniam, (alias Bithyniam) per multa tēpora quieuerat, eiuſdem S. Euangeliſtę reuelatione repertum atque Salerno D num tranſlatum eſt. Leo [a] Oſtienſis. [Trāsl. corpus S. Matthęi Salernum. a lib. 2. c. 5]

Accidit hoc item anno vt S. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus ad Ottonem Regē ac filium eius Luitholphum habentes exercitus ad pugnam paratos, ſequeſter pacis accedens, eos inter ſe mutuo conciliauerit. Ita in rebus geſtis Vdalrici, ex quo auctore, Berno Abbas, quod factum hoc anno Marianus affirmat. Opera inſuper Brunonis Archiep. Colonienſ. factum vt pater filio reconciliatus ei Italiæ Regnum delegarit, ſcribit Rotgerus [b] Monachus in Brunone. [Pater & filius R. P. cōciliant. b In V. Brun. c. 35]

Quo pariter anno moritur Ludouicus Rex Francorum, cuius filius Lotharius puer apud S. Remigium Rex conſecratur ab Artaldo Rhem. Archiep. fauente Hugone Principe, & Brunone Archiep. Colon. cæteris præſulibus, & proceribus Franciæ Burgundiæ, & Aquitaniæ. Frodoardus.

E Sed & eodem anno defuncto Friderico Archiep. Moguntino ſubrogatus eſt in locum eius Vuilelmus filius Ottonis, cuius magna eſt laus ex ſacerdotali conſtantia, apud Petrum Damianum.

Eodem anno celebrata eſt a Rodulpho NOVIOMENSI EPISCOPO SYNODVS, & inter alia ſtabilitum de feriando die S. Hunegundis, cuius corpus haud pridem inuentum fuerat. In illud ſtatutum violantes prodigia oſtenſa ſunt, quæ in appendice [c] ad vitam eius recitantur. [c Apud Sur. 25. Iun.]

Hoc eodem anno Ratherius vir illuſtris inter ſcriptores huius temporis, idemque Epiſcopus Veronenſis adductus in ſuſpicionem, euocationis Arnoldi in [Ratherius ter eiectꝰ epatu, uir inſignis.]

Italiam

Italiam cõtra Hugonem, abiectus eſt potius, quam canonice depoſitus, vt eſt in Actis Rhem. ſub Gerberto. [a] Reſtitutus in eam Sedem, vt eſt in ijdem Actis, rurſum eiectus eſt, vt fama eſt, quod in Hugonis prauos mores inuectus eſſet: tumque a Brunone Colonienſi Archiep. ſuſceptus in patrocinium, Leodienſi Eccleſiæ præficitur; ſed tertio a Leodienſibus etiam pulſus, abſque reſtitutionis ſpe, tertio Veronenſibus redditur per Imperatorem, ob idque de triplici ſua eiectione ipſe luſit hoc verſu. A

a Act. Rhemen. c. 44.

VERONÆ PRÆSVL, SED TER RATHERIVS EXSVL.

Vide Rothgerum [b] in vita Brunonis. Reuerſum autem poſt tertium exilium in ſuum Monaſterium Lobienſe, vnde progreſſus erat, obijſſeque diem extremum anno primo Othonis 2. qui numeratur 973. Sigebertus affirmat, in ſuo autem tumulo humilitatis ergo hæc ſcribi voluiſſe, Henricus teſtatur. Conculcate pedes hominum ſal infatuatum. plura reliquit ingenij ſui egregia monumenta.

b c. 38. apud Sur. 11. Octob.

Eodem anno (Ditmarus ait) cruces in veſtibus apparuerunt, quod ſignum digne accipientibus profuit, irridentibus autem obfuit. B

Chriſti Annus 955 | *Agapiti 2. P.* 10 | *Conſtant.8. Solius Imp.* 44 } *Ind.* 13.

Octauianus nec legitime nec canonice fit Papa.

Agapito bene functo munere paſtorali ex hac vita migrante, cum annos 10. menſes & dies 10. ſediſſet Octauianus, Alberici filius, Vrbis Princeps, decẽ & octo ad ſummum annorum, vt bene ratiocinatur Annalium auctor, Apoſtolicam Sedem inuadit. Huic cum legitima ætas, & alia omnia deeſſent, vt legitimus Pontifex dici poſſet; attamen accedens conſenſus hunc tolerandum, vtcumque perditiſſima illa tẽpora ſuaſerunt magis, quam Eccleſiam ſchiſmate ſcindere, cuius vitandi cauſa, vtpote mali omnium peſſimi, vniuerſa Catholica Eccleſia eum eſt venerata Pontificem, minoris ſciens eſſe mali monſtruoſum quantumlibet caput ferre, quam duobus capitibus infamari, & ſecari vnum corpus in duo. Hic autem reuera primus inuentus, qui mutauit ſibi nomen, vt qui ex Octauiano voluerit nominari Ioannes, pro mutata nõ exuta tyrannide: nam qui dictus eſt a patre, ob temporale Vrbis dominium Octauianus, ob ſpirituale, Ioannes appellari, idcirco voluit, vel quod eo nomine eius patruus Ioannes 11. Papa ſit appellatus, vel vt in nomine ſaltem bene poſſet audire in adulatorijs acclamationibus, quibus male vſurpatum proferri ſoleret ſacrum illud elogium. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Ioannes. C D

Octauianus inuadens Pontificatum prim⁹ mutato noĩe Ioannes vocatur.

Otto delet Vngaros.

Hoc eodem anno magno Dei beneficio contigit, vt Otto Rex Germaniæ infeſtiſſimos barbaros Vngaros, in Germaniam ſe confertiſſimo exercitu infundentes deleuerit, quam victoriam longe ante fuiſſe a S. Vdalrico diuina reuelatione præcognitã, qui res ab eo geſtas fideliter eſt proſecutus, affirmat. Celebrata eſt omnium ore tanta victoria, quam obtentam tradunt die S. Laurẽtij, ex qua vix ſeptem, vel ſex euaſiſſent. Numquam autem apud noſtrates talem eſſe auditam victoriam, apud Reginonem teſtatur, qui Auctarium ad eius hiſtoriam appoſuit. De qua victoria meminit etiã Ditmarus [a] huius temporis ſcriptor, aitque quod pugnaturus Otto aduerſus eos in die S. Laurentij martyris vouit eidem ſancto dedicare Epiſcopatum Merſepurgenſem, quando & exurgens poſt celebratam Miſſam a S. Vdalrico Cõfeſſore Epiſcopo Auguſtano, poſt ſacram acceptam ab eo communionem, haſtam ſacram accepit & pugnauit, & vicit. Et Rotgerus [b] vltimus Scriptor, *Imperator* (per anticipationem) inquit, *indici ſanxit ieiunium ipſa die, quæ tunc erat in Vigilia S. Laurentii martyris, pro cuius interuentu ſibi populoque ſuo ipſum popoſcit eſſe refugium*. Hæc fuit Chriſtiani Principis ad victoriam ſtrata via, nempe ieiunium per quod ſanctorum ſibi cõciliaret auxilium. E

a lib. 2.

b In V. S. Brun.

Porro ingentes gratiarum actiones repenſas Deo, Deique Genitrici Mariæ omnibus Sanctis pro tam glorioſa victoria, qui res Saxonum proſequutus eſt Cran-

tius

A tius [a] tradit. Qui vero ſuis præſto propugnantibus ciuitatem præſul Sanctiſſimus Vdalricus fuit,eoſdem,poſt bellum,quos liberauit,aluit ciues,clericiſq; inopia laborantibus neceſſaria miniſtrauit, locaque ſancta incenſa reſtituit, S. Afræ Eccleſiam in loco ipſi diuinitus oſtenſo ædificauit.alia addidit pia opera tanto Antiſtite digna. a li.4. hiſt. Sax. c. 67.

Hoc pariter anno Anglicana Eccleſia,defuncto optimo Rege Eduino, ſiue Eadredo,ſuccedente Eduino Edmundi Regis filio,voluptuoſo viro,ſacrarum legũ contemptore,nonnihil eſt perturbata,S.Dunſtano, ipſo Regni exordio, in exilium relegato,quod ipſe eum e ſinu impudentiſſimarum feminarum, matris & filiæ, quæ procaciſſime eius nuptias ambibant, violenter abſtraxiſſet. Rem deſcribit Osbertus [b] in Vita S.Dunſtani.Quomodo autem,vindice Deo,Rex ob ſcelus in virum ſanctum cõmiſſum, pellendo eum e Regno, ipſe e Regno expulſus ſit; & quæ cauſa eius exilij B fuerat femina ſceleſtiſſima, ab iiſdem Regis perſecutoribus necata ſit, idem auctor narrat. b c. 22. apud Sur. 19. Maij. Flor. hiſt. Matth. Vueſtmo.

Eodem anno defuncto Ordonio Rege Legionenſi, relicto filio Veremundo adhuc impubere,Regni habenas moderandas ſuſcepit Sancius Craſſus ipſius Ordonij frater. Quod fertur ingenti victoria monitu Pelagij Eremitæ, hoc tempore obtenta per Ferdinandum Gundislauum,an veritate ſubſiſtat, conſule Ambroſium Moralẽ, ceteris a nobis hiſtoricis rerum Hiſpanarum præferendum.

Chriſti Annus	Io.10.Pap.	Conſtant.8.Solius Imp.	Ind.14.
956	1	46	

C

Grauiſſima peſtilentia vexante partes Boreales, prodigioſis antea in veſtibus crucibus apparentibus;& ipſe Otto Rex ea tactus S. Viti martyris interceſſione liberatur. Apud Reginonem,& Vuitichindum. [a]

Hoc eodem anno moritur Theophylactus Conſtantinopolitanus Patriarcha, omni ex parte turpiſſimus. Hic ſexdecim annos natus contra Canones accepit Eccleſię gubernacula,ſub pædagogis aliquandiu grauis & moderatus, ſed poſt permiſſus ſuo more viuere,nihil ex iis quæ turpiſſima eſſent,aut omnino interdicta, prætermiſit:venales proponens Eccleſiaſticos ordines,& creationes Epiſcoporum,& alia faciens veris Epiſcopis indecora,atque adeo omnibus nefanda. Inſaniebat in primis circa curã D equorum,quorum magnam copiam alebat,non feno, aut hordeo, ſed pinnorum fructibus,amygdalis,& piſtaciis,itemque dactylis, & caricis, & vuis paſſis mollioribus, odoratiſſimo vino miſcens crocum, cinamomum, & balſamum, atque alia aromata. Atque ita viuens vitam finit, dum temere adequitans ad quemdam maritimum murum illiſus,ſanguinem ex ore euomuit,& biennium morbo laborans,cum in hydropiſim incidiſſet,mortuus eſt,ſacerdotio turpiter functus annis 23.d.25. a De reb. Sax.lib. 3. Theophylactus Cõſtantinop. nequiſſimus.

In eius mox locum eligitur Polyeuctus Monachus,ob excellentem ſapientiam, & ſimplicitatem morum,& inopiam,Imperatori charus.Ex Curopalate,qui mox ad Roman.Pſeudopontificem ſtylum conuertens,ſic ſcribit. Quaſi vero tempus ambitioſe decertaret,vt ſimul conſentientes,& concordes oſtenderentur Patriarchæ, etiam Romanorum Occidentis Eccleſiam gubernandam ſortitus eſt Ioannes Alberici filius, E ad omnem laſciuiam,& vitium propenſus, quem Otto Francorum Imp. cum eieciſſet,in eius locum alterum Paſtorem præfecit eccleſiæ. Sed id poſtea. At paulo poſt, adducta eſt, inquit, eodem tempore ex Antiochia in Vrbem regiam veneranda Præcurſoris manus,a quodam Diacono,Iob nomine,furto rapta:quæ cum ad Chalcedonem perueniſſet,Imper. miſſa regia triremi,& Senatorij ordinis Principibus, egreſſo quoque obuiam Patriarcha Polyeucto,cum omni clero,cum facibus, & lampadibus, & thure eam in regiam perduxit. Ro. Pſeudoponti fex Io. Manus p̃curſoris ex Antiochia aduerſus Cõſtãtinopolim

Hoc eodem anno,migrat in cœlum magnus ille Paulus Anachoreta,de quo ſuperius mentio facta eſt. Qui præcognito ſuo exitu lætior effectus Sanctorum Natales Pauli Anachor.obit⁹ cum miraculis.

dies

Miraculū. dies lętior celebrauit, præcipue vero quam alacrius colere conſueuit, S. Aecaterinæ. A Ferianti igitur & ſubdio epulanti cum fratribus largus imber imminebat, monachoſque ſurgere parantes ipſe inhibuit, & pluuia curſum, tanquam iuſſa, repreſſit, ne gutta quidem vel tenui lapſa, quo ad ſublatæ menſæ. Idem vero ſurgendi initium fuit, & pluuiæ cadentis, &c. poſt paucos dies ægrotans in cęlum migrauit, cuius migrationis viſiones haud dubiæ factæ ſunt pluribus, quos auctor recenſet, ſimulq; miracula poſt obitum etiam edita, quę cum Auctore Annalium, breuitatis cauſa prætermittimus: illud tamen non videtur omittendum, quod ſequutus fratrem Baſilium vitam anachoreticham agentem in Barachianis montibus eo defuncto, ipſe Paulus verticem montis Latri nominati cōſcendit, in cuius vertice ſaxum attollitur, columnæ inſtar, in quo vitam Angelis parem exercuit annos plures: Locus haud ignotus, quem antea incoluerat S. Athanaſius Anachoreta tempore Michaelis Imp. Iconoclaſtæ. Porro & illuſtrem fuiſſe montem illum, Latrum dictū, habitatione monachorum Sinaitarum, qui ob Sarracenorum incurſus inde profecti, Dei monitu, illuc migrarunt, ipſe teſtatur; habitaſſeque in eo Acacium, de quo Ioannes Climax ſcribit. At vero admirandā Pauli vitam hactenus, latinis incognitam, primus Iacobus Sirmundus Societatis Ieſu, Latinitati donauit. B

S. Athan. Anachor.

Chriſti Annus	*Io: 12. Pap.*	*Conſtant. 8. Solius.*	Imp.
957	2	46	*Indict.* 15.

C

IOannes, qui inuaſa ſede, agebat Rom. Pont. iuuenili ardore ſpirans minarum, & cędis, collecto exercitu, & conductis auxiliaribus copijs ex Spoletano Ducatu, aduerſus Principem Capuanum Pandulphum, cogitur ab eo, auxilio fulto Gilulphi Principis Salernitani, ab incepto deſiſtere. Ad quem poſtea ipſe Ioannes, pacis legationem miſit, quam benigno Princeps accipiens animo, eidem fœdere iunctus eſt. ex hiſtoria Longobardorum Principum Beneuentanorum, & aliorum, ex Columnenſi Rom. Bibliotheca.

Nimia ſeueritas qd pariat.

Accidit his diebus in Oriente, vt nimia ſeueritate Epiſcopi, presbyter a fide factus apoſtata, innumerabilia mala aduerſus imperium perpetrarit. rem geſtam ſic breuiter proſequitur Curopalates. Cum autem Ameras Tarſi Dux Sarracenorum contra Rom. cum exercitu profectus eſſet. atque in Herculis vicum milites prædatum miſiſſet, quidam presbyter, Thomel nomine, ſacrificium incruentum peragens, vt agnouit Sarracenorum irruptionem, relicto ſacrificandi munere, ita vt erat indutus, manibus geſtans Eccleſiæ myſterium, ſic eos qui inuaſerant propulſauit, & multos vulnerauit, haud paucos interfecit, reliquis in fugam verſis, & ab Epiſcopo interdicto ei ſacrificandi munere, poſtquam non impetrauit veniam, ad Agarenos ſe contulit, & Chriſtianam fidem eiurauit, atque cum ipſis egreſſus, non ſolum Cappadociam, & finitima loca vexabat, ſed etiam vſque ad Aſiam, quæ Maior dicitur peruenit, & quanta detrimenta intulerit, nec ſcribere quidem nobis fas eſt. D

Anglia reſpirat.

Hoc eodem anno Anglia depreſſa ob regimen Eduini Regis, eo pulſo, & ſubſtituto ex parte Edgaro, reſpirare cępit. nam ſtatim reuocauit ab exilio S. Dunſtanum, inuitumque præfecit Eccleſiæ Vuigormienſi, in cuius conſecratione accidit illud mirandum vt S. Odo Archiep. expreſſis verbis conſecrauerit eum in Cantuarienſem Archiep. prophetice, quod eſſet futurum præſignans. Osbertus in Dunſtano. E

Chriſti Annus	*Io. 12. Pap.*	*Conſtant. 8. Solius*	Imp.
958	3	47	*Indict.* 1

Berengar. duro iugo præmit Italiam.

LVitolpho Ottonis Regis filio defuncto, quem Pater miſerat ad coercendam tyrannidem Berengarij tyrannus ſolutus timore, impune graſſatur, abſque delectu

pro-

A profana ſacraque deuaſtans, ſub cuius duro iugo, vſque ad Ottonis ipſius aduentum, Italia gemuit. Quo pariter anno Otto ipſe in Sclauos ducit exercitum, eoſque debellat, occiſo eorum Regulo. *Sigebertus.*

Otto Sclauos debellat.

Turcarum Rex, ſeu Dux fidei Chriſtianæ deſertor ab Ottone captus, ſuſpenditur in patibulo, vt ſcribit Curopalates, de quo nulla apud Latinos mentio.

Moritur hoc anno Sanctus Gerardus [a] Abbas Bromienſis monaſticæ diſciplinæ reſtitutor, & propagator, cuius res geſtæ ad Gentium Abbatem ſcriptæ fideliter adhuc extant.

S.Gerardi obitus.
a Molā.de SS.Belg.

Inſuper hoc anno moritur Sanctus Odo Cantuarienſis Epiſcopus, ſucceſſoremque habuit nequiſſimum hominem, qui malis artibus in eam ſedem irrumpens, Romam venturus B accipere pallium (quod ſolebant Cantuarienſes Archiepiſcopi, non per alium, ſed per ſemetipſos coram petere) infelici exitu in via extinctus eſt. Porro eidem ſedi paulo poſt cedente altero, Sanctus Dunſtanus eſt præfectus Antiſtes.

Chriſti Annus 959 | *Io.12.Pap.* 4 | *Conſtant.8.Solius Imp.* 48 | *Ind.2.*

C Legati Reginæ Rugorum Helenę ſub Roman. Imper Conſtantinopolitano, Conſtantinopoli, ſed ficte baptizatam, ad Regem Ottonem venientes Epiſcopum, & presbyterum eidem genti petebant. hæc apud Reginonem hoc anno; ſequenti vero, ait, Sebutium ex Cœnobitis Sancti Albani ab Adaldago Hamburg. Epiſcopo Rugorum Epiſcopum ordinatum: eum vero anno ſequenti diem obijſſe, in locumque eius ſubrogatum fuiſſe Adalbertum ex Cœnobitis Sancti Maximini in Rugorum, ſiue Ruſſorum Epiſcopum, qui anno ſequenti a ſua ordinatione male a populis illis acceptus, vix fuga lapſus euaſit, occiſis nonnullis ex ſuis, ipſe vero benigne ab Ottone ſuſceptus, apud Vuilelmum Moguntinum Epiſcopum honorifice retinetur, donec defuncto Vuititz Burgenſi Abb. ab eodem Ottone eidem Monaſterio præficitur Abbas. hæc omnia apud Reginonem.

Regina Ruſſorum ficte baptizata.

D Quo pariter anno (ſcribit Frodoardus) Arnulphus Comes (Marchio Flandriæ alibi ſcribitur) Rhemes venit. & Eccleſiam Sanctæ Mariæ, non modico argenti pondere munerauit. Vnde Arcæ in quibus SSS. Calliſti, Nicaſij, & Eutropiæ membra, ceterorūque Sanctorum quondam pignora cōtinentur, ornatę, & coopertæ ſunt: ſed & quendam Euangeliorum librorum auro, argentoque decorauit. Monaſterio quoque Sancti Remigij dona contulit. Quomodo autem iſte per Sanctum Gerardum Abb. Bromienſem, (de quo anno ſuperiori dictum eſt) occaſione morbi calculi, indicto ei triduano ieiunio, & impartita Sancta Euchariſtia, ab eo iam antea curati ad meliorem frugem conuerſus fuerit, fidelis eius temporis Scriptor [a] copioſe narrat.

Comes, ſeu Marchio Flandrię curāt a calculo diuinitus.
a Apud Sur.3. Octobr.

Hoc eodem anno perfectam pacem obtinet Eccleſia Anglicana defuncto Eduino E Rege, & ſuccedente in Monarchiam] Regni toties Edgaro, cuius animam, ne penitus ad inferos damnaretur, precibus Sancti Dunſtani, quem afflixerat impetratum, narrat Osbertus in Dunſtano. Porro miſer Eduinus magis procacis meretricis impulſu, quam ſua voluntate peccauerat, haud omnino malus, natus ex Regina Sancta cuius precibus factum, vt in fine ſuorum ſcelerum pœnitens, ex hac vita diſceſſerit.

Eduinus Rex precibus pręſeruat a dānatione.

A

Chriſti Annus 960 — Ioan.12.Pap. 5 — *Conſtant. 8. Solius Imp.* 49 } *Indict. 3.*

IOannes aſſertus Papa, tyrannidem Berengarij haud amplius ferens, aduerſus eum Legationem miſit ad Ottonem Regem, quo etiam tempore aduenerunt Legationes Eccleſiæ Mediolanenſis, Comenſis, & alterius ordinis ex Italia viri: de quibus apud Reginonem, & Luitprandum. [a]

a lib. 6 c. 6

Otto Rex euocat a Papa ī Italiam.

Porro ſic vocauit Ioannes Papa Ottonem, in Vrbem, vt tamen ante Legatis Apoſtolicæ Sedis ille iuramento promitteret, ſibi Romanæque eccleſiæ fore bene conſulturum, omniaque Rom. Eccleſiæ bona a tyrannis ſublata reſtituere. Quibus etiam iuramento dato, Otto conſenſit. B

Forma ipſa tunc iuramenti cōcepta, & Legatis exhibita recitatur a Gratiano: [b] & habetur eadem in Vaticana Bibliotheca, in Codice a Cencio Camerario Scripto. Ceterum vice verſa ipſe Ioannes per Legatos ſuos promiſit Ottoni Regi Imperij titulum ex more exhibendum, ſimulque ea omnia tum ipſum, tum ſucceſſores eius præſtaturos Imperatori, quæ Eugenius Papa, & Leo promiſiſſent ſponte Imperatorib.

b diſt. 63. c. 33. Tibi Domino.

Eodem quoque anno venit Romam S. Dunſtanus Cantuarienſis creatus Epiſcopus, ad Ioannem Pontificem, vt ab eo pallium acciperet, quod & accepit, honorificentiſſime, & humaniſſime exceptus, & tractatus, vt habet Osbertus [c] in Dunſtano. litteræ Apoſtolicæ ad eundem Dunſtanum de traditione pallij, extant, graues, & Sancto Pontifice dignæ, apud Vuilelmum de geſtis Pontificum Angl. in Dunſtano, quibus forma conceſſionis continetur: obſerua hic extrema duo, Epiſcopum Sanctiſſimum, Pontificem vero moribus perditiſſimum: attamen illum hunc reuereri, colereq; obſeruantiſſime, agnoſcentem in illo perſonam Petri. C

c Apud Sur. 19. Maij.

Epus Sanctus Papā nequiſſimum veneratur.

Hoc eodem anno Conſtantinus a filio Romano immaturæ ætatis, qui ſuſtinere nō poſſet a parente res amplius adminiſtrari, veneno tollitur. Is Imper. non caruit inſignibus vitijs, quæ tamen præclaris virtutibus obumbrabantur, Mathematicas facultates, Philoſophiam, & mechanicas etiam artes, & proprio ſtudio, & optimis quibuſque & peritiſſimis in quaque faculate viris conquiſitis, reſtituit. Fuit etiam erga Deū pius, & religioſus, liberalis, munificus, nec vnquam cum ſupplicationes fierent ad ſacra templa vacuus apparuit, ſed magnifica, & pio Imp. digna dona offerebat. Extat eius admonitio ad Romanum filium pariter Imperat. de non ineundo connubio cum exteris gentibus, quod fragmentum eſſe videtur excerptum ex prolixiori eiuſdem Conſtantini ad filium ſcriptione. pauca inde huc adſcribam reliqua pete ex Annalibus. *De hoc negotio atque argumento præceptum eſt, ac formidabilis extat conſtitutio, atque indeprecabilis Magni, & Sancti Conſtantini in ſacra menſa Catholicæ Chriſtianorum Eccleſiæ Sanctæ Sophiæ deſcripta, Ne vnquam Romanorum Imper. affinitatem cum natione contrahat, diuerſis moribus ac peregrinis a Romanorum ſtatu vtente, maxime vero quæ alterius fidei ſit, nec ſacro initiata baptiſmo, præterquam cum ſolis Francis. Hos enim ſolos magnus ille vir Conſtantinus Sanctus excepit, quod & ipſe habuit a partibus illis ortum, ita vt cognatio, multumque commercium ſit Francis, ac Romanis. Et cur Imperatores hortatus eſt, vt cum illis ſolis connubia innirent? propter antiquam partium illarum ac gentis claritudinem, atque nobilitatem, &c.* Ex Curopalate. D E

Conſtant. veneno a filio tollit.

Imp. vitia & virtutes.

Conſtant. M. interdicit Impp. Rom. connubia exterorū præterquam Francorū.

Defuncto Conſtantino Romanus eius filius ſuccedit Imp. qui & eodem anno Baſilium filium ſuum per Polyeuctum Patriarcham voluit coronari.

Claruit hoc tempore in Oriente S. Lazarus Monachus, in Galeſio monte, iuxta Epheſum, cuius vitam ſcripſit Georgius Patriarcha.

Chriſti

A

Chriſti Annus 961 | Io. 12. *Pap.* 6 | *Romani* Imp. 1 } *Inct.* 4.

OTto vocatus in Italiam Legatione Ioannis Papę, Comitijs Vuormatiæ habitis, & cognomine filio, ex Adelaide, Germaniæ Rege deſignato, quem Vuilelmo Moguntino Archiep. ex altera matre filio nutriendum commiſit, nullo obice in Italiam venit, atque Papiæ conſtitit: Inde vero Romam, anno ſequenti, profecturus, pręmiſit Attonem Abb. Fuldenſem ad habitacula ſtatuenda, hæc apud Reginonem, hoc anno. Eadem Luitprandus.[a] Cur autem qui ſe obijcerent, non inuenerit, hiſtoria Lõgobardorum, Beneuentanorum Ducum aperit, quod deſideratur in alijs, vide in Annalibus. — *Otto venit in Ital.* — *a li.6.c.6.*

B

Hoc eodem anno ab Ottone Rege translatum fuiſſe Magdeburgum corpus S. Mauritij Ducis Thebæorum Legionis, & aliorum quorundam ſuorum ſociorum, illicque decenti honore eoſdem Martyres cultos eſſe, teſtatur Ditmarus huius temporis Scriptor libro 2 ſui Chron. — *Trãslatio corpus S. Mauritij, & aliorũ Magdeburgum.*

Quod ad res pertinet Orientis tradit Curopalates, Cretam inſulam, poſtquam annis ferme 40. a Sarracenis fuerat occupata, a Nicephoro Phoca eiuſque Germano Leone recuperatam, Sarracenis inde deiectis, ac penitus victis, & profligatis. Cum autem longa poſſeſſione Sarracenorum prope modum in ea Chriſtianitas defeciſſet, alijs metu, blanditijs alijs ad Mahometanum cultum abductis, dirutiſque Eccleſijs omnibus, ijs exceptis, quas ipſi in ſacrilegum vſum ſuæ impietatis conuerterunt; conſilium Dei fuit, vt ad tantam Cretenſis Eccleſiæ deſolationem inſtaurandum, virum Sanctiſſimum Niconem mitteret, Armenum genere, cuius res pręclare geſtas Græce conſcriptas ex Sfortiana Bibliotheca Iacobus Sirmundus Societatis Ieſu primus in latinum conuertit. hic non modo apud Græcos, ſed & apud Latinos colitur 16. Nouembr. Eius primordia, & ſummam rerum in Creta geſtarum, vide in Annalib. — *Creta de ſarracenis poſt ann. 40. recepta.* — *S. Nico Armen. Cretenſ. fidẽ reſtituit.*

C

Chriſti Annus 962 | *Io.* 12. *Pap.* 7 | *Ottonis* 1 / *Romani* 2 } *Impp.* *Indict.* 5.

D

HOc anno (inquit Frodoardus) Otto Rex Romam pacifice adit, & amabiliter exceptus, atque honore illic imperiali ſublimatus eſt. Addit Luitprandus, (qui præſens ijſdem eſſe poterat) ſua cuique reſtituiſſe, nec modo ablata per tyrannos Romanæ Eccleſiæ reſtituiſſe, ſed & ingentibus gemmarum auri, & argenti muneribus Põtificem honoraſſe. Iuſiurandum vero ab eodem Papa Io: ſupra pretioſiſſimum corpus Petri, atque omnibus ciuitatis proceribus ſe nunquam Berengario, atque Adelberto auxiliaturum, accepit. & mox Papiam redijt. Reſtitutionis autem huius factæ per Ottonem Romanæ Eccleſiæ, extat Diploma autographum aureis exaratum litteris, aſſeruaturque Romæ in Caſtello S. Angeli, duo vero exſcripta exemplaria habentur in Vaticana Bibliotheca, ex quibus nonnulla in gratiam eorum, quos nimium vrit potentia, & opulentia Rom Eccleſiæ, deſcribemns, vt agnoſcant progreſſu temporum plura illi detracta, quam addita, & oblatrare tandem deſinant. — *Otto coronat⁹ Imp. a Papa.* — *Iuramentum a Papa Imp. pſtitum.*

E

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Ego Otto Dei gratia Imp. *A. vna cum Ottone glorioſo* Rege *filio noſtro, diuina ordinante*

Diploma donationis & reſtitutionis Imp. R.E. Ciuit. Ro. cũ Ducatu ſuo. Exarchatus.

dinante prouidentia, ſpondemus atque promittimus per hoc pactum confirmationis A
noſtræ tibi B.Petro Principi Apoſtolorum,& Clauigero Regni cœlorum, & per te
Vicario tuo Domino Ioanni*, Summo Pontifici,& vniuerſali* 12.*Papæ, ſicut à præde*
ceſſoribus noſtris,vſque nunc in veſtra poteſtate,atque ditione tenuiſtis, & diſpoſui-
ſtis Ciuitatem Romanam,cum Ducatu ſuo,& ſuburbanis ſuis, atque viculis omni-
bus,& territoriꝭ eius,montanis, & maritimis littoribus, atque portubus,ſeu cun-
ctis ciuitatibus,caſtellis,oppidis,& viculis Tuſciæ partibus, ideſt Portum, Centum
cellas,Cerem,Bledam,Marturianum, Sutrium,Nepem,Caſtellum, Galliſem,Or-
tem,Polimartium,Ameriam,Tudam,Peruſiam,cum tribus inſulis ſuis, Maiore,
Minore;Puluenſem, Narniam,& Vtriculum,cum omnibus finibus, ac territorii,ad
ſupraſcriptas ciuitates, pertinentibus. Nec non exarchatum Rauennatem ſub integri
tate,cum Vrbibus,Ciuitatibus,oppidis,& Caſtellis, quæ piæ recordationis Dominus B

Confirmãtur donationes Pipini,& Caroli.

Pipinus,& Dominus Carolus excellentiſsimus Imperator prędeceſſores videlicet no
ſtri B.Petro Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris,iam dudum per donationis pagi-
nam contulerunt,hoc eſt ciuitatem Rauennam, & Aemiliam, Bobium, Cæſenam,
Forum Pompilii,Forum Liuii, Fauentiam, Imolam*, Bononiam,Ferrariam, Coma-*
chium, & Hadrianis, ac Gabellum, cum omnibus finibus, territoriis, atque inſulis,

Pẽtopolis.

terra,Marique ad ſupraſcriptas ciuitates pertinentibus,ſimul & Pentapolim, vide-
licet Ariminum, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auximum,
Heſim,Forum Sempronii, Montem Feltri, Vrbinum, & territorium Balnen-
ſe,Calles,Luceolis,& Eugubium, cum omnibus finibus,& territoriis ad eaſdem ciui-

Territoriũ Sabinenſe

tates pertinentibus.Eodem modo territorium Sabinenſe,ſicut a Domino Carolo Imp.
Anteceſſore noſtro B.Petro Apoſtolo per donationis ſcriptum conceſſum, ſub inte- C
*gritate.*Item *in partibus Tuſciæ Longobardorum. Caſtellum Felicitatis, Vrbem ve-*
terem,Balneum Regiũ, Ferentum,Viterbium,Ortem, Martam,Tuſcanam, Sua-

Tuſcia Lõgobardorum. Corſica. Parma. Regium. Mantua. Venetia. Iſtria. Ducatus Spoletanꝰ Cãpania. Patrimonia. Beneuentanum. Calabria ſuperioris. Inferioris Neapolis.

nam,Populonium,Roſellas,cum ſuburbanis,atque viculis omnibus. Item*que Almus*
cum inſula Corſica,deinde in Suriano, deinde in Monte Bardonis, deinde in Berceto,
exinde in Parma,deinde in Regio,exinde in Mantua, atque in monte Sylticis, at-
que prouincia Venetiarum,& Iſ*tria,& cunctum Ducatum Spoletanum, ſeu Bene-*
uentanum, vna cum Eccleſia S.Chriſtinę poſita prope Papiam iuxta Padum, quar-
*to milliario.*Item *in partibus Campaniæ, Soram, Aquinum, Arpinum, Arcanum,*
& Capuam,necnon patrimonia ad poteſtatem,& ditionem veſtram pertinentia,ſicut
eſt Patrimonium Beneuentanum,& Patrimonium Neapolitanum, & Patrimõniũ
Calabriæ ſuperioris,& inferioris.De Ciuitate autem Neapolitana,cum Caſtellis, & D
territoriis,& finibus, & inſulis ſuis ſibi pertinentibus, ſicut ad eas reſpicere viden-
tur,necnon Patrimonium Siciliæ,ſi Deus noſtris,illud tradiderit manibus,ſimili mo-
do Ciuitatem Caietam,& Fundum cum omnibus earum pertinentiis. In*ſuper offeri-*
mus tibi B.Petro Apoſtolo,Vicarioque tuo Domino Io: *Papæ, & ſucceſſoribus eius,*
pro noſtrę animę remedio,noſtrique filii,& noſtrorum parentum,de noſtro proprio Re
gno ciuitates,& oppida cum piſcariis ſuis,ideſt Reatem, Amiternum, Furconem,
Nurſiam,Baluam, & Marſim, & alibi ciuitatem Interamnem *cum pertinentiis*
ſuis. Vide reliqua huc ſpectantia,& quæ ſtatuta ſunt de Rom. Pontificum electione canonica libera,& iuſta facienda.

Otto Papiam reuerſus, Vuillam Berengarij vxorem, quæ ſe in Inſula S.Iulij in Diœceſi Nouarienſi incluſerat,duobus menſibus obſeſſam,in poteſtatem adduxit,& quo vellet abire permiſit. E

Tunc Otto pius Imper.recuperatam Inſulam reſtituit Eccleſiæ Nouarienſi, cuius Diploma in Archiuo eius Eccleſiæ hactenus conſeruatur.

Eodem anno celebrata eſt in Gallia Synodus Meldẽſis in cauſa Rhemenſis Epiſcopi.De qua Frodoardus iſta habet.Hoc anno Synodus 13.Epiſcoporum,in Pago Meldenſi ſuper Maternam Fluuium,ex Rhemenſi videlicet,& Senonenſi diœceſi celebratur,præſidente Senonenſi Pręſule, ſatagentibus, quibuſdã Epiſcopis, vt Hugoni ſępe dicto redderetur Rhemenſe Epiſcopium.Renitentibus autem præcipue Roricone

Laudu-

A Laudunenſi, & Gebuino Catalunenſi Præſulibus, & aſſerentibus quod a tot Epiſcopis excommunicatus a minori numero abſolui non poterat. Ita relinquitur vſque ad interrogationem Papæ Romani. Et inferius eodem anno. Legatio veniens ab Ioan. Pap. inſinuat præfatum Hugonem, tam ab ipſo Papa, quam ab omni Rom. Synodo excommunicatum, ſed & alia Synodo apud Papiam celebrata. Cuius Legationis redditi certiores per Brunonem Archiepiſcopum, elegimus ad Epiſcopium Rhemēſem Odalricum illuſtrem clericum, Hugonis cuiuſdam Comitis filium, fauente Lothario Rege cum Regina matre, præfatoque Brunone. Ex quibus intelligitur, qua reuerentia Epiſcopi ſolerent Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem, licet ſedentē in ea iuuenculum, & prauis moribus deprauatum Pontificem, quem ipſum ſic obſeruant, & venerantur, vt omnis ille conuentus inter ſe diſſidens, ex eius reſponſione quieſceret.

B Eodem anno x. Kalen. Iun. moritur Sanctus Guibertus Abbas, fundator monaſterij Gemblacenſis, cuius res præclarè geſtas Sigebertus ſcriptis eſt proſecutus.

Chriſti Annus	Io. 12. Pap.	Ottonis 2	Impp.
963	8	Niceph. Phocæ 3	Indict. 6.

QVæ deinceps conſecuta inter Ioan. Papam, & Ottonem Imper. narrat, capitibus illis, à ſexto ad vndecimum Luitprandus, alius omnino eſſe probatus, ab eo qui C Diaconus Ticinenſis, & poſt Epiſcopus Cremonenſis appellatus, antecedentem ſcripſit hiſtoriam, illique ſe aſſeruit finem impoſuiſſe in legatione a ſe obita ad Conſtantinopolit. Imper. cum regnaret adhuc Berengarius; vt capita illa appendix potius videatur incerti auctoris, ad Luitprandum, quam eiuſdem continuatum opus. Hic igitur, [a] quicumque ſit, rem geſtam aggreditur pluribus enarrare, quā nos, pro inſtituto paucis. Imperator igitur Otto, qui Ioan. Papa expetente, Adelbertum, eius, & Eccleſiæ perſecutorem, vſque adeo exterruerat, vt Fraxinetum, in fidem Sarracenorum ſe contuliſſet, cum audiſſet eundem ab eodem Papa euocatum, vt aduerſus ſe eum tueretur, obſtupuit, & miſſis Romam Legatis, reſponſum retulit a Romanis, Papam ob id immutatum, quod tam pium, iuſtum, Sanctum Imper. Ottonem, ipſe nefarijs, & iniquiſſimis moribus Papa ferre non poſſet, ac propterea Adelbertum ad- D uerſus eum tutorem, & defenſorem ſibi parare. Berengarium, inquit, Imperator, Monte Feretro deijciamus, & mox Dominum Papam humana admonitione ad rationem reuocabimus. Obſidenti igitur Imperatori Ottoni Montem Feretrum, Papa per Legatos doloſe ſpem affert ſuæ emendationis, lubrico ætatis lapſum ſe confitens, & queritur tamen per calumniam, quod duos Cardinales rebelles recepiſſet, quod quæ Eccleſiæ eſſent, non reſtitueret, & eius homines, non ipſi, ſed ſibi ſacramento obſtringeret. Quibus Papæ Legatis ſtatim ipſe Imper. reſpondit, & rurſum miſſis Legatis Mindenſi Epiſcopo a Saxonia, & Luitprando ab Italia, Cremonenſi, illi ſatisfacere curauit. De correctione morum, quam promittat, gratias egit: Cardinales, de quibus queratur, ſe non vidiſſe, nedum ſuſcepiſſe; Capuæ tamen ſe audiuiſſe captos, cum ab eo Conſtantinopolim in iniuriam ſuam miſſi eſſent, & cum eis Bul- E garum quendam eius familiariſſimum, & Zachariam, nequam hominem, & litterarū prorſus imperitum, ab eo recens Epiſcopum conſecratum, ad Vngaros deſtinatum, qui eos in ſe incitaret; quæ omnia certis indicijs litterarum Papæ omnino conſtent. Quæ ſunt Eccleſiæ non poſſe reſtituere, niſi recuperet, atque hoc aſſidue agere, mandauit etiam militibus, vt non credenti Papæ iuramento, vel Duello probarent, qui neutram tamen ſatisfactionem admiſit.

Interim Adelbertus a Papa inuitatus Romam adueniens honorifice ab eo excipitur. Otto Imper. euocatus a Romanis ad vrbem caſtrametatur, profugiente Papa, atque Adelberto. Ciues verò Imper. in Vrbem ſuſcipiunt, & fidelitatem promittunt

Luitprādi hiſtorici forte duo.

a lib. 6. c. 6

Doloſa Legatio Papæ ad Imper.

Pap. Imp. ſatisfactionē offert p ſacramentum vel p duellum.

Adelbert[9] vocatur à Papa.

Otto a Romanis

Promiſſio Imp. facta nulla eſt.

iuramento firmantes, numquam ſe Papam electuros, aut ordinaturos, præter conſenſum, atque electionem Domini Imper. Ottonis Cęſ. A. filij que ipſius Regis Ottonis. At huiuſmodi promiſſio ſiue à Rom. laicis, ſiue à Cardinalibus facta, nullius fuit roboris abſque conſenſu exiſtentis Rom. Pont. certè nondum damnati, nec depoſiti. A

Crimina Papæ obiecta.

Poſt triduum habetur ad S. PETRVM SYNODVS cui interfuerunt omnes prope Romani, & Italiæ Epiſcopi, inquit Regino. Quærenti Imperatori cur Ioan. Papa à tanto cętu abeſſet, reſponſum eſt nimium notum eſſe. Iuſtum nobis videtur, inquit Imper. vt accuſationes nominatim exprimantur. Tunc cędes, periuria, adulteria, ſacrilegia, maleficia, & alia plura nefaria crimina illi obiecta ſunt. Cur vero intruſio in Apoſtolicam Sedem, ante legitimam ætatem cum decem, & octo eſſet annorum, non eſt ei inter cætera crimina obiecta? ne in dubium vocaretur Ottonis Imperium, vt ab illegitimo Pontifice profectum. veritus autem Imp. ne calumnioſe in eum tot crimina ingererentur, *omnes*, (inquit,) *obteſtor, per Deum, quem fallere, & ſi vult, nemo poteſt, Sanctamque eius genitricem intemeratam Virginem Mariam, perque pretioſiſsimum Apoſtolorum Principis corpus, in cuius hec recitantur Eccleſia, vt nulla in Dominum Papam iaculentur conuicia, quæ non ſint ab ipſo patrata, atque à viris probatiſsimis viſa*. Ad quam obteſtationem conſecuta eſt publica omnium conclamatio de facinoribus Ioannis. Ex ſententia igitur Synodi, & Imp. mittuntur litteræ ad Dominum Papam, vt adueniat, ſeque de his omnibus purget, hoc titulo. B

Imp. monet ne qd per calumniam ī Papam fiat.

Summo Pontifici, & Vniuerſali Papæ Domino Ioanni. C

Otto diuinæ reſpectu clementiæ, Imp. A. cum Archiepiſcopis, Liguriæ, Tuſciæ, Saxoniæ, Franciæ in Domino ſalutem. Cui Epiſtolæ Papæ ſic reſpondet.

Ioan. Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, omnibus Epiſcopis. D

Papæ reſponſio.

Nos audiuimus dicere, quod vos vultis alium Papam facere; ſi hæc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotente, vt non habeatis licentiam vllum ordinare, & Miſſam celebrare. Qua lecta Epiſtola in Synodo, aliam remittunt per duos Cardinales, qui cum ad Tiberim perueniſſent, nec eum inueniſſent (pharetratus enim in Campeſtria iam abierat) nec quiſquam erat, qui de eo indicare poſſet: litteras retulerunt ad Synodum. Mox Imper. cum non ſperaretur eum aduenturum, expoſita tota facti ſerie, vt à Papa oppreſſo à Berengario, & Adelberto, ex Germania ſit accitus, eumque ex eorum ſeruitute eripuerit: vt is oblitus iuramenti, & fidelitatis ſibi præſtiti, Adelbertum euocauerit, eumque aduerſum ſe defenderit, ſeditiones fecerit, Dux belli factus, coram omnibus lorica, & galea, indutus inceſſerit, quid ſuper hæc Sancta Synodus decernat, rogat, vt edicat. Adhæc Romani Pontifices, (ſuffraganei ſcilicet Epiſcopi) reliquuſque clerus, & cunctus Populus exclamant, monſtrum illud à Sancta Romana Eccleſia depellendum, alium eligendum, & Leonem venerabilem S. R. E. protoſcriniarium virum approbatum, ad ſummum Sacerdotij gradum nobis in Paſtorem eligimus, vt ſit Summus & vniuerſalis Papa Romanæ Eccleſiæ, reprobato, ob mores improbos, Ioanne apoſtata. Cum hoc omnes tertio dixiſſent, annuente Imp. nominatum Leonem ad Lateranenſe Palatium, ſecundum conſuetudi- E

Imp. p loquitur ad ſynodum.

Io. Papa deponitur & alter eligitur. Sed utrūque illegitimè.

nem

A nem cum Cardinalibus ducunt, & certo tempore in Eccleſia S. Petri ad Summum Sacerdotium, (ex Laico) vt habet Sigebertus, contra Decreta [a] Nicolai, Hadriani, & Stephani) ſancta conſecratione attollunt, & fideles ſe ei affuturos iureiurando promittunt. His ita geſtis Imp. ne grauis eſſet Pop. Rom. cum toto exercitu, partem dimittit. Hactenus res geſtæ huius anni.

a Apud Grat. d. 79 c. 3. 4.

Audiſti pſeudoſynodum, qua nulla Orthodoxorum reperiatur magis ius Eccleſiaſticum offenſum, magis canones violati, vulnerata traditio, oppreſſa atque maiori dedecore proſtrata iuſtitia. Ac de Imp. quidem illud Apoſtoli dici poteſt. [b] Teſtimonium illi perhibeo, quod zelum habet, ſed non ſecundum ſcientiam: qua carentes Epiſcopi illi, diuina ſententia, ipſi primum priuandi fuerant Sacerdotio, vt eſt apud Oſeam. [c] *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris*

Iudiciũ ſynodale multipliciter peccãt

b Rom. 10

c Oſeæ 4.

B *mihi*. Multipliciter plane peccatum eſt in hoc Synodali iudicio; quod cum ab ipſis habitus ſit, vt eorum litteræ indicant, Ioannes, verè Summus Pontifex, non licuerit ab alio quoqua Synodum conuocari, quam ab ipſo, vt conteſtati ſunt omnes Epiſcopi in concilio Rom. ſub Symmacho Papa: Quod non ſufficiens adhibitus teſtium numerus, quem 72. eſſe debere conteſtati ſunt Sanctiſſimi illi PP. in cauſa Marcellini: Quod non præceſſit citatio trina: quod non data perendina dilatio: Quod petitum a Synodo Epiſcoporum, Imperatorem condemnare Epiſcopum, cum contra potius Imperator poſtulare debeat Synodum, vt hominem Eccleſiaſticum damnet: Quod nulla data, & recitata ſententia, ſubſtitutus ſit alius prius, quam ipſe damnatus, & depoſitus; Quod ab excommunicatis omnia peracta: Quod deniq; auſi ſunt damnare Summum Pont. qui nullum habet iudicem in terris, ſiquidem in his quæ

C ad mores ſpectant, totam cauſam Deo reſeruandam eſſe, in Damaſi Papæ iudicio, Symmachi, & Leonis 3. ſit comprobatum. cuius Leonis iudicium cum tractaretur, in Roman Concilio, cui interfuit Carolus M. hæc vna fuit vox omnium Epiſcoporum, tam Francorum, quam Italorum. NOS SEDEM APOSSOLICAM, QVÆ EST CAPVT OMNIVM ECCLESIARVM, IVDICARE NON AVDEMVS. *Nam ab ipſa nos omnes, & a Vicario eius iudicamur. ipſa autem a nemine iudicatur, quemadmodum antiquitus mos fuit. Sed ſicut ipſe Summus Pontif. conſueuit, iubeat, & canonicè obediemus.* Addamus ad extremum intolerabilem illum errorem, & inter hæreſes numerandum, dum illud erroneum, & hæreticum aſſerunt Epiſcopi illi, in Epiſtola ad Ioannem, quod exemplo Iudæ confirmant, nimirum propter peccata auferri a Pontificibus clauium poteſtatem ligandi, atque ſoluen-

A.D. 800.

Hæreſim epi profitẽtur in Synodo.

D di a Deo traditam facultatem.

Ex quibus omnibus ſatis intelligitur nulla ex parte ſubſiſtere de condemnatione Ioannis, ſpurium illud & ſacrilegum iudicium Synodale, ſimulque ſubrogationem Leonis factam in locum ipſius, eodem iure cenſeri; non quia ſicut plerique alij male aſſerti, inter Rom. Pont. numeratus reperitur, idcirco verè legitimum dixerimus fuiſſe Pontificem. Quæ qui minus accuratè expenderunt, in odium impuriſſimi Ioannis, digniſſimi quidem, quem omnes deteſtentur, eius damnationem probarũt, & Leonis æque ſubrogationem, vt omnes fere eius temporis hiſtorici. Otto tamen Friſingenſis Epiſcopus, & ipſe Germanus, & in Germania ſcribens, cum factum non probet, redarguere tamen non auſus, hæc de his ait, [d] vbi ſummatim rem geſtam recenſet. *Quę omnia vtrum licitè, aut ſecus acta ſint dicere præſentis non eſt operis: res enim geſtas ſcribere, non rerum geſtarum rationem reddere propoſuimus.*

d li. 6. c. 23

E *Inueni tamen in quibuſdam Chronicis, ſed Theutonicorum, præfatum Ioannem reprehenſibiliter vixiſſe, ſed frequenter ab Epiſcopis, aliiſque ſubditis ſuis conuentum fuiſſe. Cui rei videtur durum fidem accommodare, quia Romana Eccleſia, hoc ſpeciale priuilegium ſacerdotibus ſuis adſcribere ſolet, quod meritis Petri, ſuper firmam petram fundati, nulla eos porta inferorum, vel turbo tempeſtatum ad exitialem ruinam innoluat.* Hæc Sanctus Epiſcopus adeo magnifice ſentiens de ſucceſſoribus Petri. At non tanta nos vindicamus, vt eſſe non poſſit, quin fœdus turpiſque moribus irrepat, vel irrumpat in Sedem illam, Fide autem impius nullo modo. At de

Priuileg. Eccl. Ro. Papa põt quidé eſſe prauis moribus, ſed non hæreticus.

his modo ſatis. Hoc eodem anno datum reperitur ab Ottone Imp. priuilegium Monaſterio S. Vincentij ad fontes Vulturni, quod extat integrum, vna cum ſigillo deſcriptum a Io. Monacho in Chronico. A

Quod ad rerum Orientalium ſtatum pertinet, hoc anno (inquit Curopalates) mortuus eſt Romanus Imper. 24. natus annos, cum 13. regnaſſet, menſ. 4. d. 5. (computatis annis quibus cum Patre regnauit) exhauſto corpore turpiſſimis voluptatibus, an vt alij tradiderunt veneno extinctus? Cui licet filij ſucceſſiſſent Baſilius, & Conſtantinus pueri, tamen affectantibus alijs Imperium, Nicephorus Phocas clarus victorijs ab exercitu Imperator acclamatus, & Conſtantinopolim conuocatus, hoc eodem anno 16. m. Aug. Imperator a Polyeucto Patriarcha coronatur. Theophanem Romani vxorem a Regia deijcit, quam poſtea, hoc eodem anno, in vxorem accepit. ſimultates inde exortæ ſunt inter Patriarcham, & Imper. primum quidem, quod ſecundam ei vxorem ducere non liceret, abſque pœnitentia quadam; ac propterea illum adytis templi excluſit, magna eius cum offenſione; deinde verò quod aſſereretur ſuſcepiſſe Theophanes filium in baptiſmate, quod ipſe certo negauit. atque ita demum Patriarcha vtrumque illi crimen indulſit. Nicephorus primo Imperij ſui anno contra Sarracenos, qui in Sicilia erant Patricium Manuelem miſit, Domeſticum Scholarum, qui cæſo exercitu, & ipſe interemptus eſt. Animati ſunt Sarraceni aduerſus Græcos, quod legiſſent in vaticinio Hippolyti Epiſcopi in Sicilia, Sarracenos, non vincendos a Græcis, ſed à Francis, & hoc ex Luitprando, in relatione ſuæ legationes. B

Nicephor. Phocas acclamatur Imp.

Simultates inter Imper. & Patr.

Vaticiniũ de Sarracen. non vincendis a Græc. ſed a Francis.

C

Christi Annus	*Io.12.Pap.*	*Ottonis* 3	*Impp.*
964	9	*Niceph. Phocæ* 2	*Indict.* 7

ROMANI, pecunia promiſſa, a Ioanne Papa corrupti, in Ottonem, quem noſſent partem ſuarum copiarum dimiſiſſe, impetum faciunt, vt eum, & Leonem electum Papam expellant. At Otto milites ſuos, bello aſſuetos, in eos impellens, cędit, & profligat, & victis dat veniam, obſidibus imperatis, quos & petente Leone, vt gratiam ab his ineat, illis reſtituit. Ex aſſerto Luitprando, [a] cui repugnat eiuſdem temporis Scriptor apud Reginonem, apud quem non præſens annus tantum, ſed dies quoque deſcribitur, quibus eiuſmodi res geſtæ ſunt, nempe 3. Non. Ian. ingentem ſtragem de Romanis inſidias Imperatori parantibus (non vero inuadentibus, vt habet Luitprandus) ab Imp. Ottone patratam; pridie vero Non. eiuſdem, centum obſides a Rom. datos Imperatori, & ſuper corpus Beati Petri ab ijſdem Rom. fidelitatem eidem Imperatori iuratam, dies octo adhuc eundem Romæ manſiſſe: inde Spoletum profectum, & Camerinum. Interea per mulieres, & plures, nec ignobiles, concitati Romani vt Leonem perderent, & Ioannem reuocarent; Ioannes reuerſus eſt, & Leo profugit ad Imperatorem. Prætermiſſa apud Reginonem, & aſſertum Luitprandum, a Sigeberto in Chronico, ita narrantur. Reuerſus Ioannes, Synodo collecta, Leonem depoſuit, & eius geſta caſſauit. ſtatutumque eſt publico omnium iudicio Synodum a Leone habitam, nec nominandam Synodum, ſed proſtibulum fauens adulteris (nimirum Leoni, qui alterius ſponſam ipſam Rom. Eccleſiam inuaſiſſet.) Quicumque, eo ordinante, erant damnati, iuſſi ſunt ſuam ipſorum proſcriptionem præſentare in charta, hæc continente verba. Pater meus nihil ſibi habuit, nihil mihi dedit, & ſic depoſiti remanſerunt in illis gradibus, quos habuerant, non a Leone ordinati. Si qui autem digni iudicantur, vt non accepta prius conſecratione, ordinentur, indicto illis eodem Decreto, quod & ordinatis a Conſtantino Neophyto. Extant Acta eius Synodi integra in Codice Vaticano, D E

Otto inuadentes ſe Rom. cædit.

Leo profugit, Io. P. reuocato.

quæ

A quæ videntur cognita fuiſſe Sigeberto. Qui aſſeritur Luitprandus refert Ioannem Papam quadam nocte, extra Romam, dum ſe cuiuſdam vxore oblectaret, in temporibus à Diabolo percuſſum, intra octo dierum ſpatium, ex eodem vulnere mortuum eſſe. Quæ an vera ſint, non deducimus in controuerſiam, ſed eſto ita ſe habere, vt narrantur ab aduerſario homine, nullum tamen ob ea pati diſpendium fidem Catholicam, nec periclitari in Petri Cathedra Apoſtolicam auctoritatem cum Sanctis Patribus omnibus cunctaque Eccleſia Catholica, pro certo affirmamus. Nec vero quod ipſe aſſerit, quia iuſte damnatus, & iniuſtè receptus Ioannes Papa miſerum illum vitæ finem ſortitus eſt, ſed quia tot tantiſque vexationibus a Deo admonitus, nec à peccatis conſuetis abſtinuit, iuſtè meruit à Deo tandem puniri. Contigiſſe autem Ioannis obitum pridie Idus Maij, apud Reginonem aſſeritur. vbi & de ſucceſſoris ordinatione habetur, *Benedicti* Sanctæ Rom. Eccl. Diaconi. Quo audito Imper. Romam obſidet, & eam fame adigit ad deditionem, in Vigilia Præcurſoris, nono Kalen. Iul. & Leonem Pſeudopapam in ſedem reſtituit; qui Pſeudoſynodo habita Benedictum legitimum Pontificem exautorat, & ad Diaconatum redigit, exactum in exilium. Porrò ſicut in Ioannem ita & multo magis in Benedictum ſe oſtendit iniquum, fauens plus ſatis Ottoni, aſſertus hic Luitprandus, quem & Germaniæ Scriptores integerrimi, hoc nomine, vt dicetur inferius, reprehendunt. errauit ipſe, & alijs errandi amplam ſatis aperuit viam. Quomodo vero ſcelus hoc vindicauerit Deus, apud Reginonem habetur, quod profectũ ab Vrbe Imperatorem poſt Feſtiuitatem SS. Apoſtolorum, ingens peſtis comitata ſit vſque in Liguriam, quam quidem cladem enim paſſum ob iniurias illatas Benedicto Papæ, teſtatur Ditmarus huius temporis ſcriptor nobiliſſimus.

B (margin: Benedict⁹ legitimè ſubrogat Ioanni. Male exautorat.)

C Extat apud Gratianum, [a] inconſideratè nimis iſta tractantem, Synodi ſub Leone Pſeudopontifice celebratæ Canon de conceſſione ab ipſo facta Ottoni Imper. de ordinatione Apoſtolicæ Sedis, & Eccleſiarum inueſtituris, ad exemplum, inquit, Beati Hadriani, &cæt. Sed vt eam falſam eſſe conceſſionem probauimus ad A. D. 774. ſic & hanc aſſerimus, quæ illam citat. Sed quantumuis hanc conſtitutionem vere factam daremus, nullius eſſet roboris, quod non a legitimo Papa ſit promulgata: vt prætermittamus alia adferre, quæ detegant impoſturam; ſed non omittamus addere aliam conſtitutionem eiuſdem Leonis VIII. nomine editam, ex cuius falſitate, huius & falſitas comprobatur, ſic enim fraus fraudem, & mendacium, mendacium aperit. Ea autem legitur apud Crantium, [b] qua profitetur ipſe Pontifex

D reſtituere Ottoni Imper. quæcumque ipſum occidentale Imperium poſſediſſet, atque donaſſet Eccleſiæ Romanæ. Inuentum haud dubium eorum qui tempore ſchiſmaticorum Imperatorum ijſdem fauebant. Coniecturas atque adeo rationes, quibus conuincitur impoſtura, ſi quid hæſitas, Lector, ne prætermittas legere in Annalibus. Inter hæc autem idem Otto Imper. (quod ad res bellicas pertinet) victo Berengario, expugnatoque Caſtello Sancti Leonis, (qui & Mons Feretri) ipſum vna cum Vuilla eius coniuge exulatum in Baioariam mittit, vbi vſque ad obitum permanſerunt. Adelbertus interim fuga lapſus, manus euaſit Imperatoris.

(margin: a d. 63. c. 23. Canon falſus. — b Metrop. Sax. lib. 4. c. 10. Conſtitutio falſa.)

Hoc eodem anno ab eodem Ottone conceſſa ſunt priuilegia Monaſterio Caſſinenſi, de quibus Leo Hoſtienſis. [c] Quod ſpectat ad res Orientales Imperij hoc

E anno ſecundo ſuæ Dominationis Nicephorus Imperator Sarracenis eripit Cyprum, Tarſum, ac Mopſueſtiam expugnat, cruces ablatas recuperat, de hoſtium manubij decimas Deo perſoluit. hæc pluribus, hoc anno, & ſequenti, Curopalates, qui addit amplius quam centum Vrbes ab eodem Imper. captas de manibus Sarracenorum, & Sacras Chriſti imagines, & Sanctorum reliquias, præcipuè verò Ioan. Baptiſtæ, detuliſſe magna reuerentia Conſtantinopolim. Sed & Antiochia Syriæ per eius Duces capta. Cur de rep. tam bene meritus omnibus tamen eſſet inuiſus, Curopalates causas exponit; quod nimium indulgeret militibus in populi iniuriam; quod petulantes, & intemperantes minus coerceret, quod ni-

(margin: c li. 1. c. 4. Niceph. plures victorias refert de Sarracen. Vrbes amplius centũ capit.)

mijs exactionibus pop. vexaret, muneraque Senatui præberi ſolita, ſibi retineret; eo prætextu quod pecunia ad bella indigeret; quo etiam nomine dona ſacris domibus, & templis oblata vſurpabat, male aſſerens ab Epiſcopis pauperum pecuniam conſumi, cum milites egerent. Et quod omnium grauiſſimum eſt, legem quoque tulit, cui quidem inſtabiles Epiſcopi, & adulatores ſubſcripſere, ne Epiſcopus, abſque eius cōſilio, & iuſſu crearetur. eoque mortuo mittebat, qui funeris ſumptus præfinirent, reliqua auferrent. alia quoque plura ſtatuit, quæ recenſere longum eſſet. hæc Curopalatas, Cedrenus, Zonaras, Glicas, & reliqui recentiores, omnes ſacrilegium deteſtantes. Eſt querela Epiſcopi Leucatenſis, quod Eccleſia ſua ſingulis annis penderet, pro tributo, Nicephoro ſupra centum aureos, ſic & aliæ plus minus, ſecundum vires ſuas, vt habet in relatione ſua Luitprandus Cremonenſis Epiſcopus. Decernebantur iſta in Synodo Conſtantinopoli collecta ab ipſo, in qua ei fauerunt adulantes Epiſcopi. Quod autem omnia ad militum vtilitatem, libertatem gloriamque referret, curauit [a] quoque ſanciendum, vt milites qui in bello occubuiſſent, digni cenſerentur pręmijs, perinde ac martyres; ſolo bello, non alia re cæſis ſalutem animarum contineri. Sed minime illi aſſenſum eſt, cum obijcerent Canonem ex epiſtola Sancti Baſilij, iubentem ad triennium communionis expertes eſſe, qui hoſtem in bello occidiſſent. His igitur (vt dictum eſt) Nicephorus non ſolum egregie ſibi partam gloriam obſcurauit, ſed etiam vindictam in ſe diuinam concitauit.

Rapax & ſacrilegus Nicephorus.

a Curop. & Balſ. ad Can. 13. S. Baſil.

Bello cęſos ut martyr. cėſendos.

Addit Curopalates de graui tributorum indictione. aſſentientibus reliquis hiſtoricis, offendit illud quoque, inquit, idem quod, cum ei prædictum fuiſſet intra palatium ei moriendum eſſe, arcem tyrannicam contra miſeros ciues condidit, plurimis circa palatium, & pulcherrimis ædificijs euerſis. Addit Cedrenus. Quo tempore murus palatij condebatur, nocte quadam per mare ſubuectus aliquis ita vociferatus eſt: O Imperator erigis muros? & tamen & ſi ad cęlos eos educas, intus cum ſit malum, Vrbs captu facilis eſt. Qui hæc dixit, diu multumque quæſitus, non tamen inuentus. ſunt & alia plura quibus Nicephorus animos omnium a ſe alienauit, quæ ijſdem recenſent hiſtorici.

Christi Annus 965 *Benedicti P.5.* 1 *Ottonis* 4 *Niceph. Phocæ* 3 } *Impp.* *Indict.* 8

OTto Imper. conſtitutis Italiæ rebus reuerſus in Saxoniam multa corpora Sanctorum ſecum delata, in Eccleſia Magdeburgenſi recens erecta collocauit: ſecum quoque Benedictum Papam, male depoſitum, adduxit, quem Adaldago Hamburgenſi Archiepiſcopo cuſtodiendum tradidit. quem Archiepiſcopus, inquit Adamus, [a] vetus Chronographus, magno honore detinuit vſque ad eius obitum. Nam vir Sanctus, litteratuſque fuiſſe dicitur, & qui dignus Apoſtolica Sede videretur Populo Rom. niſi quod per tumultum electus eſt, expulſo eo, quem ordinari iuſſit Imp. Igitur apud nos in Sancta conuerſatione viuens alioſque Sanctè viuere docens, cum iam Romanis poſcentibus, a Cæſare reſtitui deberet, apud Hamburgh in pace quieuit. tranſitus eius 4. Non. Iul. contigiſſe ſcribitur. hactenus Adamus. Cultus eſt vt martyr hic Benedictus: ne vero ob id Ottonis nomini nota inureretur, conficta [b] fuit alia cauſa eius martyrij, quæ vt fabuloſa eſt explodenda. ob id enim dictus eſt martyr, quod a Leone Pſeudopontifice tam dira, tamquam contumelioſa ſit paſſus, & exul ipſe legitimus Rom. Eccleſiæ Pont. ſit defunctus, vt SS. MM. ijdemque Pontifices Pontianus, atque Martinus in exilio vita functi. Extat aliud inſigne teſtimonium innocentiæ Benedicti ex Ditmaro [c] Epiſcopo Merſpurgenſi, Scriptore eius ferme tēporis, in Chronico, quod incipiens ab Ottone Imp. perduxit ad annum vſque milleſimum decimumoctauum, quo tempore ſe vixiſſe teſtatur. Romanus inquit præpotens Imp. Otto II. (ſic enim appellat Ottonem M. habito reſpectu ad eius auum, pa-

Otto multa corp. SS. defert in Saxon.

a lib. 2. c. 6.

b Crant. l. Metrop. Sax. li. 3. c. 21. 22. 23.

c lib. 2.

trem

A trem Friderici, Ottonem pariter nominatum) valentiorem ſibi in Chriſto Dominũ Apoſtolicum, Benedictum nomine, QVEM NVLLVS ABSQVE DEO IVDICARE POTVIT, iniuſte, vt ſpero, accuſatum deponi conſenſit, & (quod vtinam non feciſſet) exilio ad Hamaburg relegari præcepit. & lib. 4. Obijt, inquit, in exilio Benedictus Pont. oſſaque eius Romam relata ſunt. eadem recitat Papirius Maſo in Benedicto 7. errore lapſus, cum ſit, 5.

Eodem etiam anno, vt eſt apud Reginonem, Leo Papa obijt: at non legitimus Papa. Tunc Legati Romanorum adierunt Imp. pro inſtituendo, quem vellet, Rom. Pontifice, qui Ioannem Epiſcopum Narnienſem edidit, iſque Sedis Apoſtolicę Pontifex eſt conſecratus. Qui ſtatim maiores Romanorum, elatiore animo, quam oporteret, inſequutus, breui inimiciſſimos, & infenſos patitur. Nam ab Vrbis præfecto, B quodam Rotfredo comprehenditur, & vrbe expulſus in Campania cuſtodiæ mancipatur. *Io. 13. P. i cuſtodia habetur a Rom.*

Leo [a] Oſtienſis refert Io: Papam Roma pulſum in exilium Capuam veniſſe, & à Pandulpho Principe rogatum, tunc primum in eadem ciuitate Archiepiſcopum cõſtituiſſe, conſecrato Fratre ipſius Principis à Ioanne in Archiepiſcopum. Ceterum quandiu vixit Benedictus (neſcitur tamen certus eius obitus annus) nullus alius potuit dici legitimus Pontifex, cum eius damnatio nullius potuerit eſſe momenti. *a Chron. Caſſin. li. 2. c. 9.* *Prim⁹ Archiep. Capuanus.*

Hic ipſe notatur annus quo accolæ antiquæ Sarmatiæ, Slauorum propago, recentiori nomine Poloni nuncupati, Chriſto nomen feliciter dantes, Chriſtiano ſunt nomine inſigniti. Cũ alioqui ad Sarmatas antiquitus Chriſti Euãgelium, penetraſſe, veteres ſcriptores teſtati ſint. id namque tradit Tertullianus contra Iudæos, quamobrem C vinea deſerta repaſtinanda fuit. Quonam autem Euangelium prædicante iſti crediderint, haud ſatis conſtat, ſed illud tantum indubitatum per mulierem fidelem, Principem conuerſum infidelem, & per ipſum fidem in totam gentem propagatam. etenim commercio propinquorum Chriſtianorum Boemorum, & aliorũ, Miezislaus abdicatis à ſe ſeptem concubinis, è quibus nullam prolẽ conſequi potuiſſet, legitimã duxit vxorem Boleslai primi Boemorum Ducis filiam, Virginem, eandemque Chriſtianam, nomine Dambronuucham, ea lege, vt ipſe fieret Chriſtianus, quod & perfecit; & alios ſibi ſubditos, idipſum præſtare curauit. Cuius rei gratia Legatos ad Ioannem Pont. Rom. miſit, qui legatum à latere dedit Aegidium Epiſcopum Tuſculanũ, qui Epiſcopatus erigeret, ſacerdoteſque & miniſtros reliquos, ad omnes erudiendos conſtitueret. De quibus conſule Chromerum, & alios, qui res Polonicas ſunt proſe D cuti. Sic igitur Polonorum Regnum hactenus obſcurum, mox cępit eſſe in toto Chriſtiano orbe conſpicuum. De alia legatione per eundem Pontificem in Vandaliã, ſiue Poloniam, miſſa apud Stanislaſium Orichonium Raxolanum habetur; per quam tota ea natio eſt conuerſa ad fidem. Diuerſas fuiſſe has legationes, diuerſitas legatorum oſtendit. *Poloniorũ cõuerſio.*

Eodem anno Bruno Archiepiſcopus Colonienſis germanus Ottonis Imp. vir Ducatu pariter, & Archiepiſcopatu digniſsimus 5. Id. Octob. obijt vt eſt apud Reginonem. Extat eius vita conſcripta à Rotgero Men. Laudatur magnopere à Ditmaro, a quo citatur liber ſcriptus de Vita ipſius.

E *Chriſti Annus* 966 | *Io:* 13. *Pap.* 1 | *Ottonis* 5 *Niceph. Phocæ* 4 } *Impp.* *Indict.* 9.

OTto Imp. per autumnum redit in Italiam ad eijciendum Adelbertum adhuc Regium nomen gerentem, & omnia perturbãtem, & ad vlciſcendũ Ioannem Pont. à Rom. eiectum, & cuſtodiæ traditum. Romani Imp. timentes, vt eſt apud Reginonẽ, Ioannem Papam in Sedem ſuam reſtituunt. *Ro. Imp ueriti Papam reſtituunt.*

Eodem anno Berengarius Italiæ quondam Rex, exul moritur, & in Bamberge, regio more, ſepelitur. Vxor Vuilla velum ſanctimoniale aſſumit. Imp. vt eſt in auctario *Ottonis ſæuitia in Rom.*

ad Anaſtaſium,præter conſules pulſos ex Italia,& Tribunos necatos ſuſpendio, Præfectum ipſum, qui ſucceſſerat Rotfredo,nudatum,& aſino impoſitum,vtreq; redimitum,ad ludibrium circumlatum,carceri demum tradidit. Cadauer vero Rotfredi è ſepulchro extractũ,in diuerſa loca diſtrahi,& diſſipari iuſſit,ſic ultus eſt Romanos Imp. in Pontificem perduelles. exprobrauit autem poſtea Nicephorus Imp. Ottoni hanc, quam exercuit in Rom ſæuitiam. A

Chriſti Annus	*Io.13.Pap.*	*Ottonis*	6	Impp.
967	2	*Niceph.Phocæ*	5	Indict. 10.

B

OTto Imp.Romæ celearato Natali Domini Rauennam, cum Ioanne Papa proficiſcitur,vbi poſt Paſcha, Synodo habita, multa ad vtilitatem Eccleſiæ ſtatuta, vt eſt in appendice ad Reginonem, in qua,quod dicitur, Apoſtolico Ioanni Vrbem, & terram Rauennatium,aliaque complura multis retro temporibus Rom. Pont.ablata reddidiſſe, intelligendum eſt confirmaſſe, quæ in eius coronatione per Io. 12. iam reſtituta fuerant.

Otto Iunior coronatur.

Euocat in Italiam Ottonem filium ad Imperiales Infulas ſuſcipiendas, vt Lambertus teſtatur.anno vero ſequenti Romæ coronatum Sigebertus affirmat. Sed anno ſuperiori factum colligitur, ex antiquo diplomate Monaſterij S.Felicitatis ſub Sichelmo Epiſcopo Florentino.

a Mor. Chr. Hiſp. 16.c.30.

Hiſpaniæ ſtatus miſer.

Quod pertinet ad rerum Hiſpanicarum ſtatum,luctuoſus ille quidem fuit. moritur enim hoc anno Sancius [a] cognomento Craſſus,Rex Legionenſis in Hiſpania, cũ regnaſſet annos decem, & ſeptem, qui vrgentibus bellis ciuilibus. Ordonio cognognomento Malo,aduerſus eum erecto,& alijs ab eodem in illum incitatis, ad Arabũ opem implorandam confugit, ad Regem Abraham Cordubæ regnantem, a quo impetrauit translationem Pelagij martyris,ſicq; Chriſtianorũ diſcordia, potentia Arabum,ſub prædeceſſoribus Regibus inclinata, in damnum ipſorum magis inualeſcit. Succeſſit autem ipſi eius filius Ramirus quinque annorum puer ſub tutela Matris Tereſiæ. C

Chriſti Annus	*Io: 13. Pap.*	*Ottonis*	7	*Impp.*
968	3	*Niceph.Phocæ*	6	*Ind. 6.*

D

a li.3.in fi.

OOtone Iuniore coronato Imp. Senior, in Campaniam præfectus, Legationem Nicephori ad Capuam excipit. de qua ipſemet ad ſuos Germanos, Duces ſcribit; Apud Vuitichindum [a] extant litteræ hoc titulo.

Otto diuino nutu Imp. A. Hermanno, & Theodorico Ducibus,ceteriſque publicæ rei noſtræ Præfectis, omnia amabilia.

E

Legatio Imp. Orient. ad Occident.

Deo volente,ſalus,omniaque proſpere ſuccedunt. Ceterum Nuntii Conſtantinopolitani Regis, dignitate ſatis inſignes,nos adeunt,pacem,ut intelleximus,admodum quęrentes. Quoquomodo res gerantur,bello,Deo volente,nos nullo modo tentare audebũt. Apuliam,& Calabriam,Prouincias,quas hactenus tenuere, niſi conueniamus, dabunt. ſi verò voluntati noſtræ paruerint, præſenti ęſtate coniugem cum ęquiuoco noſtro Ottone ſcilicet Iuniore in Franciam dirigentes, per Fraxinetum, ad deſtruendos Sarracenos, Deo comite,iter arripiemus,& ſic ad vos diſponemus. Præterea volumus,ſi Redares (ſicut audiuimus) tantum ſtragem paſsi ſunt (ſcitis enim quam ſæpe

fidem

A *fidem fregerint, quas iniurias attulerint) vt nullam nobiſcum pacem habeant. Vnde hæc cum Hermanno Duce ventilantes totis viribus inſtate, vt in deſtructione eorum finem operi imponatis. Ipſi, ſi neceſsitas fuerit, ad eos ibimus. Filius noſter in Natiuitate Domini, coronam a Domino Apoſtolico in Imperii dignitatem ſuſcepit. Scripta 15. Kal. Febr. in Campania, iuxta Capuam.* De rebus ab Ottone aduerſus Græcos Apuliam, & Calabriam occupantes, antiquus auctor qui res Longobardorum Principum eſt proſequutus, pluribus narrat. Porro Principes Beneuentanum, & Capuanum recepit Otto Imp. in tutelam ſuam, cum defeciſſent illi a Nicephoro Imper. cuius rei cauſa idem Nicephorus valde commotus eſt in Ottonem, vt in ſua relatione affirmat Luitprandus.

Oriens per hoc tempus magna penuria laborabat, qua Nicephorus abuſus eſt, per- B caro vendens regium frumentum ad ſuum lucrum, quaſi exultans de ciuium calamitate, quod illi immenſum odium peperit. Ex penuria huius temporis, & ex ſolis deliquio, quorum vtrumque contigiſſe hoc anno aſſerit Curopalates, & Luitprandus affirmat, in ſua relatione, certus annus definiri poteſt legationis ipſius, cum ab Ottone Imp. miſſus eſt Conſtantinopolim cauſa nuptiarum inter ipſius Ottonis filium, & Theophanem Romani Imp. filiam, priuignam vero Nicephori. Ea autem relatio recens inuenta eſt in primariæ ædis Bibliotheca Treuirenſis ciuitatis. Eius aliquot capita breuiter delibabimus. Primum quidem ſe peſſime, & indigniſſime exceptum, & tractatum ait Luitprandus Epiſcopus Legatus, tum ex naturali faſtu, & arrogantia Græcorum: tum maxime, quod ipſe Otto ſe Imperatorem nominaret, & quod Principes Beneuentanum, Capuanum, & Salernitanum ab ipſo Nicephoro diuulſos, cui C ſubditi erant, in ſuam tutelam recepiſſet. Deinde ſcribit inurbanitatem, faſtum, arrogantiam, iactantiam, ſordes, in ſermone, in veſtitu, in inceſſu, in conuiuio. Denique cum adueniſſent Nuntij Papæ cum litteris eiuſdem matrimonij conciliandi gratia, eos magnopere offenſos ait, quod per viles, vt ipſi aiebant, nuntios ſcripſiſſet ad Nicephorum Græcorum Imp. cũ ſcribere debuiſſet ad Romanorum Imp. ſe ſolos enim reputant Romanos, nam Roma Conſtantinum aiunt omnem nobilitatem, & militiam Conſtantinopolim tranſtuliſſe; Romæ vero tantum fæcem plebis reliquiſſe. mitto reliqua, ſed ne omittas tu legere integram relationem, qua, nequitia, improbitas, fraus, ignauia, oſtentatio eius temporis Græcorum contemptus aliorum Regum, nationum, & ipſius Rom. Pont. agnoſcitur.

Niceph. abuſus eſt ciuium penuria ad ſuũ lucrũ.

Relatio legationis Luitprãdi ad Cõſtatinop. Imper.

Legatos Occident. Imp. Niceph. peſſime tractat.

Quales deſcribat Græcos Luitprandus.

Hoc eodem anno (vt res Occidentis attingamus) qui ſecundus nominatur Ordo- D nij tertij Regis Legionenſis in Hiſpania (vt veteres omnes, atque recentiores Chronographi teſtantur) Northmanni ſub Gunderedo Duce, claſſe centum nauium comparata inuaſere Gallęciam, cunctaque ferro igneque miſcentes, biennali ſpatio prælijs eam prouinciam afflixere, Compoſtellamque tentantes, Siſenandum eius Epiſcopum, arma potius, quàm ſacra tractantem, & militum Ducem agentem, primaq; acie reſiſtentem, peremerunt, ciuitatemq; ipſam deſtruxerunt. Dedit pœnas vir factioſus, qui antea ſede eiectus, eam inuadendo, pellens ſubrogatum S. Rodeſindum, violenter recepit, ſicque vlciſcente numine, ſede ſimul atque vita priuatus interijt. Verum quod nihil magis, quàm vita nefaria ſacerdotum flagella in populum prouocat; eo diuina prouidentia ſublato de medio, in Northmannos, tanquàm ob id immiſſos, expiato, eius nece, delicto, Deus vltionem conuertit. Siquidem vicinarũ Prouinciarum E exeuntes armati fideles, ſub Duce Gundiſaluo Sancio Caſtellæ Comite præuio S. Chriſti Apoſtolo Iacobo, cuius deuaſtarant ciuitatem, eoſdem Northmannos præda onuſtos, proſperis euentis elatos, redditoſque ſecuros, inuadentes, omnes vel peremere, cum ipſorum Duce Gunderedo, vel duxere captiuos, aut profugos cum paucis relictis, ab incendio nauibus ad propria remeare coegerunt.

Samp. Tudenſ. Ruder. Moral. lib. 16. c. 32. alij.

Northm. vaſtãt Gallæciam.

Ipſi profligantur.

Chriſti Annus 969 | *Ioan. 13. Pap.* 4 | *Ottonis* 8 *Niceph. Phocæ* 7 | *Impp.* *Indict.* 12.

Nicephorus Imp. legationem ad Ottonem Imp. Græca fraude mittit, ſub falſo prætextu nuptiarum, vt eum nuptijs occupatum, imparatum offendens, bello ſuperet.

Græcorũ proditio.

Legatis igitur Græcorum Imp. ſatis credens, miſit partem exercitus cum pleriſq; principalibus cum eis ad condictum locum, ad excipiendam ſponſam, iuxta ſponſionem Legatorum, in quos Græci improuiſos irruentes, caſtra diripiunt, plures occidunt, alios capiunt, quos Conſtantinopoli ſuo Imp. præſentant. Ad hoc dedecus diluendum Otto Imp. delectos viros fortes mittit in Calabriam, qui in Græcos incautos irruentes, plures occidunt, alios, obtruncatis naribus, dimittunt, & ditati ſpolijs, & tributo: Quod illi ex Calabria, & Apulia extorſerant, ad Imp. ſuum reuertuntur. Ex Vuitichindo. Conſtantinopolitanus Pop. audiens male pugnatum, inſurgit aduerſus Imp. & agente propria coniuge, per militem Ioannem Zemiſcem, eum interficiunt, & Ioannem Imperatorem acclamant. Qui ſtatim captiuos liberat, puellam cum magno exercitu, & claris muneribus ad Imp. Ottonem deſtinat. Hanc Theophanem, ſeu Theophaniam appellatam, a Ioan. Papa coronatam Imperatricem, Sigebertus teſtatur, ab eodemque Pont. ſacris ritibus Ottoni coniunctam. Hic finis Nicephori, rerum Eccleſiaſticarum inuaſoris, qui ſuo exemplo reliquit ſancitam Principibus diſciplinam, vt a rebus Eccleſiaſticis abſtineant. Quod vero vt Regum miniſtri ſimiles fere illis eſſe ſolent, inuaſores, raptores, & ſacrilegi, ita ſimilem ſortiri ſolent diuinam vltionem: exempla illuſtria in primis habentur trium in rebus geſtis S. Niconis, qui ſub eodem Nicephoro Phoca claruit, in quos diuina ſeuijt vltio, ob ſacrilegas vſurpationes.

Otto Imper. vlciſcitur pfidiã Græcorũ.

Nicephor. ob ſacrileg. diuinitus punitus.

Duo Patr. Ieroſol. & Antioch. a Sarrac. interfecti.

Hoc eodem anno duobus Patriarchis, Ioanni Ieroſolymitano, & Chriſtophoro Antiocheno illata nex a Sarracenis, quod putarent Nicephorum in ſe, eorum verbis, concitatum fuiſſe. Quos Epiſcopos Nicephorus exilio damnarat, quod ſuæ iniquæ legi ſubſcribere recuſaſſent, Ioannes reuocauit. Ex Curopalata.

Imp. Zemiſces a Patr. repellit donec egerit pœnitẽtiam. Pœnitens Imp. coronatur.

Adiens Ioannes templum, vt Patriarchæ manibus coronaretur, vt interfector Domini ſui reiectus eſt, qui reprehenſionem æquo animo ferens, excuſans, & purgans ſe, quod non proprijs manibus interfeciſſet Nicephorum, verum Balantes, & Arzipus Theodorus Reginæ Theophanæ iuſſu. hanc Patriarcha iuſſit è Palatio eiectam in aliquam inſulam relegari, atque in exilium interfectores mitti, & Decretum illud Nicephori contra Eccleſiam abrogari: quod ille ſtatim præſtitit. His igitur ita geſtis cum pollicitus eſſet Io: ad placandum Deum ob admiſſum facinus, pauperibus facultates, quas priuatus poſſidebat, diſtributurum, Polyeuctus ei concedit ingreſſum, & die feſto Natalis Chriſti ipſum Imperij diademate coronat. Ex Curopalate.

Miraculũ de energumeno liberato p catenam S. Petri.

Iam vero ad ea quæ hoc anno Romæ contigiſſe Sigebertus narrat, conuertamus orationem, de Comite Ottonis Imp. familiari, qui Romæ a dæmone correptus, & ad Papam adductus, vt catena Sancti Petri collo eius circundaretur, non ante liberatus eſt, quàm vera S. Petri catena adhibita eſt, cum fallaciter alia fruſtra bis adhibita eſſet. Qua catena Thedericus Metenſis Epiſcopus arrepta, cum diceret ſe eam, niſi manu abſciſſa, non dimiſſurum; tandem Imp. ſedato litigio a Papa Io: obtinuit, vt annulum eius catenæ exectum Epiſcopis mereretur. De eodem Metenſi Epiſcopo Imperatori coniunctiſſimo, cum per triennium in Italica cum eo expeditione fuiſſet, multa capita, & pignora Sanctorum de diuerſis Italiæ locis collecta in Galliam idem refert tranſtuliſſe, & in Eccleſia S. Vincentij martyris, in Inſula, condidiſſe, quas reliquias ſigillatim commemorat.

Chriſti Annus 970. | Ioan. 13. Pap. 5. | Ottonis 9, Io: Zemiſcis 1, Impp. Indict. 13.

POlyeuctus Epiſcopus Conſtantinopolitanus cum ſed. ann. 14. ex hac vita migrauit. Illi ſubrogatur Baſilius Monachus Scanmandrenus, boni nominis vir. Antiochenæ quoque Eccleſiæ diu viduatæ Paſtore Imper. dat Epiſcopum Theodorum quendam Monachum omnibus florẽtem bonis, qui ei etiã prædixerat Imperatorum. Ex Curopal. & alijs. Qui etiam tradunt Io: Imp. Sarracenos Antiochiam obſidentes profligaſſe, & Rexolanos pariter, magnis pollentes viribus, ſuperaſſe. celebratur, hoc item anno, a S. Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo, auctoritate Ioan. Romani Pont. GENERALE CONCILIVM aduerſus incontinentiam clericorum, Decreto firmato, vt Canonici omnes, presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, aut caſte viuerent, aut eccleſias, quas tenebant, dimitterent; cuius Decreti executio demandata eſt Oſuualdo Vuigornienſi, & Elthelueldo Vuintonienſi Epiſcopis. Itaque B. Oſuualdus in ſua dioeceſi ſeptem monaſteria, eiectis clericis, inſolenter viuentibus, conſtruxit, Abbateſque præfecit; quod idem in alijs Angliæ locis perfecit. in quorum Monaſteriorum vno, Abbo Floriacenſem monachum degere voluit, morum ſanctitate præclarum, & litteris egregie eruditum, vt monachos doceret, ſcholis præeſſet, & tum regularem, ſiue monaſticam diſciplinam, tum litterarum ſcientia promoueret. Is Abbo Dunſtani hortatu Beati Edmundi Regis, & Martyris paſſionem accurate conſcripſit. Tandem Floriacum reuerſus, & Abbas effectus, a ſuis monachis occiſus eſt. Hæc ex Actis S. Oſuualdi deſcripta ſunt. Porro iſta de clericorum incontinentium, ex licentia Ioan. Rom. Pont. expulſione, pluribus proſequutus eſt Osbertus Monachus, qui hoc tempore viuebat, in rebus S. Dunſtani a ſe conſcriptis. Sed primum de correctione incontinentiæ Regis Edgari, qui poſt illi, in hac re ſe fidelem adiutorem, & egregium defenſorem præbuit, præmittit. Quod cum aliquando Rex in quoddam Monaſterium veniſſet, & ſpecie captus nobilis puellæ, quæ inter non velatas cuſtodiebatur, illi inuitæ, & renitenti vim attuliſſet, magnum inde ſcandalum eſt cõſecutum, eoque maius, quod Rex legitimam coniugem haberet. Quo audito Dunſtanus acerbo mærore percuſſus eſt: & pergens ad Regem, illi, pro more, occurrenti, & manum porrigenti, ſuam retraxit, nec ſe contingi paſſus eſt. ex quo Rex attonitus (non enim illi flagitium conſtare putabat) cur manum non offerret inquiſiuit. Tum ille. *Tu poſtpoſito omni pudore, adulterium commiſiſti; tu, deſpecto Deo, & ſignum caſtitatis non veritus* (*velum ſcilicet quod puella ſtatim arripuerat, putans per eum a vi ſe tutam fore*) *virgini ſuam integritatem præripuiſti, & cur manum ſummo Patri, virginis filium immolanti, impuris manibus non tradam, quæris? laua prius per pœnitentiam, tuas a ſordibus tuis, & tunc demum, quo gratiæ Dei reconcilieris, honora, & amplectere manum Pontificis.* Territus ille ad hæc, terræ procumbit, pedes Antiſtitis petit, ſe peccaſſe gemitu, verba interrumpente, conteſtatus. Quod Dunſtanus videns tantum in Rege humilitatis exemplum, vehementer complectitur. Velocius ergo illum erexit, & pacato vultu cum eo familiariter quæ ſalutem animæ eius operarentur, loquens, ſeptennem ei pœnitentiam iniunxit. At ille Pontificali abſolutione potitus, omni ſtudio iniunctæ ſibi pœnitentiæ operã dare, & multa quibus Deum placaret, pietatis opera ipſi pœnitentiæ, inſtinctu, & conſilio Patris ſui, ſolicitus cæpit ſuperaddere. Addit idem Osbertus de Ethelnuoldo Vuentanæ Eccleſiæ Epiſcopo, quod cum ſæpius monuiſſet ſuæ Canonicos Eccleſiæ, de impudica vita, nec profeciſſet, paratis aliquando pluribus Monachalibus veſtibus, & cucullis, illiſque in medium chorum proiectis, hortatus eſt eos ad pœnitentiæ habitum ſuſcipiendum, alioqui expellendos; quibus correctionem in poſterum, vt ſæpius fecerant, pollicentibus, illoque non credente, ſed inſtante, aliqui monachi facti, alii de eccleſia expulſi.

Victoria de Sarrac. & Roxol.

Gener. Cõcil. Angl.

Clericis incõtinẽtib. eiectis monachi ſubrogati.

Abbo Floriacẽſ. piꝰ, & doctus.

A ſuis occiditur.

Regis flagitium.

Humilis pnĩa Regis.

Septennis illi pnĩa impoſita.

a In Dũſt. c. 31. apud Sur. 19. Maij. Eccleſiaſtica diſciplina in ſacrilegum.

Comes excõicat⁹ pænitens abſoluitur.

Ad idem Generale Concilium (ita ab eis nominatum, quod omnes Anglorum Epiſcopi in idem conueniſſent) ſpectat, quod idem Osbertus [a] refert, de præpotenti quodam Comite, qui cognatam ſuam illicito ſibi matrimonio copulauerat, & a Dunſtano tertio redargutus, inceſtum ſuum expiare nolebat, ac propterea aditus illi Eccleſiæ interdictus fuerat. Qui ſuperbia inflatus Regi perſuadet, Dunſtano mandet, vt ſacris illum liminibus reſtituat. Miratus Dunſtanus, correptum hominem minime reſipiſcere, fidelium illi communione interdicit. At ille eo magis furens, mittit Romam, qui mandatum ad Dunſtanum impetrent, vinculo vt eum ſoluat excommunicationis, (nimirum ſi pęnitens reſipiſcat.) Ad quod Dunſtanus, cum eum pęnitere delicti videro, tum præceptis Domini Papæ parebo; ſed vt ipſe in peccato ſuo iaceat, & liber ab excommunicatione nobis inſultet, & exinde gaudeat, nolit Deus. Quæ ille audiens, & inflexibilem Dunſtanum certiſſime ſciens, ex excommunicationis pęna, cum pudore hominum conſtrictus, tum timore periculorum, quæ talibus nonnunquàm accidere ſolent, perterritus, obſtinationem ſuæ mentis depoſuit, & abdicato illico coniugio, pęnitentiæ ſibi cultum impoſuit, & ſuimet oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus amictus, virgas manu ferens, Concilio ſeſe medium ingeſſit, & ante pedes Dunſtani gemebundus, & eiulans corruit. Quo viſo, moti ſunt omnes qui aderant, & ipſe pater omnium, maiori præceteris pietate motus eſt; In vultu tamen ſeruato diſciplinæ rigore, vt pote hominem reconciliare Deo deſiderans, lachrymas eius ad horam, ſeuerus, ſuſtinuit, ac demum a toto Concilio poſtulatus lachrymans & ipſe, culpam indulſit. Ita ab excommunicationis vinculo abſolutum communioni fidelium, gaudentibus cunctis, eum reſtituit.

Chriſti Annus	*Ioan. 13. Pap.*	*Ottonis* 10 }	*Impp.*
971	6	*Io: Zemiſcis* 2 }	*Indict.* 14.

b li. 2. c. 8. hiſt. Angl. Regum.

S. Vdalricus Rauẽnę conuenit Imp.

Optãs, & petẽs Epatũ Nepoti, alioq idoneo, ſed ambienti, Deo non probatur.

Viſio S. Vdalrici.

In quo peccarit deligẽs ſucceſſorẽ idoneum Nepotem.

Q̃is dign⁹ refugit Epiſcopatũ.

c c. 21. 22.

Habita eſt Romæ a Ioan. Papa SYNODVS GENERALIS, ad quam, inter alia, miſſa eſt legatio ab Edgaro Anglorum Rege, & a S. Dunſtano Archiepiſcopo Dorouernenſi, ſiue Cantuarienſi (vtroque enim nomine eadem ſedes eſt nominata) vt ab eodem Io: confirmarentur priuilegia conceſſa ab eodem Rege monaſterio S. Mariæ Glaſtingebiri, extat confirmationis Diploma apud Malmesburienſem [b] qui ſcribebat anno 1140. inter ſcriptores rerum Anglicarum poſt Bedam, præcipuus.

Eodem anno Imper. firmato fędere cum Io: Græcorum Imp. & Pandulpho Beneuentano Principe reſtituto, qui captiuus a Nicephoro detinebatur, receſſurus ab Italia vna cum coniuge Rauennam peruenit, vbi eum S. Vdalricus Auguſtanus Epiſcopus, iam tertio viſitatis Apoſtolorum liminibus, rediens viſitauit. Is Adalberoni ſororis ſuæ filio ab Imp impetrauit procurationem ſui Epiſcopatus, & omnium ſecularium negotiorum, & poſt ſuum deceſſum in Epiſcopatu ſucceſſionem. Quæ S. viri ſtudia in Nepotem, nec Deo placuiſſe, nec Eccleſiæ, declarauerunt euenta, & ipſe in ſe ipſo iam proxime moriturus factum eſt deteſtatus, cum ad ſupremũ iudicium raptus per viſum, accepit ea ſe de cauſa pęnis mancipandum Purgatorijs, & alia vice, Heu, heu, inquit, quod illud nepotem meũ Adalberenem vnquàm vidi, quia pro eo, quod ſecundum ſuum deſiderium conſentiebam, nolunt me impunitum in ſuum recipere conſortium, (ſancti videlicet) mirum vero quomodo dæmon deceperit S. Virum, qui tam pio prętextu vacãdi diuinis liberius, ſæcularia in nepotem refundere ſtuduit. Mirum in quo peccarit deligens ſucceſſorẽ doctum, a ſe ſanctis virtutibus imbutum, eloquentem, liberalem, & multis virtutibus ornatum, qui etiam extraneus, erat ſucceſſor optandus; & tamen peccauit, & impulſus ille non ſpiritus, ſed carnis fuit, vt nepotem deligeret ſucceſſorem, illo ſuadente, obnixeque petente, quem vel ex hoc exiſtimare debuiſſet indignum, dum illud peteret, quod omnis refugit dignus. hæc pluribus auctor in [c] vita.

Hoc

A Hoc eodem anno Otto Imp. Magdeburgenſem ciuitatem condidit, eidemq; primum Epiſcopum, auctoritate Ioan. Pont. S. Adelbertum dedit, de quo plura Adam [a] vetus Chronographus habet, inter cetera, *Magdeburgenſi Epiſcopatui ſubiecta eſt tota Slauonia, vſque ad Penem fluuium. Epiſcopatus ſuffraganei quinque Merſibur, Miſna, Brandeburg, & Heuelburg. Sextus Epiſcopatus Slauoniæ Aldimburg, propter vicinitatem Hamburgenſi Archiepiſcopatui ſubiectus eſt*. Idem, *Slauonia*, inquit, *ampliſsima Germaniæ Prouinciæ eſt decies maior, quàm noſtra Saxonia fertur, præſertim ſi Bohemiam, & eos, qui trans Odderam ſunt, Polonos, quia nec habitu, nec lingua diſcrepant, in partem adiecerit Slauoniæ &c.* In ciuitate Magdeburgenſi Monaſterium fundauit Otto ſub regula S. Benedicti.

a lib. 2. c. 7. 8. 10. 11.

B Adelbertus hic longe eſt alius, ab eo qui paulo iunior, hoc ſæculo claruit, Epiſcopus Pragenſis in Boemia, & martyr, & vterque diuerſus ab eo qui fuit Rugorum Epiſcopus, de quo ſuperius.

Eodem anno Petrus Archiepiſcopus Rauennas ſponte abdicauit ſe ab onere paſtoralis curæ, in cuius locum ſuffectus eſt Honeſtus ex Abbate Claſſenſis Monaſterij, qui Sanctum Romualdum monaſtico habitu induit. De Petri abdicatione meminit Petrus Damiani ad Nicolaum Secundum ſcribens de renunciatione. Extat in VV. monumentis Eccl. Rauenn. vt teſtatur Rubeus, quod confirmat hanc Chronographiam, de Ioan. Papæ annis. Nonis Aprilis, Indict. 14. anno 6. Io. Pont. Ottonis Patris Imp. 10. Ottonis filij anno 4.

C Quod ad res pertinet Orientalis Imperij teſte Ioan. Curopalate, & alijs, qui ex eo deſcripſere, ope martyrum Georgij, & Theodori Ioan. Imp. ingenti gloria Roſſos, & Bulgaros, Scythas, Turcas, & alios barbaros aduerſus Romanos ſimul fœdere iunctos, numero trecentorum triginta millium militum, iteratis, ſummo labore, atque periculis ſæpe prælijs ſuperauit, atque ſumma religione, qua vicerat, triumphum parauit magis martyribus ipſis, & Beatiſſimæ Virgini, cuius imaginem in præparato ſibi curru præire iuſſit, equo albo ipſe inſequutus. Tum extinctum eſt Bulgaricum Regnum, primaria ciuitate expugnata, Rege cum vxore, & liberis capto, cuius regiam coronam pro munere Deo in templo dedicauit.

Inſignis victor. Io. Imp.

Bulgar. Regnũ q̃ñ extinctũ.

D *Chriſti Annus* 972 | *Doni Pap.* 1 | *Ottonis* 11 *Io: Zemiſcis* 3 | *Impp.* *Indict.* 15.

IO: Papa cum ſed. ann. 6. men. 11. d. 5. moritur 8. Idus Sept. ſepelitur in Baſilica S. Pauli, a dextris ingreſſus Baſilicæ, cum epitaphio, quod adhuc extat.

Donus, ſiue Domnus, ſiue Domnio, diuerſe enim a diuerſis ſcribitur, Romanus, 12. Kalen. Octob. creatus, ſed tamen menſ. 3. obijtque 14. Kalen. Ian. Cetera de ipſo remanſerunt oſcura. Sequenti die, poſt eius obitum, ſubrogatus eſt Benedictus Romanus, de quo anno ſequenti.

E Eodem anno Otto Imp. vna cum filio item Imp. reuerſus in Germaniam ad componendas res Eccleſiarum, SYNODVM PER EPISCOPOS CONGREGAVIT IN INGELHEIM. In qua quid geſtum ſit, nos præterit, præter iudicium Epiſcoporum in cauſa Sancti Vdalrici Epiſcopi Auguſtani, petentis vt ſibi liceret vitam finire in ordine Sancti Benedicti, & ſuo loco Epiſcopus ordinaretur Adalbero Nepos. Improbarunt Patres id non boni exempli, vt viuente Epiſcopo, alter ordinaretur: ſtatuerunt tamen, illi vt ſatisfacerent, ne alius quàm eius Nepos ordinaretur in eius locum Epiſcopus. Sed eodem anno Adalbero ſubita morte præreptus eſt, & auunculus S. Vdalricus anno ſequenti 4. Non. Iulij 83. annorum cum eſſet, mortuus eſt, iam viuens, & poſt mortem clarus miraculis. Ex vita S. Vdalrici c. 23. & 24. Res ab eo geſtas ſcripſit primum eius diſcipulus, mediocri ſtylo, cuius nomen neſcitur, ex quo alij luculentius deſcripſere.

Synodus improbat petionẽ Vdalrici Epiſcopi S.

A

Chriſti Annus 973 | Benedicti 6. Pap. 1 | Ottonis 12, Ioan. Zemiſc. 4 } Impp. Indict. 1.

VVilelmus Archiepiſcopus Moguntinus Ottonis filius, ex priori coniuge, vir ſapiens, prudens, pius, & cunctis affabilis, a patre ſibi commendatum regens Francorum Imperium, moritur. Ex Vuitichindo, qui ſubdit de morte Mathildis matris Imp. miræ ſanctitatis femina, Prid. Id. Mart. quæ reperitur relata in Sanctorum numerum dicta die natalis ſui, hoc elogio. Halberſtati in Germania dormitio B. Mathildis Reginæ, matris Ottonis primi Imp. humilitate, & patientia celebris. Subijcit his idem Vuitichindus de obitu Bernardi Halberſtatenſis Epiſcopi vita ſancta conſpicui, ac demum de obitu Ottonis Rom. Imp. Regis Gentium, qui diuinarum humanarumque rerum multa religioſa ſæculis reliquit monumenta, inquit Vuitichindus, & de eodem Ditmarus illud ait ad eius laudem, quod nullus poſt Carolum M. ſit inuentus dignus Imper. niſi ipſe Otto M. Porro relictam eius coniugem Adelaidem Auguſtam ſummis pietatis officijs iugiter eſſe proſecutam Ottonis animam, idem affirmat. B

Obitus Reg. Mathildæ.

Obit⁹ Ottonis Imp.

Quæ autem Petrus Damiani ad Deſiderium Abbatem ſcribit de Adelaide Italiæ Regina, vxore Ottonis Imper. quod ei commater eſſet, & de eo reprehenſus a Vuilelmo ex altera vxore filio Archiepiſcopo Moguntino, & excommunicatus fuerit, & proteſtatus, quod ad diem Pentecoſtes futurum eſſet, vt ambo aſiſterent ante Deum ibique iudicium inter vtrumque peragendum; & falſa nec probabilia oſtendit auctor Annalium, ſed nec ea, vt indubitata, prodit ipſe Petrus Damiani, ſed vt relata refert, quæ tamen a nullo eius temporis ſcriptore vel leuiter attinguntur. C

Falſa quędā de Ottone feruntur.

Defuncto Ottone, eius filius Otto Iunior ſolus cæpit imperare, qui iam cum Patre inchoauerat annum ſextum, vt conſtat ex eius diplomatibus.

Hoc anno menſe Septembris ab Honeſto Archiepiſcopo Rauennate habita SYNODVS APVD MVTINAM reperitur, in qua compoſita legitur controuerſia inter diſſidentes inter ſe germanos proceres Petrum, atque Lambertum, cuius apud Rubeum [a] Acta leges in hiſtoria Rauennate, ex quibus diſces, ad lucem temporum, nomina ſaltem ſubſcribentium Epiſcoporum, & Principum, & inter alios Leonem Epiſcopum Ferrarienſem, & eiuſdē ciuitatis Marinum Comitem, ex quibus certis monumentis errores corrigas recentium hiſtoricorum. D

a li. 5. hoc anno.

Chriſti Annus 974 | Benedicti 6. Pap. 2 | Ottonis 2. 1, Io: Zemiſc. 5 } Impp. Indict. 2.

BEnedictus Papa VI. vbi ſed. ann. 1. m. 3. & d. aliquot, a Bonifacio cognomento Francone, Romano, Diacono Cardinale, ſceleſtiſſimo viro, capitur, in carcerem detruditur, & ſtrangulatur. Ipſe vero Bonifacius Sedem Apoſtolicam violenter inuadens, tenet annum vnum, ac menſem; dictusque Bonifacius VII. verum vt Tyrannus non numeratur inter Pont. Rom. Nam Leo Oſtienſis. [b] *Eodem*, inquit, *tempore Benedicto 6. vita functo Benedictus 7. propinquus memorati Alberici Rom. Conſulis in Sede Apoſtolica eleuatur.* E

Papa capitur, & ſtrāgulatur.

b lib. 2. c. 4

Eodem anno, Honeſtus Rauennas Archiepiſcopus tertio ſuo anno expleto, Vrſianam Baſilicam auguſtiſſime fabricatam, & ornatam, corporibus Sanctorum in eam translatis, locupletauit; ex Diplomate eius donationis, apud Rubeum.

Baſil. Viſiana Rauennæ.

Inchoato 4. anno eius Epiſcopatus, in tanta peccatorum caligine, Deus, pro ſua miſericordia eximium ſanctitatis lumen oſtendit, Sanctiſſimum Romualdum, qui Ra-

S. Romualdus.

A uennas, ex nobiliſſima Ducum ſtirpe oriundus, primo Claſſenſis Monachus, poſt Anachoreta, fecundus in prole Occidentalem Eccleſiam ſanctis repleuit Anachoretis, quorum aliqui Apoſtolatum ad gentes meruere, & inſigni martyrij corona decorari, cuius res præclare geſtas ſcripſit Petrus Damianus Rauennas, ſanctitate, & doctrina notiſſimus, qui his temporibus proximus vixit.

Chriſti Annus	*Benedicti 7. Pap.*	*Ottonis 2.* 2 / *Ioan. Zemiſc.* 6	*Impp.* / *Indict.* 3.
975	1		

B BEnedictus Romanus, ex Albericis proueniens, exagitans vrgenſque Bonifacium Tyrannum inuaſorem Apoſtolicæ Sedis, eum abire coegit, qui Vaticana Baſilica expoliata Conſtantinopolim nauigauit. Rom. Eccl. liberata, omnium ſuffragio idem Benedictus ex Sutrino Epiſcopo creatur Rom. Pont. quod hoc anno contigiſſe conſtat, ex eius ſepulchri inſcriptione.

Hoc eodem anno, Hiſpana Eccleſia, Martyrum coronis decoratur. Qui capta, & euerſa ciuitate Septimacenſi cædi ſuperfuerant, Cordubam a Sarracenorum Rege traducti, & biennali cuſtodia macerati, gladio tandem, pro fide, ſunt obtruncati. Quos obliuione pene ſepultos ex Archiuo Compoſtellano Ambroſius Morales in lucem edidit, ex Diplomate autographo Veremundi Regis. *Hiſpani Martyres.*

Quod ad res pertinet Orientalis Imperij, hoc eodem anno, ingenti damno Reip. C Ioan. Zemiſces Imp. cum Syriaca eſſet occupatus expeditione, iamque victor perueniſſet Damaſcum vſque, veneno potatus, moritur Conſtantinopoli 4. d. m. Decembris, cum Imp. ann. 6. m. totidem, & dies aliquot; eademque die ſuccedunt filij Romani Iunioris Baſilius, & Conſtantinus, quorum ille 20. agebat annum, hic 17. reuocata eorum matre Theophane in ſolium, e quo fuerat exturbata. hæc Curopalates, & alij. *Imp. Zemiſces veneno tollit.*

Eodem anno, cum, qui tenerent Sarraceni Damaſcum, diffiderent omnino Chriſtianis, qui ibi erant, ne Ioan. Imp. admitterent, eorum Epiſcopum Sergium, inter alios, foras eijciunt. Qui Romam veniens a Benedicto Rom. Pont. benigne exceptus, impetrata Bonifacij, & Alexij Baſilica, ſacerdotalibus officijs pene deſtituta, ibi monaſterialem regulam, vſque ad vitæ finem exercuit. Ex Petro Damiani ad Nicolaum Papam. *Damaſci Epiſcopus a Sarrac. eiect⁹ Romã venit.*

D Eodem anno, & indictione tertia CONSTANTINOPOLI SYNODVS CELEBRATVR, in qua Baſilius Patriarcha criminis accuſatus, deponitur, & in locum eius ſubſtituitur Antonius Studites. hæc Curopalates; ex quo & alii recentiores.

Hoc eodem anno Eccleſia Anglicana, defuncto Rege Edgaro, cum regnaſſet, a tempore Monarchiæ adeptæ annos 16. nonnihil eſt perturbata. primum quidem orta de Rege eligendo magna inter Regni Principes diſſenſione; cum quidam Eduuardum filium Regis primogenitum, vt pater moriens dictauerat, alij vero (agente in primis vxore ſecunda pro filio) Ethelredum fratrem ſuum vix ſeptennem elegiſſent. Conuenientibus igitur in vnum Eccleſiaſticis, & laicis Principibus, primogenitũ elegerunt, conſecrarunt, & in Regem inunxerunt, quibuſdam tamen murmurantibus. Deinde per plures Principes, & Optimates, Abbatibus cum Monachis de Monaſterijs, in E quibus Rex Edgarus eos locauerat, expulſis, & clericis, vt prius, eorum loco, cum vxoribus inductis: ſuper ea re SYNODO APVD VVINTONIAM congregata, magnopere rogant clerici, & per regem vehementer agunt vt illis venia, hac ſola vice daretur, & de Eccleſijs reinueſtirentur, deinceps correctionem pollicentes. ſilet Dunſtanus Primas ad iſta, quidque potiſſimũ de negotio agendum ſit, demiſſo capite, mente pertractat, ſilentium ingens occupat omnes, & ſuſpenſi ad reſponſum Pont. erigunt aures. Tũc ſubito Crucifixi Dei imago, ſigno Crucis, in edito affixa, andientib. cũctis dixit. NON FIET; NON FIET: IVDICASTIS BENE; MVTARETIS NON BENE. Tremefacto in his ſimul vniuerſo conuentu, intulit Pater *Chriſtus ex ſigno Crucifixi loquit au-*

Dunſtanus.

Dunſtanus. Quid amplius vultis fratres mei? diuina ſententia audiſtis definitum negotium præſens. Aiunt audiuimus vere, nec deinceps monachis vlla moleſtia illata eſt. Ex Osberto in vita Sancti Dunſtani, quæ confirmantur ex vetuſtioribus monumenti ad Bedam additis. A

(diére vniuerſo Cōcil. Angl.)

Chriſti Annus	*Benedicti 7. P.*	*Ottonis 2.* 3 / *Baſil. & Conſt.* 1	*Imppp.*
976	2		*Indict. 4.*

(Impp. fratres.) (Bardas inuadit Imper.)

SVb Impp. iunioribus, moderante habenas Imperij, Baſilio Præfecto Vigilum, qui è medio Ioan. Imp. ſuſtulerat, eodemque Bardam, cognomento Sclerum Orientis Ducem, quem ſuſpectum haberet, in ordinem reducere conante: ipſe Bardas ſuorum conſilio militum Imperatoris nomen vſurpat; & inſignia ſibi vendicat, confiſus (inquit Curopalates) cuiuſdam Monachi quodam vaticinio. Quo pariter anno ob Bardæ rebellionem Antonium Studitam Patriarcham ſponte ſe abdicaſſe, vacaſſeque ſedem illam annis 4. idem tradit Curopalates. B

(Nilus qui vir, & quâ tus.)

Ijdem Impp. Baſilius & Conſtantinus ad regendas oras Occidentales, Calabriæ videlicet regionem, miſere Leonem Domeſticum Comitem, & Nicolaum Protoſpatharium, de quibus eſt mentio in vita ſanctiſſimi Patris Nili, cuius familiaritatis vſu ijdem ad meliorem frugem conuerſi ſunt. Fuit Nilus iſte ab origine Græca, Roſani, in Calabria, ciuitate natus, doctrina, atque pietate inſignis, ab infantia Dei cultor eximius, &, poſt Matrimonium, vitam monaſticam ſectatus, breui omnes eius inſtituti profeſſores facile antecelluit, notus vbique tam in Oriente, quàm in Occidente, conſpicuus fulgore virtutum. Cuius res geſtas Græce conſcriptas ab eius diſcipulo, nunc primum Federicus Metius Epiſcopus Thermularum, ex antiquo Codice criptæ Ferratæ latinitati tradidit. Plura, eaque ad modum præclara intulit in ſuos Annales Card. Baronius, quæ nos, pro inſtituti ratione, breuiter attingemus. Quod ad præſentem pertinet annum, primum auctor ponit cum eis habitum congreſſum; in quo magna Beati Nili humilitas, & ſpiritalis ſapientia elucet. In alio congreſſu prædixit B. Nilus Domeſtici morbum, ex quo & mortuus eſt. C

In cuius locum ſucceſſit Euphraxius Præfectus, ad quem, cũ omnes Præpoſiti Monaſteriorum vndique, cum muneribus, & adulationibus confluerent, eius protectionem quærentes, Beatus Nilus quieti incumbens, & orationi, minime acceſſit. Ex quo ille contemni ſe putans, mala meditabatur in eum. Cum autem correptus eſſet Præfectus grauiſſimo morbo, & ad mentem rediſſet ſupplex illi effectus, aſpectum eius, benedictionem, & abſolutionem optabat. At B. Nilus ſalutem eius procurando, procraſtinabat, poſt triennium igitur cum morbus eum pene ad extremum deduxiſſet, ad eum tandem acceſſit. Ad cuius aſpectum Eupraxius, ad pedes prouolutus, orat, & obſecrat, vt ſe, quantumuis peccatorem, tondeat, & Monachi habitũ tribuat. Quod multis obteſtationibus tandem obtinuit. Qui toto illo angelico officio peracto, diuina virtute, valetudine, & viribus recuperatis, cum omnes ad prandium inuitaſſet, inſtar famuli accinctus, omnibus ſtupentibus, præ vigore, & promptitudine, & Deum glorificantibus miniſtrauit. Poſt hæc autem cum omnia bona ſua pauperibus dediſſet, & Eccleſijs, & omnibus egenis, & domeſticis cum aliquid legaſſet, & ſeruos libertate donaſſet, tertia die ad Dominum profectus eſt, cum omni contritione, & gratiarum actione, fide, & ſpe ſecura. D E

(Veſtire monachũ, angelicũ officium.)

Chriſti Annus	*Benedicti 7. P.*	*Ottonis 2.* 4 / *Baſil. & Conſtan.* 2	*Imppp.*
977	3		*Indict. 5.*

SAnctus Romualdus triennio in Claſſenſi Monaſterio exacto, vitam æmulatus anachoreticam, Marinum virum ſanctiſſimum idem vitæ genus, magna excolentem

A tem obſeruãtia, adijt, apud quem adeo profecit, vt ſuo exemplo viros nobiliſſimos, ac potentiſſimos ad idem inſtitutum ſectandum attraxerit, & inter alios, Petrum Vrſeolum Ducem Venetiarum, & Io: Gradonicum, æque nobilem Venetum, ob id, quod Petri Deceſſoris, Vitalis Candiani peremptoribus fautores extiterant. quæ latius Petrus [a] Damianus exequitur, nec extant apud eos, qui res Venetas ſtylo ſunt proſecuti. Clam igitur Dux, & Gradonicus, ſimul in Gallias ſecuti ſunt Guarinũ Abbatem (qui ex vlteriori Gallia in Italiam peregrinatus, auctor conſilij Vrſeolo fuerat) haud longe ab eius monaſterio vitam egerunt in magna auſteritate anachoreticam cum Romualdo, & Marino. Poſt plures annos vita ſancte peracta Vrſeolus cum migraſſet in cœlum, quattuor reliqui, eodem ſpiritu, quo impulſi fuerant in deſertum, in Italiam ſunt reuerſi. De Vrſeolo illud fertur, quod inuiſenti ſe filio, Petro & ipſo nomine, B ex Italia, futura prædixit. *Noui*, inquit, *fili mi proculdubio, quia Ducem te conſtituent, & proſperaberis. Tu tantummodo ſatage, ut & Eccleſiis ſua iura conſerues, & erga ſubditos alicuius amore, uel odio a iuſtitia non declines.* Hæc pluribus Petrus Damianus in vita B. Romualdi.

Petr. Vrſeol. & Io: Gradon. monachi ob crimẽ.

a Apud Sur. 19. c. 6. 7. 8. 9

Prophetia Vrſeoli anachor.

Dum autem ijdem viri Sanctiſſimi in Gallis morarentur, Olibanus [b] quidam Comes, in Aquitania, ſub cuius iure Guarini Abbatis Monaſterium fuerat, vir quidem potens, ſed peccatis oneratus, cum aliquando ſolus Romualdum viſitaſſet, enarrata illi, quaſi per confeſſionem vita ſua, a ſanctiſſimo viro audiuit, eum aliter ſaluari non poſſe, niſi mundum relinquens ad monaſterium conuolaret. Turbatus Comes viros ſuos ſpirituales nũquam rem tam arduam, & ſibi intolerabilem ſuaſiſſe. Adſcitis itaque Epiſcopis, & Abbatibus conſulit de eo quod ſibi vir Dei dixerat, qui B. Romual C di ſententiam omnes vnanimi voce confirmant. ſe vera Comiti eatenus præ timore non dixiſſe. Tunc ſecreto Comes conuenit cum B. Romualdo de adeundo monte Caſſino, orationis prætextu, ibique ſe diuino ſeruitio irreuocabiliter addicendo; quod & perfecit. hæc eadem de Olibano in Chron. [c] Caſſin. a Leone Oſtienſi conſcripta habentur.

b Apud Sur. c. 13. & 16.

B. Romuald. prædicit Comiti cuidã, eum non poſſe ſaluari, niſi Monachus fiat.

c li. 2. c. 19.

Hoc eodem anno prima Martij migrauit in cœlum S. Rudeſindus Compoſtellanus Epiſcopus, cuius res præclarè geſtæ ab Ordonio ſcriptæ extant, ex quo plura Morales ſummatim in Chronico. Relatus autem eſt in ſanctos ab Apoſt. Sed. legato Hyacintho S.R.E. Cardinali A.D. 1156. ſub Alexandro III. quæ cuncta, factus ipſe poſtea Pont. Cœleſtinusque III. dictus, confirmauit.

D

Chriſti Annus	Benedicti 7. P.	Ottonis 2. 5 / Baſil. & Conſt. 3	Impp. / Indict. 6.
978	4		

OTto Imp. offenſus a Lothario Francorum Rege, eum perſequitur Pariſios vſq; & in reditu, cum eum inſequerentur hoſtes, & ad flumen, quod intumuerat, perueniſſent, nec tranſire abſque periculo poſſent, S. Vuolfangus Ratiſponenſis Epiſcopus, precibus, omnibus tranſitum innocuum impetrauit, [d] Francis inſequentibus male pereuntibus, vt eſt apud Aimoinum. [e]

d Longar. & Sigeb. Chr.

e li. 5. c. 44

Eduardus [f] Rex Angliæ inſidijs ſceleratæ Elfdritæ nouercæ occiditur, vt eius fi E lius Ethelredus, puer annorum decem, regnaret, quem fulgentem miraculis Angli, vt martyrem coluerunt. Ipſa interfectrix aditura cũ alijs ad eius ſepulchrum, miraculo commota, quod quos inſederat equos, immobiles experta eſſet, pœnitens, magna ſe deinceps auſteritate vitæ macerauit.

f App. ad Bedã li. 2. c. 12. Flor. hiſt. Vueſtmõ. hoc anno.

Eduard. R. occidit a nouerca. Pnĩam agit.

Eodem tempore Carolus Dux Lotharingiæ, frater Lotharii Regis pugnans aduerſus Hermenfredum occupatorem rerum Eccleſiaſticarum, accepit ab eo corpus S. Gudilæ Virginis, & Bruxelas intulit. Inuaſores autem poſſeſſionum illius, & deſcendentes hæredes diuina vindicta iugiter eſt proſequuta, vt omnes miſerando vitæ finirent interitu. Hæc ex [g] Appendice ad res geſtas eiuſdem Sanctæ.

g Apud Sur. 8. Ian.

Chriſti Annus 979. *Benedicti 7. P.* 5. *Ottonis 2.* 6 *Baſil. & Conſtan.* 4 } *Impp. Indict. 7.*

Propheti-ca intermi-natio Sancti Dunſtani.

EThelredus puer decennis ab Epiſcopis Angliæ Rex coronatur. In qua coronatio-ne S. Dunſtanus prophetiæ ſpiritu afflatus hæc ad Regem. Quoniam aſpiraſti ad Regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini; hæc dicit Dominus. Non deficiet gladius de domo tua, ſæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo, quouſq; Regnum tuũ transferatur in Regem alienum, cuius ritum, & linguam, gens cui præſides, non nouit, nec expiabitur niſi longa vindicta peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccatum virorum illorum qui interfuerunt conſilio eius nequam. Poſt hanc Dunſtani viri Dei prophetiam nubes per totam Angliam nunc ſanguinea, nunc ignea viſa eſt [a] &c.

a Vueſtm. & Osbert. in Dunſt. b Anno 975. cũcta iũgens. & App ad Bedam lib. 2. c. 11. Miraculũ.

Alia SYNODVS CALNÆ conſtituitur, inquit[b] Vueſtmonaſterienſis reclamantibus clericis, ob monachos in eorum locos ſubrogatos, vbi, cum in cænaculo, abſente Rege, propter imbecillam ætatem, conſidentibus totius Regni Senatoribus, magno conflictu hinc inde allegantium, res ageretur, & Dunſtanum, quaſi Eccleſiæ murum multorum iacula conuiciorum impeterent, nec vincerent: ſolarium ſubito totum, quo conſidebant, cum axibus diſſoluitur, & trabibus; omnibuſque interim truculenter eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans, ſuper vnam, quę ſuperſtes erat, trabem, abſque læſione euaſit. Ceterum omnes partis aduerſæ, vel exanimati ſunt, vel languore perpetuo ſunt detenti. hoc miraculum contulit pacem Dunſtano, & Monachis. Osbertus, præter alios, in vita Dunſtani, vbi non ſolum ipſum Dunſtanum, ſaluum factum; ſed & omnes qui ſuarum eſſent partium, tradit.

Chriſti Annus 980 *Benedicti 7. P.* 6 *Ottonis 2.* 7 *Baſil. & Conſt.* 5 } *Impp. Indict. 8.*

Adelbert[9] eligitur Epiſcopus Pragenſ.

MOrtuo Pragenſi Epiſcopo, cũ ſe a nigris ſpiritibus deportari clamaret, audiente Adelberto, qui magno horrore correptus, magnum emendationis vitæ ſtudium concepit; habitis Comitijs ad eligendum Epiſcopum, & variatibus ſententijs, omnes ad vltimum vnum ſibi depoſcũt indigenam Adelbertum, quem ſe valde timere dæmon in energumeno ea ipſa die faſſus eſt. Electus igitur Epiſcopus Adelbertus in Italiam profectus, Veronæ ab Ottone II. Imp. per virgã inueſtitur, & a Moguntino Epiſcopo conſecratur. In patriam rediens, nudis pedibus intrat in vrbem, & paſtorali muneri ſedulus inſiſtit. hæc & alia deinceps, quæ dicentur, petuntur ex actis apud Surium,[c] & ex alijs plenioribus, ex peruetuſto Codice S. Cæciliæ in Vrbe.

c 23. Apr. B. Nil[9] futura præuidet. Fugit gloriam.

Cũ cognouiſſet B. Nilus oculo illo ſuo ꝓphetico, Sarracenos (a Græcis in Latinos aduocatos) Calabria potituros, honorem fugiens, ad Orientales partes, quo eius fama penetrarat minime accedere voluit, ſed elegit vt ignotus, inter Latinos agere. Quo vero magis ille hominum gloriam fugiebat, eo magis illum cęleſtis gratia ſequebatur, & omnes vt vnum ex Apoſtolis illum excipiebant. Cum enim Capuam veniſſet (vt cętera omittam) & maximo honore affectus eſſet, tum a Principe ipſo Pandulpho, tum ab alijs nobilibus ciuitatis, decreuerunt ipſum ſibi Epiſcopum inſtituere, & res effectum habuiſſet, niſi mors Principem præoccupaſſet. Tunc vero Præpoſito Mõtis Caſſini Aligerno aduocato, rogarũt vt daret B. Nilo monaſterium aliquod B. Benedicti. Adiens igitur ille Inclytũ B. Benedicti monaſterium, exceptus eſt ab vniuerſis monachis magna cũ celebritate quaſi alter P. Benedictus aduemiſſet. Cũq. oẽs illos Patres ſpirituali lætitia cumulaſſet, & ipſe gauiſus eſſet, bono ordine, & præclara diſciplina, eorũq. res ſupra res Gręcorũ admiratus eſſet; deductus eſt ab ipſo Abbate, & inſignioribus fratribus ad monaſterium S. Michaelis Archangeli Vallis lucis, in quo cum filijs ſuis manere deberet. Rogatus autem vt in Eccleſia montis Caſſini diuinum officium

Excipitur a Monachis, quaſi alter Benedictus.

A cium Græca lingua perageret, abnuit primum præ humilitate, deinde vero cōſcripto Græce hymno, quo complectebatur omnia miracula in eius vita contenta, aſcendit, ad Caſſini Monaſterium & vigilias peregerunt in hymnis, & canticis.

Hæc apud Leonem Oſtienſem, & diſcipulum, qui res eius geſtas conſcripſit, ex quo iſta decerpſimus, qui item habet diuerſas diuerſorum monachorum interrogationes eidem ab ipſis propoſitas eiuſque reſponſiones diuino ſpiritu plenas, quas tu vide in Annalibus, & maxime apud ipſum vitæ eius auctorem.

Eodem anno S. Haraldus Rex Danorum, qui primus Danis Chriſtianitatem indixit, quique totum Septentrionem prędicationibus, & Eccleſiis repleuit, factione Suen Ottonis, eius filij, Chriſtianorum hoſtis, necatus, gloriam martyrum eſt conſecutus. Ex Adam [a] Chronographo, temporibus illis proximo; qui pergit plura de Tyranno B Suen narrare; vt diram [b] perſecutionem in Chriſtianos in Dania indixerit; vt a Slauis bis captus, & in Slauiam ductus, & bis redemptus, ingenti auri pōdere, nec tamen reuerſus ad Dominum; vt a Sueonum [c] Herico Rege profligatus, amiſſo Regno, profugus, & vagus a Northmannis, & Anglis reiectus, & receptus tandem a Scotis per annos 14. apud eos exul egerit; [d] vt pœnitens ad Deum reuerſus, regnum recuperauerit, Northmannos profligarit, Noruegiam occuparit, in eamq; Chriſtianitatem induxerit. Vt denique iræ vindex diuinæ pluribus prælijs, Ethelredo Rege deiecto, & inſulam obtinuerit, ac demum, tertio menſe, poſt victoriam, mortem obierit.

Rex Danorū Mart.

a li. 2. c. 18
b li. 2. c. 21
c lib. 25.
d c. 28.
Miri & varii euētus Tyranni.

C

Chriſti Annus	Benedicti 7. P.	Ottonis 2. 8	Impp.
981	7	Baſil. & Conſt. 6	Indict. 9.

CVm Antonius Studites Patriarcha Conſtantinopolitanus timore Bardæ tyranni inuadentis Imp. abdicaſſet, ſuffectus eſt Nicolaus cognomēto Chryſoberges, qui ſed. ann. 12. m. 8. ita Curopalates, qui poſt hæc recenſet Bulgarorum irruptionem in Græciam, ſub Samuele ipſorum Rege bellicoſiſſimo, eodemq; Chriſtiano, & Sanctorum maxime cultore, quorum patrocinijs pluribus potitus eſt victorijs.

Bulgari in Græcos irrumpunt.

Quod ad Bulgarorum incurſiones attinet, in rebus geſtis S. Niconis, (de quo ſuperius) habetur, quod cum Baſilius Prætor grauiter angeretur nō ſolum moleſto, ac difficili morbo, quo tenebatur; ſed multo magis vrgeretur pauore Bulgaricæ incurſionis, D fama gliſcente gentem illam tota Epiro graſſatam, in Hellada, atque in Peloponneſum copias conuertere, S. Niconem, de cuius eximia in Deum fiducia, & alijs virtutibus audierat, Sparta euocat, qui ſtatim Corinthū profectus, non ſolum morbo ægrum ſua præſentia liberauit, ſed metu etiam, & terrore Bulgarorū; illos alio curſum ſuum flexiſſe ſignificans. In iiſdem rebus geſtis narratur eiuſmodi miraculum, quod poſt S. viri obitum expertus eſt idem Prætor, ex vnguento e corpore eius manante, cuius vaſculum, viſitato pie eius ſepulchro, collegerat, cum ſeruum ſibi cariſſimum prope emortuum certa fide ſpem fulciens inunxit, iſque ſtatim plene conualuit, atque adeo in vitam eſt reuocatus, qui narraret aſtantem ſibi monachum, ſua manu prehenſa, ita fatum. Deus, inquit propter Apocauſi fidem, (ſic enim Baſilius Prætor vocabatur) vitam E tibi Metanoitæ precibus largitur.

Miraculū.

Extat hoc eodem anno datum Diploma Ottonis II. Imp. monaſterio S. Vincentij ad fontes Vulturni, quod ſic incipit: *Si Eccleſiarum Dei curam habere ſtuduerimus, proculdubio Imperium noſtrum ſtabile erit, inſuper & vitam æternam promereri credimus &c.* ex Chron. Ioan. Monachi, in quo & alia eiuſdem generis extant priuilegiorum Diplomata. ex quibus illud ſaltem non leuis momenti declaratum apparet, eoſdem Ottonis, nominis Regis, & Imp. diuerſam habuiſſe rationem, nec ſe inſcribere ſolitos Imperatores, niſi poſtquàm Romæ, ab ipſo Rom. Pont. fuiſſent coronati.

Cura Eccleſiarum ſtabilitas Imperij.

A

Chriſti Annus 982 | *Benedicti 7. P.* 8 | *Ottonis 2.* 9 *Baſil. & Conſtant.* 8 } *Imppp. Ind.* 10.

Promittit B. Nicon ceſſatioñé a peſte.

ORiente peſte laborante, Lacedemonij B. Niconem ſupplices aduocarunt, quod ſe diuinis illius precibus liberandos confiderent. Annuit ille petitioni, & mali propulſionem ſpopondit, ſi modo ipſi Iudaicam gentem ex vrbe ſua pellerent, ne execrandis eorum, vt ipſe aiebat, moribus inficerentur. In his, inquit, ſi me audieritis, & peſtis vobis recedet, & ego, quod ſupereſt vitæ ducam vobiſcum. quibus verbis monita alia adijciens, illud Ieremiæ ſubinde aſpergebat: [a] *Viæ tuæ fecerunt hæc tibi, & iniquitates tuæ præualuerunt, & duro ludo percuſſus es*. Ad eius aduentum lues ceſſauit, & Iudæi vrbe pulſi ſunt. Fiebant itaque ad eum concurſus ex vniuerſo Peloponneſſo, omnis generis ægrorum, quibus ille non minus animæ, quàm corporis curam impendebat.

a Ierem. 4

B

Cum autem eius hortatu templum extrueretur, Io: quidam Aratus Iudæorum patronus, dæmonis fraude impulſus in virum ſanctum, omni ope ſatagebat, ne operi finem imponeret, prohibere, qui & opificij cuiuſdam prætextu Iudæorum quendam in vrbem cum induxiſſet, Nicon, Leoninum animum induens, eum fuſte male acceptum foras extruſit. At Aratus ira tumens contumelias in virum ſanctum iacere non deſtitit, cui ille leniter, abi, inquit, & ad te redi infelix, defle ſcelera tua; breui enim ſenties arrogantiæ, & nequitiæ fructus. Nec tarda fuit vindicta, vt aliquando ſolet. Nocte proxima viſus ſibi increpari, cædi, & in tetrum carcerem detrudi, quod ſeruum Dei contemnere, & conuicijs appetere non dubitaſſet. Experrectus igitur grauem incidit in febrem, accitoq; Nicone, ad eius pedes aduolutus miſericordiam implorauit. Cui Beatus, quæ in me perpetraſti quantum in me eſt; ea tibi quidem condonabuntur; ſed quoniam finis vitæ tibi cæleſti decreto præſtitutus eſt; nemo erit de cetero conſilium Dei qui diſſipet; & his dictis ad monaſterium reuerſus eſt. Illi vero, tertia poſt dies, infelici morte, vitam eripuit. ex quo metus ingens, & trepidatio Lacedæmonios inuaſit, nec ex ijs fuit, qui ad Niconem non aduolaret, & eius iuſſis non pareret.

Prędictio B. Nicon.

C

Vltio in cõtumelioſum in S. virum.

b li. 4. c. 50

Conſentanea his habet Io: Diaconus in vita S. [b] Gregorij, de Iudæis, Deo, & hominibus, ipſiq; Rom. Pont. potiſſimum, inuiſis, hæc dicens. *Hinc eſt, quod ſicut a maioribus traditur, & nos quoque vſque ad noſtra tempora, dum adhuc pubeſceremus, oculis noſtris conſpeximus, conſuetudo vetus obtinuit, vt omnes ſuperſtitionis illius homines, quantumcumque pulcherrima mercimonia detuliſſent, nunquam Pontificalibus alloquiis fruerentur; nunquam obtutibus Apoſtolicis potirentur; ſed extra velum longiſsimæ porticus, non quidem in ſcamnis, ſed in marmoreo pauimento ſedentes, ſuſcepta pretia numerabant. ne videlicet viderentur aliquid de manu Pontificis accepiſſe. Nam Reuerendæ memoriæ Nicolaus Pontifex Arſenium quondam Hortanæ ciuitatis Epiſcopum Iudaicas tum primum pellitias introducere molientẽ, adeo auerſatus eſt, vt ei Palatinam proceſsionem vellet adimere, niſi ſuperſtitioſæ gentis veſtibus abiurando, cum ſacerdotalibus infulis conſuetudinaliter procedere ſtuduiſſet.* hic ille eſt Arſenius Apoſt. Sed apocriſarius, qui, a Nicolao Papa Legatus miſſus in Gallias, perhonorifice geſſit legationem.

D

E

Chriſti Annus 983 | *Benedicti 7. P.* 9 | *Ottonis 2.* 10 *Baſil. & Conſt.* 9 } *Impp. Indict.* 11.

Clades Rom. exercitus.

OTto II in Calabria cõgreſſus cũ Græcis, q Sarracenos in auxiliũ aduocarãt, cæſo pene ad internecionem exercitu, vix natando euadit, omnibus pro infortu-

nio

A nio Reip. animo conſternatis, ſola Imperatrix feminea, & Græca leuitate inſultabat eis, quod ab exercitu ſuæ nationis victi eſſent Romani: ac per hoc cæpit Primatibus exoſa haberi. In hoc prælio, præter ius faſq; Epiſcopi Germaniæ militarunt, quorum aliqui ſunt interfecti, in quibus Henricus Auguſtenſis Epiſcopus, (quem auctor vitæ S. Vdalrici per oſtium, ſcripſit, non intraſſe) & Abbas Fuldenſis.

Huius belli meminerunt Petrus Damiani,[a] auctor[b] vitæ S. Adelberti Pragenſis Epiſcopi, Leo[c] Oſtienſis, Ditmarus,[d] Sigebertus, & Crantius[e]. Cauſam tantæ cladis in vltionem pleriq; referunt diuinam in Ottonem, quod Epiſcopatum Merſburgenſem S. Laurentio dicatum in Archiepiſcopatum Magdeburgēſem transfudiſſet, Deo minime, ex euentu, probante. Vnde perpendant Reges quam periculoſe, quantaque cum iactura corporis, rerum, & animæ diſpendio Eccleſiaſticis ſe rebus immiſceant

B Poſt cladem acceptam Otto mœrore confectus, de eligendo filio ſuo Ottone tertio ſucceſſore Comitia Veronæ habuit; indeque Romam veniens, morbo tactus, cum extrema perſenſit adeſſe, omnem ſuam pecuniam in quattuor diuiſit partes, quarū vnam eccleſijs, ſecundam pauperibus, tertiam dilectæ ſorori Mathildæ, quartam miniſtris, ac militibus diſtribuit. factaque latialiter confeſſione (ſic loquitur Ditmarus, ex quo hæc ſumpſimus) coram Apoſtolico, atque presbyteris, accepta ab eis optata remiſſione 7. Id. Decemb. ex hac luce ſubtractus eſt, & conditus labro porphyretico ad introitum Orientalis portę Paradiſi domus S. Petri, quod etiam nunc cernitur.

a ep. 5. c. 3.14.
b Apud Sur. 23. Apr.
c lib.2.c 9
d lib. 3. Chron.
e Metrop. li.2.c.28.
Reges periculoſe ſe ingerunt reb. eccl.
Ottonis 2. obitus.

Hoc eodem anno a Benedicto Papa CELEBRATVM EST ROMÆ CONCILIVM, in quo inter alia agitata eſt cauſa Giſeleri, ſeu Geshilarij, quem malis artibus ab Imp. eam ſedem obtinuiſſe Ditmarus[f] tradit. Verum longe ab his diuerſa de Giſelero a Ditmaro, C tradit Adam[g] probatæ fidei vetus Chronographus, de eo enim ſic ait; Apud Magdeburgum quoque defuncto Pont. Adelberto Geshilarius, vel Giſelerus, ſucceſſit in cathedram, vir ſanctus, qui nouellos Vuinulorum populos, virtutibus, & doctrina illuſtrauit.

f libr. 2.
g li.2.c.14.

Eodem anno S. Adelbertus, Pragenſis Epiſcopus, ſuos Boemos admodum refractarios, & rebelles expertus, illis dimiſſis, Romam venit, vt inde Ieroſolymā peregrinaretur: obtenta igitur a Pont miſſione Epiſcopatus, & peregrinandi licentia, profecturus Ieruſalem, Caſſinum venit, vbi ab Abbate Monaſterij, & a ſenioribus quibuſdam ne id ageret hortatus, quaſi diuinitus datum conſilium amplexus, hic vitam degere inſtituit, inquit Leo Oſtienſis[h], ſed cum ſe ibi, vt Epiſcopum haberi vidit, ad virum Sanctiſſimum Nilum deſcendit, cuius conſilio Romam ad B. Leonem Abbatem D dimiſſus, ibi per quinquennium humilibus exercitationibus mortificatus, ad virtutum culmen, & ad Apoſtolicū munus, atque adeo ad martyrij certamē ſe præparauit. Hæc ex auctore qui tum viuebat, & ex Leone Oſtienſi: reliqua deinceps ſuo loco.

Eodem anno perturbante Ethelredo Rege Anglorum Roſenſem Eccleſiam, nec monitis aſſentiente B. Dunſtani, Epiſcopus centum argenti libris vexationem redemit, comminante S. Dunſtano mala, quæ poſt euenerunt, cum inuaſiones Danorum, coactus eſt decem millibus libris argenti redimere.

S. Adelb. Pragēſ. dimittit Epiſcopatum.
Præfert vitā Monaſticā peregrinationi ad S. loca.
h li.2.c.27
Humilibus exercitationibus S. Adalb. pparat ad Mart.

Chriſti Annus	*Ioan* 14. *Pap.*	*Ottonis* 3. 1	Impp.
984	1	*Baſil.& Conſt* 9	*Indict.* 12.

E Benedictus P. VII. cū ſed. ann. 9. d. 10. Iulii ex hac vita migrauit, ex ſepulchrali inſcriptione, quæ adhuc extat, in Baſilica S. Crucis in Ieruſalem. Sub eodem Pont. tradit Leo Oſtienſ.[i] S. Bartholomæi corpus translatum fuiſſe ab Oriente Beneuentum. Donationem quorundam fundorum ab eodem factam Monaſterio Caſſin. commemorat idem Oſtien[k] Porro inopia ſcriptorū complura de hoc Benedicto remāſiſſe obſcura poſſumus exiſtimare. In eius defuncti locū ſubrogatus eſt Petrus Eps Papienſis ex Ottonis Archicancellario, qui nominatus eſt Ioannes eius nominis XIIII.

i li.2.c.5.
k li.2.c.6.

Hoc eodē anno Romæ contractū eſt ſodalitiū plurimorum ſacerdotum, inter quos Epi nonnulli ſunt adſcripti, adhoc, vt poſt obitū ſinguli cōſodaliū ſacrificiis iuuarentur 40.

Sodalitiū quoddam

tur 40. Miſſas ſingulis canētibus, pro ſingulis. cuius inſtituti adhuc extat in Diaconia SS. MM. Coſmæ, & Damiani monumentum in tabula marmorea inciſum. A

Eodem anno Otto Imp. ſimul ac Imperij habenas ſuſcepit, ſuaſu piæ matris corrigendum curauit, quod Pater deliquerat, ob quod diuinam expertus fuerat vltionem, de ſublato, ab Eccleſia Merſpurgenſi, dedicata S. Laurentio, Epiſcopatu. Ditmarus enim eius matrem Aug. Theophanem, Græcam mulierem, plurimum commendat, quodque tres filias pie valde educatas, contemptrices carnalium nuptiarum effecerit; earumque duas alteram Adelaidē nomine, Sophiam vero alteram nominatam in duobus monaſterijs monaſticam vitam profeſſas.

Tres Regiæ puellæ Virgines.

Hoc eodem pariter anno ipſis Kal. Aug. ex hac vita migrat in cœlum S. Ethelunoldus Vuintonienſis Eccleſiæ Epiſcopus, nec non Roſenſis Epiſcopus, æque pietate inſignis, quorum præuidens, & prædicens exitum S. Dunſtanus doluit in tot diſcriminibus laborantem Angliam, his viris orbari, quod & lachrymis teſtatus eſt. Ex Osberto,[a] & Vuolſtano.[b] Fluctuanti autem animo S. Dunſtano, quem Eccleſiæ præficeret Vuintonienſi, hinc monachis nuper intromiſſis, per Monachum in Eccleſia ſibi collata cupientibus ſolidari, hinc clericis ab Eccleſia illa eiectis, per ſui ordinis Epiſcopum ſperantibus reſtitui; S. Andreas Apoſtolus, cui præcipuo quodam affectu Dunſtanus inhærebat, mandauit, vt, nihil hæſitans, Elphegum Abbatem Botthonienſem Eccleſiæ illi præficeret, quod & perfecit. Ex Osberto. B

a Flor. hiſtor. Vueſtmon.

b Apud Sur. 1. Auguſt.

S. Virgo edita.

Eodem quoque anno 16. Kal. Octobr. pariter in cęlum ex hac vita abijt Sanctiſſima virgo edita, ſoror S. Eduardi Regis, S. Ethelunoldi alumna, & eius inſtitutione exculta, quæ claruit inſignibus, poſt mortem miraculis, ex eius vita.[c]

c Apud Sur. 16. Septemb. C

Chriſti Annus 985 | *Joan.* 15. *Pap.* 1 | *Ottonis* 3. 2 *Baſil. & Conſtant.* 10 | *Imppp.* *Ind.* 13.

Nefandus Bonificius Apoſtolicæ Sedis inuaſor, qui (vt dictum eſt) necato Pontifice, & expilata Baſilica Vaticana, fugerat Conſtantinopolim, vbi res innouatas accepiſſet, deceſſiſſe nimirum Benedictum VII. qui eum Sede expulerat, & Ottonem Imp. eſſe defunctum, cuius patrocinio fouebatur, qui Benedicto ſucceſſerat, Ioannes Papa, Romam, ſedem iterum inuaſurus redijt, ſuorum ſtudijs roboratus, vt quam reliquerat Petri Cathedram occuparet. Venit ſceleratus, atque ſacrilegus, ſuorumq; factione potens, quem ſedentem in Pontificio throno Ioannem inuenit, inde violentus exturbauit, vinculiſque alligatum detruſit in S. Angeli munitionem, quæ detinebatur a ſuis, vbi 4. detentum menſibus, fame perire miſerum tandem truculentus prædo coegit, duorum Pontificum crudeliſſimus interfector, inuaſamque iterum Petri cathedram, proh nefas, tenuit tyrannus menſibus 4. qui nec pilum quidem habuiſſe dici poteſt Rom. Pont. ſiue ſpectes ingreſſum, ſiue progreſſum, reſq; ab eo geſtas conſideres. Vnde parum conſuluat veritati, minuſque pietati, qui hunc inter Rom. Pont. referunt, ad numerandum potius inter famoſos latrones, & potentiſſimos graſſatores, atque Patriæ proditores. Hic igitur nefandus parricida, cum vix menſes quattuor tenuiſſet violentus, quam occuparat, Apoſtolicam Sedem, dimittere cogitur inuitus, Deo vltore repentina morte percuſſus. Quem & ſui pro eo, quo illum proſequebantur odio, nudatum, lanceis vulneratum per vrbem traxerunt. Ex veteri Codice Rom. Pont. D

Bonifac. inuaſor. Sed. Apoſt. duorum Pontificū necator.

Diuinitus ſubita morte corripitur.

Extincto Tyranno eligitur Ioannes 15. Romanus. Quo tempore, & ſi ſectatores Bonifacij quieuerūt, nouus tyrannus exſurgit in vrbe, quæ hactenus fuerat Albericorum violentia conculcata, atq; depreſſa. Fuit hic Creſcentius Numentanus, qui, titulo conſulatus, munitionem S. Angeli poſſidere agreſſus, inde infeſtare nonnihil cæpit ipſum Io: Pont qui timore perterritus eorum quæ paſſum viderat prædeceſſorem, ſecedit in Tuſciam, vnde cum legationes ad Ottonem mittere frequentaret; memores Romani, quot, ob iniurias illatas Pōtificibus, paſſi erant maiores ipſorum, tum ab Ottone Primo, tum a Secundo, è veſtigio honorifica legatione eundem Io: accerſunt, redire rogant; E

Creſcēti⁹ Conſul.

Papa ſecedit in Tuſciam.

Reuocatꝰ a Rom.

A gant, omnique ſecuritate adhibita, reuocant tandem in vrbem, ſeque illi ſubijciunt. Sicque aliquandiu Rom. Eccleſia tranquilla pace potita eſt.

Hoc [a] anno Ramirus Rex Legionenſis, eius nominis III. vita defungitur, cuius ea ex parte memoria condemnatur, quod inito fœdere cum Arabum Rege, totius belli vis conuerſa eſt aduerſus Caſtellę Comites, & Veremundum in Gallęcia regnantem. ſicque plura loca munita ab infidelibus capta ſunt, quorum Eccleſiæ deſolatæ, cæſique Chriſtiani. Sed & inter alia funeſtiſſimum illud accidit, vt a Ruderico Comite vocati Arabes Compoſtellam, vſquequaque omnia cæde miſcentes, eandē ciuitatem captam diruerint, męnibuſque nudauerint; magno miraculo, Apoſtolo Iacobo, ſepulchrum ſuum illæſum ſeruante; ſed & hoſtes graui morbo puniente, quo omnes interijſſe Sāpyrus Epiſcopus ſui temporis res geſtas proſequutus, tradit, & alii omnes poſt eum. B Ramiro autem Rege defuncto Veremundus II. Ordonii III. filius in Legionenſe Regnum ſuccedit, cuius primordia fuerunt laude digniſſima; poſtea vero ob perſecutionem illatam Athaulpho Compoſtellano Epiſcopo infamatus inter malos Principes a maioribus numeratur. Siquidem accuſationi ſeruorum contra Dominum, præter ius faſque fidem adhibens, in Epiſcopum dolo accitum taurum immiſit, qui mox redditus manſuetus in Epiſcopi manibus arma depoſuit a natura conceſſa, cornua ſcilicet. Res plane admiranda a tribus antiquioribus hiſtoricis enarratur, a Pelagio Epiſcopo Ouetenſi, Luca Tudenſi item Epiſcopo, & Roderico Archiepiſcopo Toletano. Sed quomodo tam falſi accuſatores, quàm Rex perſecutor a Deo diram vindictam perpeſſi iuſtiſſime fuerint, iidem pluribus narrant.

Cōpoſtella a Sarracenis diruta ſaluo Apoſt. ſepulchro.

Miraculū. Taur⁹ immiſſus in Epm manſuetus fit.

C *Chriſti Annus* 986 | *Ioan.* 15. *Pap.* 2 | *Ottonis* 3. 3 *Baſil. & Conſt.* 11 } *Impp. Indict.* 14.

LOtharius Rex Francorum cum regnaſſet ann. 31. moritur, relinquens Regni hæredem Ludouicum filium, quem commendauit Hugoni Duci. Hæc Odorannus, qui hoc tempore vixit.

Aligernus 27. Abb. Caſſin. monaſterii vbi eidem præfuiſſet annis 37. præclarus meritis, migrauit ad Dominum, laudatur ſummopere in vita S. Nili. cui ſucceſſit Manſo, longe diſpar, homo voluptuoſiſſimus, quem vt indignum tanto honore, vt S. Benedicti diceretur eſſe ſucceſſor, expunxerūt poſteri ex Abbatum Catalogo, quem Leo Oſtienſis ordine temporum texuit. tenuit annis 10. eam præfecturam indignus, numeranduſq; Abb. ordine non meritis 28. De pęnis eius nequitiæ ſuo loco dicetur. D

Abb. Caſſin. voluptuoſus.

Quod pertinet ad res Orientis ingens terræmotus concuſſit ciuitatem Conſtantinopolitanam ex quo plura templa corruerunt, & magni templi pars globi. Curopal. Eiuſdem terræmotus mentio habetur in rebus geſtis S. Niconis, quo Græcia mirum in modum quaſſata ſcribitur, dum agitur de ipſius ſanctiſſimi viri imagine ſaxo diuinitus impreſſa.

Miraculū.

Chriſti Annus 987 | *Ioan.* 15. *Pap.* 3 | *Ottonis* 3. 4 *Baſil. & Conſt.* 12 } *Impp. Indict.* 15.

LVdouicus Francorum Rex, nouiſſimus Carolinorum moritur, anno vix vno Regno potitus, donato Regno Hugoni Duci, qui eodem anno Rex eſt factus a Francis, eodemque anno Robertus eius filius, Regum piiſſimus, Rex eſt ordinatus. Ex Odoranno, & Glabro Cluniacenſi, eiuſdem quoque temporis ſcriptore. Cur autem a Francorum proceribus repudiatus Carolus fuerit Lotharii frater, ea potiſſimum ratio affertur, quod ipſe nimis eſſet principibus Germanorum addictus: Francos autem haud facile paſſos exteris eſſe ſubiectos. Ceterum progeniem Carolinam non defeciſſe in Ludouico, nec in Caroli fratris Lotharii filio, ſed Hugonem hunc ipſum cognomento Capetum, ſiue Caputium, Hugonis M. Pariſienſis Comitis filium, Roberti nepotem, ex eadem Carolina eſſe progenie demonſtrat Chronicon Vuilelmi Mangii E

Vltim⁹ ex Carolin. Reg. Frāc. Car. M. ſtirps deficit a Regno Frāc. Carol. Lothar. frater, cur repudiatus a Fr.

Hug. ſtirps ex Car. M.

Monachi S.Dionyſii,quod in lucem Pithoeus edidit,quin & auctor qui texuit genealogiam S.Arnulphi,ex quo Carolinum manauit genus,id ipſum affirmat atq; demonſtrat. profitetur hoc etiam Innocentius Papa in epiſt.ad Ludouicum Regem, eius nominis Sextum,qua aſſerit genus eius , quod deriuatur ab Hugone Capeto,proceſſiſſe ex progenie Caroli M. Ex materno vero ſtemmate,ex ſorore Ottonis Senioris genitum tradunt,adeo, vt vanitati Poeticæ nullus ſit locus fingendi eum viliſſimo Patre natum. Ex iiſdem Odoranno,& Glabro. A

Carol. captus ī carcerē conijcitur.

Hugo autem Rex poſt annum tertium bellorum ciuilium. Carolum Lotharii fratrem captum coniicit in carcerem Aurelianis . Porro filium Caroli Ludouicum Patri ſucceſſiſſe , Mangius tradit , in Ducatum Lotharingiæ , alii vero Ottonem eiuſdem Caroli filium .

Tyrannus inuadit Orientis imperium.

Quod ad res pertinet Orientis inualeſcente bello ciuili , Sclerus Bardas , cognomento Phocas,tyrannus, acclamatur Imperator, & coronatur,de his autem ciuilibus bellis,quibus diutius afflictatum fuit Rom.Imp.in Oriente,pluribus Curopalates,& alii,qui ab ipſo accepere.Porro hæc omnia,licet longe abſens,nouit,& quæ eſſent ventura prædixit Gregorio Prætori Sanctiſſimus Nicon.Porro Gregorium iſtum Prætorem , quo ſanctus familiariſſime vſus eſt , & ipſe ſanctum reuerentiſſime coluit, haud pridem idem Nicon. ſenſerat aduerſantem,ac plane inimicum : ſed Dei vindicta eruditus,conuerſus,eundem,vt par erat,plurimum dilexit.& obſeruauit. Iſta vero quomodo ſe habuerint,lege apud auctorem vitæ S.Niconis,memoria dignam hiſtoriam, ni malis in Annalibus . B

Christi Annus	*Ioan.* 15. *Pap.*	*Ottonis* 3. 5 / *Baſil. & Conſt.* 13	*Imppp.* / *Ind.* 1.
988	4		C

Adaldagi Hāburgē Epi obitꝰ, qui vixit Eps ann. 53.

IOan. Papa pro ſua ſumma poteſtate,pallium dat Libentio Archiep. Hamburgenſi , qui ſucceſſit Adaldago, qui ei ſedi cum præfuiſſet ann.53. moritur,ab omnibus collaudatus . De hoc Libentio Adam Chronographus, vir litteratiſſimus (inquit) & omni morum probitate decoratus ab Italia quondam Pontificem ſequutus eſt Adaldagum, cuius vitam æmulatus, & magiſterium, ſolus,ex diſpoſitione tanti Patris,dignus inuentus eſt,cui Hamburgenſis cura parochiæ crederetur . plura ibi habet Adamus de eius virtutibus,& laudibus .

Fundat de ſuo patrimon.Epātum cuius poſtea fit Eps.

Ex eodem Adamo alterum conſtat fuiſſe Adaldagum ſub hoc Libentio,qui baptizatus ab Adaldago Seniore eius tulit nomen ; & cum de ſuo Patrimonio fundaſſet D Ripenſem Epiſcopatum,eidem ab eodem Libentio præfectus eſt Antiſtes.

S.Dunſtani.Cantuarieſis Epi obitus.

Moritur hoc pariter anno mirificus ille Dunſtanus Archiepiſcopus Cantuarienſis, quem egregia vitæ ſanctitas,ſacerdotalis immota conſtantia,claritudo miraculorum, & omnia Spiritus Sancti Chariſmata illuſtrarunt.Res eius præclare geſtæ ab Oſberto Monacho diligenter fuere conſcriptæ .

Christi Annus	*Ioan.* 15. *Pap.*	*Ottonis* 3. 6 / *Baſil.& Conſtant.* 14	*Impp.* / *Indict.* 2.
989	5		

S.Adalb. reſtituitur Pragenſibus.

PRagenſes,legatis miſſis S.Adelbertum Epiſcopum ſuum,emendationem pollicentes,repetunt,qui de licentia Summi Pont.relicto Epiſcopatu,Monaſticum Romæ E amplexus erat inſtitutum. Pontifex ea de re colligit Synodū, & petentibus ita reſpondet,non tam voluntate quā iure permotus. *Reddimus, quod iuſte quærunt ,male merentes filij. Sed dabitur eis, hac lege, ſi audierint eum, teneant cum benedictione Dei, & faciant ſub eo fructum centuplum; ſi autem a conſueta iniquitate recedere nolunt, hoc eſt, ſi ad voluptates ſuas, & deſideria, luxuriante malitia redirent, abſque periculo ſui capitis malorum conſortia declinet.*

Flens igitur Epiſcopus ad Epiſcopatum redit, & paſcendo gregi inſiſtit, qui non diu in officio manſit,ſed ad iniquitatem reuolutus eſt. Accidit autem vt matrona no-

A bilis ſcortaretur,quam ad necem cum perſequeretur maritus, venit illa ad Epiſcopũ, perfugium quærens,is autem eam retro altare abſcõdit, vt ſatisfactionem ſuaderet,& vitam ſeruaret: Ecce adeſt ex improuiſo armata manus,& niſi redderet mœchã,vtrique necem intentat.Interim index adeſt,ſecretum prodit,vbi lateat mulier,digito mõſtrat. Violato templo,mulierem tremulam prenſis abſtractam crinibus, capite trũcãt. Rei indignitate permotus S.Adelbertus, nec ſe in ea gente proficere, ad Vngaros diuertit,apud quos,quantum profecerit re altius repetita,ex Cartuitio [a] Epiſcopo petamus, qui cunabula Vngaricæ Eccleſiæ ſtylo fideliſſimo eſt proſecutus. Is igitur ad Colonanum Regem ſic ſcribit. *Ea quidem tempeſtate,qua Vngarorum gens Dei Eccleſiam populabatur,fuit in ea Princeps quidam,quartus ab eo,qui Vngaris in Pãnoniam ingreſſuris,Ducem ſe prebuit.Is Geiſca dicebatur,ſeuerus ſane,& crudelis ho-* B *mo in ſuos,potenter eis imperans,erga alios vero, præſertim Chriſtianos, humanus, miſericors,& liberalis. Et ſi autem Paganiſmi ſui erroribus eſſet implicitus, attamen cęleſtis gratiæ,luce ſpirituali appropinquante,cum omnibus vicinis circumquaq; Prouinciis,de pace cępit accurate tractare,vt iam in illo liceret animaduerti, cuius optaret eſſe filius,dicente in Euangelio [b] Domino Saluatore: Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Edicto namq; propoſito,iuſsit Chriſtianis omnibus in ipſius ditionẽ, ſiue ducatum ingredi volentibus, hoſpitalitatis, & publicæ fidei ſtudium, & curam impendi.* Porro Monachis & clericis fecit poteſtatem in ipſius quoque conſpectum veniendi,eoſque propenſo animo audiuit. Atque ita factum eſt,vt orthodoxæ fidei ſemen in pectoris eius horto ſatum,in fruges erũpere geſtiret. Pergit auctor ſcribere de Chriſtiana ab eo fide ſuſcepta,de promiſſione illi per viſum facta, de filio qui regna- C turus in terra ſit,& in cęlo,& Chriſtianam,quod ipſe optabat, fidem amplificaturus; de homine ſpirituali legatione apud eum functuro, quem reuerenter excipiat, & pia dilectione proſequatur. In hac cogitatione defixo,nunciatur B.Adelbertum Boemenſis Eccleſiæ Antiſtitem ad ipſum venire,cui Dux cum populo obuiam procedit, honorifice excipit,& per eius prædicationem,fide propagata, multæ Eccleſiæ conduntur. Vxori quoq; iam partui propinquę per viſum ſe offert Protomartyr Stephanus, prædicit maſculum parituram,cui Stephani nomen imponat, iſque primus gẽtis futurus ſit Rex.omnia vt prædictum fuerat,ſuccedunt: paritur filius,a S. Adelberto baptizatur,Stephani nomen imponitur. At Adelbertus ſciens Apoſtolatum ad gẽtes non ſpõte a quoq; aſſumendum,ſed a primario Eccleſiæ capite imponendum,Romam cogitat proficiſci.

S. Adelb. a Boemis diuertit ad Vngaros.
a in vita S. Steph. Vngar. Reg. c. 1. apud Sur. 25. Aug.
Incunabula Eccleſ. Vngaricę.
Geiſca D. Vngar. Gẽtilis crudelis in ſuos benignus in Chriſtianis.
b Matth. 5
Geiſca primus Vngar. Dux Chriſt.
S. Adelb. a Geiſca D.Vngar. excipitur.
Stephanus prædicit primus Rex Vng. futurus.

D Hoc anno Theophane Imperatrix, Ottonis Regis mater, Romam venit, vt Italiæ Principes in officio contineret,rebelleſq; comprimeret,manſitq; ibi triennio vſque ad A.D.991 quo ex hac vita migrauit,ex Lamberto in Chronico.

IO.Pont.Legatum decernit Leonem Vice epiſcopum Treuirenſis Eccleſiæ ad Angliæ Regem,& Northmannorum Marchionẽ, inter ſe adinuicem diffidentes, exhortans eos ad concordiã,qui & conciliati ſunt inter ſe. [a] Extat Diploma Pontificis E apud Vuilelmum [b] Malmesburienſem,anno ſequenti datum.

Hoc ipſo anno S.Adelbertus Pragenſis Epiſcopus Romã veniens S. Bonifacij monaſterium,vbi quinquennio manſerat,iterũ adijt,ibiq; totidem annos expleuit. Erat plane in Vrbe locus ille Sanctorum Colonia,vbi qui his temporibus floruerunt ſanctitate viri celebres habitarunt,quos octo commemorat,prę ceteris inſigniores,quattuor Grecos totidem latinos in quibus Latinis eminebat Leo,de quo Petrus Damiani. [c] ait Ieroſolymis reuerſum, Nonantulano Monaſterio biennio præfuiſſe, ac poſt in manu Ottonis Imp.præfecturam reſignaſſe,Romamq; profectum, reliquum vitæ, compendia ſibi vitæ æternæ procurando, exegiſſe ad cuius poſtmodum ſepulturam

Papa per Legatos pacẽ cõciliat inter Angl. & Northm.
a Matth. Vueſtm. in Flor. hiſt. hoc anno.
b De geſt. Reg.Angl. 2.c.10.
c Epiſt.ad Nicol.P. de dimitt. Epiſc.

a li. 5. c. 45

cæcus veniēs luci priſtinæ aſſeritur reſtitutus. Sed & Romæ Abbatem S. Bonif. fuiſſe habetur apud Aimoinum. [a] A

Arnulph. nepos

Eodem anno celebratur in Gallia CONCILIVM SILVANECTENSE. quanam autem occaſione celebrari contigerit, & quid in eo geſtum ſit, ex Actis Rhemenſis Synodi, poſt annū ſequentē celebratę, de qua ſuo loco dicendū, habet eius hic reddenda hiſtoria. Arnulphus Rhemenſis Archiepiſcopus Hugonis Regis Francorum fauore promotus ad eam dignitatem fuit, ita viſum Hugoni, vt hunc, licet non legitimum, regio tamen ſtemmate ortum, vtpote Regis Lotharij filium, & Caroli adhuc regnantis nepotem, ætate iuniorem, his beneficijs in ſuas partes adduceret, & contineret. Accidit autem, vt cum vix ſex menſes ea ſede potitus eſſet, proditione cuiuſdam Gislęberti Rhemenſis presbyteri ea ciuitate Carolus potiretur, cum & ipſe Arnulphus captiuus deductus eſt. Quod vero ſuſpicio, nō leuis de ipſo eſſet Arnulpho, quod eius iuſſu ciuitas Carolo patruo prodita eſſet: ipſe aduerſus omnes, qui tam nefaria perpetraſſent excommunicationis pœnam intorſit. [a] B

a Gerber. in Conc. Rhem. c. 12.

Arnulphus gratia Dei Archiepiſcopus, Commonitorium prædonibus Rhemorum.

Poſt plura. Redde ergo, inquit, *aut ſententiam damnationis in perua ſores rerum Eccleſiarum a Sacris Canonibus promulgatam, eam in te latam, multotieſque referendam accipe.*

C

Anathema in Prædones.

Auctoritate omnipotentis Dei Patris & Filii, & Spiritus Sancti, interueniente, & adiuuante B. Maria ſemper Virgine, auctoritate quoque & poteſtate Apoſtolis tradita, nobiſque relicta excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, damnamus, & a liminibus S. M. E. vos Rhemenſium predonum auctores, factores, cooperatores, & a proprijs Dominis rerum ſuarum, ſub nomine emptionis, abalienatores. Obtenebreſcant oculi qui concupierunt; areſcant manus, quæ rapue runt; debilitentur omnia membra, quæ adiuuerunt; ſemper laboretis, nec requiem inueniatis, fructuque laboris veſtri priuemini, formidetis, & paueatis a facie perſequentis, & non perſequentis hoſtis, vt tabeſcendo deficiatis. Sit portio veſtra cum Iuda traditore Domini in terra mortis, & tenebrarum, donec corda veſtra ad ſatisfactionem conuertantur. Hic autem ſit modus plenæ ſatisfactionis, vt omnia iniuſte ablata, præter cibum & potum, propriis Dominis ex integro reſtituatis, coramque Rhemenſi Eccleſia pœnitendo humiliemini, qui Sanctam Rhemenſem Eccleſiam, reueriti non eſtis. Ne ceſſent a vobis maledictiones ſcelerum veſtrorum perſecutrices, quamdiu permanebitis in peccato peruaſionis, Amen, fiat, fiat. Vt ſimile anathema inferrent, Galliarum Epiſcopis imperauit, quod egregie pęrſtiterunt, collecti in vnum, IN SYNODO SILVANECTENSI. Et plane factum eſt, quod diro Anathemate imprecati ſunt Patres; ſi quidem anno ſequenti captus eſt ab Hugone Carolus, & penitus ex ſtemmatis eius ramo ceſſauit Regnum Francorum, tunc penitus exciſum, cum hæreſis pullulare cępit, qua dicerent Caroli ſtudioſi omnia licere Carolo, etiam in Eccleſijs. Sicque eo uſque ſunt à Deo tolerata peccata Regum illius ſtemmatis, quamdiu ea peccata non ſunt defenſa, vt iure facta; vbi verò cęperunt obſtinate defendi, vt error ſit reputata iuſtitia, & inde hęreſis oriri cęperit: tunc ira Dei effuſa eſt ſuper Principes, & præciſum eſt Regnum ab eo, & datum ipſius æmulo, & de Saul translatum in Dauid. Videant ergo quam male conſulant Principibus Nouatores noſtri temporis, hæretici inquam dicti Politici, eadem quæ hoc tempore cępta ſunt doceri, penitus profitentes.

D

E

Vox Polit. & Hæret. Regibus oia licerent

A

Chriſti Annus	*Io.* 15. *Pap.*	*Ottonis* 3.	8	*Impp.*
991	7	*Baſil.& Conſt.*	16	*Indict.* 4.

INcrebreſcente aduerſus Arnulphum Rhem. Archiep. ſparſo rumore de proditione Rhemenſis Ciuitatis. Hugo Rex eum ſubijcere Synodali iudicio Galliæ Epiſcoporum laborauit. reluctabatur ipſe pro ſuo iure, ab alijs audiri, quā a Rom. Pont. quem ſolum ſciret habere ſuperiorem, apud ipſum vero experiri paratum. Quod autem id quod iuſtiſſimum eſſet, negari non poſſet, aduerſus eum mittitur legatio du-
B plex a Rege, & ab Epiſcopis Rhem. Prouinciæ, & ſcribuntur ad Pont. litteræ, quæ extant, tamquam aduerſus periurum, proditorem, & facinoroſum hominem, expetentes eius damnationem, & depoſitionem. Præmiſit autem pro Arnulpho Heribertus Comes Caroli Regis Francorum Socer legationem, ad eundem Ioannem Pont. Legati Regis, & Epiſcoporum Romam præuenientes litteras Pōtifici tradiderunt, & triduo tantum expectato, abſque vllo reſponſo receſſerunt, eo vafro conſilio, vt cum ſpecie tenus iuri Eccleſiaſtico ſatisfeciſſent ad Sed. Apoſtolicæ iudicium cauſam Archiepiſcopi deferendo, ab eaque nullo accepto reſponſo; iudicandi facultas videretur ad eos eſſe deuoluta: Qui eo modo cauſam inchoantes, Arnulphum vocarunt ad Synodum. Sed hoc anno ſequenti.

Rhem. recuſat cauſam dicere, niſi apud Papā.

Vafrū conſiliū Hug. Reg. & epiſcoporū.

Hoc ipſo anno, qui numeratur Ottonis Regni Octauus, moritur Miſeco, alias
C Meiſco primus Dux Polonorum. Chriſtianus. Is vxorem acceperat ſororem Boleſlai Ducis Poloniæ, feminam Chriſtianam, quæ omni obſequio illum ſibi in fide ſociare ſtudebat. Cumque per quadrageſimam, abſtinentia carnis ſe macerare vellet, rogata a viro deſiſtere, indulſit, vt aliud ab eo impetraret, interim igitur in oratione laborans pro viro, vt Chriſtianus fieret, à Deo obtinuit, qui cum alijs pluribus baptizatus eſt. Iordanus primus eorum Antiſtes plurimum in eis laborauit. Poſt hæc peperit longe ſibi degenerem filium, multarumque perniciem genitricum, quem nomine fratris ſui Boleſlaum appellauit. Poſt eius obitum piæ feminę, Dux iunxit ſibi Monialem, ex qua tres filios generauit. Ita rudis in fide, atque opere incultus adhuc permanens, inconceſſa tentauit. Ex Ditmaro. [a]

Iorda. vir Apoſtolicus.

a lib. 4. Chron.

Hoc anno defuncta eſt Aloara, ſeu Aruara Princeps Capuana, huic interfecto vi-
D ro, ipſo Pandulpho Principe Capuano, in clade illa poſtrema Ottonis 2. Imper. eius munificentia datus eſt Principatus, & duobus eius filijs, vt eſt apud Leonem Oſtienſem. Quomodo verò crudelis fęmina propagare ſatagens Principatum in filios, ſuaſerit illis vt vnum ex Comitibus Principis nepotem, potentia præſtantem, & ab omnibus honoratum, interficerent, habetur in actis B. Nili. Ea autem pœnitentiam ſimulans B. Nilum accerſit tanquam acceptura ab eo dignam pœnitentiam. Eunti igitur illi in ciuitatem occurrebant omnes eius reuerendum viſuri aſpectum, & benedictionem percepturi. In quibus Diaconiſſa quædam cum ſuo ſacerdote ætate florente, & robuſto, & cum virginibus ſuis illi proceſſit obuiam; quas intuens auſtera voce, & terribili vultu inclamat. Quid vobis, & iuueni iſti, vt vos quæ videmini Virgines, cū ipſo ſimul habitetis? An ignoratis, quod hic eſt vir, & ipſe ignorat, quod vos eſtis mu-
E lieres? ſi Deum non timetis, cur homines non reueremini? reuera in vobis non video iuſtitiæ fructum. His illæ auditis, cum oporteret vereri, & horrere B. Nili ingenuitatem, receſſerunt, dicentes; Non eſt hic ſeruus Dei, ſed Diabolus. Et ſtatim ſequenti die inuentus fuit presbyter ille cubans cum Diaconiſſa illa ſua conſanguinea, & hoc auditum eſt per vniuerſam ciuitatem illam. Cum veniſſet B. Nilus ad Aloaram, & audiſſet ab ea de pœnitentia illi impoſita ab Epiſcopis, ut pſalterium ter legeret in hebdomada, & eleemoſynam faceret indigentibus, reſpondit, ſi volueris etiam a me humili conſilium accipere, ecce dico tibi; Trade vnum ex filijs tuis propinquis defuncti, vt de eo faciant quodcumque voluerint, & ita a peccatis eris abſoluta. Hæc

Ambitioſę fęm. crudele factū.

Seuera publica B. Nili increpatio Virginum cum iuuene habitantiū.

Sanctus

Sanctus ille prophetico afflatus Spiritu (vt patefecit euentus) bene conſuluit fœminę illi, præſtare nimirum alterum filium aduerſariorum manu necari, quam fratris, vt accidit paulo poſt. Ad quæ illa reſpondit; Non poſſum hoc facere, vereor enim ne aliquo pacto ipſum occidant; Tunc B. Nilus, zelo diuino plenus, reſpondit. A

Prædictio terribilis B. Nili. Hoc dicit Spiritus Sanctus ſanguis filij tui effundetur pro illo ſanguine, quē tu iniuſte effudiſti, & peccatum hoc non delebitur e domo tua in ſæculum; nec vllus amplius ex ſemine tuo imperabit, huic ciuitati; ſed eijcietur, & conculcabitur ab hoſtibus ſuis, eo quod confiſa es potentiæ tuæ, & non didiciſti, quod Dominus pauperes facit, & ditat, humiliat, & ſubleuat, &c. habentur hæc pluribus in Actis B. Nili, quibus conſentientia habet Leo [a] Oſtienſis, addens, his deficientibus Principatum Capuæ datum ab Ottone 3. cuidam Ademario, &c.

a lib. 2. c. 10. & 15.

B

Chriſti Annus	*Io: 15. Pap.*	*Ottonis 3.* 9	*Impp.*
992	8	*Baſil. & Conſt.* 17	*Ind. 5.*

Legati miſſi ad Rom. Pont. cum triduum tantum, tantæ rei reſponſionem conſulto præſtolati eſſent, abeundi facultate minime petita reuerſi, retulerunt ſe ab eo non fuiſſe auditos, nec reſponſum vllum tuliſſe. Rex igitur & Epiſcopi illi obſequentes, celebrandæ aduerſus Arnulphum Synodi conſilium inierunt. Cum vero ſæpe vocatus Arnulphus, non affuiſſet, excuſans, quod a Carolo Rege (vt aſſerebat) Lauduni detineretur in vinculis; factum eſt vt proditione eiuſdem Laudunenſis Epiſcopi, ab Hugone Rege eadem Ciuitas, equi in ea erat Arnulphus pariter caperetur, quem ita captiuum deduci iuſſit, ad hanc tunc collectam Synodum iudicādum. cuius ſi ingreſſum ſcire cupis, atque progreſſum, & totam vſque ad finem ſummatim comprehenſam hiſtoriam, feliciter ex legitimis Actis id præſtitit Eginaldus, cuius eſt adiectum ad Aimoinum Auctarium, in quo iſta ipſa leguntur. [a] C

Arnulphus captiuus Synodo ſiſtitur iudicandus.

a li. 5. c. 45

In illis diebus in Rhemenſium ciuitate erat Archiepiſcopus vir bonus, & modeſtus filius Lotharij Regis ex concubina, nomine Arnulphus. Hugo autem Rex inuidebat ei, volens exterminare progeniem Lotharij Regis. Congreganſq; in Vrbe Rhemenſi Synodum, in eum locum idem Hugo Rex incitauit Archiepiſcopum Senonicæ Vrbis Seguinum, cum ſuffraganeis ſuis. in quo Concilio fecit degradari Dominū Arnulphum Archiepiſcopum Rhemorum, dolo nepotis ſui, quem tenebat in carcere, dicens, non debere eſſe Epiſcopum natum ex concubina. In locum autem eius conſecrari fecit Dominum Gerbertum Monachum, Philoſophum, qui Gerbertus magiſter fuit Roberti Regis filij iſtius Hugonis, & Domini Leutherici Archiepiſcopi ſucceſſoris venerabilis Seguini: Arnulphum autem mancipari cuſtodiæ in Aureliana ciuitate. Venerabilis autem Seguinus Archiepiſcopus, nō conſenſit in degradationē Arnulphi, neque in ordinationem Gerberti, iuſſio autem Regis vrgebat. Alij vero Epiſcopi licet inuiti, tamen propter timorem Regis degradauerunt Arnulphum, & ordinauerunt Gerbertum. Seguinus autem plus timens Deum, quam terrenum Regem, noluit conſentire nequitiæ Regis, ſed magis quantum potuit, redarguit ipſum Regem; propter quam cauſam ira Regis contra eum efferbuit. Cum magno itaque dedecore expelli iuſſit Arnulphum de Eccleſia B. Genitricis Mariæ Rhemenſis, & ſic alligatum retrudi in carcerem Aurelianæ ciuitatis, vbi detinebatur nepos eius Carolus, manſitque ibi annis tribus. Nunciantur hæc omnia Præſuli Rom. qui valde indignatus ſuper hoc facto interdixit ſacris omnibus Epiſcopis, qui Arnulphum deiecerant, & Gerbertum ordinauerant. Miſit quoque Leonem Abbatem à Sede Apoſtolica ad Dominum Seguinum Archiepiſcopum Vrbis Senonicæ, qui vice ſua in Vrbem Rhemenſem, Synodum congregaret, mandans illi, vt ſine dilatione reuocaret de carcere Arnulphum, & degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio iterum in Vrbe Rhem. ex iuſſione Apoſtolica, reuocatus eſt Arnulphus de cuſtodia, & cum D E

Pſeudoſynod. congregata a Rege, nō a Ro. Pont.

Io. Papa ulciſcit facinus dānationis Arnulphi in Epos. Legatus a S. Apoſt.

A honore magno receptus eſt in propria ſede, Gerbertus autē intelligens quod iniuſte Pontificalem ſuſcepiſſet dignitatem, pęnitentia ductus eſt. Altercationem autem Gerberti Pontificis, & Leonis Abbatis valde vtilem plenius inuenies in geſtis Pontificū Rhemorum. Huc vſque de his auctor ex ſcriptis, quæ citat, ijſdemq; publicis publice conſeruatis, in compendiumq; a ſe redactis, quibus longe maior ſit fides adhibenda, quam illis Actis Synodi hoc anno habitæ a Gerberto deſcriptis, & in ſui defenſionē tunc editis. Quæ quidem ſola, omiſſis cæteris, cum edita eſſe reperiantur a Fidei Catholicę perduellibus, [a] ad infamandum Rom. Pont. in quem multa falſiſſima congeſſerunt, prouocādi ijdem eſſent ad ſcriptam poſtea altercationem illam habitam inter Gerbertum ipſum, & Leonem Apoſt. Sedis Legatum, ſi extaret, ex qua, cauſa euicta, ipſe Gerbertus condēnatus, turpiter loco cedere iuſſus eſt, atq; reſtitutus Arnulphus; B vel ſi non extat, ex certa tamen eius definitione, & lata ſententia contra Gerbertum, cui omnes Epiſcopi, & ipſe Hugo Rex acquieuerunt, omnis illa Gerberti conſarcinatio penitus euaneſcet. De qua nobis agendum proponimus, inquit Auctor Annalium, ne cauſæ iuſtæ diffiſi eam hac tergiuerſatione eludere potius, quam confutare videri poſſimus, verſipellis hominis, totam confertam mendacijs ſcriptionē, idq; egregie præſtitit: nos pro more ad quædam capita, quam fieri poterit breuiſſime, redigemus. Sed prius Gerbertum deſcribamus.

> a Cēt. 10. c. 4. de Synod. col. 457.

Hic monachus quondam Auriacēſis cęnobij, liberalibus artibus potius, quā Theologicis litteris excultus, ſub ſpecie inſtituendi filium Hugonis Regis Robertum, cum Monaſterio, monaſticam quoque verecundiam miſſam fecit, curialis, inter curiales (ſecundum illud Propheticum. Conuerſati ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum) C ſic profiteri cępit, vt garrulitate, dicacitate, oblocutione, detractione, adulatione, animi duplicitate, ad ſimulandum, atque fallendum ſumma dexteritate compoſitus, oēs facile antecelleret, qui & ab huius tēporis ſcriptoribus, non ab his diuerſis coloribus repræſentatur, cum hominem ingenio acerrimum, in ſuis ad altiora progreſſibus valde prouidum (vt docuerunt euenta) fuiſſe demonſtrent, dum homo ignobilis, vt Glaber. [b] teſtatur, primo ad regiam aulam, inde ad Rhemenſem Archiepiſcopatū ſibi aditum præparauit, poſtea ad Rauennatis Eccleſiæ præſulatum aperuit viam, atque demum, vt Imperatoria manu, ad Apoſt. Sedem extolleretur, idonea ſibi inſtrumenta præparauit. plura de eo, vt de prauo homine ſcripta feruntur, quæ non niſi ex eius ipſius ſcriptis probata nobis admittenda videntur. Extant ſiquidem eiuſdem Gerberti Scriptorum monumenta, ab ipſo in hac cauſa Arnulphi, multiplici genere edita, ſed vno argumento, D dum verſatur totus in acerrimis inuectiuis in Sedem Apoſtolicam, tunc ab eo concinnata, cum ęſtuaret vehementi iræ calore, quod a Io: Pont. deiectus eſſet Rhemenſi ſede, malis artibus adepta, & Arnulphus reſtitutus. Porro iſtiuſmodi ſcripta Gerberti, tanquam ingens Theſaurus inuentus, a Nouatoribus, in odium Rom. Eccleſiæ, ſunt in lucem prodita, dupliciq; editione vulgata. [c] Edidit autem Gerbertus Acta Rhemenſis Conciliabuli, quo Arnulphus depoſitus, ipſe intruſus fuit, minime pura, & ſincera, ſed multipliciter, additionibus, interprętationibus, mutationibus alterata (vt ipſe met profitetur in pręfatione) quatenus ad eius auctoritatem firmandam valerent, qua ipſe intruſus fuerat, & Rom. Pont. eleuandam, qua depoſitus: vt nequaquam dicenda ſint ſynodalia Acta Rhemenſia, ſed potius opus Gerberti in Acta ipſa Rhemenſia.

> Gerbert[9] qs & qualis.
>
> b li. 1. c. 4.
>
> Gerberti progreſſus
>
> c Cēt. 10. cap. 9. col. 457.

E Poſt igitur Pręfationem, de Epiſcopis qui conuenerant. Profeſſi, [d] inquit omnes ſe voluntate Hugonis Francorum Regis eſſe collectos. Primum peccatum. De conſenſu Sed. Apoſt. verbū nullum, cū abſq; voluntate ipſius nec debuit nec potuit ea Synodus cōgregari, nec de Metropolitano epo vllatenus iudiciū terminari. ergo conciliabulū. Defenſores numerat Arnulphi. [e] Io. Scholaſticum Antiſiodorenſem, Rhanulphū Abbatē Senonenſem atq; Ebbonē, ſeu Abbonem Abb. Floriacenſem. Porro ex defenſoribus licet interdum cauſę merita ęſtimare, cum viris optimis dedecori adſcribatur, ſi turpiſſimū quemq; defendēdum ſuſceperint. Ebbo quidē Abb. vir plane Sanctiſſimus ab oībus prædicatur, & qui meruit poſtremo martyrio coronari, vt Glaber teſtatur,

> d Gerb. de Concil. Rhem. c. 1.
>
> e cap. 19. Inter defenſores Arnulphi, qui uiri & quales.
>
> Abbo Floriac. q uir & quātus.

&

& Sigebertus, qui eum vtraque ſcientia ſacra, & profana doctiſſimum prædicat. De illis itaque Gerbertus ad Vuiderodum Epiſcopum Argentinæ: Defenſorum ſtudia bifariam ſe ſcindunt, alij quippe Regem Sacerdoti Arnulpho omnium peccatorum veniam tribuiſſe dicunt, alij Rom. Pont. iniuriam factam videri volunt, quia ſine eius auctoritate deponi non debuerit, idemque de ijſdem defenſoribus, Aderant, inquit, accerrimi defenſores, ſcientia, & eloquentia inſignes ſuperius nominati. Qui ipſi ad Arnulphi defenſionem eo potiſſimum niſi ſunt argumento, quod ſcilicet Epiſcoporum, & aliæ maiores cauſę deferendæ eſſent ad Rom. Pont. multipliciter id probantes. Aduerſus quæ multa ab Arnulpho Aurelianenſi prolata Gerbertus, longo ſermone ediſſerit. quæ cuncta eo tendunt, vt nolint Rom. Pont. poſſe aliquid ſupra Canones, ſed illis ſit ipſe ſubiectus, ſed quomodo iſta? ſi eius decreto indicuntur Synodi, & ſanciti in ijs Canones confirmantur vt robur in Eccleſia conſequantur? ſupra canones ergo ille cenſeri debet, qui vim, & auctoritatem canonibus impartitur. Subijcit inde illa fatua falſa, & deridenda potius quam confutanda, in vitæ moribus, & in ſcientia ineſſe auctoritatem Pontificis, quibus ſi careat, pariter cadat ab omni pontificia auctoritate. Et vbi illud Domini, *facite quæ dicunt & non quæ faciūt?* quaſi poteſtas ſit ab homine, & nō a Deo? Perſtans in illa falſiſſima opinione, eo progreditur, vt velit auctoritatem Apoſtolicæ Sedis, ob prauos, qui in ea ſederent Pontifices defeciſſe quibus non ſit parendum, dicente tamen Apoſtolo. *Obedite* [a] *præpoſitis veſtris, & dyſcolis,* [b] addit Petrus: ſubijcitque quos hoc ſęculo paſſa eſt Rom. Eccleſia Pōtifices tanto faſtigio prorſus indignos. cauſamque tanti dedecoris exquirens, bene ratiocinatur noſtrum hoc eſt peccatum, inquiens, quaſi memor, quod ſæpe pro meritis ſubditorum a Deo præſules dentur, qui propter peccata [c] ipſorum regnare permittit hypocritas, & populo deuio comminatur dicens. [d] *Dabo vobis Reges in furore meo.* Definit non eſſe Epiſcopos, ſed Antichriſtos, ſi deſtituantur charitate, & nō paſtores, ſed Idola, cum & ſcientia carent, plane ſchiſmaticus ipſe, & hæreticus inque Donatiſtarum claſſem conijciendus, plane aduerſans omnib. eccleſiaſticis ſcriptoribus Oriētalis, & Occidentalis eccleſiæ, Concilijs omnibus, & Pontificum decretis, traditioni, & eccleſiæ vſui, omnibus denique qui ſunt aut fuerunt catholicis. Pergit docere, pro ratione ſcientiæ iudicandi poteſtatem in eccleſia eſſe collatam, vt ille ſit (ſecundum eius ſententiam) ſuper omnes iudex habendus, qui ſcientia cęteros antecellit.

Papa quō ſub canonib. ſi dat vim Canonibus.

Poteſtas Prælatorū nō ex morib. & ſciētia pēdet, ſed ex Deo.

a Heb. 13. b Petr. 2. c Iob 34. d Oſe. 13.

Vrbi obijcit venalitatem non ipſi tamen Summo Pont. a quo eam ſcit non prodire, ſed a tyranno tunc Vrbem occupante Creſcentio, cui, quod munuſcula non obtulerint (aiunt Epiſcopi) minus digne ſuſcepti ſunt Legati. Ignorantiam obijcit Rom. Pontificibus qui tamen ſic comparati eſſe conſueuerunt, vt quamuis doctiſſimi conſulere non recuſent doctos viros abſentes, & præſentes ſecum adhibere in conſultationibus.

Pontif. docti, & indocti conſulūt doctos.

Subdit nullum fermè hoc tempore fuiſſe Romæ, qui didicerit litteras, cum tamen publica diſputatione expertus ſit, quantum ingenio, & doctrina valeret Leo Apoſt. Sedis Legatus Abb. S. Bonifacij, qui omnes, qui in priori hac Synodo affuerunt Epiſcopi confutauit, eumque mutum, & elinguem in propria cauſa reddiderit.

Quid ergo, inſtat, *ſi barbarorum gladiis circum ſæuientibus licentia commeandi Romam includatur, vel ſi Roma barbaro cuilibet ſeruiens, motu libidinis eius in aliquod Regnum auferatur, nam interim, aut nulla concilia erunt, aut orbis terrarum Epiſcopi ad ſuorum Regum damna, vel interitus ab hoſtibus diſponendarum rerum conſilia, & concilia expectabunt?* Fuerunt iſta ſemper in mundo, prælia, hoſtes, tumultus, & Pontifices interdum exilio relegati, male multati, carceribus mancipati; ſed nunquam legitur ſiluiſſe penitus ipſos, quod Verbum Dei non eſt alligatum, nec ad longum temporis ſpatium eiuſdem Sed. Apoſt. iudicia intercepta, vt regnante in Vrbe Theodorico, & ſucceſſoribus Arianis, & obſeſſa Vrbe à Longobardis, Gregorius liber ad quattuor orbis partes decretales ſcribebat epiſtolas. Et hoc ipſo ſæculo obſeſſis Alpibus a Sarracenis non deſtituerunt e remotiſſimis orbis partibus limina Apoſtolorum frequentari. Deplorat infelicia tempora, diſceſſiones Eccleſiarum ap-

Aduerſi caſus non tollūt Ro. Sed. auctoritatem.

propin-

A propinquantem Antichriſtum, falſus vates. quibus falſis prætextibus perſuadere conatur, quod maxime cupit, nullum iam in Eccleſia Rom. eſſe iudicantis tribunal, cum tamen proxime auctoritate, & ſuaſione Rom. Pont. bella ciuilia in Anglia ſopita ſint: in Hiſpania regium edictum ſit promulgatum de legibus Eccleſiaſticis, & ipſis Rom. Pont. decretis cuſtodiendis. & quas pene dicit extinctas Sedis Apoſt. vires hoc tempore Io: Pontificis expertus ſit ipſe, & illi fauentes Epiſcopi Gallicani, & ipſe Rex potentiſſimus Hugo, Actis Synodalibus reſciſſis, abrogato illi male collato Rhem. Epiſcopatu, Arnulpho, male depoſito, in ſedem reſtituto. Sed quomodo diſceſſionem illam poſtremam per Paulum deſcriptam iam adeſſe Gerbertus ipſe, & Nouatores cũ eo delirant, ſi hoc ipſo tempore, Danos, Slauos, Northmannos, in Gallijs degentes, Boemos, Polonos, Vngaros, conſtat eſſe conuerſos, & Rom. Eccleſiæ inſertos, & hoc
B ipſo ſæculo noſtro non prouinciarum tantum ſed noui Orbis ad Rom. Eccl. acceſſionem eſſe factum quis ignoratur, vt nõ ab iſtis ignominioſa diſceſſio fuerit exprobranda, ſed acceſſio numeroſa, & glorioſa potius prædicanda.

His ita in deteſtationem S. R. E. a Gerberto pluribus inculcatis, concludit tandem quod primo intendebat nimirum quod cum ipſorum Romam Legati miſſi, non fuerint auditi, liceret ipſis Arnulphi cauſam tractare, atque prolata ſententia definire. Quibus pro arbitrio comprobatis, ait Arnulphum in ſynodum reum inductum, negantem redargutum teſtimonio presbyteri iam confeſſi ſe ciuitatis portas aperuiſſe hoſtibus, ſed Arnulphi mandato. Demum Gerbertus Acta ſynodalia proſecutus, nũquam ex eis probare potuit Arnulphum aperiendi portas mandatum Adelgaro preſbytero dediſſe, confeſſum eſſe, ſed ſeorſum a ſynodo petijſſe audiri ſe a tum nomina-
C tis 4. Epiſcopis, quibus ſecreto, ait, multa crimina confeſſum eſſe, eundemque petijſſe, alium in ſui locum Epiſcopum ſubrogari. Porro eius confeſſionem fuiſſe ab his, qui audierunt iuramento exceptam, ne penitus confeſſa crimina reuelarent. Reuocatum autem ad ſynodum coram Regibus Hugone, ac Ruberto, nihil publice confeſſum, niſi tantum iſta dixiſſe. *Palam dico, & profiteor me erraſſe, & a fidelitate Regia deuiaſſe*; reliqua autem generalitate ipſum inuoluiſſe, & ſecretum confeſſum eſſe, atque damnationis ſententiam accepiſſe. Huc vſque Gerebertus, qui reliqua mala fide, ſilentio obſignata reliquit, nempe de reclamatione interpoſita a primario iudice Seguino Archiepiſcopo Senonenſi, de qua ſupra. Mala fides Gereberti

Scripſit præterea de his omnibus idem Gerebertus epiſtolam ad Ottonem Imper. cuius aures præoccupare voluit, antequam his diuerſa ab aliquo alio fortaſſe perciperet.
D Poſtquam autem vidit excommunicatos a Rom. Pont. omnes Epiſcopos, qui in damnationem Arnulphi conſenſerant, exacerbatus, & in furorem actus, ſcripſit ad Seguinum Senonenſem Archiepiſcopum litteras catholico homine prorſus indignas, totus in eo, vt excommunicationem illam contemnendam eſſe demonſtret, ex qua conuincendus plane eſſet ſchiſmaticus, niſi tandem in ſequenti Rhem. Concilio longa diſputatione conuictus a Leone Abbate Sed. Apoſt. Legato, eidem, licet inuitus, acquieuiſſet. Scripſit idem aliam epiſtolam ad Vuilderodem Argentinæ Ciuitatis Epiſcopum quæ Apologetica epiſtola alteri editioni operum Gerberti addita, multa habet aduerſum Rom. Pont. ipſamque Rom. Eccleſiam, magna temeritate ac fraude concinnata; aduocato etiam in auxilio Hincmaro Rhemenſi in prolixa illa epiſtola aduerſus Laudunenſem Hincmarum Nepotem ſuum, qui aduerſus ipſum
E pro epiſtolis decretalibus inſurrexerat. Ex his igitur, quæ Gerbertus ex Hincmaro citat, tres haud leues colliguntur errores. Atque primus ille, ex quo reliqui, dum videlicet ſubijcit Decreta Rom. Pont. quibuſcumque canonibus conciliorum, cuius abſurditas erroris, ex eo patet, quod cum ſine Decretis Rom. Pont. nec ſynodos congregari, nec in eis ſancita promulgari liceat, nec ea robur habeant; nec in vſum & auctoritatem recipi, aut aſſumi, poſſint, procul dubio aſſerendum eſt maioris auctoritatis eſſe Decretales epiſtolas, quam canones Conciliorum, a quibus illi, vt ſint, nominentur, & citentur, omnem vim habent. Atq; hoc plane probatur per Gelaſium [a] Papam, quem eorum vterque cauillatur, contrarium ſentire, & violenter in contrarium ſen-

Gerebertꝰ furit ĩ Ro. Eccl.

Gereb. & Hincmar. male ſubijciunt Decreta Põt. Decretis Conciliis.

a Gel. de vinculo anathem.

tire,

tum contorquet. ſic enim ille de Concilio Chalcedonenſi omnium numeroſiſſimo. A
Ita inquit, *quod firmauit in ſynodo Sedes Apoſtolica, hoc robur obtinuit, quod refutauit, hoc habere non potuit firmitatem*, idque S. Leonis Papæ Decretalibus ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quæ adhuc extant. Idemquoque Gelaſius ad Fauſtum. *Nobis* inquit, *opponunt canones, dum neſciunt quid loquantur: contra quos hoc ipſo venire ſe produnt, quod primæ ſedi ſana rectaque ſuadenti parere fugiunt. Ipſi ſunt canones, qui appellationes totius eccleſię ad huius ſedis examen voluere deferri, ab iſta vero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt, ac per hoc illam, de tota eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium, nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius Decreta ſequenda mandarunt*. Secundus Hincmari error eſt, quod cum Gelaſius dixerit venerabiliter ſuſcipiendas Epiſtolas Rom. Pont. diuerſis temporibus a diuerſis Pontificibus datas, eas non perpetuo duraturas, ſed temporarias fuiſſe dixerit, legique veteri aſſimilatas, donec quod perfectius eſt, per canones ſanciretur. Redarguitur in primis hic error per vſum totius Eccleſiæ, dum in hanc diem, quæ ante mille annos, per epiſtolas Decretales conſtituta fuere in cauſarum definitionibus vſurpentur. Et ſimilitudo adhibita longe eſt diſpar & incongrua, ſi quidem lex vſque ad præfinitum tempus noui legiſlatoris ſtatuta fuit. Decreta autem Rom. Pont. perpetuo valitura, donec per aliquem ſucceſſorum Pontificum abrogentur, eccleſia ſuſcipit obſeruanda, niſi qui ſanciuit Pontifex Decretum noluiſſet eſſe perpetuum. B

Concil. canones deferunt oĩa primæ ſedi.

Decreta Ro. Pont. perpetuæ auctorit.

Tertius error vel potius impudens Hincmari calumnia eſt, dum ex Gelaſij verbis illud deducit, quod omnino Gelaſij ſententiæ contrarium eſſe perſpicue patet. Ex quibus deliramentis fuiſſet Hincmarus inter hęreticos, atque ſchiſmaticos recenſendus, niſi ſæpe ſuis ſcriptis reperiretur proteſtatus eſſe, nullo ſe pacto contra Rom. Eccleſiam aliquid ſentire velle, nec pati vllo modo ſe ab ea ſeparari. Poſt hæc autem ex eodem Hincmaro multa Gerbertus ingerit, Sanctorum Patrum abutente auctoritate; & alia latrat in Rom. Eccl. cui ſatis obijcere, non vnius tantum Ioan. Papæ ſententiam, ſed omnium illorum Francorum epiſcoporum, qui duabus ſynodus poſt hæc celebratis interfuerunt, quibus & Reges pariter conſenſerunt. C

Calũnioſa Hincmari interpretatio Gelaſij.

Obitus S. Oſuualdi.

Hoc eodem anno magnus ille Oſuualdus Vuigornienſis in Anglia Epiſcopus ex hac vita migrauit in cœlum, vbi ſediſſet annis 30. cuius vita cum fuerit admiranda, obitus quoque talis extitit, qui digne Annalibus intexatur, atque adeo epitomæ, breuitatis ipſius nobis præſcriptæ ratione veniam indulgente. Die quadam (ait fideliſſimus Scriptor [a] vitæ illius) egreſſus cum ſuis ex Oratorio, ſub diuo ſtans, in cœlum intenſiſſime oculorum aciem defixit, Chriſtum quem ſuſpirabat, pio corde, & ore attentius orans, Nec vero oculos, vt fit, cito retraxit; ſed perinde ac ſi noui quidpiam, cum ſumma animi voluptate contemplaretur, diutiſſime in eo qnod intuebatur defixus fuit. rogatus quid nam videret, ita reſpondit. contemplor id quo tendo, idque craſtino die, etiam me tacente, res ipſa vobis declarabit. Aeterna namque beatitudo, cuius cauſa hucuſque laboraui, nunc inſtat. Nec ante craſtina occumbet lux, quam me in eam Dominus meus, ſicuti eſt pollicitus, introducat. Reuerſuſque in Oratoriũ, conuocatis fratribus, hortatur eos, vt impendant ipſi miniſterium ſacræ vnctionis cũ Viatico Dominici corporis. Nocte ſequente oblitus aduerſæ valetudinis ſuæ in templum ſe contulit, officium diuinum expleuit, & reliqua noctis ſpatia in Dei laudibus expendit. Mane ſolito more, linteo præcinctus pedes pauperum lauit, atque extergẽs, quindecim Pſalmis, quos in illo miniſterio dicere ſolebat, perſolutis, ſubiunxit GLORIA PATRI ET FILIO. Cumque pauperes, pro more, gratias agentes ſurgerẽt, ille autem diceret SPIRITVI SANCTO, ante illorum pedes, in manus Chriſti ſpiritum reddidit. Cum autem corpus eius ad Eccleſiam quam conſtruxerat, deferretur, niuea columba e cœlo deſcendens, expenſis alis, lento volatu illud protegere viſa eſt. Ignea quoque ſphæra cęlitus lapſa ſuper feretrum apparuit, depoſitoque ante altare ſacro corpore viſio illa, tanquam locum ſepulturæ eius deſignatura ad auſtralem ec- D E

a Apud Sur. 15. Oct. c. 15.

Prædicit felicẽ ſuũ obitum. ſacro oleo nungitur Officiũ diuinum explet.

Pauperũ pedes ex more lauat.

Emittit ſpiritum.

cleſiæ plagam iuxta altare diuertit,ſicque ab oculis intuentium ſubducta eſt,&c. Sequuta ſunt iſta admiranda ſigna, quæ virum Sanctiſſimum cum Chriſto in cœlo regnare,quam certiſſime docuere. At hæc ad inſtitutum ſatis.

Chriſti Annus	*Ioan. 15. Pap.*	*Ottonis 3.*	10	*Impp.*
993	9	*Baſil.& Conſtant.*	18	*Indict. 6.*

VDalricus Auguſtanus Epiſcopus a Io:Papa relatus eſt in numerum ſanctorum, in Synodo Lateranenſi,rogante Lutulpho Auguſtæ Epiſcopo, his verbis. Domine Sanctiſsime Præſul,ſi vobis placet,& omnibus epiſcopis, & presbyteris hic reſidentibus,libellus quem præ manibus habeo,coram vobis legatur,de vita & miraculis Venerabilis Vdalrici S.Auguſtanæ eccleſiæ epiſcopi, & quod libitum fuerit decernatur,&c. Cumq; perlecta eſſet vita prędicti Sanctiſſimi Epiſcopi, ventum eſt ad miracula,quæ ſiue in corpore,ſiue extra corpus geſta ſunt,videlicet cęcos illuminaſſe, dęmones ab obſeſſis corporibus effugaſſe, paralyticos curaſſe, & quam plurima alia ſigna geſſiſſe,quæ nequaquam calamo, & atramento, illuſtrata ſunt. Quæ omnia,inquit Pont.recepimus,& communi conſilio decreuimus memoriã illius,ideſt S.Vdalrici Epiſcopi affectu pijſſimo,& deuotione fideliſſima venerandum, &c.

S. Vdalricus canonizatur.

Extant hæc in Diplomate ipſius Pontificis ad omnes Archiepiſcopos,Epiſcopos, & Abbates in Gallia,& Germania commorantes.Sic igitur ſolemni ritu relato in album Sanctorum S.Vdalrico,eius dies natalis publicæ cępta coli,quod nõ niſi Dei voluntate peractum,euidens illud miraculum comprobauit,quod inter alia multa, poſt vitam ipſius deſcripta legitur [a] de quodam, qui ceteris omnibus natalitium S.Vdalrici ſolemniter celebrantibus,fœnum cum raſtellis congregauit in cumulos, diem ſanctum ſpernendo,quod altera die totum in fauillas immutatum inuenit.Non eſt autẽ prętermittendum Canonizationis Sanctorum vſum hoc tempore in eccleſia frequentem reperiri.Nam Petrus Damiani [b] refert de plurib.ſuæ ætatis ſanctis epiſcopis Romualdo Camerinenſi,Amico Ramibonenſi,Guidone Põpeſiano, Firmano Firmẽſi, & alijs pluribus, ſuper eorum videlicet veneranda cadauera ex ſacerdotalis concilij auctoritate ſacra fuiſſe altaria erecta,vbi nimirum diuina myſteria,miraculis exigentibus offerrentur. & paulo poſt meminit de Arduino presbytero eius temporibus miraculis claro.Concedere autem licentiam,ex ſynodali decreto, vt ſupra corpus defuncti erigeretur altare,hoc ipſum erat inter Sanctos adnumerare, vt anniuerſaria memoria de eis agi poſſet,quod idem narrat de S.Romualdo Rauennate in fine vitę ipſius. Quod autem ad S.Vdalricum inter ſanctos relatum attinet,extat epiſt. [c] Greg.7.Papæ,qua humili voto petenti Patriarchę Aquileienſi concedit vt in die natalis S.Vdalrici,& S.Afræ eiuſdem Auguſtanæ eccleſiæ patronæ,pallio vti poſſet, ex quo colligitur quam celebris eius eſſet cultus.

a Mirac.S. Vdalr. c. 27. Miraculũ.
b ad Hér. Rau.epm. ep.16.c.29
Canonizatio p hæc tempora qualis.
c Eug.lib. 6.ep. 38.

Hoc eodem anno (vt Glaber Rodulphus eſt auctor) cum admirandæ flammarum eruptiones e monte Veſuuio contigiſſent, crebra quoq; per diuerſas prouincias ciuitatum incendia prodigioſaq; contigere,cum & Romana conflagrante Vrbe, baſilica Vaticana incendi cæpta,diuinitus eſt liberata, concurrente populo cum clamoribus, & precibus ad B.Petri confeſſionem.

Quo etiam anno(vt mox ſubijcit) S.Maiolus Abbas Cluniacenſis,admirãdæ ſanctitatis vir,ex hac vita migrauit,in itinere, [d] euocatus a Rege Hugone ad rectius, ex eius conſilio,conſtituendum Monaſterium S.Dionyſij:crebra ad eius ſepulchrum miracula eius ſanctitatem, atteſtata ſunt.In eius locum,communi conſenſu Cluniacenſium Monachorum, ſubrogatus eſt S. Oddo eius diſcipulus, quem idem ſanctus viuens ſucceſſorem ſibi delegerat.tenuit eius regimen annos 56. vt Petrus Damiani teſtatur,qui eius vitam ſcripſit.

d Sigeſi.in chr.apud Sur. 2. Maii.

Chriſti Annus	**Ioan.** 15. *Pap.*	*Ottonis 3.*	11	*Impp.*
994	10	*Baſil.& Conſt.*	19	*Ind.7.*

A

HVgo Rex cum audiſſet Io: Papam ob eiectionem, & carcerem Arnulphi Rhemenſ. Epiſcopi vehemẽter eſſe commotum, nec alia legatione ad eum miſſa placatum, præſenti iterata, inuitat eum in Gallias, ad componendas diſcordias Rhem. eccleſiæ. Extant Hugonis litteræ.[a] Quid Io: reſcripſerit, ignoratur: certum tamen eſt ipſum in Gallias non eſſe profectum, miſiſſe autem anno ſequenti Legatum ad munus delectum, virum Sanctiſſimum Leonem Abb. S. Bonifacij. B

a Apud Maſon li. 3. Annal. Pr.

Rex inuitat Papã ĩ Gall. ad res cõponendas.

Chriſti Annus	*Io:* 15. *Pap.*	*Ottonis 3.*	12	*Impp.*
995	11	*Baſil.& Conſt.*	20	*Ind. 8.*

6

L*Egatus*[b] *Apoſtolicus Leo Abb.* SYNODVM HABET MESOMI *oppido Belgicæ, ſub Rhemenſi Metropoli. Gerbertus, qui exautorato Arnulpho ſuffectus in eius locum fuerat, patientiſsime auditus eſt. Inter cetera dixit. Arnulphum cõuentum, & commonitum litteris a Legatis Epiſcoporum Galliæ, vt a cępto furore deſiſteret; & ſi valeret, quoquo modo ſe a proditionis ſcelere purgaret: dum monita ſalutaria contempſit, habitum eſſe tanquam publicanum, excluſumque a Rhem. eccleſia; ſibi vero reluctanti onus ſacerdotii ſub diuini nominis obteſtatione impoſitum. Cum orationem ſuã Leoni ſcriptam porrexiſſet, ipſe Leo aliam* SYNODVM KAL. IVL. RHEMIS HABENDAM DENVNCIAT. *Interim Monachum ſuum idem Legatus ad* Reges *Franc. duci iubet, & per Epiſcopos Gerberto mandat, vt a diuino officio, vſque ad denunciatam Synodum abſtineat. extat eius oratio. Collecto igitur pleniori Concilio*[c] *iterum in Vrbe Rhemis; vt vbi male Arnulphus fuiſſet ab Epiſcopatus gradu depoſitus, & alter intruſus, ibidem, in ſuam auctoritatem eccleſiaſticis legibus vindicatis, alter reſtitueretur, alter excluderetur. Ibi epiſcopi qui Arnulphum depoſuerunt Gerbertum intruſerant a Legato Apoſtolico auditi, male egiſſe conuicti, Gerbertus confutatus; Arnulphus de cuſtodia ex iuſsione Apoſtolica reuocatus eſt, & magno cum honore in ſua Sede collocatus, Gerbertus autem intelligens quod iniuſte Pontificalem ſuſcepiſſet dignitatem, pœnitentia ductus eſt. Altercationem vero Gerberti Pont. & Leonis Abb. valde vtilem plenius inuenies in Geſtis Pontificum* R*hemorum.* Hæc ex Auctario[d] ad Aimoinum, quæ ſumpta videntur ex legitimis Actis, quæ citat; & magis vera, quamque ex epiſtolis Gerberti; ſuam ipſius cauſam agentis, ſunt prodita. Sed mala fide omiſſa ſunt a Nouatoribus, qui quæ effutijt Gerbertus ediderunt. In qua cauſa apparet quanta coluerit obſeruantia Hugo Rex Io; Pontificem, vt nulla habita ratione eorum quæ in Arnulphum Synodus decreuiſſet, neque (quod plurimum apud Reges, & Chriſtianos valere ſolet) iuris regnandi, vt obſequatur Rom. Pont. in eccleſ. Rhem. reſtitui Arnulphum eductum de carcere patitur, quem ſemper vt germen Carolinæ regnantis hactenus ſtirpis ſibi aduerſantem, expertus eſſet. Eſt plane & in hoc illud amplius mirandum, quod hoc præſertim tempore tanti fecerit Hugo Roman. Pontif. quando apud ſuos, & a Creſcentio veluti obſeſſus detineretur in palatio, nec aditum ad eum haberet, niſi quem Creſcentius vellet.

b Apud Maſonem li. 3. Ann.

Gerbertus ſuſpendit a diuinis.

c li. 5. c. 45.

d li. 5. c. 45

Obſeruantia Regis erga Papã

C D E

Porro Gerbertus e throno Rhemen. depoſitus, relicto Hugone Franc. Rege, ſe totum Ottoni Imper. addixit, eundemque comitatus eſt in Italiam venientem, anno ſequenti.

A Ex ipſis Synodalibus Actis, & ſcriptis epiſtolis ab huius temporis ſcriptoribus, liquido conſtat Io: Pont. 15. hoc anno fuiſſe ſuperſtitem, ex quibus redarguas eos, qui ante biennium deceſſiſſe tradiderunt. — *Gerbert' adit Imp.*

In fine anni huius memorandum exercuit Deus iudicium contra quendam voluptuoſum Abbat. Caſſin. Manſonē nomine, atque aduerſus eum, qui ipſum, vt inuaderet S. Benedicti hæreditatem, excæcandum curauit, etiam in epitome, vt habetur in Vita Sanctiſſimi Nili Abb. ab auctore huius temporis Græce ſcripta, & apud Oſtienſem, pæne ad verbum deſcribendum. Cum igitur mortuus eſſet æternæ memoriæ Aligernus, qui recte, & religioſe Monaſterium Sancti Benedicti adminiſtrauit, eius loco præfectus fuit quidam, qui ignorabat Beatum Nilum qualis eſſet; vel vt verius dicam, nec ipſum Deum cognoſcebat, quod declarabit id quod breuiter dicam. Cum
B aliquando ad ipſum Beatus Nilus acceſſiſſet, inuenit caſu ipſum in monaſterio inferiori in quo eſt pulcherrimum ſacellum Sancti Germani aquarum pulchritudine circundatum. Inuenit autē Præpoſitum ipſum cum inſignioribus monachis magni monaſterij lotum, in cœnaculo comedentem. Cum itaque expectaret ipſum B. Nilus in Eccleſia cum ſuis fratribus, audit, quod Cytharedus quidam ingreſſus erat in cœnaculum, cytharam pulſans. — *Prædictio S. Nili in uoluptuoſos monachos.*

Tunc Beatus Nilus dixit ad eos, qui ſecum erant. *Memoria tenete fratres verbum hoc, quod breui tempore veniet ira Dei ſuper homines iſtos. Surgite & hinc diſcedamus.* & cum hoc dixiſſet, receſſit. Nec annus tranſiuit, & Præpoſito ipſi capto, defectionis ſiue ſeditionis cauſa, eruti ſunt oculi, & monachi graui morbo oppreſſi, alij quidem vſque ad mortem, afflicti ſunt, alij perierunt. Cytharedus ille profectus,
C vt raperet, & captus eſt, & poſt multa tormenta, eruti ſunt illi oculi. Et hic omnes biberunt calicem iræ Domini, iuxta S. Patris Nili prædictionem. hæc eius diſcipulus. Leo autem Oſtienſis, de ipſo Manſone, Præter alia multa, inquit, illius ſtrenue (& vt preſſius de tanti loci Patre loquar) ſæculariter geſta, cum ſibi equites plurimos, & plurimos ſerico indutos famulos paraſſet, & Vltramontani Imp. curiam haud ſegniter frequentaret: ob memoratæ maxime arcis conſtructionem, ingentis odij fomitem in toto Principatu contra ſe accendit; adeo vt non multo poſt a Capuanis captus cęcatuſque ſit, quod non modo Abbatiam ſed & Principatum omnem ſibi vendicare velle videretur. Inflammauit eam inuidiam, Alberici nequitia Marſorum Epiſcopi, qui dum filio ſuo ex meretrice procreato, epiſcopatum tradidiſſet, ad huius monaſterij dominatum adipiſcendum, ſi quo poſſet pacto animum exacuebat. Comperto igi-
D tur Abbatem memoratum Capuanis infenſum eſſe, pecunia corrupit nequiſſimos quoſdam monachos (vt paucis abſoluam, quod Oſtienſis exequitur pluribus) ac poſt aliquos Capuanos, qui cæcato Abbate monaſterium ſibi Caſſinenſe contradant. Illi igitur per fraudem & periurium abducto Manſoni Abbati Capuam, oculos eruunt, & nuncijs, qui pecunias tulerant, Epiſcopo deferendos tradunt, qui Marſiam properantes audiunt in itinere Epiſcopum mortuum, & momento temporis obſeruato, cognoſcunt, qua hora cęcatus eſt Abbas, Epiſcopum eſſe defunctum. Ex ijs autem nuncijs (pergit Leo) quos ad tantum ſcelus iam dictus Epiſcopus deſtinauerat, vnum ego Andream nomine, presbyterum adhuc paruulus vidi, vix ſe in lecto mouere valentem, qui centenariam ſupergreſſus ætatem hæc omnia auunculo meo Sanctæ memoriæ, Ioanni Sorano Epiſcopo, quoties rogatus eſſet, cum lacrymis referre ſolebat. — *Vltio diuina in ſacrilegum.*
E Porro Manſonem hunc cæcatum ſuperuixiſſe circiter 4. menſes, idem teſtatur, illique ſubſtitutum tradit Io: 29. ord. Caſſin. Abb. qui vno tantum tenuit anno, atque poſtea anno ſequenti 997. alter Io: eſt creatus Abbas.

Quod ſpectat ad res Orientalis eccleſię, hoc anno indict. 8. (vt affirmat Curopalates) Nicol. Chryſoberges Patr. Conſtantinopolitanus cum ſed. ann. 12. & menſ. 8. moritur, in cuius locum ſubſtituitur Siſinnius, qui tenuit annos tres, & diſſenſiones, ob quartum matrimonium, in concordiam redegit. quod tamen eius prædeceſſori Nicol. tribuitur in ſynodalib. Actis tunc confectis, vt de his nulla dubitatio eſſe poſſit. Cuius initæ cōcordiæ monumētum extat poſt Edictum de Vnione ante annos 80. promul- — *Cōcordia in eccleſia Græca.*

a Iur. Gręc. lib. 2.

gatum in Codice Iuris Græcorum. [a] *Nunc vero ex P. & F. & Spir. S. beneuolentia, & gratia ſacerdotes, atq; monachos iã ante* 80. *annos ob prædictam cauſam & occaſionem a ſe inuicem diuulſos, Sereniſsima* Maieſtas *Impp. noſtrorum a Deo coronatorum Baſilii, & Conſtantini coniunxit, & vniuit, vnamq; generalem & Apoſtolicã eccleſiam effecit. Quamobrem prædicandi magniq; faciendi veniunt, qui opus tã gratum Deo, tanquam magni momenti ad exitum perduxere*. Hæc ex Actis Synodalib. quę mox ſunt ſequutę acclamationes in plures Imperatores, Imperatrices, & Patriarchas, in quibus ſunt Ignatius, & Photius: inde anathematiſmi, in vniuerſa quæ contra ſanctos Patriarchas Germanum, Taraſium, Nicephorum, & Methodium, ſcripta, vel dicta ſunt: inſcripta quoq; omnia aduerſus Ignatium, vel Photium promulgata, vt aſſeruit Marcus Epheſius in Concilio Florentino. In vniuerſa ét, quæ præter eccleſiaſticam traditionẽ, & doctrinam, & diſpoſitionem Sanctorum Patrum innouata geſtaq; ſunt, vel in poſterum agentur, & alij anathematiſmi, quos tu vide in Annalib. Hic obſeruat Auctor Annalium verſutum Sathanę conſilium in his controuerſijs detinẽtis Orientales, ne quod longè maioris momenti erat, attenderent, nempe ſe manere diſciſſos a Communione catholicæ eccleſiæ, & Apoſt. Sed. quæ tanti fecere maiores ipſorum & vniuerſi, qui Catholici dici voluerunt, vt ita diuturnitate temporis obliuioni traderent, quòd eſſe deberent; Phariſæis perſimiles redditi, qui decimantes mentã, anetum, & cyminum, quæ præcipua diuinæ legis eſſent, omitterent.

Græci occupati leuib. cõtrouerſiis, negligunt vnionẽ cũ Apoſ. Sed.

Chriſti Annus	*Greg. 5. Pap.*	*Ottonis 3.*	13	*Impp.*
996	1	*Baſil. & Conſt.*	21	*Ind. 9.*

IO: XV. Papa moritur, cum ſed. annn. 10. menſ... d. 12. & poſt 36. dies in locũ ipſius ſubrogatur Greg. V. Otto Rex Germanię vocatus ad propulſandam Creſcentij intolerabilem tyrannidem, in Italiam cum exercitu venit, & Rauennæ aliquantiſper cõſtitit. Vbi cum inueniſſet eius ciuitatis epm defunctum, in locum eius ſubrogandũ curauit Gerbertũ, de Pontificatu Rhemẽſi per Io: Papã deiectum. cum aũt ille, adeo male meritus de Sed. Apoſt. ordinatus ſit Rauennas Eps, dicere oportet, eum pęnitentẽ recantaſſe palinodiam, ut a populo in Rauennatis Eccl. Epiſcopum peteretur, vt huius temporis auctor apud Aimoinum, [b] tradit, & ſic ab ipſo Greg. Rom. Pont. ordinaretur. quem Ioannis acta minime abrogaſſe, ſed probaſſe, inde certum deducitur argumentum, quod Arnulpho in Rhem. Sedem, deiecto Gerberto, reſtituto, palliũ miſit, vt conſtat ex prima. Epiſt. Abbonis Floriacenſis, apud Maſonem. [c]

Gerb. eps fit Rauen.

b li. 5. c. 45

c Apud Maſon. Ann. Fr. lib. 3.

Tunc illud accidit, quod Petrus Damiani ſcriptis prodidit, cogitantem Ottonem Claſſen. Abbatiã ordinare optionẽ Monachis, quẽ ſibi vellent Abbatẽ eligẽdi, dediſſe, qui B. Romualdum vnanimi cõſenſu expetierunt. Rex aũt diffidens ſanctũ virum, qui in Inſula 12. milliaribus longe Rauenna diſtante, degebat, venturum ad Regiam per nuncium euocatum, ipſemet eum adit, & cum ſole occidente ad eum perueniſſet, lectum illi ſuum Romualdus indulſit. mane ſecum Rauennam deductum, precibus Rex & anathematis interminatione a Synodo Abbatiæ regimen, vt acciperet, effecit. Referebat tamẽ hoc ſibi non videri nouũ, ſed ante quinquennium ſibi fuiſſe reuelatũ.

His peractis Romam ſe contulit Otto ad expugnandũ Tyrannum Vrbem occupãtem, Creſcentium, qui audito Ottonis aduentu, in inexpugnabili S. Ang. arce ſe cum ſuis incluſit. Vrbe potitus Otto opugnãdę arci inſiſtit. Variãt aũt in his auctores, aliis aſſerentib. anteq̃ Otto ſe Romã conferret, Brunonẽ, vocatũ Greg. V. creatũ fuiſſe Papã, illiq; per Creſcentiũ oppoſitũ fuiſſe alium, ex epo Placent. Calabrũ, Io: 16. appellatum, ſchiſmaq; conflatũ: aliis Greg. V. creatũ fuiſſe pręſente & ſuffragãte illi Ottone. ſic. n. Ditmarus. [d] Otto, inquit, Romã veniens glorioſe nepotẽ ſuum Brunonẽ, Ottonis filiũ Ducis, in loco Ioannis Papæ nuper defuncti, cũ omnium laude pręſentiũ conſtituit; Glaber aũt Rodulphus monachus Cluniacẽſis his temporib. proximus, ſcribit. Initio Imperij Ottonis. (ab hoc namq; anno) quo Romæ creatus eſt Imper. ſunt anni huius legitime numerandi, & non a parentis obitu mortuum Rom. Pont. cui Impe-

Variãt auctores in tpe creati Greg. V. P. Schiſma i Eccl. Ro.

d lib. 4.

A riali præcepto ſubſtitutus ſit eiuſdem Imper. conſanguineus, cuiuſdam Ducis filius, quem Creſcentius Romanus præpotens ciuis, factioni Imp. aduerſus, expulit, & alterum procaciter in eius locum ſubrogauit. Qua re cognita Otto Romam cum exercitu properans, Papam a Creſcentio, qui ſe in arcem receperat, intruſum, comprehenſum, manibus auribus oculiſque multarit, ſubdit vero alia de arce expugnata, Creſcētio capto, & Imp. mandato præcipiti acto, raptato & in trabe excelſa appenſo; quibus tamen vehementer repugnant quæ ſcripta ſunt a Petro Damiani temporis huius, & ipſo ſcriptore, nimirum Creſcentium in munitione inexpugnabili ſe continentem, inde non niſi dolo, & iuramento, firmata promiſſione, deduci potuiſſe ab Ottone Imp. & ita de ipſo decepto, capitis obtruncatione fuiſſe captum ſupplicium. quod & teſtatur Leo [a] Oſtienſis. a Chron. Caſſ. c. 18.

B Porro ſublatum Creſcentij corpus clandeſtino funere eſt ſepultum extra Vrbem, iuxta portam Aureliam in cæmeterio Calepodij, vbi antiquitus permanet erecta Eccleſia S. Pancratij, in cuius pauimento hodie legitur Creſcentij Ducis epitaphium.

Alterius quoque Creſcentij Ducis, qui hoc pariter ſæculo in Vrbe claruit, & honeſto ſanctoq; fine diem clauſit extremum, ante annos 12. epitaphium extat in Eccleſia S. Bonifacij, in Auentino, alio nomine dicta S. Alexij. Tertium deniq; alius Creſcentij, poſt annos, ab hoc 14. extat in Diaconia SS. Coſmæ, & Damiani. Ex quibus Creſcentijs propagata creditur nobilis Creſcentiorum Romæ familia.

Hoc anno dirum ſchiſma inter Greg. V. & Io: ex Placentino Epiſcopo electum a Creſcentio Papam, ingentis collatione pecuniæ, conflatum eſt. Petrus Damiani in 2. Epiſt. ad Cadaloum Pſeudopapam, hæc de his habet, in exemplum ponens illi, quæ

C Io: Placentinus ſupplicia pati meruit ab Ottone Imp. ait enim.

Sed vt noueris, quia molimen hoc nequaquam factum concedat in exitum, de propria tibi, atq; contigua regione præbemus exemplum. Cōuicanea autem tibi regio Placētina eſt (Parmenſis enim Epiſcopus Cadalous erat) cuius epiſcopus non diu ante noſtram ętatē ſubdolę calliditatis artifex extitit, & ad inſtar tui, ſubtilitatis, & gloriæ ſatis ſuperq; ambitione flagrauit, adeo, vt prius ante ſe geſtandā, ſicut & tu nunc agere diceris, crucem argenteam imperarit. Quia etiam cum Imperatrice, *quę tunc erat, obſceni negotii dicebatur habere myſterium. Deinde ſenſim ad maiora proſiliens, vt tandem Apoſt. Sed. familiaris ſibi pecunię patrocinio violenter inuaderet. Eiecto itaque Gregorio Imp. Ottonis utiq; conſanguineo, Rom. Eccleſię Cathedram non ut ſacerdos magnus, ſed ut fur, & tyrannus obtinuit. Sed paulo poſt reſipiſcente Quiritum po-*

D *pulo, atq; in zelum dignæ ultionis unanimiter exardeſcente, irruentes, in eum manus iniiciunt, oculos eruunt, aures nareſq; præcidunt. Et ut attentione tua condignam uſq; ad finem proſequamur hiſtoriam.* P*oſtquam Romani (ut dictum eſt) reſpondiſſent (an rependiſſent)* P*ontifici; mox ante retro conuerſum in Aſello glorioſum equitem poſuerunt, tenētemq; ſui uectoris caudam in manibus, per publicam totius Vrbis uiam hęc ut cāneret impulerunt.* TALE SVPPLICIVM PATITVR, QVI ROMANVM PAPAM DE SVA SEDE PELLERE NITITVR. hactenus de his, ex Petro.

Pſeudopapa, ex Placētino epo qualis.

Per ſimoniā inuadit Apoſt. Sedem.

Ro. inſurgentes in Pſeudopapam eum male multant.

Hunc Pſeudopapam (ante Philagathum dictum) B. Nilus conciuem ſuum ſcriptis litteris hortatus eſt, futura prænoſcens, vt quam male occupauerat Romanam Sedem, dimitteret, ait. n. qui eius Vitam ſcripſit, B. vero Nilus futura prænoſcens, ſcripſit iſti eum orans, vt vale diceret mundi gloriæ, cum hac iam ad ſatietatem potitus fuiſſet, &,

E in quiete ad monaſticam vitam declinaret. Ille vero non deſtitit ab inſtituto ſuo, quouſq; egreſſus eſt Imp. cum priore Præſule iam eiecto, & eorum indignationis opus factus eſt Philagathus. orbatus. n. ab ipſis membris ſuis maxime neceſſarijs, oculis inquā, & lingua & naſo, in carcerem coniectus eſt, miſerabilis factus, & omni ope deſtitutus. Hæc cum audiſſet B. Nilus corde afflictus, coactus fuit ſenio, & morbo, confectus licet (nonagenariam enim vt alibi idem auctor teſtatur, excedebat ætatem,) & non ſatis tempore congruo, Quadrageſima enim erat Romam venire, & Imperat. adire, pro gratia impetranda. Occurrentes igitur Beato Nilo, Papa, & Imperatore, pro ſpectata eius ſanctitatis fama, medium deduxerunt ad Patriar-

B. Nil. ad Pſeudop. inuitāt ad monaſticā vitam.

B. Nilus miſericors Imp. & Papa quanti faciant B. Nilum.

chium, vbi Imperator B. Nilo reſpondit, Præſto ſumus, vt omnia quæ videntur ſanctitati tuæ, perficiamus, ſi etiam tu exaudies petitionem noſtram, & dignaberis accipere monaſterium in hac ciuitate quodcumque volueris, & eſſe nobiſcum ſempiterno tempore. Cum vero Beatus Nilus renueret in Vrbe morari, propoſuerunt illi S. Anaſtaſium extra turbas exiſtentem, & ſemper noſtro generi, Græcis ſcilicet, attinentem. Et iam accepiſſet Beatus Nilus conditionem, ſtudens, vt quam petebat gratiam obtineret. Sed durus ille Papa, non contentus malis quæ aduerſus prædictum Philagathum patrauerat, cum illum adduxiſſet, & ſacerdotales veſtes ei dilaniaſſet, per totam Vrbem circumduxit, & alia omnia quæ dicta ſunt ſuperius pati coegit, quod cum ſanctus ſenex audiſſet, & magnopere triſtatus eſſet, non amplius petijt ab Imper. Archiepiſcopum Philagathum. Quod cum animaduertiſſet Imper. miſit vnum ex ſuis Archiepiſcopis, vt Senem Nilum placaret. Cui ille, Vade & dic Imperatori, & Papæ. Hæc dicit ſenex ille; Non donaſtis mihi cæcum iſtum, mei timore, nec magna mei potentia, ſed tantum Dei amore. Nunc igitur quæcumque inſuper feciſtis, non illi, ſed mihi feciſtis, vel potius Deum ipſum contumelia affeciſtis. Scitote igitur quod quemadmodum vos non peperciſtis illi, ita neque Pater veſter cœleſtis parcet peccatis veſtris. quibus dictis cōſcenſis equis, quam primū ad monaſteriū redijt. Alia ſubdit Auctor parum probabilia, & quæ a nemine alio produnt.

Dura reſponſio B. Nili ad Papā & Imp.

Ad hunc ipſum Ioannem Pſeudopontificem ſpectat, dum Romæ aduerſus Gregorium in ſchiſmate ſedet, quod Glaber Rodulphus ſcribit, delegatione ab ipſo in Gallias miſſa. Cum enim Fulco Comes Andegauenſis vſurpator bonorum eccleſiarum egregiam erexiſſet Eccleſiam, nec inducere potuiſſet Archiepiſc. Turonensē, in cuius diœceſi erat erecta, vt eam conſecraret, quod diceret ſe non poſſe eius Votum Deo dicare qui bona eccleſiæ ſurripuerat nō pauca. quibus indignatus verbis Comes magna argenti, & auri copia aſſumpta Romam profectus pluribus Pſeudopapæ Ioanni muneribus oblatis, Petrum Cardinalem impetrauit, qui eccleſiam conſecraret, quod magno cum ſcandalo Galliæ factum eſt. Sed mox oſtēdit Deus, quam ingrata ſibi ſint dona impiorum; peracta namq; conſecratione, ipſa die, ſereno cęlo, vehementiſſimo incumbente turbine eccleſia proſtrata eſt. hoc Glaber pluribus, quaſi per id improbaret Deus quod a Pontifice in aliena diœceſi geſtum eſt, contra canones, quod ille ſtulte opinatur, cum certum ſit Rom. Pontificis non eſſe certis limitibus terminatam diœceſim qui vbiq; poſſit ſuam poteſtatem exercere, & cur non potius id, vt oſtēderet Deus iniquorum dona ſe non probare, nec reſpicere in oblationes iniquorum? quod niſi fuiſſet, ſatis erat ad culpam quod non per legitimum, ſed ſchiſmaticum Pont. Sedis inuaſorem iſta mandata fuiſſent.

Otto 3. coronatur Imp.

Conciliata eccleſiæ pace, poſt male multatum Ioannem, hoc ipſo anno Otto Imp. coronatur ab eodem Gregorio Papa. Lambertus, Odorannus, & alii veteres Chronographi. De qua item coronatione auctor qui interfuit, vel intereſſe potuit in geſtis S. Adelberti Pragenſis Epiſcopi meminit.

S. Romualdus deprecatur excidiū Tiburis ab Imper.

Otto vt pacificum Vrbis ſtatum Pontifici relinqueret, diſceſſurus ab Vrbe, laborauit, vt omnes qui fauiſſent Creſcentio tyranno comprimeret, inter quos fuit populus Tiburtinus, cui, ne penitus deleretur, præſto fuit S. Romualdus, quē opportune Deus hoc tempore miſit ad eundem Imp. occaſione dimittendi Claſſenſe Monaſterium ab eodem acceptum, vt ad meliorem frugem monachos illos reduceret, qui diſciplinam eius recuſabant. His igitur conditionibus Imp. illis conciliauit, vt in honorē Regis partem murorum diruerent, & obſides darent. Ducis vero eiuſdem Imp. interfectorē ad eius matrem catenatum mitterent. Quæ ſancti viri, fuſis ad eam precibus mitigata, crudeli homicidæ crimen indulſit. Apud prædictam quoque Ciuitatem, conuertit vir Sanctus Tammum Theutonicum Regi chariſſimum, qui ex eius præcepto Creſcentio iuſiurandum ſecuritatis præſtitit, ſi Arcem dimitteret: qui deceptus, admitente Papa, qui illi inimicus erat, quaſi reus Maieſtatis, capitalem ſententiam ſubijt. Quia igitur Tammus fraudis conſcius, periurio tenebatur; idcirco a B. Romualdo iuſſus eſt relinquere ſæculum, cui facultatem Rex libenter indulſit, vt erga monaſti-

A cum ordinem erat admodum propenſus. Ipſe quoque Imp. ex eodem crimine B. uiro confeſſus, pœnitentiæ cauſa nudis pedibus de Rom. Vrbe egrediens, ſic vſque in Garganum montem ad S. Michaelis perrexit Eccleſiam. quod ipſum aſſerit [a] Oſtienſis in Chro. Caſſin. 2. c. 24. ſed id poſtea. Per totam vero Quadrageſimam in Claſſenſi Monaſterio B. Apollinaris, cum paucis, ieiunio, & Pſalmodiæ vacauit, cilicio ad carnem inductus, & lecto ſtramineo vſus. Promiſit denique B. Romualdo, quod Imperium relinquens, Monachi cũ ſuſciperet habitum. Romualdus autem cum Tanimo, & cum Bonifacio viro clariſſimo, & cum alijs conuerſis Teutonibus a Tiburtis oppido ad Monaſterium S. Benedicti Caſſinenſe deuenit. inde cum omnibus ſuperius nominatis ad locum, vbi diu habitauerat, redijt, ibiq; his, & alijs multis fratribus aggregatis, & per cellas ſingulas conſtitutis, tanto feruore Dominicæ conuerſationis rigo- B rem in ſe, & in alijs tenuit, vt illorum vita omnibus ad quos fama eorundem perueni re poterat, mirabilis haberetur, &c. hæc ex Petro Damiani breuiter contracta. Petijt idem Otto Monaſterium [b] Caſſinenſe, eidemque priuilegium contulit, & oblationes vt Leo teſtatur, ſed hoc, an primo, vel ſecundo aduentu contigerit, non conſtat, vt nec alia nonnulla quæ huius anni periodo ſunt collocata. Cogitantem aliquando Imp. ſuadente Pontifice, & alijs, bono zelo ductis, de Eccleſia S. Pauli amouere Monachos diſſolutiores, & inducere Canonicos, per viſum, B. Apoſtolus Paulus monuit, ſi bono zelo ducerentur, non expellendos Monachos, ſed corrigendos; ex Glabro. [c]

a li. 2. c. 24.

Beat. Romualdus redit ad Eremum.

b in Chro. Caſſ. c. 22. in fine.

c lib. 1.

Porro hoc ipſo anno compoſitis rebus, redditaque pace eccleſiæ, Gregorius Papa conſilio Ottonis ad ſtabiliendum ſtatum Eccleſiæ adijciens animum, nec non ad electionem Imperatorum pacifice abſque tumultu, in poſterum faciendam, CONCI- C LIVM ROMÆ COLLEGIT EPISCOPORVM, cuius tantum extant fragmẽta quædam, per quæ quaſi per tranſennam, deperdita, & plane obſcura ſunt inſpicienda. Mentio eius in primis extat in rebus geſtis S. Adelberti. Poſt hæc facta eſt Synodus, inquit, & zelo iuris ductus Moguntinus Archiepiſcopus, antiquam cantilenam cantat, & epiſcopum Sanctum a quiete monaſterij ad relictos greges reuocare inſtituit. Aſſenſit Papa Gregorius & ſemel ſuſceptum gregem nõ poſſe impune eũ dimittere, ſcripturæ ſententijs affirmat. Velit, nolit vir Dei, eat, inquiunt, Epiſcopi ſedentes: aliter vinculis nectatur anathematis. At ille ſecretum petens ad Papam ait, *Hoſtis quieti meę inuidet, qui vos ſtimulo ſuo inſtigat, vt eo merire compellatis, vbi animarum fructum non faciam, detrimenta autem capiam animæ meæ immania; mitiga ęrumnam meam, defectui meo remedium appone, triſti receſſui meo da vel vnum ſo-* D *latium: ſi audiunt oues meæ, quã clamo vocem, viuens moriar cum eis; ſin minus pietas tua mihi ſuccurrat, vt verba vitæ eis ſpernentibus, cum licẽtia tua, vadam ad exteras, & incultas gentes, quæ neſciunt nomen Domini.* Acquieuit libens voluntati hominis Dei Papa Gregorius, vt erat ſatis bonus, quantum permiſit vaga iuuentus. Reliquit S. Adelbertus monaſterium, non ſine magno planctu ſuo, & fratrum, moleſte ferens ruptam quietem, ſed habens de illo martyrio ſpem viuam, cuius in ſuo pectore ardebat longum deſiderium, &c. At huius quoq; concilij mentio habetur in Vita S. Burchardi Vuormatienſis Epiſcopi. Quod autem maioris momenti eſt ad hoc ipſum Concilium a Gregorio V. celebratum, referri debere videtur, quod de Imperatoris electoribus ab eodem Pontifice, multorum aſſertione traditur, conſtitutum. Siquidem res magni momenti non niſi conſultis Patribus, collectis Epiſcopis, in ſynodo fieri cõ- E ſueuerunt. At quod res tanta magna eſt controuerſia agitata, aſſerentibus Nouatoribus ius eligendi accepiſſe electores, non a Roman. Pont. ſed ab Ottone Imp. tertio: alijs vero aſſerentibus, id non eos accepiſſe a Gregorio V. ſed a Gregorio X. eius nominis Rom. Pont. de ea, quæ accuratiſſime collegit auctor Annalium, pro inſtituto breuitatis, nos attingemus. Quod attinet ad Nouatores, cum liberioris eſſent affectus, & non hominum gratia ducerentur, his verbis veritatem, ſunt profeſſi. [d] *Gregorius ſuã patriam inſigni aliqua dignitate ornaturus, ſanxit vt penes ſolos Germanos eſſet ius eligendi Regem, qui poſt Diadema a Roman. Pontif. acceptum Imper. & Auguſtus appellaretur.* Stabiliunt hæc ad calcem eiuſdem Tomi, auctoritate nitentes

B. Adelb. a Monaſt. reuocatur ad Pragẽſem gregẽ

Greg. iuuenis factus Papa, ex eius epitaphio.

De Inſtitutione electorũ Imperij.

Nouatores aſſerũt a Ro. Põt. cõſtitutos electores.

d Cẽt. 10. c. 10. pag. 546. 3.

a Cēt. 10. c. 16. pag. 720. 47.

Blondi, quem citant, in hæc verba. [a] *Paulo enim poſtquam redierat, (Gregorius* A *Papa ſcilicet) eam fecit, de Imper. electione, ſanctionem, quam hucuſque ſuper annos 400. ſeruatam videmus, ſolis licere Germanis, qui inde electores dicti ſunt, Principem deligere, qui Cæſar tunc, & Romanorum Rex dictus, ſi a Roman. Pontif. coronabitur, Imperator Auguſtus appelletur. ſuntque hi electores, &c.* Quibus recenſitis ſubijcitur. *Annum in quo hæc ſanctio a Pontifice Gregorio facta eſt, ſecundum ſupra milleſimum Chriſtianæ ſalutis fuiſſe inuenimus.* Hucuſque ex Blondo ipſo in rebus geſtis Ottonis tertij, ibique aſſerunt iſtud ipſum de electoribus deligendis ex Germanis, fuiſſe primum conſilium eiuſdem Imper. generali ſententia, & auctoritate eiuſdem Greg. Roman. Pontif. confirmatum ac promulgatum. Alios præterea plurimos recitant in eandem ſententiam auctores. At illorum Anteſignanus poſt ab aſſerta veritate deſciſcens, de translatione Imperij ſeorſum edidit commentarium, impugnans impudenter eam, quam vna cum ceteris collegis, defenderat, & B probarat veritatem. quem commentarium potenter ac valide confutauit Bellarminus, eodem titulo ſcripto contradictorio commentario. Aduerſus quem errorem (licet videri poſſit eſſe ſuperfluum) omnis innumeris teſtibus hiſtoriarum ſcriptoribus, pro aſſerenda veritate, Sanctiſſimorum Rom. Pontificum publicis aſſerta litteris, teſtimonia aſſeremus. Inde eorum ipſorum electorum teſtificationes. addemus denique litteras Imperatorias. Innocentius [b] III. Papa ad Ducem Caringiæ, ſiue Thuringiæ. *Illis Principibus*, inquit, *ius, & poteſtatem eligendi Regem in* Imperatorem *poſtmodum promouendum, recognoſcimus, vt debemus, ad quos de iure antiqua conſuetudine noſcitur pertinere. præſertim cum ad eos ius & poteſtas huiuſmodi ab* Apo*ſtolica Sede peruenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam Magnifici Caroli* C *tranſtulit, in* Germanos, [c] In Concilio Viennenſi eadem habet Clemens V.

Iiſdē Nouatores poſt negāt & impugnant.

b Extr. de elect. c. venerab. 34.

Probatur per Pont. electores, & Imp.

c Clem. de iureiur.

Electorum porro ipſorum plures extant litteræ publicæ, atque patentes, ad Rom. Pont. idipſum atteſtantium, quæ aſſeruantur in ſcripto codice Romæ, in Caſtello S. Angeli, vbi ſelecta maioris momenti monumenta recondita habentur.

Vnius Comitis Palatini Rheni, Ducis Bauariæ, exemplar deſcribit auctor in Annalibus, quod etiam ipſum nos omittimus, ea excepta particula in qua poſt confirmationem collatorum beneficiorum, honorum, iurium Ro. Eccl. tum a præceſſorib. Imperatorib. tū a Rodulpho tum imperante A. D. 1279. noīatim, inquit, *ſuper totam quæ eſt a Radicofano vſque Ceperanum, Marchia, Anconitana, Ducatu Spoletano, terra Comitiſſæ Mathildis, Ciuitate Rauennæ, & Aemilia, Bobio, Ceſena,* Foropopuli, Foroliuij, *Fauentia, Imola, Bononia,* Ferraria, *Comaclo, Adrianis, atque* D *Gabello, Arimino, Vrbino, Monteferetro, territorio Balnenſi, Comitatu Brectonorij, Exarchatu Rauennæ, Pentapoli, Maſſa, Trebaria, cum adiacentibus terris ſuis, & omnibus aliis ad prædictam eccleſiam pertinentibus cum omnibus finibus, territoriis ad loca prædicta, quoquo modo ſpectantibus, necnon ſuper Ciuitate* Rauen*na, & Regno Siciliæ, cum omnibus ad eam ſpectantibus, tam citra Pharum, quam vltra, Corſica quoque atque Sardinia, & ceteris terris ac iuribus ad ipſam Eccleſiam pertinentibus, nos noſtri nomine Principatus in omnibus, & per omnia approbamus, & ratificamus, &c.*

Eadem ſeorſum reliqui litteris ſingulis agnoſcentes, & profitentes ſe ab Apoſtolica Sede tanta Imperij dignitate nobilitatos.

Extant in eodem Codice litteræ poſt 24. annos datæ ab Alberto Imper. in quibus E poſt multa.

Recognoſcens igitur, inquit, quod Rom. Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis translatum eſt in perſona Magnifici Caroli in Germanos, & quod ius eligendi Romanorum Regem, & in Imperatorem poſtmodum promouendum, certis Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus eſt ab eadē ſede conceſſum, a qua Reges, *& Imperatores, qui fuerunt, & erunt pro tempore recipiunt temporalis gladii poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorū, pia deuotione, & ſincero corde profitear, quod Rom. Reges in Imperatores poſtmodum promouendi per Sedem eandem, ad hoc*

potiſsi-

A *potiſsime, & ſpecialiter aſſumantur, ut sint S. R. E. aduocati, Catholicæ fidei, ac eiuſdem Eccleſiæ præcipui defenſores.*

Ecce igitur res tanta, publicis monumentis conteſtata. Si Concilii Romani de quo agimus, monumenta extarent; nobis haud laborandum eſſet in perquirendo qualis fuerit iſta ab ipſo Pont. iiſdem Electoribus tributa conceſſio: num ſcilicet ipſa fuerit omnibus Germaniæ Principibus generatim collata, an tantum ſex vel ſeptem certis nominatiſque expreſſis Principibus (vt nunc ſunt) Eccleſiaſticis, atque laicis exhibita. Certe quidem aſſerere cogimur generalem ſaltem conceſſam Germaniæ Principibus omnibus eumdem facultatem eligendi Regem in Imperatorem promouendum. Cum enim conceſſum fuerit a Leone VIII. Ottoni I. eiuſque ſucceſſoribus eligere Reges in Imp. promouendos, & ab eis factum vſque ad Tertium Ottonem B conſtet, & poſt ipſum nunquam id tentatum ab ipſis fuiſſe inueniatur, plane dicendum eſt eam facultatem demptam fuiſſe Imperatoribus ipſis penitus, & Germaniæ collatam Principibus, nec ab alio, quam a Rom. Pont. cuius dumtaxat id eſſet auctoritatis; quod (vt nuper audiſti) electores, & electi Imperatores publicis ſcriptis ingenue ſunt profeſſi. Vt autem non ab alio quam ab ipſo Gregorio id factum ſit, multa ſunt, quæ nos id affirmare cogunt. Atque in primis, quem diximus ipſe rei vſus; cum poſt ipſum Gregorium, Ottone Imp. defuncto, non amplius per Imperatores, ſed per Electores Principes conſtet fuiſſe ſucceſſores electos, quod ſcriptores omnes affirmant, & quæuis vetera monumenta teſtantur, ſpeciatim vero complures auctores, qui ſuorum temporum res ſcripſerunt, id abſque controuerſia aliqua aſſerunt, quod & ipſi etiam refractarii Nouatores (vt dictum eſt) profitentur.

Electio Cęſaris cō ceſſa a Papa Germ. Principib. omnibus.

Gregor. hic 5. auctor huius conceſſionis.

C Iſta autem decernendi Gregorio ipſe Otto Imp. fuiſſe auctor videri poteſt. Cum enim abſque liberis eſſet, & ſpes omnis dempta, vt in filium (quod fecerunt prædeceſſores) transferret Imperium: ne poſt eius obitum inter omnes ſibi conſanguinitate, & affinitate coniunctos, & alios æmulos eiuſdem honoris Principes exoriri poſſent bella ciuilia, quibus idem conflagrans perderetur Imperium, in electores eam referendam poteſtatem auctoritate Pontificia, conſultius exiſtimauit. Et quod videret æmulos gloriæ Germanorum, Francos, exploſis Carolinis, ignominiæ nomine ſugillatis, nouos eoſdemque pugnaciſſimos habere cepiſſe, ex alia linea, Reges, ne illis Imperium pariter affectandi, & ad Francos, e quibus in Germanos fluxerat, reuocandi, aliqua quærentibus pateret occaſio: bene conſultum rebus Germanorum putauit, ſi Apoſtolica auctoritate firmaret, vt iidem tantum eſſent D Germani, quibus facultas eſſet creandi Regem, quem idem Rom. Pont. promoueret in Imper. ita tamen quod ſi cauſa aliqua eſſet id negandi, libere facere poſſet, nec aliquo neceſſitatis nexu, quem ipſi elegiſſent in Regem, compelleretur probare, atque vngere Imperatorem. Nam audi Innocentium [a] Tertium id ipſum Electoribus, his verbis, inſinuantem: *ſed & Principes recognoſcere debent, & utique recognoſcunt (sicut iidem in noſtra recognouere præſentia) quod ius, & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendam ad Imperium ad nos ſpectat, qui eum inungimus, & coronamus. Eſt enim regulariter, & generaliter obſeruatum, ut ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Nunquid enim ſi Princeps, non ſolum in diſcordia, ſed etiam in concordia ſacrilegum quemcumque* E *uel excommunicatum in Regem, tyrannum, uel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, conſecrare, ac coronare hominem huiuſmodi deberemus? abſit omnino.* hæc Innocentius. Quod ſi perſonam electam in Imper. aſſumendam ex cauſa ipſa poteſt reiicere Pontifex, multo magis ipſos Electores ab electione repellere poteſt ex cauſa, præſertim vero ſi inquinatus ſit hæreſi, in qua, nec recipiendus, ſed ſpernendus ab eo eſſet Imper. electus. Cum igitur quæ de Electoribus dicta ſunt, reuocari non poſſint in dubium; illud reperitur magnopere controuerſum, a quo fuerit ſeptenarius numerus electorum inſtitutus. Vnus Panuinus, vnum ex Nouatoribus ſecutus [b] commentario de Comitijs Imperatorijs, aſſeruit a Gregorio Decimo inſtitutum. Sed cum complures eoſdemque fide

Otto auctor Greg. decernēdi electores.

a Extr. de Elect. cap. Venerab.

Papæ eſt probare pſonā Imp. promouēdam.

Papa pōt reijcere electores, maxime ob hæreſim.

b Auentinum li. 5.

integros

Ann. Boiorum.
Quis inſtituerit ſeptẽ Electores.
Oẽs Princip. Germ. olim paris iuris in eligendo Rege.

integros auctores, ante Gregoriũ Decimũ, de ſeptem electoribus iam antea cõſtitutis, A
Bellarminus meminiſſe oſtendat, falſum probatur, quod illi duo temere aſſeruerunt. Certum quidem eſt quod tributum fuerat a Roman. Pontif. Ottonibus Imperatoribus, eligere ſucceſſores, per Gregorium V. translatum ad Germaniæ Principes, ſed quo certo numero, ſenario, an ſeptennario, plane non conſtat. hoc igitur inquirendum, quis definiti huius ſeptenarij numeri auctor & inſtitutor fuerit. Illud conſtat, poſt Tertij Ottonis Imp. obitum ducentis, & amplius annis quotquot electi fuerint Rom. Reges, Imperatores deſignati, eoſdem omnium Principum Germanorum, qui ad Comitia conueniſſent, ſuffragijs, fuiſſe electos, quod præter alias probationes, litteræ diuerſorum Romanorum Pont. ad Germaniæ Principes datæ indicant, & inter alias, quas Gregorius VII. ſcribit ad omnes Epiſcopos, Duces, atque Comites, Teutonicos de noui Regis electione facienda, ſi Henricus in Synodo excommunicatus B
non reſipiſceret, oſtendens illorum omnium ius eſſe par in eligendo Rege in Imperium promouendo. Ita etiam perſeueraſſe tempore Innocentij Papæ III. anno D. 1209. cum mortuo Henrico Sexto Imp. Principes Germaniæ ſciſſi ſunt inter ſe, eligentibus alijs Ottonem IIII. aliis vero Philippum, litteræ ambarum partium ad Innocentium Papam datæ ſignificant, quæ extant in Codice tunc ſcripto, qui aſſeruatur in Archiuo reconditiori Apoſt. Sedis in caſtello S. Angeli, nimirum litteræ Balduini Comitis Flandriæ vnius ex electoribus, aliæ Comitis Damburgenſis, & Metenſis: Adolphi Archiepiſcopi Colonienſis, & aliorum qui elegerunt Ottonem qui ſic ſubſcribunt.

C

N. Colon. Archiep.
N. Paderborn. Epiſcopus
N. Mindenſis Epiſcopus } elegi & ſubſcripſi

N. Condeienſis
N. Tudenſis
N. Vuerdenſis } Abbas } elegi, & ſubſcripſi

Dux Lotharingiæ qui & Brabantiæ, Marchio Rom. Imperij, elegi & ſubſcripſi.

D

Quos legitimos electores agnoſcit Innocentius, nec aduerſarij aliud obiiciunt, niſi fuiſſe numero pauciores, & auro corruptos.

Qui vero Philippo Sueuiæ Duci ſtuduerunt, ex litterarum titulo ad eundem Innocentium Papam, habentur.

Magdeburgenſis
Treuirenſis
Biſuntinus } Archiepiſcopi

Abbas. { Fuldenſis, Heſuuoldenſ., de Tergente, Ebuuacenſis }

Ratiſponenſis
Friſigenſis
Auguſtanus
Conſtantienſis
Eiſtatenſis
Vuormatienſis
Spirenſis
Buxienſis } Epiſcopi

E

Item Rex Boemiæ
Dux Saxoniæ
Dux Bauariæ
Dux Auſtriæ
Dux Morauiæ

Hildeshimenſis, Imperialis Aulæ Cancellarius.

Marchio de Ruuaſpergh. alijq; Alemanniæ nobiles.

Atque

A Atque hæc epiſtola ea eſt cui reſpondet Innocentius illa, quæ habetur deſcripta in capitulo Venerabilem: ex qua redarguitur Oſtienſis, dum interpretans Decretalem illam, hos quos ipſe Papa redarguit, exiſtimauit fuiſſe illos ſeptem vulgatos ore omnium, Electores. Ex his epiſtolis liquet omnes Imperij feudatarios Eccleſiaſticos Archiep. Epiſcopos & Abbates, & ſæculares Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones legitimos eſſe habitos Electores Romanorum Regis, deſignati Imp. ſed neque mutatum id reperitur, cum anno milleſimo ducenteſimo duodeuigeſimo poſt Ottonem, Fridericus II. creatus eſt Cæſar, vt apparet ex Comitiis tunc ea de cauſa habitis. Hæc cum plane perſpicua ſint: attamen non vſque ad Gregorium X. fuit ſeptem Electorum dilata creatio? quæ a quonam Rom. Pont. fuerit primitus decreta, & vbi, & qui electi fuerint, certo certius ex Synodalibus Actis promptum eſt demonſtrare, vt ea tutto affirmare poſſimus. Oſtienſis lapſus.

B Matthæus Pariſienſis Monachus S. Albani in Anglia, Anglicanam hiſtoriam aggreſſus eſt ſcribere ab anno Domini milleſimo ſexageſimo ſexto, perduxitq; eã vſque ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum. Qui auctor infenſiſſimo oſtendit ſe fuiſſe animo in Eccleſiam Rom. niſi, qui ex Nouatoribus commentarium illius noſtra ætate protulit in lucem, eum, vt ſolent, corrupit, & infecit. In eo igitur commentario, præter alia nobilia monumenta, habentur Acta Concilii Lugdunenſis Oecumenici, cui interfuerunt in primis, qui indixit, Innocentius Papa IIII. Anno Domini 1245. ſimulque duo Patriarchæ Orientales, Conſtantinopolitanus videlicet, & Antiochenus, Imp. quoque Conſtantinopolitanus, præter alios Principes Regumque Legatos, poſt Præſides diuerſarum Eccleſiarum. In eo autem poſt excommunicationis ſententiam promulgatam ab ipſo Pont. in Fridericum Imp. poſt tranſactionem

C eorum, quæ ſpectant ad expeditionem in ſubſidium terræ Sanctæ, complura alia ad ſtatum Eccleſiæ bene diſponendum conſtituta ſunt. inter alia titutus eſt additus de electionibus, ob litium deciſionem, in eoque ſimul ſeptem definiti ab eodem Pont. Electores Imperatorum leguntur, his verbis. Septem electores in Cõc. Lugdun. deſignati.

Laici	Dux Auſtriæ Dux Bauariæ Dux Saxonum Dux Brabantiæ qui & Louaniæ	Prælati	Archiep. Colon. Archiep. Moguntinus. Archiep. Salsburgenſis.

D Sequuntur hæc. *Iſti ducentur in Inſulam quamdam Rheni, & dimittentur ſoli in ea, & amouebuntur omnes nauiculæ, & ibi tractabunt de electione Imp. Nec adueniat aliquis ad eos, donec ſint concordes. Huic negotio præerit Archiep. Colon. ſecundus Moguntinus, tertius Salsburgenſis.* Hæc de electoribus, ſeptenario numero definitis. Stetit numerus conſcriptus; perſeuerauitque in futurum. Perſonæ autem quattuor mutatæ, nempe, vt pro Salsburgenſi, poſitus fuerit Archiepiſcopus Treuirenſis: proque tribus illis Ducibus Auſtriæ, Bauariæ, atque Brabantiæ fuerint ſubrogati Comes Palatinus Rheni, Marchio Brandeburgenſis, atque Rex Boemiæ, qui potius locũ teneret Definitoris, ſi diſcrepent Electores, quàm vnius ex electoribus ipſis. A quo autem facta fuerit iſta mutatio, non conſtat, niſi quod ex conuentione Germa- Ratio eligendi Cæſarem. Stante numero ſeptẽ elect. pſonæ mutatæ.

E niæ Principum id fuiſſe ſancitum, qui ſui temporis Chronicon ſcripſit vſque ad annum 1256. poſt dictum ſub Innocentio IIII. Concilium Lugdun. annis 11. Albertus Abbas Stadenſis, tradit, his verbis. *Ex prætaxatione Principum, & conſenſu eligunt Imp. Treuirenſis, Moguntinus, & Colonienſ. Et de ſæcularibus Palatinus eligit,* inquit, *quia Dapifer eſt: Dux Saxoniæ, quia Mareſcalcus, & Margrauius de Brandeburgh, quia Camerarius; Rex Boemiæ, qui pincerna eſt, non eligit, quia non eſt Teutonicus*, hæc ipſe. Ex quibus illud in primis intelligere poſſumus, id ipſis exponentibus Principibus ſimul conſentientibus (nam hoc eſt illud quod ait ex prætaxatione Principum, & conſenſu) vel ab ipſo Innocentio IIII. poſt Lugdun. Concilium Ex cõuentione Germa. Principũ mutatio elect. facta p Papam.

factum

factum eſſe, vel ſub eius ſucceſſore Alexandro III. cuius annus ſecundus incidit in annum Domini 1256. ad quem dictus auctor ſuum perduxit Chronicon, & non ab ipſis Principibus ſua ſponte: nam cuius fuit de ſeptē electoribus legem condere, non alterius, quam ipſius eſſe potuit eam aliquo modo mutare, vel quomodolibet moderari. Elicitur etiam ex dicta Alberti aſſertione ipſum Regem Boemiæ nondum in Electorem vel Definitorem inter Electores ad numerum ſeptenarium cooptatum fuiſſe, ante ſcilicet dictum annum 56. poſt 1200. quo ea ipſe ſcribebat. Quod vero qui ab Innocentio electi Principes Electores Dux Auſtriæ, Dux Bauariæ, & Dux Brabantiæ ceſſerunt alijs, inde prouenire videri poteſt, quod magis cuperent eligi, quàm eligere Imperatores, ſicque inter eligendos potius, quam inter Electores locum habere maluerint. Qui primus horum electorum meminiſſe reperitur, Martinus Polonus, qui claruit ſub eodem Innoc. Papa IIII. de his in Ottone III. his verbis habet. B

Martin. Polon. primus meminit horum ſeptē Elect.

Et licet iſti tres Ottones per ſucceſsionem generis regnauerint: tamen poſtea fuit inſtitutum, ut per officiales Imperii, Imperator eligeretur, qui ſunt ſeptem, videlicet primi tres Cancellarii, Moguntinus Germaniæ, Treuirenſis Galliæ, Colonienſis Italiæ; Marchio Brandeburgenſis Camerarius eſt, Palatinus Dapifer, Dux Saxoniæ enſem portat, Rex Boemus pincernam agit. hæc Martinus primus omnium auctor, qui ſeptem meminit Electorum, in Ottone Tertio referens, quæ poſtea ſuo tempore facta eſſent. Vnde irrepſit error, vt ſub Ottone Tertio, ſub quo, id ab eo ſcriptum inuenerunt, multi putauerint ſeptem fuiſſe creatos Electores, ſcripſeruntque a Gregorio factum quod ſcriptum repererunt ſub eodem Gregorio Papa Quinto; qui tamen tantum auctor reperitur fuiſſe, vt electio Regis in Imperatorem promouendi (vt ſuperius dictum eſt) ad omnes Germaniæ Principes, & Prælatos Imperij feudatarios pertineret. C Ad quem Martinum, & ad verba male intellecta alluſiſſe videtur Sanctus Thomas de Regimine Principum, hac de re agens. At hæc his ſatis, qui puram diligunt veritatem.

Vnde error electionis 7. elector. ſub Ottone 3. a Greg. 5.

His peractis, abſoluta Synodo, Otto Imp. in Germaniam reuertitur, & cum eo S. Adelbertus, qui antequam rediret in Boemiam, perrexit in Gallias ad viſitandum corpus Sancti Martini, inde vero Floriacum veniens S. Benedicti venerandas reliquias coluit, vt teſtatur auctor, qui tunc præſens adeſſe poterat, in eiuſdem Adelberti vita. Qui vnum tantum aduentum Ottonis in Italiam fuiſſe putarunt, omnia inuerterunt, cum bis ſaltem, ex Ruperto Tuitienſi Abbate in vita Sancti Heriberti Colonienſis Epiſcopi, eum veniſſe ſit exploratum: immo ter veniſſe ab antiquis Chronographis proditur, vt ab Adam [a] in Chronico, cui Ditmarus conſentire videtur. Nos tres ab inuicem diuerſos aduentus in Italiam Ottonis diſtincte poſuimus. D

Otto Imp. 3. reuertit in Germ.

a lib. 2. c. 29. 30.

Chriſti Annus	Gregorii 5. P.	Ottonis 3. 14 / Baſil. & Conſt. 22	Impp. / Indict. 10.
997.	2.		

AD hoc tempus referunt Sancti Adelberti martyrium Cartuitius Epiſcopus in vita Sancti Stephani Regis Vngariæ, nec non Lambertus in Chron. quod exacte deſcribit auctor eius temporis, qui res eius geſtas, eſt proſequutus; ait enim primum eum præcognouiſſe martyrium, & fratrum ſuorum, per Boleſlaum Regem Boemiæ: E deinde prohibitum ab eodem ne penitus ad ſuam rediret Eccleſiam, quibus com pedibus ſolutus, reſidendi in Eccleſia Pragenſi, ad Pruſſios ſit profectus, & Gneſnæ primum in ea peregrinatione Miſſam celebraſſe, & quam plurimos baptizaſſe: a Prutenis deriſione, & verberibus exceptum, & abire iuſſum cum ſuis, qui repulſi, cum ad vicinos Luiticos populos profecti eſſent, ab iiſdē iuncti, & ad ſupercilium mōtis ſunt adducti; vbi Sanctus Adelbertus ſeptem confoſſus lanceis martyr migrauit in cęlum.

S. Adelb. excluſus Boem. trāſit ad Pruſſios.

Porro eiuſdem Sancti Adelberti martyrium tanquam præſentes, per viſum ſpectarunt Romæ monachi monaſterii S. Bonifacii, magnus ille Abbas Nilus, & Ioannes

S. Adelb. Mart.

Abbas,

A Abbas, & alius presbyter, qui vt idem auctor ait, dum Miſſam faceret, & ſacram hoſtiam iuxta ritum religionis offerret, reuelans ſpiritus ad aures dixit, vt B. Adelberti martyris ſuffragia laboranti mundo imploraret. Paſſus eſt 23. Menſis Aprilis, & poſt mortem miraculis coruſcans, illud fecit in gentium conuerſione, quod viuens facere concupiuit: Quod teſtatur Petrus Damiani in Romualdo. [a]

Miraculũ.

a cap. 89.

Qui proſequuti ſunt res Polonorum, [b] tradunt corpus S. Adelberti redemptum fuiſſe æquali auri pondere a Pruſſis, illudque translatum in Gneſnenſem eccleſiam, vbi immenſis claruit miraculis, quorum fama permotus Otto Imp. ab Italia Gneſnam vſque fuerit peregrinatus. Quod autem Martyr Martyrem pariat, accidit eodem tempore, vt S. Bonifacius cognatus Ottonis Imper. de quo ſuperius, relinquens florens ſæculum, ſequens Romualdum, vitam monaſticam ſit amplexus; qua bene inſtitutus valeret ad martyrij coronam pertingere. B Qui audiens Adelbertum iam coronatum; impatiens moræ, illud ipſum vitę ſtadium ſibi currendum propoſuit. Poſt igitur diuturnam eremiticæ vitæ diſciplinam, Romam pergens ab Apoſtolica Sede conſecrationem accepit, & cum perueniſſet ad gentes, tãta cæpit feruidi pectoris conſtantia prædicare, vt iam nullus ambigeret, quin vir ſanctus martyrium flagitaret. Illi vero timentes ne ſicut poſt martyrium B. Adelberti, coruſcantibus miraculorum ſignis, Sclauonicæ gentis plerique conuerſi ſunt, ipſi quoque ſimiliter eueniret; diu manus a B. viro, cupidiſſimo mortis, nolentes occidere, crudeliter abſtinent. Ex Petro Damiani.

b cap. 88.

Imp. ab Italia peregrinatur Gneſnam ad S. Adelbertum.

S Bonif. relicto ſæculo ſeqtur Romual.

Hoc eodem anno (vt auctor eſt Cartuitius [c]) Geiſa primus Dux Chriſtianus Hungariæ (de quo plura ſuperius) ex hac vita migrauit in cęlum, cui ſucceſſit S. Stephanus eius filius adoleſcens, ſapientia, & religione præſtans, C aduerſus quem ciuile bellum inſurgit, recuſantibus pleriſque Chriſti fidem ſuſcipere. Dux autem diuinæ virtuti confidens, ſub ſignis Dei dilecti Martini, & Martyris clariſſimi Georgij mouet in hoſtes, Veſprinum tum forte obſidentes; profligatos partim cædit, partim capit, de ſpolijs nihil in vſus ſuos conuertit, ſed Monaſterium ſub Martini nomine conſtruxit, poſſeſſionibus, & redditibus attributis. Epiſcopis quoque de captiuorũm facultatibus decimas perſolui ſtatuit, adeo exacte, vt ſi quis decem haberet liberos, decimam S. Martini cœnobio daret.

c In V. S. Steph. R. Hũg. apud Sur. 20. Aug.

S. Steph. Vng. Dux hoſtes ſuperat.

Monaſt. extruit de manubijs.

D

Chriſti Annus	Gregorii 5. Pap.	Ottonis 3. 15	Impp.
998	3	Baſil. & Conſt. 23	Indict. 11.

Hugone Francorum Rege mortuo, ſuccedit Robertus filius, qui cum Patre regnare cęperat: Hic adulatione Epiſcoporũ permiſſus eſt affinitate ſibi iunctam, & commatrem ducere vxorem. qui Epiſcopi a Gregorio V. grauiter reprehenſi, Regem anathemate obſtrinxerunt, niſi eam dimitteret. Porro ex tali coniugio monſtrum editum eſt anſerino per omnia collo, & capite. Rex tandem ſuaſione, & increpatione Abbonis Floriacenſis Abbatis, magni nominis, eam dimſit, & peccatum grata Deo ſatisfactione diluit. E Ex Leonis Papæ IX. epiſt. ad Henricum Roberti filium: Petro Damiani epiſt. ad Deſiderium Abb. & Helgaldo Monacho in vita ipſius Abbonis. Sed Petri Damiani illa in primis notanda. Cuius, inqnit, ſacerdotalis edicti (ideſt latæ in Regem, & vxorem excommunicationis ſententiæ) tantus in omnem vbique populum terror inuaſit, vt ab eius ſocietate vniuerſi recederent, nec præter duos ſeruulos, ad neceſſarii victus obſequium, illi remanerent: qui tamen, & ipſi omnia vaſa in quibus Rex edebat, & bibebat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant.

Robert. Rex Fr. affinem coniugem relinquere cogitur.

Excomm. quanti facta a Francis.

Eodẽ anno, rebellãtibus Burgundis, Robertus Rex cũ ingenti exercitu, & triginta

millibus Northmannorum cum ſuo Richardo Duce Burgundiam ingreſſus, Antiſiodorum fruſtra diu oppugnauit: vnde conuerſus cum vniuerſo bellico apparatu ad Caſtrum Sancti Germani, ne quidquam Odilone Cluniacenſi Abbate deprecante; illud oppugnare aggreſſus, Dei ſubito Domui ſui adfuit præſens auxilium, cooperto caſtro, hora prælij, nebula teterrima, vt aſpectus illis qui foris erant, & iaculandi facultas auferretur, & ab incluſis graui cæde proſternerentur. Sequenti igitur die Rex cunctis circumquaque incenſis, abſceſſit, & poſt, licet tardius, ad ſe reuerſis Burgundionibus, Rex vniuerſam obtinuit Regionem. Ex Glabro.[a] A

a li. 2. c. 8.

De prima Northmā. Eccleſia.

Occaſione mentionis factæ Northmannorum, idem Glaber celebrat eos, quorum caput Rhotomagum, a militari virtute, vnione, iuſtitia, liberalitate, miſericordia in egentes, & peregrinos, beneficentia erga omnes fere orbis Eccleſias, & præcipue erga Domini ſepulchrum. Hæc de primitiua Northmannorum in Gallijs Eccleſia, Glaber.[b] B

b lib. 1. c. 5

Clades Hiſphan.

Quod vero ad ſtatum pertinet rerum Hiſpaniarum in hunc vſque diem, ſub Veremundo Rege, magis, ac magis labefactatæ, miſerando interitu, ita ſunt attritæ, atque proſtratæ, vt amiſſo Legionenſi Regno, & Gallæciæ ciuitate Compoſtella exciſa, & Eccleſijs dirutis, vix ſepulchro Sancti Apoſtoli, Dei virtute, illæſo ſeruato, in vltimum diſcrimen eſſent adductæ: cũ exiguæ vires Chriſtianorum Principum in vnum collectæ, quæ bellis ciuilibus, non diſiunctæ tantum, ſed mutuis confectæ cædibus debilitatæ admodum fuerant, aduerſus Almanzorem Regem Arabum numeroſiſſimo pellentem exercitu, non reſiſtere tantum, ſed & ſuperauere quàm feliciſſime, deſideratis ex peditibus eius (vt ipſe Maurorum produnt hiſtoriæ) ſeptuaginta millibus equitum vero quadraginta millibus. Cum & ipſe exercitus Dux ex deſperatione, abſtinens cibo, noluit tantæ acceptæ cladi eſſe ſuperſtes. Nulla hac victoria glorioſior vel ceſſit vtilior, vel opportuniori tempore a Deo conceſſa eſt, vt tum veteres, tum recentiores affirmant. Porro ipſe Rex Veremundus anno ſequenti deceſſit, multis bonis operibus, pro ſuis expiandis delictis ante præmiſſis, quod & eius ſepulchri inſcriptio, licet perbreuis docet. H. R. REX VEREMVNDVS ORDONII. ISTE IN FINE VITÆ SVÆ DIGNAM DEO POENITENTIAM OBTVLIT, ET IN PACE QVIEVIT ERA MXXXVII. Succeſſit autem Veremundo, anno item ſequenti, eius filius Alphonſus, eius nominis V. puer annorum quinque. Porro quantum contulerit ſemper pietas, ad hoſtes fidei profligandos, cum alias ſæpe, tum his temporibus oſtenſum eſt, cum ſub Garſia Fernando Caſtellæ Comite, apud Gormatium, cum hoſtibus confligente, pietate ac fide Ferdinandi Autolini, qui in proximam Eccleſiam ad orandum ſe recuperat, exercitus hoſtium eſt profligatus, pugnante ſub ſpecie eius Angelo, cuius equus, & arma diuino miraculo inuenta ſunt ſanguine eſſe conſperſa, iaculatus tamen cum ipſe eſſet non miſſiibus, ſed precibus in hoſtes. C D

Inſignis victoria de Arabibus.

Pietas quãtum valet ad hoſtes fid. ſuperãdos.

Miraculũ.

c Crāt. in Saxon. li. 4. c. 26. Gothifr. Chr. p. 13 in Ottone 3.

Hoc eodem anno (Ditmarus ait) 14. Kalen. Ian. III. Ottonis Imp. auia Primi vero Ottonis vxor, gaudẽs moritur, ædificata ciuitate Olſa, collectis ibidem Monachis. Cuius fideli ſeruitio iuſta recompenſans præmia Dominus, ad tumbam eius plurima hodie operatur miracula.

Inſigne exẽplũ vni⁹ procacitatis, & perfidiæ. Alius pudicitiæ. Imp. temeritatis, & iuſtitiæ.

Inter hæc autem Imp. Romam cogitans, cum Mutinam perueniſſet iuxta ipſam, in villa Amula dicta, hoſpitio ſuſceptus eſt. Accidiſſe autem tunc ipſi ea tradunt,[c] quæ magna admiratione digna metro ſcripſit Gotefridus Viterbienſis; nempe coactum fuiſſe, id iuſtitia ab eo exigente, Auguſtam vxorem ſuam, Mariam nomine, filiam Regis Aragonum, necis Comitis innocentiſſimi ream, publice cremandam iudicare. Cum enim femina procax oculos in dictum Comitem virum integerrimum forma pulcherrimum conieciſſet, a viro caſtiſſimo paſſam repulſam, illum de pertentata pudicitia calumnioſe accuſauit apud Imp. qui facile nimis adhibens ipſi fidem, Comitem mortem damnauit. Quem cum capite amputatum audiſſet eius vxor, magna audacia, quam pudoris neſcius dolor miniſtrauit, Ottonem conuenit pro tribunali ſedentem, clamans de nece iuſtiſſimi viri vindictam, proiectoque capite viri in medium, E

A ipſum Imp. reum ſanguinis innocentiſſimi apud ipſum iura reddentem accuſat. Probationem per contractationem ferri candentis, veritatis indicem offert, conſentit ille, paratur ignis, ferrum candens exhibetur, mulier conſcia innocentiæ viri ſui, arripit illud illæſa, contrectat inuſta, quia iuſta, ſtringit, vt flores, ignitum metallum, quo ſolum exuruntur præcordia ipſius Imp. Cui tunc inſultans victrix femina, vindictam in Imp. a gladio exigit imperantis. Fatetur ille culpam, nec refugit pœnam, ſpondens iugulum, ſed poſcit inducias.

Interim Proceres accurrunt, pro vita, feminam exorant Imperatoris, ſed fruſtra diu laboratum, at tandem ea eſt conditione tranſactum, vt auctrix ſceleris, ex qua cauſa proceſſerat viri necis flammis comburenda daretur. Quo facto ſuam redemit vitam iuſtiſſimus Imp. qui eandem donatam tribus caſtris, ſolutus ipſe, ac liber ſubeundi ſup-B plicij, eam abire rogauit. hoc tantæ tragædiæ eſt argumentum, quod, vt dictum eſt, Viterbienſis Gotefridus carmine cecinit, alij vero ſoluta oratione ſcripſere. Poteram hoc ego breuius, pro more; ſed patriæ, in illuſtri exemplo prodendo, libuit indulgere.

His ita decurſis Imp. Romam verſus dirigit iter. Inde ad Samnites ſe contulit, vt Principes Longobardos in officio contineret. tunc accidit, vt religionis ergo ad Caſſinenſe monaſterium ſe conferret, cui tunc præerat Ioan. vir egregiæ ſanctitatis, cuius præfectura diuinitus ipſi creditæ hic erat annus primus, quo & incipiebat ſecundus, de quo Leo Oſtienſis: Hic primo ordinationis ſuæ anno, præceptum confirmationis ab Ottone III. Imp. ſuſcepit aureo ſigillo bullatum. Quo etiam tempore, idem Imper. hic per dies aliquos remoratus, duas argenteas coronas obtulit B. Benedicto. hæc Leo.

C Eodem quoque tempore idem Imp. Beneuenti cum eſſet, venit ad eum Heribertus vir Sanctiſſimus electus Archiepiſcopus Colonienſis, vt, ex more, inueſtituram acciperet ratione feudorum, quæ idem Antiſtes ex Fiſco Regio poſſideret: qua accepta idem Romam ſe contulit, & pallium a Gregorio Papa ſuſcepit. Teſtatur hæc Rupertus Abbas Tuitienſis,[a] in vita ipſius, qui cum dicat id factum triennium ante Ottonis obitum, vtique ad hunc, vel potius ſequentem annum ſunt referenda.

a In V. eiuſdem c. 10. apud Sur. 16. Mart.

Quod ad res ſpectat Orientis, ſub hoc anno Curopalat. Io: Malaceni per calumniã accuſati apud Baſil. Imp. quod Bulgarorũ partibus fauiſſet, narrat hiſtoriã, eumq; ab eodem vocatum Conſtantinopolim tradit. reliqua de eo habemus ex ſcriptore vitæ B. Niconis, nimirum eum nobilitate generis, ſplendore, & ſapientia totius Græciæ facile Principem, ex falſis criminationibus delatum ad Imp. cum ſe B. Niconi commendaſ-D ſet, ne periret, audiſſe ab eodem beato viro oraculum; Regiam beneuolentiam, & omnia eum beatiora in poſterum adepturum, ſe viſurum, & in patriam, ſub finem vitæ, reuerſurum, quæ omnia, vt prædicta erant, euenerunt. Tranſacto poſt hæc tempore non breui, agente adhuc Conſtantinopoli Malaceno, Nicon ad Beatorum ſortem tranſiit, quod Malacenus ægerrime tulit, ſpe ſe eum videndi, vt promiſerat, excidiſſe. Cum igitur verbis excellenti cuidam pictori homine delineaſſet, nec ille tamen eum, vt re vera erat exprimere poſſe confideret, per viſum aſtitit pictori B. Nicon, & expergefactus ille, expreſſam in tabella eius imaginem vidit, qua ad Malacenum delata, reque ordine expoſita, magnum illi gaudium attulit, quod nec in hoc quidem prædictio vana fuiſſet. Hunc Baſilium Imper. idem auctor appellat omnium fortunatiſſimum, cuius, & vita illuſtris, & imperij ſpatium longiſſimum fuit, & victoriæ, & trophæa de E hoſtibus quàm plurima, per quem & Bulgaricæ gentis Princeps (vt memorant hiſtoriæ) Samuel ille viribus, & robore inexpugnabilis, in Creta cum innumerabili multitudine Bulgarorum fractus, & ſubactus eſt.

Io: Malacenus falſo accuſatus purgatur.

B. Niconis prædictio.

Baſilius Imp. fortunatiſſim⁹.

Subjicit autẽ his quæ de Malaceno narrauit mox Curopalates eundem Baſilium Imp. quo ſibi Venetos conciliaret, eorum Duci in matrimoniũ iunxiſſe Argyri filiam, Romani, poſtea Imp. ſororem quam putamus illam, de qua Petrus Damianus ſcribit ad Blancam Comitiſſam, adeo fuiſſe mollem, & delicatã, & tam artificioſam imo ſuperſtitioſam in victu & cultu corporis, vt vndique odoribus, & varijs deliciis circumflueret. quam tantam mollitiem ſibi non probari Deus oſtendit, cum permiſit totum

Baſil. Imp. Venetos ſibi cõciliat per matrimon.

Mollis femina, vt diuinitus punita.

eius corpus computreſcere,'& tantum fœtorem exhalare, vt ferri non poſſet. Diutius ergo, inquit Petrus, (quod veracis, & honeſti viri relatione ſe ait didiciſſe) hoc languore decocta, & miſerabiliter cruciata, amicis quoq; lætantibus, diem clauſit extremum. A

Chriſti Annus	*Silueſtri 2. P.*	*Ottonis 3.* 16 / *Baſil.& Conſt.* 24	*Impp.*
999	1		*Indict.* 12.

GRegorius Papa moritur, cum ſed. ann. 2. menſes circiter octo: ſepultus in Baſilica Principis Apoſt. cuius, quod extat epitaphium, præter morem, libet aſcribere, quod ſat ſcio, lector non improbabis. B

Hic, quem tegit humus, oculis vultuque decorum
Papa fuit Quintus nomine Gregorius
Ante tamen Bruno Francorum Regia proles,
Filius Ottonis de genitrice Judith.
Lingua Teutonicus, Vuangia doctus in Vrbe,
Sed iuuenis cathedram ſedit Apoſtolicam
Ad binos annos, & menſes circiter octo,
Ter ſenos Februo connumerante dies.
Pauperibus diues; per ſingula ſabbata veſtes,
Diuiſit, numero cautus Apoſtolico. C
Vſus Francigena, vulgari, uoce Latina
Inſtituit populos eloquio triplici.
Tertius Otto ſibi Petri commiſit Ouile
Cognatis manibus unctus in Imperium.
Exuit, & poſtquam terrenæ uincula carnis
Aequiuoci dextro ſubſtituit lateri.
Deceſsit 12. Kalen. Mart.

Otto, qui infidam fidem expertus fuerat Romanorum, ne Pontificatus in aliquem relaberetur Romanum, curauit Gerbertum, ex Archiepiſcopo Rauennate, mox eligendum Rom. Pont. (qui vocatus eſt Silueſter II.) ea quidem ſede plane indigniſſimum, vt qui, quæcunq; potuit, improperia calumnioſe collegit, & in eam effudit, cum a Io: XV. Pont. ſede Rhemenſi, quam iniuſte inſcenderat, deiectus eſt, cuius delicti credibile eſt eum pœnitentiam egiſſe. Iſta adeo indigna pati coacta eſt Rom. Eccleſia, cum per Principes ſæculi electiones Rom. Pont. factæ ſunt. ſic per Ottonē Primum, homo laicus, Leo intruſus eſt, ſic modo, & Gerbertus, quem adulatus eidem Imperatori Rom. populus dicitur [a] poſtulaſſe. Porro tam eius continuata proſperitas, tantis aucta progreſſibus, Mathematicæ ſcientiæ, & pręcipue Aſtrologiæ peritia, in tam rudi ſæculo, occaſionem dedere ſchiſmatico homini Bennoni cuidam, qui ſe appellaret Cardinalem, poſt annos octoginta, abſurda, & monſtroſa configendi, & vulgo perſuadendi, quod per magicas artes ad Apoſtolicæ Sedis culmen prouectus eſſet, pacta pro mercede diabolo anima, quam ſtatuto loco, Ieroſolymis (ſic nuncupata Romæ Sanctæ Crucis Eccleſia) exactor violentus extorſerit. cuius probroſæ, & nefariæ fabulæ ante hunc Bennonem nullus, qui meminerit, extitit, contra vero, qui ſub eius Pontificatu vixerunt, honorificam de eo mentionem habuerūt, vt Ditmarus ſcriptor grauiſſimus. [b] & Helgaldus Monachus Floriacenſis, qui ſumma fide ſcripſit vitam Roberti Francorum Regis, de Gerberto eius magiſtro ſcriptum reliquit, cum pro maximo ſuę ſapientiæ merito ad tres illas Eccleſias promotum, & in Apoſtolica Sede inquit, multa virtutum operatus eſt inſignia, & præcipue in eleemoſyna ſancta. aſſerit idem eum fuiſſe profeſſione Monachum Benedictinum. D E

De Silueſtro P. fabula expeditur.

a Aimoin. lib. 5. c. 45.

Benno primus calūniator Silueſt. II.

b lib. 6.

Qui poſt

A Qui poſt præſentem ætatem claruere ſcriptores, adeo Bennonis perculſi ſunt teſtimonio, vt reuocarint in controuerſiam, num Silueſter iſte eſſet inter Pontifices annumerandus, quem crederent a Diabolo fuiſſe promotũ, vt apparet ex Sigeberto. [a] qui poſt annos 200. ſuum Chronicon ſcripſit. At non iſta, qui præſenti ſæculo claruere, ſcriptores, Ditmarus, Glaber, Helgaldus, Lambertus, Hermannus, & Marianus Scotus, qui oẽs abſq; cõtrouerſia res ſui ſæculi propius intuiti, nulla vel leui dubitatione, Silueſtrum poſt Greg. V. legitimum recenſent Ro. Pont. Abeat igitur hæc fabula cũ illa alia ſimili de femina Papiſſa, niſi quod illam leuitas excogitauit, hanc nequitia.

Silueſtrũ cur quidã excludũt a numero Ro. Pont.

Eodem anno Franco Vuormatienſis Epiſcopus egregiæ ſanctitatis vir Romæ (vt ipſi antea reuelatum fuit) diem clauſit extremum. hic per annum verſatus cum Imp. in Italia, gratioſus illi & omnibus erat. Vterque indutus cilicijs, pedibus nudis, in quadam B ſpelunca iuxta S. Clementis eccleſiam per 14. dies in orationibus, ieiunijs, vigiliis clam delituit. Cum ſuam mortem Imperatori prænunciaſſet, & ſolicito ac roganti quem ſubſtitueret illi epiſcopum, fratrem propoſuit Burchardum, non quidem ex carnali affectu, ſed vt doctrina, & ſanctitate conſpicuum, quem & Imp. poſt eius mortem, promouit in epiſcopum Vuormatienſem. Ex eius Burchardi Vitæ auctore.

SYNODVS ROMAE HABITA, in qua accuſatus Giſlerus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, quod duas parochias teneret; qui paralyſi percuſſus venire cum nõ potuiſſet, res relata ad Concilium prouinciale Germaniæ. Ex Ditmaro, qui ſubdit de peregrinatione ab Imperatore ſuſcepta ad S. Adelbertum, ob audita eius mirabilia. Gneſnæ inſtituit Epiſcopatum vt credibile eſt, auctoritate legati a latere S.R.E. Cardin. Verum an iſtud Rom. Pontifici probatum fuerit, dubitari poteſt, ſi quidem aſſer- C tione Gregorij VII. Rom. Pont. apparet vſque ad ſua tempora nondum fuiſſe inſtitutam ſedem Archiepiſcopalem in Polonia.

De archiepiſcopatu i Polonia.
a lib. 2. ep. 72. data. A.D. 1074

Accidit dum Imp. Romæ ageret hoc tempore Hermanni Ducis milites monachorum Sancti Pauli prata occupaſſe, & ſuppliciter rogatos dimittere neglexiſſe. at diuinitus factum, vt obducto cœlo nubibus, terribili tonitru micantibus fulminibus, aliquot eorum interfectis, ceteri diffugerent. Ex Ditmaro.

Vltio in ſacrilegos.

Eodem quoque tempore factam eſſe tranſlationem venerandi corporis Benedicti Papæ V. ex Hamburgo, ſiue Hamaburgo, vbi, exulans, relegatus ab Ottone primo, diem clauſit extremum, idem Ditmarus narrat, vt plane, licet ſero, cognitus fuerit Benedictus legitimus Eccleſiæ Rom. Pont. qui idem refert eundem Benedictum prædixiſſe ſe mortuo, regionem illam Gentili gladio deſolandam, (quod per Sclauos conti- D git) poſtquã vero Romã tranſlatus fuerit pacem reſtituendã. quæ Ditmarus plurib.

Dum autem adhuc Romæ Otto moraretur, hoc anno, agente apud eũ Silueſtro P. erga Vercellen. Eccl. ſe munificentiſſimum præbuit, donans ei ipſam Vercell. ciuitatem, necnon Comitatum S. Agathæ. Eſt de his adhuc integrum eiuſdem Imp. diploma in Archiuo eiuſdem Eccl. quod exhibet auctor in Annalibns, præclarum monumentũ, à noſtro compendio non exigendum. Subſcriptio eſt hmõi, Dat. Non. Maij A. Dominicæ Incarn. 999. Ind. 12. anno Tertij Ottonis Regis 16. Imperij 4. alias 3. In quo obſeruandũ, vt & in alijs ab eo datis publicis monumentis apparet, annos Imperij ab eo incipi numerari, non a tempore, quo Patri ſucceſſit Imp. ſed ab eo potius anno, quo eſt coronatus a Rom. Pont. antea vero non Imp. ſed Regem ſe nominari voluiſſe.

Quo ad res Orientales pertinet, hoc anno defuncto Siſinnio Patriarcha Conſtan- E tinopolitano cum ſed. ann. 3. ſubrogatus eſt in locum eius Sergius Abbas, ex progenie Photii ſchiſmatis auctoris, cuius ſecutus veſtigia, eo amplius obfuit, quo diutius præfuit, propagato ſedis tempore vltra 20. annũ. huius nomine contra Occidentales inuenitur alicubi ſcripta epiſtola, quam Photij vere eſſe ſupra probauimus.

Chriſti Annus 1000 | *Silueſtri 2. P.* 2 | *Ottonis 3.* 17 *Baſil. & Conſt.* 25 | *Impp.* *Indict.* 13.

Extiterunt hoc anno duo quidam plebei homines, Leutardus in Gallijs, Vilgar-

Hæretici duo apparent qui cito extinguuntur.

dus in Italia, apud Rauennam, qui nouis ſpargendis dogmatibus famam, & ſectatores quærentes non multo poſt extincti ſunt. Leutgardus quidem ortus ab Iconoclaſtia, eum ſe a Lebuino Epiſcopo Catalonico conuictum uideret, & ambitione vulgi deſtitutum, in puteum deiecit: Vilgardus Grammaticus, ſub ſpecie Virgilij, Horatij, & Iuuennalis dæmonibus apparentibus ab ijs deceptus, cæpit multa turgide docere fidei ſacræ contraria, dictaque Poetarum per omnia eſſe credenda aſſerere, & hæreticus repertus, a Petro eius vrbis Epiſcopo damnatus eſt. plures etiam per Italiam huius peſtiferi dogmatis reperti, qui aut gladijs, aut incendiis perierunt. Ex Sardinia quoque Inſula, quæ his pluribus abundare ſolet, ipſo tempore aliqui egreſſi, partem populi in Hiſpania corrumpentes, & ipſi a viris Catholicis exterminati ſunt. Quod præſagium Ioannis prophetiæ congruit, quæ [a] dixit, Sathanam ſoluendum expletis mille annis.

a Apoc. 20.

Ottonis II. Romã aduentus. Peregrinatur ad S. Adelb. in Polon.

Hoc eodem anno Otto Imp. ex Polonia, quo pietatis ergo fuerat peregrinatus ad ſacra pignora S. Adelberti Martyris, Romam reuerſus, manus eius auferens, auro & gemmis mirifice exornatas, in eccleſia a ſe fabricata eius dicata nomini, inter duos pontes honorificentiſſime collocauit, & alia plura SS. MM. corpora diligenter conquiſita illuc tranſtulit, & inter cætera corpus S. Bartholomæi Apoſtoli, & S. Paulini Nolani Confeſſoris. de qua re Robertus, qui ad Sigebertum adiecit appendicẽ 1157. ſic ait. Circa hoc tempus inundatione Tiberis facta nõ modica, Romæ in quadam Inſula eiuſdem fluminis, in Eccleſia antiqua inuentum eſt in quodam ſarcophago corpus B. Bartholomæi Apoſtoli totum integrum, excepto corio, quod remanſit Beneuenti, quando Otto Imp. capta eadem ciuitate, corpus prædicti Apoſtoli tranſtulit Romam, ſicut tabulæ æreæ demõſtrant ſcriptæ Græcis litteris, & Latinis, quæ repertę fuerunt in corpore Apoſtoli. repertum eſt in eadem Eccleſia corpus B. Paulini Nolani Epiſcopi. Factum eſt autem, vt illatione corporis S. Bartholomæi in eccleſiam, ſub titulo Adelberti martyris inchoatam, tranſierit ipſa in nomen, & cultum eiuſdem Apoſtoli, memoriaq; Adelberti hoc modo fuerit paulatim obliuione deleta. reſtituit eam Paſchalis II. poſt 113. annos, cuius inſcriptio notat tempus & corpora SS. Bartholom. & Paulin. Indictam ſibi a B. Romualdo pęnitentiam Imp. pedes adeundi memoriam S. Michaelis Archang. in Gargano monte, in Apulia, hoc anno exoluit, teſte Oſtienſe, ex antiquis Eccleſiæ Caſſinatis monumentis. Vnde rediens, inquit, cum veniſſet Beneuentum poſtulaſſetq; corpus S. Bartholomæi, nec illi negare auderent, aliud pro eo ſuppoſuerunt, in quo, Oſtienſi ab omnibus contradicitur. In hoc reditu, per B. Nili hoſpitium tranſiuit, quod cum ille audiſſet, procedens illi obuiam cum thuribulo, (quod moris erat) honorifice eum excepit. Cum autem Imp. illi monaſterium, & prouentus, vbicũq; liberet, illi obtuliſſet, recuſauit Beatus cum diceret ſe ſuosq; Deo curæ futuros, ſi Dei mandata cuſtodirent. Iterum conuerſus ad ſenem Imp. dixit illi, Pete quodcunque volueris, & cum omni alacritate tibi præſtabo. B. vero Nilus cum extendiſſet manus ad pectus Imp. reſpondit. Nihil aliud peto ab Imperio tuo, præter ſalutem animæ tuæ. licet enim Imp. exiſtas, tanquam vnus de hominibus debes mori, & ad iudicium venire, & rationem reddere eorum quæ feciſti, bonorum ſiue malorum operum. quæ audiens Imper. lacrymas fudit, & benedictione accepta cum ſuis iter ſuum eſt proſecutus.

B. Nilus excipit Imper. cum Thuribulo.

Renuit monaſteriũ cũ redditibus.

Salubria monita ad Imp.

Legatio Steph. R. Vng. Romam.

Steph. D. Vng. quõ accipit Coronam Regiam Polonis.

Stephanus, quarto, ab obitu patris, anno, legationem Romam miſit, largam benedictionem, recens conuerſæ Pannoniæ, petiturus a Rom. Pont. & vt Strigonienſem Eccleſiam ſua auctoritate Metropolim conſtitueret, reliquos Epiſcopatus, ſua benedictione firmaret, & ipſum Ducem Regio diademate coronaret. Per idem tempus etiam Meiſca Polonorum Dux, (an potius Meiſcæ filius Boleslaus) Regium a Pontifice titulum impetrauerat, & iam coronam Pontifex egregio opere confici curarat, quam vt Stephano mitteret Pontifex diuinitus monitus eſt. Miſit igitur, & crucem ante Regem ceu Apoſtolatus inſigne; ob multos infideles ab ipſo ad fidem adductos, geſtandam adiunxit. Ego, inquiens, ſum Apoſtolicus, at ille merito Chriſti Apoſtolus dici poteſt, cuius opera tantum ſibi Chriſtus populum acquiſiuit. Atque ea cauſa, quemad-

modum

A modum diuina gratia ipſum docebit, Eccleſias Dei vna cum, noſte populo viſcera ordinandas relinquimus. Ex [b] Cartuitio in vita S. Stephani Regis.

> [b] c.7. apud Sur. 20. Aug.

At indigne hæc ferentes rerum Polonarum ſcriptores, coronam ſcilicet paratam Duci Poloniæ, Dei monitu datam Duci Vngarorum, tradunt Regium nomen atque Regium diadema Duci Poloniæ datum ab Ottone Imp. tunc cum in Poloniam ad S. Adelberti Martyris viſendum corpus profectus eſt. ſed certius eſt, quod a temporis huius laudatiſſimo ſcriptore, & veritatis amantiſſimo, Petro Damiano, Epiſcopo Oſtienſi S.R.E. Card. habemus in res geſtis S. Romualdi, vbi opportuna occaſione diuertens ad res Polonorum, ſub Sclauorū nomine, recenſendas, ait diſcipulos S. Romualdi Ioannem, & Benedictum, petitos ab Ottone illuc eſſe miſſos ad prædicandum, quorum cauſam martyrii cum enarrat, meminit de legatione ab eodem Duce Boleslao B (quem corrupto vocabulo, vel deprauato textu Buſclauum legimus) ad Rom. Pont. miſſam pro corona Regia conſequenda, elegantemque eiuſmodi contexit hiſtoriam.[a] quam integram, etſi, pro cōpendio, longiorem, in eorum gratiam, qui non poſſunt fontes adire, deſcribendam putauimus. *Buſclauus volens coronam ſui Regni ex Rom. auctoritate ſuſcipere, prædictos venerabiles fratres; obnixa cæpit ſupplicatione depoſcere, vt ipſi plurima eius dona Papæ deferrent, & coronam ſibi a Sede Apoſtolica reportarent. Qui Regiæ petitioni aſſenſum penitus denegantes, dixerunt: Nos in ſacro ordine poſiti ſumus, tractare nobis ſæcularia negotia minime licet. Et ita relinquenies Regem, ad cellam reuerſi ſunt. Quidam vero Regis familiares agnoſcentes eius deſiderium, ſed quid ſancti viri reſpondiſſent ignorantes, copioſum auri pondus, quod mittendum Papæ fuerat, ſecum eos detuliſſe ad cellulam, falſo opinati ſunt. Deinde intra* C *ſe conditione pacta condicunt, ut nocte eremum latenter ingreſſi, & monachos interficerent, & pecuniam aſportarent. Quos cum beati viri tentantes irrumpere, perſenſiſſent, aduentus eorum cauſam protinus agnoſcentes, confeſsionem inter ſe fecere, & ſanctæ crucis ſe cæpere vexillo communire. Erant autem ibi duo pueri, eorum obſequio, ex aula regia deputati, qui, prout vires dabant, ſtare pro ſanctis, & furibus reſiſtere nixi ſunt. Fures reperto tandem aditu, irruentes, extractis gladiis omnes pariter occidere. Tunc theſaurum anxie perquirentes, ſed euerſis omnibus, nihil inuenientes, vt tanti reatus crimen obtegerent, & humana ſuſpicio non armis, ſed flāmis potius quod fuerat, deputaret, cellam incendere, & ipſa martyrum conati ſunt cadauera conflagrare. Sed admoti ignes, amiſsis naturæ viribus nil omnino conſumere, vllis hominum ſtu*D *diis, potuere ita enim eos ipſa etiam parietum materia repellebat, ac ſi pro lignis duriſsimi ſilices eſſent. Fruſtrati itaque fures in fugam ſe conferre nituntur: ſed & hoc illis, ex diuina prouidētia denegatur. tota ſiquidem nocte per fructeta nemorū, per latitudinem ſaltuum, per opaca ſiluarum, viam anxiati ſunt quærere, quam nullatenus valuere, errantibus veſtigiis, inuenire. ſed neque pugiones in vaginas, areſactis brachiis, recondere potuerunt. Vbi vero ſanctorū iacebant corpora copioſum lumen, vſque ad diem ſplendeſcere, & dulciſsima angelicæ cantilenæ, non deſiit ſuauitas reſonare. Adueniente autem die, quod factum fuit Regem latere non potuit. Qui ilico ad eremum cum copioſa populi multitudine feſtinauit, & ne fures euaderent, facta corona hominum totam ſiluam vndique circumcinxit. Qui tandem reperti ſunt manifeſti criminis rei, & ad gladios adhuc vltione diuina ligati. Rex autem quid de iis face*E *ret, habita conſideratione, deliberans, hoc poſtremo decreuit, vt nequaquam eos, ſicut merebantur, occidi præciperet, ſed ferreis catenis vinctos ad ſepulchra martyrum deſtinaret, quatenus, aut ibi, uſque ad obitum in vinculis viuerent miſerabiliter, aut ſi ſanctis martyribus aliter videretur, ipſi eos ſua miſericordia liberarent. Qui cum ad SS. tumulum fuiſſent ex præcepto Regis attracti, mox ineffabili diuinitatis omnipotentia fractis ſunt nexibus abſoluti. Deinde facta ſuper SS. corpora Baſilica, innumerabilia, non ſolum tunc, ſed & nunc, ibi fiunt, ex diuina virtute prodigia.* hæc de martyribus Petrus. Ex quibus & illud apparet, iſta facta eſſe non ſub Meiſca (vt Cartuitius ponit) ſed ſub Boleslao filio tranſacta; nec ſub Ottone Tertio, ſed ſub eius ſucceſſore Henrico Imp. talia petere a Rom. Pont. perſeueraſſe, ex his quæ ſubijcit idem Pe-

> S. Romualdi diſcip. miſſi ad p̄dicādum in Polon.
>
> [a] Apud Sur. 19. Iun. c. 32.
>
> Boleslaus coronam Reg. expetit a Pont.
>
> Martyrio affecti.
>
> Sacrilegi occiſores SS. multiplici miraculo detecti.
>
> Rei ad ſepulchra martyrū alligātur.
>
> A MM. ſoluuntur.

a cap. 34.

trus. ait enim.[a] *Imp. autem Henricus Buſclaui conſilium non ignorans, vndique vias cuſtodiri præceperat, vt ſi Buſclauus nuncios Romam, mitteret in eius illico, manus deuenirent. Monachus igitur qui nuper miſſus a SS. MM. fuerat, demum captus eſt, & mox carcerali cuſtodiæ mancipatus.*

Miraculũ.

Nocte vero illum Angelus Domini in carcere uiſitauit, & conſummatos eos eſſe, quorum legatione fungebantur, admonuit, ſtatimque aperto diuinitus carcere, preparatum ſibi eſſe nauigium in fluuio, quem tranſiturus erat, aſſeruit. Quo feſtinans monachus Angelicæ promiſſionis fidem ueram eſſe probauit.

Poloni nõ ab Imper. ſed a Papa nomẽ Regis qrunt.

Ex quibus apparet nullatenus ab Ottone Imp. vt tradunt Poloni, Regis titulum Boleſlaum obtinuiſſe, quem conſtat eſſe quæſitum tempore Henrici Imp. eius ſucceſſoris, non ab Imper. quem (vt audiſti) ſibi expertus fuerat aduerſantem, ſed a Rom. Pont. a quo id petere primum cæpit. Sed vt ad Sanctum Stephanum Regem Vngarorum reuertatur oratio, cur ipſe tantam diuinitus reuelatam gratiam promeruit, vt alteri paratam coronam acceperit, ex epiſtolis Gregorij Papæ VII. cauſam poſſumus intelligere eã fuiſſe, quod ſcilicet ipſe Regnũ Vngaricum Rom. Eccl. donauit. Sunt de his haud obſcura teſtimonia pluribus eiuſdem Pontificis[b] litteris comprobata, ex quibus vel vnas hic adſcribere neceſſarium duximus, ſic ſe habet.[c]

b lib. 2. ep. 13. 63. 70. & li. 3. ep. 25.

c lib. 2. ep. 13.

Gregorius Seruus Seruorum Dei, Salomoni Regi Vngarorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Litteræ tuæ ad nos tarde, propter moram nuncij tui, allatæ ſunt: quas quidem multo benignius manus noſtræ ſuſcepiſſent, ſi tua in cauſa cõditio non adeo B. Petrum offendiſſet. Nã ſicut a maioribus patriæ tuæ cognoſcere potes, Regnũ Vngariæ S. R. E. proprium eſt, a Rege Stephano olim B. Petro cũ omni iure, & poteſtate ſua oblatum, & deuote traditum.

Regnum Vngar. B. Petro addictum, & traditum.

Propterea Henricus piæ memoriæ Imp. ad honorem S. Petri Regnum illud expugnans, uicto Rege, & functa uictoria, ad corpus B. Petri lanceã, coronamque tranſmiſit, & pro gloria triumphi ſui illuc Regni direxit inſignia, quo Principatum dignitatis eius attinere cognouit. Quæ cum ita ſint, tu tamen in ceteris a regia uirtute, & moribus longe diſcedens ius, & honorem S. Petri, quantum ad te imminuiſti, & alienaſti; dum eius Regnum a Rege Teutonicorum in beneficium (ſicut audiuimus) ſuſcepiſti. Quod ſi uerum eſt, qualiter gratiam B. Petri, & noſtram beneuolentiam ſperare debeas, tu ipſe, ſi iuſtitiam uis attendere, non ignoras, uidelicet te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animaduerſione diu regnaturũ, niſi ſcriptum Regni quod tenes, correcto errore tuo, & Apoſtolicæ non Regiæ Maieſtatis beneficium recognoſcas. Neque enim nos timore, uel amore, aut aliqua perſonali acceptione (quantum Deo adiuuante poterimus) debitum honorem eius, cuius ſerui ſumus, inrequæſitum relinquemus. Verum ſi hæc emendare, & uitam tuam (ut decet Regem) inſtituere, &, Deo miſerante, adornare uolueris, proculdubio dilectionem S. R. E. ſicut matris dilectus filius, & noſtram in Chriſto amicitiam plene habere poteris. D. Romæ 5. Kal. Nou. Ind. 13. eſt A. D. 1073.

d li. 1. c. 5.

Iure igitur illa de Vngaris Glaber[d] huius temporis ſcriptor. *Ipſa denique* inquit, *Ungarorum gens, poſt tot patrata flagitia, poſt tot flagella gentibus illata, cum ſuo Rege ad Catholicam fidem conuerſa; quæ prius conſueuerat crudeliter rapere aliena, libens impartitur, pro Chriſto propria: A quibus etiam iam dudum diripiendo captiuabantur, undecunque in miſerrima mancipia diſtrahendi, qui reperiebantur, Chriſtiani: ab iiſdem quoque fouentur nunc confratres uel liberi.* Matri vero omnium Eccleſiarum Apoſtolicæ ſedi, Patriq; omnium Vicario Chriſti, ſumma pietatis ergo ſe ipſos cum ſuis penitus deuouere.

Mirandum plane, nec alterius, quam Dei inuentum, vt, quo tempore nequiſſimi homines Rom. Eccleſiam inuaderent, & Imperatores Rom. Pont. electiones vſurparent, quaſi ancilla facta Domina gentium, Regna tamen ipſa ad eam afferrentur, & Regna item ab ea peterentur; vt quiſq; agnoſca Rom. Eccl. non hominum arbitrio, & prudentia regi, ſed Chriſti ſapientia, & potentia diſponi, & diuinis promiſſionibus niti, & cuſtodiri.

F I N I S.

A

PRAETERMISSA SVIS LOCIS reddenda.

A.D. 584. in fine, poſt illa vltima verba, demerſa eſt ʒ adde, Extat hoc anno Tiberij Imp. ſexto, ex quo cum Iuſtino regnare cæpit, data epiſtola Pelagij Papæ ad Auxanium Epiſcopum Arelatenſem, qua rogat eum, vt ſuadeat Francorum Regibus opem ferre Romanæ Eccleſiæ laboranti incurſionibus Longobardorum, atque a confęderatione eorundem Longobardorum recedere. habes eam in Annalib.

B A.D. 601. pag. 120 C. poſt Verbum, vrgens. ʒ adde.

Expetenti Ætherio Lugdun. ſcripta B. Irenæi martyris, diu reſpondet quæſita, nec inuenta. Lib. 9. ep. 50. Ind. 4.

A.D. 640. pag. 152. B. poſt illud, Maximi. ʒ adde. Quod vero Maximus Heraclium piæ memoriæ vocat; facit id ex conſuetudine ſic vocandi Imperatores, qui non publice hæreſis damnati eſſent, non quod illum probet Catholicum.

A.D. 692. pag. 189. C. poſt illa, Vetabat Canon. ʒ adde, Sed & ex ſacra cera formari ſolitos agnos, & Romæ in Octauis Paſchę ſolitos diſtribui, ordo habet Rom à Gelaſio, vt creditur collectus.

A.D. 741. pag. 232. D. V. 7. conſtructis ʒ adde. *& hoc conſtituit* habet idem *Anaſtaſius, vt fere ſine interuallo, & a presbyteris hebdomadariis Miſſarum ſolemnia, &*

C *a Monachis diuina officia, ſecundum conſtitutum, quod a collegio ſacerdotum coram ſacro corpore B. Petri Apoſtoli factum eſt, in ſolemniis Chriſti D. N. Sanctæque eius Genitricis, SS. Apoſtolorum, vel omnium SS. Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, in oratorio nomini eorum dedicato: atque vt intra Eccleſiam B. Petri, ſub arcu principali ſimiliter, & vigiliæ celebrarentur, iiſdemque inſtitutis diſpoſuit, vt in cœmeteriis circumquaque poſitis Romę in diebus natalitiorum eorũ luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportentur ad celebrandas Miſſas, per eum, quem præuiderit Pontifex, pro tempore ſacerdotem* Extat adhuc in Baſilica S. Pauli oblationum Gregorij Papæ III. ad Miſſas celebrandas, antiquum monumentum, vetus inquam, in marmorea tabula, inſcriptio ipſius Gregorii, hoc titulo.

D

In nomine Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Breue factũ a me Gregorio III. Papa de oblationibus, quę debentur per ſingulos dies in Eccleſia S. Pauli Apoſtoli.

Breue Gregor. Papæ.

Statui enim offerri in prima Miſſa ad corpus oblatam vnam. In 2. Miſſa ad S. Timotheum oblatam vnam. In 3. Miſſa ad imaginem Saluatoris, quę & Apoſtolorum, oblatam vnam. In 4. Miſſa ad S. Gregorium ad ianuas, oblatam vnam. Deinde in Miſſa quinta ad Altare maius, oblatas duas. Quod ſimul fiat, quotidianis diebus, oblatæ ſex, quę ab eccleſia offerantur in Baſilica tua, domine meus

E *B. Paule Apoſtole. Quem Breuis titulum auctoritate Apoſtolica omni tempore cõfirmamus ſub anathematis interdictu, vt nulli liceat ſucceſſorum noſtrorum minuere prædictas oblationes. Sed ſi voluerit, ad laudem & honorem eiuſdem B. Apoſtoli augere, augeat. Nos vero ideo dedimus huic maiori altari monachos, vt hæc omnia fiant omni tempore.* hactenus Breue. Oblatarum porro nomine, quod offertur pro celebrando Sacroſancto Miſſæ ſacrificio, intelligitur. Cum alioqui panis etiam offerri a populo ſoleret ad Eulogias conficiendas, cum panis ipſe communiori benedictione benediceretur, qui in populo diuideretur. qui vſus adhuc in

Oblata quid.

pluribus

pluribus viget Eccleſijs. Rurſus vero oblatarum nomen vſurpatum interdum inuenitur pro ipſa Euchariſtia, apud antiquos Rituales. Communius autem pro ipſo pane, & vino, quod offertur ſacrificij celebrandi cauſa. de qua Remigius Antiſiodorenſis, de celebratione Miſſæ. Ex eiuſmodi oblatis olim ea pars tantum ad Sacrę Euchariſtiæ vſum ſumebatur, quæ ad communicandum populum ſatis eſſet, vt ex S. Cypriano [a] colligitur, dum redarguens diuitem feminam ſine eiuſmodi oblatione ad Eccleſiam venientem, hæc improperat, dicens: *De ſacrificio, quod pauper obtulit, ſcimus.* & S. Auguſt. [b] *erubeſcere,* inquit, *debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicauerit.* Quæ autem ſupererant, ne conſecrarentur ex pane, & vino, in vſum Sacerdotum offerentium ſacrificium, & clericorum miniſtrantium cedebant. poſtea autem cum eſt factum, vt quæ in ſacrificium offerenda eſſent, Sacerdotum diligentia pararentur; omnes illæ diuerſorum oblata, abſque diminutione, ijſdem ceſſere miniſtrantibus. A

a De oper. & eleem. b ſer. 215. de temp.

B A.D.772.pag.264. A. deletis illis, ceterum vſq ad illud, eo tempore vixit, § ſubſtitue. Cauſam huius diuortij prodit Monachus Sangallenſis, in libris rerum geſtarum Caroli. *Filiam, inquit, Deſiderii, Longobardorum Principis, Carolus duxit vxorē: qua, non poſt multum temporis, quia eſſet clinica, & ad propagandam prolem inhabilis, iudicio Sanctiſsimorum ſacerdotum, relicta, velut mortua; iratus Pater &c.* Porro, vt iſta epiſcopi illi decreuerint iſta oportuit concurriſſe, nimirū, quod reddita eſſet ex morbo penitus impotens ad concubitum, & hoc impedimentum iam fuerit ante contractum matrimonium, nullaq; amplius eſſet ſpes probabilis, etiamſi cōualuiſſet, aptam reddi ad copulam coniugalem. Iſta quidem ex ſententia Iuris Canonici Conſultorum. verum nec omnibus id probatum fuit, & minime Adelhardo eiuſdem Caroli conſobrino, qui ex eo ſcandalum paſſus, ſe ab eiuſdem Principis palatio, abdicauit, ac monaſticum inſtitutum amplectens in Corbeienſi monaſterio mira claruit ſanctitate, vt eſt in eius vita, quam Paſchaſius Rathbertus, eius ætatis vir, fideliſſime ſcripſit. C

A.D.772.pag.265. A. poſt illa verba. pluribus iſta Sabellicus. § ſubde. Carolus quoque M. audita Hadriani creatione, legatum ad eum miſit Engelpertum, Alcuini diſcipulū, qui eius quoq; litteras ad ipſum attulit. Epiſt. 28. Alcuini.

A.D.778.pag.275. E. poſt carmina, adde illa. § Eiuſdem Albini tempore in Scotia primum ſeminari cęperunt peſſima zizania illa, quæ hoc noſtro ſæculo denſa ſegete Boreales Prouincias occuparunt, quibus affirmaretur illud infauſtum adhuc inauditum oſtentum; confeſſionem peccatorum non eſſe faciendā ſacerdoti, ſed Deo tantum: Idem vir Sanctiſſimus, atque doctiſſimus Albinus, vna ad eos epiſtola ſcripta, eadem zizania exorta præcidit, immo conuulſit ille radicitus, vt amplius viſa non fuerint, nec audita. Habes epiſtolam in Appēdice Annalium addita ad 10. Tomum in editione Rom. & ad 9. in editione Veneta; & in T. 1. lectionum Antiq. Henrici Caniſij, inter Albini epiſt. 26. De eadem confeſſione ſacramentali ad ſacerdotis aures fieri ſolita in alijs quoque epiſtolis agit. D

2.23.37.47. A.D.792.pag.298. B. poſt illa, ſuos clericos habitare, § ſubde. Commendatur magnopere eiuſdem Paulini ſanctitas, & doctrina ad oppugnādas emergentes hæreſes ab Albino Flacco eius per familiari, qui his diebus ad eum ſcripſit, hortans eum nauiter agere aduerſus hæreticos, pro dogmatibus Eccleſiaſticis, pro quibus librum, quem Paulinus ſcripſerat, ab eo acceperat. E

A.D.796.pag.311. A. poſt illud, ex Adone. § Eſt de his mētio in Epiſt. Albini ad Paulinum Patriarcham Aquileienſem, in qua hæc leguntur: In cuius potentia, & gratia (Dei ſcilicet) mirabiliter de Auarorum gente triumphatum eſt, &c. Et mox Paulinum prædicat, in quem omnes reſpiciant pro conuerſione Auarorum.

E. poſt illud affirmant. § Eidem Legato Engilberto ad eundem Leonem Papam dedit Albinus litteras, quæ extant, in quibus plura de ſua ingenti animi ſubmiſſione, & deuotione erga Rom. Pont, & eiuſdem Rom. Pont. prærogatiuis, habet.

A.D.799.pag.314. C. ad illud & honorificentia, § adde. Porro de his omnibus Carolus

A lus M. Albinum Flaccum reddidit certiorem. qui horrendum facinus deteſtatus reſcribens ad Carolum hæc de his habet Ecce in te ſolo tota ſalus eccleſiarũ Chriſti inclinata recumbit, & alia plura de Caroli pietate, & Romanorum nefario ſcelere.

A.D.800.pag.315. E. poſt illa,& alia plura id genus, ʒ adde. Cogitans Romam Carolus optauit ſecum ducere Albinum Flaccum, qui tunc Abbatiam Turonenſem curabat.Sed renuit ipſe reſcribens ad eum(quæ eſt epiſt.7.)eum eo iocatus eſt.

A.D.802.p.321.D.poſt illa ponderatione feciſſeʒadde.Laudatiſſimo huic viro, cum Albino Flacco huius ſeculi face,ſumma interceſſit familiaritas,quod teſtãtur plures,quæ adhuc extant,eiuſdem Albini ad ipſum Epiſtolæ, in quarum vltima egregium eius eſt elogium.fuit is, &c.

B A.D.810.pag.338.B. poſt illa. Hactenus Eginardus ʒ adde. Pro pace confirmanda, tunc miſit Nicephorus Imp.Arſacium ad Pipinum Italiæ Regem;ſed eo iam proxime,ex hac vita ſublato,Carolus ipſe Imp.eamdem legationem ſuſcepit,pacemq; rogatam conceſſit, litteraſque ad Nicephorũ Aug. conſcripſit, quæ inter litteras Alcuini,vtpote ab ipſo, Caroli nomine, conſcriptæ,extant.

A.D.830.pag.384.A. poſt illud,in Nicephoro ʒ adde:eãmque perduxit ad Iſaacium Comnenum,qui imperare cępit anno 1057.

A.D.841.pag.393.poſt illa, eſt perſecutus,4. lineis deletis, ſic repone. Non prætermittendum quin hic moneamus de mirandis, & terribilibus auditu,quæ Hincmarus Archiepiſcopus Rhem.libello de tranſlatione S.Remigij ſcripſit contigiſſe ſub Ludouico Imper.& poſt eius obitum, in nonnullis, qui bona eccleſiæ inuadere, &

C violare præſumpſerunt.



VENETIIS, MDCIII.

Apud Georgium Variſcum, & Io: Antonium Fran-zinum, & Haredes Hieronymi Franzini.

DUCA DI SANTA CANDIDA
Malvezzi